





THESAURUS MONUMENTORUM ECCLESIASTICORUM *ET* HISTORICORUM,

SIVE

HENRICI CANISII LECTIONES ANTIQUÆ,

Variis Opuſculis, Obſervationibus, & Notis auctae

A

JACOBO BASNAGE,

VII. PARTIBUS, IV. VOLUMINIBUS.

THESAURUS MONUMENTORUM ECCLESIASTICORUM

ET

HISTORICORUM,

SIVE

HENRICI CANISII LECTIONES ANTIQUÆ,

Ad Sæculorum Ordinem digestæ

VARIISQUE OPUSCULIS AUCTÆ,

Quibus

PRÆFATIONES HISTORICAS, ANIMADVERSIONES CRITICAS, ET NOTAS IN SINGULOS AUCTORES, ADJECIT

JACOBUS BASNAGE,

Cum Indicibus locupletiſſimis.


VOLUMEN PRIMUM.



AMSTELÆDAMI,

APUD RUDOLPHUM & GERHARDUM WETSTENIOS

MDCCXXV.



REVERENDISS. ATQUE ILLUSTRISSIMO

PRAESULI

GULIELMO,

DIVINA PROVIDENTIA,

ARCHIEPISCOPO,

CANTUARIENSI,

TOTIUS ANGLIAE PRIMATI ET METROPOLITAE,
SERENISS. MAGNAE BRITANNIAE

REGI

A SANCTIORIBUS CONSILIIS

S. P. D.

RUDOLPHUS ET GERHARDUS WETSTENII.

Nemini hic *Thesaurus* majori jure debetur, Reverende Praesul, quam Tibi, qui ut literas humaniores habes in deliciis omnes, sic praesertim quae tractant de rebus gravioribus, Theologicis, Historicis,

ricis, tam Ecclesiasticis, quam Exteris, & aliis scientiis cognitu dignissimis. Hic igitur *Thesaurus*, in quo tam varii argumenti scripta continentur, de quibus tamen singulis judicare optimè unus potes, aut Tuo nomini debebat inscribi aut nemini. Opus est per se varium ac argumenti non unius, ac, quum primum prodibat, quam avidissime exceptum fuit ab omnibus reconditae eruditionis amatoribus, verum cum *Canisius*, in quo viro utrum eruditionem magis mireris an candorem incertum est, per partes quae collegerat, per partes etiam edidisset, evenit, id quod saepe istiusmodi consilium capientibus evenire solet, ut raro integrum in Bibliothecis aliàs instructissimis reperiretur; aut si qua haberetur auro contra carum judicaretur. Praeterea effluxerant jam anni plures quam centum & viginti, ex quo Opus hoc fuerat ex latebris primum in lucem productum. Inde non tantum & carum & rarum fuit factum, sed viri multi, cetera non illiterati, ignorabant fere, unquam hunc *Thesaurum* prolatum fuisse in publicum. Incommodo isti ut mederetur *Jacobus Basnagius* Vir Cl. post multos annos in horum Monumentorum diligenti lectione positos, consilium cepit denuo edendi *Thesaurum* hunc *Canisianum*, nec edendi tantum, sed obscuriora, ut acumine ingenii & eruditione excellebat, illustrandi, singula ordine Chronologico disponendi, & quidquid ad singulorum scriptorum hisce voluminibus contentorum historiam Criticam spectabat, suis locis inserendi. Nos igitur illius Viri consilium secuti praelo subjecimus Monumenta haec literaria, illâ quam vides formâ, & istis characteribus, ut ipsum *Canisium* non tantum, sed vel scriptores Monumentorum ipsos, si reviviscerent, credamus gavisuros, suas lucubrationes tam splendida veste ornatas in publicum prodire. Sed tamen multo gauderent magis,

gis, quod Tu, REVERENDE PRÆSUL, non dedigneris illos patrocinio Tuo, & omnes in clientelam recipias Tuam. Illud enim tam illis est honorificum quam quod maxime, quum & in Dei Ecclesia locum teneas tam illustrem, & habearis literatorum omnium, qui quidem somniis aut fabellis inanibus animum non pascant, Maecenas, nullis unquam Maronibus, si qui sint, defuturus. Nec tam hoc est indolis Tuae praeclarae, quamvis & praeclarae Tuae illud sit indolis, quam judicii & prudentiae, quorum alterum in consilium adhibes, quotiescunque literatorum merita expendis, alterum quando illorum animos prolixa humanitate ad res egregias incendis atque inflammas. Id testantur Angli Tui, nec negant exteri, quos rerum praeclararum studium in beatissimam istam insulam evocat; sed magis in non postrema suae felicitatis parte ponunt, quod Te, REVERENDE PRÆSUL, adire, compellare, & Tecum de rebus multis ad varia literarum genera pertinentibus sermones conserere aliquando licuerit, humanitatis famâ atque literas juvandi studio viam atque aditum muniente. Quid quod non tantum facilè literatos ad colloquium admittis, sed etiam ad instructissimam illam Bibliothecam Tuam, ingenti copia librorum conspicuam, in qua vix ullus est liber aut argumento aut raritate commendabilis, quin reperiatur. Eo quisquis intrat non tam miratur maximam illam copiam; non tam expendit quanto literarum amore flagret, qui tantos ut faceret sumtus in libros ab animo suo potuit impetrare; non tam secum reputat quantae sit felicitatis tot eximios libros collegisse, cum multae nec provisae difficultates vel ditissimos & studiosissimos homines possint lassare & deterrere à libros colligendi studio: quae singula tamen, propter incommoda ista fortiter superata aut feliciter evitata, suam & merentur

&

& habent laudem: ſed Te vel maxime cum ſtupore quodam incredibili adſpectat atque oculis percurrit, quod tam illuſtri loco poſitus, tantis per totam Vitam negotiis admotus, tantis rerum Eccleſiaſticarum curis diſtractus, otium tamen non aliis rebus ſed literis oblectaveris, & inde eam Tibi rerum fere omnium acquiſiveris notitiam, quam ne ii quidem qui totam vitam inter libros exegerunt omnes acquirere ſolent. Macte iſta virtute & iſto animo, REVERENDE PRÆSUL, Deus Te diu Eccleſiae Anglicanae ſervet incolumem, ut & Tui habeant diu quod imitentur, & nos quod miremur. Quod ſi vero aliquando noſtri memineris, cogita ſemper, qui Tuae virtutis ſplendore magis capiantur quam nos eſſe nullos. Cui rei teſtimonium ſit *Theſaurus* hic *Caniſianus*, quem quoties intuearis, Te pignus deditiſſimi noſtri animi atque obſervantiae ſummae intueri puta. Vale.

Dabamus Amſtelaedami, Kalendis Martiis anni MD CC XXV.

JACOBI

JACOBI BASNAGII

In Monumenta Ecclesiastica & Historica sive Antiquas Lectiones

CANISII PRÆFATIO GENERALIS.

I.



Cum *Canisius* indefesso labore Bibliothecas lustraret, manuscriptosque codices pervolvens Veterum opuscula, prout sese legenti casu offerebant, aut ab amicis subjiciebantur, vulgare cogeretur, multis nævis ejus editiones laborare necesse fuit. Primò enim accuratam sæculorum seriem ei servare non licuit; nullo vero vel Veterum vel Recentiorum observato discrimine, rudis & indigesta moles ejus Collectio videbatur. Deinde, ineunte priori Sæculo, quo scripsit *Canisius*, nondum Ars Critica ita invaluerat, præcipuè circa Scriptores Ecclesiasticos, ut nothi à genuinis discerni potuerint. Ideò plura sunt, apud eum venerandis nominibus decorata, quæ Neotericis, Barbarisque Scriptoribus debent restitui. Codicibus, qui hæc nomina falsò præferebant, plus æquo credidit. Sæpius quoque anticipatis opinionibus nimium addictus à vulgi sententia recedere noluit. At quanta ab eo tempore lux nobis affulsit? Viri his in rebus versatissimi quæ crassis occultata circumfusaque tenebris latebant, aperuerunt, pristinos errores emendarunt, & singula æquo pondere pensitantes unicuique Opera sua vindicarunt. Denique Notas pollicitus erat *Canisius.* Utinam stetisset promissis! Sed dum observationes unicuique Volumini proprias in aliud semper rejiceret, eò quod prius, dum sub prælo ferveret, nimiâ mole excrevisset, omnes omisit; cumque porro singula volumina, recurrentibus annis, & succedentibus sibi Nundinis Francofurtensibus publici juris fierent & subitò per partes distraherentur, vix in unum potuerant colligi. Deerant in Bibliothecis etiam locupletissimis illæ *Lectiones Antiquæ*, septem Tomis comprehensæ; desiderabantur summo studio à Viris Litteratis, & cùm à longo tempore rarissimè prostarent venales, vix poterant comparari. Editio Canisiana Lectionum Antiquarum.

 No-

2.

Editio nostra accura-

NOVAM harum *Lectionum* editionem pollicitus fuerat *Philippus Labbe*; sed aliis curis implicitus fidem non liberavit. Nos ergo, Reipublicæ Litterariæ utilitati invigilantes & eruditorum votis obsequentes, laborem denuo edendarum *Lectionum Antiquarum* CANISII suscepimus. Quid in hac Editione præstiterimus, non sumus jactantioribus verborum ambagibus commendaturi; id non patitur animi nostri indoles, &

Multa fidem promissa levant, ubi plenius æquo
Laudat venales qui vult extrudere merces.

Observabit facile Lector, has *Lectiones Antiquas Canisii* hîc multo nitidiùs accuratiusque recudi, quam antea fuerant. Quatuor potissimum sunt, quæ nostrâ confecta operâ hanc Editionem illustrant:

Primò, omnia Opuscula, quotquot sunt, secundum seriem Sæculorum, quibus scripta fuere, collocavimus & digessimus; adeoque singulos Scriptores, quoad ejus fieri licuit, ætati quemque suæ assignavimus, tum ex conjecturis, tum etiam argumentis ex ipsis libris depromtis. Eaque ratione uno intuitu quæ fuerit cujusque Sæculi Doctrina, Mores, Ritus, Controversiæ &c. poterit observari.

Secundò, Observationes Criticas unicuique Authori adjecimus, ut genuinus Scriptor à spurio distingui queat. Desunt ejusmodi Observationes, quantumvis maximè necessariæ, sæpiùs in Bibliothecis Patrum: Deerant præsertim in Editione Canisiana. Inde facilè error Lectoribus obrepere poterat, ut vel incauti, vel nomine & titulo decepti Neotericum, velut priorum Sæculorum testem laudarent. In illis observationibus, ubicunque licuit auctoritate nitimur Criticorum, qui à Canisianis temporibus vixerunt; eos enim comites & duces sequi, quam novum tramitem describere, & vestigia invenire, quàm facere, maluimus. Si quando discedere necesse fuit, argumenta, quorum judicium penes Lectorem erit, protulimus.

SINGULA quæ luce indigent explicare non tentavimus. Nova volumina postulasset Commentarius ille amplissimus. Attamen Tertio, lacunas frequentiores supplevimus, & quæ deerant ex accuratioribus editionibus restituimus, menda sustulimus & variantes lectiones, quarum ope Auctoris mens Lectori clarius constaret, addidimus.

Quartò, Notas, ubicunque opus fuit, adjecimus, quibus obscuriora explicantur, errores indicantur & refelluntur, certioraque quoad fieri potuit, in medium proferuntur.

3.

Ratio ulterioris præfationis.

HÆC de nostra hac nova *Canisii Lectionum Antiquarum* Editione summatim dicta sufficiant. Cæterùm cùm hîc plures diversique Tractatus se semper excipiant, adeoque Lectoris animus in varias partes distrahatur, quo fieri possit ut plurima notatu digna negligantur; ideò consultum duximus hîc Breviarium quoddam rerum præcipuarum præmittere, in quo de variis Hæresibus, Traditionibus Ecclesiæ, Ritibus veteribus, variaque Regiminis forma, dissseremus.

CA-

CAPUT I.

Observationes ad Hæresin Manichæorum ex Serapione, Didymo, Tito Bostrensi & Zacharia hic editis.

§. 1.

Manichæi non primi Auctores sententiæ de duobus Principiis.

AB Hæresibus ducamus exordium. Pauca habent Auctores, quos hîc edimus, de origine, seu potius causa Hæreseos Manichæorum. Ideò quædam ut facilius à Lectoribus intelligantur, in medium afferemus. Non fuere Manichæi primi erroneæ sententiæ de duobus Principiis parentes; nec eam à Marcionitis aut Valentinianis, ut vulgo creditur, desumpserunt; sed potius ab Orientalibus derivatam in Religionem Christianam inducere tentaverunt.

§. 2.

Græcorum de Malo sententia.

GRÆCORUM Philosophi in causam Mali tum moralis, tum physici inquirentes, aliter se extricare non potuere, nisi ut duo Principia opposita fingerent; eaque sententia apud Græcos vulgatissima fuit. Quidquid enim de *Platone*, quasi unitatem Dei, imo & Trinitatem Personarum agnoverit, dixerint plurimi, quod junior silentio involverat, tandem senior audaciorque factus, relictis ambagibus disertis verbis pronunciavit, *Mundum* nempe *ab una mente non moveri, sed à pluribus*, quarum una *boni*, alia vero *malorum opifex* sit. *Empedocles* Principium bonum *Amorem*, *Amicitiam* vel *Harmoniam* appellabat, malum vero, *Rixam perniciosam & litem sanguinolentam*. Νεῖκος οὐλόμενον καὶ δῆριν αἱματόεσσαν. His consentiebant *Heraclitus* & *Pythagoras*, quanquam in cæteris sæpius dissentirent.

Plato de Legib. ap. Plut. de Isid. p. 370.

Ibid.

§. 3.

Chaldæorum.

AN idem senserint Chaldæi, dubium esse potest ex eo, quod *Justinus Martyr* & *Eusebius*, suis temporibus cæteris eruditiores, unitatem Dei vindicantes, Delphorum oraculum in laudem Chaldæorum, quasi unius Numinis cultores fuissent, protulerint, eaque in re Judæis æquati sint his verbis: *Soli Chaldæi, ut & Hebræi, sapientiam sortiti, regem Deumque a nullo genitum pure colentes.*

Μοῦνοι χαλδαῖοι σοφίην λάχον ἠδ᾽ ἄρ᾽ Ἑβραῖοι

Αὐτογένητον ἄνακτα σεβαζόμενοι θεὸν ἁγνῶς.

Macrob. Saturn. l. 1. c. 23. p. 267.

Rem confirmat *Macrobius*; is enim asserit *Solem* apud Assyrios Deum summum habitum nomenque *Adad*, quod *unus* significat, illi impositum fuisse, cui subjungebant Deam *Adargartin*. His duobus omnem potentiam tribuebant, *Solem Terramque* iisdem intelligentes; ideò simulacrum *Adadi* insigne cernebatur radiis inclinatis, *Adargartis* vero reclinatis radiis, ut demonstrarent, radiorum superne missorum vi enasci quæcumque terra progenerat. Contra verò *Plutarchus*, veterum opinionum diligentissimus Indagator adserit, *Chaldæos Planetas Deos fecisse, quorum duos beneficos, totidem maleficos affirmabant.* Discrepabant igitur à Manichæis, qui duo tantum principia, cùm illi quatuor statuerent. Sed multò longiùs divertebant à Judæis Deum unicum agnoscentibus. Verum quidem est à Babyloniis Templum fuisse erectum supremo Numini; sed si credamus *Herodoto*, autumabant illud singulis noctibus è cœlo descendere, in molli strato discumbere, vigilias agente puella formosa, quam delegerat. Deinde illi Numini sociaverant plures Dæmones, quorum pessimi fuere, quos subterraneos & lucifugos appellavere. Denique, quod rei nostræ caput est, à Planetis, quos colebant, bona & mala manare finxerunt.

An deceptos fuisse credas *Macrobium* Gentilem, *Justinum Martyrem*, *Eusebiumque*, & fictitios Oraculi Delphici versiculos protulisse? An verò *Herodotus* & *Plutarchus*, his in rebus versatissimi, erroris erunt insimulandi? Indigent hæc aliqua explicatione. Primò, negandum non est, *Adadum*, apud Assyrios, fuisse supremum Numen habitum; *Sanchoniaton* enim apud *Philonem Biblium* id aperte profitetur: Ἀδόδος βασιλεὺς θεῶν, *Adodus Rex Deorum*, quod forsan hauserant à Patriarcharum his in regionibus habitantium & unum Deum sæpius inculcantium fide. Secundo hunc *Adadum* coluerunt etiam Judæi ab Hierosolymis ad Assyrios translati. Id enim videtur ipsis exprobrare *Jesaias* loco qui difficillimus visus est: *qui mundos se putant unum post alterum.* In Hebræo occurrit vox *Achad* אחד ab Interpretibus variè reddita. LXX habent ἐν τοῖς προθύροις, quos sequi videtur vulgatus Interpres: *post januam intrinsecus.* Nostri verò ob repetitionem vocis *Achad*, *unus post alterum.* At hoc potiùs intelligendum de Numine Assyriorum, qui *Adad* Chaldæis, *Achad* Hebræis dici potuit; agitur enim hoc in loco de cultu Idolorum, qui Numinis iram concitaverat. Cum autem Hebræi in captivitatem ducti *Adadum* coluissent, ut patet ex Jesaia, potuerunt à Græcis cum Assyriis in eodem cultu sociari. Inde fluxit oraculum Delphicum. Tertiò, de origine Mali consentire potuerunt; du-

Jes. 66: 17.

duplex enim fuit, apud Hebræos, hac de re sententia: Vulgus, scilicet, Judæorum sibi fingebat innatam homini concupiscentiam, quam naturæ imbecillitatem languoremque vocabant. Occultus quidem ab initio morbus, non aliter ac cum lucerna intra oleum ardet, eò quod ellychnium in ipsum vasculum immissum est; flamma quidem non lucet extra, sed in vasculo: sic malum delitescens in anima non poterat generando prodire, nisi mediante peccato *Adami*. Hanc adeò infusam querebantur concupiscentiam etiam ab ipso nativitatis principio; triste fermentum, contra quod Deus, qui hominem creaverat, perhibet testimonium *quod malum sit*: Tristis est planta, contra quam plantator perhibet testimonium quod mala sit! Væ massæ, cui pistor perhibet testimonium quod mala sit! Denique ore rotundo confitentur Cabalistæ à Deo malum procedere figmentum, eumque malum creasse. Alii verò prudentiores serpentem cupiditatis parentem faciunt; figmentum enim malum, secundum ipsos, *provenit ab antiquo serpente, qui venenum suum in Evam inspuit & omnes homines seduxit* Non difficile fuit illis cum Chaldæis consentire & originem Mali à Dæmone, quem referebat serpens, educere; cum præsertim Chaldæos talem doctrinam ut cultum usurpasse sibique propriam fecisse neminem lateat.

Erravit ergo *Macrobius* cum unicum Deum Chaldæis tribuit, qui, ipso confitente, *Adergartin*, Terram, venerati sunt, & idolis plurimis fuerunt addicti. Erroris causam præbuit *Macrobio* non ignorantia, sed idololatriam Gentilium obvelandi desiderium; quippe ad Solem Deos omnes referebat, & huic uni Numini preces deferri contendebat; quanquam contrarium ex cultu Græcorum, Latinorum cæterarumque Gentium pateret. Id ipsi sufficiebat, ut præ cæteris unus aliquis Deus coleretur, quanquam alios inferiori nescio qua veneratione prosequerentur.

Eadem fuit mens *Justino Martyri* & *Eusebio*; ut enim faciliùs Gentiles ad fidem Christianam traherent, unitatem Numinis mentibus hominum insculptam probare conantes, undiquaque argumenta arripiebant, dubiæ licet fidei; ideoque Chaldæos, tanquam unius Numinis cultores, ob eundem *Adadum* laudabant. Melius vero *Plutarchus* illos Planetas adorasse, ipsisque in duos ordines distinctis bona vel mala, quemadmodum Manichæi, tribuere contendit.

§. 4.

Sententia Persarum & Ægyptiorum.

QUIDQUID de duobus Principiis senserunt cæteræ Gentes, hoc à Græcis, Chaldæis, Ægyptiis Persisque hausisse videntur. De Ægyptiis res est perspicua; notus enim apud illos est *Osiris*, cujus nomen vim beneficam indicabat, ita ut quidquid recti mens concepisset & exsecutioni mandasset, Osiridi tribueretur: Ab altera vero parte *Typhon* rectâ viâ incedentibus & ad finem tendentibus obsistebat; ideoque aëris intemperies lunæque defectus, corporis ægritudines animæque vitia *Typhonis excursiones* dicebantur. Imò animæ partem inferiorem, ratione destitutam *Typhonem* appellare solebant. Persæ verò contendebant unanimi consensu, duo Principia fuisse; unum *Oromasdis*, alterum *Arimanii* nomine insigniebant. *Arimanium*, *Solem* supremumque Persarum Deum credidit *Scaliger*. Sed non intellexit vir tantus Plutarchum quem indicavit. Ibi enim Persarum Rex *Themistoclem* profugum humaniter excipiens, *Arimanium* supplex exorat, ut hostibus suis eam inspiret mentem, viros præstantissimos, qualis fuit *Themistocles*, exilio plectendi. Καὶ κατευξάμενος ἀεὶ τοῖς πολεμίοις τοιαύτας φρένας διδόναι τὸν Ἀρειμάνιον ὅπως ἐλαύνωσι τοὺς ἀρίστους ἐξ ἑαυτῶν. Quid hic *Arimanius* exoratur, nisi quatenus malum Principium fuit, bonis omnibus infensissimum, pessimorumque consiliorum Auctor? Petebat enim ut inimicis prava consilia daret, eorumque animos in propriam perniciem flecteret; quod nonnisi malorum auctori convenit. Deinde vero eundem *Plutarchum*, in Tractatu *de Iside* non consuluerat *Scaliger*; ibi enim *Arimanius* apertè distinguitur ab *Oromasde*, qui Sol omniumque bonorum parens habebatur.

Scal. de Emendat. Temp. p. 588. Plut. in vita Themist. p. 126.

Ab Ægyptiis Persisque suam hæresin desumsisse *Manetem*, imo & *Scythianum*, facilè patefit. Primò enim à Persis originem ducebat *Manes*, & qui præcesserat *Scythianus* apud Ægyptios Persas docuit. Verum est *Mithræ* Sacerdotes ipsi fuisse infensissimos; sed quamvis Solis cultum & duo Principia, quemadmodum Persæ, admitterent Manichæi, plurima tamen cum ex Christianis, quorum libros evolverat, tum è propriis cerebri figmentis, opinionibus, inveteratis apud Persas, opposita invehere conabantur; ita ut mirum non fuerit, si sacerdotum Mithræ experti sint odia. Deinde si conferas Principia Manichæorum cum Principiis Persarum, multa similia apud eos occurrent. *Oromazem* vel *Oromasdem* affirmabant Persæ ex luce purissima natum; *Arimanium* verò ex caligine. Eamdem originem tribuebant Manichæi bono Principio, quod *Lucem* appellabant, & Malo quod *Tenebræ* & *Nox* vulgò dicebatur. Bellum intestinum gerebant Dii Persarum, pluribus Numinibus inferioribus in auxilium & opem antea vocatis. Sic & apud Manichæos à prima Mundi origine manus conseruerunt bina illa Principia notissima, missique fuerunt cum Spiritus, tum Filius, ut animæ labascenti & propemodum devictæ succurrerent. Imperium, imò rerum origines inter *Oromasdem* & *Arimanium* distrahebant Persæ; illi stirpes quasdam adjudicantes; alteri, malo scilicet, plurima tribuebant, quæ pestifera vel homini noxia videntur. Aves, canes, echinos terrestres *Oromasdem* produxisse; aquaticos verò *Arimanium* fingebant. Similia ferebant Manichæi, quamquam aliquando in diversas abirent partes.

§. 5.

§. 5.

Causa erroris.

Fuit igitur causa Mali summum contentionis caput; ideo enim ficta illa duo Principia, ne Deum Optimum Maximum auctorem peccati dicerent. Dracones, crocodilos, cicutam, aconitumque æque ac plantas salutiferas & jumenta utilissima, divitias & paupertatem, vitam & mortem, virtutes & vitia dum ab uno fluere non posse credunt, in pravos errores sunt delapsi, non modo Gentiles è Chaldæorum, Ægyptiorum, Persarum, Græcorumque grege, sed & Hæretici inter Christianos plurimi. Ab una parte Deos suos inducit *Homerus* querentes quod homines eos incusent, mala ab ipsis proficisci:

Homer. Odyss. I.

ὦ πόποι οἷον δή νυ θεὺς βροτοὶ αἰτιόωνται
ἐξ ἡμέων γάρ φασι κακ᾽ ἔμμεναι.

quod impietati proximum est: quam tamen sententiam Theologis Reformatorum tribuere conatur *Petavius*; at immeritò. Ab altera parte Philosophi, imo & Theologi plurimi, ut gloriam supremi Numinis intactam illibatamque tueantur, Principium nescio quod malum bono opposuerunt, ut in illud hominum de peccatis innatis vel de pœnis sibi inflictis querelæ redundarent. Media sane tentanda via, quam tenuere beati; non enim difficultate caret illa quæstio, quæ etiamnum hodiernis, ut veteribus, Theologis intricatissima videtur, periculosæque plenum opus aleæ.

Pet. dogm. Theol. L. 6. c. 5. p. 262.

§. 6.

Argumenta Patrum adversus duo Principia.

L. I. adv. Man.

Plura quidem Manichæis respondebant Patres, circa bina illa Principia coæterna, ingenitaque, quorum aliud bonis, alterum malis præesset. Repugnat enim, inquit *Titus Bostrensis*, ut si fuerint ejusdem substantiæ ejusdemque ætatis, hoc est, pariter ingenita, diversas & oppositas iis tribuere qualitates. Possunt quidem qualitates diversæ reperiri in corporibus, ut nigredo & albedo; sed à qualitatibus illis non ducuntur nomina, nec definitiones rerum, ea de causa quod pluribus conveniant. Qualitates aliquæ sunt separabiles, aliæ vero separari non possunt; jam autem in Deo omnis qualitas ejecta est; quandoquidem nihil dicitur de Deo, quod non sit Deus, cum sit simplex & compositionis expers. Non potuit igitur fieri ut bonus dicatur Deus, & eodem tempore ingenitum, æternumque eamdem substantiam habens dicatur malum. Fieri non potest, ut ingenitum sit ingenito contrarium. Secundò, argumentabatur *Titus* ex natura Dei, quæ nec finita, nec circumscripta esse potest. Si duo sunt Principia, hoc in privato loco & prope contrarium residere cogetur; quæ enim à se mutuo arcentur, propriis & privatis locis circumscribuntur. Tertiò statuebat *Didymus* omne malum esse pœnæ subjiciendum. Omne malum, inquit, est puniendum: nihil quod puniendum, est incorruptibile; nullum igitur malum est incorruptibile: Nihil corruptibile est ingenitum; Malum est corruptibile; Malum igitur non est ingenitum. Scripturæ divinæ, inquit idem *Didymus*, non solum malos, sed ipsum etiam Diabolum dicunt afficiendum supplicio: Quod autem supplicio afficiendum, id omne mutabile est; nihil autem mutabile ingenitum est; Nullum igitur ex malis ingenitum. Cætera his similia subjicere legentibus nimis tædiosum foret. Melius sane *Epiphanius*: Si æqualia tempore duo sunt, ne appellatione quidem differunt; quidquid enim æquale est alteri tempore, cum eo æternitatem habet æqualem: quod autem æquale est æternitate ac semper existit, id ipsum Deus est, cùm à nulla causa initium acceperit. Deinde, si ex natura sua unà versentur, consequens est, ut amicè inter se consentiant, mutuaque consuetudine inter se socientur; tunc vero idem sunt: Si vero divellantur, unumquodque illorum finitum sit oportet: quod autem finitum, perfectum non est. Manichæi quamquam duo Principia admitterent, unum tamen tantum Deum confitebantur. Unus Deus est, an duo? *Unus planè*, inquit *Faustus* apud Augustinum, *Numquam in nostris assertionibus duorum Deorum auditum est nomen.* Sed sibi ipsis ea ratione contradicebant, non modo nomen Dei malo principio tribuentes, sed ipsum quoque ingenitum æternumque asserentes. Vel enim omnipotens fuit & æquale summo Numini, vel inferius ab eoque pendens: Si prius, Deus erat, & *Faustus* sententiam Magistri negabat: Si posterius, tunc Dei nomen malo principio denegari debuit, nimiamque auctoritatem tribuebant ei, qui debuit ad Dæmonum inferiorum ordinem referri, nec ingenitum dici potuit, nisi fuerit æternum, omnipotens & à se ipso subsistens.

Adv. Manich.

Hæres. 66. T. I. p. 630.

ap. August. l. 21. c. 1. p. 262.

§. 7.

Causa lapsus Adami.

Ubi de causa Mali subtilius fuit agendum. Tria, scilicet, petebant Hæretici: Primò, unde peccatum Adami, qui cum rectus purusque a supremo Numine fuisset creatus, in peccatum subito delapsus est? Quanquam enim summa libertate fruebatur generis humani parens, voluntatem in utramque partem flectere æque paratus; attamen Deus, cui nota fuit ab omni tempore mentis inconstantia & debilitas, hominem à tentatione debuit liberare, vel saltem ea animi indole ipsum fingere, ut tutus ab omni lapsu foret: Decebat ea res Deum optimum, qui hominum saluti perpetuò debuit invigilare; imo perfectissima summi entis bonitas pati non potuit ut malum inveheretur, indeque labes operi suo inureretur, unde damnationem æternam incurreret.

§. 8.

Explicatio Titi Bostr. Adv. Man. L. 2.

Respondet *Titus Bostrensis*, primo hominem fuisse libertate summa donatum, qua non peccare potuit. Secundò, illos qui volunt ita nasci homines ut ad vitia sus-

ſcipienda minime eſſent apti, nihil aliud dicere, quam oportere nos non eſſe homines; quemadmodum qui ſpectaret aquilam ſublime volantem & ſuccenſeret equi naturæ eamque acerbe vituperaret, tanquam diſſimilem aquilæ, eum oporteret equum ex natura equi conſiderare. Aſſerit denique beneficium eſſe homini poteſtatem ſuſcipiendi peccatum, à quo quidem ſe abſtinens ſpectatur & probatur. Poſteriora duo non ſunt omnes probaturi; quippe felicior imò perfectior fuiſſet homo, ſi creatus innocens peccare non potuiſſet; ea, ſcilicet, merces in cœlis ſumma promittitur, ut homines Deo ſimiles tandem efficiantur libertate exuti, ſummoque bono ita tenaciter addicti ut ab eo divelli non poſſint.

§. 9.

Reſponſio Auguſtini peſſima. Aug. contra Fortu; nat. Diſp. 2. p. 114. 115.

Augustinus nodum ſecabat potius, quam ſolvebat, dum adverſus Manichæos, ex loco *Pauli*, ſic argumentatur: Radix omnium malorum eſt cupiditas, inquit *Paulus*: Si igitur radicem omnium malorum quæris, habes Apoſtolum dicentem eſſe cupiditatem: At ſi aliud malum eſt, cujus radix non ſit cupiditas; tunc ea non eſt radix *malorum omnium*; ſi autem malorum omnium radix eſt cupiditas, fruſtrà aliud mali genus quæris. Nodum, inquam, illa non ſolvit argumentatio. Agebatur, ſcilicet, inter *Fortunatum* Manichæum & *Auguſtinum* de prima mali origine, ſive de ipſa cupiditate, quam innatam & à ſubſtantia corporis inſeparabilem contendebat *Fortunatus*. Cupiditatem radicem mali agnoſcebant Manichæi; ſed unde flueret illa cupiditas, an à corpore, an ex anima, an à malo Principio corporum parente, an à bono, quod animam inſufflaverat, diſceptabant. Nihil igitur ad rem reſpondet *Auguſtinus*, dum cupiditatem omnium malorum radicem ex Apoſtolo probare contendit. Concedebatur enim totum à Manichæis.

§. 10.

Quomodo peccent homines.

Secundo, difficilior multo fuit quæſtio enodanda, circa hominem lapſum; imminuta enim illa libertate, qua fruebatur innocens, à peccatis abſtinere vix illi licuit. Si peccat vel neceſſario, vel invitus, vel boni deſiderio flagrans, quodnam ipſius crimen erit? An Deus cauſa peccati aſſignanda? *At neque exiſtima Deum mali exiſtentiæ cauſam eſſe, neque propriam mali eſſe ſubſtantiam tibi fingito*, ut loquitur *Baſilius*. Baſil. Hom. T. I. p. 427.

§. 11.

Patres Pelagianizantes.

Hoc argumentum ſolvere vix potuere Patres niſi Pelagianizarent, etiam ante Pelagium natum. Primò aliqui de peccato originali ſiluerunt omnino. Sic *Titus Boſtrenſis*, quem hic edimus, qui de illa innata nobis corruptione, ne libertatem ea ratione læſam crederent hæretici, ne verbum quidem habet. Id prius docuiſſe videtur *Origenes*, ubi animam *vitem bonam* appellat, quæ *à prima origine degeneravit*. Θεὸς μὲν καλὴν ἄμπελον ἐφύτευσεν τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχήν. ἕκαστος δὲ στραφεὶς γέγονεν ἐναντίος τῷ βουλήματι τοῦ κτίσαντος. *Bonam Deus plantavit vitem, hoc eſt, animam hominis; unaquæque vero divertens oppoſuit ſeſe voluntati creatoris.* Quæ vera eſſe non poſſent, niſi unusquisque natura bonus ad malum propria ſponte ſe conveteret. Orig. in Jerem. Hom. 2. T. I. p. 65.

Secundò, Hominis jam a peccato depravati libertatem, quantum in iis erat, expandebant Veteres. Sic *Titus*: " Si homo peccatum commiſit tanquam non poſſit ab eo ſe abſtinere, injuſtam querelam ſubit: Sin autem cum poſſet non facere, facit contrarium, merito accuſatur. " Fuit igitur, ſecundum ipſum, in homine lapſo libertas indifferentiæ cum ad bonum, tum ad malum. Pendet, ſecundum ipſum, virtus ab exercitio Rationis, quæ ſi colatur, motus corporis temperat; ſi vero negligatur, langueſcens, obſcuriorque primum efficitur, deinde obcæcatur. *Penes nos eſt eſſe bonos & non eſſe.* In infantibus vero eſt *utriusque extremi ademtio*, neque boni ſunt, neque mali; ſubſtantia enim eſt bona, bonitatem vero ſecundum virtutem nondum aſciverunt; ideo comparantur pueri recens nati auro lapidibusque pretioſis, qui ſecundum naturam pulchritudinem habent, revera autem non ſunt boni, utpote inanimati. Sic homo pulcher eſt ſubſtantia & eſſentia, bonitas vero per ſolam virtutem adſciſcitur & labore comparatur; *idcirco hoc fecit Deus, ut in noſtra poteſtate ſitum eſſet.* Si poteſtatem quidem dediſſet Deus, non autem naturæ præfeciſſet cognitionem virtutis & vitii, viſus eſſet cæcum aurigam currui velociſſimo præfeciſſe; Sin vero ambo ſimul commiſcuit, poteſtatem ad ſciſcendum quod melius eſt, & cogitationem ad diſcernendam & muniendam electionem, artificem quidem aurigam mentem adhibuit; hæc autem currum naturæ ſalvum & incolumem agitabit, niſi ſomnum in ſtadio capiens à voluptatibus deturbetur. lib. 2.

Una igitur fuit damnationis hominum cauſa; nempe, ipſorum negligentia cum in domandis affectibus, tum in exercitio Rationis; novit enim homo bonum, aliter cœcus eſſet auriga; & poteſt facere, quippe ſi cognitione relicta deeſſet poteſtas, immerito ſceleris conſcius & reus homo haberetur. Sic ratiocinabantur Patres, de peccato originali, de Gratiæ neceſſitate ſilentes dum libertatem hominis ampliabant. Nec credas *Titum Boſtrenſem* in ea ſententia ſolum fuiſſe: conſentiebant cæteri; *Serapion* enim argumentatur ex loco Scripturæ, quo Deus aſſerit coram homine poſuiſſe mortem & vitam, ut eligeret quod voluerit, ita ut *qui elegerit ad utendum, de eo ratio in judicio repoſcatur*, & non coactus ad aliquid excuſet *vim & neceſſitatem in eo quod egit*, neque ſic natus extra querelam ſit & culpam, *quia naturæ repugnare non potuit*; cumque utrumque in poteſtate habeat & ad eligendum dominus ſit, judicii proprii rationem reddat & ſe defendat, quod enim elegit, volens elegit. Eadem potiori ratione

tione habet *Didymus Alexandrinus* : *Eligimus enim*, inquit, *habere potestatem virtutis, ut eam actu capere possimus* : *Eligimus etiam habere potestatem vitii*; *tunc enim habemus eam, cum actu virtutem habemus*; *neque* nostra *solum est hæc opinio*, *sed* omnium *qui recte de animalibus ratione præditis philosophati sunt*. Ex quo concludas facile, si fides habeatur *Didymo*, tunc in Ægypto viguisse & ab omnibus fuisse receptam illam sententiam; quam Pelagianam, Semipelagianamque appellarunt postea Patres; Vox enim *philosophari* Theologis Christianorum, ut Sapientibus Gentilium, communis est, *rectamque & vulgarem omnibus* doctrinam ille vocat.

§. 12.

Prædestinatio ex prævisione operum. Mors naturalis.

QUIN imo ipsam Prædestinationem ex operum prævisione factam adserit *Didymus Alexandrinus*: quæ quantum differant à sententia sæculo sequenti adversus Pelagianos & Semipelagianos à Patribus probata nemo non videt. Denique, quod priorum dogmatum consectaneum fuit, mortem primo Parenti inflictam esse ut pœnam noluit *Titus Bostrensis*: Mors enim naturæ est non mala. Ortus & mors natura sunt a Deo sancita, non quidem ut pereant qui moriuntur; sed ut adponantur iis qui non sunt. Ideo autem mortem à Deo sancitam voluit, ut infantes aditum haberent ad capiendum ortum; repleto enim nimis orbe, claudebatur ipsis janua: *Mors igitur non est mala*; *nec enim inquirendum est de variis casibus propter quos accidit*, *unus modus communis omnibus cognoscendus est*, *qui est discessus animæ à corpore*, *non sine casu quodam & necessitate*.

lib. 1.

§. 13.

Unde mala physica.

TERTIUM fuit Manichæorum quæsitum: Quomodo Deus optimus acerbas bonis, æternas malis infligeret pœnas, fulgurum esset parens, venenata tot animalia in hominis perniciem procrearet, prœlia committeret, & Gentes integras ad internecionem deleret? Ideò materiam omnem tanquam peccatorum malorumque fomitem respuebant, matrimonia damnantes & eleëmosynas pauperibus, ne foveretur corpus, denegantes.

Supposito semel peccato, facile fuit illas objectiones refellere. Si enim nullas infligeret pœnas Deus ob violatam legem, atque adeo secure & impune peccare possent homines, vix umquam à crimine abstineretur. *Quomodo diliges*, ut ait *Tertullianus Marcioni*, *nisi timeas non diligere? Age*, *qui Deum non times quasi bonum*, *quid non in omnem libidinem ebullis* ? Temperari debuit Dei bonitas justitiæ severitate, aliter mollis otiosusque in cœlo, ab Epicureorum Deo non potuisset distingui; nec à criminibus etiam nefandissimis retraherentur mortales. Ad alia tamen confugiunt sæpe Patres à nobis editi. Mortalem esse genitum Adamum adserit *Titus*.

§. 14.

Cur Patres hac methodo refutandi Manichæos usi sint.

HANC methodum cur arripuerint Patres in refutandis Manichæis, inquirendum est. Sunt qui credant, omnes ferè Ægyptios Scriptores *Origeni*, summa cum reverentia, à doctis omnibus tunc suscepto tenaciter adhæsisse, ipsiusque opinionibus jam dudum imbutos ab iis non potuisse dimoveri; imo non modo Ægyptii, sed & Arabes ipsi addictissimi ejus partes tenuerunt, ubi damnaretur à cæteris Ecclesiis, si credas *Hieronymo*. Inter Arabes *Titus*, præ cæteris, adamasse *Origenem* fertur. Non mirum igitur, si dum Præceptorem sequebantur, gratiæ divinæ plurimum detraherent, in refutandis Manichæis. Addit *Epiphanius*, *Origenem* ipsum adversus *Manetem* scripsisse: quæ si vera forent, potuissent illi Patres multa adversùs Hæreticum jam ab ipso profligatum mutuari.

§. 15.

An Origenes fuerit Manichæus.

Alii vero *Origenem* Manichæorum Parentem faciunt. Hoc adserit *Justinianus* Imperator, ipsum, scilicet, multum laborasse, ut fabulas Græcorum & Manichæorum errorem *suum* introduceret: ἵνα τ̃ ἑλλήνων μυθολογίας καὶ τὴν Μανιχαίων αὐτῦ πλάνην εἰσαγάγῃ. Hortatur deinde Præsules *Justinianus*, ut caveant ne aliqui per Manichæam fraudem ab *Origene* inductam pereant. *Vigilius* è Romanorum Præsulibus unus Imperatorem sequitur, hocque contendisse *Origenem* ut Manichæorum deliriis Apostolica veritas aspergeretur, asserit. Denique Concilium Constantinopolitanum Oecumenicum sub *Menna*, cujus auctoritas tunc maxima, in eandem sententiam pedibus ivit.

§. 16.

Epiphanii error circa Eusebium & Origenem.

PRIMO, *Origenes Manetem* non noverat. *Epiphanius* in Catalogo illo brevissimo Scriptorum, qui adversus Manichæos insurrexerunt, *Origenem* & *Eusebium* memorat. Fallitur procul dubio circa *Eusebium*, qui jejune admodum de *Manete* in Historia locutus est, & de eo refellendo nequaquam cogitavit. Nec dicatur à viro docto forsan periisse Eusebii Opusculum peculiare, quo convellebatur Hæresis Manichæorum. Præterquam enim nulla hujus operis Eusebiani fit mentio apud veteres, *Socrates*, non ita longo tempore ab *Eusebio* dissitus, queritur, quod Historicus ille tam pauca habeat de pestilentissimo Hæretico. Qua ratione jam oblivioni mandatus fuisset aut periisset omnino Tractatus *Eusebii* tempore *Socratis*, ita ut ipsi fuerit prorsus ignotus, quem legisset *Epiphanius*, dici nequit. De *Origene* idem sentire necesse fit; quippe qui obierat vicennio ante *Manetem* exortum. Mortuus est *Origenes* anno 254. at aliquanto post demum orta est Manetis factio. Sunt equidem, qui cum doctissimo *Pearsonio* vetustiorem multo faciant *Manetem*, & istud *Epiphanii* testimonium probent tum ex *Origenis* Commentariis in Jobum, tum ex ejus Dialogo de recta fide. At Commentarii

in

in Jobum vel latine sunt compositi, vel variis additionibus ita depravati, ut illis nulla fides possit haberi. Plurima enim in illis deprehenduntur, quæ cum vero *Origine* pugnant. Eadem facile observantur in Dialogo de recta fide, quem plerique Critici nunc *Origeni* abjudicant.

§. 17.

Epiphanius quibus rebus deceptus sit.

DECIPI potuit *Epiphanius* incerto rumore; id enim saltem inaudiverat, ut testatur vox illa quam narrationi suæ ad rem dubiæ fidei indicandam inseruit, ὡς ἀκήκοα, *ut audivi.* Decipi etiam potuit eo quod aliqua in operibus genuinis *Origenis* legantur, quæ Manichæos perfodiunt. Jam locus à nobis indicatus est, in quo vitem, hoc est, animam à Deo bonam creatam fuisse contendit, sed à Deo divertisse. Cum enim ipso *Manete* vetustior sit ejus Hæresis, à *Scythiano* vel Gnosticis jam vulgata; verè dici potuit Manichæos ab *Origene* fuisse confutatos, quamvis falsum sit *Manetem* ab eo oppugnatum. Sic *Clemens Alexandrinus*, *Origenis* Præceptor, ideoque ipso vetustior Hæreticos illos notasse videtur: *Exoriuntur,* inquit, *aliqui qui dicunt Deum non esse bonum propter virgas, minas & timorem.* ἐνθαῦτα ἐπιφύονται τίνες οὐκ ἀγαθὸν φάμενοι τὸν Κύριον διὰ τὴν ῥάβδον καὶ τὴν ἀπειλὴν καὶ τὸν φόβον: quæ purum putum Manichæismum repræsentant. Si igitur de Manichæismo velis *Epiphanium* interpretari, ut facile fieri potest, non erraveris: si de *Manete* ipso intelligas, ab errore liberari non poteris.

Clem. Alex. Pæd. l. 1. c. 8. p. 113.

§. 18.

Origenem cur secuti sint Patres.

ORIGENEM ideo secuti sunt Patres, non modo ob illam eruditionis famam, quâ vigebat, sed & quod ipsius doctrinâ Hæreticos & in iis Manichæos facilius refutari posse credebant. Sunt qui dicant, *Origenem* cum æterna non crederet supplicia, salutemque reprobis, imo ipsis dæmonibus post longos sæculorum decurrentium circuitus concederet, facile quæ de pœnis malisque physicis objiciebant *Manetis* asseclæ, potuisse confundere. Sed falluntur procul dubio; si enim in Deo nihil sit juris pœnas peccatoribus infligendi, iniquo plane animo per tot sæcula, imo per unius horæ quadrantem in peccatores sæviret; quippe id non convenit æternæ summæque bonitati, absque ullo jure & necessitate miseros excruciare dirisque per aliquod tempus devovere. Si vero peccatum pœnam suppliciaque mereatur, tunc facile poterit vindicari Deus, ratione è natura peccati justitiæque divinæ elicita. Nihil igitur proderat illa *Origenis* sententia refellendis Manichæis.

§. 19.

De libertate hominis.

FUIT adhuc alia difficultas Manichæorum, quæ Discipulos Origenis ut & cæteros Orthodoxos vexabat; cum enim Deus ab æterno sciverit animas in peccatum labi posse & lapsuras esse; debuit, secundum Manichæos, nefandum illud crimen calamitatemque antevertere. At in hoc unus cæteris præpollebat *Origenes*, quod hominem αὐτεξούσιον faceret; Quanto enim latius expanduntur vires humanæ, plurimumque homini conceditur libertatis, tanto levior fit difficultas Manichæorum circa peccata. Si versatile sit ita hominis ingenium, ut facile possit abstinere à malo, & bono tenaciter adhærere, absque interventu gratiæ victricis aut specialis auxilii; tunc sors hominis pendet ab ipso. Porro animarum præexistentiam cum doceret *Origenes*, easque ejusdem cum Angelis naturæ divinæque particulam auræ, adsereret; inde sequebatur, etiam dum peccarent plenâ usas esse libertate; indeque in corpora demissas tantum ob peccata ab illis in statu integritatis commissa. Secundo, constat naturam lapsam ab integra non distinxisse *Origenem*: Homini vel etiam animæ per peccatum depravatæ easdem vires, æqualem liberi arbitrii facultatem & usum, nullo adhibito discrimine, tribuebat. Inde minor culpa in Deum videtur redundare; nec enim Deus impellit vel excæcat mentes hominum, nec homo ipse rationis suæ compos de impotentia quadam morali potuit conqueri, quæ cum culparent in Deo Manichæi, facilius diluebantur. Ea impulsi ratione Patres adversus Manichæos calamum stringentes de Peccato originali siluerunt, hominem pari justitia, libertate, viribus instructum ac fuit Adamus finxerunt, ita ut facile peccata fugere & virtutem prosequi potuerit, ab omni non modo coactione sed & necessitate liber.

§. 20.

An Patres erraverint.

NEC modo, quod observandum, illud tenuerunt Ægyptiorum Theologi *Serapion* & *Didymus*, vel *Titus* Arabs, quem *Origenis* studiosum fuisse constat; sed & inter Græcos plurimi; *Basilius* præsertim, ex nostra voluntate pendere dixit, vel pravum esse, vel à pravitate abstinere; quin imo *Augustinum* aliter cum Manichæis, aliter cum Pelagianis disputantem, de Dei gratia hominisque corruptione sensisse nemo nescit. An vero Patres illi, qui tam aperte adversus Gratiam pugnabant, omni erroris labe fuerint immunes, dubium sit, eo quod tunc temporis damnata non esset illa sententia, eamque profiteri unicuique, Ecclesiâ tacente, liceret; vel etiam quod in diversa abierint Patres, cum rem omnino explorare non possent, utrimque vero pugnaretur cum locis Scripturæ, quos utraque pars suæ sententiæ adcommodabat, tum etiam argumentis, quæ subjiciebat libertatis innatus amor. Denique quod illis Gloriæ divinæ consulentibus aliter illam intemeratam illibatamque servari non posse crederent.

Si verum sit, omnia pendere ab Ecclesiæ foro, nec multum referre an dogmata cum Scriptura consentiant, an vero aliena sint, tunc facile vindicabuntur ab errore Patres nostri; certum enim est, quidquid de *Origenis* doctrina protulerint Veteres, nul-

nullum circa Gratiam aut Libertatem, quam immodicam tribuebat homini, crimen ei fuisse intentatum. Nulla Ecclesiæ definitio, ante Pelagium natum, in hanc rem fuit vulgata. Sed si alia statuatur veri falsique norma, errorque dicatur quidquid in Religione circa fidem à divina Revelatione discrepat; quidquid in gratiam *Serapionis*, *Didymi Titique Bostrensis* proferatur, fatendum erit, eos, in hoc capite, deviasse, nec debuisse ob Manichæorum objectiones *S. Paulum* hac in re evidenter pronunciantem deserere. An enim minuitur Ecclesiæ auctoritas eò quod ejus Decreta scripto mandata sint? An *Paulus* non est Ecclesiæ Doctor, vel Ecclesiæ Apostolicæ Lumen præcipuum? An licet in refellendis Hæreticis vel intricatissimis rebus ab eo dissentire? Ea ratione varii circa Generationem æternam filii Dei, vel Naturarum unionem hypostaticam absque ullo crimine protrudi potuissent errores.

§. 21.

Error Didymi de Nuptiis.

Nec tantummodo circa Gratiam peccarunt illi Patres, sed nævi aliquot alii in eorum Scriptis deprehendi possunt. Longè aberant illi à Matrimonio in Sacramentum erigendo, quod macula quadam aspergebant. Nuptias culpabant, ob copulam carnalem, materiæque conjunctionem Manichæi, quos præcesserant in ea re Basilidiani, Marcionitæ, Saturninianique, qui omnes nubere ac generare à Satana esse dicebant, multique eorum ab eo abstinebant, & quod pejus fuit, perfectâ hujusmodi abstinentiâ plures seducebant, *frustrantes antiquam plasmationem Dei & oblique accusantes eum, qui masculum & fœminam ad generationem fecit.* Hos ut refutaret *Didymus* tria potissimum à veritate aliena docuit: Primò, plurima cum peccato egisse veteris œconomiæ Patres, quæ post Christum natum omni culpa vacabant, eo quod Mundi Redemptor *abstulerit peccatum Mundi*; idque probat Protoplastorum exemplo, quorum conjunctio non fuit *nisi post peccatum jam commissum*; quasi quidquid egerint Adam & Eva, post lapsum, aliqua peccati labe fuerit inquinatum. Secundò, verum, inquit *Didymus*, per adventum Christi, *sicut ab aliis rebus ablatum est peccatum, sic etiam à nuptiis*: Quod absurdum est; neque enim vitii virtutisque leges immutatæ sunt à Christo, & si impuritate quadam laborabat matrimonium sub Lege, eadem fœdatum esse debuit sub Evangelio. Condonata sunt à Deo hominum peccata, interventu Christi, sed constans eademque manet natura peccati, eademque virtutis norma omnibus observanda, & si vitiosæ antea fuerunt nuptiæ, illas nunc quoque contrahere non licet. Vel aliqua inhærebat nuptiis macula ante Christum, propter copulam carnalem, vel non: Si in ea copula fuit peccati labes aliqua, eadem & nunc erit, jugo tantum ceremoniarum à Christo excusso; nulla vero lege, circa peccatum, antiquata. Si nulla labes peccati in matrimonio, errat hic *Didymus*. *Canisius*, ut *Didymum* liberaret, quædam ad marginem adjecit, quæ vix possunt explicari; non enim hic agitur de condonatione peccati per Christum, sed de ipso reatu, qui inerat in nuptiis priusquam Genus humanum morte sua redemisset. Denique quanquam *Didymus* matrimonium labe purgaret, saltem post Christum natum, tamen Manichæis concedebat, illud peccatum aliquatenus dici posse; si, nempe, cum virginitate conferatur. Hæc sunt ejus verba: *Si quis igitur nuptias cum virginitate conferens ipsas dicat peccatum esse, non absolutè sunt peccatum, malum enim non comparatione boni malum est; siquidem per se tale est.* Noluit igitur matrimonium dici proprie peccatum, sed tantummodo cum virginitate comparatum, quæ ipsi *res divina* videbatur.

Iren. l. 1. c. 22. p. 94.

Did. adv. Manich.

§. 22.

Origenem secutus est Didymus.

Viam monstraverat *Origenes*, qui nulla adhibita distinctione Veteris vel Novi Testamenti, quodammodo pollutos censebat quicumque venereis uterentur, & quæ ex coitu etiam legitimo proficiscebantur, purgatione quadam indigere autumabat. Nullam vel debiti in conjugio; vel tentationis vitandæ, ut loquitur *Paulus* Apostolus, rationem habuit. Primas nuptias raro culpâ carere cum crediderit, de secundis vel tertiis quid senserit, facile potest divinari; illas, scilicet, non modò ut noxias & Christiano homine indignas traduxit, sed *ipsas nos è regno Dei ejicere non ignoravit.* Tertium crimen ipsi à *Theophilo*, circa nuptias, intentatum, quanquam cæteris atrocius, non moror. Exagitabat *Origenem Theophilus*, Alexandrinus licet, *quasi honorabiles nuptias omnino damnaret*; eò quod animas præexistentes in corpora velut in carceres delabi ibique vinculis adstringi diceret; inde enim sequebatur matrimonium exstruendis ergastulis vinculisque conflandis inserviens pessimum esse. At vero ea consequentia facilè potuit refelli, cùm *Origenes* congressum, procreandorum liberorum gratiâ, probaverit.

Fuerunt quidem multi adhuc alii Patres, in ea sententia, aliquid impuritatis ex matrimonio contrahi; quinimo Concilium Neocæsariense sacerdotem secundis nuptiis adesse, sancitâ lege, vetabat; quas Novatiani & Montanistæ omnino damnarunt. Aliter tamen plurimi è veteribus, qui refellendis Hæreticis operam dederunt. Aliter *Irenæus*, qui Hæreticos plasmationem Dei frustrare & Deum ipsum accusare contendit: Aliter quoque *Clemens Alexandrinus*, *Origenis* Præceptor, qui quanquam concupiscentiam damnaret, plura tamen scripsit ad matrimonii necessitatem & usum, adversus Valentinianos, confirmandum. Ab illis cum *Origene* discessit *Didymus*, nescio quæ de Matrimonio fingens, quæ nemini probari possunt. Facile fuit illi Manichæos sibi contradicentes matrimoniumque dum ipsi nuberent negantes, ad incitas redigere; quin imo ipsi sæpius ad venerea ruebant. Legatur anathema in illa solemni formula receptionis Manichæorum à

Iren. l. 2. c. 30.

Clem. Alex. Strom. l. 3. p. 450.

Toll. Insignia Itin. Ital. p. 149. *Tollio* denuo vulgata: ex eo enim facile patet, concubitus illicitos admisisse. Anathema scilicet, dicitur iis, qui sorori miscentur, aut socrui nuruive, quique ad Calendas Januarias festi causa convenientes post vespertinam compotationem lumina extinguunt, promiscueque stupri commercio in illicitam Venerem ruentes nec leges naturæ reverentur, nec cognationis aut ætatis intuitu moventur. His adde quæ de Lampetio sacerdote Massaliano leguntur apud *Photium*, qui virgunculam amplectebatur, cum Diaconissa Hierosolymitana familiariter vixisse & morbi medelam petentibus, sibi juvenem puellam adduci jussisse, ut postmodum ei sacrum oleum effunderet, dicebatur. Sic nulli forsan ad Venerem propensiores, quam qui vel de castitate servatâ gloriantur, vel nuptias refugiunt. Si quis tamen homini pudor aut sensus scelerum admissorum, conscii sententiam deberent revocare, saltem hæc ipsis non essent condonanda. Sed cum *Didymus* in virginitatis laudes excurrit, & Numine ipso, cui ad propagationem generis humani apta visa est constitutio, sapientior sanctiorque videri voluit, Hæreticis ridendi præbuit ansam.

§. 23.

De bello an sit licitum. SINGULA hic excutere non est animus; observanda tamen circa bella in Manichæis refellendis sententia. Hæreticis videbatur mors aspera, nec a bono Principio infligi potuisse. Ut Deum hoc saltem crimine liberaret *Titus*, mortem naturalem dixit etiam ante peccatum, ut superius jam monuimus. Objiciebant illi sæpe violentam mortem in bellis bonis æque intentari ac malis. Duo respondet *Titus*: 1. Bellum sæpius utilissimum esse, eò quod morientibus vel peccandi finem imponeret, vel incolumes evadentibus *exemplum timoris proponeret*, justi vero cæteris feliciores ad cœlum hac viâ properarent. 2. Bellum tamen illicitum justis omnibus disertè pronunciavit; quod emollire conatus est *Canisius*, dum de bellis, solâ cupiditate Tyrannorum excitatis, hîc agi contendit. Sed quid opponas his *Titi* verbis, *justum bellare non licet?* quæ de bellis omnibus debent intelligi.. Nec solus fuit *Titus*, qui talia de bello sensit; ante ipsum inter Latinos *Arnobius*, dum Martem ridet, bella iisdem rationibus, ac Manichæi, oppugnat:

Arnob. lib. 3. p. 115. „ Deum ergo, inquit, dicemus in suæ voluptatis dulcedinem collidere orbem totum, discordiarum & discriminum causas inter gentes serere, terrarum longinquitate disjunctas, conducere ex diverso tot mortalium millia & intra verbi unius moras campos cadaveribus aggerare, sanguineos præcipitare torrentes, fundatissima delere imperia, æquare urbes solo, libertatem ingenuis abrogare & servitutis conditionem imponere, dissensionibus gaudere civilibus, commorientium parricida nece, & ad ultimum, filiorum patrum parricidali congressionis horrore.

§. 24.

Nomen Manichæorum multis impactum. EXTRA finem propositum evagarer, si plura congererem; non enim nobis est animus Manichæorum historiam conscribere, aut omnium Hæreticorum, qui in his voluminibus notantur, vestigia indagare. Alias forsan tentabitur illud magni laboris opus. Hic Scriptoribus à *Canisio* editis inhærentes, tria potissimum prosequimur: primò, originem hæreseos & præcipua quæ hic convelluntur dogmata, ut facilius noscantur, repræsentamus. Secundò, argumenta præcipua, quibus utuntur Patres proponimus, ut Lectori observentur, & in unum collecta possint attentius considerari. Denique si quid in eorum Scriptis peculiare, aut ab Ecclesiæ traditione doctrinaque diversum occurrit, hoc diligenter observari volumus; ut ea ratione si quid peccaverint Scriptores antiqui dignoscatur, néve animus eorum auctoritate abreptus decipi possit; quæ tria in hæresi Manichæorum describenda, ni fallor, confecimus. Duo tantum adhuc sumus moniturì: Primò, absurdissimam illam hæresim, in unoquoque sæculo, à Christo nato ad *Pium II.* usque consecraneos habuisse, ut eorum continuatam successionem describere facile sit; quod quam probrosum fuit humanæ menti, cujus dotes libertasque venditantur, nemo non videt. Sciunt omnes in Oriente Manichæos habuisse sectatores quam plurimos, usque ad inferiora tempora. Apud Albim vicinasque regiones duodecimo sequentibusque Sæculis ita viguerunt, ut bella gesserint instituendæque Inquisitioni occasionem præbuerint. Eorum crimina nefandosque coitus discet quisquis voluerit ex Actis à celeberrimo *Limborchio* vulgatis. Secundò, animadvertendum est, non omnes, qui Manichæorum titulo infamantur, in eorum ordinem debere referri. Omnes fere quos oderant hoc convicio infamandi Theologis, imò & Conciliis solitus mos fuit. Unicum hic exemplum ex *Nicephoro* Patriarcha Constantinopolitano, cujus opusculum *Canisius* edidit, proferam; is, nempe, Eutychianos qui & imagines respuebant, earumque cultum aversabantur, Manichæos appellavit, idque duplici de ratione: *Primo*, inquit, *impia dogmata Manichæorum docti & secuti, profitentes & vulgantes incircumscriptum esse Christum secundum humanitatem, & idcirco imaginem Christi idolum vocare ausi sunt, sibi ipsis & Christianis Idololatriæ crimen inferunt, accusantes Christum quasi non potuerit ab idolorum cultu liberare.* Peccabat dupliciter *Nicephorus*, in ea argumentatione; cùm toto cœlo differrent a Manichæis Eutychiani, & quanquam sæculi noni Christianos idololatriæ reos facerent, hoc tamen crimen Christo, quasi ex ejus impotentia natum, non adscribebant. Secundò, cùm eos in communionem etiam pœnitentes recipere nollet *Nicephorus*, in Manichæos, dogmata propria sæpius dejerantes, eos transformabat: *Talem enim fuisse scimus Manichæorum impiam & tenebris involutam superstitionem, cujus isti participes ac magistri fuerunt; ut, scilicet, deprehensi dissimulent dogmata sua, rejiciant, & rursus tempus nacti libertatemq; priorem adepti ad vomitum suum redeant.* Niceph. in Principes Apostas. ad ann. 870.

CAP.

CAPUT II.

Observationes criticæ, circa Historiam & dogmata Nestorianorum, ad Leontium Byzantinum, Nicephorum, Damascenum, Theodorum Abucaram &c.

§. 1.

Scriptores adversus Nestorianos.

PLURIMI subjiciuntur, hoc in volumine, Scriptores, qui diversis temporibus Nestorianos oppugnaverunt. Nullus eorum *Nestorio* coævus, sed ea numerosissima in Oriente secta septimo, octavo nonoque Sæculo, cui *Theodorum Abucaram* adsignavimus, fuit formidanda; & quanquam ab eo tempore, sub *Julio* tertio & *Paulo* quinto, dissidia componere tentaverint Nestoriani fidei professione edita, quâ idem cum Ecclesia Romana credere, verbisque solum discrepare denunciabant; nihilominus plurimi adhuc sunt inter Chaldæos qui *Nestorium* ducem sectæque parentem primævum cultu religioso prosequuntur.

§. 2.

Leontius Byzantinus sæpius errat.

INTER Scriptores hic editos enitet *Leontius Byzantinus*, qui plurima habet ad historiam Nestorianam elucidandam observatione digna. Ipse tamen aliquanto subtilius ratiocinatur adversus Hæreticos, & ubi argumenta sua è Traditione depromit, sæpius labitur. Inter Patres Nicænos refert *Cyriacum* Paphensem Episcopum, qui damnaverit Arianos. At nullus tunc fuit Paphensis Præsul qui *Cyriaci* nomen tulerit, sed *Cyrillus*, qui cum Salaminiensi Præsule *Gelasio* Concilio Nicæno subscripsit. Turpius erravit ubi *Hilarium* Pictaviensem inter eosdem Patres Niceæ adversus *Arium* congregatos recenset; tunc enim tantum aberat ut Concilio præsens adesset *Hilarius*, ut potius eo tempore Gentilium profiteretur adhuc errores; nec tueri divinitatem filii potuit, qui verum Deum idolis addictissimus non noverat. *Ambrosium* Alexandrinum Scriptorem à Mediolanensi Episcopo, hominem Latinum à Græco non distinxit: quæ varia sunt Leontii imperitiæ argumenta. Ne mireris eum quintum Concilium Oecumenicum reprobasse! Ea tunc non erat tanta Conciliis Oecumenicis fides, ut ab iis dissentire nefas fuerit; id ipsum fecit, Nono Sæculo, *Nicephorus*, qui dum Hæreticis cætera sex Concilia damnantibus crimen impingit, de quinto, quod ab omnibus etiam tunc temporis Ecclesiis non probaretur, plane siluit.

§. 3.

Damascenus Leontium describit.

LEONTIUM sæpius descripsit *Damascenus* tum adversus Nestorianos, tum adversus Eutychianos; fatendum tamen est, aliqua de suo addidisse non contemnenda, quæ saltem perspicua sint & facile à lectoribus possint intelligi; ea enim fuit subtilitas Græcorum, ut dum Trinitatis Incarnationisque dogmata accuratius indagarent, sæpius arguta nimis & quæ vix percipi queant, dixerint.

§. 4.

Nicephorus Ecclesiam Gallicanam anathematizavit.

NICEPHORUS, Patriarcha Constantinopolitanus Iconomachos, potius quam Nestorianos & Severianos exagitat. Illos incarnationem negasse contendit, eò quod Imagines colere nollent: quod ridendo plane argumento probat, ut id obiter notem, *Turrianus* in Scholio: *Ne petas*, inquit, *ubi scriptum sit colendas Imagines; scriptum est enim, ubi scriptum est adorandum esse Christum; siquidem inseparabilis est à Prototypo effigies ejus.* Ita Deum negant & in Atheorum ordinem reponi debent, qui nolunt Divinitatem oleariis coloribus effingi: Sic humanitatem imo divinitatem & cultum Christo debitum impugnant, qui ejus effigiem non adorant; imago enim & Prototypum idem sunt. Quid insulsius dici potest?

Ea ratione invehitur in *Eusebium*, tanquam *Ario* pejora sentientem *Nicephorus.* Inficiatur, adversus Historiæ fidem, a Synodo Nicæna post subsignatam fidei professionem fuisse receptum. Denique non modo ejus nomen è Dypticis, Synodo Alexandrina jubente, erasum, & memoriam celebrare vetitum fuisse contendit; sed & Anathema dicit omnibus quicunque *Eusebium* à Synodo ejectum susceperit. Multa sanè hîc ficta & vehementioris animi convicia, eoque anathemate Ecclesia Gallicana quoque anathematizatur, utpote quæ *Eusebium* non modo inter Ecclesiæ Doctores & Lumina, sed & inter sanctos Deo amicissimos retulit, quos colit die vigesima prima Junii.

§. 5.

Dogmata Theodori Mopsuesteni.

THEODORO *Mopsuesteno* multa objicit *Leontius Byzantinus*, ex quibus Christianum fuisse Præsulem celeberrimum in sinu Ecclesiæ & odore sanctitatis defunctum, quem *sapientem magnumque* appellabant discipuli, vix credas. Parum fuit quod θεοτόκον Virginem Mariam dicere nollet; in Scripturæ Canonem ipsum invehebatur: Historiam

Jobi, geminos Paralipomenon Libros, Canticum Canticorum & Esdram è veteri Instrumento, Jacobi Epistolam cæterasque catholicas tanquam spurias repudiabat: Tribus Psalmis propheticis exceptis, quos ad Christum referebat, cæteros omnes de Zorobabele & Ezechia interpretabatur. Sunt qui ulterius progrediantur & depravatos à Nestorianis sacros Codices contendant. Est

1 Joh. 4, 3.

ex. gr. locus, apud Johannem vexatissimus, quem hodierni codices sic habent: *Omnis spiritus qui non confitetur Christum in carne venisse, Antichristus est.* πᾶν πνεῦμα ὁ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ιησȣ̃ν Χριςὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τȣ̃ Θεȣ̃ ȣ̓κ ἔςι. καὶ τȣ̃τό ἐςι τὸ τȣ̃ Αντιχρίςȣ. Autumavit jam à longo tempore

Socr. l. VII. c. 32.

Socrates, aliter legi debere & in antiquis exemplaribus scriptum fuisse: *Omnis spiritus qui separat Christum, non est ex Deo:* πᾶν πνεῦμα ὁ λύει τὸν Ιησȣ̃ν &c. Quibus verbis tanquam telis acutissimis cum perfoderentur Nestoriani, *hanc sententiam sustulerunt*. Favet *Socrati* vetus versio Italicæ nomine notissima: favet *Irenæus* ipse, qui in Græcis legerat: *Omnis spiritus qui solvit Jesum Christum, non est ex Deo.* Observanda tamen hic tria quæ negari non possunt, quæque ab hoc depravati loci crimine Nestorianis liberandis inservire poterunt. Primo, Joanni certandum fuisse adversus Docetas & Gnosticos, qui Christum in corpore umbratili & phantastico venisse profitebantur. At multo validius, imo disertius adversus eos est argumentum Johannis, si doceat Christum *in carne* venisse; hanc enim carnem tanquam materiæ fœtum negabant Docetæ. Secundò, longe antequam dissidia Nestorianorum exorta essent, legebat *Polycarpus* in Epistola quæ genuina habetur ab omnibus: ὃς ἂν μὴ ὁμολογεῖ Ἰησȣ̃ν Χριςὸν ἐν σαρκὶ μὴ ἐληλυθῆναι, quæ proculdubio descripserat *Polycarpus* ex Epistola Joannis, quæque locum à nobis indicatum ita referunt, ut nequidem suspicio de ipsius depravatione superesse possit. Tertiò, an. siluissent Orthodoxi hanc Codicis sacri corruptelam? Eam scripto quidem mandavit *Socrates*, sed facili lapsu; cum enim, ut ex *Irenæo* & *Polycarpo* monuimus, varians esset lectio circa locum Johannis, nostra uti maluerunt Nestoriani; alteram prædicarunt unionis defensores, eoque facile fuit fraudem suspicari, dum ipse *Socrates*, qui divinitatem & humanitatem non duo sed unum esse dicit, Nestorianis multo pejus peccans in Eutychianismum præceps laberetur. Ad alia *Theodori* crimina properandum.

Adamum non peccasse à Deoque iniquo plane animo è Paradiso expulsum, ut homines redimendi per filium haberet occasionem, docuit. Quanquam Deo creationem tribueret *Theodorus*, multa tamen per accidens ex vi naturæ, Deo permittente, ficta formataque asserebat. Circa Christum præsertim errans inducitur, utpote qui diceret, hominem Dei appellatione dignum effectum, qui nihil sciret, præterquam quod Verbo ei secundum dignitatem unito videbatur, quique progressu virtutum paulatim perfectus ad suscipienda bona aptior evaderet: ideò baptizatus est, ut viam Evangelicam aggrederetur, eamque compleret. Quæ postrema possent explicari ex loco Scripturæ, ex quo patet Christum crevisse sapientia. Quod addit *Leontius*: *Nonne horres docens molestiores fuisse Christo passiones animæ, quam corporis*; horrorem non movet, imperitumque Theologum sapit, si de doloribus interpretari velis; nonne enim peccata hominum bajulans Christus gemebundus exclamat: *Deus mi! quid me dereliquisti?* Numinis absentiam, animæque dolores, cæteris omnibus acutiores, hoc verbo nobis probaturus.

§. 6.

Inconstantia circa Theodorum.

Duo satis mirari non possum circa *Theodorum* tot nominibus infamatum & à Concilio quinto post mortem anathemate perculsum. Primò quidem, talia plurimaque alia docentem *Theodorum Mopsuestenum* Ecclesiæ Præsulem placide tamen vitam traduxisse. Ferunt quidem, cum vellet *Tarsum Ciliciæ oculum* invadere, ipsi obstitisse *Theophilum Alexandrinum*; quâ ratione non video, quippe ab Antiocheno non Alexandrino Patriarcha pendebat Tarsus Metropolitana Sedes, nec nisi dubius & hæsitans, ex vulgari, scilicet, fama, rem refert *Leontius*. Leves quidam sparsi sunt rumores de *Theodoro*, & supplex libellus monachorum Armeniæ oblatus Concilio quinto, in quo *Proclum* exorabant, ut *Theodorum* speciali quodam anathemate feriret. Sed si vera ea sunt, eo major supinitas fuit Episcoporum, qui de tot erroribus ab uno Præsule vulgatis moniti vel siluerunt, vel remedia malo eradicando propria otiosi neglexerunt. Dum in *Chrysostomum* ipsum sæviret *Theophilus*; dum in *Nestorium* toleranda docentem insurgit *Cyrillus*, damnatque Concilium Ephesinum; dum levissimi errores, errorumque parentes sæpius exilio plecterentur ab Imperatoribus quos excitat Ecclesia; pacatam tranquillamque vitam degit, in pace quiescit Episcopus Mopsuestenus; imò inter Sanctos habitus est, illumque tanta veneratione prosequebantur Orientales, ut quamvis ipsi infensus fuerit *Cyrillus*, utpote quem *Nestorii* Præceptorem agnoverat, ejusque causæ plurimum interesset, ut ipse cum *Nestorio* damnaretur à Patribus Concilii Ephesini; talem Camarinam movere non sit ausus, ne Orientalium *Theodoro* addictissimorum animos in se concitaret. Damnatis Nestorianis ipsi se *Theodori* sectatores profitebantur, utpote qui sub venerando nomine se securos & tutos ab omni parte crederent. *Quod autem me reprehenditis, quasi Sanctos ac beatos Patres Diodorum ac Theodorum in magistrorum numero præterierim, quo cultu viros illos prosequar testis est liber quem de illis composui*, inquiebant illi. Beati igitur censebantur, imo sancti. Exasperatis tandem in Concilium Chalcedonense animis, *Justiniano* cruciatibus tormentisque Episcopos movente, Sæculo ab obitu *Theodori* jam diu elapso, damnatur ille à Concilio, pejor dicitur Ario, inter Manichæorum primipilos recensetur & ab omnibus

bus veluti sceleſtus habitus eſt. Quidquid dixerint Critici Theologi, hanc Eccleſiæ veteris adminiſtrationem mirari ſatis non poſſum; vel enim vivus tolerari, vel in Sanctorum cœtum poſt mortem admitti, vel poſt tot elapſos annos omnium probris non debuit objici. Si hæreſes peſtiferas in Eccleſiam Orientalibus, Ægyptiisque, *Theophilo* præſertim notus induxit; qua ratione ipſi committitur animarum cura, & ſalvus incolumisque, per totius vitæ ſpatium evadit? Cum *Neſtorius* ejus veſtigia premens, vel etiam multo tolerabilior, ut mox patebit, à Sede Conſtantinopolitana, imo Eccleſia tota cum conviciis ejicitur. Si tolerari potuit vivus, quidni & mortuus? An periculoſiores ſunt mortui, ſub terra ſilentes, vivis docentibus, verbis ſcriptisque eruditis populos a fide retrahentibus? Mortuo damnando convocantur Synodi, nulla vero vivo expellendo; hæc quomodo poterunt conciliari?

§. 7.

Reſponſum Leontii ad iſtas objectiones.

HANC difficultatem movet *Leontius*, triaque reſpondet: Primò, *Theodorum* illud non ex innocentia reportaſſe, ſed ex nimio ſtudio, quod ut lateret adhibuit; non enim patiebatur in vulgus efferri impietatem, quia tutum ſibi non eſſe ſciebat. Sed ſi ignota fuit tanto tempore *Theodori* impietas, in tot voluminibus ab ipſo elucubratis diſſeminata, quomodo per tot annos lectores fugere potuit? Ajunt decem mille volumina *Theodorum* edidiſſe *adverſus omnes Hæreticorum catervas ſtrenue decertantem*, ut loquitur *Theodoretus*: Summa cum libertate concionabatur apud Mopſueſtenos: Denique quomodo latuit qui tot conſectaneos habuit ſibi addictiſſimos? Si vero velata fuit impietas *Theodori*, qua ratione poſt tot annos potuit revelari a Concilio quinto? Secundò obſervat *Leontius*, quod cum Eccleſias veluti flamma depaſceret Arianorum hæreſis, per illud temporis ſpatium potuit latere *Theodorus*; cum enim duo morbi in corpore dominatum obtinent, vehementior obſcurat minorem. Quæ ſi vera forent, falſum eſſet quod ſæpius inculcatur, *Theodorum Ario* pejorem eſſe & *Photini*, *Pauli Samoſatenſis*, Manichæorum Judæorumque errores ſuo ſymbolo renovaſſe. Arianis enim relictis curari debuit morbus peſtilentiſſimus in Oriente per *Theodorum* ſerpens. Denique *Leontius* aſſerit, illum in *Neſtorio* damnatum à Concilio Epheſino: quæ ſubtilia ſunt, ſed parum cum hiſtorica veritate conſentiunt. Si damnatus Epheſi *Theodorus*, cur iterum anathematizatur in Concilio quinto? Si novo anathemate debuit percelli, cur ſiluit Chalcedonenſis Synodus Oecumenica ante quintam coacta? Ea fuit ſanè Epheſina iniquitas, quod cum *Neſtorium* ex Eccleſiæ ſinu expelleret, de *Theodoro* nil auſa ſit proferre, ob ſummam nominis apud Orientales reverentiam. Obliterari debuit apud Poſteros ipſius fama, antequam damnaretur. Infelix *Neſtorius ſolus cædis ſupplicium ſuſtinuit, cum ab aliis pugionem tuliſſet*, ut loquitur ipſe *Leontius*.

Leont. l. 3.

§. 8.

Cur ob Pelagianiſmum damnatus non ſit.

CONSTAT *Theodorum Mopſueſtenum* non modo Pelagianis faviſſe, quos aliquando deſeruit, ſed & libros quinque ſcripſiſſe adverſus *Hieronymum*, cæterosque Occidentales, quos homines peccare natura non voluntate, docuiſſe ſibi fingebat. Primò enim Adamum, teſte *Photio*, mortalem creatum aſſerebat, ſimulaſſeque Deum mortem ipſi inflictam in pœnam peccati, ut Genus humanum redimeret; quod Pelagianum eſſe nemo neſcit. Secundò, naturam hominum per peccatum Adami depravatam negavit. Tertiò, pati ideo non potuit, ut originali quadam labe infecti contaminatique dicerentur infantes. Quartò, neminem mortalium poſſe eſſe juſtum, tanquam erroneam occidentalium ſententiam reprehendebat. Miror autem, cum undiquaque argumenta adverſus ipſum congerantur, vix tamen Pelagianiſmum attingi. Hoc unum poſtulabat ab *Auguſtino Marius Mercator*, an Adamus mortalis factus fuiſſet; nec plura objicit *Leontius*, quamquam toti fuerint ambo in conquirendis *Theodori* hæreſibus. Inde factum ſuſpicor, quod *Cyrillus* ejusque ſequaces Ægyptii Græci Patres *Chryſoſtomo* addicti ea ſilentio obtegerent, quorum ipſi ſibi conſcii & rei eſſent, *Theodorum* enim damnaturi circa gratiam aut vires humanas, eadem ſententia *Chryſoſtomum* errantem implicabant.

§. 9.

An ſcripſerit contra Incarnationem.

NEQUAQUAM ſcripſit *Theodorus* contra Incarnationem, ut ferre videtur Titulus operis à *Leontio* laudati; quamvis enim apud *Marium Mercatorem* legatur ipſum excerpſiſſe quædam ex ejus libro *adverſus Dominum Jeſum Chriſtum & Incarnationem*; falſum tamen eſt. Quis enim putet Epiſcopum Chriſtianum ſubtiliſſimum, qui lectorem in partes ſuas trahere vellet, inſcripſiſſe libros ſuos *adverſus Dominum Jeſum Chriſtum*? Scripſerat *Theodorus de Incarnatione libros quindecim*; ſed ut fucum lectoribus facerent ipſum oppugnantes, genuinum immutaverunt titulum, aliumque ex doctrina Theodori Mopſueſteni, ut ipſis videbatur, finxerunt, quo populi, Doctoresque perculſi ab ipſius lectione averterentur. Sic idem *Marius Mercator* quædam latine reddidit ex Græco *Theodori Mopſueſteni* libro *contra Sanctum Auguſtinum defendentem originale peccatum & Adam per transgreſſionem mortalem factum catholicè diſſerentem*. Cave ne credas hanc epigraphen operi ſuo appoſuiſſe *Theodorum*, quæ ridenda foret, ſi hominem catholicè diſſerentem refellere tentaſſet. Quinque libros ſcripſerat *Theodorus contra aſſerentes peccare homines naturâ, non voluntate*, ut refert *Photius*. Culpabat ibi Occidentales, quod talia docerent, verebaturque ne hæc hæreſis ad Orientales deflueret. Non *Auguſtinum*, ut indicat *Marius Mercator* & autumat *Garnerius*, inter Occidentales peccatum originale aſſerentes, ſed *Hieronymum* recenſuit. Id patet evi-

Phot. Cod. 177. denter ex ipso *Photii* loco, qui librum legerat, ibique auctorem, adversus quem insurgebat *Theodorus* Ἀρὰν ab ipso adpellatum fuisse notat. „ Hunc, inquit *Photius*, etiam quintum Evangelium fictitium adjecisse, cum fingeret se illud in *Eusebii Palæstini* Bibliothecis reperisse. Rejecta præterea divini ac veteris Testamenti versione, quam LXX. Interpretes simul convenientes ediderunt, ut & *Symmachi* & *Aquilæ* aliorumque interpretatione, propriam quandam suam novamque conficere ausum; cum neque Hebraïcæ linguæ, ut illi, à puero assuevisset, neque mentem sacræ Scripturæ didicisset. „ Quæ omnia conveniunt *Hieronymo*, non *Augustino*. Primò *Hieronymi* nomen siluit, sed Ἀράν, hoc est, *maledictionem* appellavit, eò quod vel maledictus ipsi foret, vel generi humano maledicere videretur. Quæ verba quidem concitatæ mentis indicia neminem peculiariter indicant, & *Augustino*, ut *Hieronymo*, facile possent aptari; sed illud quintum Evangelium ab auctore quem refellit *Theodorus* fictum vel inventum, fuit *Evangelium Nazaræorum*, quod sæpius laudavit *Hieronymus*, quodque à cæteris erat diversum. Secundò, quæ de versione LXX. Interpretum aliorumque rejecta, ut suam facilius induceret, subjicit *Theodorus*, soli conveniunt *Hieronymo*, qui à LXX Interpretibus sæpius divertit, dumque Linguæ Hebraicæ addictus est, cæteros Interpretes deserit. *Augustinus* è contra LXX Interpretes summo habuit in pretio, novam vero *Hieronymi* versionem in auctorem ipsum commotus repudiavit. Tertiò, linguam Hebraicam ne primoribus quidem labris degustaverat *Augustinus*; in eo vero studio desudarat *Hieronymus*, non quidem *ab infantia* huic idiomati assuetus; inde multa animadvertuntur in ejus scriptis sphalmata, ut optimè conjiciebat *Theodorus*. Quartò, levis quidem conjectura *Garnerii*, mentitum, scilicet, *Theodorum*, vel immutasse libros primum contra *Hieronymum* scriptos, immutatosque postea edidisse adversus *Augustinum*; quæ verisimilia non sunt. Notior debuit esse Orientalibus *Hieronymus*, qui diu in Palæstina vixerat. Ab eo metuendum potiùs, ne doctrina, quam convellebat *Theodorus*, serperet apud Orientales, quippe cujus fama summa fuit. Adversus eum igitur potius scripsit *Theodorus*. Si immutatus fuisset liber, quomodo illa, quæ *Hieronymum* tam apertè repræsentant, lecta sunt à *Photio* post multa sæcula? Quintò, nec mirum si *Marius Mercator* adversus *Augustinum* scripsisse dixerit, utpote qui titulos librorum *Theodori* immutaverit, vidensque *Augustinum* tunc temporis adversus Pelagianos disputantem summa gaudere fama, nomen ejus ad frontem excerptorum *Theodori* apposuerit, ut populorum lectorumque odia in ipsum facilius concitaret. Satius tamen foret, si veteres hæreticos refellentes genuinos operum titulos retulissent.

§. 10.

Symbolum Theodori. TERTIUM hîc denique observandum circa *Theodori* libros, quorum excerpta habentur tum apud *Marium Mercatorem*, tum apud *Leontium Byzantinum* & *Photium*. Tribuitur illi Symbolum, quod *Nicæni* loco subsignari voluisse ferunt, idque tot erroribus est refertum, ut *Judaïcum* vulgo dictum sit. In eo consentire videntur recentiores fere omnes, *Justiniani* Imperatoris auctoritati obsequentes. Ego quidem ab iis plane abeo diversus; quippe primo *Charisius*, qui Symbolum Concilio Ephesino obtulit, illud non *Theodoro*, sed Quartodecumanis, quos pœnitentes receperat Ecclesia, adjudicavit, ita ut non Hæreticis, sed vel schismaticis orthodoxis deberetur. Secundò, *Cyrillus* ipse, qui, quantum in illo erat, *Theodorum* vellicabat, non nisi ex fama parum constanti hoc opusculum ipsi tribuebat. Tertiò, *Facundus*, acerrimus trium Capitulorum defensor, præfracte negavit *Theodorum* hujus Symboli fuisse parentem. Quartò, in eo decipi potuit *Marius Mercator*, ut & Justinianus, qui Symbolum illud à Concilio Chalcedonensi damnatum dixit; quanquam tale nihil legatur in Concilio, in quo res nequidem fuit agitata. Quintò denique, tot erroribus non scatet, ut *Judaicum* dici debeat, illudque si attentè perpendas, quædam tantum verba, quæ emendari debebant, damnabis.

§. 11.

Judicium de Nestorio. NOLIM ego *Nestorium* ab omni culpa, vel errore liberare; nimias procul dubio, ut cum *Theodoreto* loquar, de unica voce θεοτόκῳ lites in Ecclesia movit. Cumque absurdum ipsi videretur, æternum esse natum in tempore, Deum esse passum in cruce, dumque illas loquutiones nollet admittere, secus de ipsa incarnatione sentire visus est. Fatendum denique, ne in Apollinaristarum, Synusiastarumque fatuos errores incurreret, similitudinibus aliquot usum fuisse, quæ ipsum incusandi præbuerunt occasionem. Ut enim unionem Naturarum in Christo repræsentaret commodius, protulit exempla hominis veste induti, artificis malleo utentis, divinitatis in templo inhabitantis, parentis natum ex terra extollentis: quæ molliora sane videntur ad unitatem personæ in duabus naturis subsistentem exprimendam. Nec falsa sunt quæ dicimus, cum in ipsis homiliis *Nestorii* legantur. Sed an ideo discindi dilacerarique debuit Ecclesia, præcipuè cum hujusce Mysterii investigatio non modo mentes humanas sed etiam Angelorum captum excedat, plurimique tunc temporis censerent voces *Nestorii* in sensu nihil continere, quod vel Apostolicæ vel Nicenæ fidei repugnaret? Ideoque *Acacius Beroënsis* hortabatur *Cyrillum*, ut motus continuò sedaret, voceque Dominica utens, spiritale mare, quod turbatum cernebatur, increparet illud depromendo: *Tace & obmutesce*. Qua ratione Ecclesia graviter agitata fluctibus magis magisque intumescentibus pœne mersa salva portum appulisset. Eò facilius res potuissent conciliari, cum *Andreas*, qui jam ante Concilium Ephesinum Samosatensium fuit Episcopus & *Nestorii*

Acac. Beroëns. Ep. ad Cyr.

Concil. Ephes. I. c. 24. p. 384.

storii defensor tam vehemens, ut ad ejus damnationem nequaquam potuerit impelli, dum jussu Præsulis Antiocheni anathematismos *Cyrilli* refutaret, ipsumque ob confusionem Naturarum exagitaret, in cæteris ita ad *Cyrillum* accessit, ut legenti vix quidquam occurrat quod non probetur. Confitebatur, scilicet, Verbi cum humanitate unionem strictissimam, modo non confunderentur Naturæ: " Non enim duos „ ponimus filios, unum qui passus est, & „ eum qui impassibilis mansit, neque enim „ separatim quod est ex semine David no„ minatum est, sicut nec Divinitas post „ unitatem sine carne visibili filius appel„ lata est; filietas enim post ἕνωσιν com„ munis est utrique Naturæ, nam neutra „ est ab altera separanda; neque enim post „ unionem ulla est sejunctio. Manet illa „ unio sempiterna. Similiter in passioni„ bus carnis Deitas erat inseparata, sed im„ passibilis remanebat, & per carnem signa „ implebat divina, unde unum eundemque „ filium confitemur, inconfusis manenti„ bus naturis, non alium & alium, absit! „ sed unum eundemque dicentes *qui passus* „ *est non pro seipso, sed tantummodo pro nobis*." Hæc describere non piguit, ut facilius animadvertat Lector, *Andream Samosatensem* non modo unionem Naturarum agnovisse, qua Filius unus & idem semper esset, etiam dum pateretur, sed etiam voce ἑνώσεως, circa quam lis movebatur, usum fuisse; denique Christum pro nobis solis passum, quod objiciebatur Nestorianis tanquam aliud credentibus, fuisse confessum. Sed tantum fuit in *Cyrillo* contentionis studium, ut *Andream*, hominem summæ pietatis doctrinæque causa, apud Orientales, magni nominis, non modo velut Hæreticum traduceret, sed & insani, dementis similibusque convitiis perpetuo affecerit; cum tamen in ejus Scriptis recentiores, quanquam moniti, nihil erroneum advertant, fateanturque subtiliores imo adversus *Nestorium* vehementiores Critici, nullam propositionem hæreticam posse digito notari, venenumque, ut ajunt, tot coloribus infucatum, ut nisi consequentiarum aliquot vi tantum possit revelari.

Andr. Samosat. ap. Cyrill. Apol. adv. Orientales.

§. 12.

Credidit Deum esse Filium.

Et revera *Nestorium*, hominem Græcum in Syriæ finibus ortum, aliqui ex Germania natales suos duxisse asserunt, Germaniciam cum Germania longissime dissita confundentes. Alii illum velut *Photini*, vel *Pauli Samosatensis* asseclam traducunt: qui quidem res anteactas aut dogmata minime accurate perpendunt, & ex Veterum auctoritate potius, quam ex rei veritate sententiam referunt; facile enim possunt illatæ quædam *Nestorio* criminationes dilui.

Primò enim credidit Filium unigenitum ejusdem Essentiæ cum Patre. Legatur ipsum Symbolum, quod vel Nestorianis, vel *Theodoro* vulgo tribuitur; ibi summum primumque Caput de Filio: πιστεύομεν γὰρ εἰς ἕνα Θεοῦ υἱὸν μονογενῆ ἐκ τῆς οὐσίας ὄντα τοῦ πατρῴας, ὄντως υἱὸν καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα οὗπερ ἐστὶ καὶ πιστεύεται υἱός. *Credimus in unum Filium Dei unigenitum, qui est de substantia & essentia Patris, tanquam verus filius & ejusdem essentiæ cum illo, cujus & creditur esse filius.* Quod quantum à *Photino*, Samosatenianis, imo & Arianis illud negantibus distet, nemo non videt. Falsa igitur & temere edita fuit illa obtestatio publica *Eusebii* Dorylensis, qua sententia *Nestorii* cum impio *Paulo Samosateni* dogmate sex propositionibus conferebatur; alter enim Filium à Patre ab æterno genitum negabat; alter vero, *Nestorius*, Virginem divinitatis fuisse matrem inficiabatur; quæ toto cœlo differunt. Ludebat in ambiguis vocibus *Eusebius*, illi tale crimen affingens. Tantæ fuit erga Christi Divinitatem religionis, ut cum vox quædam *Theodoro* concionanti excidisset, quæ illam impetere videretur, commotus *Nestorius* Præceptorem coëgerit verbum publice prolatum ejurare. Nec sententiam mutavit Episcopus jam liberior factus, qui anathema diceret omnibus quoquomodo Divinitatem Verbi impugnantibus, ipsosque non modo dictis, sed & factis est aggressus. Cessare igitur debuerunt Veteres, *Cyrillus* cæterique ab hoc crimine ipsi affingendo.

Theod. Symbol. ap. Mar. Merc. p. 351.

Obtest. publ. Euseb. ap. Mar. Merc. T. 2. p. 18.

Secundò, *Nestorius* Dei filium unicum, Patri consubstantialem, naturam humanam induisse credidit: *Fuit homo natura perfectus, ex anima rationali & carne humana constitutus, quique, secundum nos, naturaliter virtute & potentia Spiritus S. in virginis utero figuratus est.* Vitilitigatur hic *Marius Mercator*, quasi voluerit *Christum jam natum ex virgine per Spiritum adhæsisse Verbo Dei Deo, atque ex illius societate meritum & vocabulum conquisisse.* Sed certe plusquam lynceis oculis opus est, ut hoc in Symbolo Nestoriano animadvertatur. Χρὴ δ', inquit auctor Symboli, εἰδέναι, ὅτι ὁ δεσπότης θεὸς λόγος ἄνθρωπον εἴληφε τέλειον ἐκ σπέρματος ὄντα Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ κατὰ τὴν διαγόρευσιν τῶν θείων γραφῶν. *Oportet scire Verbum Deum, Magistrum nostrum assumsisse hominem perfectum ex semine Abrahami & Davidis, secundum Divinarum Scripturarum eloquia.* Quomodo hinc elicias jam, hominem natum perfectumque evasisse Christum, cum unio facta est, opitulante Spiritu sancto? Hæc equidem ego non video; tantumque abest, ut contrarium pateat ex voce, quam usurpari debere contendebant Nestoriani, Virginem θεόδοχον, non θεότοκον appellari volentes; unde facile probatur in utero Virginis Verbum humanitati unitum fuisse; quippe qui Virginem Deum, hoc est, Verbum recepisse confiterentur; quo vero momento unitum fuerit Verbum humanitati, id difficultate non carebat. Quid ergo deest hoc in Symbolo, etiam apud Veteres vexatissimo, ad fidem Ecclesiæ exponendam? In eo legis Christum hominem adsumsisse, huncque hominem fuisse perfectum ex carne & anima constantem, adversus Docetas omnes & Apollinaristas; illum hominem ex semine Davidis & Abrahæ fuisse; quod probat ipse Christus qui se *filium Abrahæ* dixit: hominem illum à Spiritu S. in Virginis utero figuratum. Quin sic loquuntur etiam Orthodoxi.

SAL-

§. 13.

Unionis modus secundum Nestorium

SALVA Divinitate & humanitate Christi superest Unionis modus explicandus, in quo potissimum difficultas versatur. Primò *inseparabilem* unionem Dei cum homine dixit. Græca Symboli Nestoriani verba sunt apponenda: Ἐπειδὴ εἷς τῇ κατ' οὐσίαν ὄντος κυρίου τε καὶ υἱοῦ ἀχώριστον ἔχει πρὸς αὐτὸν τὴν συνάφειαν. *Qui secundum essentiam unus est Dominus & Filius, cum eo inseparabilem habet unionem.*

Secundò, eadem ratione contendit duos filios vel Dominos dici non posse; eò quòd particeps divinitatis sit homo: „ Neque „ duos dicimus filios, nec duos Dominos, „ quoniam unus Filius secundum essentiam „ Verbum, Deus, unigenitus filius Patris, „ cui iste conjunctus est; particeps Deitatis cum eo communem habet nuncupationem."

Tertiò, neque ideo Christum unitum divinitati, filium adoptivum eodem modo, quo homines divinæ gratiæ per Spiritum participes, dici posse credidit: „ Is enim, „ qui pro nostra salute assumtus est, cum „ Deo confertur, tam nuncupatione, quam „ honore & Filii & Domini; non sicut u- „ nusquisque nostrum ex se existens appel- „ latur Filius Dei; unde plures filii Dei „ dicimur; sed is singulariter hoc habens „ id quod Verbo Dei *conjunctus est dignitatis & dominationis particeps.*

Quartò, Christum hominem Divinitatis, dignitatis, dominationisque participem ex unione cum Verbo credens, cultum ipsi ut Deo debitum nequaquam denegavit; imò eadem veneratione Filium, Christumque ac supremum Patrem venerabatur.

Ea igitur fuit unionis ratio, ut Verbum æternum Patri coëssentiale ab humanitate assumta divelli separarique non posset. Ex duabus naturis plane diversis fiebat unus Dominus, unus Filius; non quidem filius adoptivus, secundùm ordinem fidelium, quos gratia Deo conciliavit, sed Filius Divinitatis, dignitatisque supremi Numinis particeps, unde cultus supremus ipsi debuit deferri.

Verum ulterius progredi noluit *Nestorius*, sed inexplicabilem, ἄῤῥητον, modum unionis credens ab ipso indagando abstinuit; quid enim meruerat *Apollinaris*, ut loquitur *Acacius Beroënsis*, in his investigandis, nisi ut Schismaticus ab omnibus haberetur? Quid meruit ipse *Cyrillus*, dum ea de re inscrutabili sæpius mentem aperuit, nisi quod forsan errorem Nestoriana in loquendo abstinentia pejorem induxit? In eo explicando & ab hæresi liberando desudatur à multis sæculis, ejusque verba saltem benigna interpretatione indigent, ut orthodoxa habeantur.

§. 14.

Cyrilli Leontiique sententia.

SI dogma reconditum, spissisque obvolutum tenebris felicius aperuissent, qui Orthodoxorum nomine gaudebant, laudes & spolia ampla merito reportassent; Sed primò, Eutychianæ hæresi viam fecit *Cyrillus*, cum Monachi, quorum ope usus fuerat in expugnando Nestorio, ipsius auctoritate tuerentur confusionem naturarum. Revera dixerat *Cyrillus*: „ *Post unionem* „ *non dividimus naturas* à se mutuò, neque „ in duas secamus filium qui unus est; sed „ unum dicimus filium, & quemadmodum „ loquuti sunt Patres, *unam naturam Dei* „ *Verbi incarnatam.*" Duo sunt, quæ hìc observare licet: Primò, unam naturam post incarnationem à *Cyrillo* admitti; quod ambabus ulnis amplexi sunt hæretici, pro confusione naturarum decertantes; nec illi solum sententia hac *Cyrilli* commoti sunt, sed & Patres Orthodoxi, ut eum ab hæresi vindicarent, in varia abierunt hoc dictum explicaturi; ab una parte Eutychiani nunquam cum Orthodoxis in arenam pugnaturi descendebant, quin ad illud *Cyrilli* dictum, velut ad arcem propugnaculumque munitissimum confugerent; ab altera parte Orthodoxi in varias sententias interpretationesque distrahebantur, objectionem ex *Cyrilli* testimonio ad rem apposito declinaturi. Secundò, Patrum auctoritate sese tuebatur *Cyrillus*: *At quis tibi Patrum istud unquam dixit, unam naturam Dei Verbi incarnatam?* ut loquebatur *Theodoretus*. *Athanasium* quidem postea indicavit *Cyrillus*; sed spurio suppositoque *Athanasio* Operi innitebatur. Alium testem quam *Leontium* nostrum proferre nolim. Observat ille *Cyrillum* à plurimis Apollinaristam fuisse creditum, eò quod unam Naturam incarnatam dixerit, primumque esse ex Orthodoxis qui hæc protulit. Deinde de testimonio *Athanasii*, quo utebantur hæretici, fusè disserens observat hoc Opusculum *foliorum circiter duorum non esse Athanasii*. Ut autem *Cyrillum* purgaret, qui hunc libellum, ut cæteri, laudaverat, fingit sibi *Dioscorum*, *Cyrilli* successorem, illud operibus ejus inseruisse. Argumentum in eam rem profert dubium; nempe, quod cum *Cyrillus Theodorum Mopsuestenum* oppugnans multa Patrum testimonia congessisset, *Theodoretus*, qui in his Patrum testimoniis enucleandis totus fuit, *Athanasium* penitus omiserit; unde conjicit *Leontius*, à *Cyrillo* non fuisse productum *Athanasii* locum, qui spurius agnitus est. Quidquid sit, patet *Cyrillum*, dum Incarnationis mysterium diligentius aperire vellet, in fumum incidisse dum ignem fugeret, testimoniisque Patrum sæpius abuti consuevisse. Tertium addam ex *Leontio* & *Damasceno*, quos potissimum elucidare curamus: Illi, scilicet, occasione controversiarum, quæ circa Incarnationem movebantur, arrepta, intricatas subtilissimasque quæstiones agitarunt, quæ piorum animos offendant potius, quam rem arcanam doceant. Quæsitum, scilicet, ab iis, utrum Naturæ in Christo duæ ad quantitatem continuam, vel discretam referri debeant. Observat *Leontius* non omnem numerum esse quantitatis discretæ, sed de continuis etiam usurpari posse. Utitur ad probandum similitudine ligni plurium cubitorum; possunt enim assignari huic ligno quinque vel sex cubita. Duplicem igitur constituit nume-

numerum, alterum in quantitate continua, quemadmodum in tempore: alterum in quantitate discreta. Negat binarium quantitatis continuæ in Christo locum habere, eo quod continuum dicatur cujus partes communi termino copulentur. Quare discreta quantitas est tribuenda Christo; discretum autem dicitur non illud solum quod prorsus est divisum, sed illud etiam, quod sic unitum est, ut suam quamdam rationem qua distinguitur, servet. Similia habet *Damascenus*, quæ legere possis apud *Euthymium*; hæc enim ideo tantum subjecimus, ut pateat, quantum extra limites præscriptos exspatientur, qui Incarnationem subtilius indagare tentaverunt. Nonne satius foret, in rebus, quæ concipi nequeunt, inquirendis modum adhibere, sibique temperare, quam extra oleas evagari, Hæreticisque vel Religionem Christianam confodiendi occasionem præbere, quod voluit *Nestorius*?

§. 15.

Objectiones adversus Nestorium. In eo reprehendunt *Nestorium* plurimi, quod Unionis modum explicans sæpius de homine assumpto, quam de humanitate Divinitati unita, mentionem fecerit. Arguunt præsertim, quod in Symbolo Nestorianis peculiari legatur frequentissime *is*, vel *hic*, qui dicatur sociatus Divinitati. Ambiguæ sane voces, quibus abstinere satius multo fuisset. Movet alium, quod unionem *Societatis* voce repræsentaverit. Omnis enim societas geminorum est hominum non modo distinctorum, sed etiam disjunctorum. Inest, scilicet, in Physicis divisio quædam inter *partes sociatas*; sed quanquam ἑνώσεως, seu *unionis* vocem declinaret *Nestorius*, ne ex ea unione nasceretur confusio Naturarum, summam tamen conjunctionem ἀκρὰν συνάφειαν confessus est, qua voce usi sunt

Chryf. in Joh. Basil. t.1.p. 117. ante eum *Chrysostomus*, *Theodori* Discipulus, imo & *Basilius*. Non debuit ergo urgeri vox *Societatis*, adversus *Nestorium*, cum aliter se habeant societas & conjunctio in divinis, ac humanis. Saltem ob eam vocem impropriam Symbolum Nestorianum Judaicum, imo & impium dici vix debuit.

Symb. Nestor. Deinde dixit *Nestorius* Verbum *assumpsisse* hominem. Θεὸς λόγος ἄνθρωπον εἴληφε τέλειον. *Deus Verbum hominem assumpsit perfectum.*

Nestor. Serm. 2. *Confiteamur*, inquit dum oraret ad populum, *in homine Deum, colamus divina quadam conjunctione cum Deo omnipotente hominem.* Divina cum sit illa conjunctio & ineffabilis, de ea ratiocinandum non est, ut de rebus humanis. Tres personæ, tres sunt homines; sequiturne inde tres esse Deos distinctos? Hoc nemo tuetur Trinitatem Personarum asserens.

Movent præsertim illæ comparationes *Nestorii* Christum appellantis *Divinæ cooperarium auctoritatis*, *tanquam Dominicæ bonitatis instrumentum*, *tanquam manum Divinitatis*, *tanquam animatam Regis purpuram*, *tanquam Divinæ indignationis propitiatorium. Christi* inquiebat *appellatio modò templum, modò inhabitantem in illo Deum demonstrat.* At tantumne fuit *Nestorii* scelus, rem cum re aliquatenus dissimili componere, quam præsertim inscrutabilem confitentur omnes? Expendantur illæ similitudines Veteribus solitæ ad Trinitatem ex Sole, vel Mente vel alia qualicumque creatura repræsentandam. Omnes tam Veteres, quam Recentiores, qui his usi sunt, inter Hæreticos circa præcipuum Caput fidei ablegabis, siquidem humanis Divinitas æquiparari haud potest; similitudineque omni deberent abstinere, his in rebus, Theologi, nisi benignè explicentur. Ab iis similitudinibus, quas docendæ plebi aptissimas credidit, divelli non debent alia quæ *Nestorii* mentem declarant. *Inseparabilem* enim dixit illam unionem Verbi cum homine, quod nec templis, nec purpuræ, nec instrumentis convenit; *Ineffabilem* divinamque credidit. Unde patet aliquid strictius in ea animadvertisse quam in Rege purpura induto & Numine templum inhabitante. Una vox ipsi defuisse videtur; noluit, nempe, *Substantiarum* unionem hypostaticam confiteri; veritus ne cum Synusiastis, tunc serpentibus, induceretur nescio quæ confusio naturarum & substantiarum, qua totum incarnationis passionisve Mysterium funditus rueret, aut Divinitatem passam profiteri cogeretur, quod impium erat.

Nonne tamen suffecerit divinum illud agnoscere & planè *ineffabile* opus? tantumne scelus est de re incomprehensibili tacere, divinamque sapientiam, cujus investigabilia sunt opera, silentio revereri?

§. 16.

Movebat denique vox θεοτόκος, in quam aliquando insurrexerat *Nestorius*; postea tamen illam vel adversariorum imbecillitati condonans, vel a priori proposito revocatus, vel denique ne pacem Ecclesiæ turbaret majoresque conciliaret motus, profiteri voluit, non modo dum haberetur Concilium Ephesinum, sed & in concionibus, quas ad populum habuit, præsentibus *Cyrilli* legatis; attamen repulsam tulit à *Cyrillo* cæterisque qui in ipsius perniciem conjuraverant. Confitebatur *Nestorius* Virginem χριστοτόκον, quæ vox orthodoxa plane est; de Religione tamen actum putabat *Cyrillus*, si ea admitteretur. Audiatur & *Damascenus*, qui hanc veritatem præfractè negavit: *Christigenitricem nullo modo dicimus sanctam virginem, quoniam ad tollendam è medio vocem alteram Deigenitricis, istam adhibuit nefarius ac detestandus & Judaico sensu præditus* Nestorius, *vas ignominiæ, disrumpatur ipse cum patre suo Satana.* Quis talia sine indignatione legat? Utramque naturam Verbi exprimit nomen Christi apud Scriptores sacros usitatissimum, attamen ille *Satanæ filius* & *Judaico sensu repletus* dicitur à *Damasceno*, qui Virginem Christum peperisse tuetur. Ipse qui negat *Damascenus* injuriam facit Virgini & à veritate notissima deviat. Deinde vero constat Virginem beatam θεάνθρωπον genuisse; Divinitatis vero Matrem fuisse, quis audeat profiteri? Ut illud postremum explicet *Cyrillus*, asserit in epistola ad Monachos duplicem Verbo assignari debere generationem: Prior æterna

Contentiones circa voces Theotokos & Theo-Christos.

fuit,

fuit, altera vero generatione secundum carnem à Matre in ejus utero initium & originem habuit. Hæc *Cyrillus*, quæ procul dubio sunt absurda. Non enim unio Divinitatis cum carne, in Virginis utero, generatio debet dici; deinde Deo originem secundam initiumque tribuere impietati proxime accedit. Clarius multo, ea in re, *Nestorius: Quemadmodum mulier corpus quidem gignit, Deus autem animam infundit, neque dici potest mulier animæ genitrix, quod animatum genuerit, sed potius dicenda erit hominis genitrix: ita beata Virgo, etsi hominem peperit, adveniente cum humanitate Verbo*, συμπαρελθόντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ λόγου, *Dei genetrix tamen appellanda non est.* In eo igitur versabatur difficultas, quod ab una parte *Cyrillus* & asseclæ nollent dicere Virginem χριστοτόκον, quanquam vox pia, *stultusque sit, peræque ac profanus impiusque qui dubitet Mariam Christi fuisse Genitricem*, ut loquitur *Petavius*: ab altera parte vocem θεοτόκος, quâ generatio Dei imo Divinitatis tribui videbatur Virgini, respuebat *Nestorius.* Tenacius forsan quam debuit, unusquisque sententiam propugnavit; sed an ideo discindi debuit Ecclesia? Christum genuisse Mariam Scriptores sacri ubique profitentur; nequaquam vero *Dei Matrem* appellant. An errat qui divinitus afflatos homines sequitur passibus æquis? Heterodoxi proculdubio censeri deberent potius, qui χριστοτόκον Virginem nollent dicere, quam qui nomen θεοτόκου repudiabant; saltem utrumque non poteris à crimine liberare, vel insontes utrique debent haberi; qua enim fronte vel *Cyrillus* vel *Damascenus* χριστοτόκον Virginem dicere detrectabant voce à Spiritu S. consecrata? At vero litem intentabant ei qui θεοτόκος, Scriptoribus Apostolicis vocem ignotam inusitatamque respuebat. Æquo pondere libranda res est: vel ambo eodem reatu debent infamari, vel utrumque culpæ eximere postulat æquitas. An tantum intererat Religionis vocem θεοτόκου in Ecclesia usurpari, ut pacis potius jactura facienda fuerit? An licuit *Cyrillo Alexandrino* ejusque sequacibus, quorum ope in Eutychianam factionem transmigrarunt Monachi Thebaidos, *unam naturam* in Christo impune profiteri; vetitum vero fuerit *Nestorio* unionem *ineffabilem* dicere, ne in hunc lapidem pedem impingeret? Observabat jure merito *Facundus Hermianensis*, *Dionysio Alexandrino* cæterisque Patribus Ante-Nicænis multo graviora fuisse condonata, interpretesque Patrum sententias sæpius emollire coactos, ne plane hæretici circa generationem æternam viderentur; quod à *Petavio* fusius nuper probatum: Eadem *Oeconomia*, ut loquuntur Theologi, ignosci potuit *Nestorio*, qui cum modum unionis Verbi cum humanitate ipsius captum ut & cæterorum mortalium excedere crederet, temerè extra limites progredi veritus, ineffabilem dixit. Nonne *Cyrillus* ipse, postquam multa effutiit quæ Eutychianis novam hæresin fingendi præbuerunt ansam, ad eadem incita redactus est? *Utroque manente*, inquit, *eo modo quem verbis explicare effarique non possumus*; ἀῤῥήτως καὶ ἀφράστως ἑνωθείς? Criminabatur igitur in *Nestorio*, quæ ipse dicere cogebatur, ut sese adversus Orientalium objectiones tueretur.

Nest. apud Cyrillum contra Nest. p. 17.

Cyrill. Ep. ad Successum secunda p. 143.

§. 17.

Duæ Sectæ Nestorian.

QUIDQUID sit, varias in partes dilacerati sunt *Nestorii* consectanei, binæque potissimum fuerunt sectæ: Prior ineffabilem, ἄῤῥητον, profitebatur unionem Naturarum; eâ, scilicet, ratione, quod concipi nequeat, quomodo Divinitas infinita humanitati circumscriptæ ita colligata sit, ut unam hypostasin, *personam* Latinis, efficiant. Eaque pars iterum discindebatur, levi tamen discrimine; alii enim argumenta, quibus premebantur, ut asserit *Leontius*, effugere; alii majorem supremo Numini observantiam deferre mysteriaque silentio venerari sibi fingebant: Alii denique dixerunt simpliciter, Christum esse incarnatum *ut voluit* vel, *ut ipse novit.* Quæ laudanda forsan fuit moderatio. Quanquam enim imbecillem meticulosamque animam, ex judicio vulgi, sapiat illa taciturnitas; satius tamen est, modo fraus absit, ab investigandis aperiendisque Mysteriis abstinere, eaque ineffabilia confiteri, quam extra limites præscriptos evagari. Facilis lapsus in errorem ubi multa loquimur de Deo; vix autem peccaturus est homo sibi temperans & inscrutabilia Dei, ne decipiatur, hominibus exponere accuratius metuens; hæc enim Deus cum non revelaverit, ab eo deviatur, propriaque sententia ipsi sapientissimo affingitur, ubi rationem Mysteriorum nimis acutè explorare contendunt Theologi. Quis igitur damnaturus est illos simplices sobriosque Doctores vel laicos, qui *ut Christus voluit & novit, ineffabiliter*, strictissime tamen Divinitatem humanitati conjunctam dixerunt. Hos oppugnare noluit *Leontius*; fatetur enim quodammodo excusari posse, si peccent ex reverentia; Si vero post adeptam doctrinam perseverent, insanabiles esse. Et revera, quanquam multi in *Theodoretum* iniquo fuerunt animo, ita ut Synodum Chalcedonensem ea ratione noluerint admittere, quod ab ea non fuerit damnata *Theodoreti* ad *Cyrilli* anathematismos responsio, *Leontium* ipsum toties vexatum ab omni crimine liberat, 1. dum asserit Nestorianorum dogmata non tenuisse & *Cyrillum* exagitasse, quod illum unam Naturam docere autumaret. 2. Fictitias esse Epistolas tum *Nestorii*, tum *Theodoreti*, quibus eorum communio probatur, cum *Nestorium* odio quodam prosequeretur *Theodoretus*. 3. Insurgit in Hæsitantes vel Concilium Chalcedonense repudiantes, eò quod ibi non perculsus fuerit anathemate *Theodoretus*, ob libellum in *Cyrillum* editum, demonstrans non modo *Theodoretum* ut reciperetur anathema dixisse *Nestorio*, sed *Cyrillum* ipsum unione cum Orientalibus constituta fœdus iniisse cum *Theodoreto*, absque ulla scripti sui dejeratione. Unde patet plurimos qui Nestorio adhærebant, imo ipsos factionis, ut loquun-

quuntur, duces, primipilosque sæpius culpa vacasse, quod patet ex ipso *Leontio*.

Leont. de Sect. act. IV. & VI. p. 516.

§. 18.

Secta altera periculosior.

ALII audaciores facti, vel præceptori minus addicti, unionem *voluntatis*, *operationis*, *dignitatisque* in Christo tantum agnoscebant; Catholici vero substantiarum unionem, absque confusione tamen probabant. Objiciebat illis primò *Damascenus*, quod ea ratione duos filios facerent, quorum alter esset filius naturâ, alter vero gratiâ: *Duos filios confitemini, unum naturâ, alterum secundum gratiam: Duos filios adoratis, & sententia vestra facta est Trinitas quaternitas.* Aliud profitebatur argumentum, eâ, scilicet, unione voluntatis & operationis Christum à plurimis hominibus, quos afflaverat supremum Numen, non posse secerni. Inde sequebatur, nihil admiratione dignum in incarnatione filii posse animadverti: *Quid enim magnum*, inquiebat *Damascenus*, *quid novum & absconditum, quod aliis generationibus non est agnitum, aut quæ divitiæ, vel quæ sapientia ineffabilis, vel quæ caritatis exsuperantia, si per hominem salus facta est, aut quomodo Mysterium Oeconomiæ, exinanitio, & incarnatio, & resumtio humanitatis dicetur, si non per filium Dei & natura Deum salvi facti sumus, sed per unum ex iis, qui erant sub interitu & qui nobiscum per gratiam sortiti sunt salutem?* Utebantur comparatione corporis & animæ circa quam inepté, ni fallor, cavillabantur Nestoriani. *Si enim*, inquiebant, *Divinitas animæ similis est, debuit pati & circumscribi; sed impium est circumscriptionem & passiones tribuere supremo Numini.* Monet *Leontius* aliquod discrimen inter similia sæpius observari, & quemadmodum anima illibatas servat innatas sibi dotes quanquam unita corpori; sic Divinitas, quæ finita, patibilisque concipi nequit, quamvis humanitati copulata eadem semper habuit attributa, in eoque solummodo conferri, quod inter duas naturas dissimiles plane fiat unio strictissima, undeque una deducatur persona. In eo potissimum stabant Orthodoxi ut consequentiis è Nestorianorum sententia elicitis probarent incarnationem penitus ruere, Christianæque Religionis fundamenta, quæ morte Christi nituntur, hoc errore convelli; sic facilè exosi populo reddebantur, qui de fide actum putabat. Sic *Cyrillus*, sic *Leontius*, sic *Damascenus*; quæ tamen methodus disputandi minime probari debet.

Damasc. contra Nest. p. 730.

§. 19.

An Nestorius Impanator.

OMNIA quibus retundebatur ille Nestorianorum error, persequi non licet argumenta. Duo tantum ad controversias præsentium temporum magis pertinentia debent elucidari. Quæritur quid senserit *Nestorius* de Eucharistiæ Sacramento. De *Cyrillo* etiam dubitatur, & longa de ejus fide circa Sacramentum illud feruntur dissidia. Observatur à Viro docto maximam intercedere inter Nestorianos & eos qui vulgo Sacramentarii dicuntur, affinitatem. Quatuor potissimum capitibus constat; quippe *iisdem utrique principiis utuntur; iisdem premuntur argumentis; eadem sectantur effugia; iisdem loquendi formulis errorem suum exponunt.*

Garner. Diss. I. ad Mar. Merc. p. 329.

Primò, hæc illis sunt communia principia: I. Nullam agnoscere Naturarum in Christo sive partium in Eucharistia unionem, præter moralem, quæ συναφεία & pura σχέσις dicitur. 2. Negant posse quicquam aliena substantia niti, accidentiaque sine subjecto exsistere posse inficiantur. 3. Rejiciunt utrique unionem σχετικῇ majorem, ne caro Christi coëxtendatur, vel sit immensa.

Secundò objicitur utrisque locus ille Scripturæ: *hoc est corpus meum*: quem eadem responsione eludere conantur figurata verba opiniosissime contendentes. Denique concludit Author ille eruditus sane, *Nestorium* impanationem cum Augustanæ confessionis defensoribus asseruisse.

§. 20.

An Transsubstantiationem negaverit.

ULTERIUS debuit progredi *Garnerius* in aperienda *Nestorii* sententia; non enim sibi constarent Hæretici, nec alterum alteri consequens esset, si dum illi unionem Naturarum in Christo *moralem* tantum fingebant, alteram strictiorem multo in Eucharistiæ Sacramento fuissent propugnaturi. *Magna enim est incarnationis & Eucharistiæ cognatio, ita ut hæc illius quædam extensio & continuatio dicatur à Patribus*: Ex iis igitur quæ docuit *Nestorius* circa incarnationem concludas facile quæ de Eucharistia tenuit. Fuit secundum Nestorianos unio Divinitatis cum humanitate σχετική, *moralis*, aliudque præterea nihil, si *Garnerio* credas; & revera Nestorii asseclæ id tuebantur. Nulla igitur alia præter σχετικὴν s. *moralem* debuit suscipi unio Verbi cum pane Eucharistico. Asserebant Nestoriani Verbum humanitati unitum *voluntate*, *dignitate*, *operatione*, *ἐνεργείᾳ*; quod potissimum ut hæreseos caput oppugnat ubique *Leontius* noster. Nullam proinde aliam præter ἐνεργείας admiserunt in Eucharistia conjunctionem: quod ab impanatione quantum distet, nemo non viderit. Verebantur Nestoriani ne caro Christi strictius unita Divinitati vel immensa fieret, vel ab ea non posset distingui; non potuerunt igitur, nisi sibi contradicerent, suamque sententiam à fundamentis convellerent, ubiquitatem carnis Christi per impanationem confiteri. Metuebant illi ne Deus diceretur natus, vel crucifixus, vel mortuus: quanto magis vulgare illud ipsorum Sacerdotibus & Laicis dictum: *Sum Dei creator, Deum feci, Deum manducavi*, horruissent? Porro illa consecrationis verba: *hoc est corpus meum*, figurata *opiniosissime contendebant*, ut loquitur *Garnerius*; at quomodo, si figurata erant verba, realem corporis Christi præsentiam, per impanationem, ex iis verbis potuissent educere? Denique dicebat *Nestorius* ipse, *panem comedi*, atque eum esse corporis Christi antitypum.

Idem patet ex argumento, quo *Leontius* pro-

probavit fraudes Nestorianorum, qui dissimulantes communionem Orthodoxorum non refugiebant. Ajebant illi, *ferri debere hanc œconomiam, quia panis in typum corporis Christi propositus non plus benedictionis participavit quam panis qui in foro venditur, & quam panes illi quos Philomariani offerunt in nomine Mariæ.* Quidquid sit de illa infamiæ nota, quam Nestorianis inurere tentavit *Leontius*, verum est 1. apud eos Eucharistiam *panis* nomine designari. 2 Eum panem cum pane communi, natura qualitatibusve propriis conferri. 3. Illum panem esse *typum* corporis Christi, nec differre ab alio, nisi consecratione; quæ, ni fallor, fidem faciunt, presentiam realem corporis Christi in Eucharistia non agnovisse Nestorianos.

§. 21.

Sententia Nestorii de carne Christi.

Cyrill. Declar. Anathem. XI. p. 166 adf. Nestor. l. 4. c. 6. p. 113. T. 6.

ALIA fuit controversia de efficacia & virtute Sacramenti. Urgebat adversus *Nestorium Cyrillus*; quod illam penitus dissolveret: τὴν τοῦ μυστηρίου δύναμιν κατασμικρύνει Νεστόριος καὶ οἱ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες παραλύουσιν ἀμαθῶς τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν. Quid autem circa virtutem Eucharistiæ inter eos controverteretur, paucis aperiendum, res enim obscurior plurimis videtur.

ap. Cyr. p. 113.

Observabat *Nestorius* quædam dici de humanitate Christi sola, quædam de Divinitate, alia de utraque; Unde negabat aut unam esse Naturam Christi, aut in Incarnatione factam esse confusionem aliquam, quod innuere videbatur *Cyrillus*. Prius probabat exemplo Eucharistiæ, in qua de sola humanitate agebant Scriptores divinitus afflati. Proferebatur hanc in rem locus Johannis, apud quem Christus, Divinitate penitus omissa panis solius mentionem faciens dixit: (Nestorii sunt verba,) ἐσθίετε τὸν ἄρτον τοῦτον ὅ ἐστι τὸ σῶμα ἀντίτυπον. Adjiciebat ex Paulo Christianos communicantes *adnunciaturos mortem Christi, donec veniret.* Interrogabat ex eo loco, quis venturus sit, nonne homo, nonne Filius hominis? atqui Filius hominis est, quem compunxerunt Judæi; scriptum est enim: *Videbunt quem compunxerunt.* Cum autem latus hominis, non Dei sit compunctum, sequitur, humanitatem Christi in Eucharistia indicari. Aberat igitur *Nestorio* longè & semper caro Christi, sive ejus humanitas. Panis erat typus hominis absentis qui debuit *venire* & in conflagratione Mundi confossus à Judæis conspici.

§. 22.

Responsio Cyrilli.

RESPONDEBAT *Cyrillus*, ea ratione virtutem Sacramenti *imminui vel dissolvi*; cum enim ab unione strictissima Divinitatis flueret in humanitatem virtus, qua vivificantur homines, sublata illa unione, nulla superest carni virtus; sublataque virtute carnis Christi, inane penitus est Sacramentum. *Cum autem ab illa cum corpore mystica veraque unione, vivificum Dei verbum segregaris, quomodo ipsum corpus adhuc vivificum ostendes?* Ad Eucharistiam deinde explicandam progrediens subjicit *Cyrillus: Si Christus homo quispiam seorsim & non potius ipsum Dei Verbum factum est simile nobis, res ipsa quæ geritur anthropophagia erit & inutilis omnino illa participatio.*

Cyrill. contra Nest. l. 4. p. 109. t. 6.

§. 23.

Anthropophagia qualis.

QUÆ fuerit illa *Anthropophagia*, quam in Apostolis carpebant omnes, quamque præsertim *Nestorio* objiciebat *Cyrillus*, obiter videndum. An *Nestorius* sanguinolentam carnis Christi manducationem admittebat, quam cum negarent Orthodoxi, id ipsi crimini vertebant? Aberat longè ea sententia ab errore *Nestorii*; ipse vero Apostolos imperitos dicebat, qui nihil sublime agnoscentes in Eucharistia, anthropophagiam inducere voluerant. οὐκ ἔνεγκαν τοῦ τῶν λεγομένων ὑψηλοῦ οἱ ἀκούσαντες ἐνόμιζον ὑπὸ ἀμαθίας ἀνθρωποφαγίαν εἰσάγειν. Repudiabat igitur carnalem hominis manducationem. Objiciebat quidem ei *Cyrillus*, ab ipso admitti etiam ipsissimis verbis quibus ad negandam utebatur: εἶτα πῶς τὸ χρῆμα ἐστὶν οὐκ ἐναργὴς ἀνθρωποφαγία; τινὰ δὲ τρόπον ὑψηλοῦ ἔτι τὸ μυστήριον. *Atqui* inquiebat *Cyrillus*, *ea res quomodo non certa sit Anthropophagia? quomodo vero adhuc sublime erit mysterium?* Contradicebat sibi *Cyrillus*, si dum humanum corpus ubique præsens manducaretur, *sublime* mysterium negaret; quid enim sublimius, imo magis incomprehensibile, quam ubiquitas corporis humani quod absque Divinitate reproducitur? Non igitur hic de manducatione corporis humani revera ubique existentis agitur, sed de manducatione typi, panis, scilicet, qui hominem tantum referebat. Illa *Cyrilli* verba sic debent explicari, ut *Nestorium*, adversus quem certat, pungant: 1. Si, ut voluit *Nestorius*, humanitatem solam referebat, Eucharistiæ mysterium *sublime* non fuit; quippe nihil mirum inesse potuit in eo Sacramento, si panis typus tantummodo fuit corporis humani Verbi præsentia destituti: 2. *Anthropophagia* dici debet illud Sacramentum, cum typus tantum fiat humana carnis, absque Divinitate; hoc enim urgebat præsertim *Cyrillus*, à *Nestorio* separari Divinitatem à natura humana. Hoc unum voluit *Cyrillus*, ex *Nestorii* sententia, Eucharistiæ Sacramentum versari tantum circa hominem, non vero circa θεάνθρωπον; idque *Anthropophagiam* appellabat: 3. Inutile dixit Sacramentum, cum nulla virtus effluere posset a carne Christi, vel ejus Sacramento, si Verbo unita non censeretur. οὐδὲν οὖν ἄρα τὸ ἐξαίρετον τῆς ἀναιμάκτου θυσίας· ὄνησις δὲ κομιδῇ σμικρὰ καὶ τῆς ὠφελείας τὴν δύναμιν περιποιήσει τάχα που μέχρι δὴ μόνου τοῦ καταγγεῖλαι τὸν ἀνθρώπου θάνατον. „Nihil ergo egregii habet incruenta illa victima & exiguam admodum utilitatem affert, & utilitatis vim continebit eatenus duntaxat, ut „*annunciemus mortem hominis.*" Non igitur controvertebatur inter eos, an corpus humanum, Barbaro more, dentibus frangeretur & contunderetur: Nulla ea de re quæstio, quam non obiter tetigissent, ut-

utpote quæ momentissima fuisset; Sed *Cyrillus* tuebatur, secundum *Nestorium*, adnunciari tantum mortem *hominis cujuspiam*, quod illam participationem *evacuabat*, *inutilemque reddebat*; cum è contrario Dei hominis & carnis unitæ Verbo mortem celebrarent Christiani. *Cyrill.* adf. Nest. l. IV. p. 115.

§. 24.

Efficacia Sacramenti.

Et revera facile credam *Nestorium*, qui in Pelagium Pelagianosque, pro more Græcorum, fuit propensior, multum de efficacia Sacramenti detraxisse. Primò enim vexat imperitiam objicientium, maximam utilitatem occurrere in Sacramenti perceptione. Secundò, dum panem Sacramenti Christum hominem tantum referre contendit, non θεάνθρωπον, virtutem ejus extenuat. Denique dum voluit panem Eucharisticum nihil differre à communi, nisi quatenus ad Religionem pertinebat & mortem *hominis olim venturi*, *à Judæis confossi*, adnunciabat, occasionem præbuit *Cyrillo* dicendi, ipsum virtutem Sacramenti καταςμικρύνειν aut παραλύειν, *imminuere*, vel *detrahere*. Sed quantum illa distent a Transsubstantiatione, vel Impanatione, facile constat; si enim Transsubstantiationem negant aliam sententiam circa naturam Sacramenti & modum præsentiæ Christi in Religionem Christianam induxisset *Nestorius*, an credas de tanta re penitus taciturum fuisse *Cyrillum*? an tibi fingas ita molliter locuturum fuisse hominem vehementissimum, qui, ut inimicum perderet, omnia movebat? Tum vero non de virtute Sacramenti imminuta, sed de ipso Sacramento ejusque natura fuisset inter eos actum; quemadmodum inter Augustanæ Confessionis consectaneos *Impanatores*, & Transsubstantionis defensores, ut loqui fas est, longa feruntur à sesqui-Sæculo dissidia. Unum subjiciam: si vel impanationem vel aliquid simile admisisset *Nestorius*, tum vero carnem solam in Eucharistiæ Sacramento repræsentari per panem non docuisset; si enim vel ubiquitas, vel impanationis & transsubstantiationis consectanea usquam possunt admitti; id fieri debet, ratione unionis hypostaticæ Divinitatis cum humanitate; qua repudiata à *Nestorio*, in Eucharistia non potuit admittere ubiquitatem, nec præsentiam corporis Christi realem, tot portentis ex unione hypostatica, ut creditur, fluentibus fultam. Si credas *Cyrillo*, nihil aliud admittebat *Nestorius* in Eucharistia præter carnem solam hominis, quæ virtute destituta non potuit hominem vivificare; cum ea vero sententia nullatenus potuit ubiquitatem, impanationem, transsubstantiationem, præsentiam realem vel conciliare vel tueri. Agitaremus hic controversiam, si mentem *Cyrilli*, qui nos non spiritali modo tantum, sed & corporaliter, σωματικῶς Christi participes facit, examini subjiceremus; at Nestorianam tantum historiam obiter elucidantes dissidia contentionesque declinamus. Hoc unum mirari subit, nullibi Nestorianis, quamvis presentiæ realis sine dubio impugnatoribus, illud crimen a Cyrillo objici.

Cyrill. adv. Nest. L. IV. p. 113.

§. 25.

De Liturgia & consecratione. L. 3. n. 18.

Aliud Nestorianis objiciebatur à *Leontius*, cujus loca, quantum in nobis est illustramus: " *Theodorum* aliam Missam effu„ tivisse præter illam, quæ à Patribus tra„ dita est Ecclesiis, neque reveritus illam „ Apostolorum, nec illam magni *Basilii* in „ eodem Spiritu conscriptam, in qua Mis„ sa blasphemiis non precationibus τὴν τε„ λετὴν, id est, Mysterium Eucharistiæ „ opplevit." Inde patent duo: 1. *Leontium* finxisse, Divino spiritu afflatos homines Liturgiam scripto mandasse; in quo tripliciter errat: primo enim Liturgiæ illæ, quæ Petri vel Jacobi nomen præferunt, non sunt Apostolorum, sed potius Impostoribus debentur, qui sub venerandis nominibus delitescentes Patribus Ecclesiæque imposuerunt. Unde sequitur secundò, ipso *Leontio* acutiorem fuisse *Theodorum Mopsuestenum*, cui fraus suboluerat, nec debere ab ipso reprehendi, qui jure merito Liturgias in Ecclesia sui temporis usitatas, ut genuinos Apostolorum fœtus non agnovit; id quod nullus ferè Criticorum recentiorum, nisi præjudicatis opinionibus sit occœcatus, inficiatur. Tertium denique peccavit *Leontius*, qui *Basilium* eodem Spiritu ac Apostoli Liturgiam suam scripsisse contendit. Quamvis enim quis crederet *Basilium* hanc condidisse Liturgiam, facile probaretur à Spiritu S. quo movebantur Apostoli, in conscribendis Epistolis cæterisque libris, quibus conficitur Canon, actum non fuisse. Humanitus edita opuscula, Liturgias, scilicet, quantumvis utilissimas, multò pluris quam debuit faciebat *Leontius*.

Alterum quod probatur ex ipsius dicto, hoc est, tunc temporis, nimirum, *orationibus* fuisse consecratam Eucharistiam. Vetustate consenuit usus ille; qua vero ratione solitas preces immutavit *Theodorus*, divinari facile potest, scilicet, non modo eo, quod benediceretur ibi *Cyrillus Alexandrinus*; ea enim spuria sunt; sed quod sæpius Virgo sancta illic appellaretur *Deipara* θεοτόκος; quam vocem Nestorianis repudiatam norunt omnes. Blasphemias autem in vicem orationum illarum subjecisse *Theodorum* asserit *Leontius*, non quod revera vel imprecationes, vel aliquid blasphemum effunderet; (qui enim tantum scelus tulisset Ecclesia sui temporis, quæ *Theodorum* inter sanctissimos Præsules Deoque in cœlo sociatos venerabatur?) Sed blasphemum dicitur vulgò à Theologis, quidquid ab Hæreticis in Ecclesia circa fidem, aut ritus inducitur.

§. 26.

Sententia Nestorii & Orthodoxorum de cultu.

Circa cultum nata est alia controversia nobis observanda. *Idololatræ* dicuntur à *Leontio* Nestoriani; quippe cum humanitatem à Divinitate discinderent, videbantur hominem solum, non θεάνθρωπον colere; ideo *Discipuli Nestorii idololatræ in adoratione humanitatis Christi* appellantur. *Tu vero*,

Leont. l. 3. c. 30.

ro, inquit idem *Leontius*, *fingis creatum esse ab ipsa Trinitate animatum idolum Christum tuum*; *ipsam Trinitatem calumniaris*, *quasi doceat colere creaturam*; *quod nihil differt à vetere errore*, *quo homo à Deo excidit & creaturæ serviit*; *nisi graviorem hunc errorem illo vetere moliris*; —— *non enim Deo homini facto doces*, *sed homini appellatione Dei honorato cultum in æternum adhibere*.

Duo respondebant Nestoriani; primum, Orthodoxos, qui Deum natum, trimestrem, passum, crucifixum, mortuum colerent, esse idololatras; Divinitatem enim, quæ pateretur, nihil aliud esse quam idolum: Alterum subtilius, humanitatem adorari cum Divinitate. Sic *Nestorius* ipse in Concionibus ad populum Constantinopolitanum editis à *Garnerio*, apud *Marium Mercatorem*: *Adoro hunc cum Deitate*; *propter occultum*, *adoro quod oculis patet*: *Inseparabilis est Deus*: *ejus qui paret dignitatem non separo*; *inseparabilis est enim*: *Separo naturas*, *sed conjungo reverentiam*. Προσκυνῶ δὲ σὺν τῇ θεότητι τοῦτον. διὰ τὸν κεκρυμμένον προσκυνῶ τὸν φαινόμενον. ἀχώριστος τοῦ φαινομένου Θεός. διὰ τοῦτο τοῦ μὴ χωριζομένου τὴν τιμὴν οὐ χωρίζω. χωρίζω τὰς φύσεις, ἀλλ' ἑνῶ τὴν προσκύνησιν. Nestor. sermo VII. p. 37.

ut loquuntur in Scholis. Ratio cultus cum nulla alia sit præter Divinitatem, immerito, nec sine anthropolatriæ crimine tribueretur humanæ naturæ Christi, quantumvis Divinitati copulatæ; quamvis enim adoretur Christus, nec semper abstrahatur humanitas ejus, vel in fide, vel in precibus; attamen caro ipsa non adoratur, aut per se, aut propter se, κατ' ἑαυτὴν vel δι' ἑαυτήν, nec est objectum aut terminus adorationis quæ Christo defertur, sed Divinitas sola. *Non dicimus*, ut *Thomæ Aquinatis* verbis utar, *quod manus hominis honoretur*, *sed quod homo*, *& si quando dicatur honorari manus alicujus*, *hoc non dicitur ea ratione*, *quod ejusmodi partes secundum se honorentur*, *sed quia in istis partibus honoratur totum*. Ab ea sententia non recedebat *Cyrillus*: *Ergone*, exclamabat, *solum hominem adorabimus*? *Minime gentium*! Deinde vero Christum cum carne adorandum confessus est, negavit autem coadorandam cum Divinitate carnem. Et revera sic sentiebant Patres, quanquam aliquando loquuti sint incautius, & inter ipsos *Theodoretus*, qui carnem Christi adorabilem aperte dixit. De recta fide t. 5. p. 29. Apolog. t. 6. p. 177.

§. 27.

Nemo adorandus præter Deum. Cyril. de recta fide t. 5. p. 2. p. 2. 7. advers. Nest. l. 4. p. 117. t. 6.

Consentiebant illi, nullam creaturam religioso cultu Christianos debere prosequi. Hoc potissimum fundamento nitebatur *Cyrillus* adversus *Nestorium*: *Ergone Emanuelem ut solum hominem adorabimus*? *Minimè gentium*, *nihil enim aliud foret*, *quam errare*, *in fraudem inducere & delirare*. *Si veteri errore liberati sumus*, *in eo*, *quod servire creaturæ tanquam rem impiam recusavimus*, *cur nos in vetera crimina conjicis & efficis hominicolas*? ἀποφαίνεις ἀνθρωπολάτρας. Inde concludebatur, si humana natura à Christi Divinitate distraheretur, Christum nec ab Angelis, nec ab hominibus posse coli. *Sanè sola humanitatis parvitate & abjectione inspecta*, *licebat quandoque*, *& quidem jure merito licebat ejusmodi adorationem recusare*, *debitumque honoris cultum cunctantius impendere*. ἦν γὰρ δήπου καὶ μάλα εἰκὸς ἀνήνασθαι τὴν προσκύνησιν καὶ κατοκνῆσαι τιμᾶν. *Numquid*, ut alibi inquit idem *Cyrillus*, *hominem nos & unum cœlum hactenus percolimus*? *Absit*! *adoramus enim Emanuelem tanquam verum naturâ Deum*. *Atqui nulla ratione adorari potest*, *nisi credamus ipsum Dei Patris Verbum*. εἴη δ' οὐκ ἑτέρως προσκυνητὸς, ἐὰν μὴ πιστεύωμεν ὅτι αὐτός ἐκ Θεοῦ λόγος. Afferebant igitur Orthodoxi nullum præter Deum esse προσκυνητὸν, ulla scilicet ratione adorandum, religiososque honores, τιμᾶν, ei non debere deferri, nisi Deus foret Emanuel. (De recta fide p. 27.; p. 45.)

§. 28.

Caro Christi non adoranda.

Consentiebant cum Orthodoxis Nestoriani, non debere adorari carnem Christi. Et revera cum desit carni Christi suprema Majestas, infinitaque potentia, nullum superest fundamentum, quo fulciri possit cultus divinus, aut religiosus formalis,

§. 29.

Quomodo Christus debeat adorari.

Ea fuit igitur circa cultum adversus Nestorianos controversia, quod cum secundum *Cyrillum*, nullam aliam præter ἐνεργείας, virtutis, aut dignitatis unionem inter geminas Christi naturas agnoscerent, Christum nihilominus vellent colere. Quantumvis enim præsens sit Divinitas & humanitati sociata, vel potentia, miraculorum operatrice, vel alia quacunque ratione; nullo modo coli debet illa humanitas. Utebatur *Cyrillus* exemplo hominis; honoratur, scilicet anima cum corpore, vel corpus cum anima, quia unum eundemque efficiunt hominem; sed si Johannes & Petrus simul ascendant, idem honos, supposito inter ipsos discrimine maximo, deferri non debet utrique, nec Johannes honorari cum Petro, vel Petrus cum Joanne; quia bini sunt homines, quanquam ad breve temporis spatium amicitiæ vinculo conjuncti. Si Divinitas carni hypostatice sit unita, tunc potuit coli cum carne simul eademque adoratione, ut prius loquebatur *Athanasius*, eò quod una sit persona duabus constans naturis; sed si distrahatur unio, tunc divulsa Divinitate nullus cultus debuit Christo exhiberi; ideoque velut anthropolatræ traducebantur Nestoriani. Potuit quidem *Nestorius* conjungere adorationem, ἑνῶ τὴν προσκύνησιν, ut ipse loquebatur, vel cum *Cyrillo*, *Deum cum carne adorare*, μετὰ σαρκὸς προσκυνεῖσθαι; sed aliter Nestoriani; & quidem hac supposita eorum sententia validissimum fuit adversus illos argumentum *Cyrilli*, qui merito dixit, *se adorare Divinitatem cum carne*, non vero *carnem cum Divinitate*; Si enim posterius admittatur, caro foret objectum cultus; sed ipsius terminus ultimatus, ut vocant, fuit Divinitas, quæ adorabatur cum carne, hoc est, arctissimis vinculis unita Divinitati. Miror equidem (Ibid. p. 180.)

dem non *Cyrillum*, qui feliciori vixit sæculo, sed *Leontium*, *Damascenumque*, qui imagines sanctas proni sæpius adorabant, illud tamen telum adversus Nestorianos vibrasse. Quidni enim facilis responsio, ob nescio quam unionem dignitatis & virtutis, qualem ipsi in imaginibus agnoscebant, entibus inanimatis vel creatis, coli posse Christi carnem vel humanitatem. Sed satis de Nestorianis.

CAPUT III.

Variæ Eutychianorum Sectæ, earumque sententiæ elucidatæ, ad illustrandum Leontium Byzantinum, Damascenum, Anonymum &c. qui contra Severianos Acephalosque scripserunt.

§. 1.

Erroris causa.

HÆC est humanæ mentis indoles, ut dum nævos alienos eluere conatur, vitia in contraria ruat. Sæpius doctiores fugit veritas in occulto latens; sæpius innata homini cæcitas à scopo proposito nos deviare cogit, dumque contentionis cupidi singula disputationum vi excutere, aut aperire credimus, ira, odio, gloriæ, famæque desiderio abrepti, fumum vitantes incidimus in ignem. Sic *Nestorius Apollinarem* dum fugit, plura dixit, quæ *Cyrillo* ipsum criminandi præbuerunt ansam. In *Nestorium* insurgens *Eutyches*, Abbas Constantinopolitanus, ipso *Nestorio* pejora protulit; ideo ἀτυχὴς, *infortunatus*; non vero εὐτυχὴς, quæ vox *felicem* sonat, à *Quintiano* appellabatur, quemadmodum à recentioribus *Faustus Socinus* infausti nomine aliquando indicatur.

Quintiani Epist. ad Pet. Ful. Conc. T. IV. p. 1100.

Facilis Abbati fuit in errorem lapsus; quanquam enim de unione Naturarum constet, nihilominus unionis modus vix à Spiritu S. revelatur, nec adæquatam dogmati tam recondito præferunt lucem Scriptores divinitus afflati. Deinde quamvis crassissimus foret error Eutychianorum, humanitatem Christi in Divinitatem transformantium; plaudebat tamen sibi humana superbia, hac ratione ad summam dignitatis fastigium imo ad Divinitatem usque promota. Denique hac methodo facilius multo, quam apud Nestorianos, propugnabatur cultus Christo exhibitus, tum etiam satisfactionis in humani generis redemptionem præstitæ veritas, quamquam postea illi sibi parum constantes *Aphtardocitæ* salvandis hominibus incarnationem sublata satisfactione, sufficere prædicaverunt.

§. 2.

Hæresis latè propagatur.

INDAGANDA nobis hæresis, quæ tot tantosque concitavit motus, ut nequaquam componi potuerint. Cæsi sæpius milites cum monachis, in Ægypto frequentissimis, Eutychianis plerumque, vel plebe belligerantes. *Marciani* turmas seditionem inhibere volentes populus lapidibus petiit atque in fugam versas in templo, Serapidi olim consecrato, veluti obsessas concremavit. Sic *Narses* tumultuantium impetum nequaquam potuit sustinere. Vincebatur ille ab Imperatore missus concordia civitatis & mulierum multitudine è tectis in milites quidquid manibus occurreret vibrantium. Sic eorum cecidit major numerus, cum ab altera parte cæsa fuisset Gajanitarum pars magna. Quin imo Imperatores ipsi aliquando de Imperio vitaque periclitabantur, quanquam in omnes partes sese vertebant; dum alii foverent, alii tolerarent, alii denique motus Eutychianorum reprimere tentarent. Patribus quos colit Ecclesia, Pontificibus Romanis, imo ipsis Conciliis Oecumenicis ab Hæreticis eos rejicientibus erroris labes est inusta, nec, si verum dicere liceat, semper immerito.

Occupavit Orientem totum Hæresis illa longe lateque suos proferens termites; nec desunt, qui dicant ad occidentales plagas usque pervolasse. Narrat quidem *Sigebertus Timotheum* in Britannia continentiæ & Religionis imagine multis illudentem eos in suæ hæresis errorem induxisse: *Contendebat autem naturam Divinam conversam esse in humanam*. Fuit *Timotheus* Senior, Præsul Alexandrinus, Eutychianorum fautor; sed quomodo Britannis tanto locorum intervallo à se disjunctis fucum potuit facere? Exsulavit quidem ille, sed an credas Britanniam appulisse? Fugit, scilicet, in Bithyniam, ibique mortem sibi conscivit, ne quid pejus pateretur ab Imperatore. Reponenda igitur est Bithynia, apud *Sigebertum*, vel ipsum errasse dicendum est.

Monet *Hormisdas Cæsarium Arelatensem* Illyrici

Hormisd. Ep 30. p. 1465.

lyrici Dardaniæque Episcopos Eutychianismum abjurasse; sed hæresin illam aut Gallias aut Occidentem unquam pervasisse nequidem innuit. Vigebat in Oriente potissimum Eutychianismus & apud Ægyptios, apud quos illum foverat *Dioscorus*, *Cyrilli* in Sede Alexandrina Successor, tuebaturque monachorum numerosissima cohors, tamque altas eorum ope egit radices error, ut ad posteriora Sæcula quibus vixerunt *Leontius Byzantinus*, *Damascenus* & alii quos hic recudimus, imo ad nos usque permanaverit.

§. 3.

Divisio.

Ne quid mali deesset, scissa est in Sectas duodecim illa factio, quæ aliquatenus ab *Eutychete* deviabant, attamen confusioni naturarum mordicitus adhærentes, Concilium Chalcedonense una repudiabant. Unde merito *Hormisdas* : *Eutyches ut nefandæ hæresis inventor excluditur, etiam ab his, à quibus ejus dogmata diliguntur, apud eos ipsos ita exosus atque fugiendus ut nominis quoque ipsius oderint confusionem.* In tanto Sectarum numero, quarum unaquæque suos præferebat Duces, facilius spargebatur error; inde vero nata circa sententias Hæreticorum confusio maxima.

Hormisd. Epist. 8. ad Synod. Epiri p. 1442.

§. 4.

Errores varii circa Eutychianos.

Has Eutychianorum, Acephalorum, Severianorum, Aphtardocitarum Sectas cum scriptis oppugnaverint auctores à nobis post *Canisium* editi, eas ab *Eutychete* ducentes orationis filum paullo plenius explicare cogimur. Sunt inter Neotericos, qui de Eutychianismo aliter sapiunt quam cæteri, novamque terentes viam sibi finxerunt, sublata in Christo humana natura, ex sententia Eutychianorum, Divinitatem corporis animæque vices gessisse, relictis tamen proprietatibus humani corporis, quibus tangi viderique possit Christus, quæ à Viro doctissimo dicta tanquam lucem maximam Eutychianismo præferentia necesse erit expendere: Nec tantummodo inter recentiores ætate longe dissitos, sed & circa Patres ipsos agitantur ea de re controversiæ plurimæ; dum enim illi quæcunque in Eutychianos, ut acerbius in eos strueretur odium, vulgabantur, arriperent, aut erroris consectaria, premerent, plura sane dixerunt, quæ vix explicari possint. Hujus rei suppeditabuntur exempla plurima. *Chrysostomus* dum Synusiastas confutaret, eos nihil in sententia *Arii Sabelliique* immutasse asserit. An ideo, quod Synusiasta Divinitatem à natura humana non satis distinxerit, sequitur identitatem eos Personarum in Trinitate admisisse? An nihil immutavit in sententia *Sabellii*, qui naturas, non personas, humanitatem cum Divinitate confundit? Quomodo Arianus Divinitatem Christi negans dici possit Synusiasta? refragabatur enim totis viribus, si Christus alterius quam Pater essentiæ Deoque minor diceretur. *Flavianus* ipse, Constantinopolitanus Præsul, sub quo lis Eutychiana movebatur, Nestorianum fecit *Eutychetem* : *Nestorii*, inquit ille, *confirmabat impietatem, & pro Nestorio militabat in pugna, quæ contra Nestorium.* Si quis tanti viri, imo in causa Eutychianorum Præsidis, auctoritate fultus colligeret ideò peccasse *Eutychetem*, quod in *Nestorium* propensior hominis ab Ecclesia eliminati sententiam foveret; cœlo toto aberraret. Nec *Leo* Pontifex, vir alioqui in controversiis Eutychianis versatissimus, videtur percepisse mentem hæretici dicentis: *Ante adunationem duæ sunt naturæ, post adunationem unam agnosco*; finxit enim illum *Origenis* errores renovasse, de præexistentia animarum, & autumasse animam Christi prius formatam à Deo, quam corpori sociaretur. De *Origenis* sententia ne cogitavit quidem *Eutyches*; hoc unum voluit, animam à Deo creatam, quæ diversæ prorsus esset naturæ à Divinitate, dum conciperetur Christus; sed eo momento, quo agente Spiritu S. in utero Virginis unio Divinitatis cum humanitate coagulata est, tunc aliquid ex Divinitatis præsentia contrahens Christus nobis aliquo modo dissimilis factus est, vel potius una natura ex unione strictissima cum divinitate facta est; quemadmodum, secundum nos, una persona. Hanc fuisse *Eutychetis* mentem, *Leo* facile potuit animadvertere, unde miror virum inter recentiores subtilissimum à Pontifice Romano paulisper divertentem hic etiam peccasse. Asserit ille Latinos Patres, ab Eutychete homine vafro deceptos, non satis intellexisse quid diceret Hæreticus dum confiteretur duas naturas ante ἕνωσιν, sive adunationem, quam interpretatur de *veteri Lege*, sub qua necesse fuit profiteri Christum Deum & hominem, non quia revera existeret ejus anima, sed quia debuit fingi. At secundum *Eutychetem*, eo momento, quo *unitæ sunt Divinitas & humanitas*, *Christus compositus est totus ex Divinitate tam secundum corpus*, *quam secundum id quod præstat vices animæ.* Quidquid dixerit Vir eruditissimus, non agebatur inter Eutychianos & Orthodoxos de fide necessaria Patribus, qui sub Lege vixerant; nec quidquam reperias, quod veterem Oeconomiam indicet aut Origenianismum sapiat. Tempus, ante *adunationem*, ab *Eutychete* designatum illud est momentum quod concipi debuit à creatione animæ ad unionem usque naturarum consummatam fuisse. Nec vox ambigua Latinis fuit, illaque Græcos, ut & Latinos, in errorem pariter induxisset, si quæ dicuntur vera forent. Illa tantum repræsentamus ad demonstrandum facile decipi viros eruditos, tum veteres, tum neotericos in enucleando Eutychianismo.

Chrys. Ep. ad Cæs.

Hormisdas, è Pontificibus Romanis, *Eutychetem Manichæam Phantasiam Ecclesiis Christi inserere voluisse* dixit. Accusatio tamen hæc minus vera; negabat enim *Eutyches* Christum δοκήσει tantum, sive æterna specie incarnatum. Negabat Christi carnem à cœlo delapsam; eam è contrario in Virginis utero formatam, realem veramque carnem confitebatur. Multò pejus idem Pontifex, in Epistola ad Monachos secundæ Syriæ, *Acacium* plurimosque sui temporis

Ep. 30. p. 1475.

poris Præsules damnat, quasi *Nestorii* & *Eutychetis* errores simul foverent. In *Acacium* summa est ejus iniquitas, utpote qui Chalcedonensem admitteret Synodum, studeretque restaurandæ paci Ecclesiarum Orientalium. Cæteri *Eutycheti* addictissimi Nestorianos abjurabant errores. Ignorantia peccare non potuit Pontifex, qui diversos oppositosque *Nestorii* & *Eutychetis* errores noverat; sed vel odio abreptus illos criminabatur, vel saltem minus accurate loquutus est. Ibidem Manichæum facit iterum *Eutychetem*, eadem licentia, trepidans tamen, confitebatur enim variasse hæreticum, nec semper dixisse ***urgente Satana***, *Christum de cœlo corpus habuisse*, sed aliquando agnovisse *duas naturas in Christo*, *post adunationem vero unam*. Quin si legatur hanc in rem *Asclepiadis* Trallianorum Episcopi ad *Petrum Fullonem* epistola, quot ibi hallucinationes reperias? Asserit ibi ***Fullonem*** inter Eutychianos celeberrimum immerito adjecisse Trisagio hanc vocem: ***qui crucifixus es pro nobis***, ut felicius adversus *Nestorium* Divinitatem Christi negantem pugnaret. Petrum confutat ex auctoritate Concilii Nicæni, cujus Patres *Photinum* quidem jam mortuum damnaverunt; Ipsi tamen vocem, *qui crucifixus es pro nobis*, Trisagio noluissent adjicere, ne *Photino*, cujus opinio postmodum renovata à *Paulo Samosateno*, placerent. Primo, *Photinum* non nisi post Concilium Nicænum errorem suum promulgasse lippis atque tonsoribus notum. Narrat quidem ***Sulpitius Severus Athanasium***, quem Jurisconsultum dicit, ideo damnatum, *quod Marcellum atque Photinum hæreticos Sacerdotes, Synodi judicio condemnatos, pravo studio recepisset*; unde colligere posset aliquis, jam ante Concilium Nicænum, rem fuisse confectam. Miror equidem ***Hornium***, in editione *Severi* satis accurata, non expunxisse titulum illum Jurisconsulti, quo *Athanasius* indicatur, remque in Notis intactam reliquisse; quis enim Jurisconsultum unquam dixit *Athanasium*? Sed miror magis *Severum* ipsum rerum ordinem temporumque seriem immutasse; non enim, nisi jam damnato *Athanasio*, vigintique aut circiter annis post Concilium Nicænum anathemate perculsus est *Photinus*, qui anno 341. innuente *Socrate*, primum docuit. Quidquid sit, in vivis erat ille, dum convocatum est Concilium Nicænum adversus Arianos. Secundo, si emendato textu *Samosatenum* pro *Photino*, *Photinum* deinde pro *Samosateno* reponas, quamquam sæpius eadem eodem ordine repetat, quid tamen Concilio Nicæno cum Samosatenianis? quorum causa tunc temporis non agitabatur, sed Arianorum. Tertio, Ignoravitne *Asclepiades* de Trisagio nullam tunc temporis haberi potuisse controversiam. Vera sit narratio illa, vel fictitia plane de Trisagio ab Angelis decantato fabula, qua nitebantur potissimum omnes adversus ***Eutychem*** scribentes; ea tamen ætate *Procli* Constantinopolitani Præsulis fuit adinventa vel celebrata. A veritate igitur devius plane est *Asclepiades*, dum hæresin *Photini* à Samosateno renovatam eamque in Concilio Constantinopolitano, quasi specialiter damnatam, adfirmat. Illa tantummodo laudavit Concilia Præsul incautus, ut Eutychianos Nestorianosque Photinianis Samosatenianisque similes faceret; deinde vero, ut eas auctoritate Conciliorum præteritorum infamaret. Plures alios errores, in ea Epistola, facile animadvertet Lector.

Ep. ad Mon. secundæ Syriæ Conc. T. V. p. 150.

Sulp. Sev. l. 2. c. 36. p. 417.

Asclep. Ep. Conc. T. IV p. 1110

Ulterius multo progrediebatur *Samuel*, Edessenæ Ecclesiæ Presbyter, *Gennadio* coævus, qui multa scripsit probaturus Eutychianis *carnem à Deo sumptam non de cœlo exhibitam, nec crassi aëris substantiam in carnem incessisse formatam*: quæ à veritate aliena fuisse patebit ex sequentibus. Inde tamen nobis necessitas incumbit Eutychianismum trutinandi, ut facilius constet de hæreticorum sententia, ut innotescant Sectæ variæ quas oppugnarunt Scriptores à nobis editi, ut & argumenta Patrum, quæ propius ad rem faciunt & hæresin jugulant; quis enim Andabatarum more pugnare velit? Denique historicam, quantum fieri poterit, methodum sequuti totius Eutychianismi paucis exhibebitur imago non satis huc usque delineata.

Gennad. de Vir. I. 1. c. 82. p. 67.

§. 5.

FERUNT cum veteres, tum recentiores, ab *Apollinari* suam Eutychem hausisse de Christi incarnatione sententiam; contendit autem vir eruditus inde natum errorem, quod divinas operationes cum humanis conciliari non posse arbitraretur *Eutyches*, nisi una tantum admitteretur natura; unde sublata vel absorpta potius humanitate supererant tantum in Christo nescio quæ species corporis, vel potius proprietates & accidentia sine subjecto. Eadem de anima, cujus vicem præstabat Divinitas, ne diversæ naturæ aliquando sibi contradicerent; sic enim de Apollinari cecinit *Gregorius Nazianzenus*:

An ab Apollinari fluxerit error.

Carm. de vita sua p. 10.

ἄνουν τίν' εἰσάγει Θεὸν
ὥσπερ δεδοικὼς μὴ Θεῷ μαχῆθ' ὁ νοῦς.

Carentem mente confingit Deum,
Velut extimescens cum Deo ne mens gerat rixas.

Nec diffiteor hæc dixisse *Gregorium*; observari tamen velim ludere Poetam; nec ore rotundo ausim affirmare quæ dixit de *Apollinari*: ὥσπερ δεδοικὼς, inquit *Gregorius*, *quasi vereretur*. Alibi rationes, quæ Hæresiarcham impulerant referens, ait ipsum in errorem incidisse, quia duo perfecta continere non potuit Christus; si enim homo mente, corporeque præditus foret, hypostases duæ debebant admitti. Deinde peccatricem, damnatamque animam Christum induere potuisse negabat. Denique verebatur ne homo coleretur, Orthodoxos velut Anthropolatras traducens. Si aliquando corpus in cœlo ab omni tempore gestasse eum promulgaret, sibi parum constabat; ejus enim verba legas apud *Leontium* ab eo errore plane diversa. *Concessum est*, in-

Greg. ad Cred. Ep. T. 1. p. 740

inquiebat, *ut certum, corpus esse ex virgine, Divinitatem è cœlo: corpus formatum est in ventre, Divinitas non creata æterna; in compositione perseverat corpus esse corpus & Divinitas esse Divinitas.* Alia igitur fuit *Apollinaris* sententia circa corpus, quod naturam proprietatesque nativas servavit illibatas, etiam post unionem, quam ei tribuitur, nec ea fuit hæreseos *Eutychetis* origo, qui *Apollinarem* jam damnatum, hæreseos nomine infamatum parentem noluisset agnoscere.

§. 6.

Cyrillus errori Eutychetis ansam præbuit.

INDE natum *Eutychetis* errorem nemo nescit, quod cum Naturas à *Nestorio* divelli putaret, ex adverso pugnans, non modo unam personam, sed unam naturam in Christo agnovit. Monstraverat Abbati viam *Cyrillus*, cujus viri, apud orthodoxos decantatissimi, vestigia premebat. Exciderat *Cyrillo* vox illa: *Unam naturam fuisse incarnatam*, quæ *Eutycheti* primum, deinde plurimis aliis errandi præbuit occasionem. Ne *Cyrillo* detrahere videar, illud probandum mihi incumbit. Primo, id ipsum profitetur *Eutyches* ipse, in Concilio quod in ejus causa *Flavianus* habuit Constantinopoli: *Florentio* enim dicente in illo Concilio: *qui non confitetur duas naturas in Christo, non credit rectè*; *Eutyches* dixit, *se habere legem Sancti Cyrilli & Athanasii, qui ex duabus naturis dixerint ante adunationem; post adunationem autem & incarnationem non duas naturas, sed unam statuerint.* *Cyrilli* dictum igitur fuit *Eutycheti* norma, lexque fidei; unde nemini dubium esse potest, ab illo Præsule hausisse hæreticos sententiam, quam acriter propugnabant, *Cyrillo* ulterius multo progredientes. Idem probat *Eulogius Alexandrinus*, Eutychianos refellens. *Sunt*, inquiebat ille, *qui unam Dei Verbi naturam incarnatam dicant, arbitror autem vos sic dicere.* Fuerant illi inter Orthodoxos *Cyrillus* & ipsius sequaces, qui Eutychianis præiverant, quosque velut Duces sequebantur Hæretici; ideo *Cyrillum* appellabant *columnam fidei*: *Scio quod vos Chalcedonenses Cyrillum habetis Magistrum & columnam fidei sicut & nos.* Denique ex ipsius scriptis argumenta promebant Severiani, inter quos hic Anonymus à *Canisio* editus. Quin imo *Severus* discrimen aliquod agnoscens sequebatur *Cyrillum*, ut ex *Maximo* nobis innotescit.

Liberat. c. XI. p. 756.

Eulog. de duab. Nat. c. VII. ap. Maxim. p. 145.

Maxim. Op. t. 2. p. 137.

Cum Alexandrinam sedem tenuisset *Cyrillus*, ibi prævaluerunt Eutychiani; ibi *Dioscorus* unius naturæ incarnatæ defensor post *Cyrillum* electus est; ibi Monachi *Cyrillo* & *Dioscoro* addictissimi hæresin facile propagaverunt, ita ut ab illis regionibus, post multa sæcula, eaque infelicissima, vix potuerit eradicari.

§. 7.

Deus passus.

NEC crimine vacat *Eutyches*; quid tamen peccaverit observandum. Sæpius inculcabat populo, Monachis Magnatibusque Constantinopolitanis *Nestorio* adversantibus, *Deum passum, Deum crucifixum, Deum mortuum esse*: quæ voces de Deo homine, θεανθρώπῳ possunt quidem intelligi, fucum tamen faciunt lectoribus, vel auditoribus incautis; ideo quantæ motæ sint lites adversus *Petrum Gnapheum* adjicientem Trisagio: *qui crucifixus es pro nobis*, multis memorant *Theodorus* Lector & *Nicephorus*. Plura reperias apud *Faustum Apolloniadis* & *Pamphilum Abydenum*. *Ipsa est*, inquit *Pamphilus* ab Anonymo, quem *Canisius* vulgavit, indicatus, *ipsa est Draconica & venenosarum hæresium vox & porta inferni, sempiternus janitor mortis, Christianorum laqueus, innocentium captio, Orthodoxorum contaminatio.* Quasi illa non sufficerent, omnium hæresium, Eutychianæ, Nestorianæ, Arianæ, ne Manichæa quidem excepta, defensorem facit *Petrum*, eo quod dixerit veritatem saucians: *qui crucifixus es pro nobis.* Ipse *Damascenus* exclamat *Petrum* legem adversus Spiritum S. tulisse: *ô superbiam, ne dicam amentiam!* concluditque cum *Pamphilo Abydeno*, *additam fuisse Trinitati quaternitatem.* Periculosissimæ igitur illæ voces si hæc attendas; nihilominus ab Orthodoxis etiam usurpantur; imo Græci ipsi, qui de *Petro Fullone* mox amarissimas protulerunt querelas, in orationibus Deo canunt: *ex Deo fluens sanguis cum evacuatus esset, Christe Domine!* θεοῤῥύτῳ αἵματι κενωθέντι δεσποτὰ χριϛε. Alibi *Deum recentem & puerum, qui Sæcula creavit*, Christum appellant. Θεὸς προσφατός ἐϛι, τȣ̃το τὸ παιδίον αἵωνας ἐποίησε. Nonne pejus *Petro Fullone* dicunt, qui *Deum sanguine evacuatum* prædicant? quid enim aliud est Deus sanguine evacuatus, quam qui crucifixus est pro nobis? Monachi illi, inter Scythas celeberrimi, *qui unum è Trinitate passum* tuebantur, quanquam à Pontifice Romano vexati, vincti & in carcere detenti, nihilominus à Patribus Africanis exsulantibus Orthodoxi sunt habiti. Nullum igitur superest dubium, quin illæ voces: *Deus passus, Deus crucifixus*, quibus utebatur *Eutyches* ut longius à *Nestorio* discederet, Orthodoxis sint usitatæ. Periculosissimæ tamen sunt, ut experientia testatur; cum enim eas vehementius urgeret *Eutyches*, in errorem incidit, & ex iis vocibus tum sibi, tum *Cyrillo* propriis, hæreseon parens factus est; quæ enim de Deo dicuntur, facile transferuntur ad Divinitatem. Et ea forsan fuit mens *Petri Fullonis* cæterorumque Theopaschitarum ab eo dictorum; Sic enim *Pamphilus Abydenus* eum confutans: *Quis Deitatem dicit crucem sustinuisse?*

Theod. l. I. p. 554. Niceph. l. 15. c. 28.

Pamphili Ep. ad Petrum Conc. T. IV. p. 1117.

Damasc. contra Acephalos.

Apud Georg. Metochitam p. 968.

§. 8.

Eutychetis sententia.

UT Deum passum & crucifixum, jure merito diceret *Eutyches*, unam naturam in Christo agnovit; quidquid enim ab illo voluerit extorquere Concilium Constantinopolitanum, ubi libere & ore rotundo loquutus est, *Duas Naturas ante adunationem, unam tantum post illam confessus est.* Sed ex illa confusione itane mutata est Christi humanitas, ut evanuerit corporis substantia, nec nisi qualitates proprietatesque, absque sub-

subjecto, remanserint, ut contendit vir eruditissimus? Nequaquam; quippe primo Christum hominem perfectum ex Virgine natum ut Deum perfectum ab æterno generatum contendebat in Concilio Constantinopolitano, θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον ἐκ τῆς παρθένου γεγέννησθαι· quomodo homo perfectus, etiam post nativitatem, si nulla hominis superfuisset substantia, sed accidentia tantum, nulli subjecto inhærentia? Nec potuit dicere Christum hominem fuisse perfectum, eo quod *de cœlo cœlestis totus cœlestis foret*; cum proferat illum non è cœlo carnem detulisse, sed *è Virgine natum*. Ut igitur perfectus erat Deus, quia à Patre genitus, in cœlis, sic perfectus homo, quia ex Virgine natus erat modo nobis simili. Secundo, videbatur *Eutycheti*, salus hominum passionibus Christi conficienda postulare ut homo foret; ideo enim prædicabat Deum esse, vere incarnatum; quia, absque incarnatione, supremo Numini pœnas peccatis hominum debitas Christus luere non potuisset. Fuerunt equidem *Theopaschitæ*, qui Deum, vel Divinitatem passam affirmarent, aut incarnationem hominum redemptioni sufficere crederent; sed illi omnes ab *Eutychete* divertebant, non nisi Sæculo sequenti nati. Tertio, carnem & veram carnem Christo tribuebat *Eutyches*, ut & corpus humanum, quanquam corpus hominis dicere renueret; ne si ab una parte *Christus homo*, ab altera *Christus Deus* assereretur, duos filios profiteri cogeretur. Quarto, in eo forsan occurret dubium, quod cum asseveraret *Eutyches* Virginem fuisse nobis consubstantialem, tamen de Filio negabat. Sed facile concipi potest non ideo evanescere substantiam carneam, relictis tantum accidentibus, sed cum ex Divinitatis præsentia, quæ ubique permeabat, emanaret aliquid divinum, ideo corpus ejusdem plane naturale aut nobiscum consubstantiale noluit dicere. Ea revera fuit *Eutychetis* sententia.

§. 9.

Argumenta Eutychis.

ILLUD probatur non modo ex ipsius confessione, sed & ex ejus argumentis. Probabant, scilicet, Eutychiani se dissentire à Valentinianis, nec cum ipsis incarnationis phantasma admittere, ex eo, quod legeretur in codicibus sacris, *puerum profecisse ætate & sapientia, quorum nihil convenit Divinitati, corpus enim ætate proficit, sapientia vero anima rationalis; ergo prædictam animam assumpsit Verbum*. Quid evidentius? Pessime igitur *Nicephorus Callistus* dum referens *Eutychetis* dogmata asserit, " ipsum „ in speciem finxisse atque adsimulasse salutis nostræ œconomiam. Itaque, pergit „ Historicus ille, corporalia omnia in speciem phantasia quadam simulata atque „ ficta ei affuisse tenuit, & hoc ipsum quod „ Natura illa Divina, quæ circumscribi & „ comprehendi nequit, cruci affixa sit in „ speciem, per phantasiam gestum esse „ statuit. „ Quidquid sit de Eutychianis, (qui tamen an unquam talia senserint dubito) certum indubitatumque debet esse fa-

Theodor. Dial. 2. p. 75.

Niceph. l. 18. p. 876.

ctionis parentem hæc phantasmata, fictitiumque Christi corpus in cruce pendens omnino repudiasse & totis viribus negasse.

Observat *Gelasius*, quod verum fuit, Eutychianos sæpius usurpasse similitudinem corporis & animæ, ut unus filius & una Natura admitteretur: quod confirmatur ex *Facundo Hermianensi* eadem referente; & si plura volueris, legas Anonymum à *Canisio* hic editum. Illa igitur fuit Eutychianorum sententia; quemadmodum corpus & anima quantumvis natura differant, unum efficiunt hominem unamque in homine naturam: sic in Christo debuisse agnosci unicam naturam ex humanitate & Divinitate strictissime coagulatam. At quemadmodum in homine nec corpus substantiam carneam, nec anima intellectum amittit ex unione, sic humanitas substantiam suam tuebatur in Christo, secundum Hæreticos; quod probatum voluimus.

Nec objicias cum *Natali Alexandro*, si ita se res habeant, vitilitigare Patres cum Eutychianis; *Leonem Magnum* cæterosque Pontifices Adversariorum quos impugnabant mentem ignorasse! Effervescunt enim aliquando vehementius, quam decet, hominum odia, & sæpius de rebus intellectu difficillimis longa feruntur inter Theologos dissidia. Præterea multa ex eo Eutychetis errore, sequebantur absurda; si enim Divinitas θεῖόν τι *divinum quid* communicabat humanitati ex unione strictissima; objici potuit, non modo humanitatem illam nobis consubstantialem non fuisse, sed etiam Christum imaginem humanitatis prætulisse, ut loquebatur *Leo*: quod consectarium non admittebat *Eutyches*.

§. 10.

INTER priores illos molliores Eutychianos recenseri debet *Dioscorus*, à Concilio Chalcedonensi damnatus, & merito quidem, quia inique se gesserat in Synodo Ephesina violentasque manus intulerat *Flaviano*; quod quam homine Christiano, imo inter Christianos Sacerdote & Præsule sit indignum, nemo non videt. Is autem unam Naturam cum *Cyrillo* docens, nihilominus Naturarum confusionem negavit. Verba ejus in Concilio Chalcedonensi hæc sunt: Ἀνάθεμα τῷ λέγοντι σύγχυσιν ἢ τροπὴν ἢ ἀνάκρασιν. *Anathema dicenti confusionem, mutationem, commixtionem*. Fuerunt postea *Tropitæ*, qui conversam Divinitatem dicerent; sed ab iis longe discrepabat *Dioscorus Alexandrinus*, *Cyrilli* successor, inter molliores Eutychianos recensendus.

Molliores Eutychiani.

Act. 1.

In eodem numero reponendus est *Timotheus* ille, qui *Proterio* successit, in sede Alexandrina. Hic quidem *Eutychetem* anathematizabat, quod nollet corpus Christi consubstantiale nobis confiteri; sed tamen *Dioscoro* Eutychiano adhæsit, Concilium Chalcedonense damnans, quod duas Naturas docuisset. Denique unam ipse Naturam admittebat, ut habet *Leontius* de Sectis. Fuerunt & alii plurimi in Ægypto molliores Hæretici, à cæteris diversi.

Act. v. p. 510.

§. 11.

Secundus ordo Eutychianorum mutantium carnem Christi.

ATTAMEN ruptis semel, repagulis, mens, errandi libertate sibi parta, longe lateque divagatur. Quidam igitur Eutychianorum ulterius progressi secundum quemdam eorum ordinem constituerunt. Hi, nempe, affirmarunt, absorptam, ut superius indicatum, à Divinitate humanitatem, *quemadmodum si mare mellis guttam accipiat, statim evanescit mel aquæ immixtum.* Ideoque Christum non hominem, sed Deum semper dici volebant. Secundo, post illam immutationem humanitatis qualitates ei à natura insitas remanere negabant. *Si enim aliquid quod naturam declaret superest, non est facta divina mutatio.* Ut illud probarent argumentabantur ex loco Scripturæ in quo legitur *Christum ingressum esse janius clausis*; quod corporibus non convenit. Objicientibus, Christum manus suas ostendisse discipulis dubitantibus an corpus gestaret, respondebant, id fecisse Christum quemadmodum luctatus fuerat cum Jacobo. Tertio, quanquam Christi deletum non esset corpus, sed tantummodo conversum in Divinitatem, *non dicimus esse deletam naturam, sed immutatam in substantiam divinitatis.* Attamen nolebant carnem Christi corpus appellare, negabantque ab ullo Scriptore sacro ita fuisse dictum. Τὸ σῶμα μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν, οὐχ οἶμαί σε δείξειν ὑπὸ τῶν πνευματοφόρων ἀνδρῶν προσαγορευόμενον σῶμα. Unde probatur quarto, substantiam corporis immutatam & deletas credidisse eodem tempore proprietates, quibus videri & tangi posset Christus, ita ut periret etiam corporis nomen in Divinitatem conversi: Quæ cum teneret *Eranistes* apud *Theodoretum*, non debuit inter molliores Eutychianos ab *Harduino* reponi; quippe si respueret *confusionis* vocem, id de tempore, quo Christus his in terris degebat, intelligendum, ut mox patebit. Quinto, interrogabantur enim illi circa tempus quo Divinitas humanitatem absorbuerat; reponebant autem, id factum post resurrectionem, vel ascensionem in cœlos, sic enim *Eranistes*: οὐκ ἀκριβῶς ὡρίσαμεν· μετὰ γὰρ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἡ σὰρξ ἐδέξατο τὴν εἰς θεότητος φύσιν μεταβολήν; *Non accurate satis designavi, nam postquam à mortuis resurrexit, caro mutationem in Divinitatis naturam accepit.* Vacillabat tamen Eranistes & aliquando fides ejus nutabat, quippe paulo ante dixerat, factam esse mutationem *post summam unionem in conceptione*, μετὰ τὴν ἄκραν ἕνωσιν παρὰ τὴν σύλληψιν; unde facile mihi persuadeam, fuisse aliquos, qui vel loquerentur quasi crederent, vel qui revera crederent in conceptione factam mutationem. Illi tamen inter Eutychianos rariores. Adhærendum potius *Eranistæ* confitenti Christum remansisse hominem cum nativis illi proprietatibus donec resurrexerit à mortuis, tunc enim mutata humanitate deperditæ sunt qualitates humanæ naturæ.

Eranistes ap. Theodoret. Dial. 2.

ib. p. 79.

p. 78.

§. 12.

Nulla mutatio ante mortem.

QUÆRENDUM tamen paulo distinctius quid sentirent illi de carne vel incarnatione Christi dum his viveret in terris. 1. Incarnatum profitebantur Christum, incarnationis autem modum ignorabant. οὐκ οἶδα τρόπον, πιστεύω δὲ αὐτὸν σαρκωθῆναι, *credo incarnatum fuisse, modum nescio.* 2. Confusionem naturarum ante mortem negabant: *Mihi quoque confusionis nomen vitandum videtur*, inquit idem Eranistes, *sed duas naturas dicere nolo; ne duos filios dicere videar.* p. 73
3. Denique corpus & animam absque mutatione in Christo perstitisse affirmabant. Diserta sunt *Eranistæ* verba apud *Theodoretum*: " Quod si etiam post incarnationem, „ anima non intelligenda est anima, nec „ corpus intelligendum corpus, & invenie„ tur inane spectrum magnum dispensatio„ nis mysterium, nullumque erit discri„ men inter nos, Marcionem, Valenti„ num & Manetem, qui tales fabulas com„ menti sunt. " Distinguebantur igitur Eutychiani à Manichæis Valentinianisque, eo quod hi corpus aëreum è cœlo delapsum tribuerent Christo; illi vero humanam admittebant carnem. Ideo cum insurgerent aliquando in veteres illos Hæreticos, ipsis probare conabantur humanitatem Christi, *quam negabant alii, quanquam ejus Divinitatem crederent.* In eo potissimum differebant à Manichæis cæterisque *Eranistæ* socii, quod illi *spectrum incarnationis* incarnationem negando fingerent, quod spectrum repudiabant Eutychiani, corpus remansisse corpus, animam remansisse animam in Christo, donec à mortuis resurrexerit, confitentur.

Distinguebant sese quoque à Photinianis, Arianisque Eutychiani, quibus Divinitatem Christi probare nitebantur, de humanitate una cum Hæreticis & Orthodoxis sentientes. *De humanitate nihil dicemus adversus Photinum & Marcellum, fatentur enim recte Christum Dominum esse hominem.* Nulla igitur illis fuit controversia, cum Photinianis, ut nec cum Orthodoxis, qui de humanitate Christi consentiebant. Unde facile probatur, Eutychianos illos humanitatem, qualis à nobis concipitur, admisisse, quamvis de unionis ratione non convenirent.

Denique distinguebant sese ab Apollinaristis Eutychiani, circa animam Christi. Quærebat Orthodoxus quid respondendum, *si quis dixerit Christum animam non assumpsisse, sed solum corpus, Divinitatem vero vice animæ corpori unitam omnia officia exsecutam esse.* Illa pungebant Apollinaristas etiam subtiliores; sed & eadem est quæstio, quæ nobis incumbit enucleanda. Autumat enim Vir doctus, secundum Eutychianos, quos frigidiores appellat, Christum totum ex Deo conflatum Divinitatemque vices corporis & animæ gessisse. De corpore jam satis actum: de anima respondetur proferendos esse locos Scripturæ, ut ostendatur *Verbum non solum carnem, sed & animam adsumsisse.* Verba autem ab *Eranista* laudata rem apposite probant, quippe illa diu post

post conceptionem, paullo antequam pateretur, Christus protulerat; *Anima mea tristis est usque ad mortem: Potestatem habeo ponendi animam.* Deinde cum ipsum urgeret *Theodoretus*, an *Apollinari* mentem ab animo distinguenti adsentiretur; negavit *Eranistes*, unam admittens tantum animam, eamque rationalem quam adsumpserat Christus eò quod *aliter imperfecta foret nostra salus.* Denique dictum probabat ex loco ubi dicitur, puerum *profecisse aetate ac sapientia*; cum autem *sapientia pertineat ad animam quae rationis compos est, animam ratione praeditam ut Christus assumpserit necesse est.*

§. 13.

An anima rationalis sit vita.

Nihil dici potuit evidentius. Attamen insurgit Vir doctus & *Eranistae* quasi ignorantia peccaret succenset; non novit enim *Eranista* quid sit ψυχὴ λογικὴ, anima rationalis, quam admittebant Eutychiani; illa namque nihil aliud fuit, quam *vita.* Ignoscatur mihi, si à tali sententia liberè recedam; quis enim sibi fingat *Eranistam* Eutychianorum opinionibus imbutum, imo Sectae Doctorem primipilumque ignorasse voces usitatas & deceptum alia plane ipsis tribuere, imo ipsum credere quam suos consectaneos? Quis putet *Theodoretum* has Haereticorum fraudes latuisse, easque non revelasse? Incubuerat potissimum ad refutandos Eutychianos *Theodoretus*, urgebatque *Eranistam* & quoquo se verteret instans premebat, eorum argumenta subtilissima referens ut ea dilueret. Quomodo autem illud quod à paucis annis educitur è tenebris siluit? De *Theodoreto* vel *Eranista* nulla nobis sit cura; peccare potuerunt; Sagacior veteribus potuit esse Vir nobis coaevus. At cum ab Apollinaristis sese distinguerent Eutychiani, debuerunt veram animam, quae vel ignoraret diem judicii, secundum Agnoëtas, vel ipsum nosset, secundum alteram factionis partem, in Christo agnoscere.

§. 14.

Eranistarum discrimen ab Eutychianis.

Ut finem dicendi faciamus, in eo consentiebant cum Eutychianis Eranistae: 1. quod cum *carnem humanam* Christo tribuerent, nollent tamen *carnem hominis* dicere; quia cum a potiori debeat fieri denominatio, Christusque sit revera Deus, *caro Dei* dici debeat: 2. Quamquam confiteretur *Eranista*, humana & Divina convenire Christo, nullaque ea de re cum Orthodoxis foret controversia, nolebat tamen dici hominem, sed Deum esuriisse, vel manducasse, ne distinctio ulla fieret, inter hominem & Deum. Audiatur ipse: *Unam quidem esse Christi personam eique Divina & humana convenire rectissime dixisti, hoc fidei decretum amplector; quod autem dicis oportere de naturis differentes, quae cuique sunt propria ei tribuere; id mihi videtur unionem solvere, ideoque hos & similes sermones non adprobo.* Erat itaque in Christo *caro humana*; huic carni conveniebant proprietates *humanae*; sed nolebant Eranistae, Eutycheti hac in re similes, unicuique Naturae suas adsignare proprietates, ne si duae Naturae evidenter agnoscerentur & *duos filios* confiteri cogerentur, quae vox horrorem ipsis incutiebat. Ideo *Deum passum*, *Deum mortuum* cum Eutychete promulgantes, in eo tamen 3. ab illo dissentiebant, quod, saltem post resurrectionem Christi, naturam humanam absorptam à Divinitate praedicarent.

§. 15.

Acephalorum origines variae.

Hos omnes cum damnasset Concilium Chalcedonense, ipsi, de auctoritate Ecclesiae parum solliciti, Synodum Oecumenicam repudiantes, illam variis argumentis, praesertim ex inconstantia Praesulum elicitis, oppugnabant; inter quos enituere potissimum *Acephali.* Adversus eos cum *Damascenus* & *Leontius Byzantinus* hic editi scripserint, innotescere nobis debent.

Ado Vien. aet. VI. an. 458 p. 358.

In *Acephalorum* origine, deceptus est *Ado Viennensis*, qui refert eos *sine capite nominatos, quia quis primus eam haeresin introduxit, non invenitur, cujus haeresis peste plurimi languent.* Duplex error observari potest in *Adone*, quippe sub *Leone seniore* natos scribit *Acephalos*, qui post Zenonis Unitivum demum exorti sunt; nec ideo dicti sunt *Acephali*, quod ignotus esset Sectae parens, sed quod cum à Patriarcha Alexandrino defecissent, nullum habuerint inter Patriarchas Ducem, sub cujus signis militarent.

Niceph. l. 18. c. 45.

Nec adcuratior *Nicephorus Callistus.* Confitetur quidem *Zenonis* Unitivum occasionem schismati praebuisse, sed refert illos sub Episcopis non fuisse, " inde factum est, „ ut morientibus Episcopis & Presbyteris „ apud eos, nec baptisma nec liturgia so„lemni ritu fuerit celebrata; Communio„nem vero à tempore plurimo servatam „ habentes, eam feriis paschalibus in mi„nutissimas partes incisam convenientibus „ ad se hominibus ministrabant. " Innuit *Nicephorus* Acephalos non agnovisse Episcopos sive Duces; sic enim reddendum, ni fallor, ἐκλελοιπότων, *deficientibus* Episcopis, non *defunctis*, ut interpres Latinus; hinc autem asserit ductum fuisse Acephalorum nomen. At 1. fuerunt etiam Praesules, imo Patriarchae, apud Acephalos, nec Ordinem Episcopalem abnegaverunt; memorat enim *Marianus* Monachorum Primas, Acephalos schismaticos *nomen Episcoporum sibi tribuere in locis nostris & sic invalescere.* Quin imo narrat *Liberatus* deditum fuisse ipsis *Esaiam* Episcopum Alexandriae, *à quo nomen sorciti Esaiani dicti sunt in Aegypto.* 2. Baptizabat Episcopus ille, ut mox videbitur; nec si aliquatenus in celebratione Liturgiae, vel Eucharistiae, à caeteris discreparent, id notum; & cum de eo siluerint Veteres, quomodo potuit innotescere *Nicephoro*?

Marian. Ep. Agap. in Conc. sub Menna act. I. p. 22. Liber Breviar. c. 18.

Schismatis causam habemus ex *Leontio Byzantino* & *Liberato*, quos hic sequimur. *Zenonis* Unitivum receperat *Petrus Mongus*, qui tunc temporis Alexandrinam sedem tenebat. Noluerat ille Synodum Chalcedonensem damnare vel sponte, vel ut *Acacio*

Constantinopolitano Patriarchæ, quique apud *Zenonem* gratia pollebat, obsequeretur. Hoc cum impatienter ferrent Monachi in Ægypto frequentissimi, iique vehementissimi, bellum adversus Petrum moverunt. Belli duces fuerunt *Joannes Mogilios* Episcopus, *Amon* Abbas, quem sequuti sunt Abbates plurimi ex Ægypto inferiori seditione facta; in ipso Ecclesiæ Cæsareæ dictæ sinu coactus est Petrus, Synodum Chalcedonensem anathemati subjicere, nec tamen commotos Monachorum animos composuit, sive enim dissimulans scriberet *Acacio* Pontificique Romano se Synodum quantumvis anathematizatam recipere, sive, ut scribit *Leontius*, ferre non possent Abbates Præsulem qui Synodum admiserat, ab eo secesserunt: quod quantum scelus visum sit qui dubitet, legat quid actum fuerit circa Præsules Ægyptios, in cœtu Chalcedonensi. Deposito enim *Dioscoro* cum peteretur ab illis ut subscriberent *Leonis* Epistolæ, exclamarunt omnes unà: *Extra voluntatem Archiepiscopi nostri non possumus subscribere.* Talis consuetudo obtinuit in Ægypto, ut omnes Episcopi obedirent Archiepiscopo Alexandrino. *Miseremini nostri*, inquiebant illi, *miseremini canonum nostrorum*, *moriemur*, *occidemur in Patria nostra.* Qui cœcam illam Ægyptiorum Præsulum obedientiam perpendet, non mirabitur Monachos Abbatesque Patriarchæ rebelles *Acephalos* fuisse dictos. Hæc igitur fuit genuina nominis & schismatis origo. Duravit aliquatenus schisma, commotis ita Monachorum animis, ut communionem successorum *Petri Mongi* eorumque qui cum ipso communicaverant, refugerent.

Concil. Chalc. act. IV. p. 515.

§. 16.

Acephali Eutychiani.

Falleretur tamen, si quis, apud *Damascenum*, adversus Acephalos scribentem querelas de eorum scissione à cæteris Eutychianis quæreret. Quid interest Doctoris catholici, an Hæreticorum factio varias in partes discindatur? Sed Acephali Concilium Chalcedonense damnantes, Eutychianismum profitebantur; ideoque plurimi inter Eutychianos, ut *Severus*, *Petrus* & *Zoaras* in Concilio Constantinopolitano sub Acephalorum nomine innotuerunt, quanquam cum Alexandrinis Præsulibus communicarent. Accurate loquebatur *Marianus*, qui *schismaticos & Acephalos à furore Eutychis & Dioscori descendere* querebatur, & Monachi secundæ Syriæ disertis verbis dicunt, *Severum Petrumque fuisse seductos ab Eutyche & Dioscoro Acephalis Hæreticis.* Latebatne Monachos illos Acephalorum schisma conflatum non fuisse, nisi mortuis jam *Eutychete* & *Dioscoro*? An ignorantia peccarunt, cum inter Acephalos reposuerunt *Eutychetem Dioscorumque* Hæreseos parentes & primipilos? Nequaquam. Sed tunc temporis dicebantur *Acephali* omnes *qui eadem ac Eutyches saperent.* Fuerunt igitur Acephali, cum quibus manus conseruit *Damascenus*, veri genuinique Eutychiani, quippe ille Schismaticorum titulus ad cœteros ejusdem hæreseos defensores permanavit.

Mar. Ep. Concil. Const. sub M. Act. I. p. 22. Libel. Monach. Concil. sub M. Act. V. p. 107.

§. 17.

Acephalorum crimina.

Plura alia, præter Eutychianismum, tribuuntur Acephalis præsertim à *Mariano* Monachorum Primate, apud Constantinopolim. 1. Quod conventus illicitos & παραβαπτίσματα *illegitimos baptismos renovarent*; & revera *Zoaras* ipse confessus erat, die Paschatis, baptismum se contulisse plurimis, inter quos erant pueri herilem domum inhabitantes. Ne credas tamen illos aut renovasse baptisma, Orthodoxis ad ipsos confugientibus, aut circa Sacramentum à Catholicis discrepasse. Eo tantummodo nitebatur querela, à *Nicephoro* renovata, quod in privatis ædibus aqua sacramentali loti fuissent infantes, cum in Ecclesia administrari soleret: Hoc ipsum indicat *Marianus*, in eadem ad *Agapetum* Pontificem Epistola. p. 22.

2. Varia intentabantur illis crimina: accusabatur *Isaacius Persa*, Acephalorum unus, quasi ex imagine Imperatoris *Justiniani* caput nescio quod diabolicum magicis artibus effecisset; sed illa cum nihil ad propositum nostrum faciant; mittimus & ad alia properamus.

§. 18.

Theopaschitæ.

Eodem tempore orta est *Theopaschitarum* Secta inter Eutychianos quarta. Hæc originem suam *Petro Fulloni* debere videtur; quamquam enim *Eutyches*, cæterorum omnium parens, *Deum natum*, *Deum crucifixum*, *Deum mortuum* sæpius affirmaret, quomodo hæc sustinuisset, ore rotundo proferre non audebant ejus consectanei. Sic enim Ægyptii Præsules, in Concilio Chalcedonensi, affirmabant *Christum passum esse ut natus erat*, ὡς ἐγεννήθη οὕτως ἔπαθε; at ubi de nativitate interrogabantur, illam inter res occultas quas homini non licebat aperire recensebant; quin imo Synusiastæ veteres Divinitatem ullo modo passam negabant, hanc sententiam, ut à Christiana veritate plane alienam, repudiantes. Sic enim *Cæsarius* apud *Chrysostomum*: *Passionem autem excogitari & adponi Unigeniti Manes imaginatur Deitati, quod à Christianis alienum est.* Audaciores vero facti cum unam naturam in Christo profiterentur, Divinitati ipsi passiones carnis tribuere non reformidarunt; quod cum à cæteris doceretur, hymnis Ecclesiasticis inseruit *Petrus Fullo* Præsul Antiochenus, additione facta Trisagio, in quo dicebatur: *Deus sanctus*, *fortis*; adjecit vero proprio Marte: *qui crucifixus es pro nobis*; ut superius indicatum. Insurrexerunt adversus eum quamplurimi, ne *Acacio* quidem, quantumvis Romanæ Sedi, tamquam hæreticus foret, invisus fuerit, excepto; quasi *Petrus* vel quaternionem in Trinitate induxisset, vel potius quod Divinitatem passibilem faceret. Sic *Pamphilus* Abydenorum Præsul objecit *Petro*, quod cum Apollinari Deum subjiceret passionibus carnis, θεὸν συγχιέω σαρκὸς πάθεσι. Nec mo-

Ep. ad Cæs. p. 17.

Pamph. Epist. Conc. T. IV. p. 1117.

modo Deum passum ajebant, quemadmodum *Eutyches*, sed *Divinum passibile tenuerunt.* ὐδὲ γὰρ τὸ θεῖον λέγομεν παθητὸν, ὡς συ λέγεις; *neque enim Divinum Numen passibile, ut vos, dicimus*, inquiebat *Antheon Arsinoensis*, cum Petrum Fullonem à priori sententia retrahere conaretur. Quin imo, si *Quintiano* credas, *unam substantiam Trinitatis crucifixam* dicebant.

Antheon Ep. ibid. p. 1112. Quintiani Ep. ibid. p. 1100.

Refragabantur Theopaschitæ, contendentes idem esse Deum passum profiteri, ac Christum passum, cum Catholicis, asserere; cum *Christus esset Deus.* Quæ si vera forent, dubium esse potest, an illi Hæretici alioqui subtilissimi eo devenissent, ut Divinitatem, quam immutabilem agnoscebant, revera passibilem fecerint. Vix equidem crediderim adeo cæcos homines fuisse; quin potius una cum Eutychete semper loquutos facile crediderim; nam cum unam admiserint in Christo Naturam, inde aptè sequeretur, eos patibilem facere Divinitatem. Hoc consectarium arripuere Patres, &, velut genuinum nativumque Hæreticorum dogma, iis objecerunt. Ne tamen ab omnium sententia videar recedere, quæ sola nititur conjectura, quartam Eutychianorum sectam, à cæteris in eo diversam, quod illi Deum passum docerent, alii Divinitatem passam confiteantur, admiserim. Miror tantummodo hunc errorem ab omnibus refelli ope mendacii cujusdam, fictitiique miraculi, quod passim ab Orthodoxis venditabatur; referunt enim omnes Trisagion quasi fidei normam & divinum quid, quod in cœlis ipsis præsente Deo personat; quod meram tamen fabulam esse plurimis argumentis evincitur.

Observari deinde potest eos non adfinxisse nescio quod corpus, quod tangi, viderique posset, quamvis deesset ipsa carnis substantia; 1. enim nulla iis ea de re fuit controversia cum Orthodoxis; hoccine absurdum condonassent illi hæreticis quos ab omni parte premebant? Nonne fictitiam illam carnem ex meris accidentibus objecissent sæpius? Nonne Deum illudentem hominibus, dum corpus, quamquam revera nullum foret corpus, pingebat oculis intuentium, manibusque tangentium repræsentabat?

2. Quemadmodum Divinitati Christi essentiam substantiamque divinam non subripiebant, quamquam, ut probatur ex superius allatis, Christum Patri consubstantialem omnino non faciebant, utpote cujus Divinitas pati potuisset; sic Humanitati substantiam carneam, cum proprietatibus à natura insitis, quamquam illa Divinitati immixta foret, non derogabant.

3. Admittebant igitur illi carnem veram in Christo, sed quæ ex unione arctissima dotes & Divinitatis privilegia quamplurima hausisset; cumque inde tertium quid objicientibus Orthodoxis efficeretur, ab una parte carnem omnino nobis consubstantialem negabant, ab altera vero Filium Patri consubstantialem inficiari cogebantur: ab una parte Deum, imo Divinitatem crucifixam prædicabant, ab altera vero in carne passum profitebantur. Una quidem Natura in Christo ab ipsis agnoscebatur, caro tamen & Divinitas vera & realis asserebatur.

§. 19.

An corpus increatum.

Objicitur quidem *Gregorio Palamæ*, eum sentire cum Theopaschitis & Monophysitis in eo, quod increatam crediderit Naturam humanam; hæc enim habentur, apud *Leonem Allatium* ex quibusdam Scriptoribus *Palamæ* coævis, hoc est, sæculo decimo quarto viventibus, quorum nomina ipsi ignota vulgare non potuit; ἐκ τύτῳ κοινωνεῖς τοῖς Μονοφυσίταις· εἰ γὰρ ἄκτιστος ὁ ἄνθρωπος, ἄκτιστος &c. ἐν τύτῳ κοινωνεῖς τοῖς θεοπασχίταις. εἰ γὰρ ἄκτιστος ὁ Κύριος ὡς ἄνθρωπος, καὶ μία φύσις ἐν αὐτῷ, ἡ ἄκτιστος ἡ αὐτὴ φύσις ἡ ἄκτιστος ἔπαθεν ἐν τῷ σαυρῷ. *In hoc ad sententiam Theopaschitarum accedis: nam si increatus Dominus ut homo, & una Natura in in eo increata; ipsa Natura increata in cruce passa est.* Sed facile possit animadvertere Lector, hunc sciolum, quem tanta cura descripsit *Allatius*, ut *Gregorium Palamam*, à suis inter Sanctos relatum, summa peccasse ignorantia probet, Hæreses undiquaque conquisitas in *Palamam* congerere; ut summo odio flagret, apud suos, Divus ille. Legantur quæ de ipso *Palama* retulit alibi *Allatius*, quin imo ipsa damnationis sententia adversus eum ab ignoto Concilio lata. Accusatur ibi summa cum vehementia, quam potius dixerim iniquitatem, quod *Deitates nescio quas invexerit visibiles & invisibiles*, quodque adversus Imagines aliquando decertaverit; De Eutychianismo vero nequaquam lis fuit illi intentata, quamquam nullam prorsus occasionem omitterent, ejus damnandi, cum tamen à *Cantacuzeno* laudetur tanquam homo *in Theologicis litteris à Deo traditis præ cæteris eruditus.* Ideo vero ab *Allatio* exagitatur tanquam omnium hæresium inventor aut patronus, quod à Latinis Romanaque sede fuerit alienus. Ut ad rem revertamur, negabant Eutychiani, ut & Monothelitæ, quod illis Sæculi decimi quarti Scriptores objiciunt, eos credidisse naturam humanam Christi fuisse increatam; quippe in sinu Virginis conceptam & ante unionem duas Naturas confitebantur, ita ut illi Græculo nulla sit habenda fides. Et revera *Quintianus*, qui dogmata accuratius pensitaverat *Petrum Fullonem* interrogabat, an cum *Manete* ἄκτιστον sive increatum diceret corpus Christi? Quod cum dubius Hæreticum urgendo postularet, hanc sententiam Eutychianos ex professo non fovisse evidenter colligitur.

Allat. Gr. Orthod. T. I. p. 775.

De consensu l. 2. c. 16. p. 815.

Hist. l. 2. c. 40.

Quint. Ep. ad Pet. Full. Conc. T. IV. p. 1160.

§. 20.

Corpus Christi an incorruptibile.

Aliud fuit, circa humanitatem Christi, dubium, quod vexavit Eutychianos, novumque conflavit schisma, *corruptibilitas*, scilicet, *corporis Christi*, de qua acriter ab utraque parte pugnatum est. *Julianus* enim *Halicarnasseus* corpus Christi incorruptibile dixit, ne si corruptibile confiteretur, discrimen aliquod inter Divinitatem & Humanita-

nitatem, inter corpus & Verbum Dei videretur introducere. *Severus* vero existimavit se posse dicere corpus Christi *corruptibile*; quæ sententia *Severi* nobis diligentius ideo perpendenda, quod Sectarum parens ille fuerit & in Scriptis à *Canisio* editis multa legantur adversus Severianos.

§. 21.

Nomen Severianorum.

NOMEN illi non habuerunt à *Severiano* illo Episcopo, qui contracta cum Chrysostoma amicitia, tandem urbe ab ipso fuit expulsus, quamquam Imperatrix plebsque Constantinopolitana facundiæ, morumque suavitate perculsa ipsius partes vehementissime foverent. Nihil enim peccaverat ille Cabalorum Episcopus. Zelotypia percitum fuisse asserit *Socrates*, eo quod cum Ecclesiam suam ipsius curæ commisisset *Chrysostomus*, in Asiam excurrens, omnes *Severiano* tanquam Oratori summo plauderent. Mota est quidem inter ipsum & *Serapionem*, levi de causa, controversia; hic enim priori noluit adsurgere, quod indigne ferens *Severianus* verbum protulit Præsule Christiano indignum, unde causam arripuit *Chrysostomus* tantum virum expellendi; sed nulla hæresis, nullus error; nec revera tum natus erat Eutychianismus.

Fuit alter *Severianus* Arethusæ Præsul. Is primum vi compulsus adhæsit *Severo*, postmodum vero ab eo cum *Cosma*, Epiphaniæ ad Orontem Episcopo, deficiens ambo libellum depositionis & excommunicationis *Severo*, qui tum Antiochiæ sedebat, miserunt, quem libellum *Aurelianus* Diaconus, mutato habitu & fœminam sese simulans, tanquam misera libellum supplicem offerret, Severo dedit; quæ fraudes sententiæque an conveniant Episcopis *Severo*, ceu Patriarchæ Sacramento quodam obstrictis, auctoritate destitutis, nullo convocato Concilio, nec agitata lite, judicabit facile Lector. Illud tamen referunt Veteres, quasi duorum Præsulum honori vertere deberet. Nobis observasse sufficerit Severianos non à *Severiano* quoquam nomen duxisse, sed à *Severo* Antiochensi Patriarcha, unde *Severitæ* vel *Severiani* dicti sunt plurimi qui Eutychianismum profitebantur.

§. 22.

Quis fuerit Severus.

FUIT *Severus* primum Monachus, sed à *Nephelio* sociisque Eutychianismum abjurantibus expulsus è Monasterio, quod unam Naturam in Christo cæteris constantius tueretur Synodumque Chalcedonensem respueret. Constantinopolim pro se & sociis Legationem obiturus perrexit, ea de causa notus Imperatori *Anastasio*, ejus auctoritate Sedem Antiochenam occupavit. Præsul factus Synodicas, pro more, singulis scripsit, quæ ab aliis, ut odium Imperatoris declinarent, neque Episcopatu privarentur, sunt acceptæ, ab aliis vero probris affecti, qui Epistolas illas attulerant, fugam arripuerunt, insurgentibus adversus eos Monachis cum plebe; divisis Orientalibus, his Eutychianismo, aliis Chalcedonensi Synodo faventibus, aliis Imperatoris sententiæ temporumque necessitati, neglecto Christo & contempta veritate, obsequentibus, tot erant sententiæ quot capita.

Tenente clavum Imperii *Justiniano*, *Severus* Antiocheno Episcopatu destitutus est. Missus *Irenæus* Comes Orientis, qui *Severum* comprehenderet. Ajunt linguam abscindi debuisse postulante id *Vitaliano* homine in aula potentissimo, quem in Concionibus læserat *Severus*. Quamquam vias omnes diligenti custodia intersepsisset *Irenæus*, evasit tamen tanta cura quæsitus Præsul: Fugit Alexandriam, ibique aliquandiu remanens de corruptibilitate corporis Christi disseruit. Aderat *Julianus Halicarnasseus*, eadem de causa à *Justiniano* fugatus. Hic contrariam *Severo* amplexus est opinionem. Inde dissidia nata sunt, inter Hæreticos, quin imo inter Orthodoxos ipsos. Duplici nomine laborans apud *Justinianum Severus*, propter corruptibilitatem corporis Christi & propter Synodum Chalcedonensem ab eo anathematizatam, impellente *Theodora*, quæ plurimum apud Imperatore pollebat, evocatus est ad aulam; noluit *Severus* obsequi Principis mandato; mutata tamen mente Constantinopolim petiit. Rescripsit Imperatori, ibique *Anthemium*, urbis Præsulem & Patriarcham, in sententiam suam pertraxit. Damnatus vero est à Concilio Constantinopolitano. Constitutio deinde lata, ab ipso Imperatore, qua confirmabantur sententiæ Patriarcharum adversus *Severum*, eo quod non modo contra sanctiones accepisset *Theopolitanam*, hoc est Antiochenam Sedem, sed *accumulatas ita turbationes faceret, ut commune quoddam bellum sacris Ecclesiis immitteret*. Nihilominus ejus error prævaluit, apud Orientales plurimos. Querebatur adhuc *Nicetas Byzantinus* Armeniorum Principi sæculo duodecimo rescribens *quod dogma non rectum Severi cujusdam Hæresiarchæ jam, per omnes eas partes, introductum & desæviens omnes ibi inhabitantes summopere læderet*. Tanta fuit ejus apud Eutychianos fama, ut omnes ferè, etiam *Acephali*, ejus nomine indicarentur & ab ipso *Severitæ* vel *Severiani* fuerint dicti. Sed postea in varias factiones discissi varios *Severitarum* constituerunt ordines, quos hic distinguere non est incongruum.

Constitut. Justin. Conc. T. V. p. 266.

Nicet. Byzant. pro Concil. Chalced. ap. Allat. Græc. Orth. T. I. p. 665.

§. 23.

Variæ Severitarum Sectæ.

PRIMO fuerunt Severitæ *Theodosiani*, *Angelitæ* & *Damianistæ* etiam dicti. Fuit *Theodosius*, à quo illi nomen desumserunt, Episcopus Alexandrinus, qui *Severi* temporibus corruptibilitatem corporis Christi tuebatur; sed à plebe throno suo expulsus est, ut *Gajanus* in ejus locum sufficeretur. Audita re *Justinianus Narsem* misit, qui causa dijudicata Sedem Alexandrinam *Theodosio* restituit, à qua tamen Imperatoris jussu postmodum summotus est. Ille cum suis dogmati Severiano, de corruptibilitate carnis Christi, adjecit, Patrem, Filium & Spiritum S. communem in eis exsistentem Dei-

Deitatem habere atque de ea Divinitate participantes quemlibet esse Deum. Unam autem subsistentiam agnoscebat; ideoque *Sabellianistæ*, ab Adversariis adpellati, ut & *Angelitæ*, à loco quodam urbis Alexandriæ, cui loco Angeli nomen fuit.

Secunda classis Severitarum fuit *Contobabditarum* dicta, à loco itidem Alexandrino, in quem forsan convocabantur, ita nuncupati, & in eo à prioribus diversi, 1. quod *Severo* addictiores *Theodosii* librum de Trinitate repudiarent. 2. Quod Episcopos non admitterent.

Alius recensetur ordo Severitarum, *Petritarum*, scilicet; hi quidem *Severum*, *Theodosiumque* venerabantur, sed cæteros quos Secta agnoverat Duces primipilosque, *Damianum*, nempe, & nescio quem *Paulum Nigrum*, Episcopos rejiciebant, ea scilicet de ratione, quod illi cum Ecclesia Catholica communicarent, quanquam Concilium Chalcedonense aversarentur.

Fuerunt denique alii Severiani *Cononitæ* à *Conone* Episcopo novo sectæ capite, profitentes in Deo tres numero substantias & naturas omnino similes, quemadmodum & tres subsistentias, unde Tritheitarum titulo infamabantur ab Adversariis. Hæc de *Severo* & Sectis ab eo natis sufficiant.

§. 24.

De Severo Evagrii & Maximi oppositio. Evagr. l 3. c. 32.

NON desunt, qui *Severum* inter rigidiores Eutychianos reponant, quasi absorptam à Divinitate Humanitatem, cum omnibus proprietatibus, dixerit. Refert enim *Evagrius* hoc dogma *Severum* suis inseruisse Synodicis, anathema cum diceret non modo Chalcedonensi Synodo, sed adversus eos, qui dicerent, *duas in Christo naturas aut proprietates, alteram carnis, alteram divinitatis.* τῶν εἰρηκότων δύο φύσεις ἢ ἰδιότητας ἐπὶ τοῦ κυρίου τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος. Quæ si vera sint, nihil in Christo supererat humani, quippe cui deerat natura humana à Divinitate absorpta, deficiebant etiam proprietates diversæ carnis & Divinitatis. At aliter plane *Maximus* Abbas, dum ea ratione *Severum* oppugnat, quod naturam nescio quam, compositam ex duabus, sibi fingens, qualitates humano corpori à natura insitas Christo reliquerit; quasi qualitates illæ possent subsistere absque subjecto. Cui credas? an *Evagrio*, sublatas à *Severo* carnis proprietates afferenti; an *Maximo*, circa illas qualitates subsistentes absque subjecto, quod inauditum fuerat, *Severum* confutanti? Difficilius est sane quam vulgo putatur, Scriptores veteres sæpius inter se discrepantes, præcipue dum Hæreticorum dogmata exponunt, conciliare. Ille Synodicas ipsius Severi laudat; hic vero Adversariorum, cum quibus manus sæpissime conseruit, dogmata debuit nosse.

Maximi Opuscul. Theol. T. II. p. 136. 137.

§. 24.

Evagrius emendatur

CREDIDIT *Evagrius*, sublata humanitate Christi, subtrahi proprietates carnis à *Severo*; quippe quod ita sequitur ex ipsius dogmate, ut vix negari possit. Non ea tamen, ni fallor, fuit sententia *Severi*, qui cum *Cyrillo* discrimen aliquod agnosceret inter Christum Deum & hominem; hoc autem discrimen non constituisset inter naturas, cum unam tantummodo prædicaret *Severus*, ideoque Chalcedonensem Synodum anathematizaret. Observabatur illa discrepantia, inter proprietates carnis & proprietates Divinitatis; caro, scilicet, Christi potuit pati & corrumpi, quod Divinitatem non decebat. Erravit igitur *Evagrius*, qui dixit sublatas esse proprietates naturarum. Melius *Maximus*, qui relictas illas confitetur.

§. 25.

Explicatur Maximus.

HIC tamen caute intelligendus est. Non enim dixit *Severus* proprietates illas absque subjecto cui inhærerent, remansisse; nequaquam. Arbitratus est ex duabus naturis *compositam esse unam*, inter quas aliquod superesset discrimen; quia cum carni relictæ essent proprietates suæ, potuit esurire Christus, potuit aliquid pati, potuit corrumpi, unde *Corrupticolæ* dicti sunt. Quin imo aliquam differentiam inter humanitatem & Divinitatem constituebat, quod testatur *Eulogius Alexandrinus*; dum enim adversus Monachos, circa naturarum unionem, disserit, illos sibi contradicentes inducit, quod cum *Severo differentias servari* contenderent, aliquando vero starent à partibus *Timothei*, qui non modo eas servari negaverat, sed impietatis reos peragebat eos, qui hoc tuerentur. Audiatur Severianus ille, quem *Canisius* edidit; nullibi enim purius, quam ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Eulog. ap. Phot. Cod. 230. p. 878.

Confitetur ille, unam esse in Christo Hypostasin unamque naturam. „Quemadmodum Petrus unus idemque est, & quemadmodum in Petro anima non est conversa in corpus, nec corpus in animam, sed remanserunt in eo duæ naturæ, natura animæ, & natura corporis, immutabiles, neque divisæ, neque confusæ; & tamen in utrisque naturis constitutus est Petrus, constitutaque ex duabus naturis una Hypostasis & *una natura composita*: sic Christus unus & idem est, habet duas naturas, naturam, inquam, Divinitatis, & naturam Humanitatis, neque Divinitas est conversa in Humanitatem, neque humanitas mutata in Divinitatem, sed manserunt in eo duæ naturæ immutabiles, non confusæ, neque divisæ; facta est tamen una Hypostasis, *unaque natura composita.*"

Longe ergo abest, ut *Severus* ejusque genuini asseclæ cum rigidioribus Eutychianis consenserint. Pedem retrahebant, corruptibile dicentes corpus Christi. Unam, scilicet, naturam admittebat *Severus* cum *Eutychete*, eamque proprietates carnis & divinitatis asservasse tuebatur.

Inde tamen natum *Maximi* argumentum, quod è *Severi* principiis eliciebatur: Si natura Christi est aliquo modo è duabus composita; nec est Deus, nec verus Homo. Non est Deus; nam Deus non est ens compositum:

positum: nec verus Homo; quippe qui ex ente plane diverso constituitur. Si Christus Homo non sit; proprietates carnis in humanitate male constituuntur; sequitur enim eas subsistere, sine subjecto; quod inauditum.

Fuit in eo argumento *Maximi* aliquid veri, aliquid falsi: Verum fuit, Christum non esse hominem nobis consubstantialem similemque plane, si ex Divinitate & carne constitueretur una natura, quod consectarium non negabat *Eutyches* ipse. Fuit tamen aliquid falsum; non enim dixit usquam *Severus*, accidentia proprietatesque carnis nulli adhæsisse subjecto.

Hoc eliciebat *Maximus*, ex eo quod natura ex carne & Divinitate nescio quomodo composita prædicaretur; sed subtiliter nimis; potuerunt enim proprietates carnis illi adhæsisse Subjecto composito: quemadmodum posset alia ratione fingi homo aliquatenus nobis similis; qui carnis nostræ proprietates nativasque dotes retineret, nec deesset ideo subjectum, nempe caro vera, realisque, quanquam à nostra paulisper diversa. Hoc voluit *Severus*, adeoque explicatione indigebat argumentatio *Maximi*, quæ non nisi ex dogmate *Severi* male intellecto procedit.

§. 26.

Severus Christo corruptibile corpus tribuit.

UNUM fuit in quo à plurimis Eutychianis dissidebat *Severus*; nempe, quod Christi corpus corruptibile fuisse diceret. Legitur quidem, apud *Leontium Byzantinum*, dixisse corpus Christi ἀφθαρτὸν, *incorruptibile*; sed in mendo cubat textus, quod miror editores *Leontii* non animadvertisse; quippe qui *Severo* diversam plane, ab ea quam tuebatur, sententiam tribuant; non enim ille *incorruptibile*, sed è contrario *corruptibile* Christi corpus affirmavit, secundum traditionem Patrum.

Ab altera parte *Julianus Halicarnasseus*, qui cum *Severo* sedebat ad *Ennatum*, ut habet idem *Leontius*, incorruptibilitatem corporis Christi asseruit. Quid sit *Ennatum*, ubi colloquia illa inter hos Eutychianæ factionis profugos duces sunt habita, nosse parum interest. Male reposuit amanuensis apud *Liberatum*, *Laborem*; legendum potius *Labranum*, locus, scilicet, vel schola Alexandrina, in quam conveniebant Episcopi illi, de rebus sacris ut sermones ferent. Sic *Labranda* fuit vicus in vicinia Mylassæ urbis Cariæ, unde dictus *Juppiter Labradenus*, sub specie hominis securim gestantis, ut exhibetur in veteri quodam numismate. Sic etiam inter Hæreticos alii *Contobabditæ* dicti sunt à loco, in quo congregabantur, ut superius est indicatum.

Liberat. Brev. c. 19.

§. 27.

Status controversiæ de corruptibilitate.

QUID autem sentiendum sit de illa incorruptibilitate corporis Christi, paucis aperiendum. *Julianus* & ejus asseclæ profitebantur Christum naturam humanam in sinu Beatæ Virginis induisse vere & perfecte; at post unionem corpus fuisse incorruptibile; iique duplici ratione potissimum movebantur. Primo verebantur, ne, si aliquod discrimen inter Divinitatem humanitatemque agnoscerent, Concilium Chalcedonense, duasque naturas admittere cogerentur. Deinde timebant, ne peccati labes aliqua Christo inureretur, si corrumpi potuisse diceretur corpus; quippe cum Adamus, ut autumabant, incorruptibilis creatus sit, eo quod ab omni reatu labeque peccati fuerit immunis; Christus incorruptibilis dici debuit, qui sine peccato natus est; nec tamen diffitebantur illi Christum esurivisse, cæteraque humanitati propria fuisse perpessum. Voluere tamen id sponte eum tulisse ἑκουσίως, cum homines necessitati cuidam serviliter subjiciantur. Cæterum *Julianus* veterum Eutychianorum, quorum sententiam renovare videbatur, testimonia laudabat, & *Corrupticolas* appellans Adversarios qui hominem passionibus obnoxium venerabundi colerent. Ab altera parte *Severus* se Patrum vestigia premere jactabat. Sic uterque de antiquitate gloriabatur apud suos & *Juliani* asseclas sub *Aphthardocitarum* (quod nomen fuit Sectæ celeberrimum) *Phantasiastarumque* titulo traducebat; eo quod fictitia foret mors Christi, si pati non potuisset. Revera satisfactionis necessitatem negabat *Julianus*, incarnationemque generi humano redimendo sufficere putabat. Videntur utrique decepti ambiguitate vocum, nec satis accurate distinxisse, quæ distinguenda erant. Duplex φθαρτȣ̃ sive *corruptibilitatis* sensus est. Incorruptibilis fuit Christus, si eo verbo intelligantur carnis affectiones infirmitatesque, quæ reprehensionem aut pœnam mereantur. Hoc negavit *Severus*, quippe qui inter Monophysitas acerrimos recenseatur. Corruptibilis fuit Christus, si passiones à natura insitas spectes, quippe esurivit, fatigatus est &c. Hoc inficiari non potuit *Julianus*, qui famem, sitim mortemque in Christo admittebat.

In eo igitur vertebatur cardo controversiæ: An ea lege naturæ, an vero liberè passus esset Christus. Libere quidem humanam induit naturam filius Dei, nec coactus, sed sponte è cœlo ad nos usque permeavit; sed unita Divinitati Humanitate, Christus omnes leges humanitatis, quæ crimine carerent, procul dubio subiit. *In omnibus nobis similis factus est, excepto peccato.* Hoc postremum cum non admitteret *Julianus*, ruebat ipsi Christianæ Religionis fundamentum, satisfactio nempe, luendis hominum peccatis à Christo præstita.

§. 28.

DIVISIS hac de re Eutychianorum Principibus, *Timotheus*, qui tunc temporis præfuit Alexandrinæ Sedi, *Severi* partes amplexus est. Dubitat ea de re *Leontius* noster, imo tergiversantem dubiumque inducit Timotheum, qui modo huic faveret modo alteri. Sed quanquam vulgo editores vel commentatores mordicitus adhæreant Scriptoribus quos illustrant, *Liberato* tamen potius quam *Leontio* fidem hic sum Justiniani error.

sum habiturus; debet enim præferri Veritas, etiam historica, nec laudari semper Scriptor qui decipi potuit. Eutychianos distinctius multo *Leontio* noverat *Liberatus*, qui eorum historiam scriptam reliquit. Narrat autem *Timotheum Severo* accessisse, corpus corruptibile Christo tribuenti, & animam ab omni ignorantia liberabat, ut mox patebit. E contrario *Justinianus* Imperator, *Aphthardocetis* nomen dedit. Unde tot discrimina rerum! Sunt qui *Evagrio* id de *Justiniano* asserenti falsitatis dicam impingant. Sunt qui Imperatorem nimio Christi studio hac in re, peccasse affirmant; noluit enim, ut ajunt, Christum, quem summopere colebat, corruptibilem dicere: Sunt denique qui Imperatorem, ob errorem totis viribus propugnatum, pœnitentem, laboribusque & lacrymis hanc maculam diluentem describant.

Ad paradoxa confugiunt, cum aliter *Justinianum* purgare nequeant, qui *Evagrio* Scriptori coætaneo rem accuratissime narranti, cæteris suffragantibus, contradicunt. Scripsit enim Imperator Edictum ἐν ᾧ ἀφθάρτω τὸ σῶμα τοῦ κυρίου κέκληκε. Corpus Domini incorruptibile appellat & naturalium atque inculpabilium affectionum capax fuisse negat, Dominum vult, ante passionem, eodem modo comedisse, quo post passionem comedit; qua in re, contradicentem habuit *Anastasium* Præsulem Antiochenum. Nec liberari potuit ab errore *Justinianus*, quamvis summo erga Christum flagrans studio à veritate deviasset. Incerta admodum fuit ejus pœnitentia, quinimo ad mortem usque in eadem sententia perseverasse quis dubitet? Narrat certe *Evagrius*, eum divinitus perculsum obiisse, dum *adversus Anastasium & Sacerdotes, qui cum eo erant, deportationis sententiam dictaret.* Non modo dogmati erroneo tenaciter adhærebat Imperator, sed & veritatis defensores ad extremum usque vitæ periodum exagitavit, exiliumque iis minabatur & parabat, cum excessit è vita.

Evagr. L. c.v. c. 39. p. 415.

homines Imperatoribus mortuis benedicere, ex Judicio caritatis, præcipue cum defunctorum exempla præsenti causæ possunt inservire. Ea res movebat cum Pontificem, tum Synodum Romanam, tum etiam Concilium sextum. Imperatoribus blandiebantur *Theodosii Justinianique* acta celebrantes, quod Regia auctoritate in pari causa egerent. Multa quidem egerat *Justinianus* circa fidem & Ecclesiam, quæ laudari possunt; immeritoque in eum invectus est *Baronius*, cum cæteris Pontificiis, quasi Ecclesiæ clavum tenere ejusque sacrum regimen usurpare voluisset. Nihil actum ab eo in convocatione Conciliorum, quod solitum non fuerit, prioribus sæculis. Merito igitur trahebatur in exemplum *Justinianus*, quem in multis imitari poterant Imperatores: Miramur solummodo Pontifices, Ecclesiæque diversum agendi modum; dum anathemate feriebantur omnes *Aphthardocitæ*, solus *Justinianus*, qui errori vim auctoritatemque adjecit, qua periculosissimus error, satisfactionis veritatem necessitatemque convellens, ab omnibus probaretur, illæsus intemeratusque excessit è vita. Quin imo memoria ejus, ut divina, celebratur à Concilio sexto. Cultus, quem ipsi detulerunt aliqui cum Ephesi, tum Constantinopoli, probat, sæpius inter divos recenseri eos, quorum dubia salus ab arcano Dei judicio pendet. Ut finem dicendi faciam, erravit *Nicephorus*, qui sibi finxit *Eutychium* Constantinopolitanum à *Justiniano* moriente fuisse revocatum. Mandatis *Justiniani* obtemperasset procul dubio *Justinus*, ex sorore nepos, in Imperio successor, præsertim si testamento fuissent firmata. Nec tamen restitutus est *Eutychius*, nisi sub *Tiberio*, cui prædixerat Imperium. Quidquid sit de restitutione *Eutychii*, cui innititur *Nicephorus*; non inde tamen sequeretur *Justinianum* errorem quem imbuerat deposuisse, præcipue cum *Anastasium* Orthodoxorum Principem jamjam moriturus exsulare juberet.

§. 29.

Justiniani impœnitentia probatur.

INDICANTUR à *Nicephoro* Acta Concilii sexti, in quibus *Justinianus* reponitur inter Divos, & Imperator θείας λήξεως *divinæ memoriæ* dicitur; celebraturque illa memoria in templo Ephesino, quod ipse construxerat, imo & Constantinopoli, imperante *Alexio Comneno*, in celeberrima illa Sophia, quæ Christo fuit consecrata. In signum pœnitentiæ adducitur Testamentum *Justiniani*, quo statuebatur ut *Eutychius* orthodoxus ab exsilio revocaretur ad Sedem Constantinopolitanam.

Parcant nobis Imperatoris manes, si sinceram in eo pœnitentiam non admittamus. Condonaverit illi supremum Numen mentis errorem, licet hic non misericordiam divinam, sed actiones humanas pensitamus. Nihil igitur moramur laudes Concilii sexti, quibus addi potest testimonium *Agathonis*, sive Synodi Romanæ ab eo convocatæ, in qua Pontifex asserit *à Justiniano res in meliorem ordinem fuisse restitutas.* Sic solent

§. 30.

SEVERO dum viveret Imperator fuit infensissimus, non modo quod ille foveret Eutychianismum, sed & ea de ratione, quod *Corrupticola* foret; ut facilius damnarentur omnes illi, Concilium sub *Menna* convocavit *Justinianus*. Missæ sunt à Palæstinæ Monachis, quos à longo tempore vexabat odium adversus *Severum*, litteræ, in quibus nulla omiserunt scelera quæ *Severo* non intentarent. 1. Asserebant illum veneficiis addictum Dæmonibus serviisse apud Berytum: pœnam tanti criminis ut effugeret, Christianum factum & baptisma à *Leontio* postulasse. 2. Illum qui immania Dæmonibus obtulerat sacrificia facile Gentilem credas; at hanc superstitionem cum velaret, ad Acephalos Baptismum negans confugit; nec tamen revera Acephalus, inquiunt, quamquam præsideret illi sectæ, sed *Unitivum Zenonis*, quod *Divisivum* appellabat, rejecit 3. Præsul factus cædes infandas adversus Ecclesiasticos Monachosque

Severi crimina.

que, etiam in locis facerrimis, commisisse dicitur. 4. Quæ ipse tentare non audebat, Judæorum ope patrabat. Excubabant illi jussu Præsulis, ut ajunt, in insidiis, quas Monachis ad suos redeuntibus struxerant, & jugulatorum cadavera insepulta avibus ferisque prædam relinquebant. Hæc an vera sint, nostrum non est accuratius in tanta Scriptorum discrepantia, investigare.

Libell. Monach. ad Mennam Concil. Tom. V. p. 1116.

Ab eo Concilio damnatus est *Severus*, atque auctoritate *Justiniani* firmata est Concilii sententia.

CAPUT IV.

Varia circa Regimen Ecclesiæ, Titulos Episcoporum, Patriarcharum, &c. complectens adnotata.

§. I.

DE Regimine Ecclesiæ fuse disserendi hic nec locus, nec mens est, ne Præfationis limites transgrediamur. Pauca tantum ex Auctoribus hic editis excerpemus, ut Sæculorum, quibus illi vixerunt, mores & leges facilius perspiciantur, indeque si quæ apud illos occurrant obscuriora, facilius ex dicendis intelligantur.

Episcopi à Principibus olim constituti.

Primo, creabantur Episcopi Gallorum, sexto vel etiam septimo Sæculo, jussu Principis. Sic enim *Desiderius* Cadurcensis *Dagoberto* Regi scribens: *Cadurcæ Ecclesiæ, cui Deo auctore, ex jussu vestro, præsideo.* Fuit igitur Deus auctor Episcopatus, at *jussu Principis* obtinebatur. Revera quamvis *Gregorius VII.* Principum jura quamplurima sibi arrogaverit, ubi tamen actum est de electione Episcopi Rothomagensis, abdicationeque *Joannis* ægrotantis, de quo infra, ea de re rescripsit *Guillelmo* Britanniarum Regi, Normannorumque Duci, ut ex ejus nutu id fieret. Credidit quidem Vir eruditissimus in Adversariis suis, Ecclesiæ Romanæ obedientiam non esse pollicitos Episcopos, nec illam loquendi formulam: *Episcopus Dei gratia & Apostolicæ Sedis* irrepsisse nisi sæculo decimoquarto an. 1313. quo *Angelus de Barro* dicitur *Apostolicæ Sedis gratia Bitterensis Episcopus*; hancque formulam, quod nova esset, non nisi à paucis usurpatam. At non legerat Vir doctissimus in eodem Spicilegio hæc *Alberonis* Virdunensis Episcopi ad *Innocentium* Papam: *Albero Virdunensis Episcopus Gratia Dei & vestra*; hanc enim formulam Sæculo toto anteriorem animadvertisset ille, cum *Albero* jam anno 1140 fuerit Episcopus. Quinimo eodem Sæculo paucis ante annis, habitum fuerat *Concilium Lateranense* IV. in quo hæc Lex fuit promulgata, ut Patriarchæ Pallium ab Antistite Romano reciperent, *præstito sibi fidelitatis & obedientiæ juramento*, & postea suis Suffraganeis pallium largiantur, recipientes pro se Professionem Canonicam & *pro Romana Ecclesia sponsionem obedientiæ ab iisdem.* Indicavit etiam *Morinus* antiquissimum Codicem Ecclesiæ Rothomagensis, qui tamen Rhemensi fuerat destinatus, in quo interrogatur admittendus Antistes: *Vis Beato Petro & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ejusque Vicario esse subditus secundum Statuta Patrum?* Laudantur quidem *Statuta Patrum*, quasi apud eos occurrat tale sacramentum, quod tamen apud eos frustra quæras. Invaluit usus ille tantum sæculo XII, ibique prima hujus ritus occurrunt vestigia, quæ alibi non leguntur.

Albero ap. Laurent. de Lead. Hist. Ep. Virid. T. 2. p. 320.

Mor. de ord. p. 2755

Jussu Regis & ex gratia Dei creabantur olim Præsules, ut patet ex Epistolis *Desiderii*, qui Jura Pontificis & Principum nosse debuit: Hujus testimonia plurima subjicerentur, si necesse foret. Imo maxima fuit Regum secundæ stirpis, ut loquuntur, in rebus Ecclesiasticis auctoritas. Legatur hanc in rem *Alcuinus*, qui *Carolum M.* ideo velut alterum Davidem extollit, quod ex mirabili & speciali pietatis & Dei dono tanta devotione Ecclesias Christi à perfidorum doctrinis intrinsecus purgare tuerique nitevetur. Revera fidei rebus invigilabat Imperator, dogmata cultumque divinum pensitabat, ut ex libris ejus nomine editis probatur. Imperatorum Regumque jussu congregabantur Concilia; imo libri non vulgabantur, nisi auctoritate Regia, sigilloque firmati, quos & ipsi legebant. *Nondum*, inquit *Alcuinus* Epistola V. editionis Canisianæ, *vestræ auctoritatis Sigillo eumdem libelli tenorem confirmatum cognoverunt*. Legebat libros Imperator, quos debebat probare; imo quamvis de fide ageretur, eos emendabat. *Gratias agimus*, inquit idem Epistola sexta, *quod Libellum secundum vestræ jussionis præceptum vobis directum, auribus sapientiæ vestræ recitari fecistis, & quod notare jussistis errata illius & remisistis ad corrigendum, quamvis à vobis melius emendari potuisset*. Edidit clarissimus *Baluzius* alteram *Alcuini* Epistolam ad Abbates Gothiæ, in qua mentionem faciens libelli adversus *Felicem* elucubrati tandem expectat ut *lectus & comprobatus fuerit à Domino Rege*: quod Regum curam auctoritatemque circa Religionem resque Ecclesiasticas aperte probat.

Baluz. Misc. T. I. p. 378.

§. 2.

De Titulis Episcoporum.

AD Titulos quod attinet Episcoporum, illi

illi iisdem temporibus, sexto & septimo, nimirum, sæculo, in Gallia jam fastu & superbia turgidi erant. *Desiderius* enim Cadurcensium Episcopus, dum se *peccatorem* appellat, *Dadonem* velut *Apostolicum Patrem Papamque* laudat. *Apostolicam dignationem Paulo* alteri Episcopo tribuit. Ipse vero ab amicis Præsulibus *Apostolicus Papa, Apostolica Sede dignissimus* inscribitur. Legatur titulus Epistolæ, quam ipsi scripsit *Paulus peccator*; quam phalerata sunt verba & à Christiana simplicitate aliena? Non modo *reverendissimo Domno Desiderio* inscribitur Epistola illa, *sed & palma triumphali decorato ac Pontificali nomine adamato, præcellentissimoque Ecclesiæ Speculatori & Papæ.* Alibi dicitur *Dominus nobis semper propitius & post Deum peculiaris Patronus*; quæ verba summam scribentis fiduciam imo cultum, Episcoporum vero auctoritatem tantam indicant, ut ne majorem quidem habere possit Pontifex Romanus. Quin imo *summi Pontifices* aliquando dicti sunt Episcopi. *Lupus* enim Ferrariensis Abbas iter *Maximini* referens, narrat ipsum *Martinum* convenisse junctosque *summos Pontifices* rebus divinis intentos laborem itineris non sensisse. Errat quidem *Lupus*, nam *Martinus* obierat antequam *Maximinus* fieret summus Pontifex, hoc est Episcopus; sed probatur inde nihilominus sic dictos olim Episcopos. Sic sequenti Sæculo *Lambertus Martyr Domnus Apostolicus & Pontifex*, Leodiumque *Sedes Pontificia* dicitur. Hoc miratur *Mabillonius*, ea, scilicet, ratione, quod illa vox *Dominus Apostolicus* Pontifici Romano soleat tribui; & revera quidem in vita *Adalberti* Pragensis Episcopi hic edita *Dominus Apostolicus* est Papa, qui cum suis Cardinalibus consilium debuit habere. Nihil tamen est, quod mireris. Hunc enim titulum similesque plurimos usurpaverunt sæpius Præsules, nec à Pontifice Romano ullatenus hac in re distinguebantur, nisi labentibus Sæculis. Mab. Sæc. Bened. III. p. 74.

Desid. Ep. 10. 11. ad Desid. Epist. 4. 5. 6. 11.

Revera sese Apostolorum Successores genuinos dictitabant horum temporum Episcopi. *Jam nunc Episcopi Cathedras tenent duodecim Apostolorum, si imitantur Apostolos in fide & opere & prædicatione.* Una prædicatur hodie Sedes Apostolica, unus Pontifex, unusque Papa; imo, si credis *Anselmo*, non minus sacrilegus est, qui Papas quam qui Deos multiplicat. Sed Sæculis superius notatis tot erant Sedes Pontificiæ & Apostolicæ, quot Episcopatus, totque *Domni Apostolici, Pontifices & Papæ*, quot Episcopi, totque *Successores duodecim Apostolorum*, ne *Petro* quidem excepto, quot Præsules Christi discipulorum fidem moresque repræsentabant.

Ether. l. 2. p. 74.

§. 3.

Error Nicephori ea in re.

INDE patet error *Nicephori* narrantis *Cyrillum*, eo quod *Cœlestini* nomine Synodo Ephesinæ præfuisset, mitram & *appellationem Papæ* admisisse *Orbisque universi Judicem* appellari se passum, quæ deinde ad Successores pervenerint. Si enim famæ fides est habenda, non *Cyrillus*, sed *Heraclas*, primus inter Alexandrinos Præsules *Papæ* nomen usurpavit anno CCXX. indeque ad posteros manavit. Sic *Timotheo Æluro* Alexandriam adventanti ejus partium studiosi adclamaverunt: *Hostes tuos cibasti o Papa*, ut habet *Theophanes*. Quin imo hunc titulum sibi tamquam proprium, posterioribus Sæculis, sibi vindicasse Alexandrinos Patriarchas, qui Papæ vocantur, asserit *Nilus Doxopatrius* apud *Allatium*. Nec illum titulum, ex concessione Pontificis Romani, *Cyrillus* obtinuit, cum ad omnes, cujuscunque forent ordinis pertineret Episcopos. Denique est mera fabula, quam narrat *Nicephorus* de Judice illo Oecumenico; longe enim aberat Pontifex Romanus ab erigendo Judice totius orbis, qui tantas postmodum habuit controversias cum Patriarcha Constantinopolitano, circa illum Oecumenici titulum.

Niceph. l. 14. c. 34. T. II. p. 512

Theoph. Chron. p. 104.

Allat. de consf. l. I. c. 18.

§. 4.

Recentiorum de nomine Papæ sententiæ.

SI quid peccavit contra fidem Historiæ *Nicephorus*; multo pejora habent Neoterici, circa hunc titulum, quæ ex nostra observatione ruunt. *Paulus Mildeburgus*, Episcopus fori Sempronii, scribens *Leoni X.* ait priscos *Romanos Patrem Patriæ significare volentes, duas duntaxat primas Syllabas scribere consuevisse, unde & Romanus Pontifex hac tempestate vocatur Papa, hoc est Pater Patriæ.* Quemadmodum enim apud Paganos Imperatores Dictatoresque *Patriæ Patres* dicti sunt, sic eadem contigisse Romano Pontifici, qui Imperium Ecclesiæ tenet, volunt plurimi.

Si credas *Sylvestro*, *Papa* dictus est quasi admirabilis à *Papæ* interjectione admirantis, & quod Vicarius sit Christi & Dei, cujus est terra & plenitudo ejus: quæ risum sane moveant. Multa habet in hanc rem *Abraham Echellensis* Maronita, qui novem de ea voce retulit sententias. Cæteris omnibus recentior *Bonannius*, dum numismata Pontificum explicat, plura compilavit. Si quis de Pontificis Romani gloria sollicitus esset, multo satius confugeret ad Paganos, à quibus vox illa defluxit. Gentiles enim Παπαν ἐκάλυν τὸν Δία *Jovem ipsum appellabant Papam.* Si Christianorum omnium Parens, Deusque agnoscatur Pontifex Romanus, eadem ratione dici potest Papa. At vitilitigant omnes illi, inaniaque summo cum labore consarcinant; communis enim ille fuit Episcopis titulus, nec peculiaris Episcopo Romano, ante annum MLXXIV. Alia igitur plane quærenda est origo, quam quæ ab admiratione Vicarii Dei educitur. Observat quidem *Goar*, apud Græcos, dupliciter pronunciari, vel potius scribi vocem illam; ita ut, cum indicatur Episcopus Romanus, παπᾶς dicatur; eadem vero vox cum accentu circumflexo Sacerdotem qui in Sæculo vivit indicet. Subtilia nimis hæc sunt. *Papæ* dicebantur, absque ulla accentuum distinctione, olim apud Græcos non modo Præsules, sed Abbates & Sacerdotes; & Archipresbyter, non modo πάπας, sed & πρωτόπαπας, *primus Papa* cognominabatur.

Sylvester in Summa, verbo Papa

Bonanni Numism. Pontif. Rom. in Jul. II. T. I.

Goar Not. in Eucholog.

Idem fuit Latinis mos. Episcopi omnes, Presbyteri, quin imo Diaconi apud Gallos Paparum titulo cohonestabantur, & minorum Ordinum Clerici *Pisinni Papæ*, hoc est, minimi Papæ appellabantur; ea enim vox à *Pusionibus* deducta est.

§. 5.

Patriarchæ apud Gallos.

Fuit etiam *Patriarcharum* titulus, apud Gallos usitatissimus; nec designabatur eo nomine totius Galliæ Primas, quem Primatum sibi vindicat Ecclesia Lugdunensis, nec Pontifex Romanus, quem Occidentis Patriarcham faciunt plurimi, sed Metropolitanus quivis, ita ut merito dixerit *Allatius*, vilius esse apud Occidentales Patriarcharum nomen, cum pro Archiepiscopo usurpetur. Nec tamen ea fuit Gallorum Præsulum mens; cum enim maximas sedes hoc titulo, apud Græcos insigniri fuisset ipsis compertum, ne Orientalibus inferiores viderentur vel majori apud suos gauderent æstimatione, sese *Patriarchas* appellaverunt. Sic *Desiderius Cadurcensis*, Episcopus jam à nobis superius laudatus *Sulpitio Patriarchæ* inscripsit Epistolam, eumque *primæ Sedis Antistitem* appellavit. Hunc titulum tanquam proprium sibi vindicasse videntur, ab eo tempore, Bituricenses Episcopi; fuit enim eorum unus *Sulpicius*, *Theodulfus* enim Aurelianensis *Aigulphum*, ejusdem urbis Præsulem, sic compellat:

De Conf. l. 1. c. 25.

Ep. 11.

Theodulf. Poëm. l. 4. apud Sirm. Op. T. II. p. 1084.

Es Patriarchalis primæ prælatus honore
Sedis, & alma Patrum est subdita turba tibi.

Legitur etiam *Henrici* Archiepiscopi Bituricensis, qui anno MCXCIX obiit, Epitaphium:

Hic bonus Henricus vir nobilis & Patriarcha
Quondam Bituricus tumuli jacet hujus in arca.

§. 6.

Domus Episcopi aula Regia. Lamberti vita c. 3.

Ut Episcopi *Pontifices summi* fuerunt appellati, sic eorum domus *aula Regia* dicebatur; sic enim *Lambertus*, Ultrajectinus Præsul, ab infantia traditus est *Theodoardo*, qui tunc temporis illam sedem tenuit, divinis dogmatibus & monasticis disciplinis in *aula Regia* erudiendus. Tres quidem hanc in rem possunt proferri conjecturæ: Prima quæ est *Etherii* vel *Beati*, qui Ecclesiam dixit *aulam Regiam*, Etymologia à Græca voce βασιλικῆς ducta. Basilica dicitur, quæ Latino sermone *Regis domus* nuncupatur. Secundo, aula illa potuit esse Regis, qui Palatinos habuit Doctores & Præceptores. Sed monasticæ disciplinæ paranturne in aula Regia? Deinde an Regum comes assiduus fuit aulicusque Præsul *Theodoardus*, cujus pietas tot laudibus à coætaneis, recentioribusque extollitur? An dum lupos arcere Gregemque pascere debuit, obsidebat potentium limina? Tertio, illa proculdubio aula Regia fuit domus Episcopalis, quæ Principum palatium ædium amplitudine servorum immenso fere satellitio, cæteroque apparatu sæpius referebat. Quemadmodum enim Basilicæ nuncupabantur, ædes amplæ: sic voce mutata dici potuerunt *aula Regia*. Contendit quidem *Cangius*, vir si quis unquam his in rebus peritus, Basilicas non nisi de templis Numini consecratis dici. Favet illi *Isidorus Hispalensis*. His verbis: *Basilicæ vocabantur Regum habitacula; nunc autem divina templa Basilicæ nominantur, quia ibi Regi omnium Deo cultus & sacrificia offeruntur.* Lex Salica vetat ne domus, in modum Basilicæ, super mortuum exstructæ spolientur. Proferri posset, in eandem rem, *Ausonius*, Gratiano pro Consulatu rependens gratias, *Basilicæ olim negotiis plenæ, nunc precibus votisque pro tua salute susceptis*, quem usum à Constantini temporibus, cum Vaticanam ædem Petro consecravit, Lateranensemque construxit Ecclesiam, apud Christianos manasse volunt *Donatus* & *Bonannius*.

Eth. adv. Elip. l. 1.

Isidor. Orig. l. xv. c. 4. p. 205.

Capitulus Carm. p. 318.

Multa tamen Cangianæ conjecturæ repugnant; relicta enim Paganis origine Basilicarum, apud quos profana fuerunt ædificia, cogendis mercibus & dicendo juri destinata; Basilicæ temporibus *Hieronymi* fuerunt quædam porticus, à Christianis constructæ, ornatæque, ut ibi commodius deambularent, quod ipse censura quadam notavit. *Romæ*, inquit ille, *instar Palatii privatorum exstructæ Basilicæ, ut vile corpusculum hominis pretiosius inambulet, & quasi mundo quidquam possit esse ornatius, tecta sua magis velint aspicere quam cœlum.* Nec modo Christianorum ædes, sed & Monachorum casæ, si quæ cæteris ampliores essent, aut janua latior foret, illæ *Basilicæ*, vel etiam *Regiæ* vocabantur; non mirum igitur, si eodem titulo gaudeant ædes Episcopales, sive Palatia Pontificum Gallorum, *Lambertus*que Ultrajectino Papæ in *aula Regia*, hoc est, in ædibus suis erudiendus committeretur.

Hieron. Epist. ad Marc. 18.

§. 7.

An fuerit Constantinopoli Palatium Cardinalium.

Palatium *Cardinalium* Constantinopoli sibi finxit auctor incertus adversus Græcos, qui Sæculo decimo tertio vixit & hic Tomo IV. editus est. *Imperator*, inquit, *hoc argumento summam obedientiam à Græcis Romano Pontifici deberi probaturus*, " *equo proprio resiliens equum Legatorum Pedester trahebat, usque ad Palatium quod Cardinalium vocabatur, imitando scilicet Constantinum primum Christianorum Principem, qui B. Sylvestro talem reverentiam dignoscitur fecisse.* " Sed toto cœlo aberrat ille; mitto quæ habet de cultu à Constantino exhibito Sylvestro, quem ex falsa Imperatoris donatione hausit. Habuit quidem Pontifex Romanus *Responsales* vel *Apocrisiarios* suos, Constantinopoli degentes. Verùm 1. hic mos non invaluerat sub Constantino, sed ætate Justiniani tantum; nec peculiare fuit illud Pontifici Romano jus; simili enim

nim fruebantur non modo Patriarchæ cæteri, sed & Metropolitani plurimi. Inolevit autem usus ille Apocrisiariorum, ubi schisma conflatum est. 2. Illi non habuerunt ædes proprias, sed versabantur in ipso palatio Principis, ut patet ex Epistola *Phocæ* Imperatoris, qua conquerebatur apud *Gregorium Magnum*, quod ex antiqua consuetudine nullum Apostolicæ Sedis Diaconum in palatio reperisset: quod temporum asperitati tribuit *Gregorius M.*; nulli enim poterat imponere, *ut ad urbem Regiam in Palatio permansurus accederet.* Unde facile colligas, nec ædes proprias, nec Palatium Cardinalium habitasse Responsales Pontificis Romani. Revera, nullum Palatium, quod Cardinalium ferret nomen Constantinopoli, legitur fuisse constructum. Legatur *Cangius*, qui hanc urbem cum Paganam, tum Christianam, summa cura descripsit. 3. Sequitur ex eadem epistola *Gregorii M.* illos Responsales fuisse plerumque Diaconos, nec unquam illi Cardinales dicebantur. Loquutus igitur est Scriptor pro sui temporis more, quo Cardinales sæpius Legationes obierunt. At aliter omnino priscis temporibus, quibus, quidquid dicant *Ciaconus*, *Oldoinus*, imo *Eugenius* ipse quartus, Cardinales minus noti fuerunt. 4. Denique quis umquam asseruit, morem fuisse solitum Imperatoribus, ut pedestres equos Legatorum traherent ad palatium usque? Fuerunt equidem Episcopi, qui multa sibi ab Imperatoribus voluerunt deferri. Testis sit ille *Leontius* Tripoleos Episcopus; cum enim cæteri Episcopi *Eusebiam Constantii* Imperatoris uxorem adirent, & eam ex more adorarent, numquam potuit adduci ut illam inviseret, nisi pacta conditione, ut ea ipsi venienti adsurgeret caputque flecteret, ut ei Episcopus benediceret, quemadmodum solebant plebeji; imo prior sedere voluit, Imperatricemque coram stare, donec aliter fieri jussisset: quæ sane typhum summamque sapiunt superbiam, in eo qui ob severam Canonum observationem *Ecclesiæ Regula* dicebatur, quemque extollunt alii, quasi Sacerdotalis gradus honorem illibatum hac in re servaverit, cum Arianum fuisse non observarent. Mirum potius videri debet, quod ex veteri Codice S. Benedicti refert *Leo Cassius*, *Reges Hispaniæ, cum adirent Synodum Episcoporum, procumbere solitos toto corpore ad terram ante ipsos Episcopos, terramque osculari, neque se prius attollere humo, quam è suis illi subselliis surgerent & Reges eorum brachiis attollerent.* Quæ vera fuisse nolim affirmare; nullo enim editorum Scriptorum nituntur testimonio. Multa quidem Pontificibus ipsis exhibuere Reges aliquot & Imperatores; at Legati ad Imperatorum vestigia mandabantur. Vis fiebat ipsis aliquando, detinebantur in carcere Legati, quos miserat ad *Constantium Liberius*, vel arte, vel vi compulsi Athanasianæ damnationi subscripserunt, quod sæpius repetitum est. Imo servabantur, ut obedientiæ Pontificiæ obsides, quamvis Reges partes Pontificis quantum in ipsis erat foverent, ejusque auctoritatem firmarent. Quidquid sit, falsa sunt quæ de Cardinalium Palatio honoribusque Legatis habitis refert Anonymus ille.

Greg. l. l. ii. Ind. 6. Ep. 43.

Ap. Aring. Roma subterr. l. 6. c. 48.

§. 8.

De Faldaone. l. 1. c. 415.

Ut ædes aulamque Regiam habuere Præsules, sic etiam elatam excelsamque sedem, quam *Faldaonem* appellavere. Cecinit *Theodulphus Faldaonem Episcopi.* Ait quidem *Sirmondus* esse quamcunque sedem Laicis ut Episcopis communem, quæ fuerit plicabilis, eo quod legatur *Episcopum non in Faldistorio, sed in propria Episcopali Sede stare & sedere debere.* Habuere Episcopi Sedes sibi proprias, quæ summo apparatu ornabantur; Observatur enim modestia singularis *Lamberti Trajectini* ad Mosam, *quod ejus sedile proprium numquam ornabatur*: quæ periodus quamquam omittatur in cæteris editionibus, legitur tamen in nostra, quæ fuit *Canisii.* Has autem sedes *Faldaones* vel *Faldisteria* dictas facile contra *Sirmundum* probari potest. *Papias* dixit *Faldisterium esse Clericorum.* MS. Codex habet *Deorum.* *Hadrianus* IV. Pontifex descendit & in *præparato sibi Faldistorio sedit.* Sic & *Alexander III. in eminentiori loco positus in Faldistorio suo resedit.* Nec plura congeram, quæ legere possis alibi. Cur *Theodulphus* Poemation suum *de Faldistorio* Episcopi inscripsisset, nisi fuisset *Faldistorium* sedes Episcopo propria?

§. 9.

Pallium Episcopis datum.

Pallium, apud Gallos, habuere non modo Metropolitani, sed & Episcopi plures. Testis sit *Theodulfus Aurelianensis*, cujus Epistolam ad Modoinum primus vulgaverat *Canisius*, in qua hæc leguntur:

Solius illud opus Romani Præsulis exstat,
Cujus ego accepi Pallia sancta manu.

Sunt revera qui *Theodulphum* Archiepiscopum fuisse probent, cum ex privilegiis Pallio connexis, tum ex Titulo Archiepiscopi, quo alicubi condecoratur. At decepti sunt illi, vel charta aliqua supposita, vel adulatorio titulo, quo Theodulfo blandiebatur aliquis. Nec enim Sedes Aurelianensis ex Episcopali in Metropolitanam fuit erecta; nec se quasi Primatem gessit unquam *Theodulfus.* Falluntur qui Pallium solis Archiepiscopis, vel Primatibus concedi tuentur. Verum quidem est, apud Afros, dum aliquid pristini splendoris eorum Ecclesia retinuit, ignotum penitus fuisse usum Pallii; at ejus rei non fuit ratio, quod illi abhorrerent ab Archiepiscopatu, qui *Principes Sacerdotum*, vel *summi Sacerdotes* dici noluerunt; poterat enim eo uti Africæ Primas Carthaginensis Præsul, vel etiam Provinciarum Primates. Sed invaluit, potissimum apud Orientales, Pallium solis Patriarchis ab Imperatoribus concessum; nec nisi quinto Sæculo illud sibi arrogarunt Occidentales; quin imo postulari debuit ab Imperatoribus, ut probatur ex *Vigilii* ad *Justinianum* & *Gregorii M.* Episto-

pistolis. Deinde *Gregorii I.* temporibus, cum nullus esset, apud Siculos, Metropolitanus, ad eorum tamen Episcopos, Messanensem præsertim, dirigitur Pallium; quin imo legitur in *Diurno* Pontificum Romanorum, formula qua Siculis transmittebatur. Illud *Aigilberto* Cenomanensi contulit Johannes V. an. 685. *Walloni* Metensi Johannes VIII. an. 878. Ut multa sileam, *Theodulfo* Aurelianensi *Stephanus IV.* concessit ea conditione, ut solus eo jure potiretur, quod ad Successores transmitti vetuit; Gallias enim petenti *Stephano* obviam ivit *Theodulfus* à *Ludovico Pio* missus, hocque signum benevolentiæ Pontificiæ suscepit.

An Pontificis solius sit Pallium concedere, quæritur; certum enim est ab Imperatoribus Græcis Orientalibus Patriarchis fuisse collatum, ita ut nulla fides habenda sit asserentibus Latinis vel etiam *Petro*, ad Græcos manasse, apud quos *Phrygium* dicebatur. Apud Occidentales ipse *Ludovicus Pius* Pallium *Eboni* Rhemensi dono dedit; de eo enim *Theganus: Vestivit te purpura & pallio, & tu eum induisti cilicio.* At quemadmodum Constantinopolitani Patriarchæ, Principum jura sibi arrogantes, Bulgaros cæterosque Metropolitas Pallio induerunt: sic & Pontifices Romani, cum præsentibus, tum etiam absentibus, qui illud scripto postulabant, exhibuerunt. Uti voluit eo privilegio *Theodulfus*, læsæ Majestatis in *Ludovicum Pium* reus, ut sese Coëpiscoporum judicio subtraheret, & ad Pontificis tribunal sisti posset.

Solius illud opus Romani Præsulis exstat.

Judicium ferendi, scilicet, de Episcopo, cui Pallium gestare licitum fuit. Unde colligunt quamplurimi, hoc fuisse Pallii privilegium, ut qui illud gestaret à solo Pontifice judicaretur. Adjiciunt alii, Pontificis subiisse vices ejusque Vicarios semper fuisse. At distinguendus duplex apud Gallos usus Pallii. Transmittebatur aliquando, eum Vicariatu in aliquot Provincias; ut probatur exemplis Arelatensium Præsulum, qui sæpius ea auctoritate utebantur in vicinas regiones. Donabantur alii pallio ornamenti dignitatisque causa, absque ulla potestate; quod patet 1. ex formulis, quæ leguntur in Diurno Pontificum Romanorum. In quibus tria potissimum observes, primo, formulam fidei, quæ ab absentibus Pontifici mittebatur, sed illam simplicissimam, quæque sæpius Symbolum tantum contineret, nulla obedientiæ peculiaris Pontifici Romano facta mentione; imo *auctore Deo & jussu Regis* sese Episcopos dicebant, ut patet ex Epistolis ad *Desiderium* hic editis Ep. V. Deinde continent illæ formulæ exhortationes ad vitam pie recteque instituendam & munus pastorale eo accuratius implendum, quo magis augebatur dignitas. Denique illibata Ecclesiæ vel Aurelianensi vel Messanensi jura prius concessa permanere decernit Pontifex; unde patet, non semper Vicariatum, sed honoris apicem cum Pallio transmissum.

2. Quamvis ad Pontificem Romanum, ex jure Pallii, confugiat *Theodulfus*, non inde tamen certum evadit, ratumque, illud fuisse privilegium; solent enim rei sæpius illicita quærere & omnes versare artes, quibus vel sententiam in eos latam, vel pœnam sceleri debitam declinent. Revera, Præsules Gallicani futilem illam *Theodulfi* rationem flocci facientes Theodulfum damnarunt. Fictitium igitur fuit illud jus Pallii. Nec alia de ratione inferioribus Episcopis transmittebatur apud Gallos, quam ut aliquo honoris gradu à cæteris distinguerentur. Sic sensim ac sine sensu fastus ornamentaque animi elationem indicantia inducebantur, apud Gallos Præsules, olim totius orbis forsan simplicissimos, & Patriarchali Pallio Episcopi suffraganei indui gaudebant.

§. 10.

ALIUD fuit quod auctoritatem Præsulum indicat; jus enim annos ab eorum Pontificatu notandi sibi arrogabant. Exemplum reperias in *Athumaro*, qui primus fuit Paderbornensis Episcopus. *Hatumari primi Paderbornensis Episcopi anno quarto, Leo Papa tertius venit ad Carolum Paderbornam, conquerens de injusta Romanorum persecutione.* Annorum computatio. An. 799. *Chron. Belgic. p. 49.

§. 11.

TRIA sunt adhuc observanda, circa Præsules: Primum, ipsis demandatum fuisse prædicationis Ecclesiasticæ munus, ita ut vix Presbyteris conciones habere coram populo liceret. Presbyteri non prædicant. Hunc morem solitum Afris, saltem ante *Augustinum*, qui primus à lege veteri recessit, nemini dubium esse potest. Soli Episcopi tractabant, ideoque *Tractatores* dicebantur. Unde crimen intentatum à Donatistis *Macario* Presbytero, *quia aliquid loquutum esse coram populo constabat.* Apud Gallos, idem usus invaluit, ad *Alcuinum* usque. Legitur quidem Concilii Vasensis secundi Canon, quo pro ædificatione omnium Ecclesiarum totiusque populi utilitate, non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus Parochiis *data est Presbyteris potestas verbum faciendi*; Diaconis vero, ægrotantibus Presbyteris, concessa facultas Homilias veterum legendi. Sed duo sint hic animadvertenda. 1. Hoc Concilium fuisse Gothorum Præsulum, quorum caput fuit *Cæsarius Arelatensis*; nec nisi ex Episcopis Viennensis & secundæ Narbonensis provinciæ fuit congregatum; ideoque male colligas hunc Canonem vim legis habuisse, apud omnes Gallos: probatur inde tantummodo Gothos, veterem apud suos ritum, tunc temporis immutasse, denegatamque Presbyteris auctoritatem tunc potissimum iis à Concilio Vasensi fuisse concessam. 2. Si lex fuit lata, statim rursus abrogata est à Præsulibus; nam *Caroli M.* ætate nondum concionandi jus ad Sacerdotes pertinuit. Queritur *Alcuinus* apud *Davidem* suum, h. e. *Carolum*, quod illa consuetudo apud Ecclesias obtineat, Imperatorem-

toremque hortatus, ut eam velit emendare; his nixus argumentis, nullos nempe Canones id vetare; è contrario, ab initio nascentis Ecclesiæ Apostolica auctoritate prædicatores per totam mundi latitudinem fuisse transmissos. Denique cum ab omni Ordine legerentur in Ecclesia Homiliæ, conciones haberi potuisse consequitur; *quid enim est homilia nisi prædicatio?* Desunt quidem hæc in Epistola XII. quam edidit *Canisius*; sed ab amanuensi fuere decurtata: Leguntur enim in editione *Quercetana* cum querelis ejusdem *Alcuini*; quod *aliquibus in locis altaria Dei absque tecto avium stercoribus vel canum mictu fœdata viderentur.* quæ etiam apud *Canisium* omittuntur.

Alcuin. Ep. XII.

§. 12.

Fœmina prædicat. Vita ea ad ann. 530. est edita.

LEGITUR quidem in Vita S. *Brigidis* Virginis à *Cogitoso* elucubrata, *ipsam semina saluberrima Verbi Dominici, ex more suæ consuetudinis, seminasse, & viris, ut virginibus, mellislua verborum copia prædicasse.* Sed multa futilia narrat Scriptor ille, cum referat, exempli gratia, canem magnam lardi partem quæ ad Brigidem pertineret, rapuisse, quæ tamen exacto mense intacta & integra reperta est; quia canis non ausus est comedere depositum Beatæ Virginis; unde concludit omnem naturam volucrum, pecorum, bestiarum fuisse subjectam ejus imperio. Vade eget quicunque talia transmittit Posteris. Fœminam prædicantem ei quæ Sacramenta confert prætulit auctor Constitutionum Apostolicarum; quis tamen, nisi apud Sectarios Montanistas, cæterosque mulierem verba publice populo facientem vidit? Probavit *Gregorius I. Equitium* officio pastorali fungentem; Fuit tamen *Equitius* Laicus, *vir clavatis calceatus caligis, falcem fœnariam in collo deferens*, eaque utebatur pratis demetendis. Sed de fœminis inauditum fere. Ideoque si vera sunt, quæ excogitasse videtur *Cogitosus* ille de *Brigide* prædicante, præter normam Ecclesiæque leges contigere; præcipue cum in vicinis regionibus Episcopis solis conciones habere liceret, Presbyterique solum Veteres Homilias populo legerent absentibus Episcopis.

§. 13.

Gregis desertio in Episcopo probata.

LEGITUR aliud in Vita *Adalberti*, quod vix possis cum Canonibus Ecclesiasticis conciliare. Vixit ille Sæculo X. desinente Pragensis Episcopus. Plebis sibi commissæ mores emendare cum non posset, vel Episcopalis vitæ tædio monasticæque studio impulsus Italiam petiit, relictoque Grege, Monasterio se inclusit. Postularunt Pragenses Episcopum sibi concessum, Legatosque inter Proceres electos ad Pontificem miserunt. Annuit postulatis Papa ea conditione ut resipiscerent Pragenses, & nisi mandatis Episcopi salutiferis obtemperarent, salva conscientia posset malorum declinare consortia. Reversus Episcopus adulteram cum Clerico pœna debita voluit liberare, ideoque conclusit in Monasterio. Perstrepuere cives vehementer agitati; quod Episcopus adulteram pertinaciter tueretur. Obtulit sese martyrio Præsul, nec tamen mitigati eo animi; sed irruptione facta conculcataque altarium religione, morti damnata mulier, quæ corpus cum Clerico polluerat. Iratus Præsul & de pœnitentia Pragensium desperans Romam iterum properavit, denuoque monasticam vitam professus est; donec mortuo Pontifice Italiamque petente *Ottone*, cujus Clericus *Bruno* ex Regali sententia fuit electus, Imperator, obtinuit à novo Pontifice ut proprias sedes repeteret *Adalbertus*, ne maritatis cæteris Ecclesiis, sola viduaretur Praga; Ecclesia illa maritum suum summo cum desiderio postulante.

Plura hic occurrunt quæ Lectorem morari debent. 1. Licentiam illam gregem suum deserendi Monasticamque vitam in longe dissita regione profitendi, nullo in Episcopatu relicto, qui vices Pastoris subiret, animarumque sibi commissarum gereret curam, mirum est à Pontifice aliquatenus probari, quippe sub ejus oculis res transigebatur. Nec id semel tantum, sed bis actum est, sub specie religionis, qua commotus animus *consortia malorum declinabat*; eo enim magis requiritur Episcoporum præsentia, quo deteriores populi à Patrum pietate magis degenerant; quippe in eo situm est pastorale munus, ut reprimantur pervicaces & effrænati. 2. Nec tantum videtur Pragensium scelus, qui adulteram, secundum leges capite plecti voluerunt, ut si in ea causa mortem obiisset *Adalbertus*, Martyr dici debuerit; nec, vetantibus id Canonibus, vel à Pastorali officio vel à populo Præsulis animum avertere debuit postulatum, quod jure legibusque receptis firmabatur. Plura igitur fecerunt, qui sancti dicuntur, quæ frustra cum Canonibus componere tentaveris. 3. Denique Pontificem *ex Regali Ottonis sententia* electum eumque Clericum aulicum hic videas. Sic etiam *Ditmarus* narrat ab *Ottone Brunonem*, cum omnium laude præsentium, fuisse constitutum. Ditm. l. 1.

§. 14.

FACILE condonari potuisset *Adalberto* tam longinquum iter Episcopatusque desertio, si *Coadjutorem* sibi passus esset eligi; Sed tunc nondum invaluerat, apud omnes, usus ille. De Coadjutorum apud Occidentales origine disputandi hic non est locus; attamen occasione vitæ *Lamberti* à *Canisio* editæ; 1. perpendendæ nobis oppositæ leges quæ hanc in rem à Sæculo sexto latæ sunt. 2. Has omnes, quamvis oppositas, observari posse demonstrabimus. Narrat Historicus *Lambertum* adhuc juniorem *tantam in conspectu Pontificis invenisse gratiam, ut si secundum Canonum Constitutionem licitum ei fuisset, eum quasi filium, hæredem & Successorem eligeret atque optaret.* Pontifex absolute dictus non fuit Romanus, sed Ultrajectinus Præsul *Theodardus*, quod incautis Lectoribus ex usu

De Coadjutoribus.

 nostri

nostri sæculi priora judicantibus fucum facere posset. At quomodo veritus est *Theodardus*, Canonibus neglectis Successorem sibi designare; cum ipse hac ratione creatus fuerit Ultrajectinus Præsul? *Remaclus* enim, qui inter Sanctos recensetur, *Theodardum* ex Principis, Cleri & plebis assensu sibi Successorem instituit, dum remotus à curis sæcularibus ut Deo vacaret, secessit in Monasterium; cumque hac de re argueretur à plurimis, nam Gregem, quem regendum quis susceperat, non nisi infirmitate cogente, vel capitali aliqua causa interveniente, relinquere non licebat; se Canones observare probavit exemplo *Mosis*, *Eliæ* & *Joannis Baptistæ*, qui vitam eremiticam duxerant, ut refert *Harigerus* Lobiensis Abbas. Cum autem *Theodardus* in Successorem à *Remaclo* vivente fuerit electus; qui in Canones hac in re se peccare negavit, cur ipse *Theodardus Lambertum* designare in Episcopum Trajectensem metuit, ne legibus in Ecclesia receptis contrairet? An Antecessori, vel potius sibi ipsi, qui Episcopatum, vivente *Remaclo*, acceperat, contradixit Theodardus?

In S. Remaclo c. LVII. ap. Chapeaville Gesta Leod. Ep. l. I. p. 94.

§. 15.

Sæculi sexti leges de Coadjutoribus.

De veteribus Ecclesiæ Canonibus hic non satagimus; hos tanquam Nicæni Concilii, qui fuerunt Antiocheni, laudavit inscius *Augustinus* qui legem latam se violasse agnovit. At obtinebat adhuc, sæculo sexto, rigidior illa Concilii Antiocheni Disciplina; Concilium enim Lugdunense an. 517. cavebat, ne quis ad Sacerdotium viventis ambiendum aspiraret. Eadem lex sancita est à Concilio Aurelianensi, levi tantum cum immutatione. Excipiebatur enim à lege si quis Episcopo, *quem Capitalis culpa dejecerat, successisset*. Cum Ariani Principes in creando Pontifice Romano sæpius intercederent, constituit, referente *Anastasio*, *Symmachus*, ut Papa ante mortem Successorem sibi eligi curaret. At ubi Decretum illud, præsente Synodo LXX Episcoporum executioni mandatum est, contradixit *Sylverius*, nec *Vigilius* à tot Præsulibus, ante *Bonifacii* excessum, electus Papa fuit habitus. Quantacunque fuerit igitur Pontificis Romani etiam in Synodo auctoritas, valuit tamen vetus norma & ipsis *Symmachi Bonifaciique* Successoribus ab ea recedere fuit nefas.

§. 16.

Leges Sæc. VII.

Greg. l. II. Ep. 7. Ind. 6.

Ut tamen non semper sibi constant homines, legem tot Sæculorum observatione firmatam immutavit *Gregorius Magnus*, cujus ea de re habetur Constitutio, imo Epistola, qua licet Episcopo viventi Successorem subrogare, servatis tamen his conditionibus, *quod ægrotus ipse expetat ordinari sibi Successorem*. Agebatur quidem *de insaniente Præsule*; *sed*, inquit ille, *viventem Episcopum ab officio suo necessitas infirmitatis, crimen non abducit, ideoque alium loco ejus recusante eo nulla sinit ratio ordinari*. Circa stipendia quæ solvi debebant Episcopo viventi vertebatur altera conditio.

Concil. Paris. T. V. c. 1. p. 1650.

Alia lex à Concilio Parisiensi an. 615. fuit in hanc rem lata. Vetat illud Concilium personam aliquam, superstite Episcopo, ordinari, nisi certæ conditiones exstiterint, *ut Ecclesiam suam & Clerum regere non possit*. Laudavit hunc Canonem *Mabillonius*, quasi probaturus eo, Coadjutores nondum invaluisse. Recedebat tamen à veteri lege Concilium Parisiense, Coadjutoresque admisit, infirmitatis occasione, per quam Episcopo plebem sibi commissam regere non liceret, quemadmodum, verbi gratia, fuit dementia qua laborabat *Gregorianus* Præsul mox indicatus.

His Canonibus uti potuisset *Remaclus*; validioraque fuissent argumenta exemplis è *Mose*, *Elia* & *Johanne* desumptis, quæ Episcopum Gregem sibi commissum sponte relinquentem nihil juvabant. Eos laudare potuisset *Theodardus*; sed quod vel minus noti, vel etiam quod iis contradici fuisset expertus *Theodardus*, ab iis probandis abstinuit. Quamvis igitur Sæculo VII. aliquot in locis admitterentur, certis conditionibus, Coadjutores, constat tamen eos nondum invaluisse, nec morem illum à veteri diversum, quem *Gregorius* inducere conabatur ab omnibus admissum fuisse.

§. 17.

Canones sæculi VIII.

Revera sæculo sequenti cum Successorem sibi in Sede Moguntina eligendi facultatem obtinuisset à *Gregorio III. Bonifacius*, restitit *Zacharias*, *Gregorii* Successor: *Hoc nulla ratione concedi patimur, quia contra omnem Ecclesiasticam Regulam vel Instituta Patrum esse monstratur*, inquit *Zacharias*. Quidquid vero fingi possit, ut contradictione liberentur bini illi Pontifices, vel debent Critici *Bonifacio* mendacii turpissimi reatum impingere, qui asseruit *Gregorium in præsentia ipsius Zachariæ præcepisse, ut Presbyter, in Ecclesiastico Ministerio, hæres & Successor sibi constitueretur*; vel repugnat *Gregorio Zacharias*, affirmans id concedi non posse, quod leges Patrumque sententiæ vetarent. Unde miror Virum doctissimum contraria plane *Zachariæ* tribuere. *Zachariam* imitatus est, nono Sæculo, *Nicolaus I.* cum enim Galli Præsules ex statuto Synodi Parisiensis, qua concedebatur Successorem instituti, si Episcopus Ecclesiam suam regere non posset, Coadjutorem *Hermanno Nivernensi*, hemicrania laboranti creare voluissent, *Nicolaus I.* ad quem delata fuit illa controversia, stetit à partibus *Hermanni*, qui totis viribus Synodi Decreto repugnabat, cum *Venilone* Senonensi ipsius Metropolitano.

§. 18.

Coadjutores constituti à Gregorio VII.

Inveterati fuere, ni fallor, illi vetustissimi Canones Sæculo X. vel, si mavis, sub Pontificatu Gregorii VII. qui Imperium Pontificale expandendi novasque leges sanciendi ansam undiquaque arripuit. Is audito morbo Rothomagensis Archiepiscopi, qui fuit proculdubio *Joannes* ille ex Abrin-

brincensi Sede ad Rothomagensem translatus, quique Paralysi percussus in Audoeni fano *humoribus in secretiorem meatum profluentibus ita subito est angustiatus, ut raptim urina procurrens lineam usque supellicialem indumentum omne infecerit, pavimentum etiam quo stabat perquam humectaverit.* Successorem illi creari mandavit scripsitque *Guillelmo* Anglorum Regi, ut ejus jussu viri Religiosi *Episcopi & Abbates Episcopum adirent, diligenti piaque consideratione examinarent, an Pastorali moderamini praeesse ut oportet valeret:* quod si minus illud posset, ut alius in ejus locum sufficeretur auctoritate Apostolica praecipiebat: hocque confectum est; nondum enim mortuo *Joanne*, Regia auctoritate imo consensu omnium pulsatus est Episcopatu & in quandam Patrimonii sui villam S.Philiberti dictam secessit, ubi & aliquantisper supervixit:

Histor. Archiep. Rothom. ap. Martenne p. 247.

Gregor. VII. l. 5. Ep. 19. T. 10. p. 192.

Guillelmus (vero) Vir nobilis atque benignus
Catholice plebem tractavit Rothomagensem.

Hist. Archiep. Roth. p. 248.

§. 19.

Leges posteriores in gratiam Coadjutorum.

A *Gregorii VII.* temporibus frequentiores visi sunt Praesules qui viventium sedes obtinerent; vetuit enim ne Arausiensis Episcopus morbo confectus è Sede sua dimoveretur, quemadmodum Joanni Rothomagiensi contigerat; *non enim afflicto afflictio addenda, imo potius ipsius miseriae miserendum.* Sed Coadjutorem ipsi eligi probavit. Habetur denique lex altera *Innocentii VI.* medio Saeculo decimo quarto hoc anno 1360 lata. Dedit enim in mandatis Pontifex *Gerlaco* Moguntino, ut *Salviano* jam morbo senectuteque gravissima attrito Coadjutor eligeretur, quam legem vulgavit primus *Balusius* ad Calcem *Lupi Ferrariensis.*

Appendix §. XIV. p. 532.

§. 20.

Conciliatio.

Erunt forte qui has leges tamquam oppositas damnabunt, antiquitatis zelo praepostero abrepti, vel etiam in Pontifices à quibus emanarunt iniquiores, Canones Antiochenos recentioribus praeferent. Nobis vero res, non Saecula sunt pensitanda, illudque eo facilius fieri potest, quod Canones illi, quantumvis diversi videantur, facile tamen componantur. 1. Cavere debuit Ecclesia Vetus, ne Praesul ea qua gaudebat, apud plebem sibi creditam, auctoritate abuteretur, cum arte, tum vi; Nepotes vel consanguineos in Sedem suam post mortem vivus subrogaret. Sic periisset populi Clerique libertas in eligendis sibi Pastoribus; ideoque vetant Canones, ne vivo Praesule illi subrogetur Successor sive Coadjutor. 2. Attamen cum annis fracti Praesules, vel morbo diuturno detenti, Pastorali officio vacare non possint, consulebant quidem Personis potius quam Ecclesiae, qui Coadjutores Episcopis tunc negabant. Quidni enim potior esse debet animarum cura, quam unius Praesulis decus & gloria? Humanissime cum illis egit *Gregorius I.* caeterique qui consensum aegrotantium Praesulum postulavere; cum vero consensus ille raro extorqueri possit ab hominibus Imperio dignitatique assuetis, ut probatur ex *Hermanno* Nivernensi, & altero Arausiensi Praesule, judicium penes Coepiscopos Conciliumque Provinciale debuit esse, Principe jubente, ut egregie constituit *Gregorius VII.* In eo igitur damnanda tantum quae à Saeculis aliquot obtinet consuetudo, quod Coadjutores eligantur non seniorum aut aegrotantium levandorum causa, sed ut ad certas amplissimasque Sedes viam sibi praemuniant; dumque illis favet Princeps, jus aliquod quo privari non possint, obtineant: quae Episcopatus obtinendi ratio à Veterum indole moribusque longe distat.

CAPUT V.

DE ECCLESIÆ RITIBUS.

De Immersione & forma Baptismali. Alcuini locus de Immersione trina in Baptismo. Acta Laurentii spuria. Baptisteria ad immersionem erecta. Canones Stephani II. De Baptismo in concha. Necessitas Immersionis nono Sæculo. Innovatio maxima circa Baptismum &c.

§. 1.

CUM ex Ecclesiæ Ritibus plurima dignoscantur, resque satis intricata sit, aliqua de iis sunt delibanda, non omnia quidem, sed si quid singulare occurrat, in Scriptoribus à *Canisio* editis; illud Lectorum oculis subjiciendum arbitramur, aliqua adjicientes quæ cum Rituum, tum Scriptorum elucidationi, tum etiam sublevandis Lectoribus inservire possint.

Immersio trina ex Alcuino. Ep. 6. Duplicem circa Baptismum errorem, suo tempore serpentem, reprehendit Alcuinus: *flabat enim ab Aquilone ventus Ecclesiæ parietem impellens, sacri Baptismatis Catholicæ consuetudinis Regulam immutare cupiens & sub invocatione Sanctæ Trinitatis unam asserentibus mersionem fieri debere.* Alii vero trinam volebant facere mersionem, & *in unaquaque facere invocationem Sanctæ Trinitatis.* Cum laudat *Alcuinus Catholicam consuetudinem*, probat aperte nondum Sæculo octavo abrogatam Immersionem, imo necessariam plane fuisse Baptismati salutifero judicatam. Revera in Veteri Ecclesia non nisi per Immersionem administrabatur illud Sacramentum. Aspergebantur quidem Clinici ad mortem properantes, & cum his humaniter agens *Cyprianus*, hunc Baptismum ratum voluit haberi. Obstitit tamen Pontifex *Cornelius*, qui an Aspersio illa baptismus dici deberet saltem dubitavit. *Si tamen hujusmodi baptismum suscepisse credendus est*, inquit ille. Deinde vero, si ægris in casu necessitatis aliquid condonabatur, eo ipso sequitur, sanis non conferri Baptismum, nisi per Immersionem; quippe Regulam firmat exceptio, quæ non nisi ab aliquibus admittebatur.

§. 2.

Acta Laurentii spuria. LEGIMUS quidem, in Actis B. *Laurentii*, ab ipso baptizatos fuisse tum *Romanum* militem, qui ei urceum obtulerat; tum etiam *Lucillum*, per Perfusionem. Unde colligebat olim *Walafridus Strabo*, *multos, desuper fundendo, fuisse baptizatos & adhuc posse baptizari.* (De rebus Eccles. c. 76.) Non viderat ille Basilicam S. Laurentii Romæ, in qua, referente *Mabillonio*, depicta est Martyris vita & *Romanus* nudus apparet, utpote qui immersus fuerat, super quem ex urceo sibi oblato effundebat aquam *Laurentius*, secundum morem Græcorum qui præter trinam Immersionem aquam capitibus baptizatorum superfundunt. (Mabillon. Iter Ital. p. 8.) Nescio tamen an fides habenda vel Imaginibus, vel etiam Actis Laurentii. Acta quidem spuria sunt, vel ita depravata, ut ab iis edendis abstinuerit *Ruinart*, qui genuina tantum, sinceraque voluit colligere. Imagines autem pendent à pictoribus, quibus qualibet fingendi summa semper fuit libertas. Nec verisimile fit *Laurentium*, Romæ Diaconum, Græcorum mores imitari voluisse; nec constat tunc temporis Græcos immersioni addictissimos aquam baptizatorum capitibus superfudisse. Si vera sunt quæ de Laurentio narrantur, quamquam nullo testimonio veteri fulsa, hæc præter leges Ecclesiæque Ritus solemnes acta fuerunt; nec inde sequitur ab Immersione divertisse Patres.

§. 3.

De Baptisteriis. IDEO exigebantur ædes immergendis viris, vel etiam mulieribus destinatæ, Basilicis adjunctæ, quæ *Aulæ Baptismatis* dicuntur à *Fortunato*. Laudatur à Romanis Lavacrum à *Constantino* exstructum, in quo lepra purgatus est Imperator; Sic enim Breviarium Romanum: *Constantinus, in suo Lateranensi palatio, Ecclesiam Salvatori dedicavit, & ei continentem Basilicam nomine Sancti Johannis Baptistæ condidit eo loco, quo ipse baptizatus à Sancto Sylvestro à lepra mundatus est.* (ad 9 Nov. lect. v.) Exstat ærea tabula hujus Baptisterii à *Lafrero* exsculpta, in qua eadem fere leguntur. Memorat etiam *Rasponnus*, Sabbato sancto ibi processisse, cum Cardinalibus Diaconis, Litanias modulantibus, benedictione data Priori Presbyterorum, Pontificem adjicere solitum hæc verba: *Ite, baptizate omnes Gentes*, statim Cardinales Presbyteros equitasse ad proprios Titulos, ut ibi singuli Baptisma administrarent. (Raspon. Histor. de Reb. Lateran. l. III. c. 4.) Pontificem

tificem autem tunc benedicere fontem solemni ritu, deinde tres parvulos sacra baptismatis unda abluisse; Diaconos vero Cardinales, Canonicos Lateranenses, cæteros omnes infantes aqua baptismali initiasse. Sed quamvis illa venditari sint solita in memoriam *Sylvestri* Pontificis, Romanarumque ædium Sacrarum decus & gloriam, metriceque cecinerit *Althelmus* Scriptor Sæculi VII. hic editus:

Hic Constantini curavit lucida membra
Horrida leprosis explodens ulcera squamis
Dum Regnatorem Christi sub gurgite tinxit.

attamen ea falsa fuisse facile probatur ex vetustiorum auctorum testimoniis. Spuria sunt Acta Sylvestri in quibus ad oras Danubii adversus barbaras gentes belligerans inducitur *Constantinus*, eo anno, quo detinebatur in Italia pugnaturus adversus *Maxentium*. Non erexit Constantinus Ædem Lateranensem, nec à *Sylvestro* unda Sacramentali ablutus; quippe qui morti propinquus baptizatus est ab *Eusebio* Nicomediensi. Plurima tamen supersunt baptisteria, cum Romæ, tum alibi, ex quibus facile probetur ideo facta fuisse, ut immergerentur infantes.

Ne à proposito nimium recedamus, legatur Diurnus Pontificum, quem Sæculo septimo desinente compositum voluit *Garnerius*. Ibi 1. Baptisterium appellatur augmentum Basilicæ, quia, scilicet, non semper fuit in Ecclesia. 2. Petitur peculiaris consecratio istius Baptisterii; quia, scilicet, à sacris Ædibus distinguebatur. 3. Ibi reponebantur Reliquiæ, quia inde loco Religio quædam accedere existimabatur. 4. Denique requirebatur *donatio solemnis* quæ alendo Presbytero sufficeret. In his Ædibus fons erat, in quo immergebantur Catechumeni baptismum postulantes. Abrogata Immersione, non indigent amplissimis Ædibus Christiani recentiores, quæ baptizandæ virorum fœminarumque multitudini sufficiant; ideoque immutatus usus Baptisteriorum, quæ ad *Alcuinum* usque, immersionis causa, steterant, ita ut hanc Ecclesiasticam consuetudinem merito appellaverit.

Diurn. Pontif. c. 5. t. 20. p. 102.

§. 4.

Canon Stephani III. Papæ.

Ei valedixisse videtur, aliquandiu ante *Alcuinum*, *Stephanus* Papa, hujus nominis tertius; ab eo enim Carisiaci apud Gallos degente quæsitum est, an liceret aqua concha vel manibus infusa baptizare; quamobrem Canonem finxit, quo *firmus ille Baptismus permaneret*, præsertim cum necessitas *id exposceret*, *ut ille qui ægritudine detentus erat*, *hoc modo renatus particeps regni efficeretur.* Hæc quidem prima lex habetur, adversus Immersionem octavo Sæculo: quamquam enim proferuntur Acta Sanctorum per infusionem baptizantium, dubia tamen ea sunt, ut notavimus; nec legem faciunt, quæ contra Ritus Ecclesiæ solemnes peracta fuere. Absurdi visi sunt plerisque illi Canones *Stephani*, ideoque insurrexit ab aliquot annis *Harduinus* illos tanquam spurios, quique *Siricio* ut & *Stephano* falso tribuantur, oppugnaturus; sed debilibus prorsus argumentis. Indulget ille genio, merisque conjecturis nititur.

Hard. Dissertat. de Bapt. in vino.

Hos Canones admisit *Natalis Alexander*, Stephanumque nihilominus appellat *Traditionis fidelissimum custodem.*

Nat. Alex. Hist. Eccl. Sæc. VIII. c. 1. t. 5. p. p. 652.

§. 5.

Nec tamen Immersionem prorsus rescindebat Pontifex, nisi impellente summa necessitate; nec ejus Canon ab omnibus receptus est, cum *Apostolicæ consuetudini* repugnaret; ipsa enim ætate Alcuini, vel saltem paulo post ejus obitum, sub *Heriulfo* Merciorum Rege, habitum est in Anglia Concilium, in quo statutum est, ne „ Presbyteri sacrum baptismum ministrantes effundant aquam sanctam, super capita infantum, sed semper mergantur in lavacro, sicut exemplum præbuit, per semet ipsum, Dei filius omni credenti, quando esset ter mersus in undis Jordanis; ita necesse est secundum ordinem servari & haberi. " Nulla exceptione adhibita, ne quidem necessitatis, qualem admisit *Stephanus*, voluit Concilium omnes immergi, ita ut *Alcuino* potius quam Pontifici consentiat illud Concilium. Nec tantummodo apud Anglos fuit ea lex; trinam enim immersionem & apud Germanos Gallosque in usu fuisse probat qui vixit eodem Sæculo *Rabanus Maurus*, dum hujus immersionis aperit mysteria. Similia habet *Walafridus Strabo* ex usu apud suos recepto; quin imo *Johannes* Ecclesiæ Romanæ Diaconus voluit baptismum trina mersione perfici; Nam qui in nomine Trinitatis baptizandus accedit, *ipsam utique Trinitatem trina debet mersione signare*, inquit ille in Epistola, quem e tenebris eruit, ut sæpe solet *Mabillonius* & Museo Italico inseruit.

Concil. Celych. an. 816. c. 11. p. 1489.

Rab. Maur. de Officio Cler. c. 25. p. 570.

De Reb. Eccles. c. 26.

T. 1. p. 72.

§. 6.

Quid sequentibus sæculis actum fuerit, scire forsan Lectores desiderabunt. Perseverasse in eodem Ritu Patres ad Sæculum undecimum, imo duodecimum usque constat primum ex *Fulberto* Carnotensi, qui immersionis necessitatem sic describit: *Sicut Dominus tribus diebus & tribus noctibus corporaliter sub terræ sepulcro conditus fuisse describitur, ita & homo, sub cognato terræ elemento, trina vice demersus operitur, ac si vitalis imitatione mysterii, dum demergitur, sepelitur, dum educitur, suscitatur.* Secundo ex *Bernhardo*, qui ideo nudos nasci & nudos baptizari voluit; *ut nudi sine impedimento perveniamus ad cœlum.* Qui enim hæc nuditas totalis imponeretur baptizando, nisi debuisset immergi? Pudori virginum, ut consuleretur, *Otto*, cujus ope eodem sæculo Pomeranis Evangelica lux affulsit, nova construxit Baptisteria, è quibus immersionem adhuc fuisse in usu etiam, apud Septentrionales, indubitatum esse debet. De

Idem Ritus Sæc. XI. & XII.

Fulbert. Ep. 1. p. 5.

tertio decimo Sæculo mox agetur, quia tunc innovari cœptum est, quamquam in veteri Ritu perseveraverint plurimi. Miror Ritum solemnem, autoritate Christi & Apostolica praxi firmatum, quem diffusa per totum orbem Ecclesia per duodecim Sæcula non modo constanter servavit, sed necessarium Sacramento hominumque saluti duxit, ita fuisse immutatum, ut ne immutationis quidem tempus, nec causa, nec auctor inconstantiæ hactenus innotuerit, nec innotuerint, qui adversus innovatores insurrexerint, cum de rebus etiam levissimis sint homines sæpius solliciti. *Catholicæ consuetudinis*, ut loquitur *Alcuinus*, observantiores fuere Græci; nam Patriarcha Constantinopolitanus respondet Wittembergensibus *se trinis immersionibus baptizare*, quod oporteat tres Personas in una Deitate prædicari, & quod triduana sepultura innuatur; quæ recentiorum Græcorum immersionis rationes eædem sunt, quas Veteres protulerunt.

Prim. Patriarch. Respons. c. 2. p. 63.

§. 7.

Innovationis causa.

Suspicor Latinos, decimo quarto Sæculo, hic innovasse, mutataque doctrina de necessitate Baptismi, inveteratum eodem tempore ritum, qui facile cum illa necessitate absoluta conciliari non poterat. Cum Laici fœminæque Sacramenta conferre cœperunt, mortis imminente periculo, non potuerunt infantes ad fontes bajulari ibique lustralibus undis ablui; ideo quæcunque aqua capiti infusa baptismo conficiendo apta visa est. Fuere Laici qui baptizarent, à Sæculo nono, & qui, si interdum impellente necessitate fecissent, crimine vacabant. Sed qui hanc Laicis concesserunt libertatem, minus necessariam immersionem crediderunt. Sic *Walafridus Strabo*, hæsitans tamen, Laicis aliquando licitam fuisse Sacramenti administrationem credidit: *Non tribuitur quibuscumque baptizandi indiscreta licentia, cum Concilio Carthaginensi mulieres prohibeantur baptizare; sed demonstratur per hæc, ubi inevitabilis necessitas poscit, melius baptizari ubicunque & à quocunque in nomine Trinitatis, quam periclitantem sine remedio perire.* Sibi quidem contradicit, dum pœnam mortis, sine baptismo, morientibus imponit; nam ipsum *Augustinum*, non nisi trigesimo quinto (malè habet ille, *vigesimo quinto*, decennii errore,) nec cæteros nisi cum corporis & mentis integritate scire possent quid emolumenti in Baptismo consequerentur, fuisse baptizatos, asseruit: quod & agnovit *Jonas Aurelianensis*: *In primordio namque Sanctæ Dei Ecclesiæ non baptizabantur nisi primum instructi fuissent; nunc autem, quia nomen Christi ubique pollet, & parvuli de Christianis parentibus nati ad percipiendum baptismatis gratiam necdum loquentes incunctanter deportantur.* Sed ea nos non moramur. Ab altera parte, quamquam *mos esset ter mergendi*, attamen plures alios baptizatos & *posse baptizari, si necessitas sit*, affirmat *Walafridus*: *Hoc*, inquit ille, *solet evenire, cum provectiorum granditas corporum minoribus vasis hominem tingi non patitur.* Ubi igitur summa inevitabilisque urgebat necessitas, Laici baptismum administrare & eadem ratione ab immersione potuerunt abstinere: hoc tamen raro evenisse patet, quod *Strabo* unicum *Laurentii* erga *Romanum* militem protulerit exemplum, quo potissimum utitur.

De Instr. Laic. l. 1. c. 8. Spic. T. I. p. 23.

Walafrid. Strabo de Reb. Eccl. c. 26. p. 692.

§. 8.

Necessitas baptismi absoluta nondum Sæc. XI. Concil. Roth. c. 24. p. 1229.

Habitum est undecimo Sæculo Concilium Rothomagense, in quo, juxta Patrum Decreta, statutum, " ne Generale Baptisma *nisi Sabbatho Paschæ & Pentecostes fieret*, hoc quidem servato quod parvulis quocunque tempore, quocunque die petierint regenerationis lavacrum non negetur. Vigilia, vel die Epiphaniæ ut nullus nisi infirmitatis necessitate baptizetur, omnino interdicimus. " Hic quamquam excipiantur à generali Baptismo infantes qui lavacrum salutare postulaverint, cum tamen rei dies, bis in anno tantum, præfigantur à Concilio; oportet necessitatem absolutam baptismi à Præsulibus non fuisse creditam, periculum enim summum plurimis hoc modo incubuisset.

§. 9.

Bernhardus absolutam credidit.

Sæculo duodecimo agitata est quæstio de necessitate absoluta Baptismi inter *Hugonem de S. Victore* & *Bernhardum*. Prior ille ex Scripto cujusdam Anonymi contendebat totius terrarum orbis populos baptismi lege fuisse constrictos, eo ipso momento quo Christus hæc verba protulerat: *Nisi quis renatus fuerit Spiritu & aqua &c.* Unde propendebat in necessitatem absolutam Sacramenti. *Bernhardus* duo *Victoris* quæstionibus reposuit: Primum, legem non obligare nisi quatenus fuit promulgata, durumque nimis esse *ut verbum absconditum palam noceat & ante Judex feriat quam minetur.* Secundo, concludit, *infantes, qui prohibente ætate non habent fidem, consequenter non habere salutem, si absque Baptismi perceptione moriantur.* Tertium inde sequebatur, baptizari debere infantes à quocunque, in periculo mortis: quod tenuit itidem *Bernhardus*; interrogatus enim ab Archidiacono, an raptus ex utero puer, quem Laicus quidam baptizaverat communem verborum formam non tenens, sed dicens: *Baptizo te in nomine Dei & Sanctæ & veræ crucis*, ritè baptizatus esset; hunc legitimum habuit baptismum, quia in cruce commendaverat Dominicam passionem.

Bernh. Tr. ad Hug. c. 1. t. 4. p. 120. 122.

Id. Ep. 340. t. 1. p. 138.

§. 10.

Aliter Petrus Blæsensis.

Nec tamen invaluerat eo Sæculo apud omnes illa necessitas, qua salute privabantur infantes qui baptizari non poterant. Coævus enim *Bernhardo Petrus Blæsensis infantibus solum Spiritum sufficere* docuit, *ubi articulus necessitatis aquam exclusit, non contemptus Religionis.* Sic sensim ac sine sensu immutabatur Ecclesiæ doctrina, circa necessi-

cessitatem Sacramenti absolutam, quam cum tuerentur plurimi, Laicorum baptizantium expandebatur licentia, & qualibet aqua in usum sacrum proferebatur. Attamen cum repugnarent viri tunc temporis celeberrimi infantesque à Spiritu S. purgari contenderent, nondum potuit rescindi penitus immersio.

§. 11.

Synodi Nemauf. Decretum. Synod. Nemauf. an. 1284. Concil. T. 11. p. 1202.

ILLAM retinuere Episcopi Nemausum congregati Sæculo decimo tertio desinente; cum enim leges illi sancirent præcipuè circa Sacramenta; 1. Baptismi necessitatem admittentes non modo Laicis viris, sed etiam mulieribus baptizandi facultatem concesserunt, infantemque qui matre deficiente, extra ventrem caput tantum emiserit, baptizari, vel etiam matris uterum aperiri, ut si vivus superesset partus, ablueretur, constituerunt. 2. Pueros, qui vulgo tingerentur, ter immergi voluere, unde facile probatur, non modo hoc Sæculo immersionis quædam vestigia occurrere, sed ipsam immersionem fuisse mandatam: *Attamen ubi tanta copia aquæ haberi non posset, ut infans in ea totaliter mergeretur, cum scutella vel scypho, vel alio vase aliqua quantitas aquæ super infantem à baptizante debuit effundi & erat baptizatus infans.* Legem à *Stephano* latam renovaverunt Nemausenses, sed feliciori conatu, nam ab eo tempore declinavit immersio, quantumvis non penitus adempta, & baptismatis absolutæ necessitati cessit.

§. 12.

Abrogata immersio. Concil. Raven. II. an. 1311. Rubr. 11. p. 1584.

ALIQUOT, scilicet, post annis habitum est Ravennæ Concilium in quo Ritus ille immersionis à Patribus celebratissimus, cum aspersione collatus inter res adiaphoras recensetur. Volunt enim baptismum vel sub trina aspersione; vel immersione celebrari Præsules Itali. Quinimo aspersionem, quæ primum obtinet locum, immersioni præferri facile conjicimus. Non nisi igitur Sæculo decimo quarto ineunte, antiquata est Apostolica consuetudo, à tot Sæculis prius illibata. Viderint qui Traditiones Apostolicas intemeratas ab Ecclesia servari volunt, vel minimas recentiorum à veteribus dissensiones virga censoria notant. Nec purus simplexque habebatur ille Ritus: Mysterium mortis resurrectionisque Christi oculis delineabat, &. Trinitatem referebat. At periere mysteria, sublataque necessitas, quem illi affixerant Veteres omnes. Miror tantum nudatos fuisse Catechumenos cum, obsoleto immersionis ritu, superfunderetur aqua. Exhibuit enim *Mabillonius*, in Itinere Italico; figuram, in qua repræsentatur baptismus per superfusionem homini, sive Græco, sive Longobardo, vestibus spoliato collatus; quinimo altera quæ subjicitur figura eandem, ni fallor, refert superfusionem, quippe nullus apparet fons, nec aquæ vestigium ullum, in aheneo vase.

Mabill. Iter Ital. p. 73.

§. 13.

Ratio nuditatis abrogatæ.

VIRGINUM fœminarumque pudori consuluerunt, vel immoderatæ Clericorum cupidini obviam ire voluere Doctores, qui nuditatem immersioni necessariam antiquarunt. Revera *Dionysio Areopagitæ* si credatur, in ea sita erat pars magna Mysterii, quod Catechumenus *ad extremos usque pedes* exspoliaretur, nudusque tum, & nudis pedibus collocaretur, versus Occidentem. *Chrysostomus* vero motum à *Theophilo* concitatum referens, ipsi crimini vertit, quod mulieres quæ intra Ecclesiam ut baptizarentur sese veste nudaverant, metu acerbissimo perculsæ nudæ fugerent, cum neque sexus verecundiæ & honestati præ pavore consulere permitterentur. *Ætherea tantum veste indutos* repræsentat *Zeno Veronensis* eos qui in fontem demergebantur, ita ut nuditas perfecta videatur cum in viris, tum in mulieribus; quod disertis verbis affirmat *Elias Cretensis*, in notis ad *Gregorii Nazianzeni* Orationem quartam. Post eum multi, pictoribus fidem habentes quod in imaginibus Catechumenorum pudenda velantur, eo quod non tam facti veritatem, quam quod moribus nostris conveniret spectaverint, rem indecentem in dubium vocarunt. Quæ si vera sunt, non mirandum si tandem incommodis ex ea nuditate manantibus obviam iverint, Clericorumque libidinem prurientem, Episcopi hoc Ritu sublato; coërcuerint.

Zeno in vit. ad font. II.

§. 14.

Quomodo pudori consultum sit apud Veteres.

QUICQUID pro omnimoda nuditate dici possit, verisimilius videtur, non omnino vestibus spoliatas fuisse fœminas nec viros. Nudi nudæque pinguntur Catechumeni, sed tamen pudori parcitum est; nec rem negavit ullus Patrum. Nudo capite, nudis pedibus in fontem potuerunt immergi, cum tamen obtegerentur mediæ corporis partes. Distinguebantur etiam loca mulierum à regione virorum. Denique aderant Diaconissæ, quæ fœminis vestes detrahebant, quæque eas sæpius intra scapulas inungebant. Quid *Otto* Pomeranorum Apostolus, hac in re, constituerit & fecerit sæculo duodecimo, in observatione nostra ad ipsum, adnotavimus.

Vid. Sæc. XII. an. 1150.

§. 15.

Origo controversiæ de simplici Immersione.

JAM satis de Immersione, quæ per tredecim sæcula perseveravit, dictum. Nunc de numero immersionum, in quo potissima fuit *Alcuini* cum Aquilonaribus controversia, nobis disserendum.

Ea de re longe ante *Alcuinum* disputatum est apud Hispanos; cum enim Hæretici quidam, apud eos, ter infantes mergerent, ut mersiones numerando Divinitatem dividerent & ex ritu Catholicorum in gratiam erroris pessimi argumentarentur, immutatus est pristinus ordo, & semel tantum immersi fuerunt infantes. Hac de re per literas

teras *Gregorium I.* adivit *Leander* Hispalensis Episcopus: à quo responsum accepit, nihil officere Ecclesiæ in una fide diversam consuetudinem. "Romæ quidem observari „ trinam immersionem, ut triduanæ sepul- „ turæ Sacramenta signarentur: aliter fieri „ posse apud Hispanos, quia in tribus personis „ una est substantia, & quemadmodum in tri- „ bus mersionibus personarum Trinitas, sic „ in una potest Divinitatis singularitas de- „ signari." Perseveraverunt in eo ritu Hispani, quos probaverat Pontifex; conflatum tamen est inde schisma inter Catholicos, aliis *simplam*, aliis vero *triplicem* immersionem servantibus; dumque sic in diversas abirent partes, *alii alios non esse baptizatos contendebant.* Cui malo ut obviam iretur, coactum est Concilium Toletanum IV. in quo, ex *Gregorii I.* sententia superius indicata, definitum est, unicam immersionem debere observari. An tantæ auctoritati sese subjecerint omnes, non satis constat. Crediderim incensos animos non statim refrixisse atque ex Hispanorum divisione, Sæculo & quod excurrit jam elapso, ansam arripuisse *Alcuinum* eos criminandi, dum *trinam* immersionem quasi penitus necessariam urget, *simplamque*, ut loquebantur Hispani, velut Aquilonem, cujus flatus turbines & motus, quibus confringi possint Ecclesiæ portæ, concitet, nobis exhibet. Imminui vel etiam irritam fieri gratiam Sacramenti, si unica adhibeatur immersio, contendit. Universalem Ecclesiæ consuetudinem eos rescindere probat, ex testimoniis Patrum. Quamquam *Gregorii* auctoritate niterentur, eos tamen schismaticos & à communione Ecclesiæ Romanæ descivisse putat. Denique à Christiana moderatione discedens, negat Epistolam *Gregorii*, qua gloriabantur Hispani, fuisse genuinam, fraudis suspicionisque crimen iis intentat; aitque, illam in Exemplari Epistolarum *Gregorii* quod Româ attulerat, inveniri non potuisse. Errabat tamen; nam Epistola illa occurrit in Codicibus MStis, teste *Menardo*: referebaturque locus integer inter Canones Concilii Toletani, longe ante Alcuinum natum habiti, nec de ipsius authenticitate dubitavit *Walafridus Strabo*, qui sententiam Pontificis probans aliqua ex ejus Epistola desumsit.

Concil. Tolet. an. 633. c. 6. p. 1706.

§. 16.

An Hispani minus recte fecerint.

Discutiendum solummodo an crimine vacarent Hispani, qui à traditione vetustissima discesserant; an vero rigidior vel iracundior æquo fuerit *Alcuinus*, qui pro re, tanquam pro aris & focis pugnaret. Damnabuntur Hispani, si quidem judicium feratur ex traditione; nec prævalebit auctoritas *Gregorii I.* propriam, imo universalem consuetudinem informantis, etenim alter Pontifex, *Pelagius*, scilicet, diversam plane oppositamque tulerat sententiam: *Multi sunt*, inquit *Pelagius*, *qui in nomine solummodo Christi, una etiam immersione se asserunt baptizare: Evangelicum vero præceptum, ipso Domino ac Salvatore nostro Jesu tradente, nos admonet in nomine Trinitatis, trina etiam mersione sanctum baptisma unicuique tribuere, dicente Domino discipulis suis: Ite baptizate omnes Gentes &c.* Dubitatur an Decretum illud sit *Pelagii primi*, an verò *secundi*. Facile, ni fallor, dubium solvitur ex primis Decreti verbis, quibus asseritur, multos eo tempore *una* uti mersione. Hæc enim respiciunt Hispanos, qui paulo ante quam Romana Sedes occuparetur à *Gregorio I.* hunc usum apud suos introduxerant. Vixit autem *Pelagius II.* ad annum usque 577. quo promotus est *Gregorius*. Ex ejus Decreto probatur 1. non modo, secundum ipsum Pontificem, Ecclesiastica aut etiam Apostolica traditione niti trinam immersionem, sed à Christo ipso fuisse mandatam. 2. Damnatos ab eo fuisse Hispanos, qui à Christo pariter ac à Patribus discederent. Nec solus in ea sententia fuit Pelagius secundus, plurimi enim Veteres contenderunt legem illam ab ipso Christo fuisse sancitam. *Chrysostomus* voluit Christum, in tribus mersionibus aquæ, unum baptisma tradidisse Discipulis; & longe antiquior *Chrysostomo Tertullianus* dixit Christum mandasse ut *tingerent in Patrem Filium & Spiritum S.* ideoque nec semel sed ter ad singula nomina in personas singulas tingere Christianos.

Pel. in Decr. de Conf. d. 4. c. 81.

Homil. de fide in Patrem &c.

Tertull. contra Prax. c. 26.

Aliud fuit quod urgeri potuit adversus Hispanos, nempe, Decretum Synodi Constantinopolitanæ damnantis eos qui εἰς μίαν κατάδυσιν ἐβαπτίζοντο, *una mersione baptizabantur.* Damnabantur igitur illi à Christo, secundum plurimos Patres, ab Apostolis, si verum sit conditos à viris sanctis Canones, qui eorum nomine feruntur; deponitur enim ab illis Canone quinquagesimo, *quicunque non tria baptismata*, hoc est, immersiones *perfecerit, sed unum baptisma quod datur in mortem Domini.* Damnabantur illi à Concilio Constantinopolitano; Damnabantur à Pontifice *Pelagio*, & denique ex traditione, quam probabat universalis Ecclesia; quamvis ab eorum partibus steterit *Gregorius.* Tantane est unius Episcopi auctoritas, ut cæteris omnibus Doctoribus, etiam Conciliis, Apostolis & Christo debeat anteponi?

§. 17.

Purgantur Hispani.

Solent plerique auctorum, quos edunt, vel illustrant, vestigiis inhærere, detractumque putant operi suo, si nævos in illis deprehendant. Nos anticipatis opinionibus nihil dantes unique veritati litantes ab *Alcuini* sententia discedere nefas non ducimus; quippe ira percitus & multo quam debuit commotior insurrexit adversus Hispanos, unam immersionem admittentes. Plus quam lynceos oculos habuerit necesse est, quicunque triplicem, in verbis Christi, perceperit. Jubet Dominus ut baptizetur in nomine Trinitatis; de immersione vel trina vel una ne γρῦ quidem habet. Non audiendi igitur nec *Tertullianus*, nec *Pelagius*, mentem propriam Christo tribuentes & cogitata sua tanquam supremi Numinis dicta venditantes; quod summum est nefas. Canones, qui Apostolorum nomen præferunt, & inter eos quinqua-

quagesimus, anno tantum 381. editus est adversus Eunomianos; refert enim *Sozomenus Eunomium* traditionem, quæ ab Apostolis ad hunc usque diem servabatur, corrupisse, primumque asserere ausum, quod sacrum baptisma una mersione peragendum esset; confirmat vero *Theodoretus*, dum *Eunomio* tribuit hunc errorem, non oportere ter immergi illum qui baptizaretur, nec Trinitatem invocare: unde confectus est Canon ille Concilii Constantinopolitani septimus adversus Eunomianos εἰς μίαν κατάδυσιν βαπτιζομένους, *una immersione baptizantes*.

l. 6. c. 26. p. 502.

Theodor. Hæret. Fabul. l. 4. c. 3.

Concil. Const. an. 381. Can. VII. p. 951.

Ex quibus probatur, occasione Eunomianæ Hæreseos, confictum sub Apostolorum nomine Canonem quinquagesimum; nam eadem habet ac *Theodoretus* de Eunomianis. Hæreticos una immersione utentes exhibet ille, eo quod in mortem Christi baptizarent; at eadem verba leges in dicto Apostolorum Canone. Pugnat quidem *Beveregius*, contenditque, olim fuisse in Ecclesia Hereticos qui Trinitatem negarent, ideoque forsan unam tantum admisisse immersionem: Sed notat *Sozomenus Eunomium* fuisse *primum* qui hoc ausus fit. Nullus igitur alius, præter *Eunomium*, quarto Sæculo jam adulto, Apostolico Canoni præbuit occasionem; is enim hæreticorum frequens est mos, ut, dum dogmata pravissimis erroribus convellunt, ritus tamen in Ecclesia receptos, ne in plebis incurrant odium innovationisque suspicionem moveant, illibatos servent; quod multis exemplis facile probari possit. Plurimos quidem prioribus Sæculis Trinitatem negasse constat; at immersionem baptizandis usitatam repudiasse eos nemo dixerit, nec probant illud *Tertulliani* verba à Beveregio laudata; imo ipsi plane adversantur; cum enim verba Christi trinamque quam ex illis deducit immersionem, objiciat *Praxeæ*, sequitur ab eo fuisse receptam.

Bever. cod. Can. illustr. c. 6.

§. 18.

Canon Synodi Const.

FORSAN auctoritate Synodi Constantinopolitanæ deterrebimur à proposito nostro; damnavit enim Eunomianos una immersione baptizantes. Absit ut, cum *Harduino*, Canonem suppositum dicam, audaci conjectura, me ab objectione liberaturus. At damnavit Concilium Eunomianos, qui Trinitatem Personarum non admittebant, ideoque una immersione, quæ singularitatem Divinitatis denotaret, contenti triplicem repudiabant. In eo igitur potissimum fuit error Eunomianorum, quod Trinitati bellum indicerent. Sensit eorum Parens, sibi posse objici Ecclesiæ ritum trinamque immersionem, quasi vindicandæ Trinitati destinatam, quemadmodum jam antea *Praxeæ* cæterisque objecerat *Tertullianus*; illam igitur abrogavit. Asserit quidem idem *Harduinus*, *Eunomium*, teste *Augustino*, baptismum sub plena invocatione Trinitatis impertiisse; at illud negat ore rotundo Theodoretus loco superius laudato. *Trinitatem*, inquit, *in baptismo*, agit enim de Sacramento, *non invocabant*. Confirmat *Socrates* referens illos *non in nomine Trinitatis*, *sed in mortem Christi baptizasse*; dum enim summum infirmitatis gradum mortemque Christi memorarent, ipsum hominem, creaturamque indicabant; ita ut genuina sit eorum, ut & Arianorum, baptismatis formula, quam retulerunt *Athanasius*, *Epiphanius*, *Hieronymusque*; baptizabant scilicet *in Creatorem & creaturam*, vel si mavis, *in nomine Dei increati*, *in nomine Filii creati & in nomine Spiritus sanctificantis à Christo filio procreati*.

Hard. de Bapt.

§. 19.

Trina immersio incertæ originis.

FUIT quidem immersio trina ab omnibus observata, saltem à Concilio Constantinopolitano, ita ut universalis consuetudo merito dicta sit ab *Alcuino*; sed Patres illam à Christo aut ab Apostolis tenuisse Ecclesiam non affirmarunt. Imo *Tertullianus* ipse, qui hanc è Christi verbis eliciebat adversus *Praxeam*, sui immemor alibi hæc habet verba plane opposita: *Hanc si nulla Scriptura determinavit*, *certè consuetudo corroboravit*, *quæ sine dubio de traditione manavit*. Fluxit igitur à traditione consuetudo illa Ecclesiastica, quæ quantumvis corroborata, potuit tamen infirmari. *Basilius* quidem incertus unde fuerit inductus ille ritus, rogat *unde traditum sit*, *hominem ter immergi debere*. Non igitur velut Apostolicum, aut ipsius Christi mandatum perpetua observatione colenda fuit trina immersio. Nec Patres illam Sacramento necessariam duxerunt; mysticas tantum rationes sepulturæ triduanæ, vel Trinitatis personarum, non ampliorem gratiam, ut *Alcuinus*, reddentes; sic enim cecinit ille:

De Corona Milit. c. 3.

Ter mergendus aqua, cui gratia plena lavacri.

Peccarunt Hæretici, qui immersionem antiquarunt, facilius Trinitatem negaturi: quemadmodum rei fuere trinam immersionem religiose servantes, ut Personas Trinitatis dividi hac ratione probarent. At potuit secundum temporum rationes, vel servari, vel aboleri. Merito igitur *Gregorius M.* hîc nobis vindicandus. Non, ut plerique, quod à plurimis Sæculis in usu fuit, perpetuo æqua religione tenendum censuit. Distinxit ille, summa cum animi temperantia, inter ritus necessarios, & eos qui possint antiquari.

Ea est ab aliquot Sæculis Præsulum Romanorum indoles, ut si qui ritus innoxios à suis discrepantes admiserint, motus excitent, minis, censuris, anathemate feriant, quasi de Religione ageretur, & *fidei unitati noceret diversa consuetudo*; quod quidem negavit *Gregorius*.

Ultra juris & æquitatis limites igitur evagabatur *Alcuinus* tanta morositate exagitans Hispanos, ob rem levissimi momenti, eosque inter Schismaticos recensens. Revera, nullo schismate inter Ecclesias conflato, unam immersionem retinuerunt Hispani. Cæteri vero, cum Romæ, tum apud Gallos, triplicem adhibuerunt ad duo-

decimum usque sæculum, quo vixit *Honorius Augustodunensis*, cujus hæc sunt verba: *Quod sub undis tegitur, quasi sub terra sepelitur. Ter mergitur, quia anima tribus modis, scilicet, cogitatione, locutione & opere, moritur, & his tribus mortibus, per fidem Trinitatis, eripitur. Ter etiam mergitur, quia omne peccatum tribus modis, scilicet suggestione, delectatione, consensu, committitur. Ter quoque ideo mergitur, ut homo naturalis à scriptæ Legis & Evangelii prævaricatione solvatur.* Diversa sunt illa Mysteria ab iis, quæ finxerant Veteres: nullus tunc fuit Antitrinitarius, duodecimo Sæculo, expugnandus, sed summa morum pravitas debellanda; ideo ad moralia confugiunt illius ævi Scriptores. Sed cum his in rebus quidquid lubet excogitare, liceat; sic etiam has ceremonias quæ mysticis explicationibus tantum inserviunt, admittere vel omittere nefas non est.

Gemma animæ l. 3. c. III. p. 1185. Bibl. Pat. T. X.

§. 20.

An mutari possit forma Sacramenti.

FUERUNT inter Hispanos alii trinam facientes immersionem, qui ad unam quamque Trinitatem invocarent, fulti auctoritate ipsius Christi, ut ajebant. Hoc iterum impatienter tulit *Alcuinus* nihil opus existimans *replicare tertio quod semel dictum fuit.* Pendet hæc quæstio ab alia gravissima, an, scilicet, Christi verbis & formæ indictæ mordicitus adhærere debeant baptizantes, ita ut ab ea ne latum quidem unguem discedere fas sit, quia immutata vel methodo, vel verbis Christi mutatur forma baptismi, peritque Sacramentum. Narrat *Theodorus* Lector miraculum, ea de causa, à supremo Numine fuisse patratum; cum enim *Deutericus Amano* tum apud Constantinopolitanos Episcopus *Barbam* nescio quem baptizans traditionem Domini respuens diceret: *Baptizatur Barbas in nomine Patris, per Filium, in Spiritu S.* aqua quæ in piscina erat subito evanuit. *Barbas* vero metu compulsus & prodigio stupendo deterritus fugam arripuit; quæ si vera sunt, quam tenax propositi sui sit Christus, nemo non videt.

Ep. 60. ed. Canis. 81. edit. Quercet.

Theod. Fr. l. 2. p. 562.

Scripserunt ea de re, ab aliquot annis, viri eruditissimi, quorum prior *Natalis Alexander* contendit *Stephanum* Pontificem nusquam probasse baptisma in nomine Christi celebratum, ea de ratione, quod si verum hoc foret, *universa Ecclesia in errorem fuisset lapsa*; nam *Stephani* sententiam amplexa est Ecclesia; error autem foret contra Scripturam & traditionem, & baptisma nullum esset, quod explicita trium Personarum Divinarum invocatione non confertur; id igitur decernere non potuit *Stephanus*: Alter *Harduinus* asserit, nec Apostolos, nec etiam ullos Hæreticos à forma, quam Christus præscripsit, recessisse, idque teste *Augustino*: *Facilius enim reperiuntur Heretici qui omnino non baptizent, quam qui non illis verbis baptizent*; & sibi suffragari scholam integram existimat, imo & Pontifices ipsos, cum *Pius V.* contrariam sententiam ex *Cajetani* Commentariis deleri jusserit, imo vellet penitus eradi articulum illum ex operibus *Adriani VI*, qui ante Pontificatum scripsit in sententias.

De Bapt. in nomine Christi.

Negat vir doctissimus Apostolos formam baptismi unquam immutasse; discipuli enim tenaciter, prout necessitas postulabat, verbis Magistri addicti, nunquam baptizarunt *in nomine Christi*: at hoc asserit disertis verbis *Lucas* Actorum locis plurimis. Jubet ex. gr. Petrus, *ut baptizetur unusquisque in nomine Jesu Christi*, refertque sæpius, *in nomine Christi baptizatos fuisse mulieres & viros*; quæ cum inficiari non possit *Harduinus*, ne tamen immutatum tantisper Baptismatis formam agnoscere cogatur, vult *baptizari in nomine Christi* idem esse, ac invocare confiterique nomen Domini & postea baptizari. Urget locum Pauli, apud eundem *Lucam*, dicentis: *Baptizare invocato nomine Christi.* Urget solitam methodum à catechumenis confessionem in Christum exigendi, quæ Symbolum vocabatur. Denique summum posuit discrimen inter *baptizare* & *baptizari*, quia verborum Passivorum & Activorum differentiam nullus est qui non agnoscat.

Act. II. 38. VIII. 12.

§. 21.

Apostoli mutarunt formam Sacramenti.

CUM hæc quæstio de forma baptismi sese, occasione *Alcuini* & Hispanorum obtulerit agitanda; liceat nobis probare, mutari posse aliquatenus verba Christi, modo asseratur in Sacramento Trinitatis fides; hocque potissimum exemplo Apostolorum, pace viri doctissimi sumus confirmaturi; nam viri illi divinitus afflati, quosque non potuit latere, hac in re, mens consiliumque Christi, quique ceu Religionis Feciales dignoscere debuerunt quæcunque ad Sacramentorum pertinerent essentiam, baptizarunt tamen *in nomine Christi.* Nodum in scirpo quærit, qui hic discrimen inter *baptizari* & *baptizare* notat; sive enim activè, sive passivè loquantur Scriptores sacri, nihil aliud voluit *Lucas* dum asserit, baptizatos fuisse cum viros, tum fœminas *in nomine Christi*, quam aperire mentem ipsius Christi, & indicare à discipulis exsecutioni mandatum erga neophytos quod Magister præceperat. Eadem utitur voce ac Christus, circa idem objectum, Sacramentum, Baptismum. Eadem igitur mens & *Matthæo* & *Lucæ*, dum præceptum ille, hic præcepti refert exsecutionem. Cum eadem verba his in locis usurpet Spiritus S. quì diversa plane ipsi tribuat homo? Quis unquam asseruit, ante *Harduinum*, *baptizari in nomine Christi* id sibi velle, catechumenum recipere Sacramentum *propter nomen* quod confessus est? Ut apud *Matthæum* qui baptizari debuit in *nomine Patris, Filii & Spiritus S.* hoc est, auctoritate & gratia Divinitatis: Sic qui apud *Lucam* baptizatus est *in nomine Christi*, ablutus est virtute & efficacia illa, quam Christi sanguis Christianis impetravit. Nec conciliari potest *Harduini* sententia, cum verbis *Lucæ*; cum jubeat *Petrus* Neophytos, qui sese gregatim offerebant, pœnitentiam agere, deinde baptizari. Si quæras confessionem precesque Christi, occurrunt illæ potissimum

mum

mum in pœnitentia, qua ducti homines pristinos errores confitentur & deponunt, precibusque supremum Numen flectere conantur. *Officium*, scilicet, Neophytorum primum describitur à Petro; pœnitentia, nimirum, deinde *munus & præmium*, ut *Harduinus* loquitur, ipsis conceditur, baptisma, nempe, *in nomine Christi*. Frustra igitur hic quæras fidem confessionemque quæ superius indicantur. Revera vix credam, quidquid afferat Vir eruditus, confessionem vel preces tunc temporis à singulis exactas fuisse, cum tria millia tinxerint Apostoli, hoc ipso die. Nec juvat *Harduinum* alter *Lucæ* locus, in quo *Ananias* baptizasse legitur Paulum, invocato nomine Christi, quasi *baptizari in nomine* & *invocare nomen* idem forent; non præcedit enim baptismum illa invocatio nominis Christi, quod tamen fieri debuit, si Catechumenorum confessionem, quæ à Paulo, ob miraculum, non fuit procul dubio exigenda, intellexerit *Lucas*. Agitur eo loci, non de precibus Catechumeni, sed de orationibus, quas Minister Sacramenti fundebat, ut propitiato Numine deflueret cœlitus gratia, ejusque ope abluerentur Sacramento peccata illa, quorum sibi conscius erat *Paulus*. Baptizarunt igitur Apostoli viros & fœminas, in nomine Christi; quæ cum ita sint, immutari potest illa formula à Christo mandata, modo nullum inde detrimentum patiatur fides Trinitatis, quam intemeratam tenuerunt Apostoli, per Christum, Filium, Patrem & Spiritum designantes, dum eum potissimum in Baptismo appellarent, cujus sanguine abluebantur peccata.

Act. 22, 11.

In Histor. Eccl. Sæc. XI d. XIII. T. 3. p. 693.

Natalis Alexander Harduino minus subtilis, ut se auctoritate Apostolorum liberet, confugit ad *dispensationes*. Negat ille Apostolos contulisse baptismum, ex Evangelica Lege, sed ex dispensatione quadam; sive, ut loquitur *Thomas*, *ex revelatione speciali*. Deinde vero huic responso parum fidens, quia nullum hujus dispensationis apparet vestigium nec causa apud Scriptores sacros, asserit probabilius esse Apostolos numquam baptizasse *in nomine Christi solius*; cum enim baptizarent in nomine Christi, intelligebant *virtutem & auctoritatem filii*: quæ quam futilia sint, miror Theologum non animadvertisse; quid enim sibi vult Christus, dum jubet baptizare in nomine Patris &c. nisi ut Sacramentum conferant ex auctoritate & virtute Trinitatis? Quis unquam Theologus non virtutem & auctoritatem, sed nudum Patris &c. nomen quod recitari debuit, intellexit? Consentit igitur cum Christo Lucas, dum voluit baptizari homines in nomine, hoc est, ex virtute & auctoritate Christi, hoc uno excepto, quod apud Matthæum disertis verbis explicetur Trinitas, apud Lucam Christus solummodo indicetur; & cum in eo vertatur controversia, discriminis hujus aliqua ratio debuit exponi.

§. 22.

Stephanus mutat formulam baptismi.

SECUNDUM argumentum suppeditabunt Romani Pontifices, qui mutationem aliquam in forma baptismi admiserunt. Inter eos primipilus debet recenseri *Stephanus I.* Hic enim admisit & ratum habuit baptisma omnium Hæreticorum, eaque de re longæ vehementesque controversiæ natæ sunt inter eum & *Cyprianum*; omnes autem Hæretici eadem plane ac Christus Apostolique forma non baptizarunt. Quidquid enim dixerit *Augustinus*, reperiri potius Hæreticos qui non omnino baptizent, quam qui non utantur formula à Christo præscripta, quo testimonio nititur *Harduinus*; refellitur ille tamen Hæreticorum plurimorum praxi, quorum duo tantum hic subjiciam exempla: Primum erit *Marci* discipulorum, de quibus sic *Irenæus* & post ipsum *Epiphanius*. His illi verbis inter baptizandum utebantur: εἰς ὄνομα ἀγνώςου πατρὸς τῶν ὅλων, εἰς ἀλήθειαν μητέρα πάντων, εἰς τὸν κατελθόντα εἰς Ἰησοῦν, εἰς ἕνωσιν καὶ ἀπολύτρωσιν καὶ κοινωνίαν τῶν δυνάμεων: *In nomine ignoti Patris universorum, in veritate matre omnium, in eo qui venit in Jesum, in unione & redemptione & communione virtutum.* Hæc alienissima fuisse à Christi lege nemini non est compertum. Varias alias formulas usurpabant Gnostici. Denique fuerunt eo tempore Hæretici baptisma conferentes *in nomine Christi solius*.

Hoc probat invictissime Scriptor anonymus qui libellum edidit, ætate *Cypriani*, de Baptismo Hæreticorum. Is enim statum controversiæ quæ tunc agitabatur, referens; ubique inculcat agi de Hæreticis qui *in nomine Dei nostri Jesu Christi tincti*, postmodum inde digressi suppliciter ad Ecclesiam advolarint. Hoc statim animadvertas in operis fronte, repetitumque sæpius legas in unaquaque libelli pagina. Unde facile concludas, Hæreticos sive Marcionitas, sive quoscunque volueris, alios baptizasse *in nomine Christi solius*, quod negat præfracte nimis *Harduinus*, Stephanumque Pontificem baptismum hunc probasse adversus *Cyprianum*, qui ab opposita parte stabat. Hunc auctorem tanquam sibi suffragantem laudavit *Natalis Alexander*, eo quod ille statuat *invocationem nominis Jesu esse invocationem totius Trinitatis*: quæ vera sunt; nec enim dubitatur an Apostoli baptizantes in nomine Christi Trinitatem vel dejeraverint, vel sint confessi; nec de cæteris Apostolos imitantibus controvertitur. Si qui sunt qui Christum aut etiam Trinitatem appellando, Trinitatem rejiciant, eorum baptisma nullum censeri debet, contra quam voluit *Augustinus*. Quæritur tantummodo, quemadmodum posuit ipse *Natalis*, an diserta trium Personarum exigatur commemoratio, an vero unius Christi sufficiat ad baptismum legitimum reddendum. Hoc postremum asserit auctor anonymus, pessimè à Viro erudito indicatus, quasi oppositum diceret.

Ad calcem Cypriani p. 21.

Epist. 74. p. 213.

Idem probatur testimonio *Cypriani*, qui quid controverteretur inter ipsum & *Stephanum* Papam nosse debuit. Ipse autem asserit se in Epistola Pontificis animadvertisse fieri mentionem *Marcionis*, ut *nec ab ipso venientes dicat baptizari oportere, quod jam*

Ep. 73.

jam in nomine Jesu Christi baptizati videantur. Inde duo potissimum patent. Primo, *Marcionem* baptizasse *in nomine Jesu Christi*; hoc enim disertis verbis narrat *Cyprianus*. Secundo, hunc baptismum ratum habuisse Pontificem *Stephanum*; id enim legerat idem Cyprianus, in ejus Epistola. Objicitur, Epistolam quæ sub nomine *Stephani* à *Jubajano* transmissa est, non esse genuinam; quippe decretum suum circa baptismum direxisse ipsi *Cypriano Stephanum*. Deinde æstu contentionis abreptum *Cyprianum* intulisse ex verbis *Stephani*, quemcunque ab Hæresi venientem baptizari non debere. Levis est difficultas, quam movet Vir doctus, duplicem enim scripsit Epistolam *Stephanus, ad Cyprianum* unam, ad Orientales alteram. Hæc incidit forsan in manus *Jubajani*, à quo ad *Cyprianum* postea pervenire potuit. Negatur à nemine scriptum aliquod directum fuisse *Cypriano*, sed cum constet etiam de altero, nullus superest scrupulus; stupendum potius, hominem Patrum auctoritati omnia deferentem, tam concitati animi nobis exhibere *Cyprianum* inter cœlites numeratum, ut ipsi Pontifici, quo pereunte peribat Ecclesia, errorem nefandum fictitium impegerit; nec tamen tantæ cæcitatis aut iræ fuit *Cyprianus*; nulla enim adhibita distinctione Stephanus omnes Hæreticos Ecclesiam adeuntes rebaptizari vetabat. Ei igitur alia ratione consuluit *Natalis Alexander*, & eadem ratione toti Ecclesiæ, quam ob immutata aliquot verba in administratione Sacramenti, cum Pontifice suo periisse contendit. Salvabitur tamen pars Ecclesiæ; fallitur enim *Natalis* autumans omnes Stephani sententiam amplexos, cum è contrario multi cum è Cappadocia, tum ex Africa Præsules *Cypriano* firmiter adhæserint; hicque Sanctus sit habitus, cum nec memoria *Stephano* sit erecta, nec religiosos honores ei detulerit posteritas.

Nat. Alex. p. 693.

§. 23.

Sententia Zachariæ & Stephani

OMITTETURNE inter Pontifices Romanos *Zacharias*, homo dubiæ fidei? ab una parte decernens: *si quis vel unam de Trinitate Personam non nominaverit, baptisma verum esse non posse*; ab altera parte baptizari vetans *Bonifacio* eos qui tincti fuere *in nomine Patria, Filia, & Spiritua Sancta*. Miror equidem hominem vocibus ita addictum, ut si Christi nomen, quo Trinitas comprehenditur, solum proferatur, evacuari velit Sacramentum: qui tamen ejus efficaciam agnoscat, dum ritu Barbaro & qui risum cachinnosque moveat, administratur. Si simplicitas rustica & deridenda salvat infantem, qua ratione propositum Trinitatem enunciandi, dum Christi solius, à quo pendet efficacia Sacramenti, profertur nomen, irritum faciet Sacramentum? Hæc tam adversa in Pontificis sententia componat quisquis otiosus voluerit. At *Stephanus III.* Canonibus illis, quos superius indicavimus, quartumdecimum adjecit, per quem licebat *mergere* in nomine Patris, *mergere* in nomine Filii, *mergere* in nomine Spiritus Sancti: quæ verba abeunt ab iis, quæ Christus protulit. Revera Glossator Decreti negat verum Sacramentum fore, si quis diceret: *Te mergo*: quin imo *Innocentius*, hujus nominis tertius, *Stephano* Antecessori refragari non timuit; hic enim non agnovit pro genuino baptismo Sacramentum in quo Sacerdos dixerit: *abluo*, vel *balneo te*.

§. 24.

Nicolaus Papa non erravit.

SI quis dixerit, saltem à *Stephano* servatum fuisse genuinam baptismi formulam, quæ, secundum Scholasticos, constitit in invocatione Trinitatis; reponetur facillimè; primo, ubi verbis tenaciter adhærent Theologi, nihil immutari debere: quod revera existimarunt ante nos, non modo *Innocentius* III. sed & IV. & *Gregorius* IX. qui de validitate Sacramenti apud Græcos dubitarunt; eo quod particulam aut modum conjugationis in Christi verbis immutaverint. Denique, si quid inest adhuc difficultatis, illam solvit *Nicolaus* I. Fuerant apud Bulgaros multi baptizati, vel à Judæo vel etiam Pagano. Interrogatus ea de re Pontifex rescripsit, *hos, si in nomine sanctæ Trinitatis, vel tantum in nomine Christi, sicut in Actis Apostolorum legitur, baptizati fuerant, unum quippe esse Sanctus exponit Ambrosius, eos denuo non esse baptizandos.* Unde tria constant: 1. Secundum *Nicolaum I.* valuisse baptismum etiam à Pagano collatum, modo baptizasset *in nomine Christi*: 2. Unum eundemque esse baptismum illum, cum eo qui administraretur in nomine Trinitatis. 3. *Ambrosium* eadem esse in sententia, Apostolosque sic olim baptizasse, quod mox contendebatur.

Multum sudat *Harduinus*, ut *Nicolaum* in suas partes trahere possit. Autumat ille in priore parte, quam hic subjecimus, agi non de formula, quam habuit in ore sacerdos, sed de Catechumenorum fide, qui dicuntur baptizati *in nomine Christi* vel *Trinitatis*, quia professi fuerant vel Christum, vel Trinitatem; in posteriore vero, ubi *Augustini* sententia profertur, agi de fide Sacerdotis. At incassum hoc tentavit *Harduinus.* Satis jam probatum est, *baptizatum esse in nomine Christi* non indicare professionem publicam in Christum, quam exhibebat Catechumenus antequam baptizaretur; alioquin ad salebrosas voces confugerent Patres, nec distinctè, prout sonant verba, loqui vellent. Deinde vero patet, *Nicolaum* tantum de fide Ministri sollicitum esse; cum enim Judæus, vel Paganus esset, merito dubitabatur, an solitam in Baptismo Bulgarorum formulam adhibuisset, nec ne. Pontificem interrogabant Bulgari, de Ministro vel Pagano vel Judæo, nullatenus de fide Catechumenorum solliciti. Respondet igitur *Nicolaus* de fide Sacerdotis, nequaquam vero de professione neophytorum, circa quam nulla movebatur à consulentibus quæstio. Asserit ille non debere denuò baptizari, si tincti fuissent in nomine Christi, vel Trinitatis. Alludebat ille ad formulam baptismi sæpius controversam,

versam, quam in ore debuit habere Minister Sacramenti; nec enim poterat lis intentari ei, qui neglectis vel *Patris* & *Filii*, vel *Christi* vocibus se totam Evangelicam doctrinam credere fuisset professus; nulla enim ea de re dubitatio: denique nec agit *Nicolaus*, dum laudat *Augustinum*, de fide Ministri tantùm; ibi enim *vel dantis vel accipientis errores* notavit. Intemeratum igitur manet *Nicolai* I. testimonium. *At erravit ut persona privata*, inquit *Natalis*; dum enim Bulgaris respondet, „ ratum „ esse baptismum, in nomine Trinitatis. „ En Sedis Apostolicæ oraculum, totius „ Ecclesia Veneratione susceptum; Sed „ addidit disjunctivam illam : Vel tan- „ tùm in nomine Christi. En singularem „ privati Doctoris opinationem, quam „ non probat Ecclesia. „ Subtiliter quidem, sed an verè? Hunc locum ante nos atro cabone notarunt Censores Ecclesiæ Romanæ; nec *Natalem* juvabit auctoritas vel *Estii* vel *Melchioris Cani*, qui cum eo potuerunt talia, quod pace tantorum virorum dixerim, effutire. Si locum habeat *Natalis* distinctio, qui percipi poterit, an Papa vel ut persona privata, vel ut Pontifex dijudicet? quippe eodem loco pronunciat, ore rotundo, unum idemque esse sive tingat in nomine Trinitatis, sive in nomine solius Christi. Unde innotuit posteris, illud decretasse ut Pontificem, hoc à Doctore singulari fuisse promulgatum? Nemo hoc noverit, nisi exsurgat è mortuis *Nicolaus*, vel *Natali* apparuerit arcanam mentem ipsi revelaturus.

§. 25.

Recte sensit Adrianus VI. Quæst. in IV. Sacr. p. 21. an. 1530.

DOLEAT quantumvis alter, erasum non fuisse ex Scriptis *Adriani* VI. Caput integrum, quo probavit formam qua confertur baptisma, in nomine Patris & Filii, non esse omnino necessariam, cùm baptizetur aliquando in nomine Christi. Argumentum est invictissimum hunc Papam non quatenus Doctorem, sed etiam quatenus Pontificem sic sensisse, cùm editi sint ipsius libri sub ejus oculis Romæ, dum Christi Vicarius, ut ajunt, Ecclesiæque Caput sederet; ideòque legitur etiamnum hodie, in editione quæ post ejus mortem vulgata fuit.

§. 26.

Patrum sententiæ diversæ.

IN diversa abierunt Patres. Noluit aliquid innovari in Evangelica formula *Cyprianus*, dum anonymus coævus, cum toto hujus ætatis Pontificiorum grege, ipsi refragaretur. Has partes sequtus est *Hilarius*, cujus verba nec subtilissimam *Harduini* patiuntur interpretationem; is enim dixit, Apostolos non reperiri in crimine, qui baptizare jussi *in nomine Patris* &c. tantùm *in Jesu nomine* baptizaverunt. Re- ponitur quidem, „ *Hilarium* hic loca Scrip- „ turæ in speciem pugnantia adducere, „ ostendereque verba Actorum non repug- „ nare verbis Evangelii; sed eum non „ contendere Apostolos reverà baptizasse „ in nomine Christi. „ Egregium vero Responsum! Vel enim sibi repugnant verba Lucæ & Matthæi, vel non : Si repugnantia admittitur, contradicunt sibi scriptores divinitus afflati : Si nulla occurrit contradictio, tunc idem est baptizare in nomine Christi, ac tingere in nomine Trinitatis. Deinde, quid sonant illa verba *Hilarii* : *Apostoli baptizaverunt in nomine Christi*? quamvis jussisset eos Christus, baptizare in nomine Trinitatis. Scriptorum veterum verba non pensitant nec curant Commentatores, modò effugere aliquâ viâ possint.

Nat. Alex. p. 694.

Idem docuit *Ambrosius*, probans in Christi nomine intelligi tres Personas. *Itaque si quis benedicitur in Christo, benedicitur in nomine Patris* &c. Non agit ille de professione fidei, quam edere solebat Catechumenus, sed de benedictione, quam Catechumeno per Christum impartiebatur Sacerdos. Secundò asserit, in nomine Domini nostri, per unitatem nominis, *impletum esse mysterium*; non implebatur autem mysterium confessione Catechumenorum, sed ex consecratione fieri solita in nomine Christi, vel Trinitatis. Loquitur igitur *Ambrosius* de benedictione & consecratione Sacerdotali, quâ mediante salutare fiebat Sacramentum.

Cæteros missuri Patres, ne longiùs excurrat oratio, duo tantùm notabimus: primò, *Augustini* sententiam, quam laudant multi, vix posse probari. Censebat ille inter rigidiores, pronunciari debere verba Christi, prout ab ipso essent prolata; sed parum sollicitus de fide pronunciantium, baptisma Hæreticorum Trinitatem negantium & religioni illudentium ratum habuit. Quid hoc est, nisi verba fidei præferre? An Sacramenti gratiam conferre potuit, qui fucum hominibus, imò Deo mendaci professione facere voluit? Irritum verò cassumque baptisma declaravit ejus qui Trinitati credens, eamque sub Christi solius nomine prædicans baptizet. Fidem qui repudiat legitimè Sacramenta celebrat; evacuat verò, qui sonum aut vocem paulò diversam, eadem tamen animo objicientem usurpat. Absurda nimis sententia, quam ut possit cordatis Theologis arridere; ubi enim constat non modo intentionem, sed & dogmata Hæreticorum ab Ecclesia esse aliena, nec eos agnoscere Trinitatem illam à qua pendet gratia, vel in cujus nomine confertur Sacramentum, evacuatur procul dubio baptismus; nec enim illi peccant incauti, lapsu linguæ, vel ignorantia, vel etiam errore levi, sed qui sit circa essentiale Sacramenti illudque penitus diruat.

Secundò, non dissimulandum temporibus *Caroli M.* invaluisse sententiam *Alcuini*; quippe cum Imperator plerosque cùm Italos, tum Gallos eosque celeberrimos, Præsules interrogasset, Scripto de ritibus baptismi plurimi responsum miserunt, quorum periere Scripta; at superest responsum *Leidradi*, cura *Mabillonii* vulgatum, in quo docet baptismum trina immersione esse peragendum, nec valere, si una Trinitatis Annal. T. di p. 15.

Persona omittatur, *nihilque agi nisi tota Trinitas invocetur, quia non nisi in uno nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti baptismatis sanctificatur officium.* Attamen non obliterata est, sequentibus sæculis prior sententia; *Bernardus* quippe accenseri debet iis, qui licitam mutationem affirmant; propositâ enim ei quæstione, an infans raptus ex utero matris & tinctus à Laico, in nomine Dei & sanctæ Crucis, denuo baptizandus foret, negavit: *quippe hunc ego verè baptizatum puto, nec sonum vocis veritati fidei & pietati intentionis præjudicare potuisse.* Quam alienus ab *Augustino Bernardus*, quamvis in aliis sæpe ejus discipulus? Sonum enim vocesque non curat, modo adsit *pietas intentionis & veritas fidei*, quæ potissimum curari debet, & puer baptizatus *in nomine Crucis*, quod longè distat à formula recepta, nihilo minus, *Bernardo* teste, sacrum regenerationis lavacrum receperat. Eodem tempore, vixit *Hugo de Sancto Victore*, qui *Ambrosium* secutus baptismum admisit, si collatus esset in nomine Patris solius, vel Domini, ut legitur in Actis, *cum plenitudine fidei*; ita ut non omnis schola hoc improbarit, quamvis plurimi *Thomæ* addictiores contrariam partem sint amplexi.

Ep. 304. p. 138.

§. 27.

Græcorum à Latinis discrimen circa baptismum.

HAUD abs re erit, si hic diversas mutationes, in forma baptismi, apud Græcos, quibusque in rebus hi à Latinis differant, pluribus prosequamur.

Admittitur à Græcis Latinorum baptisma, ut enim objiciebat *Gregorius* Patriarcha *Marco* Ephesio, nusquam viderat *Latinos iterum baptizari à Græcis*; saltem id rarissimum fuit. Aliter paulò Latini, nam *Innocentius III.* virtute destitui Græcorum baptismum, quod in omnibus cum Ecclesia Romana non sentirent, definivit; ajuntque *Gregorium IX.* Græcos ad se confugientes iterum tingi voluisse. Attamen cum illud baptisma probaverint *Eugenius* Pontifex, Conciliumque Florentinum; nulla, ea de re, nunc esse debet controversia. Quintuplex tamen observatur inter Græcos & Latinos, circa baptisma, discrimen.

Apol. adv. Marci Ep. Conc. I. 65. p. 760.

Prius est *immersio trina*, quam summa religione observant Græci, eam necessariam omnino autumantes; ὅτι μὲν ἀναγκαῖόν ἐςι, inquit *Gregorius*. Mirare tantummodò hominem hic asserentem idem teneri à Latinis, καὶ τὰ τακτικὰ τῶν Λατίνων ὅτω λέγουσιν: *Et Latinorum Ritualia ita ferunt.* De veritate dictorum parum curabat ille Patriarcha, ritibus suis addictus, qui tamen à Romanorum partibus, lucri causâ, stabat. Consentientes prædicabat Ecclesias, quæ tamen diversissimis ritibus gaudebant, id ut emolliret observabat caput infantum, apud Græcos, non immergi, ne cohibeatur respiratio per nares, aut aqua permeet per aures; sed aquam è fonte sacro dum mergitur infans haustam capiti infundi. Inde tamen non sequitur immersionem, apud Græcos, antiquatam fuisse: Hæc igitur primum debet, inter Orientalem & Occidentalem Ecclesiam constituere discrimen perpetuum.

§. 28.

Græci personam baptizantis non exprimunt.

SECUNDO Græci personam Sacerdotis, aut Ministri non exprimunt, quod faciunt Latini omnes. Hac in re, vitilitigans morosè nimis *Innocentius* Papa, Baptismum repudiavit, si quis dixisset *Ego Petrus* vel *ego Sacerdos, ego Episcopus baptizo te*; quippe formula recepta violabatur. In diversa planè abeunt Græci à Latinis alieni, qui personam nullam indicant, illudque *ego* decantatissimum subripiunt. Inde nata Scholasticis occasio disputandi, an pronomen illud deberet necessario pronunciari? Negatum est à *Thoma*. " Utrum „ expressio personæ Ministri, quæ fit secundum nos, sit de necessitate baptismi, „ apud quosdam dubium est. Probabilius „ tamen dici potest quod non sit, ne cogamur totam Græcorum Ecclesiam absque baptismo ponere, qui Personam non „ exprimunt baptizantis. " Hic habes Græcorum sententiam, Latinorum dubia flexibilemque *Thomæ* mentem, qui ne damnare cogatur Græcos molliter judicat de essentia Sacramenti; quasi penderet ea ab hominum ritibus & praxi, nec dignosci deberent Sacramenta ex unius Dei voluntate vel institutione; eadem tamen habet *Paludanus* ac *Thomas*.

§. 29.

Discrimen tertium.

ALIUD occurrit discrimen in ipsa forma Sacramenti, quæ duplex fuit apud Græcos, dum illi formâ deprecativâ *baptizetur*, Sacramentum administrabant. Cùm enim gratiam à Supremo Numine fluere persuasum haberent, nec illam quam Sacerdotibus aut Ministris tribuunt potestatem Latini, qui *Sacerdotem in persona Christi conficere Sacramentum* aiunt, concederent, absolutam orationem in Sacramentis præcipuè refugiebant, nec nisi verbis deprecatoriis utebantur. Quidquid in hanc rem objiciatur à *Goaro* cæterisque, constat ipsam Eucharistiam non nisi orationibus precibusque apud Græcos fuisse consecratam; unde nata est adversus eos vehemens à parte Latinorum, in Concilio Florentino, querela: sic etiam vota precesque in baptismo sæpiùs usurparunt; sic *Euthymius* consueverat orationes pronunciare Agarenos aliquos baptizans. Unus testis suffecerit *Eugenius* Pontifex, hanc formulam in Decreto ad Armenos referens: *non tamen negamus cum per verba illa deprecatoria*: Baptizetur talis Servus Christi, *verum perficiatur baptisma.* Ineptè reposuit aliquis ad marginem *Baptizatur*, quippe utramque formulam eo loci repræsentat *Eugenius.*

Eugen. Decret. ad Arm. Conc. T. 13. p. 538. Euthym. Vita Colel.

Immutaverunt recentiores Græci veterem illam, & per multa Sæcula receptam Patribus formulam, nec tamen cum Latinis prorsus hac in re consentiunt; sic enim recentiora ferunt Euchologia: βαπτίζεται ὁ δοῦλος Θεοῦ ὁ δεῖνα εἰς ὄνομα &c. *Baptizatur*, sic enim reddendum, non *Baptizetur*,

Euchol. Græc. p. 355.

talis

talis servus Christi in nomine Patris &c. Rationem hujus formulæ, apud Græcos usitatissimæ, hanc reddunt, fieri id ex modestia, ne qui cæteris sese præferrent eo nomine, quod à præstantiore Sacerdote fuissent baptizati; orta enim cum fuerint ea de re contentiones in Ecclesia Corinthiorum, temporibus Pauli, obviam ire malo crediderunt Orientales, si tertia utentes persona, se tantum Ministros Sacramenti indicarent Sacerdotes; quam ritus originem referunt cum *Gabriel Biel*, tum *Alphonsus à Castro*. Futilis sanè ratio, quæ Corinthiorum fastum non repressisset, nec enim ex formula, sed ex manu famæque administrantis gloria ducebatur; nec fuit vetus ille ritus. Refertur quidem in Prato Spirituali, Hebræum quemdam in eremo deficientem baptizatum esse ex arena, his verbis ab industrio Laico prolatis: *Baptizatur Theodorus in nomine Patris*. At merito suspicionem cordatis omnibus movet *Mosehus*, auctor Prati Spiritualis, fabulas qui perpetuò narrat. Nec illud Capitulum legitur, in editione accuratiore à *Joan. Bapt. Cotelerio*, Viro doctissimo procurata. Eo tamen admisso, verti potest Græcum *baptizetur*, ita ut à priori formula non recesserit ille Laicus. *Gabriel Biel*, Sæculo decimo quinto, Græcorum verba referens, ipsis vocem optativam tribuit, *baptizetur*; recentior igitur fuit illa Græcorum innovatio.

Biel in sent. IV. Dist. III. qui unica.

Mosch. Prat. Spirit. c. 175.

Fuere multi, inter Latinos, qui dubitarent an Græcorum Sacramenta, quorum ritus formulis ab Ecclesia Romana receptis dissimilis erat, valida essent. Distinxerunt quidam subtiliter nimis, dum Baptismum Græcorum apud suos valere, efficaciâ vero destitui, si celebraretur apud Latinos, quia tunc violatur norma ab Ecclesia præscripta, voluerunt. At Græci vel essentiam Sacramenti abolent hac innovatione, vel non. Si perierit essentia Sacramenti, tunc irritum est, ubicunque sit administratum; nec enim pendet essentia Sacramentorum à locorum diversitate, nec penès Ecclesiam immutandi rerum essentias potestas. Lege latâ apud Latinos, tenentur Græci ubicunque fuerint, si eâ violata ruit Sacramentum: vel nullibi obligare potest. Revera quantumvis sit illud discrimen, quod atro carbone notavit *Innocentius* Pontifex, moderatiores alii Baptisma Græcorum admiserunt, inter quos præcipuæ est *Eugenius IV.* Instructione ad Armenos.

§. 30.

Quartum discrimen.

QUARTUM observatur discrimen nonnullis Græcis peculiare, nobis tamen observandum. Sunt multi, inter Orientales, qui ad singularum Personarum Patris & Filii nomina sic interserunt *Amen*, εἰς ὄνομα τȣ̃ πατρὸς ἀμὴν, καὶ τȣ̃ υἱȣ̃ ἀμὴν, καὶ τȣ̃ ἁγίȣ πνεύματος ἀμὴν, *in nomine Patris Amen, & Filii Amen, & Spiritus Amen*. Confitetur *Rhodinus* hoc plurimos Græcos pronuntiare, probatque ex quibusdam veteribus Euchologiis. Ne tamen discrimen illud nova sereret inter Latinos & Græcos discordiæ semina, contendit illud *Amen* Euchologiis inseruisse Correctores typorum illiteratos. Conjiciunt alii, illos ex Rituali *Severi* Alexandrini hausisse & privatâ auctoritate inseruisse Euchologiis Græcorum. Errat certè *Rhodinus* & cum illo cæteri qui typorum emendatoribus aut ignaris quibusdam Græcis rem tribuerunt; quippe à longo tempore in Prato Spirituali Eremita, qui Hebræi baptismo fuerunt præsentes, jam eo tempore respondebant ad singula nomina Trinitatis *Amen*. Antiquus igitur est mos plebis respondentis Euchologiis, & à plebe respondente *Amen* illud usurparunt Sacerdotes, vel, quod mihi multò verisimilius fit, cum Sacerdotes optativo modo baptizarent, eorumque fuerit olim oratio votiva: *baptizetur in nomine Patris*, facilè potuit, imo debuit irrepere *Amen* illud, quo confirmabatur votum Deo in gratiam baptizati fusum.

c. 175.

§. 31.

Chrisma Græcis in usu.

DENIQUE Græci *Chrisma* adhibent in baptismo, à quo à pluribus Sæculis abstinuere Latini. Duo quidem constant: Primum Græcos agnoscere Sacramenta, inter quæ unctionem baptismati sociatam recensent; idque patet, ne cæteros proferam, ex *Jeremiæ* Responso primo ad Theologos Wittembergenses. Secundò, baptizatos tingunt in vertice Latini, ideoque iis hac in re convenire contendit, adversus *Marcum* Ephesium Præsulem, *Gregorius* Patriarcha: τῷ μύρῳ τȣ̀ς βαπτιζομένȣς οἱ Λατίνοι χρίȣσι, καὶ ὡς ἡμῆς ἐν τῶν ἕπτα μυςηρίων τῆς ἐκκλησίας τὴν τελετήν τȣ̃ μύρȣ λέγȣσιν. *Latini etiam baptizatos ungunt chrismate, & æque ac nos credunt unctionem Chrismatis esse unum de septem Ecclesiæ Sacramentis.*

c. 7. p. 77.

Apolog. Conc. T. XIII. p. 763.

Ignoscendum *Gregorio* qui unionem illam Græcorum cum Latinis in Concilio Florentino arte vique confectam tuendam susceperat, quæ distinguenda sunt non satis accuratè distinxisse. Fucum facere voluit Græcis ab Unione illa abhorrentibus, seseque crimine ab ipsis intentato purgare. Nihil obstat igitur, quo minus hic quintum circa baptismum inter Græcos & Latinos observemus discrimen, multa enim in ea unctione discrepant.

Primò ungunt Latini baptizatos in vertice, qui mos receptus non est apud Græcos. In hujus discriminis causas inquirat, quantum voluerit, *Goar*; nos non curamus; modo de diversitate, quæ negari non potest, constet. Illam in vertice baptizatorum unctionem inter Sacramenta non numerant nec à baptismo distinguunt Latini, quod Græcorum esse dogma probatur facillimè, ex eo quod ungunt Græci Latinos ad se confugientes. Secundò, nefas est Latinis repetere unctionem, vel baptismalem, vel confirmativam, ut loquuntur; illa enim Sacramenta semel administrata nullatenus iterari debent. At alia planè

meo

mens est Græcis, circa unctionem illam Sacramentalem, quam baptismati adjunxerunt. Legitur enim in Euchologio I.: Imperatores Chrismate perfundi, quod jam notaverat *Jobius*: καὶ τȣ́τοις γὰρ προκεχειμένοις πάντως ὡς ἔθος πᾶσι μετὰ τὸ βάπτισμα αὖθις Θείȣ μύρȣ σφραγὶς περιχέεται; *Illis enim jam unctis, ut fieri solet omnibus, post baptisma iterum unguntur divini Chrismatis sigillo.* Idem fit pœnitentibus, ab errore ad Ecclesiam revertentibus; ideoque ungebantur olim à Græcis ante Concilium Florentinum ipsi Latini, quos inter Hæreticos recensebant. Diversa igitur est à Latinorum unctione Græcorum unctio, quæ renovari sæpius potest & debet.

De Sacris apud Arcad. de Conf. c. 19.

Tertiò, nullus nisi prius unctus apud Græcos communicat, quod nullatenus exigitur à Latinis pristinum dogma tuentibus, neminem rite baptizatum posse à communione arceri.

Denique Sacerdotes ungunt apud Græcos, quod non nisi Latinorum Episcopis licet, tantumque nefas est, ut, etiam necessitate postulante, illud nisi Sacrilegus Sacerdos audeat perpetrare. Hanc difficultatem elevare conatur *Arcadius*, Sacerdotes Ministros extraordinarios Confirmationis ex concessione aliqua sibi fingens, Episcopos verò Ministros ordinarios appellans. Sed an illi extraordinarii Sacramentorum Ministri dicendi sunt, qui illa ex more solito omnibus perpetuoque administrant? an verò illi ordinarii sunt Ministri, qui rarissimè, aut nunquam illis celebrandis navant operam? rarissime apud Græcos consignat Episcopus; frequenter, imò sæpius ungit Presbyter; hic igitur Sacramenti Minister ordinarius haberi debet. Nec solvit difficultatem *Jacobus Goar*, dum Patriarcham Constantinopolitanum è baptisterio Sophiæ ad vicinam ædem properantem ut ungat baptizatos, cum Pontifice Romano ex Constantinianis ædibus, ubi confectus est baptismus, ad ædiculam Sacram S. Mariæ in fontibus, ut ibi manus imponat & ungat proficiscente conferre studet, hoc enim nihil ad rem; quippe quod negatur à nemine Pontifices Græcorum aliquando ungere, ut solet Pontifex Latinorum. In eo est maximum discrimen, quod Presbyteri ungant apud Græcos, quod fieri à suis non patiuntur Latini.

Asserit *Gabriel Philadelphiensis*, Pontifices ipsos Græcorum annuisse Presbyteris ut ungerent, ne repentinâ morte præventi qui baptizabantur ex hac vita migrarent unctione nondum peractâ. At fallitur ille, quippe nullum concessionis hujus apparet vestigium. Vetustissimus est ille Ritus Græcorum; nec ab Episcopo Romano, ut voluit *Arcadius*, nec à Præsulibus Orientalibus, ut contendit *Gabriel*, ullo peculiari diplomate videtur emanasse privilegium. Deinde novum inde oritur, inter Latinos & Græcos, discrimen; sequitur enim inde Græcis Unctionem ita videri necessariam, ut metuant ne homo morte præventus eâ privetur; at ea non est Latinis fides, Confirmationis Sacramentum ad septimum annum, pluresque procrastinantibus. Quidquid sit de origine Ritus, certum est in eo dissentire Latinos à Græcis, quod hi in baptismo Unctionem à Sacerdotibus conferri curent, quam non admittunt Latini, nisi administretur à Præsule, pluribus annis à baptismo elapsis. *Difficultatem* igitur illam *abrupit nodumque præscidit potius, quam solvit, Goar*, ad eam responsionem confugiens.

Aliud observare licet, in quo discrepant à Latinis Græci, circa Unctionem superius memoratam; illi quippe Confirmationis essentiam vocant impositionem manuum, quam Græci non adhibent, nullamque agnoscunt in unctione baptismatis. Quot discrimina!

§. 32.

Latinorum inter sese discrepantiæ.

Nec Latinis semper inter se, circa Baptismi formam, convenit; est enim hominum genus varium & mutabile etiam in rebus Sacris, à Deo licet præscriptis. Quæsitum est inter Scholasticos, an prior formulæ pars: *Ego te baptizo*, pertineat ad essentiam baptismi. Agitata fuit ea quæstio potissimum Sæculo duodecimo, inter *Stephanum Tornacensem* & *Petrum Claramontanum*. Interrogatur à *Petro Stephanus*, an sufficeret baptismum conferenti pronunciare hæc verba: *In nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti?* Observarunt ambo, hanc formulam esse usitatissimam Laicis baptizantibus, apud quos omittebantur planè illa verba: *Ego te baptizo.* Adjiciebat *Stephanus*, aliud non præscribi, nec à Christo juberi unquam ut diceretur: *Ego te baptizo.* Subjicitur nova ratio à viro docto, qui nostris etiam temporibus hanc sententiam probavit. Cum enim ut preces, inquit, Deo fundantur, necesse non est ut prius moneatur plebs dicendo: *Oro*; Sic etiam ut conferatur baptisma necesse non est pronuntiari illa verba: *Ego te baptizo.* Inter Scholasticos multi hanc sententiam propugnaverunt, inter quos accensetur *Petrus Cantor*; cujus summa de Sacramentis & animæ consiliis habetur manuscripta, inter Codices Bibliothecæ Victorianæ.

Aliam plane sententiam tuebatur *Mauricius Parisiensis*, *Stephano Tornacensi* æqualis, & eadem de re à *Petro Claromontano* interrogatus. Respondit enim ille à Ministro Sacramenti actum indicari debere; quæ sententia tandem aliquot post Sæculis prævaluit.

Solliciti sunt jure merito Doctores de Auctoritate *Alexandri III.* Constat enim illum paulò ante *Stephanum Tornacensem* statuisse *si quis puerum ter in aqua immerserit in nomine Patris & Filii & Spiritus Amen*, nec dixerit: *Ego te baptizo*; *puerum non esse baptizatum.* Quæ definitio refertur à *Thoma*, & inserta Decretalibus à *Raymondo* legitur. Nec evadet Pontifex si dicatur, noluisse, ut Sacramentum, antea hoc ritu validè celebratum, valeret in posterum; apud eos scilicet, ad quos Decretum pervenisset; nam 1. *Stephanus Tornacensis* docuit pluribus annis post *Alexandrum*, ideoque hac lege obstrictus esse debuit,

Th. 3. p. 66. a. 5. T. 3. p. 308.

buit, si neminem aliter de Sacramentis sentire licet, cum Papa definivit. 2. jure meritone supponatur *Stephanum* ignorasse legem Romæ latam in vicinia suoque tempore, quæ Episcoporum omniumque baptizantium debuit esse norma. Denique, an pendebat *Alexandri* definitio ab opera studioque *Raymundi*, qui corripilandis decretalibus Sæculo post editam legem scripsit; an potius pendebat illud Decretum ex felici successu Operum *Raymundi*? quod doctos latere potuit multo potius quam scripta Pontificis. Quidquid sit de auctoritate *Alexandri*, constat primo, contrariam ipsi sententiam secutum esse *Stephanum Tornacensem*, eamque per aliquot annos prævaluisse, ita ut baptizarentur infantes absque verbis illis: *ego te baptizo*, quæ summa fuit innovatio in formula Sacramenti.

Secundò, Laicos sæpius baptizasse omissis iis verbis, quorum tamen baptisma velut legitimum admittitur. Damnavit quidem *Hugo de Sancto Victore* fœminam quandam, quæ cum puerum abluerat in balneo, dixerat: *in nomine Patris*, *Filii & Spiritus Sancti*, quæque sibi fingebat baptizatum hac ratione infantem. At ideò negavit baptismum fuisse validum, quod mulier illa de baptismo conferendo nequidem cogitasset, scurriliterque vel incauta penitus verba Christi pronunciasset; alioqui sentiebat *Hugo de S. Victore* non esse necessaria, modo Sacramentum administrare voluisset mulier.

Tertiò, periculosissima fuit illa Doctorum, Laicorumque sententia; cùm enim verba: *Patris*, *Filii Spiritusque Sancti* varias patiantur applicationes à Sacramento prorsus alienas, ut patet ex muliere superiùs memorata, debet actus Sacramenti disertis verbis indicari, ut circa ejus celebrationem nullâ suspicione laborent infantes, Patrini populusque.

§. 33.

Innovatio alia. Apud Adrian. VI. de Sacr. f. 23.

NEC ea sola fuit, apud Latinos, circa formam baptismi innovatio. Fuit olim vulgare Doctorum dictum: *Si quis forma communi baptismi addat hanc particulam: & beati Petri & beatæ Mariæ Virginis* &c. *& credat & velit hoc esse de essentiæ forma, non est baptisma; secus est, si ex devotione adderet.* Liberum fuit igitur de suo Sanctorum nomina Trinitati adjicere, eaque ratione à formula Christi, qui nihil tale præcepit, recedere; nec facientibus illud crimini vertebatur; è contrario, pietatis indicium fuit illa Sanctorum Supremo Numini associatio; illud tantummodò exigebatur, ne legem facerent, essentialeque Sacramento putarent, quod de suo adjunxerant. At reprehendetur in iis levissimus error, etenim vel forma baptismi diruitur planè per associationem B. Petri & Virginis cum Trinitate, vel non: Si nullatenus diruitur, verus semper fuit Baptismus, sive credas adjunctionem necessariam vel inutilem; quippe illa fides non detrahit formæ baptismi quæ genuina fuit: Si verò detrahitur formulæ Christi nomina Doctorum Trinitati adjungendo, tum verò fieri sub devotionis religionisque specie non debet; hanc tamen innovationem à Doctoribus probatam calculo suo firmavit *Adrianus Sextus*.

§. 34.

Innovatio in veteris Missalibus observata. n. 36. Coll. ad fontes Bened. p. 247. Miss. Gall. vetus n. 25. p. 364. Sacram. Gallic. p. 323.

ALIA quidem, sed levioris momenti leguntur in vetustissimis Gothorum Gallorumque Liturgiis; quippe vetus Missale Gothicum sic habet: *Baptizo te in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti, in remissionem peccatorum, ut habeas vitam æternam Amen.* In Gallicano vero omittitur *remissio peccatorum*. Novum edidit Sacramentarium Gallicanum *Mobillonius*, Musei Italici tomo primo, in quo baptizantur infantes *in nomine Patris, Filii, Spiritus Sancti unam habentem substantiam, ut habeas vitam æternam & partem cum Sanctis.* Mendum cubat in textu; legendum, ni fallor, *unam habentium substantiam*; aliter soloecizaret auctor Sacramentarii Veteris. Quamquam autem nullum continent errorem hæc additamenta, mirari tamen subit Theologos Christi verbis, ut quidem videtur, ita tenaciter addictos, ut Christi nomen loco Patris & Spiritus Sancti substitui non patiantur, quamvis exemplo Apostolorum moveantur, probasse tamen plurima, quæ proprio Marte fingunt homines, & nulla fulti auctoritate formulæ baptismi adsuunt. Metuendum sane fuit, dum natura Divinitatis vel effecta Sacramenti explicabantur, ne subjicerentur errores varii; hanc tamen quam adrogarunt sibi cum Galli veteres, tum Gothi potestatem, nemo, quod sciam, damnavit, dum *Alcuinus* ob levissimas rituum immutationes Hispanos reprehendit, & talia condonat Gothis, cum quibus ipsi fuit consuetudo, ut patet ex ejus Epistola apud *Balusium*, vel non animadvertit Gallos suos multo pejus Hispanis peccare. Ajunt enim harum Liturgiarum editores, *Thomasius* & *Mabillonius*, Viri doctissimi, illas esse vetustissimas.

§. 35.

Lotio pedum in baptismo. Miss. Goth. n. 35. p. 249. & Miss. Gall. n. 25. p. 364.

NEC adhuc finis innovationum; apud eosdem enim Gothos, Gallosque adjiciebatur *lotio pedum*. Sic namque in illorum Missalibus legitur: *Baptizato & Uncto Catechumeno.* " Dominus & Salvator noster Jesus Christus Apostolis suis pedes lavit, ego tibi pedes lavo, ut tu facias hospitibus & peregrinis, qui ad te venerint; hoc si feceris habebis vitam æternam in sæcula sæculorum Amen. " Hæc lotio fuit pars baptismi ut Chrismatio, imò sanctitatem conferre autumabant hujus ritus auctores. In eo tamen differebant Gothi & Galli à cœteris omnibus Ecclesiis, exceptâ Mediolanensi & Hispanâ. De Mediolanensi constat ex *Ambrosio*. De Hispania probatur ex Concilii Eliberitani Canone quadragesimo octavo, quo vetatur *plebis pedes lavari à Sacerdotibus vel Cle-*

De iis qui init. & VI. Concil. Eliber. c. 48.

Clericis. Legunt alii *sed Clericis*, ita ut immutaretur hoc Canone ordo sive Ministerium lavantium pedes post baptismum. Quidquid sit, post legem latam varias in partes scissi sunt Hispani, aliis baptizatorum pedes nequaquam abluentibus, aliis ritum illum in Cœnam Domini transferentibus; cui rituum varietati ut obviaret Concilium Toletanum, jussit in omnibus Ecclesiis lavari pedes in Cœna Domini, cùm nec dum usus ille invaluisset in Ecclesia Romana; quod observandum adversus *Mendozam* contendentem illam lavandi pedes consuetudinem post baptismum, ideò abrogatam fuisse à Patribus Illiberitanis, quod in omnibus consentire vellent cum Ecclesia Romana quæ sit cæterarum Mater. Conjicit quidem *Bonanni*, qui nobis numismata Pontificum descripsit amplissimoque Commentario illustravit, lotionem pedum in Cœna Domini ab Apostolis numquam intermissam retinuisse summos Pontifices, qui Domini vices obeant. Sed levissima hæc fuit ejus conjectura; nullum enim profert, quo nitatur, auctorem, præter *Alphonsum à Villega*, qui in Flore Sanctorum asseruit, *Gregorium M.* hanc consuetudinem *antiquam* in Ecclesia firmasse, ne periret; unde colligit ritum jam temporibus *Gregorii I.* antiquum fuisse abs ejus Decessoribus celebratum. At quale est hoc argumentum? Testis ne est, cui fidem habere debeamus, circa *Gregorii I.* tempora vel vitam *Alphonsus à Villega* eo tot sæculis junior? an collectio quæ recentioris scriptoris testimonio fulta est, apud nos valere debet? Vixit ille *Villegas*, qui Vitas Sanctorum consarcinavit Sæculo decimo sexto, mille scilicet, annis post *Gregorium I.* cui talia numquam tribuunt ejus Biographi, etiam noni Sæculi Scriptores. Et revera non observavit ille quod à Cardinale *Bona* jam fuerat indicatum, libros illos de Sacramentis, qui sub *Ambrosii* nomine circumferuntur, non esse editos, nisi Sæculo vel octavo, vel etiam nono. At disertis verbis asserit Scriptor ille, lotionem pedum nondum invaluisse in Ecclesia Romana: *Non ignoramus*, inquit ille, qui vixit apud Mediolanensis, *quod Ecclesia Romana non habeat hanc consuetudinem.* Imò probat ipsam illam consuetudinem non institutam fuisse humilitatis tantum causâ, sed *quia est sanctificatio*; quæ scilicet, adjiciebatur gratiæ baptismi; certumque præterea est, nullum lotionis pedum apparere vestigium ante *Leonem IX.* qui undecimo Sæculo vixit; is enim in Monasterio Cassinensi *ingressus est ad mandatum, hoc est, ad pedilavium, pedesque duodecim Monachis lavit*; ab eoque tempore moris illius mentio sæpiùs occurrit in Ordinibus Romanis, quos edidit *Mabillonius.* Omissis priorum Sæculorum Testimoniis quæ nulla habuit *Bonanni*, hos Ordines tantùm indicare debuit, ibique pedem figere. Primus autem Ordo Romanus, quo probetur ille ritus, non editus est ante Sæculum XI. vel etiam XIII. At pedilavium Romanorum, in Cœna Domini, diversum est à pedilaviis Gallorum qui longè antea pedes lavabant baptizatis Catechumenis, ut eorum sanctificationem peragerent. Hanc *Cæsarius Arelatensis* indicavit in Sermonibus qui habentur in Appendice *B. Augustini.* Loquitur sexto Sæculo *de Chrismatis confessione & fraterna pedum ablutione*, *Eligius* Noviomensis apud Gallos Præsul. Id denique confirmatur ex Liturgiis Gallorum & Gothorum superius memoratis.

Conc. Tol. XVII. an. 694. c. 3. t. 6. p. 1365. De Conat. Illib. l. 3. c. 25. p. 12. 73. T. 2. Num. Pontif. in Pio V. T. I. p. 315.

Ambros. de Sacr. l. 3. c. 1. p. 364.

Leo Ostiens. Chron. l. 2. c. 85. Mas. Ital. T. 2.

§. 36.

Conclusio.

LOTIONEM pedum non reprehendit, apud Hispanos, *Alcuinus*, eo quod idem ritus vigeret apud Gallos & Gothos. Mirandum tamen ipsum illos reprehendere levissima de causa, quod ter immergerent in pronunciando verba: *in nomine Patris* &c.

Paulò fusius hæc sumus prosecuti, occasione *Alcuini*, Hispanos castigantis, ob baptizandi ritum diversum, nec inutilem ingratamque ea in re Lectori operam præstitisse credimus.

CAPUT

CAPUT VII.

De Pœnitentia variisque ejus Ritibus octavum nonumque Sæculum spectantibus ad Pœnitentiale Halitgarii, Isidori &c.

§. 1.

Pœnitentiales nulli Sæculo III.

VETUS est pœnitentia; at libri pœnitentiales dicti sequiorum sunt temporum, nullus enim occurrit ante octavum, vel nonum Sæculum. *Morinus* ut pœnitentialibus summam conciliet antiquitatem multa congessit. Primò *Cyprianum* sæpius laudat, qui Pœnitentiales libellos vel potius Epistolas scripserit, Episcoporumque studium in convocandis Conciliis, ut de pœnitentium casibus variis ageretur, vehementer commendat. Deinde verò ab ætate *Cypriani* contendit multo notiores fuisse Libellos Pœnitentiales, multoque plures editos, quorum quisque Presbyter exemplar secum habere debebat, ut ad ipsorum præscriptum pœnitentiis modum imponeret, idque multis probasse Libri VII. de Pœnitentia ultimo Capite credidit. Nos aliam planè sententiam amplectimur, non contendendi studio, sed veritatis amore, nullosque Pœnitentiales Libros ante octavum Sæculum publicâ auctoritate sancitos & quibus uterentur Presbyteri probatum dabimus.

Morin. de Pœnit. l. IV. c. 17. p. 207.

Summa libertate utebatur Ecclesia vetus, nec una Diocesis ab alterius nutu pendebat; sic unaquæque Regio proprios habuit Ritus secundùm quos lapsis infligebantur pœnæ. Ubi aliqua suboriebatur occasio, circa quam dubia moverentur, interrogabantur ea de re viri celebres, præsertim Episcopi, quorum Responsa in Diocesi vim legis obtinebant. Hujus generis sunt *Cypriani*, *Gregorii Thavmaturgi*, *Petri Alexandrini* Epistolæ, quos velut Pœnitentiales Libros à tota Ecclesia receptos immeritò laudant plurimi. Aliquis forsan Canones Apostolorum velut Leges Pœnitentiales easque vetustissimas admiserit. Hac in sententia fuit *Morinus*, quantumvis doctissimus. Sed obstant duo: Primum à *Dallæo* jam observatum, in his Canonibus sanciri, *ut pœnitentes post lapsum recipiantur*: quæ adversâ fronte pugnant cum usu ab Ecclesia recepto; priùs enim nulla concedebatur pœnitentia lapsis ante *Zephyrinum Tertullianumque*. Unde patet hunc Canonem non nisi tertio Sæculo medio fuisse confictum. Alterum verò magis ad rem, Canones bini & brevissimi inter Pœnitentiales Libros non possunt accenseri, quippe illi Canones nec pœnas diversissimas quæ reis imponi debuerunt, nec ritus, nec tempora pœnitentiæ explicant, quin potius probant illi varias diversis temporibus sancitas fuisse leges, nec ullos Canones, Sæculo tertio, qui publica auctoritate firmarentur, hanc in rem fuisse consarcinatos.

§. 2.

An Cyprianus Pœnitentiale scripserit.

Desinente Persecutione Decianâ, multi inter lapsos ad communionem temere properabant, variis adinventis artibus, quibus pœnitentiam effugerent. Deinde plurimi sese offerebant casus, virginum exempli gratiâ, quæ sese castissimas profitebantur, quamquam in lecto cum viris decubuissent, vel Histrionis, qui dum illam artem profiteri voluit, tamen docere licitum sibi putavit.
Consultus de rebus *Cyprianus* & animarum saluti invigilans sententiam suam promulgavit, circa quam multa mihi videntur observanda; *Cyprianus* enim, tanquam peculiaris Carthaginis Episcopus, Responsa sua dedit, nullo coacto Concilio, cujus ope & conciliis controversiam dijudicaret. Illius itaque Epistolæ, quæ Africanos aliquot Episcopos hæsitantes, vel Presbyteros respiciebant, haberi non debent velut leges authenticæ totius Ecclesiæ.

Dum sæviret persecutio, ingens lapsorum numerus cum Romæ, tum etiam Carthagine magnas concitavit turbas; erumpebant, scilicet, illi & summâ animi contentione postulabant ut sibi Ecclesiæ pax restitueretur, utque hoc facilius impetrarent, à Confessoribus in carcere detentis, vel libellos vel manus impositionem extorquebant. *Cyprianus* qui secesserat, ut hunc impetum reprimeret, voluit lapsis, qui à Martyribus libellos acceperant, si mortis periculum incurrerent, exomologesi factâ apud Presbyterum manus imponi, *ut cum pace venirent ad Dominum*: Quæ verba, ut id obiter notem, indicant non modò ad pœnitentiam sed etiam ad pacem Ecclesiæ lapsos fuisse admissos; contra quam voluerunt viri doctissimi; cæteros verò, qui corpore sano gaudebant, pacem Ecclesiæ conciliumque voluit exspectare; nec tamen *in eo legem dedit aut temere se auctorem constituit*, ut ipse loquitur, dum Decretum suum à cavillationibus quorundam vindicavit. Displicuit Romano Clero hæc *Cypriani* sententia, aut saltem omnino non arrisit; fallitur enim *Albaspinæus* qui dignum

Epist. 19. 20.

Observ. l. 2. p. 115.

num credidit *Cyprianum*, qui Decretorum Romanorum intelligentiam pugnacissimè defendisse judicetur. Ficulneo nititur ille fundamento, quippe *Cyprianum* nec semper nec tenaciter Decretis Romanorum etiam Pontificum, quanto magis Cleri inferioris adhæsisse norunt omnes. Deinde constat eos, hac in re, non oppositam quidem, diversam tamen iniisse viam; quippe Clerus Romanus, Sede vacante, legem tulerat, quâ omnes lapsi recipiebantur. Lex igitur *Cypriani*, quamquam effervescente persecutione apud Africanos locum habuerit, ab aliis, Romanis scilicet, recepta non est; nec ipse aliquid propriâ auctoritate voluit definire, sed solummodò temporum necessitati consuluit. Falluntur igitur, qui has Epistolas *Cypriani* circa lapsos, velut totidem Pœnitentiales Libellos laudant.

Pace restitutâ stetit promissis Carthaginensis Præsul, concilioque convocato, *ex Scriptura*, ut ipse quidem asserit, nam in Sacro Canone de ritu, vel tempore quo lapsi pœnitentiam agere debeant, ne verbum quidem occurrit; negotio *librato*, ne spes communicationis & pacis denegaretur in totum lapsis, triennalis pœnitentia ipsis fuit imposita. *Baronius* equidem huic Concilio Canones Pœnitentiales tribuit, in quibus singuli casus & tempus ac modus pœnitentiæ explicabantur. Sed ex mera conjectura *Baronius* rem narrat. Nullus enim legitur Canon Concilii Carthaginensis, *Cypriano* præside, nec ullus à veteribus indicatus est. Libellus quem laudat *Cyprianus*, in quo singula placitorum Capita conscripserat, fuit Tractatus de lapsis, quem ipse prius vulgaverat. Duo fecit Synodus: Primò summum nefas ausa est, si verum fuerit Canones pœnitentiales à tota Ecclesia fuisse admissos, & publicâ auctoritate usuque ab Apostolicis temporibus firmatos; quippe legem veterem abrogavit Concilium Carthaginense, impellente, scilicet, lapsorum multitudine, qui vi tormentorum victi defecerant à veritate. Cum enim pax olim denegaretur idololatris & mœchis, Concilium illam *salubri moderatione* concessit. Sed reverâ lex non invaluerat, apud omnes Afros; testis est ipse *Cyprianus* adversus Pontificem Romanum insurgens, qui olim alios in Africa pacem mœchis indulsisse, alios denegasse, salva tamen Ecclesiarum pace, contendit. Secundò, nec plura definire tentavit Concilium illud, sed *singulorum casus*, *voluntates & necessitates* Episcopis dijudicandas permisit: quod conjecturam nostram firmat, nullos tunc Pœnitentiales libros fuisse editos, sed varios casus & ritus à singulis Præsulibus pensitari solitos.

Baron. an. 254. n. 89.

Nec ab omnibus etiam Afris recepta fuit illa definitio Carthaginensis; *Antonianus* enim Episcopus *Cyprianum* ipsum damnavit, quod cum primò Evangelii vigorem defendisset, postea laxandam pacem putaverit; quin imò, ut fluxæ erant priorum illorum temporum leges, intra paucos annos ab ipsis Africanis antiquata est illa prior Concilii Carthaginensis sententia, ut ex alterius Concilii Decreto facile probatur. *Constitueramus jam pridem, ut qui in persecutionis infestatione supplantati ab Adversario & lapsi fuissent, agerent pœnitentiam plenam, & si periculum infirmitatis urgeret, pacem sub ictu mortis acciperent. Sed cum videamus diem rursus alterius infestationis appropinquare cœpisse, necessitate cogente censuimus iis qui de Ecclesia non recesserunt, sed pœnitentiam agere & lamentari ac Deum deprecari à primo lapsus sui die non destiterunt, pacem dandam esse, & eos ad prælium quod imminet armari & instrui debere.* Hactenus igitur nulla lex certa firmaque habebatur, circa lapsorum reconciliationem, quæ fuit momentosissima; quantò vero minus circa casus quam plurimos, qui quamquam paulo leviores, frequentissime tamen occurrebant.

Cypr. Ep. 55.

Ep. 57. p. 116.

§. 3.

Habetur quidem Canonica *Gregorii Thaumaturgi* Epistola; at is, peculiari de causa, fuerat interrogatus, de violatis, scilicet, fœminis à Barbaris, in regionem irrumpentibus, & de bonorum direptione à Christianis tunc temporis facta. Nec facile credas Episcopum Neocæsariensem, in orbis angulo, cæteris Episcopis, ne Romano quidem excepto, Leges tulisse. Canones *Petri Alexandrini*, qui ad quartum Sæculum referri debet, non sunt genuinus tanti viri, qui decus Episcoporum meruit appellari, fœtus. Excerpti, scilicet, fuerunt ex ipsius Tractatu, vel Homilia de Pœnitentia, & in Canonum formam redacti; quo autem tempore vixerit Excerptor, incertum; & mirum non est, Præsulem de pœnitentia concionem habuisse; mutatâ vero concionis forma vix possis conjicere, an verba sint Alexandrini Præsulis, an verò Excerptoris, qui proculdubio multa de suo adjecit.

Gregorii Thaumat. Epistola non est Libellus Pœnitentialis. Concil. T. I. p. 955.

Scripsit *Athanasius Rufiniano* quæ decreverat Concilium Alexandrinum circa Clericos, qui urgentibus Arianis defecerant. Sed an ejus Epistola brevissima Liber Pœnitentialis haberi debet? nequaquam! Probatur ex postulatis *Rufiniani* ipsum ignorasse quid ab Ecclesia hac in re esset constitutum, quæ ignorantia in Virum Catholicum doctumque cadere non potuisset, si Pœnitentiales Libri tunc fuissent in usu; postulabat enim ille, ut quæ à Synodis *ubique definita fuerant* (quod male reddidit interpres per *Patrum Commenta*:) ipsi *Athanasii* manu innotescerent. Quid ad hæc *Athanasius*? Nullam aliam profert Legem, quam quæ sancita fuerat à paucis annis, ab ipso & exsulibus aliquot Episcopis in Concilio Alexandrino. Unde patet, nullas tunc universales Leges à Synodis fuisse hanc in rem promulgatas; alioquin *Athanasius* peculiarem quamdam Synodum non protulisset. Denique quamquam similes Synodos à Græcis, Hispanis, Gallisque habitas fuisse asserat; attamen quantùm Lex illa, qua lapsi pœnitentes locum pristinum in Clero servabant, à veteri disciplina distaret, nemo non videbit; nec etiam

Epist. ad Rufin. T. 2. p. 40.

etiam ab omnibus fuit recepta temporibus *Athanasii*; plurimi enim criminabantur tum *Athanasium* tum *Rufinianum* in plebe sua, quod cum talibus communicaret; quin imò ideò conflata sunt Schismata. Miror igitur hæc velut Leges authenticas venditari.

§. 4.

Basilii & Johannis Canones. Basil. Epist. T. 3. p. 20.

AD finem Sæculi quarti, Canones aliquot compilasse videtur *Basilius*; quomodo autem factum fuerit ex ipso discas: *Interrogata tua*, inquit ille *Amphilocho*, *nunquam nobis in mentem venissent, ideò coacti sumus in memoriam revocare & iis, quæ docti sumus, cognata animo apud nos cogitare.* Tria confitetur *Basilius*; primò tam parum de Canonibus fuisse sollicitum, ut nisi ab *Amphilochio* interrogatus, ei nunquam venerint in mentem. Secundò, nullæ leges tunc ab Ecclesia fuerunt solemniter receptæ, aut scripto mandatæ; cum *Basilius* eas memoria tantum teneret, imò quas ex ore Seniorum habuerat & memoria jam elapsas revocare cogeretur. Tertiò, ipse inter paucos Canones plærosque propriâ auctoritate cudebat; recolebat scilicet, mente *cognata* præceptis, quæ olim hauserat. Hæ autem Leges *Basilii*, Iconiensibus peculiares, non invaluerunt apud cæteros Græcos, nedum apud Latinos, Romanos præsertim, quibus ipse aliquando suspectus fuit.

Canonar. p. 103.

De *Johanne* Monacho, qui *Basilii* discipulus aliquando dicitur, Canonariumque scripsit, non est dubitandi locus; ipse enim in proœmio ait " Deum suscitasse inter septem Ecclesiæ Lumina *Basilium magnum*, Canonistam celeberrimum, qui, velut inter Sanctorum Apostolorum Canones medius incedens, multam præbuit peccantibus non desperandi occasionem: *sed Patres, qui hunc secuti sunt, magna diminatione tempora minuerunt.* Vixit igitur ille diu post *Basilium*; eo, scilicet, tempore, quo jam antiquati fuerant ipsius Canones, indulgentioresque multo Patres à pristina severitate recessérant, triennalem tantùm pœnitentiam imponentes, quemadmodum ipse *Basilius* ab Apostolico rigore defecerat. Quare miror viros doctos, qui ut majorem *Johanni* Monacho Pœnitentialibusque Libellis antiquitatem concilient, hunc discipulum *Basilii* fecere.

§. 5.

Conciliorum Decreta.

VARIA quidem Conciliorum Decreta, circa pœnitentiam, leguntur, eorumque auctoritas Doctorum, vel etiam Episcoporum scriptis præponderat. Multa sanxit Concilium Eliberitanum, incerto tempore, quarto tamen Sæculo coactum; attamen peculiares fuerunt Hispanis illæ Leges, nec ultra Regionis illius limites invaluerunt. Singularis itidem fuit Synodus Ancyrana octodecim Episcoporum, quam male *Binius* à Concilio Nicæno probatam asserit; illud enim divinare non potuere Florentini Concilii Præsules, cum nullis anterioribus Scriptis probetur. Quidquid sit de Conciliis pœnitentiam commendantibus, ex iis nullatenus sequitur leges authenticas ab iis fuisse latas, quæ apud universam Ecclesiam obtinerent, aut de diversis Conciliorum Canonibus consarcinatos fuisse Libellos Pœnitentiales, quibus uterentur Episcopi, in administranda pœnitentia; quod probandum suscepimus.

§. 6.

Pœnitentiale Johannis Jejunat. ipsi abjudicatur.

SÆCULO sexto tribuitur Pœnitentiale *Johanni Jejunatori*, quod maximo in pretio habetur à Græcis, quamvis ei sæpius objecerint, quod nimiâ lenitate plurimas animas perdidisset. Hoc Pœnitentiale *Morinus* edidit, & *Johanni* nihil hæsitans tribuit. Revera sic ferunt Manuscripti Codices, quos viderat. Mihi quidem alia sedet sententia, de qua judicium ferent Viri Litterati. Vixit eodem tempore cum *Jejunatore Isidorus Hispalensis* ipsi notissimus, utpote qui Tractatum de Baptismo *Leandro* fratri direxerat. Ille tamen, Opera Jejunatoris memorans, penitus de Pœnitentiali siluit. In eo distinguit *Johannes* inter Monachos Monachasque quæ *magnum* vel *parvum* gestarent habitum. Celebris illa apud Græcos Monachorum μεγαλοσχήμων & μικροσχήμων distinctio; quorum illi perfectionem attigerant, Angelicamque vitam profiteri videbantur; hi verò longè inferiores ad metam properabant, mihi non videtur ante Sæculum VIII. nota. Legatur *Eutychii* vita à *Cyrillo* Constantinopolitano Sæculo Sexto scripta: perlustretur Pratum Spirituale à *Johanne Moscho* editum, in quibus de Monachis, iisque perfectissimis agitur sæpius: pervolvantur cæterorum Scripta, qui vel sexto vel septimo Sæculo vixerunt; nulla hujus distinctionis vocisque inter Monachos adparebunt vestigia; quin imò ubi primùm adhibita est, restitit ei fortiter *Theodorus Studita*, & quasi novam, quæque Monachorum animos inflaret superbiâ quadam, repudiavit, &, quemadmodum inquiebat ille *Nicolao* discipulo suo, ἓν τὸ σχῆμα ὥσπερ καὶ τὸ βάπτισμα, καθὼς οἱ ἅγιοι πατέρες ἐχρήσαντο. Duo tuetur *Theodorus* ipse Monachus vel Abbas, quem illa distinctio non potuit fugere. Primùm, Patres nunquam admisisse duplicem habitum inter Monachos; nova igitur inducebatur ejus tempore, hoc est, nono Sæculo, consuetudo. Reverâ Scriptores superius memorati, *Cyrillus* & *Moschus* nihil habent præter ἀσκητικὸν vel μοναχικὸν σχῆμα, nullâ adhibitâ distinctione parvi, vel magni habitus. Secundò, nondum apud plurimos admittebatur distinctio, quam tam vehementer damnavit *Theodorus*; unde facilè conjicias, illam ignotam fuisse *Johanni* Constantinopolitano sive Jejunatori, qui longè antea vivis excesserat. Nec ipsius esse fœtum librum in quo sæpius occurrit illa vox, & propter quam varias constituit leges. Si Nomo-Canonem objicias, in quo sæpius admittitur distinctio magni parvique habitûs, facile reponetur hanc

hanc compilationem junioris cujusdam Græci fuisse; quod non negavit ipse *Cotelerius* à quo Græce Latineque vulgatus est. Conjecturam nostram firmant Testimonia ex *Johannis* Libro à Græcis ipsis laudata, quæ plurimum differunt à Pœnitentiali quod ei tribuitur; quin imò Nomo-canon, à *Balsamone* indicatus, toto cœlo distat à Libello, qui nomen *Joannis* præfert; adjici debet, duplex Pœnitentiale sub eodem nomine *Jejunatoris* proferri. Alterum alteri simile est in quibusdam, eadem sæpius leguntur verba, eadem emittuntur orationes, iidem occurrunt ritus; discrepant tamen in bene multis; ita ut à vero non recedat, qui conjecerit horum Pœnitentialium nullum *Johanni Jejunatori* debere vindicari, sed esse tantum fragmenta à variis auctoribus ex ejus Homiliis, circa pœnitentiam habitis excerpta. Quo autem tempore fuerint in lucem edita, divinare vix licet. Denique occurrunt aliqua, quæ nec virum pium redolent. Suboluit ei se nimis indulgere peccatoribus, ideoque à Deo damnatum iri; nihilominus perstitit in sententia, Supremi Judicis anathemata deridens, modò inhumanus à peccatoribus non habeatur: Οἶδα ὅτι μέλλω κατακρίνεσθαι ἐπὶ τοῦ κοινοῦ πάντων κρίτου καὶ Θεοῦ; ἀλλ' ὅμως κρεῖττόν μοι οὕτως ἐν τοῖς τοιούτοις κριθῆναι ἢ ὡς ἀσυμπαθὴς ἐπαινεθῆσαι: *Scio me propter istam Oeconomiam nimium compatientem à Deo, communi omnium Judice, condemnatum iri, sed tamen melius est mihi in ejusmodi rebus damnari, quàm inhumanum laudari.* Quis ita Dei gratiam audeat temere dispensare, ut ab ipso reprehendatur! Ipse quidem sententiam Judicis incurrit meritò; nihil autem prodest hominibus, quippe nulla est gratia, quæ ab homine, invito Deo, ipsoque reprobante, conceditur. An credas sic locutum *Johannem Jejunatorem*, qui fuit vir pius, imò, refragantibus Latinis, inter Sanctos habetur. Reverâ favebat ille crimini, qui obduratissimum adulterum ad Communionem vocabat, modò per quadragesimam se contineret. Denique non sibi constat Auctor geminorum Pœnitentialium, quæ hic examini subjiciuntur; dum in priori se in confessione fœminas singulis mensibus cædes infantum ope cujusdam herbæ patrasse & omnia quæ *Cani* scripserat didicisse contendit; at in posteriori, immutato tempore, se postquam hæc omnia descripserat excepisse narrat. In priori ait: μετὰ τῶν προγραφέντων πάντων, *hæc cum omnibus superius scriptis excepi*: In posteriori habet: μετὰ τὰ γραφέντα πάντα, *post omnia hæc scripta.* Horum unus idemque auctor esse non potest, nisi mendacii reus; sed diversi excerptores hunc locum, quem ambo describebant, diversimode sunt interpretati.

Monum. Eccles. Græc. T. 2.

Joh. Jejun. Pœnit. p. 90.

p. 84.

§. 7.

Pœnitentiale Gelasii, Egberti, Romanum

MORINO *Gelasii* Sacramentarium fuit Latinorum Pœnitentiale. Animadvertere debuit Vir doctus locum quem ipse laudavit, in quo preces funduntur pro *Francorum imperio: Respice propitius ad Romanum sive Francorum benignus Imperium*: Quæ sunt argumento, non esse illud Opus *Gelasii*, nec non nisi nono Sæculo, quo *Carolus M.* Imperium adeptus est, Gallis inserviisse.

Appendix de Pœnitentia p. 52.

Subjecit huic Sacramentario doctissimus *Mabillonius* Pœnitentiale vetus, inseruitque Museo Italico. At ille frustra decem sæculorum antiquitatem conciliare studet; facilis quippe error circa Codicum characterem, nec vetustius esse potest Sacramentario Gallicano, quod tamen Sæculo decimo debet referri. Quidquid igitur dici possit, nullus occurrit Pœnitentialis Liber, ante Sæculum octavum, quo *Beda* de Remediis peccatorum scripsit, vel *Egbertus*, Eboracensis Episcopus, Canones compilavit. Dubium enim adhuc superest, an diversi sint Libelli *Bedæ* & *Egberti*. Præfatio enim utriusque Pœnitentialis eadem, & simillimum apud utrosque Caput in quo de criminibus capitalibus agitur. Vixit autem *Egbertus* ille anno 735., quo Præsul factus est. Eodem forsan tempore consarcinatum est illud Pœnitentiale Romanum, quod *Gregorii tertii* nomen præfert; si tamen est ipsius. Ut enim has leges sub *Pii* nomine vulgavit *Gratianus*, quem secutus est paucis abhinc annis D. *Martenne*, ut majori cum veneratione susciperentur sub antiquissimi Papæ nomine comparentes; sic alii *Gregorio III.* potuerunt vindicare. Ego quidem libellum hunc *Gregorio III.* multò recentiorem puto, idque ratione invictissima: Descripsit *Halitgarius* Libellum Pœnitentialem, *ex Scrinio Ecclesiæ Romanæ*, qui multum discrepat à Judiciis *Gregorii* Pontificis. Leges à Pontifice ante centum annos promulgatas, quæque in Ecclesia Romana velut norma pœnitentiæ fuissent habitæ, incerti Auctoris Scripto prætulisset *Halitgarius*. Non potuit virum doctum fugere Libellus *Gregorii*, si fuisset editus: non potuit tanti Pontificis Decreta prætermittere, si extitissent; nec potuit ea ignorare, cum Scrinia Ecclesiæ Romanæ cum eo fuerint communicata. Certum igitur est & indubitatum tunc temporis, nullum Pœnitentiale à *Gregorio* fuisse editum. An verò Liber sextus *Halitgarii* à *Stewartio*, deinde à nobis hîc editus, sit genuinum Ecclesiæ Romanæ Pœnitentiale, meritò dubitari potest; multa enim à Scriptoribus laudantur tamquam ex Pœnitentiali Romano excerpta, quæ hîc non occurrunt; nec dicas contractum fuisse ab *Halitgario* ne actum ageret; quippe qui ipse velut Amanuensis illud Pœnitentiale describit; idque ob *brevitatem novissimam*, unde constat brevissimum illud Pœnitentiale non contraxisse, sed reverâ quale fuit Lectorum oculis repræsentasse. Deinde verò rudis, indigestaque moles est illud Pœnitentiale Romanum, quale nunc editur; nec verosimile est vim legis obtinuisse in Ecclesia Romana Tractatulum, nullâ curâ nulloque judicio consarcinatum. Plagæ illæ quæ infliguntur Pœnitentibus sapiunt Sæculum nonum, cujus barbariem &

Mus. Ital. T. I. p. 392.

Martenne de Vet. Rit. l. I. c. 5. a 5. T. I. p. 655.

& stylus redolet. Denique in Pœnitentiali Romano laudantur Decretales Pontificibus suppositæ; quæ non nisi Sæculo nono innotuerunt, non potuit igitur illud pœnitentiale, quale editum est, Sæculum nonum superare. Falsum est idem esse ac illud, quod descripsit è Scriniis Ecclesiæ Romanæ *Halitgarius*; etenim non Româ, sed ex Hispania venerant Decretales, quas Pœnitentiali inseruit Auctor; nec in Scriniis Ecclesiæ Romanæ potuerunt legi Sæculo nono, quo fictæ primumque natæ sunt. Denique compilavit auctor illius Pœnitentialis *Egberti* leges, de modo suscipiendi pœnitentem, ejusque verba mutuatus est. Falsum est igitur, illud Pœnitentiale fuisse in usum Romanæ Ecclesiæ conditum; verosimile enim non est, Romam, non *Gregorii III.* sed *Egberti* Eboracensis Pœnitentiale verbaque usurpasse.

§. 8.

In Gallia Pœnitentiale nullum.

QUIDQUID sentiendum sit de illis Pœnitentialibus, vel in Diocœsi Romana obtinebant tantùm, vel ad Anglicanam pertinebant Ecclesiam, nec ullus eorum apud Gallos usus; ut enim cætera mittamus, Concilium Turonense ideò sub *Carolo M.* coactum, ut lapsam restauraret disciplinam, monet Episcopos & Presbyteros ut diligenti cautelâ pertractent, qualiter hominibus sua iis delicta confitentibus, tempus abstinendi adscribant, ut juxta modum peccati pœnitentibus abstinentia indicatur, quoniam variè à nonnullis Sacerdotibus & indiscretè hæc judicia proferuntur; *ideò necessarium videtur nobis, cum omnes Episcopi ad Sacrum palatium congregati fuerint ab eis edoceri cujus antiquorum Liber Pœnitentialis potissimum sit sequendus.* Unde patet, nullum Pœnitentialem Libellum cæteris nono Sæculo Gallos prætulisse, summaque cum negligentia administratam fuisse apud ipsos pœnitentiam. Antiquorum Libros vocant vel Pœnitentiale Opus *Bedæ*, vel Canones Conciliorum. Concilium quod postulabant ut tanto malo remedium adhiberetur, coactum non fuit, nec electus ille liber quem cæteris anteponere debebant; ut ex *Elbone* patet; hic enim, qui aliquot annos post Concilium Turonense vixit, *Halitgarium* ad Pœnitentiale conscribendum impulit, ut in observatione nostra ad eundem indicavimus.

§. 9.

Singularia quædam in Pœnitentialibus observata.

INTER crimina, quæ subjiciuntur Pœnitentiæ, mirandum est Sæculo nono recenseri *suffocatum*; quodcunque enim fuste vel sagitta cæsum fuerit, manducari vetat Pœnitentiale Romanum, *quia suffocatum est.* Plures aliæ in eodem Pœnitentiali leges habentur circa cibos, quæ nunc obliteratæ sunt. *Si porcus enim manducaverit de corpore hominis, nec manducari, nec servari ad semen, sed occidi canibusque tradi debet.* Si Gallina aut aliud quid cecidisset in vinum aut oleum, debebat expendi in lucernam aut medicinam, & nequaquam usibus humanis inservire.

Aliud occurrit in eodem Pœnitentiali prioribus Sæculis ignotum, peccata, scilicet, circa Sacrificium præcavenda. Aliqua similia habet *Gregorius III.* in Judiciis suis Sæculo VIII. ut ajunt, editis; sed cum ea suspicione maximâ laborent, argumento esse non possunt, hos ritus fuisse tunc temporis usitatos; "Decretum est enim, ut qui negligentiam circa Sacrificium fecerit, ut sit à vermibus consumtum & ad nihilum deveniat, tres quadragesimas pœniteat, si integrum invenerit, & in eo fuerit vermis, comburatur, & sic cinis ejus sub altari absconditur." Putabant igitur illi Eucharistiam à vermibus posse corrodi & ad nihilum redigi; quin imo ex ipso *Sacrificio*, sic enim habet Pœnitentiale, *vermes generari.*

Alia fuit Lex, ut *si de Calice aliquid stillaverit in terram, lingua lambatur, tabula radatur, igne comburatur & 50. diebus pœniteat.* Talia nequaquam reperias, apud Veteres. Denique definitum est, *ut qui acceperit Sacrificium post cibum vel aliquam parvissimam refectionem, nisi pro viatico, pueri III. majores VII. Clerici XX. dies pœniteant.* De illo Ritu amplissimè, qui vixit eodem Sæculo, *Walafridus Strabo* : *A jejunis enim celebrari Sacramenta & generalis*, inquit, *totius Ecclesiæ jam comprobat usus, & dicta Synodi Bracarensis ostendunt* : quæ tamen cautione aliqua indigent. 1. Confitetur *Walafridus* argumentisque pluribus, in eam rem, prolatis asserit Ecclesias sæpius communicasse post prandium, vel cœnam; præcipuè verò sexta feria Paschali, ut Christum Apostolosque, qui cœna jam confecta Eucharistiam celebraverant, imitarentur; hoc enim fuit institutum Christi, à quo si recedere licitum, pœnæ tamen non sunt infligendæ, multò minus anathemate feriendi qui Redemptoris Apostolorumque vestigiis inhærent. Frui debet unusquisque libertate à Christo sibi concessa, ejusque exemplo quod culpa vacat, firmata. 2. Bracarensis illa Synodus à *Walafrido* indicata, fuit proculdubio secunda hujus nominis, in qua anathema dicitur ei *qui jejunus Missas non tenet.* Alia Synodus ibidem, desinente etiam Sæculo sexto, habita, in qua *vesanus* habetur & à proprio Episcopo deponitur Clericus, si non jejunus, sed quocunque cibo percepto consecraverit oblationem. Eo major severitas in iis Conciliis fuit adhibita, quod *ex fœtore Priscillianistarum* morem desumtum damnarent : quæ Decreta à Concilio Toletano fuerunt confirmata. Miror tamen *Walafridum* ad Canones Hispanorum confugere; nationalium enim Synodorum Canones vim legis in Ecclesia tota non habuerunt; at forsan destituebatur Auctoritatibus.

De Reb. Eccles. c. 19. B. P. T. X. p. 677.

Concil. Bracar. 2. c. 16. p. 838. Concil. Bracar. 3. c. 10. p. 899. an. 572.

3 Reverâ non obtinebat ea lex, apud Gallos; concilium enim Matisconense, decennio aut circiter post habitum Presbyteros damnans, qui cibo crapulaque onusti sacrificia contrectarent, probavit tamen

men Concilii Carthaginensis Decretum, quo Sacramenta Altaris nonnisi à jejunis celebrantur, *excepto uno die anniversario, quo Cœna Domini celebratur*. Licuit igitur, apud Gallos saltem, anniversario die quo Cœna Domini celebratur, post epulas Sacræ mensæ accumbere, ut ex illo Decreto probatur. 4. Hoc confirmat ipse *Walafridus*, cum enim diversum plane ritum JAM obtinere in Ecclesia contendit, aperte probat, paucis ab annis invectum fuisse illam consuetudinem, aliamque tandem post multos exantlatos labores fuisse receptum. 5. Denique ipsum Pœnitentiale Romanum, quamquam jejunia commendat, *parvissimam refectionem pro viatico sumere* non prohibet. Licebat, eo tempore, frustula panis, ne deficeret corpus, aut ad sustentandas in itinere vires comedere, quod velut nefas summum posteriora Sæcula damnarunt.

Conc. Maticio. an. 585. c. 6. T. 6. p. 982.

§. 10.

Minister pœnitentiæ an sit Diaconus.

IN Pœnitentiali Romano à nobis hic edito leguntur hæcce: *Sicut Sacrificium offerre non debent, nisi Episcopus & Presbyteri, quibus Claves Regni Cœlestis traditæ sunt: Sic nec judicia alii usurpare debent. Si autem necessitas evenerit & Presbyter non fuerit præsens, Diaconus suscipiat pœnitentem ad satisfactionem vel communionem.* Quibus verbis Diaconis conceditur potestas absolvendi peccatores eosque ad Communionem admittendi, in casu necessitatis, absente Episcopo vel Presbytero. In tantum igitur & Diaconis potestas Clavium Regni Cœlestis & judicandi facultas competit: quod ore rotundo negavit *Natalis Alexander*.

Sæc. III. Diss. IV. p. 631.

Solitum fuit Diaconis Eucharistiam communicantibus porrigere, at non licitum ipsis, ut quidam volunt, absolutionem canonicam impertiri. Verùm cum aliquid majus hic concedatur Diaconis, potuerunt certè & absolutionem Sacramentalem conferre & pœnitentes ad *satisfactionem communionemque*, ut habet pœnitentiale, admittere. Et revera, quid sibi alioqui vellent illa verba: *Diaconus, absente Presbytero suscipiat pœnitentem ad satisfactionem & communionem.* An communicare potuit pœnitentes, nisi peccatorum reatu solutos? An potuit Ecclesiæ Sanctum canibus porrigere, peccatoresque absolutione, ut loquuntur, Sacramentali privatos ad majus sacramentum admittere? Num potuit cuiquam offerri Corpus Christi, cui denegabantur Ecclesiæ preces? Patet igitur ex Pœnitentiali nostro, Diaconos fuisse aliquando pœnitentiæ ministros, si casus necessitatis existeret. Nec mos ille fuit insolens, quippe eadem habes ex *Cypriano*, qui multis ante Sæculis Africanæ præfuerat Ecclesiæ: *Si Presbyter non fuerit, ut urgere exitus cœperit, apud Diaconum quoque exomologesim facere delicti sui possint, ut manu eis in pœnitentia imposita veniant ad Dominum cum pace, quam dari Martyres litteris ad nos factis desiderarunt.*

Ep. 18. p. 40.

§. 11.

HOC negarunt cum *Albaspinæus*, tum *Natalis Alexander*, diversis quidem rationibus; ille quidem quod existimaverit eam tantum potestatem Diaconis à *Cypriano* datam, ut lapsos ad pœnitentiam reciperent: agitur, secundum ipsum, apud *Cyprianum* de Pœnitentia sola, nequaquam vero de absolutione & Communione Sacramentali: Hic vero argumentatur ex potestate clavium, quæ cum ad solos Episcopos & Sacerdotes spectet, illudque *veritas fidei sit*, nemo possit asserere, delatam fuisse aliquando ab Ecclesia Diaconis, nisi qui Ecclesiam in fide errasse effutire audeat: Iis solis concessa est Absolutio Sacramentalis Pœnitentium, quibus concessum est jus ligandi atque solvendi; porrò hoc jus solis Sacerdotibus, ordinatione divinâ, concessum est; Ergo ad eos solos pertinet & illud. Probat denique sententiam suam ex antiquo ritu, quo reconciliandorum Pœnitentiam munus reservatum erat. Nos quidem, argumentis ex ratione elicitis, quæ nos ad auctoritatem Ecclesiæ ventilandam deducerent, abstinebimus, sed ex testimoniis & eventibus, qui negari non possunt, rem in aperto ponemus.

Negatur ab Albasp. & Nat. Alex. Albasp. Obs. l. 2. ob. 27. p. 159.

§. 12.

Albasp. refellitur.

TRIPLICITER peccavit *Albaspinæus* Diaconorum auctoritatem ut infirmaret. Primò, dum sibi fingit Martyres lapsis veniam concessisse, Libellosque ideò tantum ab ipsis datos, ut Episcopo factum renunciarent. Id quidem evenit aliquando. Sic enim *Lucianus* ille quem arguit vehementissime *Cyprianus*, id se in mandatis accepisse ferebat à *Paulo*, Martyre: *Coram Christo dico tibi, si quis post accersionem meam abs te pacem petierit, des in nomine meo.* Et quidquid dicant alii, simile quid in Martyribus agnoscebat *Celerinus*, qui ab iis sororibus suis *Numeriæ* & *Candidæ* peccatum vetuit remitti; attamen pauci, tanto fastu elati, sic peccaverant; omnes ferè commendatitias lapsis epistolas concedebant, quibus supplices monebant Episcopos, ut pacem absque pœnitentia concederent. Id innuit *Cyprianus*, ubi de pace lapsis à *Martyribus promissa tantum litterisque desiderata* agit. Sed quid disertius his *Cypriani* verbis: *Si dandam illis pacem Martyres putaverant, cur ipsis non dederunt? cur illos ad Episcopum remittendos censuerunt?* „Martyres adhibendum putarunt temperamentum pudoris & veritatis; nam quia à multis urgebantur, *dum ad Episcopos illos remittunt*, verecundiæ, ne ulterius inquietarentur, consulendum putaverunt; & dum illis *non ipsi communicant*, Evangelicæ Legis illibatam sinceritatem custodiendam judicarunt." Duo igitur indicat *Cyprianus*: Lapsos à Martyribus fuisse ad Episcopum remissos, ut pax illis à Præsule concederetur: Deinde verò cur ipsos Martyres non communicassent. Unde refellitur *Albaspinæi* sententia, lapsos fuisse ab-

Ep. 18. 20.

Cypr. de lapsis.

absolutos à Martyribus in carcere & litteris tantum commendati, ut ab Ecclesia & Episcopo intelligeretur veniam impetrasse: quod ab eo dictum ut probaret solam cærimoniarum quarumdam, non vero reconciliationis curam Diaconis fuisse demandatam; at diserte habet *Cyprianus* pacem *à Martyribus datam* non fuisse, & lapsos *ad Episcopum remissos*, ne ulterius urgerentur; Pœnitentiam igitur, vel potius reconciliationem ab Episcopo, vel Diacono pependisse. Reverâ, quâ ratione tantâ curâ incubuisset *Cyprianus* in observatione vel legum, vel cærimoniarum pœnitentialium quæ risum movissent spectatoribus, solutis jam peccatoribus ab omni pœna cum Canonica, tum divina? an debuit Sacerdotii auctoritas violari, ut res inutilis ageretur? quod miror à viro his in rebus sagacissimo non animadversum.

Errat iterum *Albaspinæus*, dum vult plerosque, qui in fodinis detinerentur, fuisse Sacerdotes aut Presbyteros, qui veniam indulgere potuerint lapsis & meritorum participes eos facere. Longè enim plures è plebe fuerunt confessores & Martyres, quam è Sacerdotum ordine. Laicus erat adolescens *Aurelius*, qui litteras cum nesciret, *Luciani* manu multos scripserat Libellos, ideoque monitus est à *Cypriano*, ut temperantius ageret. An potuerunt illi Laici lapsos absolvere Sacramentaliter, ut loquuntur, id quod Diaconis negatur? Mirare Viros doctos Laicis annuere jus absolvendi, quod Diaconis detrahitur. Nec sibi omnino constat *Albaspinæus* dum vult, lapsos illos, qui impetum, sæviente Decianâ persecutione Romæ Carthagineque, fecerant, postulasse tantum, ut ad pœnitentiam, non verò Communionem reciperentur: Hic vero tuetur illos à Confessoribus, qui plerumque Presbyteri erant, fuisse absolutos; quippe cum iidem fuerunt lapsi, qui ad seditionem proni cum Confessores tum Præsules urgebant ut admitterentur. Non igitur pœnitentiam postulabant, si absoluti fuerant à Confessoribus, sed Communionem. Deinde utrumque quod asseruit Vir eruditus veritati repugnat: Falsum primò, lapsos illos de quibus queritur *Cyprianus*, pœnitentiam tantum postulasse; eos enim increpat quod *pœnitentiam detrectent*, quodque communicent nondum actâ pœnitentiâ. Non pœnitentiam quam *detrectabant*, sed pacem & communionem sibi restitui volebant. Falsum item à Confessoribus fuisse peccatis solutos; illi enim Litteras Cypriano in lapsorum gratiam dirigentes *petierunt tantum desideria sua examinari*.

Albasp. Obs. 6. l. 2. c. 11. p. 116.

Denique negat immerito Vir eruditus Diaconis numquam concessam fuisse potestatem delicta condonandi, nec id probari posse ex *Cypriano*, quemadmodum aiunt ejus Commentatores. Totus enim *Cypriani* locus id evincit.

§. 13.

Cypriani locus expenditur.

PRIMO postulabant lapsi, & in eorum gratiam Martyres, ut in pristinum statum redintegrarentur, atque à pœnis Canonicis liberati ad peccatorum remissionem & Eucharistiæ perceptionem admitterentur: Quæ cum morientibus ope Diaconorum, annuente *Cypriano*, præstarentur; necesse fuit pœnitentes illos ab omni reatu, pro more in Ecclesia solito solvi & communicari; aliter enim lapsis illis illusissent cum Martyres tum *Cyprianus*, si nescio qua magnâ, vel etiam minori excommunicatione, quæ distinctio Cypriani ævo fuit incognita, morientes liberassent. Reponit *Natalis Alexander* Diaconum dedisse lapsis quod poterat dare; at dare poterat tantum Eucharistiam & solutionem à legibus pœnitentiæ, non verò absolutionem Sacramentalem; quæ, teste *Cypriano*, spectabat ad solos Sacerdotes; ergo non dederunt Diaconi. Sed sufficerit nobis in præsentia ingenua confessio *Natalis Alexandri*, datum fuisse à Diaconis Eucharistiam; nam non potuerunt tali Sacramento participare lapsi, nisi jam soluti essent reatu: si conficere potuerunt Eucharistiam, in casu necessitatis, Diaconi, cum nondum servaretur, potuerunt & absolvere à peccatis. Nec facit ad rem *Cypriani* locus à *Natali* laudatus; non enim de Sacerdotibus solis, nec de casu necessitatis ille agit.

Alterum è *Cypriani* verbis elicitur argumentum, cum enim mandaverit Sacerdoti, ut lapsum in ictu mortis recipiat, vult ut absente Presbytero *apud Diaconum quoque fiat exomologesis*. Quid sibi vult, apud *Cyprianum* illud quoque, nisi Diaconi hac in re, dum summa impellit necessitas, auctoritatem Sacerdotali æquiparavit? Hoc, inquit *Natalis*, intelligendum est accommodatè ad potestatem utriusque. Sed hæc ipsa est controversia, quam in argumentum sententiæ suæ assumit *Natalis*. Dubium est, an ætate *Cypriani* Diaconus potuerit esse Minister pœnitentiæ dum abesset Presbyter: Probatur ex verbis quibus Diaconus ad Sacerdotalem veluti gradum evehitur; vult enim ut *apud Diaconum quoque* fiat exomologesis & impositio manuum; cum autem impositione manuum reconciliarentur Pœnitentes ab Episcopo, Sacerdote & à *Diacono quoque*; sequitur Diaconis eandem concedi facultatem reconciliandi pœnitentes, quam sibi tribuebant Sacerdotes vel etiam Episcopi.

Tertiò omnes reconciliationis pœnitentium actus, nullo excepto, apud Diaconum fieri jubet *Cyprianus*; nempe, *exomologesin* & *impositionem manuum*. Quid sit *exomologesis* nobis hic non est expendendum. Multa differit *Natalis Alexander* quæ ad rem non faciunt. Sufficit *impositionem manuum* apud veteres, *Cyprianum* præsertim indicare *reconciliationem integram*, idque *negari non posse* confitetur ipse *Albaspinæus*. Cum igitur lapsis imponerentur manus à Diacono ut & à Presbytero, sequitur illos ministerio Diaconorum omni reatu fuisse solutos. p. 159.

Reverâ lapsi morientes perfectæ reconciliationis effectis omnibus fruebantur, Eucharistiam e manibus Diaconi accipiepant:

bant : quod neutiquam fieri potuisset, si in reatu fuissent. Deinde *in pace ad Dominum veniebant*, quod asserit *Cyprianus*, vel absolutio Sacramentalis, quæ à Diacono conferri non potuit, judicabatur inutilis; etenim qui ea privatur, si modò liberatus esset pœnis Canonicis, *in pace* ad Deum migrabat, vel eam à Diacono accepisse debuit. Prius non admittet *Natalis Alexander*; posterius ut confiteatur lex ipsi à *Cypriano* est imposita, qui à Diacono ad Eucharistiam manuum impositione fuerat admissus, de salute sua securus obdormiebat in Domino, & in pace ad Deum veniebat. Eadem igitur virtus & auctoritas solvendi à reatu criminibusque commissis fuit in Diacono, ac in Sacerdote, quum necessitas postularet. Non moror ea verba *Cypriani* asserentis in Diaconis fuisse vigorem Sacerdotii; constat enim à *Rigaltio* fuisse malè intellecta, nec Sacerdotii partem asserere Diaconis *Cyprianum*, sed contra Diaconos reprehendisse contendit; nec manabat auctoritas Diaconorum ex jure Sacerdotii, sed ex mera necessitate, quæ supra leges est.

§. 14.

Absolutio quatuor modis dabatur.

ERRORIS ansam præbuit *Natali* præjudicata de absolutione, quam Sacramentalem appellat, opinio. Non animadvertit alio planè ritu apud Veteres, quam à Recentioribus absolvi peccatores, nec apud Patres invaluisse imperativam absolvendi formam, quæ auctoritatem maximam indicat. Quatuor, scilicet, modis ea conferri credebatur.

Primo solvebantur omni reatu, qui tormentis victi sacrificantes statim resipuerant & in vinculis detenti bonisque spoliati Christum confitebantur. Ea de re *Cyprianum* interrogavit *Caldonius*, ex cujus responso quid sentiendum facilè patebit : *Rectè*, inquit, *sensisti circa impertiendam fratribus nostris pacem, quam sibi ipsi verâ pœnitentiâ & Dominicæ confessionis gloriâ reddiderunt; cum ergo abluerint omne peccatum & maculam primam assistente sibi Domino, posteriore virtute deleverint, jacere ultra sub Diabolo, quasi prostrati, non debent.* Vides deletam maculam, redditam ipsis pacem confessionis suæ gloriâ, eosque omne delictum abluisse; ita ut pax illis, hoc est, communio, absque nova vel confessione, vel pœnitentiæ laboribus restitueretur. (Ep. 25. p. 50.)

Secundo solvebatur omnis reatus communione; eaque concessâ, nulla alia postulabatur à Sacerdote absolutio, quam Sacramentalem vocant. Sæpius in Conciliis Communio & Absolutio idem sunt; quia communione impetratâ reconciliabantur Ecclesiæ peccatores. Jubent Eliberitani Patres Spiritibus immundis vexato dari *communionem* : jubent iidem *ut mœchus conveniatur in articulo mortis, & si promiserit cessaturum detur ei communio.* Quid ita sæpe loquuntur veteres de communione, quam ab absolutione non distinguunt, nisi quod communio concessa pœnitenti haberetur absolutio? quod evidentius patet, exemplo (Con. 37.) *Serapionis* in lecto decumbentis; qui misit ad Presbyterum, qui vel defatigatus, vel forsan morbo detentus accedere non potuit; puero tamen Eucharistiæ partem commisit *Serapionis* ori infundendam : Quam ut recepit senex in pœnitentiæ laboribus occumbens extremum spiritum reddidit, sicut refert *Eusebius*. An verò credas pœnitenti quamvis ligato, Eucharistiam, instante morte, fuisse concessam? Id cogitare nefas; de absolutione Sacramentali cogitasset Presbyter, antequam Eucharistiam puero committeret, ut hodierno die fieri solet, cum non nisi confessione, & absolutione præmissa concedatur. Sed tunc temporibus Eucharistiæ communicatio absolutionis erat loco & una paci pœnitentium cum Ecclesia integrandæ sufficiebat.

Tertio, absolutionis vices tenebat impositio manuum. Duplicem fuisse in pœnitentia, apud Veteres, neminem latet : prior quidem, ubi imponebantur pœnæ criminibus adæquatæ : posterior ubi ad pacem admittebantur; hancque integram pœnitentiam, reconciliationem & pacem Ecclesiæ significasse nemo negabit.

Quarto, quod præcipuè notandum, constat absolutionem, non nisi prioribus Sæculis, formâ deprecatoriâ fuisse collatam; quod infinitis probari posset exemplis & testimoniis, quæ apud *Morinum* legi possunt. Perseveravit ritus ille deprecatorius, ad duodecimum Sæculum, quo immutatâ vetere forma, indicativo, vel etiam imperativo modo loqui cœpere Sacerdotes. At quis inficias ire velit Diaconis licitum preces ad Deum fundendi, & vota sua fiducialiter emittendi, in gratiam pœnitentium? Tantum abfuit, ut hoc senserint Veteres, ut etiam Laicis aliquando pœnitentes solvere permiserint. Refert *Augustinus* duos in navigio periclitantes, quorum alter esset pœnitens, alter nondum baptismate tinctus, sibi mutuò ea quæ deerant communicasse; baptizavit primùm pœnitens alterum; deinde à baptizato accepit absolutionem.

His argumentis duo convelluntur erroris fundamenta, primum, collatam absolutionem, quam vocant, Sacramentalem verbis quibusdam à Sacerdote usurpari solitis. At cum constet, illam nihil aliud fuisse quam reconciliationem cum Ecclesia, eamque cum per Eucharistiam tum per impositionem manuum fuisse redintegratam, nec inficiari possit ullus, impositas pœnitentibus manus à Diaconis administratamque illis Eucharistiam; unde Concilium Toletanum hanc legem sanxit, ne Diaconus ordinatus contra leges manum imponat, aut sacra contingat; certum evidensque est reconciliatos perfectissimè, criminibusque solutos fuisse pœnitentes, ope & ministerio Diaconorum, ubi necessitas postulavit. (Conc. Tol. I. c. 2.)

Deinde ignoscendum *Natali Alexandro*, qui Diaconis absolvendi facultatem negavit, cum finxerit pronuntiari debuisse formulam recentioribus Sæculis receptam, quæque summam auctoritatem proferenti,

ti, *absolvo te*, conferre videtur. At aliter plane sentiendum, ubi certum indubitatumque est à Sacerdotibus emissas tantum olim preces, quibus orabatur supremus Judex, ut lapsis pœnitentibus indulgeret, commissorumque criminum veniam concederet. Cum obtinuerit, apud Veteres ille ritus deprecatorius, non mirum si Laicis (quantò potius Diaconis?) absolvendi pœnitentesque perfectè reconciliandi facultatem concesserit.

§. 15.

Distinctiones rejiciendæ.

SANE, quidquid dicat *Natalis Alexander*, concessa fuit Diaconis auctoritas pœnitentes absolvendi & in sinum Ecclesiæ recipiendi. Agit ille nimis subtiliter dum *Excommunicationem majorem* à *minori*, *absolutionem Canonicam* à *Sacramentali* distinguit. Ignotæ fuerunt veteribus illæ distinctiones, à recentioribus excogitatæ; nec ullum in argumentis, vel superius allatis, vel in posterum proferendis, harum apparet vestigium. His igitur omissis, quærendum an, ex veteris disciplinæ ritu, à Diaconis reconciliarentur pœnitentes in ictu mortis? Constat fuisse reconciliatos & communicatos, qui fuit summus reconciliationis gradus. Evidens est igitur hoc juris habuisse Diaconos. Vel enim illa reconciliatio fuit perfecta, vel non; si fuit imperfecta, quod deesset absolutio Sacramentalis; summum scelus Ecclesiæ Veteri objicitur, quæ Christi Corpus pœnitentibus nondum solutis voluit à Diaconis administrari. Si verò perfecta fuit illa reconciliatio, tunc absolvebant Diaconi pœnitentes absolutione illâ, quam Sacramentalem vocant. Dicesne priùs solutos fuisse ab Episcopo, deinde ad Eucharistiam admissos à Diaconis? Immeritò sanè; nam ideò tantum in partem auctoritatis & Ministerii vocabantur Diaconi, quod periculum summum in dilatione immineret; aberat Episcopus, mors urgebat. Absente verò Præsule, cui committebatur absolutio, & morte impendente, necesse fuit absolvi pœnitentes à Diaconis, quod lege latâ à Conciliis fuit iis concessum, ne summa pœnitentibus nondum solutis incumberet desperatio.

§. 16.

Canon Concilii Eliberit. Can. 32. p. 974.

APUD Hispanos, Eliberitani Patres sanxerunt, ut si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, apud Presbyterum non ageret pœnitentiam, *sed potius apud Episcopum*; cogente tamen infirmitate, *necesse est Presbyterum communionem præstare debere & Diaconum, si ei jusserit Sacerdos.* In omnes partes sese versant interpretes, ut hoc argumento ad rem apposito liberentur.

Albasp. not. in Can. Conc. Elib.

Albaspinæus inter eos primas tenens, per *Communionem* vult intelligi *Pœnitentiam*: quem tamen vocis usum cum apud Veteres insusitatum confiteatur, concedit posse accipi de absolutione, *quam hoc nomine frequentissime vocatam reperies*; inde verò cum maxima difficultas nascatur, si Diaconi non potuere absolvere; confugit ille ad impositionem manuum, quæ ab Episcopo olim, præsente clero, conferebatur. Vult illam urgente morte à Presbytero confici &, si voluerit Presbyter, adjungi sibi Diaconum, ut multiplici illa manus impositione pœnitentes intelligerent se in multorum societatem fuisse receptos. *Natalis* verò Canonicam absolutionem à Sacramentali, pro more, distinguit. At quis Ecclesiæ vicem non doleat, si tanta subtilitate utendum, in perscrutandis Conciliorum Decretis? Norunt omnes quid sit communio: Norunt omnes ejus usum, in reconciliandis peccatoribus: de ea sola agitur in Decreto Concilii Eliberitani; quâ ratione igitur huc revocanda est vel manuum impositio, quæ à pluribus fieri potuit, ubi nulla emergebat necessitas; vel absolutio Canonica, de qua ne γρῦ quidem habet Concilium? Agitur apud Patres Eliberitanos de Pœnitentia, quæ soli Episcopo, ne presbyteris quidem exceptis, vulgo committebatur, ut optimè *Morinus* observavit. Eadem, scilicet, fuit Lex, apud Hispanos, quæ in Africa vicina vigebat, ibi enim *reconciliatione pœnitentium* interdicebantur Presbyteri, excepto periculo mortis; unde patet hic aliquid indicari quod ad Ordinem Episcopalem pertineret, jusque illud asseri; quo Presbyteri uti non poterant. Cum autem illud Diaconis & Presbyteris committatur, sequitur eos eandem circa pœnitentes exercuisse potestatem, quæ propria erat Episcoporum.

Secundò, æquiparantur hic Diaconi Presbyteris. Vel igitur Presbyteris detrahenda potestas absolvendi; vel cum Diaconis communicanda. Utrique Communionem præstant ex definitione Concilii; utrique igitur eodem jure in reconciliatione pœnitentium utuntur: quod ad Episcopum solum, si præsens, vel res integro statu fuisset, pertinebat.

§. 17.

APUD Anglos eadem lex obtinuit, quippe *Egbertus* Eboracensis in illo Pœnitentiali de quo superius egimus, sanxit *ut Diaconus susciperet pœnitentem*. Quamquam enim, ex jure proprio, Diaconus nec possit offerre, nec judicare pœnitentes; id tamen, in casu necessitatis, concessit *Egbertus*: quod unum contendimus. Hic agi tantum de jurisdictione exteriore & absolutione Canonica, quis nisi præjudicatis opinionibus nimium obcæcatus asserat; cum eandem potestatem quæ à Christo per *Claves Regni Cœlorum* indicata est, in Diaconis absente Presbytero, agnoscat Eboracensis Præsul.

Lex Egberti. ap. Morin. append. p. 12.

§. 18.

NEC omittendus est, quamvis plura in hanc rem congeri possunt, Canon *Adriani* à *Canisio* vulgatus, quo voluit Pontifex Romanus, ut Diaconi, qui inviti sacrificaverant, deinde verò paganis obstiterant, pristinum retinerent locum, *ut digne*

Adriani Canon. Epitome Canon. Adriani ad com. 781.

digne pœnitentibus parcere possent. Quæ digne pœnitentibus venia concedi potuit, nisi absolverentur reatu, quem contraxerant? Ille quidem Canon inter Ancyranos legitur, unde maxima illi posset antiquitas tribui; sed cum sensum aliquatenus immutaverit *Adrianus*, huic Pontifici adscribendus est. Observandum solummodò, nequaquam passivo modo posse intelligi, quod voluit *Natalis*, ut illo argumento sese facilius extricaret; non enim agit Canon de Diaconis, quibus culpa posset condonari, sed de auctoritate illa, quâ Diaconi in Pœnitentium reconciliatione utebantur; Diaconi itaque *digne parcere possunt*.

§. 19.

Confirmatio sententiæ nostræ ex pœnit. Rom.

DENIQUE firmatur sententia nostra ex Pœnitentiali Romano, ex quo disserendi ansam arripuimus; in eo quippe dicuntur *Pœnitentes à Diaconis suscipi debere ad satisfactionem & Sanctam Communionem*, prout fert editio nostra: quæ lex cum in cæteris Pœnitentialibus horum temporum legatur, universalis possit haberi.

§. 20.

De variis Pœnitentiæ Ritibus.

SINGULOS Pœnitentiæ Ritus qui vellet expendere, rem sat luculenter actam ageret, & amplam nimis quam ut Præfationi congrueret. Eos igitur tantummodo attingemus, quorum vestigia apud Auctores hic editos occurrunt.

Tempus.

Tempus pœnitentiæ incertum, nec omnino à Conciliis definitum fuit. Hoc disertis verbis pronunciat rationemque appositam subjicit *Halitgarius* in Præfatione Pœnitentialis sui: *Mensuram temporis in agenda pœnitentia idcirco non attente præfigunt Canones, pro uno quoque crimine, sed magis in arbitrio Antistitis relinquendum statuunt, quia apud Deum non tam valet mensura temporis quam doloris, nec abstinentia tantum ciborum, sed mortificatio potius vitiorum.* Eadem habet *Rabanus Maurus*: quæ tamen cum restrictione sunt intelligenda; fuerunt enim latæ à Conciliis leges, quibus criminibus variisque peccatis statuebantur tempora. *Halitgarius* ipse, qui Canones compilavit, Libro quarto & quinto annos assignat. Sed illæ leges generales pendebant proculdubio ab Antistitibus, quorum examini subjiciebantur peccata. Pensitabant illi circumstantias variosque lapsus peccatorum, & tempora proculdubio producebant. Hoc unum observandum mihi videtur, rigidiores multo fuisse Veteres Recentioribus, in temporibus assignandis; quippe qui aliquando septem & viginti memorant annos pœnitentiæ, cum in Pœnitentiali Græcorum, quod *Joanni Jejunatori* asseritur, illa quantumvis pro gravissimis sceleribus imponatur, ultra triennium numquam excurrat. Servi verò à liberis in ea distinguebantur, quod dimidia tantum illis imponeretur pœnitentia.

De Instit. Cleric. l. 2. c. 19. p. 599.

§. 21.

Spontanea Confessio. Halitg. præf. ad an. 825.

IN pœnitentia primas tenuit Confessio, ut peccatis debita pœna infligeretur necessaria. Spontanea fuit Sæculo nono. *Nos enim*, inquit hujus Sæculi Præsul, *quemquam à Communione prohibere non possumus; quamvis hæc prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut sponte confessus, aut in aliquo sive Sæculari sive Ecclesiastico judicio accusatum atque convictum.* Distinguebat *Halitgarius*, pro ratione temporum illorum, diversas peccatorum species, quorum illa judicio publico probata publicam exigebant pœnitentiam; hæc verò minus nota *sponte* indicabantur à peccatore. Sciunt enim omnes immutatos à Sæculo septimo tantisper pœnitentiæ ritus, publicam de publicis criminibus, secretam de occultis tunc agi cœpisse: Hæc peccata occulta sponte tantum confitebatur reus, quod constat non modo ex *Halitgarii* testimonio, sed & ex *Rabano* qui eodem tempore vixit pœnitentiumque duplicem describit ordinem; 1. cujuscunque enim publicum & vulgatissimum est crimen, quod universam commoverit Ecclesiam, ante absidem manus imponatur, & quorum peccata in publico sunt, in publico debet esse pœnitentia. Ea igitur fuit Sæculi lex, ut non nisi de gravissimis iisque publicis & quæ Ecclesiam commoverant, publica exigeretur pœnitentia. 2. Quorum verò occulta erant peccata & *spontanea confessione* soli tantummodo Presbytero ab eis fuerint revelata, horum occulta sit pœnitentia, inquit *Rabanus*. De immutatione ritus, circa occultam, publicamque pœnitentiam agendi locus non est; observare sufficerit *spontaneam* fuisse, Sæculo nono, occultorum peccatorum confessionem.

Rab. de instit. Cler. l. 2. c. 30. p. 600.

§. 22.

Alcuinus necessariam putat. Vide an. 790.

NEC tamen dissimulandum est, fuisse aliquos inter eos quos hic edimus, Scriptores, qui necessitatem confessionis urgerent: hos inter fuit *Alcuinus*, qui hac de re scripsit ad pueros Sancti Martini, quam Epistolam *Balæus* in Tractatum de auriculari Confessione transmutavit, & *Canisius* ut argumentum invictissimum protendit. Scripsit etiam *Alcuinus* ea de re ad Gothos: *Si peccata*, inquit, *Sacerdotibus non sunt prodenda, quare in Sacramentario orationes scriptæ sunt? Alcuini* mentem secutus est qui sub ejus nomine Libellum de divinis officiis in publicam lucem emisit; vult enim, ut *Peccator confiteatur omnia peccata quæ recordari potest.*

Alcuin. de Div. Off. 13.

§. 23.

Plurimi ita sentiebant. Crodog. Reg. Can. c. 31. Spicil. T. I. p. 228.

TRIA facile constabunt Auctores nostros legentibus: primum, à plurimis octavi nonique Sæculi Scriptoribus optimam haberi confessionem peccatorum non modo publicorum sed & occultorum; illud docentem audimus *Alcuinum*. Si quis plura

plura desideret, perlegat *Crodogangi* Metensis Regulam à *Dacherio* editam; vult enim ille, ut cum mala aliqua cogitatio in cor, suadente Diabolo venerit, *cito Episcopo vel Priori confiteatur*. Si verò hanc Canonicis solis, quorum magis austera vivendi ratio, legem impositam voluerit aliquis, consulat *Theodulphi* Aurelianensis Capitulum anno 805. aut circiter editum; quo jubetur ut cum aliquis ad Confessionem venit, diligenter inquiratur, quomodo aut qua occasione peccatum perpetraverit quod peregisse se confitetur, ut juxta modum facti ei pœnitentia imponatur. *Debet ei persuaderi ut & de perversis cogitationibus faciat Confessionem*. In eo diversi abierunt à Veteribus *Alcuinus* & *Theodulphus*, quod crimina occulta & cogitationes ipsas voluerint Sacerdoti recenseri.

§. 24.

Obstiterunt alii. OBSTITERE his Decretis quam plurimi, quod secundum in Scriptoribus Sæculi noni observatum negari non potest, hanc enim legem inculcabat *Alcuinus* pueris nutritiis Monasterii Turonensis, qui, ob vitæ sanctitatem intemeratam, Conversis vulgò præferebantur quod ipsam proculdubio respuerent. Quidquid sit de pueris illis, in Gothicis Regionibus, quas inhabitabat *Alcuinus*, inoleverat consuetudo; quâ nullus Laicorum Sacerdoti peccata sua confitebatur, eâ potissimum ratione, quod soli Deo confitenda essent peccata. Existimavit *Usserius* hanc *Alcuini* Epistolam, non ad Gothos, sed ad Scotos suos fuisse scriptam, prout fert titulus in vulgatis editionibus. (Ussher of the Relig. Prof. by the Anc. c. 5. p. 46.) Et revera *Beda*, apud Anglos celeberrimus, voluit quidem graviora crimina, quæ sub lepræ nomine complectebatur, Sacerdoti pandere peccatores; *quotidiana vero, leviaque peccata coæqualibus confiteri*, cum eorum orationibus salvari posse arbitraretur, *vel vitia quæ valetudinis sunt, membrorum atque sensuum per semet ipsum interius & in conscientia & intellectu Dominum salvare*. (Beda in Ep. Jac. 5. Homil. de lepros. T. 7. p. 70.) Quidquid sit igitur de Gothis, ad quos reverâ scripsisse *Alcuinum* putamus, certum est Scotorum Doctores eadem fuisse in sententia; ita ut utraque Gens recentissimæ legi repugnaret. Plurimi etiam apud cæteros Gallos, jugum detrectasse constat ex Concilii Cabillonensis querelis: (an. 813. c. 32. & 33. p. 1278.) *quidam Deo solummodo confiteri debere dicunt peccata, quidam vero Sacerdotibus confitenda esse percensent; quidam dum confitentur peccata sua Sacerdotibus, non plenè id faciunt*. Hoc emendatione indiget, cum enim interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccetur, solerti indagatione voluit Cabillonense Concilium, inquiri peccata, *ut ex utrisque plena sit confessio*. Lex tamen restringebatur ad octo principalia vitia, de quibus interrogari debebant peccatores. Denique hunc ritum à paucis tantùm fuisse receptum probant pœnitentialia hic edita, in quibus nulla cogitationum vel motuum cordis occurrit mentio.

§. 25.

Confessio non fuit necessaria. TERTIUM denique observandum, Scriptores qui Confessionem illam omnium peccatorum commendarent, illam tamen ut omnino necessariam vel Apostolicâ lege sancitam neutiquam prædicasse. Anathemate rebelles percellere debuit Cabillonensis Synodus, si reverâ qui Deo soli confitebantur, legem ab Apostolis aut Ecclesia tota latam respuissent, illa tamen Synodus monet tantum, quod *utrumque fiat in Ecclesia magno cum fructu*; (Theod. c. 31.) Confessio enim quæ fit Deo, *purgat peccata*; ea verò quæ fit Sacerdoti, *docet qualiter purgentur peccata*. Eadem habet *Theodulfus*: *Confessio enim*, inquit ille, *quam soli Deo facimus, in hoc juvat, quia quanto nos memores sumus peccatorum nostrorum, tanto horum Dominus obliviscitur*. Autumabant igitur illi, remitti peccata quæ *soli Deo* detegerentur, nec peccatorem ut solveretur à vinculis, indigere confessione Sacramentali. *Alcuinus* vero, quantumvis vehemens in confessione inculcanda, nec Canones Apostolicos, nec Conciliorum Decreta hanc in rem profert, nec necessitatem absolutam prædicat.

§. 26.

Sacerd. lacrymæ & jejunia. UBI ad Sacerdotem pœnitens accedebat, monebatur, ut paulisper expectaret, dum Presbyter intraret in cubiculum, & supplex oraret; si verò deerat Sacerdoti cubiculum, nihilominus clanculum proferebatur oratio; sic enim fert Pœnitentiale Romanum. Lacrymas fundere debuit Sacerdos: qui enim venit ad pœnitentiam, videns Sacerdotem *lacrymantem* pro suis facinoribus, ampliùs tristatur & exhorrescit peccata sua. Nec modò lacrymari, sed per unam aut duas septimanas jejunare debuit, cum Presbyter tum Præsul, cum pœnitente, ne diceretur ipsis quod objiciebatur à Domino Judæorum Sacerdotibus: *Væ vobis, qui imponitis super humeros onera gravia, vestro autem digito non tangitis sarcinas ipsas*. A longo tempore, talia non metuunt Præsules; legem enim illam jejuniorum penitus abrogarunt, atque à veteri Pœnitentiali Romano recesserunt.

§. 27.

Habitus pœnitentium. CONFITENTIUM diversi fuere vel habitus, vel situs, secundum res, regiones & tempora. Gladios & fustes ad januam templorum deposuisse mirum non est; cum id solitum fuerit etiam plurimis Imperatoribus. (Amelii Ordo Con. XV. Mus. Ital. p. 517.) Banderenses anno 1389. *nudi pedes* à Capitolio usque ad altare Sancti Petri sine capuceis, cum corrigiis in collo & unico simplici jupone, cum candelis in manibus petierunt veniam Papæ, quia excommunicati fuerant ex eo quod noluissent Senatorem recipere, quem Papa posuerat: qui eos audire noluit, sed misit Pœnitentiario suo, qui adscendens

ad Cathedram lapideam Sancti Petri, stans tenendo virgam in manibus & dicendo *Miserere mei*, eos absolvit. Sed habitus ille ab omnibus pœnitentibus gestari non solebat; hanc imposuerat legem Papa, ad majorem infamiam Banderensium, à quibus injuriam se accepisse putabat; quod tamen ex Ordine Romano Amelii excerpsimus.

§. 28.

Situs pœnitentium. OrdoRom. X. p. 107. OrdoRom. B. P. T. 10. p. 26. Bonif. Ep. ad Zach. Conc. T. 6. p. 558.

POENITENTEM advenientem interrogabat Sacerdos, postulabatque causam ob quam venisset; responso facto mittebat manus suas inter manus Sacerdotis & dicebat ter: *In manus tuas commendo Spiritum meum*. Suppliciter sese inclinabat pœnitens, sive Clericus, sive Laicus; quin imò inter crimina *Adalberto* intentata hoc fuit, quod venienti populo & prostrato ante pedes ejus & cupienti confiteri peccata sua, diceret, *Scio omnia peccata vestra, quia mihi cognita sunt omnia occulta*. Prosternebatur igitur Populus confiteri volens; nec verò id peculiare fuit Germanis, & ritum illum *Adalbertus* fastuosè voluit observari, cum de inclinatione fiat mentio in Ordine Romano.

Append. p. 37.

Surgebat Pœnitens, post orationes à Sacerdote prolatas, & sedens interrogabatur de peccatis quorum conscius erat; sic enim habet pœnitentialis secundus Andegavensis à *Morino* editus: *Tunc jubeat eum surgere & sedeant pariter in secreto loco.* Sic quidem olim, sed Sæculo decimo tertio, quo Confessionis auricularis necessitas & excellentia magis atque magis deprædicabatur, Sacerdotesque se Christi vices hac in re gerere dicebant, genua coram ipsis flecti voluerunt; imò Imperatrix *Constantia*, ut quidem legitur apud *Bollandum*, jubente Abbate *Joachimo*, qui se Christi, Imperatricem verò Magdalenes locum tenere jactabat, è Sella Regia in terram sese prostravit & sic humiliter confessa est, quod quidem ineunte Sæculo decimo tertio contigit. Apud Græcos verò diversa planè consuetudo obtinuit; quamquam enim labentibus Sæculis aliquid fuerit immutatum; olim si vir confitebatur, caput suum debebat aperire; nec ipsi reges ab hac lege dispensabantur: Abbates etiam Cucullum deponere jubebantur; tunc procidebant ante altare generalemque proferebant peccatorum confessionem: *Confiteor tibi Pater & Domine, factor cœli & terræ, omnia occulta cordis mei.* Prolatis his verbis, surgebat pœnitens & *stabat ad altaris latus*, dum alteri adesset Sacerdos, qui cum deosculabatur & manus confitentis proprio collo imponebat, præsertim si mœrore nimio confici videretur: qui ritus peculiares osculi & manuum collo Sacerdotis impositarum debent observari. Standi ritum retinuere, ad hunc usque diem, Æthiopes, quem Græci immutaverunt, sedent enim illi dum peccata sua confitentur. " Illi, inquit *Allatius*, tantum " confessiones fidelium audiunt, quibus ab " Episcopo facultas facta est, *non genuflec-* " *tentes*, *sed sedentes* cum reverentia, capite aperto, peccata confitentur, mul- " ti ante, ubi commodè fieri potest, mul- " ti etiam, post communionem pœniten- " tiam, exsolvunt. Discriminis hujus inter Græcos & Latinos subjiciunt aliqui rationem, quod olim non ita frequentes essent fidelium confessiones, nec tam brevi temporis intervallo conficerentur, grave ac molestum fuisset pœnitentibus, senibus & infirmis præcipuè, per plures horas genibus flexis manere; quœ ratio absurda mox videbitur; hac observatione confessionis necessitati vel detrahitur, vel infamiâ quadam laborabant Veteres Christiani, quos in Confessionibus edendis longè superant recentiores. Verum equidem est, de publica pœnitentia actum fuisse, prioribus Sæculis, nec usitatum fuisse confessionem illam arcanam quæ ab aliquot Sæculis obtinuit; ideoque constat quod asseritur, minus frequenter olim fuisse fidelium confessiones; at falsum, brevi temporis intervallo non fuisse confectas. Diutius multò perseverant in confitendis peccatis pœnitentes qui singula, ne motibus quidem interioribus exceptis, indicare tenentur. Denique nulla hæc ratio discriminis, cum etiamnum hodie, apud Græcos, sedeant qui confitentur peccata sua.

Conseq. Joh. Jejun. ibid p. 78.

De perp. Conf l. 3. c. 9. p. 1050.

Morin. de pœnit. c. 20. Mart. de Rit. Vet. Eccl.

§. 29.

Peccata atrocia.

DUM stabant, vel sedebant pœnitentes interrogabantur à Sacerdote de fide, de dispositione animi erga proximos & de gravissimis criminibus ab iis admissis; ignorabat aliquando pœnitens numerum mulierum ab ipso vitiatarum, tantus enim erat, ut memoria teneri non posset. Polluebantur illi non modò cum pueris, sed cum bestiis: quod summum nefas expiari vix potest.

§. 30.

Ciliciorum usus. de Instit. Cler. l. 2. c. 30. p. 600. Regul. Can. c. 3. Spicil. T. I. p. 227.

SATISFACTIO *est causas peccatorum & suggestionum excludere & ultra peccatum non iterare*, ut optimè *Rabanus*. Imponebantur tamen aliqua pœnitentibus. Voluit *Grodogangus* pœnitentem suscipi, quartâ feriâ in capite jejuniorum, vel quadragesimæ; cooperiri Cilicio, & *includi usque ad Cœnam Domini*, qua prostratus super terram, ante apsidem, petebat ab omnibus veniam. Cilicia rarissimè induebant priorum Sæculorum pœnitentes, ipsaque damnabat Sæculo quinto *Cassianus*; quod nullum emolumentum conferrent corpori, laborantem impedirent & superbiam saperent. Pauci, iique Monachi tantum illud gestabant. Laudatur à plurimis Canon Concilii Toletani III. anno 589. habiti, in quo Cilicium, inter habitus pœnitentium, recensetur. Sed variant lectiones, quippe *cilicii* nulla fit mentio, in codicibus msc.; ideoque omittitur in editione Labbeana. Octavo Sæculo, quamquam fuit major jam ciliciorum usus, tamen ab omnibus receptum non fuisse inde probatur, quod in pœnitentialibus horum Sædulorum vix reperiatur.

Cassian. l. 1. c. 1.

Con. 12. p. 1012.

atur. Aspera illa vestis fuit nautarum; sic enim *Virgilius*:

> *setasque comantes*
> *Castrorum in morem & miseris velamina nautis.*

Igitur cum ob duritiem, tum etiam ob mysticam significationem poenitentibus induebatur; referre enim *hædos*, hoc est, peccatores, qui ad sinistram Domini locabuntur, existimabant, ut ex *Rabano* constat.

§. 31.

Incarceratio. INCARCERATIO, de qua loquitur *Grodogangus*, cilicio multò molestior, ignota fuit veteribus, quidquid dici possit, nec illius apud *Augustinum* reperias vestigium; non enim ex eo quod dixit Hipponensis Præsul, aliquando poenitentiam agi debere, in *notitia multorum*, aliquando in præsentia totius plebis, ullatenus sequitur incarceratos fuisse per septem septimanas peccatores. Sæculo septimo, poenas illas temporales & ad rationem civilium Tribunalium dispositas invenere primùm Hispani; quorum tanta severitas, ut etiam mortem aliquando infligerent, aliquando verò in carcere detinerent, ut patet ex Concilio Toletano anni 675. Supplicia quidem vitæ ab eo Concilio fuerunt damnata, attamen exilii carcerisque poenas retinuit. Locum in quo detinebantur illi captivi, ex more apud Pontifices recepto, descripsit Sæculo sequenti *Gregorius II.* includebantur enim vel in Diaconia, vel in Secretaria, vel in ærario vasorum ærariorum, ibique jejunabant. Greg. II. p. ad Leon. Isaur. ad Concil. Nic. II. T. 7. p. 27.

§. 32.

Tonsura. TONDEBANTUR poenitentes alicubi, comamque nutrire summum ipsis fuit nefas; & alibi, apud Hispanos, tonsuram aliquando fuisse probatam patet ex Concilio Toletano superius memorato. Exolevisse tamen mox illum ritum oportet, cum alius planè oppositusque referatur ab *Isidoro* Sæculo sequenti. Apud Gallos capillorum numerus ingentem illam commissorum multitudinem referebat; radi igitur non debebant capilli, utpote quorum mystica significatio poenitentibus horrorem incutiebat, ut videre est apud *Rabanum Maurum*, qui *Isidori* Hispalensis verba descripsit sibique propria fecit. Sic ex oppositis ritibus mysticus aliquis elicitur sensus; pendent enim illa ex acumine ingenii. Aspergebantur etiam cineribus poenitentes; sed cæteris omissis aliquid de *jejuniis*, *Cruce plagisque* dicendum. can. 12. p. 1012. Rab. Maur. de Instit. Cler. l. 2. c. 30. p. 599.

§. 33.

Jejunia. IMPONEBANTUR *jejunia* poenitentibus. Apud Græcos quidem libera fuere; attendere enim debuit Sacerdos quid ferre valerent humeri poenitentium, quidve recusarent. *Quod ad cibum & potum attinet, ut ferunt uniuscujusque natura & vires.* Sic habet poenitentiale *Johannis Jejunatoris*; ideoque tres ille tulit leges omnino diversas, ut si quis nollet priorem observare, secundam eligeret; si verò propter deliciarum amorem, *vel vanam gloriam*, *aut infirmitatem* denegaret obedientiam, tertia lex ab eo fuit sancita; quæ proficiscebatur *ex necessitate & indigentia*, ut ipse loquitur. Duriùs paulò, apud Latinos, actum, præsertim à Sæculis septimo & octavo, quibus vigebant austeritates corporales. Primò enim jejunare debebant poenitentes *tres ferias legitimas* in una quaque septimana; illæ autem feriæ fuerunt secunda, quarta & sexta. Secundò jejunia imponebantur per *tres Quadragesimas*. Illas non noverat antiquitas, solusque *Montanus* tres sibi sociisque instituerat Quadragesimas; at octavo Sæculo, immutatis veterum legibus, quadraginta dierum spatio ante Nativitatem, totidem ante Pascha, totidem denique post Pentecosten jejunari coeptum est. Tertiò condonabantur omnia peccata, remittebanturque poenæ, ubi ad Communionem admittebantur poenitentes; sed aliter ferebant posterorum Sæculorum leges; nam post concessam, receptamque communionem, protrahebantur aliquando in pluros annos, imò ad vitam integram jejunia; sic enim Sæculo nono *Nicolaus I.* definivit; nisi tamen volueris legem non fuisse, eo quod damnaretur parricida, quod nefandum fuit scelus. Abstinebant autem aliquando poenitentes non modo à carnibus, sed & vino, imo & oleo. *De his vero, qui Patrem, Matrem, Fratrem, & Sororem occiderint, dicimus, ut toto vitæ tempore corpus Dominicum non suscipiant, nisi in suo exitu pro viatico; abstineant etiam se carnis comestione & potu vini, donec advixerint.* Sic etiam *Gregorius III.* consultus à *Bonifacio* decrevit. Redimi tamen poterant auro argentoque jejunia poenitentibus imposita, & levi quidem pretio; si quis enim non posset jejunare & esset dives, solvebat pro septem hebdomadibus viginti solidos: si non haberet unde solvere tantum posset, dabat solidos decem: à pauperrimis vero tres tantum solidi exigebantur, idque erogabatur vel pro sancto Altari, vel in redemptionem captivorum, vel denique in gratiam pauperum, sic enim ferebat poenitentiale Romanum hic editum. Greg. III. Ep. ad Bonif. an. 738. a. 7 p. 1478.

§. 34.

ALIUS fuit poenarum ordo, quem silentio præterire nefas esset: Stabat sub dio, ante Monasteria, *Crux lapidea*, ad poenitentiam erecta; si quis enim Monachorum deliquisset, debuit, ex Abbatis mandato, prostratus ibi noctu, per aliquot horarum spatium poenitentiam agere, donec revocato venia concederetur. Peculiare hujus rei exemplum habes hìc, in Vita *Lamberti*; cum enim de noctu surgeret ad orandum, excidit è manu cothurnus, qui sonum edidit. Expergefactus Abbas Monachum misit ad crucem, ibi cilicio tantum indutus precesque fundens jacuit *Lambertus*, donec transactâ Vigiliarum solemnitate Poenitentes ante Crucem. ad an. 770.

te fratres frigore necati, domumque hiemalem petentes, ut ibi artus refocillarent, perceperunt deesse *Lambertum*. Missi Monachi qui ipsum revocarent; repertus est velut victima coram cruce supplex orans. Hoc memorant cum *Odescalchus*, tum *Reinerus*, tum *Nicolaus*, omnes denique qui vitam Lamberti scriptis mandarunt. Adjiciunt illi miracula, nam citius quam debuit Gallus cantavit, ut retraheretur à cruce *Lambertus*, qui Abbati, vel supremo Numini jam satisfecerat.

§. 35.

Flagellationes.

DENIQUE pœnitentibus infligebantur *plagæ*. Legem reperias in pœnitentiali hic edito Romano. De aspera illa pœnitentia flagellationum, paucis ab hinc annis, Vir quidam eruditus Tractatum Monachis valde invisum edidit, ubi eam novam esse contendit, alias autem huic carnificinæ nimis adhuc indulget; flagellationes enim à Sacerdotibus impositas non damnat, adversus spontaneas vero vehementer insurgit. At si tantum vel Religioni, vel pudori, vel castitati ex flagellationibus spontaneis periculum imminet, cur probantur cæteræ? An rerum naturam mutat auctoritas Sacerdotalis? An quæ Veteribus inusitata horrorem incutiebant, licita sunt ab eo tempore, quo mandantur à pœnitentiario? Miror hoc Virum doctissimum non advertisse; certum est enim aliquando saltem Monachis inflictas fuisse flagellationes. Reverâ, *Columbanus*, qui primus Monasticam Vitam apud Gallos instituit, Sæculo septimo statuit, *ut qui solus, cum sola fœmina, sine personis certis loquutus sit familiariter, maneat sine cibo duobus diebus in pane, & aqua, vel ducentis plagis afficiatur*; aliaque fustigationum aliquot occurrunt exempla. Observandum tamen est illas in Monasteriis tantum, in quibus rigidior multo obtinet disciplina, fuisse usitatas, huncque usum minus frequentem fuisse. In Italia, decimo saltem Sæculo, invaluit ille flagellationum usus à Monacho quodam inventarum. Hunc præcipuè commendavit *P. Damianus*; cui obstitere multi, hoc pœnitentiæ genus antea inauditum objicientes; nec ullum exemplum ex antiquitate desumtum suppeditare potuit *Damianus*, qui in omnes sese partes vertebat, ut argumento è novitate desumto sese liberaret. Respondebat ergo, redemtionem pœnitentiæ per Eleemosynas, olim inusitatam, Laicis concedi; Monachos simili jure debere frui, cumque pecunias quibus se redimerent, olim abjecissent, ad flagellationes posse confugere; secundum jus, ut *qui non habet in ære solvat in corpore*. Vicit tamen *Damianus*, & invaluerunt Sæculo decimo Laicorum Virginumque flagellationes, quamquam periculosissimæ. Neminem latent stupendæ illæ flagellationes *Henrici III.* Galliarum Regis, quibus se Religionemque ipsam ridendam plebi propinabat. Successor ipsius *Henricus IV.* per Legatos à Pontifice publicè flagellatus est. Refert *Maffeius* Cubicularius testis oculatus, in Diariis suis anni 1481. Florentinorum Legatos Romam advenisse ut à Sixto IV. absolverentur, ipse autem capiens „ manu virgulas, quæ de more gestari manibus à pœnitentiariis solent, leviter „ percutiebat humeros cujusque Oratoris „ ad quemcunque ictum caput humiliter „ inclinantis dicens sedulò pœnitentiæ psalmum : *Miserere mei Domine.* " Hujus ritus plurima reperias exempla apud *Bonanni*, qui Numismata Pontificum nuper descripsit & amplissimo illustravit Commentario. Numism. Pontif. Sixti IV. T. I. p. 104.

§. 36.

Absolutio pœnitentium.

TRES erant circa absolutionem leges, primò enim absolvebantur peccatores, qui in capite jejunii, hoc est, initio Quadragesimæ pœnitentiam susceperant, Feriâ quintâ ante Pascha, idque ex consuetudine Ecclesiæ Romanæ, quam refert *Rabanus Maurus*. *De pœnitentibus autem, qui sive ex gravioribus commissis, sive ex levioribus, pœnitentiam egerunt, si nulla intervenit ægritudo, quintâ feriâ ante Pascha eis remittendum Ecclesiæ Romanæ consuetudo demonstrat.* Secundò, ubi intercedebat ægritudo, relaxabatur pœnitentia; ne, si reconciliatio denegaretur, periret in desperatione. de Instit. Cler. l. 2. c. 30. p. 600.

Denique cum nullum imminebat mortis periculum, si contritus videretur pœnitens, multò citius absolvebatur, idque pendebat à Sacerdote, penes quem judicium fuit. Attendere debebat ille confessionem pœnitentis & ad fletus atque ad lacrimas corrigentis, & jubere dimitti cum videret congruam satisfactionem. Nec unus *Rabanus* hanc pœnitentiæ relaxationem probavit; *Halitgarius* enim voluit *tempora pœnitentiæ fide & conversatione pœnitentium abbreviari & negligentiâ protelari*. Denique in Capitularibus Regum Francorum, tempora pœnitudinis, habita moderatione, ab Episcopi arbitrio pendent, *prout inspectorum animos viderit esse devotos*. Pariter etiam habebant *ætatis senilis* intuitum, & periculorum quorumcunque aut ægritudinum respiciebant necessitates. Capit. l. 7. c. 21. T. I. p. 1034.

CAPUT

CAPUT VII.

De Eucharistia variisque eam celebrandi Ritibus.

§. 1.

Oblationum usus ad Euchar.

OBLATIONES, à longo tempore antiquatæ, offerebantur adhuc à Laicis nono decimoque Sæculo. Illarum olim duplex usus, his enim alebantur Sacerdotes & conficiebatur Eucharistiæ materia; ideo quidquid alimentis destinabatur imponebatur altari, quod à Patribus Africanis lege vetitum fuit. *ἐν τοῖς ἁγίοις μηδὲν πλέον τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου προσενεχθείη, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος παρέδωκε.* Qui Canon ab Interprete Latino satis accuratè non redditus; vertendum enim: *In Sacris nihil aliud offeratur, præter corpus & sanguinem Christi, ut Christus tradidit.* Sic enim Oblationes fidelium, quamquam nullatenus consecratæ, appellantur *Corpus & Sanguis Christi*, adjiciturque Christum *panem & vinum aqua commixtum* discipulis tradidisse, & qui hunc Canonem legerat sexto Sæculo *Martinus* Bracarensis Episcopus nobiscum sentire videtur, utpote qui sic illum interpretatus fuerit: *Non oportet in Sanctuario offerri præter panem & vinum & aquam quæ in typo Christi benedicantur.* Hispani tamen Afrorum legibus non deterriti, uvas panesque integros sæpius offerebant. Deficiente vino premebant uvas Sacerdotes, vinumque illud recentissime confectum, vel uvas ipsas, vel lac communicantibus administrabant: quem ritum reprehendunt sæpius Concilia Toletana. Apud Gallos, desierat Sæculis de quibus nunc egimus, usus ille Oblationum; nec, nisi in quibusdam locis, offerebatur à Laicis mulieribusque materia Eucharistica.

Cod. Can. Eccl. Afric. c. 27. p. 1667.

§. 2.

Oblationibus alebantur Sacerdotes.

INSERVIEBANT illæ nutriendis Sacerdotibus, pauperibusque, redimendis captivis & fabricandis templis: prius facile probatur ex Synodo Engilhemensi quam edidit *Canisius*, quæque habita est anno 948. Sic enim fert hujus Synodi Canon octavus: *Oblationes fidelium, quatenus altari deferuntur, nihil omnino ad Laicalem pertineant potestatem, dicente Scriptura, qui Altario deserviunt, de Altario participentur.* Mirandum non sufficcisse tot largitiones Sacerdotibus alendis, Oblationesque Laicorum requiri. At tunc temporis multis legibus cavebatur, ne quid pro sepultura mortuorum exigerent Sacerdotes. Observanda hic etiam Laicorum intemperantia, quæ Concilii Decreto præbuit occasionem; illi enim sacrilegas manus in dona Deo consecrata proculdubio injiciebant: quod Concilium fieri vetat. Edidit *Balusius* vitam *Stephani* Abbatis Obazinensis, in qua Eulogiæ fratribus reservatæ erant panes, qui offerebantur *Stephano*, quosque illis ad victum subministrabat; unde aliquando asinus his oneratus ducebatur, quos cum fures deprædari voluissent, non potuerunt; *eos enim non manus humana, sed virtus servavit divina.*

Syn. Engilh. ad an. 948.

§. 3.

Alii usus Oblationum.

ALIOS usus Oblationum habes ex Concilio Nannetensi, quod Sæculo nono, vel etiam decimo, reponimus. Non diffiteor aliam fuisse *Cointio* sententiam, qui illud ad ann. 656. retulit; *Sirmundus* ipse pronunciare ex conjectura non ausus est; *Vitaliani* tamen temporibus, h. e. ann. 658. habitum si quis voluerit, per ipsum licet. Nos quamquam annum definire non audeamus, tamen post *Hincmarum*, convocatum asserimus his argumentis:

Hincm. Cap. an. 852. c. 7. 16. T. I. p. 711.

Primò, inter *Hincmari* Capitula anno 852. Presbyteris mandata, occurrit ipse Canon Concilii Nannetensis, circa Oblationes totidem verbis descriptus; eumque tanquam sibi proprium vindicat Rhemensis Præsul, nec ullum laudavit Concilium, à quo hanc legem hauserit; ipsi igitur tanquam genuino parenti restitui debet.

Secundò, nullus ante *Hincmarum* Confratriarum mentionem fecit ipsasque atro notavit carbone. Nono igitur Sæculo natæ sunt illæ; nec Concilium Nannetense, à quo damnantur, potuit nisi hoc Sæculo convocari. Verosimile enim non est, institutas jam initio Sæculi septimi, per ducentos annos fuisse ignoratas, nec ab ullo Scriptore memoratas; quamquam jam abusus multi irrepserant.

Can. 4. T. 9. p. 469.

Bed. de remed. pecc. T. 8. p. 1134.

Tertiò, *redemptionem peccatorum per Eleemosynas* ut jam prius usitatum laudat Concilium Nannetense; nec tamen hanc nonnisi labente Sæculo septimo admissam fatebitur quisquis rem pensitabit. Occurrit quidem apud *Bedam* illa *redemptio peccatorum*; sed Pœnitentialis *Bedæ* caput ultimum, in quo flagellationes indicantur, suspicione summâ laborat. Additum illud

Capitulum à multis creditur; & reverâ capite præcedenti sibi ipsi finem imposuisse videbatur Auctor, qui Deo benedicebat. Quamvis esset *Bedæ*, non ideò infirmaretur conjectura nostra, quippe qui Sæculo octavo vixerit. Nec objicias, nonnulla legi, in Capitularibus, quæ ex Concilio Nannetensi desumta videntur; illa enim vel sunt leges ab aliis Conciliis jam latæ, vel leguntur in additionibus quartis, quæ malè vel *Ansegiso* vel *Benedicto Levitæ* tribuuntur; iis enim longè posteriores novum subjiciunt argumentum, vel temporibus *Caroli Calvi*, vel post ipsum habitum esse Concilium Nannetense, de quo nunc ideo egimus, quod dubitarent viri docti, cujus Sæculi deberet censeri.

Observare autem licet ex illo Concilio, Oblationes fidelium in quatuor partes divisas olim fuisse, " quorum una ad fabricam „ Ecclesiæ relevandam; altera pauperibus „ distribuenda; tertia Presbytero cum „ suis Clericis habenda; quarta Episcopo „ reservanda, ut quidquid exinde jusserit, „ prudenti consilio fieret. " Olim pars Episcopo dabatur, ut inde sibi victum haberet. Sic intelligendum est quod legitur

Socr. Hist. l. 7. c. 12. p. 348. Valef. not. p. 85. apud *Socratem* de *Chrysanto* Novatianorum Episcopo, qui ab Ecclesiis duos tantum Eulogiarum panes recipiebat, quodque alii ad panem benedictum malè referunt; nam panis ille, de quo mox dicturi sumus, debetur non communicantibus; at verosimile non est Episcopum quem, ut pietate celebrem, narrant Novatiani, singulis diebus Dominicis non communicasse. Deinde *duo panes* Eulogiarum ipsi offerebantur; at quid bini illi panes ad communionem? cùm unus aut particula sufficeisset. Optimè igitur *Valesius*, qui illud interpretatur de panibus oblatis ad Eucharistiam, quorum reliqui Clericis alendis destinabantur, ipse verò Episcopus sibi sumebat quantum voluit.

§. 4.

Panis benedictus. POSTREMUS denique fuit Oblationum usus *Panis Benedictus*; administrabantur enim non-communicantibus in vicem Sacramenti, ideoque servabantur partes panis incisæ in vase nitido: benedicebantur à Sacerdote, prece solemni, qua precabatur, ut ille panis benedictus foret omnibus

Capitul. Hincm. VI. & Conc. Nan. c. 9. p. 470. T. IX. *salus mentis & corporis, atque contra omnes morbos & universas inimicorum insidias tutamentum*: Deinde incisas illas benedictasque Oblationum partes distribuebat Sacerdos singulis Dominicis diebusque festis tanta cum cura, ut ne mica quidem in terram decideret. Accipiebantur autem à non communicantibus cum Devotione &

Allat. de Conf. l. 3. c. 9. p. 1038. gratiarum actione. Apud Græcos, qui Oblationes, huncque ritum retinuerunt, non nisi à jejunis panis ille accipitur, & cum vicem Sacramenti obtineat, ἀντίδωρον vocatur.

§. 5.

Hoc Nannetensis Concilii Decretum *Pio I.* Pontifici tribuit *Goarus*, ut majorem Eulogiis conciliaret antiquitatem; at miror in eundem lapidem impegisse *Cangium* in antiquitate Ecclesiastica versatissimum; constat enim Pontificibus Romanis supposita fuisse illa Decreta, præsertim vero *Pio I.* immeritò vindicari legem, quæ non nisi Sæculo nono obtinuit. Error Goari. in Euchol. p. 154.

Reprehendit etiam *Balsamonem Goarus*, eo quod primam panis Eulogici institutionem Antiochenæ Synodo, sub *Constantio* habitæ, adscribat. Duplex hic error *Goari*, nam *Balsamo* nequaquam dixit, legem institutam fuisse à Concilio Antiocheno; potiùs eam recentiorem fecit & ex ejus Concilii Canone natam asseruit; quo verò tempore, incertum reliquit. Secundò errat *Goarus*, dum antiquiores Antiochena Synodo credidit Eulogias; cum nihil ex prioribus Sæculis præter suppositum *Pio* decretum ipse protulerit. Vixit *Augustinus*, quem ille laudat, post Concilium Antiochenum; nec agit Hipponensis Præsul de Eulogiis illis, quas Græci, cum *Balsamone*, vocant ἀντίδωρα; ignotæ enim fuerunt hoc tempore, sed de munusculis quæ sibi mutuò transmittebant hujus Sæculi Præsules. Indicatur in Balsam. in Can. Conc. Ant. 2. p. 813.

eam rem à Cardinali *Bona* Concilium Laodicenum, in quo vetatur αἱρετικῶν λαμβάνειν εὐλογίας αἵτινές εἰσιν ἀλογίαι μᾶλλον ἢ εὐλογίαι, *Hæreticorum accipere Eulogias, quæ sunt maledictiones potius, quam benedictiones.* Prohibetur ab eodem Concilio, ne sancta mittantur in alias Parochias, instar Eulogiarum. Unde probat Vir Eminentissimus, jam ante Concilium Nicænum, obtinuisse Eulogias, Bona rer. lit. l. 2. c. 19; Conc. Laod. c. 32; p. 1502.

quæ transmitterentur, nec tamen Hæreticis aut excommunicatis concessas. Utrumque falsum, primò enim post Concilium Nicænum habita est illa Synodus Laodicena, ut constat ex *Pagio*, *Marca* cæterisque Criticis nulla suspicione laborantibus, eamque ad annum 363. aut circiter, propter damnatos ibi Photinianos rejicientibus. Secundò, nec ibi agitur de pane benedicto, sed de Sacramento Eucharistiæ, quod deferri solebat, ut constat ex *Innocentii* Decreto. Nec dubium hac de re moveri potest, cum Græcis ἅγια sint Sacramenta. Sententiam nostram tuetur *Zonaras* in hunc Canonem: *Hoc olim moris erat, ut ab una Parœcia in alteram sancta mitterentur vel partes sacri Corporis & Sanguinis Christi, tanquam benedictiones iis ad quos mittebantur.* Falsum denique Eulogias ubi fuerunt institutæ, nec Catechumenis, nec excommunicatis fuisse concessas; hic enim præcipuus fuit apud Græcos panis benedicti usus, ut pœnitentibus excommunicatisque exhiberetur. Non legerat *Germanum* Patriarcham *Bona*; sic enim ille: *Pro crimine obstrictis hæc oblatio sanctitate redundans, alterius*

terius vice sanctioris in Missæ solemnibus substituitur & offertur. Quin imò mandavit *Nicephorus* Confessor, illos pœnitentes & multorum criminum reos μετέχειν εὐλογίας ἤγουν καταλλαγῆ, *participare Eulogiæ & pani confracto*; non enim tantummodo panem exhibent Græci, sed & aquam, quæ sanctificata creditur in eo altari in quo dum celebratur, reposita fuerat, eaque ratione pœnitentes plena videntur habere Sacramenta & sub utraque specie communicare. Denique ubi apud Latinos infantium communio inveterari cœpit, deferebatur pueris panis ille benedictus; sic enim Synodus Burdigalensis anni 1255. statuit, ut *pueris*, in die Paschæ, non Eucharistia, sed Eulogiæ seu benedictus panis, qui olim in fine Missæ iis qui non communicaverant, distribuebatur, porrigeretur. Unde constat Catechumenis & pœnitentibus datas Eulogias, deceptumque esse Cardinalem eruditissimum, dum contrarium asseruit ex Canone *Theophili* quem non intellexit.

Niceph. Canus.

Conc. Burdig. c. 5. p. 740. T. XI.

§. 6.

de fermento.

Nec verbum de pane benedicto occurrit in Concilio Laodiceno; agitur enim in utroque Canone, vel de Oblationibus fidelium, vel de Eucharistia deportari solita. Qui ritus à Judæis proculdubio ad Christianos transiit, quod ab ipso Concilio Laodiceno satis indicatum, dum prohibuit impietatibus Judæorum communicare, & ab ipsis *azyma recipere*, παρὰ τῶν Ἰυδαίων ἄζυμα λαμβάνειν. Mittebant igitur, tempore Paschatis, Judæi azyma in signum amicitiæ; sic Christiani, eodem festivo tempore, Sacramenta sua mittebant absentibus, in signum communionis. Irrepserat etiam apud Latinos ille ritus, jam à priscis temporibus. *Irenæus* enim, ut *Victorem* demulceret, ipsi repræsentat, observantibus Pascha more Judaico Præsulibus missam olim fuisse Eucharistiam ab ejus antecessoribus; nec id tantum Pontifici Romano licuit, ut imperite conjiciebat *Rhenanus*, observante *Valesio*; nec tantum cum peregrinis Episcopis Romam frequentantibus communicabatur Eucharistia, sed ad absentes longeque dissitos transmittebatur. Hoc probat *Innocentius I.* dum fermentum per Paroecias deferri vetuit, *quia longè portanda non sunt Sacramenta.* Quidquid enim dixerit Vir eruditus *Albaspinæus*, fermentum illud fuit Eucharistia, idque constat non modo ex ipsius *Innocentii* verbis, sed & ex veteri Glossa in Decretales Pontificum, quam in vetustissimo Codice Ratisponensi vidit *Mabillonius*. Putat quidem ille, cum *Pagio*, quos sequitur *Martenne*, sic dictam fuisse Eucharistiam, ut occultaretur Paganis; sed tantum huic loquutioni inesse non potuit Mysterium, hic enim non loquitur Catechumenis aut alicui Plebejo, sed Episcopo, cui aperta debuerunt esse Mysteria; nec in Libello publico, sed familiariter in Epistola rescripsit, nec vocem illam extenuat, ut in Decreto *Melchiadis* observatum est, sed absolutè *fermentum* appellat. Denique hanc vocem explicat *Innocentius* ipse, & *Sacramentum* fuisse confitetur; non enim longè portanda sunt, inquit, *Sacramenta*, ita ut de Eucharistia egisse Pontificem nemini dubium esse possit; eadem enim ab ipso fertur Lex, apud Latinos, quæ multos ante annos à Græcis sancita fuerat Laodicææ; ne scilicet, transmitterentur ad alias Paroecias Eulogiæ: quod Laodiceni Patres Eulogias, *Innocentius* fermentum appellavit, & apud utrosque Eucharistiæ Sacramentum debet intelligi. Audaciores sunt Critici, qui in Concilio Carthaginensi tertio panem benedictum significari, Sacramentique titulo insigniri asseverant. *Placuit*, inquiunt alibi Præsules, *ut etiam per solemnissimos dies paschales Sacramentum Catechumenis non detur, nisi solitum sal; quia si fideles per illos dies Sacramentum non mutant, nec catechumenos oportet mutari.* Ut enim fidelium Sacramentum, quod immutari non debuit, fuit Eucharistia, sic etiam in priore Decreti parte debet idem huic verbo sensus tribui. Ut cætera mittam, agitur de Eucharistia cum apud *Gregorium Turonensem*, ubi asserit *Meroveum*, cum ei Eulogia denegaretur, post Missam exclamasse, *eum non recte à communione sine fratrum conniventia suspendi*: tum in vita *Melanii Rhedonensis*; in qua *Marsus* jejunium caritati præferens & Eulogiam de qua *communicare* debuit vilipendens, particulam quam à sancto *Melanio* acceperat, in sinum cadere permisit. Quid enim aliud sibi volunt illa verba, *communicare* & à *communione* suspendi, nisi hîc agatur de Eucharistia? An communicant panem benedictum accipientes? At è contrario legitur apud *Hincmarum*, in Concilio Nannetensi institutam fuisse in gratiam *non-communicantium*. Quamvis igitur Viros doctos, qui nobiscum senserunt, increpet *Bollandus*, certum sit, *Marso* Eucharistiam administrasse *Melanium*, nec panis benedicti, ante Sæculum nonum, fieri mentionem; nullum enim profertur argumentum, quod *Hincmarum* & Concilium Nannetense superet. Apud Græcos, si quid in *Basilii* vel *Chrysostomi* Liturgiis diversum irrepsit, id non mirandum, depravata enim fuerunt diversis temporibus illæ Liturgiæ & ad cujusque Sæculi ritus adtemperatæ. Hoc observandum præcipuè, nullum apud Veteres occurrere, de pane benedicto testimonium, qui in vicem Sacramenti daretur, nec ullas in Liturgiis vel Ritualibus legi orationes, ad consecrandum illum panem; denique hac ratione Ecclesiam non-communicantibus illusisse, comicoque more, ut ita dicam, Eucharistiæ Sacramentum voluisse impertiri. Invaluisse tamen, Sæculo nono, ritum illum, negare nolim; imò pani benedicto, apud Latinos, non minus quam apud Græcos, summam tributam esse vim ex Concilio Nannetensi patet.

Iren. ap. Euseb. l. 5. c. 24.

Innoc. I. Ep. 29.

Mus. Ital. T. 2. p. 38. Martenne de Ant. Rit. T. I. p. 311.

Concil. Carth. III.

Hincmar. Cap. an. 752.

Longo post tempore, Cluniacenses Monachi in privatis diebus hostias non consecratas portabant in Refectorium, ut his qui

qui eo die non *communicaverant*, per manus Sacerdotis distribuerentur : quod hoc ordine fieri solebat, ut primùm tribueretur de ipsis hostiis Domino Abbati, postea cum tribus subministrabantur mensis, unusquisque autem accipiens deosculabatur manum offerentis. Perseverabat igitur undecimo Sæculo lex illa, qua solis non communicantibus conferebantur hostiæ non consecratæ, immutata postmodum ob virtutes quas pani benedicto adscripserunt multi, & omnibus passim exhibitus est : quem ritum retinent adhuc plures, apud Gallos præsertim.

§. 7.

Eulogiæ munera Episcoporum.

ALIÆ fuerunt Eulogiæ, de quibus fit mentio in Epistolis ad *Desiderium* Cadurcensem Episcopum hic editis. Gratias agit Papæ *Desiderio* Rex *Sigebertus* ob Eulogias ad se transmissas. Eadem scribit *Paulus* Episcopus ob Eulogias sanctas quas susceperat. An *Eulogiæ* illæ fuerunt *Eucharistia*, quemadmodum mox probavimus ; an vero *panis benedictus* ? Munuscula sibi mutua transmittebant Episcopi, à longo tempore, ut ex *Augustino Alypioque* facilè probatur, & munera illa *Eulogiarum sanctarum* titulo condecorabantur. Evidentius illa habes ex versibus eucharisticis Christiani Poëtæ cujusdam :

ad an. 640. Ep. 9. 11.

Quid quod crebro etiam mittis pia verba salutis,
Pluribus & donis hicque domique oneras.
Sic mea nunc redolet proles velut inclyta rara
Munera divina, quæ benedicta cluunt.

Ex quacunque igitur materia offerebantur amicis Eulogiæ aliquando copiosissimæ. Quid *Desiderius* exhibuerit Regi suo divinandum esset ; at ex Codice mst. facilè conjicitur Eulogias illas ab eodem Papa ad *Paulum* transmissas fuisse *tonnas decem elegantissimi falerni*. Eulogia quam amico pollicebatur *Aldhelmus* fuit Carmen Heroicum, de laude Virginum, quod edidit *Canisius*. Sanctæ dicebantur tales Eulogiæ vel ob personæ dignitatem, vel ob preces aliquas ab Episcopo effusas. Revertamur nunc, ab Oblationibus & Eulogiis, ad Eucharistiam ipsam.

§. 8.

Panis fermentatus.

EUCHARISTIÆ materia fuit panis fermentatus, apud utrosque, cum Græcos, tum Latinos, ad Sæculum usque nonum. Rem à nobis dudum actam agere, nec crambe recoctâ lectoribus nauseam movere volumus. Hîc solùm observabimus, ex Concilio Nannetensi superiùs indicato, firmari posse *Sirmundi* sententiam, qui fermentum in Ecclesia Latina ad Sæculum decimum perseverasse contendit ; quippe offerebantur tunc panes ex quibus conficiebatur cum Eucharistia tum panis ille benedictus, qui non-communicantibus exhibebatur ; at primò Oblationes fiebant ex pane, quem Laici in propriis ædibus coxerant, quique fermentatus esse debuit. Secundò cum constet omnibus, panem benedictum quo utebantur aliquando non-communicantes fuisse fermentatum, sequitur hoc ipso, azyma in Ecclesia cum habitum est Concilium Nannetense, hoc est, anno 852. non fuisse nota.

Hist. de l'Eglise l. 14. c. 3.

§. 9.

Panis sale conditus Hispanorum ritus.

ALIUD fuit circa Eucharistiam in quo discrepabant à Latinis Græci, & cum Græcis Hispani. Queritur *Alcuinus*, in Epistolis, Hispanos sale imbuisse panem Eucharisticum, contenditque *ut panis ille qui consecratur in Corpus Christi, absque fermento ullius alterius infectionis sit mundissimus* : quæ verba arripuerunt azymorum defensores, quasi probarent etiam ab Apostolicis temporibus usitata fuisse ; vel potiùs, quasi verba illa, *alterius infectionis fermento* Alcuini mentem non aperirent ; ea enim ipsi fuit sententia Hispanos exagitandi, ob sal ab ipsis pani Eucharistico immixtum. Sal illud *infectionis fermentum* appellat, vultque ab omni pari infectione mundari panem consecratum. Nulla igitur vel azymorum vel fermenti hic fit mentio, sed salis pani immixti. Reverâ Hispani sæpiùs à cæteris divertebant, circa materiam Eucharistiæ ; primò enim Sacerdotes partim imperitia, partim temerario ausu, non panes mundos & studio præparatos supra mensam Domini in sacrificio offerebant, sed passim quomodo unumquemque aut necessitas impulerat, aut voluntas coëgerat, *de panibus suis usibus præparatis crustulam in rotunditatem auferebant*, eamque super Altare cum vino & aqua pro libamine offerebant : quod fieri vetuit Concilium Toletanum ad finem Sæculi septimi habitum. Secundò, apud ipsos circa vinum, ut circa panem, peccabatur, eodem Sæculo ; quidam enim lac aut etiam botrum pro vino offerebant, Eucharistiam quoque vino madidam pro complemento communionis credebant populo porrigendam, & quod pejus his omnibus erat, quidam Sacerdotum in Vasis Domini epulas sibi apparabant & manducare in eis præsumebant ; denique ætate *Alcuini* sal pani immiscebant.

Ep. 29. Quercet. Edit. sed 8. nostræ, ubi tamen desunt querelæ.

Conc. Tol. XVI. an. 693. c. 6. p. 640.

Conc. Bracar. IV. c. 1. p. 562.

Hoc postremum vehementissimè reprehendit *Alcuinus* ; attamen Græci hunc ritum admiserunt & illi ita tenaciter adhærent, ut credant Latinos ad errorem Apollinaristarum proximè accedere, dum hanc consuetudinem repudiant ; cum enim, inquiunt illi, fermentum loco animæ efficiatur, *sal vero loco mentis*, azymum iis carens,

rens, nonne reverâ est inanime atque mortuum. Sacrificium ideò nullum contendunt Græci, quod sale destitutum sit, nullaque sine sale offerri debuerit victima, ex lege à Deo ipso lata. Sal quidem infundebatur ori Catechumenorum, & de eo intelligendus est *Augustini* locus, quem *Goarus* ad panem benedictum violenta interpretatione vel errore applicari voluit; *hic enim panis*, inquit *Goarus* ex *Augustino*, *quamvis non sit Corpus Christi*, *sanctus tamen est & sanctior cibis omnibus quibus alimur*. At apud *Augustinum* deest illa vox *panis*, quam de suo subjecit *Goarus*, ut eo loci quod quærebat, vel potius sibi finxerat, reperiret; legendum enim: *quod accipiunt*, *quamvis non sit Corpus Christi*, *sanctum tamen est*. Et reverâ non agit *Augustinus* de pane, indicatque tantum sal illud quod Catechumenis in festivitate Paschatis exhibebatur, secundum Concilium Carthaginense superius memoratum. Sal igitur catechumenorum, vel infantium fuit proprium, nec communioni adhibitum. Cum tamen parum intersit Religioni Christianæ an panis sale sit conditus necne, iniquior sane fuit Hispanis *Alcuinus* qui hoc ipsis crimini vertebat.

Goar. in Euchol. p. 155.

§. 10.

Communio sub utraq. specie.

COMMUNICATUM cum pane vinum Eucharisticum Laicis ut Sacerdotibus negari non posse ab eo qui vel levissima rerum Ecclesiasticarum notitiâ imbutus sit, tuetur Cardinalis *Bona*. Distinguit ille tamen, inter Missarum solemnia, publicam scilicet communionem & privatam. In Missarum solemnibus, inquit, semper & ubique ab Ecclesiæ primodiis usque ad Sæculum XII. sub specie panis & vini communicarunt fideles, cœpitque paulatim, ejus Sæculi initio, usus Calicis obsolescere, plerisque Episcopis eum populo interdicentibus, ob periculum irreverentiæ; quod cum in confesso sit, probatione supersedebimus; hoc unum observantes, quod notavit *Cogitosus* in Vita Brigidis hic editæ, ostium fuisse in sinistra parte parietis Ecclesiæ, per quod Abbatissa cum suis puellis & viduis fidelibus intrabat, ut *convivio corporis & sanguinis fruerentur Jesu Christi.* Communicabant igitur Sanguini ut & Corpori virgines viduæque fideles, sicque perfectum fuit convivium animarum Christo epulantium. Alterum à nemine, cui scintilla rationis insit negari posse contendit idem *Bona*, nempe, Communionem sub una specie usitatam fuisse, extra Missarum solemnia. Cum solum in illustrandis Scriptoribus hic editis operam navare velim, observabo tantummodo *Bedam*, Sæculo octavo, Vitam *Cutberti* carmine decantasse quæ hic habetur: in ea quidem *Cutbertus* moriens communicat Altari, sub utraque specie:

Bona rer. Litor. l. 2. c. 18. p. 701.

ad an. 530.

ad an. 701. c. 36. & op. T. 3. c. 29.

Ecce sacer residens Antistes ad altar
Pocula degustat vitæ Christique supinum
Sanguine munit iter.

At in Vita ejusdem *Cutberti*, quam Prosâ chartis commisit *Beda*, legitur, *Hildmerum* Regis *Egfridi* Præfectum, cujus uxor à Damone vexabatur, adiisse *Cutbertum* atque ab eo postulasse, ut mitteret Sacerdotem, qui illam priusquam moreretur, visitaret, *eique Dominici Corporis & Sanguinis Sacramenta ministraret.* Nec igitur tantummodò inter Missarum solemnia, sed & in privatis ædibus morienti fœminæ Sanguinis Dominici Sacramenta conferebantur. Nec metuebant illi, ne in longo itinere defatigatis Sacerdotibus, lapsu, vel casu effunderetur Sanguis.

Beda Vit. Cutb. c. 15. T. 3. p. 224.

§. 11.

De Calicib. ligneis, aheneis &c.

SUNT qui credant Sacramenta Corporis Christi, Vinum præsertim non nisi in vasis aureis argenteisque debere reponi. Et revera inter varia Galliæ Concilia à *Dacherio* edita habetur *Albiense*, cujus Canone XIII. jubetur, ut omnes Ecclesiæ, *quarum reditus & proventus annuatim attingunt summam quindecim Librarum Turonensium*, *expensis quæ fuerint colligendo & reponendo deductis*, habeant *Calices argenteos*; hodieque apud Romanos crimini verteretur ei qui in Calice stanneo, vel vitreo sanguinem offerret.

Conc. Albiense an. 1254. c. 13. Spicil. T. 2. p. 638.

Conjicit *Bona* hoc institutum ab Apostolis fluxisse; cum enim fideles venditis possessionibus pretia Apostolis in communem Ecclesiæ usum afferrent, non deerant ipsis nummi, quibus fratrum necessitatibus providerent, ut quæ spectabant ad usum sacrificii compararentur; curasse autem Apostolos, ut vasa sacra ex pretioso metallo fabricarentur, non levi conjectura inferri potest ex eorum pietate. Alii ad Christum ipsum confugiunt: cujus Calix argenteus, teste *Beda*, Sæculo octavo potuit videri.

§. 12.

Calices varii in Ecclesia.

MIHI quidem videtur, Ecclesias vasibus cujuscunque materiæ, pro libitu, vel prout tempora postulabant, uti solitas; ita ut durior aliquatenus videatur posteriorum Sæculorum lex, qua stannea vel ænea vetantur. Concessam, hac in re, à Veteribus per plurima Sæcula libertatem fuisse primò *Magnus* ille inter Sanctos relatus, cujusque Vitam à *Canisio* primùm, à nobis denuo editam scripsit Sæculo septimo *Theodorus Campedonensis*, utebatur *Calicibus aheneis*; nec ille solus, quippe eadem de *S. Gallo* narravit *Walafridus Strabo* longè posterior, hancque ritus soliti subjecit rationem, aheneos fuisse clavos, quibus Christus affixus est cruci. Labentibus tamen Sæculis, lege cautum est à Synodo Vintoniensi, *ne Calices sint ærei*, *vel lignei*: hoc autem Concilium undecimo Sæculo assignatur. *De ære aut orichalco non fiat Calix*, *quia ob vini virtutem æruginem pa-*

Vita Magni ad Sæc. VII c. 9.

de Reb. Eccles. c. 24.

Conc Vint. an. 1074. c. XVI. T. 10. p. 302.

parit quæ vomitum provocat, inquit *Gratianus*, eademque verba leges in Missali Romano.

Eamdem subiere sortem Calices stannei; infrequens equidem eorum usus apud veteres, qui forsan minus noverant. Patet ex Concilio quod, immeritò tamen, Rhemense dicitur, stanneos Calices fuisse licitos; si enim aliquis argenteos habere non potuit, stanneos sibi debuit parare; ex illius Synodi Decreto. Meminit & *Casalius* Bullæ *Innocentii IV.* Pontificis, quâ licebat Sacerdoti in argenteo, vel saltem stanneo Calice sacrificare. Divitum Potentiumque fastidio nimis indulgens *Damianus* Sacerdotes increpavit, qui stanneis vel etiam supparis cujuscunque metalli Calicibus iisque sordidis utebantur, quos propriis labiis adhibere vir quilibet potens non dignaretur.

Casal. de Vet.Christ. Rit. c. XI.

Meminit *Gregorius Turonensis* Calicis Crystallini, qui, ob admirabilem pulchritudinem, servabatur in Ecclesia Mediolanensi *S. Laurentii*; & inter crimina quæ *Hincmarus* Rhemensis *Hincmaro* Laudanensi objecit in Synodo Duziacensi, refertur, ipsum Onychinum Calicem, quem Rex Ecclesiæ donaverat, furto abripuisse: quæ cum evidentia sint, dissimulare omnino non potuit Cardinalis *Bona*, imò plura de Onychinis & Crystallinis Calicibus affert. Hos quidem inter abusus ille recenset; sed an meritò, viderit ipse; cum enim illa à Viris pietate sanctitateque, ut ajunt, celeberrimis fuerint observata, quis ea velut illicita carpere, vel etiam damnare ausit; nisi aliunde constet, leges à Deo latas violasse, vel Canones ab universa Ecclesia receptos repudiasse; quod nequaquam probabitur.

Gregor. Turon. de Mir. l. 1. c. 47. Synod. Duz. apud Cellot. c. 5. p. 7.

Bona rer. Liturg. l. 1. c. 25. T. 3. p. 381.

§. 13.

Refellitur Bona.

Conjecturis nititur *Bona*, cæteroquin doctissimus, ut Calices argenteos ab Apostolis ipsis adhibitos probare possit. Nos omnino latet quos in varios usus Apostoli bona fidelium dispensaverint. Duo tamen constant: prius, ex Apostolo Paulo discimus haud multos divites in Christianorum numero fuisse: Secundum, Apostolos ipsos aliquando penuriâ laborasse, quippe qui victum ipsi suis manibus quærerent, urgerentque Christianos ut Ecclesiarum inopiam eleemosynis sublevarent. An nunc ea fuit Ecclesiæ Apostolicæ sors, ut superbas ædes auro, argentoque decoratas consecrarent? quæ dirissimas patiebatur persecutiones, vixque divites aliquos in sinu fovebat. Denique non in vasibus argenteis, sed in fide internisque circa Sacramentum & Christum motibus collocabant Apostoli, cætera quæ simplicioribus fucum faciunt vix curantes.

Reverâ, si conjecturis agere velimus, multò verisimilius est plurimas Ecclesias Eucharistiam in vasis fictilibus administrasse, is enim pauperum mos fuit:

Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis
Pocula de facili composuitque luto.

Auro & argento destitutæ fuerunt sæpius Ecclesiæ, ut earum fundatores Apostoli; nec apparet Veteres Christianos alia pocula in Eucharistia adhibuisse, quam in Conviviis iis, quæ *Agapæ* dicebantur, usi sunt; at fictilia illa sæpius fuisse quis negabit? Attendit forsan ad hunc usum Paulus Apostolus, dum thesaurum divinum in vasis testaceis se cæterosque fidei Ministros habere profitetur. Narrat *Mabillonius* se, in Ecclesia S. Anastasiæ, dum Romæ degebat, vidisse Calicem quo *S. Hieronymus* in re sacra usus fuisse dicitur, illumque fractum constare ex terra figulina alba, in morem Calicis usualis ad potandum: quæ si vera forent, ex iis conjecturæ nostræ pondus aliquod accederet. Dubitat quidem *Mabillonius*, an unquam Sacra fecerit *Hieronymus*; sed cum à *Paulino* Antiocheno, cujus partes in Occidente prævalebant, fuerit Presbyter ordinatus, non video cur à sacris administrandis semper abstinuerit, & inde nullum est dubium obtinuisse fictilia vasa, nunc illicita, ad Sæculum usque quartum.

Iter. Ital. p. 97.

§. 14.

Sunt qui vasa lignea fictilibus præferant; duplicique nituntur argumento. Prius est testimonium *Bonifacii* Moguntini dicentis, olim aureos fuisse Sacerdotes & ligneos Calices; at suo tempore ligneos esse Sacerdotes & aureos Calices. Putat quidem Cardinalis *Bona*, inde non inferri posse, quod usus Calicis lignei fuerit in Ecclesia, creditque potius S. Antistitem zelo Dei succensum, præteritorum comparatione sua tempora redarguisse. At certe si qua dubitandi ratio aliunde petenda; delirasset *Bonifacius*, ejusmodi verba proferendo, nisi indicare voluisset ligneos Calices olim in sacris fuisse adhibitos. Adjicitur auctoritas *Honorii* asserentis, *Apostolos & eorum successores in ligneis Calicibus Missas celebrasse*; quod ille ex paupertate Christianorum notissima concludit. Sic enim solebant simpliciores,

Calices lignei.

Rer. lit. l. 1. c. 25. p. 381.

Gemma animæ l. 1. c. 89.

Tibi pocula ponam
Fagina, cælatum divini opus Alcimedontis.

Virgil. Eclog. III.

Tanta tamen non est horum Scriptorum auctoritas, ut ea niti deceat; nam *Bonifacius* paulo remotior est à prioribus Sæculis, à quo tamen cum *Walafridus Strabo*, tum Concilium Triburiense anno 895. habitum, tum etiam *Rodolphus Tungrensis* hanc sententiam hauserunt. Nullo Veterum testimonio utitur *Bonifacius*, ideoque illud ex incerta Traditione protulit. Referente *Platina*, jam à Zephyrino Pontifice prohibiti fuere Calices lignei, vitreique iis substituti.

Strabo de Reb. Eccles. c. 24. Concil. Tribur. c. 18. p. 1451. Rod. Tungr. de Canon. Obs. p. 23.

§. 15.

§. 15.

Calices Vitrei. Laudatur circa Vitreos Calices locus *Tertulliani : Procedant picturæ Calicum vestrorum, si vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius, hoc est, ovis perditæ ; at ego ejus Pastoris Scripturas haurio, qui non potest frangi.* Hunc locum huc pertrahi censet *Bona* contenditque Tertullianum tantum loqui de pictura & fractura, quæ vasibus argenteis convenire possint, illius præsertim Scriptoris stylo, qui metaphoris abundat. Vera sunt hæc duo, *Tertullianum* abundasse metaphoris, & de fractura picturisque loqui ; at falsum est, pace Viri tanti dixerim, hæc vasis argenteis convenire. Cælantur, non pinguntur argentea vasa, nec facilè franguntur ; è contra verò, *nulla vitro*, inquit *Plinius*, *materia sequacior aut etiam picturæ accommodatior ; vitrum fit omnibus pæne coloribus.* Animadvertenda denique vox illa *Tertulliani*, ex qua præcipue vis argumenti ducitur ; *perlucebit*, scilicet, in vasibus imago Pastoris ; quod vitreis quidem, nullatenus verò argenteis vasibus convenire potest. Fuerunt igitur ætate *Tertulliani* vitrei Calices ; nec video cur id neget *Bona*, qui confitetur postea vitreos calices in usu fuisse plurimaque hanc in rem collegit testimonia, ex quibus hic saltem illud *Hieronymi* proferemus *Exuperium* Tholosanum illum Præsulem laudantis, *quod Corpus Christi in Canistro, Sanguinem Christi in vitro portabat.* Adjicietur solummodò, pocula vitrea usitata, imò magno in pretio, apud Romanos, his temporibus habita fuisse, eorumque diversitate & operositate delectabatur *Verus* Imperator. Observabimus denique peccasse *Baronium*, qui vitreos Calices interdictos sub *Carolo M.* in Concilio Rhemensi confidenter nimis post *Gratianum* asseruit ; quantumvis enim omnes Synodos Rhemis vel alibi habitas, sub *Carolo M.* pervolvas, nullam reperies, in qua vetitum sit uti vitreis calicibus. Sæculo longè posteriori lata est illa lex.

§. 16.

Argentei. Argentei fuerunt etiam olim Calices, apud Christianos. Si quis illud negaret, præfractæ frontis esset, nullo niteretur argumento, omnique destitueretur ratione. Fuerunt, apud Veteres Christianos, *Calices baptismales* argentei, in quibus porrigebatur infantibus vinum & lac ; quin ex eadem materia ad res Eucharisticas conflata fuerint vasa negari non potest. Occurrunt sæpius illa in Actis Martyrum, quæ sinceritate gaudent : diripiebant, scilicet, Pagani Calices argenteos, qui proculdubio celebrandis Sacramentis inserviebant. *Baronius* tamen, & qui eum passibus æquis sequitur *Bona* falluntur, dum vasa argentea referunt ad Christum ex testimonio *Bedæ* vel *Adamanni : Hierosolymis in platea quæ Martyrium & Golgotha continuat, exedra est,* inquit *Beda Venerabilis*, *in qua calix Domini scriniolo reconditur, per operculi foramen tangi solet & osculari, qui argenteus Calix hinc inde duas habens ansulas sextarii Gallici mensuram capit.* Primò, unde illud hauserat *Beda*, qui octavo tantum Sæculo vixit ? An ex ore Monachorum Hierosolymis degentium excepit ? an ex incerto rumore ? Constat enim nullum Veterum, per septingentos annos, talia dixisse ; nec meminit *Helena* quæ Crucem è sepulcro effossam ; clavosque aheneos quibus confossi fuerant pedes manusque Christi, *Constantino* filio transmisisse fertur. Siluit *Hieronymus*, qui hæc loca tamdiu incoluit ; pace Ecclesiæ Hierosolymitanæ jam restitutâ. Deinde verò Calix ille non fuit Christi, nec Apostolorum, sed hospitis apud quem ultimum Pascha celebravit. An hospes ille fuerit Christianus ? an vas argenteum habuerit ? an illud Ecclesiæ Hierosolymitanæ commiserit ? Deinde incensis Hierosolymis dirutoque templo vas illud ex incendio ereptum servatumque asserere quis sine testibus velit ? Valeant igitur non modò *Baronius Bedæ* fabularum amatori fidem habens, sed cum ipso *Quaresmius* in Elucidatione Terræ Sanctæ referens dictum Calicem Valentiæ, in Cathedrali Ecclesia, servari, tum & *Gavantus*, qui ab illis recedens contendit errare *Bedam* cæterosque, & calicem illum Hierosolymitanum cum ansis duabus fuisse potius adhibitum, ad potandum Christum felle & aceto, quam ad ultimam Cœnam. Mutata saltem fabula.

Beda de loc. sacr. c. 2.

l. 3. c. 13.

Comm. in Rubric. Miss. p. 2. l. 1.

Aliud habet argumentum *Bona* ex Natali Calicis quod celebratur, feriâ quintâ majoris hebdomadæ, in qua tunc Calix è profano usu ad sacrum Christo auctore translatus est. Vetus est illa Natalitiorum Calicis celebratio ; Paschasius enim ejus meminit.

Hoc in natali Calicis non est celebratum
Quando Pascha novum Vetus est Pascha dicatum,

De Euch. c. 13.

Inquit *Petrus Blesensis.* Sed nihil inde potest elici. Natalitia Cathedræ Petri, ut apud Gentiles, imò & Christianos, urbium statuarumque celebrata sunt. Denique Cardinalis *Bona*, anticipatis opinionibus abreptus, ex recentiorum legibus de antiquis sententiam ferens, alios quam argenteos Calices vix adhibitos fuisse credidit & probare conatus est. Contrarium tamen invictissimis argumentis patet ex exemplis *Magni* & *Columbani* allatis.

§. 17.

Meminit gemmati Calicis *Chrysostomus*, mores sui Sæculi carpens. Fingebant sibi præpotentes, apud Antiochenos, viri licere prædia viduarum diripere ; modo quadam veluti pœnitentia ducti muneribus orna-

Gemmati Calices. Chrysost. ad pop. Antioch. 60.

ornarent templa & *calicem aureum & gemmatum offerrent mensæ* : quod ipse reprehendit. Meminit & *Baronius Constantini M.* donantis Ecclesiæ in Via Lavicana ab ipso conditæ Calices aureos tres pensantes singulos libras decem *cum gemmis Prasinis & Hyacintinis.* Sed vereor ne testimonium illud summâ suspicione laboret ; quippe illud è nescio quo Libello Vaticanæ Bibliothecæ eduxit *Baronius*, qui reverâ novitius est & in Sæculorum fæce scriptus. Quæ memorat Scriptor ille de erectione tot Ecclesiarum à *Constantino* Romæ mandata, non modò sunt incerta, sed planè fabulosa. In eo, quem præ manibus habemus, loco occurrunt *Calices Ministeriales* veteribus ignoti, posterioribus tantum Sæculis, quibus summus fuit Ecclesiæ fastus, aut Communio sub una tantum specie, populo destinata, fuerunt inventi. Multò certius est ex *Anastasio* Bibliothecario *Michaelem* Græcorum Imperatorem misisse Romam Evangelium auro purissimo tectum, cum diversis lapidibus pretiosis, *calicem* similiter ex auro & lapidibus circumdatum, reticula pendentia ex Gemmis albis, pretiosissima pulchritudine decorata. Hæc omnia ideò congessimus, ut inde constaret de Ecclesiæ libertate in administratione Sacramentorum, quæ lege nullâ restricta fuit, ante Concilium Triburiense anno 895. in quo adhuc quæpiam sunt observanda.

Bar. anno 324. p. 274. l. 3.

§. 18.

Observationes in Concil. Tribur.

Primo Concilium illud Calices ligneos ab Ecclesia Veteri usitatos fuisse confitetur, quippe laudatur *Bonifacius Moguntinus* Præsul asserens Sacerdotes quondam aureos usos esse calicibus ligneis, tunc verò ligneos Sacerdotes uti Calicibus aureis. 2. Immeritò dixit *Bona* hunc *abusum*, quem damnat Concilium, irrepsisse, non enim crimini, sed è contrario laudi priorum Episcoporum vertebat *Bonifacius*, quod ligneos Calices in administratione Sacramenti adhibuissent ; & omnia quæ immutantur, non ideò damnantur ; usus inoxii aliquando in meliores innovari possunt. Tertiò probatur, ex hoc Concilio, *Urbanum* Papam fuisse primum, qui vasa fecit argentea ; *Urbanus* autem vixit initio Sæculi III. Improbat hanc sententiam *Bona*, ex eo quod Pontificale *Damasi* referat quid fecerit *Urbanus* ; at ea sileat, quæ ante ipsum fecerant alii. Debuit Purpuratus Pontificale cum Concilio Triburiensi, quod proculdubio legerat, conferre ; animadvertere enim potuisset, ex Canone Concilii, *Urbanum* tanquam hujus consuetudinis auctorem repræsentari, eamque subjici rationem quæ litem dirimit ; *in hoc enim, sicut & in reliquis cultibus, magis & magis, per incrementa temporum, decus succrevit Ecclesiarum.* Eadem fuit sententia *Walafrido Straboni*, qui & ipse *Zephyrini* Decretum, circa vasa lignea & *Urbani* innovationem retulit. Mirandum itaque Concilium, dum Calices ligneos consecrasse Apostolos sensit, horum tamen usum omnino damnare : *Deinceps nullus Sacerdos sacrum Mysterium Corporis & Sanguinis Jesu Christi Domini nostri in ligneis vasculis ullo modo conficere præsumet, ne unde placari debet, inde irascatur Deus.* Voluit quidem hoc Concilium ideò, ne decus Ecclesiarum, quod debuit amplificari, minueretur ; ubi igitur res Ecclesiarum in tenui erant, potuere Calices lignei, absque offensione Numinis & absque dedecore Ecclesiarum, retineri, ut apud Norwegos, verbi gratiâ, calix corneus per longa temporis spatia in usu fuit.

De Reb. Eccl. c. 24.

Reverâ Legem illam Concilii Triburiensis ab omnibus statim admissam non fuisse probant illa Concilia longe recentiora, quæ nova hac de re sanxerunt Decreta ; quin imò Concilium Albiense, de quo superius, dum statuit ut quum supersint Ecclesiæ omnibus expensis deductis quindecim Libræ Turonenses, sibi Calices argenteos comparent, satis indicat aliis pauperioribus Ecclesiis decimo tertio Sæculo licitum fuisse Calicibus è viliori materia confectis uti.

§. 19.

In vita *Adalberti* legitur aliud circa Eucharistiam, quod hic omitti non debet, reservatam nimirum illam fuisse ad privatos usus, non altari reponi, nec in Ciborio requiescere, sed panno involutam secum deferri ; cum enim Borussos, recens baptizatos, communicasset *Adalbertus*, colligere jussit quidquid de eo pane, scilicet, consecrato, supererat, & mundissimo panno involutum *sibi servavit, pro viatico, deferendum.*

Eucharistia in panno servata. Vita Adalb. ad a. 1000. c. 42.

§. 20.

Cæterum *Missæ* ritus hic explicantur ab *Etherio* & *Beato*, qui pleraque desumserunt ex *Isidoro* Hispalensi. Falluntur tamen qui dicunt Missas vel orationes quibus oblata Deo Sacrificia consecrantur à S. Petro fuisse institutas, earumque celebrationem uno eodemque modo universum Christianum Orbem peragere ; quot enim circe Missas diversi ritus ? & multum à cæteris discrepabant Hispani ; asserunt autem illi *panem, quia Corpus confirmat, ideo Christi Corpus nuncupari ; vinum autem, quia sanguinem operatur in carne, ideo ad Sanguinem Christi referri : hæc autem dum sunt visibilia sanctificata, tamen per Spiritum Sanctum in divino Corporis Sacramento transire.* Quæ proculdubio Sæculi octavi fuit sententia. Quid vero sibi velint illa : *panis nuncupatur Corpus Christi quod corpus confirmet ; vinum vero ad sanguinem refertur* ; facile intelligent eruditi.

Missæ explicatio. ad an. 785.

Duo

§. 21.

Missa significat Orationes.

Duo supersunt circa Missas notanda: primum ex *Adamanno* Scoto, apud quem vox illa non semper usurpatur de Sacrificio & Eucharistia, ut loqui mos est, sed de orationibus omnibus in Ecclesia fieri solitis; alioqui dicendum foret, Eucharistiam non modo matutinis horis, sed etiam vespertino tempore fuisse celebratam, eamque post cibum recipi solitam septimo Sæculo; quippe *Columba*, ut refert *Adamannus*, ad vespertinalem Dominicæ noctis Missam, ingrediebatur Ecclesiam, qua continuò consummata, ad hospitium reversus est. Obiit autem nocte ante Dominicam, quæ incidebat nono Junii anni 597. Alibi tamen idem *Adamannus* Missam pro celebratione Eucharistiæ usurpavit.

Adaman. Vit. Columb. l. 3. c. 30. ad ann. 670

l. 3. c. 15.

§. 21.

Tres Missæ singulis diebus.

Secundò notandum est, *Bonifacium* quidem, Moguntinum illum Præsulem celeberrimum, cujus Vita hic habetur, statuisse ut una tantum Missa à Sacerdote singulis diebus celebraretur, quæ Constitutio hodie adhuc obtinet; discedebat tamen ille à consuetudine Ecclesiæ Romanæ, quæ solebat, diebus aliquot festivis, duas vel tres Missas unius Sacerdotis Ministerio celebrare. Et revera diversitas hac in re fuit maxima inter Sacerdotes Sæculo nono; alii enim semel tantùm unoquoque die Missam celebrabant, quia Passio Christi cunctarum necessitatum subsidium ipsis videbatur; alii verò bis vel ter, vel etiam quoties libebat Mysteria iterabant, eo magis Deum flecti putantes, quanto crebriùs Christi Passio commemorabatur: quod eo magis observandum, quod hac ratione ter vel quater communicarent non modo Sacerdotes, sed etiam illi qui præsentes Missis aderant.

Walafr. Strabo c. 21. & 22.

Hic Mors, quæ ultima linea rerum, doctissimum & indefessum celeberrimi Domini Basnagii calamum sistere coëgit; dolebuntque nobiscum omnes, eum huic suæ Præfationi ultimam manum non potuisse imponere, quæ alioqui multo cultior & plenior fuisset proditura. Cæterum in quibusdam schedulis annotaverat celeberrimus Vir, sibi in animo fuisse, quorundam Doctissimorum nostri temporis Virorum, qui aliquid ad hanc *Canisii Antiquarum Lectionum* editionem contulere, honorificam mentionem, sub debita gratiarum actione, facere, quique nominatim sunt Joh. Alb. Fabricius, celeberrimus in Gymnasio Hamburgensi Theologiæ Professor, Joh. Fridericus Winklerus, Verbi Divini apud eosdem Hamburgenses Minister, Dominus Panwits & Dominus Caperonnier Professor Parisiensis; quosque adeo hic cum laude nominare officii nostri duximus, ut pariter piis manibus Domini *Basnagii* illorumque meritis justa persolveremus.

I INDEX

INDEX
CAPITUM PRÆFATIONIS.

JA-

V. C.

JACOBI BASNAGII

BREVE ELOGIUM.



UM Vir Rev. & Doctissimus JACOBUS BASNAGIUS fato functus sit, antequàm hanc Præfationem absolvere potuerit; in qua, sine dubio, pluribus egisset de variis Ecclesiasticæ Historiæ quæstionibus; nec tamen ullas schedas reliquerit, quibus instituti sui σκιαγραφίαν traderet; nihil adjiciendum esse judicavimus. Verùm non intempestivum esse putavimus breve elogium Viri Celeberrimi addere, quò melius Lectoribus innotesceret. Natus erat anno MDCLIII. Rotomagi, patre *Henrico Basnagio*, Jurisconsulto & Causarum Patrono, in eadem urbe; in qua sibi famam, opes & amicos paravit, etiam inter Pontificios, quamvis Reformatæ Religioni addictissimus. Postea etiam Nobilitatis titulum hisce addidit, quo fit ut Feuda Nobilia comparare liceat, eamdémque prærogativam ad posteros propagare. *Jacobus* ejus filius natu maximus, à Patre consecratus est studiis Theologicis, jam tenerâ ætate; in quibus ita profecit, cùm in Gallia, tum Genevæ, quò à Patre missus fuerat, ut anno MDCLXXVI. ab Ecclesia Rotomagensi vocatus sit, cùm ætatis annum XXIII. decurreret, ut *Stephano Monachio*, doctissimo Viro, qui ad Theologiæ Professionem Lugdunum Batavorum vocatus Rotomago fuerat, succederet. Quamvis Concionum, ceterarumque pastoralium curarum, in Ecclesia numerosa, occupationibus distineretur; studio Historiæ Ecclesiasticæ & Patrum lectioni diligentem operam dedit, progressuúmque suorum postea, in ea re, specimina in lucem emisit; qua in re pænè solus (si *Samuelem Basnagium* nostri consobrinum excipias, cui & *Petrus Allixius* est addendus) inter Gallos Reformatos, eminuit.

Postquàm Rex Galliarum Ludovicus XIV. anno MDCLXXXV. Nannetense Edictum abrogasset, è Gallia in Hollandiam sedes Roterodamum transtulit; ubi Pastor Gallicæ ejus urbis Ecclesiæ creatus est, & pluribus annis ei ædificandæ operam dedit. Illic amicitiam coluit, cum Viro celebri *Petro Bælio*, qui in Schola Illustri ejus urbis Professorem Philosophiæ agebat; quamvis in multis dissentirent non exigui momenti capitibus. Deinceps anno MDCCVII. Hagam vocatus est *Basnagius* noster, ubi eodem Pastoris munere, non sine plausu, ad mortem usque, functus est, & cohonestatus munere Historiographi PP. Hollandiæ Ordinum. Quam Spartam ut ornaret, emisit in lucem anno MDCCXIX. initium Historiæ Fœderatarum Provinciarum, ab anno MDCXLVI. usque ad Pacem Ultrajectinam, si diùtius vixisset, detexendæ; sed Deo aliter visum, qui eum evocavit ad se, anno MDCCXXIII. nocte diei Decembris 21. ad diem 22. cùm jam alterum Historiæ Volumen inchoasset.

Vir fuit indefessæ diligentiæ & summæ in scribendo facilitatis, longo usu adquisitæ, præsertim, vernaculâ Linguâ; quamvis etiam nonnulla Latinè scripserit, quæ, in *Canisii* potissimùm Lectionibus hisce antiquis, leguntur. Interim nullam muneris sui Ecclesiastici partem negligebat, concionando suis vicibus, Ecclesiastico Synedrio vacando, atque invisendis ægris, ad quos vocabatur. Præterea temporis sui non exiguam partem tribuebat popularibus suis, qui ad eum multis de causis confugiebant, & concurrebant, seu humanitatis gratiâ, seu etiam auxilii ejus implorandi causâ, apud eos qui Reipublicæ præsunt; quibus auxilii indigos commendare, pro sua comitate, & benevolentia erga gentem suam, solebat. Qua de causâ, quotidie à libris, scriptionibúsque suis avellebatur, non invitus quidem, nihil enim libentiùs faciebat, quam quod humanitatis munera spectabat. Interim pretiosum ei tempus, non paucorum interpellationibus, eripiebatur. Erat etiam notissimus pluribus Principum Legatis, qui Hagæ eo tempore versabantur,

ejúsque sermonibus adlecti non infrequentes ejus Ædes adibant, quos summâ comitate excipiebat, & à quibus similiter admittebatur, si quando eos adiret. Interim non paucis Litteris ad amicos Gallos, aliósque, scribendis, simili urbanitate provocatus, atque interpellatus distinebatur. Vir enim fuit non tantùm earum artium peritus, quibus potissimùm sese addixerat; sed etiam ejus, quam Politicen hodie vocamus.

Potissima ejus Opera fuerunt Gallico sermone edita, quarum inscriptiones eadem linguà hìc adponemus; additturi & Latina seorsim.

Ouvrages François.

Examen des Méthodes proposées par l'Assemblée du Clergé de France, en 1682. *pour la réunion des Protestans, avec l'Eglise Romaine*, à Cologne en 1684. en 12.

La *Communion Sainte, ou Traité sur la nécessité, & sur les moyens de communier dignement*, à Roterdam en 1687. & plusieurs fois depuis, en 12.

Traité de la Conscience, avec des réflexions, sur le Commentaire Philosophique imprimé à Roterdam, en 1696. en deux Volumes, en 12.

L'Histoire des Eglises Reformées, pour répondre à l'Histoire des Variations de Mr. de Meaux, à Roterdam en 1690. en 2. Vol. en 12.

L'Histoire de l'Eglise, à Roterdam en 2 Vol. in folio, auxquels on a ajoûté l'Ouvrage précedent, en 1698.

Traité des Préjugez faux & légitimes, en 1701. en 12. pour répondre aux Lettres Pastorales de quatre Prélats de France.

L'Histoire de la Bible, en 1704. in folio, rimprimée depuis, augmentée d'une Histoire Universelle Sacrée & Profane.

Résolution de quelques Cas de Conscience, à l'occasion de la Bulle *Unigenitus*, en 12. à Amsterdam.

L'Histoire & la Religion des Juifs, depuis Jesus-Christ, jusqu'à présent, pour servir de supplément à Joseph, à Roterdam en 1707. en cinq Vol. in 12. Cet ouvrage a depuis été imprimé à Paris, sous le nom de Mr. *Louïs Ellies du Pin*, en y changeant les endroits, qui ne plaisoient pas à celui, qui y avoit mis son nom, & qui n'y corrigea pas même les fautes d'impression. Il faut avouër que ce fut-là un des plus scandaleux Plagiats, qui se fussent jamais faits.

Annales des Provinces Unies, depuis les Négotiati ns pour la Paix de Munster, avec la description Historique de leur Gouvernement, à la Haie 1719. in folio. Il travailloit à la continuation, lors qu'il tomba malade de la maladie, dont il est mort.

Dissertation Historique, sur les Duels & les Ordres de Chevalerie, à Amsterdam 1720. in 12.

Opera Latina.

Epistola D. Chrysostomi ad Cæsarium Monachum, cum tribus Epistolicis Dissertationibus, Roterodami 1687. Recusa est postea anno 1694.

Notæ & Dissertationes ad CANISII *Antiquas Lectiones, quæ in hac earum Editione habentur.*

HÆC satis ostendunt Clarissimum Virum fuisse inter eos, qui existimant *summâ ope niti decere homines, qui sese student præstare ceteris*, ut *Sallustii* verba usurpem, *vitam ne silentio transeant, veluti pecora, quæ natura prona atque ventri obedientia finxit.* In quo juvandi studio, non sunt παροράματα, si quæ contingant, acerbiùs exagitanda, cùm plura sunt longè laude digna.

ELOGII FINIS.

EXCERPTA
EX LIBRO
S. HIPPOLYTI
MARTYRIS
ET
EPISCOPI PORTUENSIS,
DE THEOLOGIA
ET
INCARNATIONE:
CONTRA
BERONEM ET HELICEM
HÆRETICOS,

GRÆCE ET LATINE:

INTERPRETE

FRANCISCO TURRIANO, S. J.

L E C T O R I

C A N I S I U S.



Uis quantusque Hippolytus Portuensis, accuratè explicatum invenies apud Cardinalem Baronium, Tomo II. Anno Christi CCXXIX. *Summa est, fuisse Metropolitanum Arabiæ; venisse Romam sub Callisto Pontifice; honoratum ab illo, Episcopatu Portuensi; scripsisse (Eusebio id attestante) Commentarios in Hexaëmeron. Librum contra Marcionem. Explanationem in Canticum Canticorum. Expositionem in aliquot partes Ezechielis. Librum de Paschate. Librum contra omnes Hæreses. Commentarios in Isaiam; (ut refert S. Hieronymus) in Danielem; in Zachariam; in Psalmos; in Ecclesiasten. De Saule & Pythonissa; de Antichristo; de Resurrectione, &* προς ὁμιλιῶν *de Laude Domini Salvatoris. Epistolam ad Reginam quandam; (teste Theodoreto) Orationem de Duobus Latronibus; item in Helcanam & Annam; & in principium Isaiæ. Librum de Distributione Talentorum; item adversus Valentinianos, & alia multa. Tandem Martyrium sub Alexandro Imperatore subiisse. Hæc summa eorum est, quæ illustrissimus Annalium Scriptor ex Veterum Monumentis de Hippolyto memoriæ prodidit.*

Porrò cùm Hippolytus adversus omnes Hæreses scripserit; & Eusebii tempore, ipso Eusebio teste, multæ ejus lucubrationes (quarum relatione Eusebius supersedet) passim fuerint adservatæ, difficile creditu non est, inter illas etiam fuisse hoc de Theologia & Incarnatione *opus contra Beronem & Helicen, Valentiniani Hæretici desertores. Ex quo opere Excerpta tibi damus, beneficio summi viri Francisci Turriani; absque quo fuisset, planissimè hæc & alia multa Antiquitatis Monumenta perierant. Exploratum autem est, errorem illum de humanitate Christi in Divinitatem mutata (contra quem disputat Hippolytus) non cum Appollinari & Eutyche demùm natum, & in orbem introductum; sed longè antiquiorem esse; cùm illius Justinus Martyr meminerit in Expositione Fidei, ubi hujus sententiæ Hæreticos his verbis exagitat:* Dicite nobis vos, qui Christianismum profiteri simulatis; qui ut duas naturas tollatis, talia investigatis & obtenditis; qui mistionis & confusionis & corporis in Deitatem, ita ut commisceatur, mutationis ejuscemodi dubias ambiguitates concinnatis; qui nunc Verbum in carnem conversum; nunc carnem in Verbum substantiâ suâ conversam esse asseritis; & per id genus mentis emotiones & delirationes vosmetipsos ne tantillum quidem sapere manifestè declaratis: dicite ergò nobis, quomodo Verbum cœlos non reliquit? &c. *Disserit deinceps Justinus copiosè contra hunc errorem, eumque evidenter extremæ vanitatis, &, ut sic loquar,* impossibilitatis *coarguit. Hæc eò notare visum, ne quis suspicaretur Excerpta hæc ex Hippolyti officina non prodiisse; quæ refellunt dogma à posterioribus sectariis demùm excogitatum. Fallitur, quisquis est hoc animo: nam error ille vetustissimus est; ut ex Justino Hippolytum ætate antegresso demonstravimus.*

JACOBI BASNAGII
ANIMADVERSIONES
DE VITA, MORTE, ET SCRIPTIS
HIPPOLYTI.


Nihil Apostolicum Canisius edidit: quippe in *Antiquis Lectionibus* nullum Fragmentis Hippolyti, sæculi tertii Scriptoris, vetustius occurrit opusculum. Sæc. III. Anno 230.

I. Hippolytum Apostolis coævum & *familiarem* dixere Cyrillus (*a*) & (*b*) Palladius. Errorem ut emendaret Labbæus, ἀποστολικοῖς, non ἀποστόλοις legi volebat apud Cyrillum, Sabæ biographum. Et reverà Irenæo *Apostolicisque* viris notus fuit Hippolytus. Sed Labbæanam correctionem non patitur textus Cyrilli. Deinde eadem ac Cyrillus habet Palladius. Quin igitur Hippolytum ad Apostolorum tempora reposuerint bini illi Scriptores, dubitare non licet. Vixit tamen sub Alexandro Imperatore, à quo Canonem Paschalem incœpit anno CCXXII. I. Ætas Hippolyti.

(a) *Cyrillus in Vita Sabæ.*

(b) *Palladius Historiæ Lausiacæ c.* 148.

II. Episcopum fuisse Hippolytum constat. Cujus urbis, quærunt eruditi. Hoc à longo tempore fugerat Hieronymum, imò & ipsum Eusebium. Illum Arabiæ Metropolitanum post Baronium fecit Canisius. Sub Callisto Pontifice Romam venisse, ab eoque honoratum Episcopatu Portuensi, ibi multa scripsisse asserit. Non desunt audaciores, qui Romam ipsam rexisse contendant. Et videtur ita sensisse Leontius (*c*) Byzantinus, qui dum actione tertiâ viros illustres à Christo nato ad Constantinum recenset, laudat *Clementem, & Hippolytum, Episcopum Romanum: Clemens*, inquit, & *Hippolytus, Episcopi Romæ*. Id ut emolliant alii, Græcos & Arabes quàm plurimos Romæ tunc temporis egisse, illisque Hippolytum vel Græcè vel Arabicè, vel utroque idiomate sacra administrasse conjiciunt. Nec obstat quòd eâ ratione bini Præsules Romanam tenuissent sedem, cùm in ipsa Roma Clemens, Linus & Cletus fuerint Episcopi eodem tempore; alter Pauli, alter Petri successor; alter *Præputii*, alter *Circuncisionis* Minister. II. Episcopatus.

(c) *Bibl. Pat. t.* 11. *pag.* 503.

Primò, Hippolytus quamvis in Oriente natus, non fuit Arabiæ Metropolitanus. Manavit ea sententia ex mendosa versione Ruffini. Dixerat Eusebius, Beryllum esse *Episcopum Bostræ apud Arabes*; & pariter *Hippolytum*, *urbis cujusdam Antistitem*. Addidit Ruffinus, *urbem maximam* esse Bostram Arabum. Inde conjecit Gelasius, illam urbem esse Metropolim, & Hippolytum æquè ac Beryllum fuisse Metropolitanum apud Arabes. A Gelasio ad posteros, Baronium, Canisiumque, defluxit error facilè animadvertendus. Sic enim Græca se habent: Ἐπίσκοπος δὲ οὗτος, Beryllus scilicet, ἦν τῆς κατὰ Βόστραν Ἀράβων· ὡσαύτως δὲ καὶ Ἱππόλυτος ἑτέρας που καὶ αὐτὸς προεστὼς ἐκκλησίας. Quæ sic debent reddi: *Beryllus fuit Episcopus Bostræ Arabum; Hippolytus etiam alteri Ecclesiæ præfuit.* Eusebius Hippolytum dicit Episcopum, quemadmodum fuit etiam Beryllus; de sedis nomine & de Metropoli mentionem nullam fecit.

Secundò, multò minus crediderim illum Romanam sedem tenuisse. Quidquid enim fuerit de nascentis Ecclesiæ primordiis, verisimile non fit binos Epis-

Sæc. III. Anno 230.

copos Romanam Ecclesiam rexisse ineunte tertio sæculo, quo vulgatum ferebatur axioma: *Unus Deus, unus Episcopus.* Id non latuisset Hieronymum, plurimos annos in ipsa Roma versatum; qui tamen Hippolyti sedem Episcopalem ignoravit. Denique de tam solemni exemplo geminorum Episcoporum in una eademque sede non siluissent vel Schismatici, vel cæteri Scriptores Ecclesiastici. Quin imò non autumarim unquam fuisse Episcopum Portuensem. Excerpta, quæ nunc explicamus, hunc quidem titulum (*a*) præ se ferunt apud Anastasium: Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου, Ἐπισκόπου Πόρτου ἤγουν λιμένος Ῥώμης: *Sancti Hippolyti, Episcopi Portûs Romani.* Leguntur similia totidem ferè verbis in Græco Eusebii Chronico (*b*). Sed primò dubium an Fragmenta illa debeant Hippolyto nostro vindicari. Secundò, vix quisquam titulis illis liberalibus sibi patiatur imponi. Denique cùm Chronicon Eusebii Græcum à variis interpolatoribus sit corruptum, memorataque prius verba desint in exemplaribus Latinis, fidem facere non possunt. Si conjecturis indulgere, & in re à nostro sæculo remotissima Hieronymo acutior esse licet, arrideret nobis Critici (*c*) subtilissimi sententia, quâ Hippolytum *Portûs*, Emporii in Arabia Romanis notissimi, quodque ad hunc usque diem *Adanæ* nomen retinuit, Episcopum fuisse tuetur. Eâ ratione cadit ille Episcopatus Portuensis à *Callisto Pontifice Romano donatus*; quid enim Romano Præsuli apud Arabes juris esse potuit, aut quomodo ab Orientis partibus in Occidentem advolasset Hippolytus, Episcopalem sedem satis ignobilem postulaturus?

Venisse tamen creditur paulò ante obitum in Italiam, peregrinaturus: id saltem verosimile fit. Quippe in Canone Paschali Latinorum, non verò Alexandrinorum rationes secutus est, ut optimè Bucherius notavit. Deinde in ea fuit Romanorum sententia, ut Epistola Pauli ad Hebræos è Canone Scripturarum eliminaretur, quemadmodum Photius (*d*) indicavit, quod Latinis solitum. Denique illius marmorea statua, solio insidens, in Agro Verano effossa est anno M DCLI. indeque in Bibliothecam Vaticanam translata. Dexterum Cathedræ Laterculum cum inscriptione, quæ Hippolyti scriptorum indicem refert, nos ad calcem harum Animadversionum sumus reposituri. Intereà hæc suadet inscriptio, apud Italos Hippolytum obiisse, & forsan in Agro Verano sepultum.

III. Martyrium.

III. Alteram conjecturam habet Canisius de Martyrio Hippolyti. Hunc enim sub Alexandro Severo passum affirmat post Baronium, quem describit. Equidem *Sanctus & Martyr veritatis* apellatur in Fragmentis apud Anastasium. Laudavit Martyrem Prudentius (*e*). Confirmant Tabulæ Ecclesiasticæ, & in Litaniis in ipso Caroli Magni Palatio, ut creditur, usurpatis legitur: *Sante Appolyti, ora pro nobis.* Sunt nihilominus qui tot argumenta, velut infirma, rejiciant: cùm enim plures fuerint Hippolyti, facilè fieri potuit, ut omnia, quæ tribus aut quatuor ejusdem nominis viris conveniebant, in unum eundemque conjecerint Scriptores Ecclesiastici. Testis est ipse Prudentius, qui Hippolytum Antiochensem, Novatianum, Schismaticum, velut Martyrem Episcopum laudavit:

Invenio Hippolytum, qui quondam Schisma Novati
Presbyter attigerat.

Illum posteà facit Episcopum:

Plebis amore suæ multis comitantibus ibat
Consultus.

At verisimile non est, Arabem Hippolytum Presbyterum in ipso Oriente in partes Novati deflexisse. Non conveniunt tempora; quippe Novatus anno tantùm

(a) *Apud Sirmond. Op. t.* 3. *pag.* 583.
(b) *Pag.* 70.
(c) *Le Moyne Var. Sacr.*
(d) *Bibl. c.* 121.
(e) *Hymno II.*

tùm CCXLIX. uxoris uterum percussit. Cùm ad Cypriani tribunal ob crimen sistendus & judicandus foret, persecutio prius venit; detecto tamen crimine, pœnæ metu ad excitandum schisma fuit impulsus. Martyr Episcopus non fuit sub Alexandro Severo, qui sub Decio nondum Schismaticus, nec Presbyter erat. Hippolytus noster ante Novatiana tempora ad Episcopatum fuerat evectus. Ergo non inter Presbyteros Novatianos debet recenseri, quod miror viros (*a*) celeberrimos non observasse. Erravit igitur Prudentius; nec sunt forsan accuratiores qui Hippolytum nostrum sub Alexandro Severo passum scribunt: tunc enim nulla fuit persecutio.

SÆC. III. ANNO 230.

(a) *Ruinart. Acta Martyrum.*

Mammæam, Imperatoris matrem, Christianam faciunt plurimi. Rei Christianæ parum interest an fœmina vesana imperii, auri argentique cupidine occupata; tantâ ferociâ & crudelitate, ut Alexandrum socero violentas manus afferre, uxorem repudiatam in exilium mittere impulerit, fidem Evangelicam fuerit professa. Sed 1. Alexander Severus mitissimus in Christianos, Christum cum Orpheo & Apolline Deum habebat, & in Larario, (*b*) *si cum uxore non concubuisset*, matutinis horis colebat. 2. Judæis aut Christianis concessa prius jura, illibata voluit Alexander; quod à persecutionis œstro quantum distat. Non igitur Martyr sub Alexandro fuit, cùm faveret Imperator Christianis.

(b) *Lampridius in Vita Alexandri, pag.* 123.

IV. Sunt qui passum dicant sub Maximino, Severi successore: & reverà Catalogus Pontificum Romanorum, à Bucherio editus, sic habet: *Eo tempore Nepotianus* (lege *Pontianus*) *Episcopus, & Hippolytus Presbyter exules deportati sunt in insulam Sardiniam, Severo & Quintiano Consulibus. In eadem insula discinctus est* IV. *Kalend. Octobris.* Aliter paulò Martyrologium, seu depositio Martyrum, quæ legitur apud eundem (*c*): *Idibus Augusti Hippolyti in Tiburtina, & Pontiani in Callisti.*

IV. Tempus Martyrii.

(c) *Pag.* 268.

Habes hîc Hippolytum Martyrem, annum passionis, imò diem ipsum natalem XIII. Augusti anno CCXXXV. cum Pontiano, urbis Episcopo.

Refragatur eruditissimus Dodwellus (*d*), animadvertens legem Alexandri Severi, datam mense Augusto, anno CCXXXV. haberi in Codice Justinianeo: unde concludas, nondum tunc temporis cæso Alexandro Imperatorem creatum fuisse Maximinum.

(d) *Diss. XI. de Paucitate Martyrum.*

Sed jam à viris doctis fuit observatum, mendum irrepsisse in Codice Justinianeo. Quippe, ut notat Pagius, imperium suscepit Alexander die VI. Martii, An. CCXXII. Lampridius verò asserit imperasse annos XIII. dies novem; quod totidem ferè verbis confirmat Eutropius. Obiit igitur Alexander diem suum XIV. Martii, si fides sit Historicis; imò aliquantò citius, secundum nos, è vivis excessit. Narrat quippe Lampridius, Alexandrum natum eo die, quo Alexander Magnus abiit ad sua. Hæc ut concilient Critici, dicunt Syros, annos Alexandreos, hoc est, à morte Alexandri Magni computare solitos non à die ipsius emortuali, sed à primo Octobris, quo reverà natus est Alexander Severus. Constat Syros incepisse annos Alexandreos à primo die Octobris: illud enim hodierno die apud ipsos est adhuc in usu. Adjici potest, tunc temporis diem festum in honorem Alexandri Magni fuisse celebratum. Quippe natus erat Alexander Severus in templo dicato Alexandro Magno apud Arcenam, quò pater cum uxore patriæ solemnitatis implendæ causâ venerat. Alterum verò nemini dubium est, natum esse Severum ipsis Kalendis Octobris. Vixit autem, si credas Lampridio, annos XXIX. menses III. dies VII. Jam autem si numeres illos annos à Kal. Octob. anni CCV. concludas oportet, obiisse Severum VII. Jan. anno CCXXXV. Eâ ratione Lampridium non sibi constare fateor. Sed sive computes ab anno nativitatis, vel ab anno imperii, æquè certum erit Severum obiisse ante mensem Augustum contrà quàm sentit Dodwellus.

Sæc. III. Anno 230.

Dubium tamen ſupereſt maximum de Martyrio Hippolyti aliâ ratione, quam ſubjicit vir eruditiſſimus. Quippe in veteri Catalogo Epiſcoporum Bucherii, Hippolytus Martyr dicitur *Presbyter*. Cur Hippolytus, Portuenſis Epiſcopus, Presbyteri nomine deſignatur, eo tempore, quo Presbyteratus ab Epiſcopatu diſtinguebatur accuratiſſimè? Hippolytus ille videtur fuiſſe Presbyter Eccleſiæ Romanæ, Edicto Principis expulſus ab urbe cum Pontiano Epiſcopo ſuo, cui fideliter adhæſit.

Deinde in Sardinia *diſcinctus eſt Pontianus*, cui ſucceſſit Anteros. Quid ſibi velit Author Catalogi hac voce, non ſatis conſtat: videtur enim indicare, mortem non carnificis manu inflictam, ſed naturæ legibus impoſitam: diſſolvit enim animam à corpore. Quid ſi vocante Deo ad ſuperos migraverit Pontifex, non inter Martyres, ſed Confeſſores debet recenſeri, utpote qui in *Nociva inſula* exul tantùm obierit. Eâdem ratione Martyris coronâ redimiri non debet Hippolytus, qui in ea inſula diem ſuum clauſit XIII. Auguſti. Si igitur Hippolytus Presbyter idem eſſet ac Hippolytus Præſul, non inde tamen ſequeretur fuiſſe Martyrem. Exiſtimat quidem Pagius, Pontianum mortuum eſſe XIII. Auguſti eâdem die ac Hippolytus obiit; emendaturque ab eo Martyrologium Romanum, in quo colitur Pontianus, die XIX. Novembris. Cùm enim electus fuerit Anteros XXI. ejuſdem menſis, mors ejus Romæ ſciri non potuit intra biduum. Quod ſi obierint uno eodemque die Pontianus & Hippolytus, XIII. ſcilicet Auguſti, veriſimile fit ambos juſſu Principis cæſos, & in inſula Sardinia Martyrio donatos. Solvitur ea difficultas facillimè ex Catalogo Pontificum Bucherii: ibi enim Pontianus obiit IV. Kalend. Octobris. Loco ejus ordinatur Anteros XI. Kalend. Decembris. At intra menſis ſpatium à die XXVIII. Octobris ad XXII. Novembris deferri potuit nuntium mortis Pontiani; & Anteros eligi. Denique ſi fuit Martyr Hippolytus, idemque Presbyter Pontiani, ac Epiſcopus Portuenſis, quâ ratione cùm ſepultus in Sardinia inſula, apud quam fuerat deportatus juſſu Maximini, ipſius Monumenta reperta ſunt in Agro Verano? Priſcis enim temporibus Reliquiarum cadaverumque tranſlationes ab uſu tum Gentilium, tum Chriſtianorum planè abhorrebant.

Hippolytum cum Laurentio Subdiacono, & Sixto, Urbis Epiſcopo, per Martyrium, imperante Decio, conſummatos, narrat Gregorius Turonenſis (*a*). Sed quis hunc Hippolytum eundem ac Portuenſem Epiſcopum eſſe tueri velit? Fuit ille potius Laurentii ſocius, Eccleſiæ Romanæ Presbyter vel Diaconus.

(a) *Hiſt. l. 1. c. 30.*

V. Operum genuinorum Hippolyti Catalogus.

V. Fuit eruditione ſuâ celebris Hippolytus noſter, utpote qui Chronica, Cyclum Paſchalem, & in totam ferè Scripturam Commentarios & Homilias ediderit. Inter ea, quæ nomen ejus præferunt, ſunt quædam certa, plurima dubiæ fidei; alia denique evidenter adulterina.

Operum genuinorum ſeriem habes in Laterculo, de quo ſuperius egimus. Prima linea Laterculi quatuor tantùm litteras exhibet, cæteris detritis ΙΟΥΣ, circa quas quidquid libet divinare poſſis. Secunda linea habet ΝΙΑΣ, quod vocis fragmentum æquè ac prius obſcurum eſt. Conjicit tamen vir (*b*) acutiſſimus, reponi debere κοσμογονίας. Scripſerat enim Hippolytus de Creatione mundi, & titulus ille generalis binas complectitur partes operis ab Euſebio (*c*) indicati, quarum prior de Exaëmero; altera de iis, quæ poſt Exaëmeron facta fuerant, agebat.

(b) *Le Moyne Var. Sacr. t. 2. p. 970.*

(c) *Euſeb. l. 6. c. 24.*

In tertia linea legitur ἀλμοὺς, & indicantur hìc procul dubio Homiliæ ſeu Explanationes in Pſalmos. Non equidem agitur de Pſalmis Pœnitentialibus: quippe diſtinctio illa non fuit in uſu tunc temporis; & miror id non obſervaſſe Pinium. Diſtinguebant ſcilicet Græci, ut olim Hebræi, inter Pſalmos, Hymnos, &

& Odas. Sic enim & Paulus (a): λαλῶντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς: *Loquentes inter vos Psalmis, & Hymnis & Canticis spiritualibus.* SÆC. III.

Sequitur in Laterculo Hippolyti, Dissertatio de ἐγγαστριμύθῳ, quæ eadem est ac opusculum ab Hieronymo memoratum de *Saule & Pythonissa*. Quippe LXX. Interpretes de Pythonissa illa, quæ Samuelis umbram magicis artibus evocaverat, loquentes, eam ἐγγαστρίμυθον appellarunt: & reverà plurimi Veterum illud portentum scriptis elucidare conati sunt. Scaliger tamen de Pythonissa, de qua Actorum XVI. hoc opusculum intelligendum arbitrabatur. ANNO 230.

(a) Ad Ephes. v.

Nullum dubium occurrit circa Commentarium Hippolyti in Evangelium & Apocalypsin Johannis: Α (lege τὰ) ὑπὲρ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου καὶ Ἀποκαλύψεως. Sciunt omnes Divinitatem Christi jam ab Hæreticis fuisse oppugnatam, ipso vivente Johanne; & Apocalypsim à Græcis præsertim in dubium revocatam. Sed an ea ratio impulerit Hippolytum, ut scriberet in Johannis opera, divinandum est. Confirmat tamen hanc conjecturam Hebed Jesus, narrans extare apud Chaldæos Hippolyti *Apologiam pro Apocalypsi & Evangelio D. Johannis.* Ex hoc titulo ansam arripuerunt recentiores Hippolyto duo opuscula tribuendi, quorum unum est *de Consummatione Mundi*; alterum *de Antichristo.* Illud edidit Picus, non Comes Mirandulanus, ut voluit Pinius; sed Præses in Senatu Parisiensi; qui etiam Macarii opera Latinè reddidit. Hoc verò debetur Combefisio. Sed genuina non sunt opuscula, in quibus errores varii & multa tanto viro non digna leguntur.

Scripsit Hippolytus περὶ χαρισμάτων, alludens, ut notavit Scaliger, ad 1. Cor. XII. deinde verò de Traditione Apostolica, ἀποστολικὴ παράδοσις. Quid contineret illa Traditio, non nisi conjecturis assequi possunt Critici. Eandem cum διδασκαλίᾳ, de qua fit sæpius mentio in Constitutionibus Apostolicis, arbitratur Cave in Historia litteraria, probaturque ipsius sententia autoritate Pearsonii, asserentis Ἱππολύτου διδασκαλίαν in Codice MS. Biblioth. Oxoniensis latere, ac maximam partem libri octavi Constitutionum Apostolicarum ex ea constare. Hippolytum doctrinam Apostolorum, quæ sincera servabatur adhuc in florentioribus Ecclesiis Hæreticis, Gnosticis præsertim, opponere voluisse tuetur eruditissimus Criticus, & dum vixit, nobis amicissimus, Stephanus le Moyne, qui largâ manu pro more solito, plura in hanc rem effundit. Constat Valentinianos dogmata nova sæpius venditasse, quasi ab Apostolis, ipsis solis credita fuissent. Constat (b) etiam Irenæum cæterosque ad Traditionem Apostolorum confugisse. Hac igitur methodo usum fuisse Hippolytum fit verisimile.

(b) Le Moyne Var. Sacr. t. 1.

Hæc verba subjiciuntur in Laterculo *Chronicorum libri:* Χρονικῶν πρὸς Ἕλληνας καὶ πρὸς Πλάτωνα, καὶ ἢ περὶ τοῦ παντός: *Chronicorum ad Græcos & adversus Platonem; vel de Omni.* Distinguuntur hæc à Criticis, quasi Chronica ad Græcos differrent à tractatu *de Omni contra Platonem.* Autumant prius scriptum ideò fuisse editum, ut Hippolytus illam antiquitatem, quam jactabant Gentiles, ut fictam traduceret, eorumque Sacra, si cum Judæorum Historia & ritibus conferrentur, recentiora probaret. Secundum verò esse ipsum λόγον, sive sermonem, cujus fragmentum post Hoeschelium edidit Stephanus le Moyne (c); cui titulus: Ἐκ Ἱππολύτου τοῦ πρὸς Ἕλληνας λόγου τοῦ ἐπιγεγραμμένου· κατὰ Πλάτωνα περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας: *Ex Hippolyti sermone contra Græcos, cujus titulus: contra Platonem de Universi Causa.*

(c) Ibid. Var. Sacr. t. 1. p. 53.

At mihi alia planè mens est: idem enim fuit liber Chronicorum adversus Græcos & Platonem elucubratus. Aliter enim nom sibi constaret oratio καὶ πρὸς Πλάτωνα. Nihil deesse videtur in ora Laterculi, perfectaque videtur linea. Non debet igitur distrahi liber Chronicorum ad Græcos ab eo, qui sequitur, *& adversus Platonem de Causa Universi.* Æternitatem quandam mundo adscribebat

SÆC. III. ANNO 230.

bat Plato, qui ex materia anteriori elicitas formas crederet; animam mundi tueretur; inferioresque potestates, sive dæmonas superioris Entis velut Legatos omnia in ordinem redegisse affirmaret. Potuit Hippolytus originem mundi à prima ætate referens adversus Platonem *de Causa Universi*, disputare; dein Græcorum de fictitia antiquitate jactantiam retundere, dum Annales mundi & Judæorum Chronica describeret.

Nihil moramur Sermonem *de Causa Universi*, quem Hippolyto tribuit Stephanus le Moyne, *eò quòd stylus & disputandi methodus id videatur postulare.* . Nam olim fuit inscriptus Josepho Judæo, qui ipse scripserat *de Omni*, περὶ παντὸς, quod ineptissimè factum observarunt jam Critici. Tribuebatur etiam Cajo, Romano Presbytero, qui eandem quæstionem agitaverat. Incertum igitur cui debeat vindicari illud fragmentum. Deinde verò nonne decepit Criticos titulus ab indocto appositus: quippe in eo Sermone non agitur de Causa Universi; sed potius de *fine hominum*. Nec tam adversus Platonis sententiam quàm Græcorum fabulas de Rhadamanto & Minoë concinnatus videtur. Describitur scilicet receptaculum, in quo præcipites aguntur animæ. Ad portam collocatur Archangelus cum exercitu. Deducuntur ab Angelis custodibus animæ. Justi ad dextram pergentes per mediam lucem & multos circumstantes Angelos, qui illos Hymnis prosequuntur, tandem ad lucidissimum locum perveniunt. Hic est sinus Abrahæ, in quo requiescunt animæ Justorum ad diem usque Judicii. Mali ad sinistram deflectentes diriguntur ab Angelis custodibus, qui pœnas dividunt. In isto receptaculo locus quidam separatur, locus nimirum ignis inextinguibilis, in quem *nullum adhuc conjectum fuisse suspicamur: animæ trahuntur tantùm ad confinia illius gehennæ, & quæ tam propè sunt, non sunt expertes vaporis & fumi à calore manantis.* Hæc quantum distant à Causa Universi, quæ potissimùm tractari debuit; & à Chronicis Hippolyti, vel ejus disputatione adversus Platonem, nemo non videt. Denique nihil moramur Chronicon Hippolyto Thebano ascriptum: quippe qui illud sumus post Canisium edituri sæculo undecimo, quo fuit compositum.

Emendatur linea sequens à Criticis; habet enim: προτρεπτικὸς πρὸς Σεβηρίναν: *Exhortatio ad Severinam.* Hi legunt, *ad Severam*, arbitranturque eam esse Imperatricem, Mammeæ filiam, uxorem Philippi, quæ Christianis favebat, & ad quam Origenes contemporaneus Epistolam direxit. Firmatur hæc conjectura autoritate Theodoreti (*a*), qui bina excerpta *ex Epistola Hippolyti ad quandam Reginam* Dialogis suis inseruit. Fateor Hippolytum Reginæ cuidam scripsisse; sed an Imperatricem hoc nomine indicasset Theodoretus, an Severa fuit Regina *quædam*, ipsi Theodoreto ignota. An verò Severa potuit appellari Severina? Vel rejiciendus est ille Laterculus, tanquam erroribus scatens, quique fidem meretur nullam; vel nihil hîc immutandum. Omissâ igitur Severâ Imperatrice, *Reginam* quandam, ad quam scripsit Hippolytus, fuisse Zenobiam, Palmyrenorum dominatricem, eamque Judæam, quæ de Christo sæpius inquirebat, arbitramur. Ad ejus enim tempora vitam facilè protrahere potuit Hippolytus.. Nec tamen eam esse, quæ hîc dicitur Severina, debent enim distingui Severa & Regina, volumus.

(a) *Theodoret. Dialog.* 2. *pag.* 88. *Dialog.* 3. *pag.* 154.

Demonstratio temporum Paschatis ut in tabula fuit Hippolyti opus commendatissimum: Ἀπόδειξις χρόνων τοῦ πάσχα κατὰ ἐν πίνακι. Reprehenditur ab aliis Eusebius, quasi dixisset Canonem Paschalem Hippolyti desinere in primum annum Alexandri; cùm ab eo, scilicet anno CCXXII. incipiat: ab aliis arguitur Hieronymus, quasi eundem Canonem nunquam inspexisset, quod Eusebium describens in eundem lapidem impegisse videatur. Sed non observavit Scaliger, nec post eum viri docti, duplicem fuisse partem hujus operis, cujus prima

ἀπόδειξις

ἀποδείξις χρόνων, seriem temporum continens, desinebat in annum primum Alexandri. Posterior verò fuit *Canon Paschalis*, repertus cum Hippolyti statua. Incipiebat reverà ab anno primo Alexandri. De hoc Canone Paschali qui plura voluerit, consulat Scaligerum (*a*), Petavium (*b*) & Bucherium (*c*) præcipuè, qui Notas accuratissimas hunc in Canonem edidit. Sæc. III. Anno 230.

Obscurissimus est titulus sequens: ᾠδαὶ ἐς πάσας τὰς γραφάς: *Odæ in omnes Scripturas.* Stephanus le Moyne legebat, εἰς πάσας τὰς αἱρέσεις, tuebaturque sententiam suam testimonio Eusebii, qui asserit Hippolytum scripsisse adversus omnes Hæreses. Dein legerat Photius hunc librum, observabatque esse Breviarium quoddam Irenæi, quod à Dositheanis incipiebat. Sed quàm falsa sit conjectura, inde patet quòd absque ulla ratione mutanda sit vox γραφὰς in αἱρέσεις. Si sic genio indulgeant pro libitu Critici, nihil certum inviolatumque remanebit. Scripsit adversus Hæreses Hippolytus: sed non mihi videtur potuisse tam citò Irenæi Scripta ad eum pervolare apud Arabes, ut ea in compendium redegerit; nec Irenæus ipse à Dositheanis exorsus est; quippe qui eos indicare ne quidem dignatus est. Diversus igitur fuit ille liber, quem manibus versabat Photius, ab opusculo Hippolyti adversus Hæreses. Quid igitur sunt illæ Odæ in totam Scripturam? Vix credam genuinum esse hunc titulum. Prius verbum, partim erasum, subjicere non ausim. Credam tamen hîc designari Homilias potius, quas in totam Scripturam ediderat Hippolytus, Origenis exemplo, quem sæpius audiverat, excitatus. Frequentissimas habuit conciones, quas sæpius laudavit Theodoretus in Dialogis, quasque omisisse penitùs Authorem Laterculi verisimile non sit. Legendum igitur ὁμιλίας ἐς πάσας γραφὰς, nec distinguendæ videntur illæ Homiliæ à Commentariis in Scripturam, quos Hippolyto tribuunt plerique Veteres. Viderat Romæ Mabillonius Codicem Græcum ab octingentis annis scriptum, continentem Hippolyti Martyris Commentarium in somnium Nabucodnosoris; alios in partem Danielis; in Susannam & Proverbia; quos indicat servari in Bibliotheca Sonalensi Barvoëtius, qui ejus Catalogum edidit; denique in Bibliotheca Cæsariana esse Commentarios Hippolyti in Salomonis libros, testatur le Moyne. Sed is solitus fuit mos Veteribus, in concionibus Libros Sacros integros, aut saltem maximam partem interpretari. Ita ut Homiliæ dici possint Commentarii Scripturæ. Supersunt duo tantùm tituli; alter *de Deo & Carnis Resurrectione*; alter *de Bono, & unde Malum*, quæ postrema quæstio fuit versatissima; & hæc sunt opera Hippolyti, quæ genuina agnoscimus. Fides enim deroganda penitùs est Authori Laterculi, si ad alia confugias; rejiciendumque penitùs illud Monumentum vetustissimum, si plura Hippolyto tribuas.

(a) *Scalig. de Emend. Temp.*
(b) *Petavius de Doctr. Temp. l. 2. c. 1.*
(c) *Bucherius in Victor. Canon. Paschal. p. 296. &c.*

VI. Supposita nobis videntur præter ea, quæ jam indicavimus, tum *Demonstratio adversus Judæos*, quam Possevinus publici juris fecit; tum etiam *Tractatus de Duodecim Apostolis; ubinam quisque eorum prædicaverit, ac ubi consummatus sit.* Fatetur ipse Combefis (*d*), qui primus hoc opusculum publicavit, nullum habere argumentum, quo probari possit fuisse Hippolyti præter fidem Codicis Regii, in quo extabant plura non spernenda. Fuerunt qui autumarent illum brevem tractatulum eundem fuisse ac *Traditionem Apostolicam*, quæ indicatur in Laterculo: sed pristinam revocare mentem fuerunt coacti, ubi animadverterunt plurima de Apostolis, & præcipuè de Thomæ Martyrio legi, quæ ad posteriora revocari debent sæcula. VI. Opera supposita.

(d) *Apud Combefis, Auctar. Bibl. Pat. tom. 2. pag. 837.*

Laudavit Leontius Byzantinus *Tractatum de Benedictionibus Balaam*, sed sæpius errat ille in congerendis Veterum testimoniis; ita ut ipsi fidem habere non possis. Nec tamen diffiteor opuscula plurima nomen Hippolyti meritò præferre: sed cùm plures sint ejus nominis Scriptores, uni Hippolyto Martyri

SÆC. III. celeberrimo vindicaverunt, quod Auctoribus minoris famæ & multò recentioribus debuit ascribi.

ANNO 230. Bina edidit sub Hippolyti nomine opuscula Combefis (*a*), quorum prius de Christo & Antichristo ab alio tractatu superius memorato planè diversum est. Hoc virum doctissimum Cave fugisse videtur. Ibi varia ex Apocryphis elicita laudat, Prophetisque vindicat Autor. Quin imò dictum Pauli ad Ephesios *Prophetæ* nescio cui tribuit. Deinde Antichristum hominem ex Danitarum Tribu ortum; Diabolum tamen, qui Adamo & Evæ struxit insidias, facit: quæ simul convenire non possunt. Admodum se torquet Combefis, ut hunc nodum solvat mysticâ explicatione: sed incassùm. Vulgarem sequitur sententiam fictitius ille Hippolytus, qui oraculum Jacobi de Samsone Danita, velit Antichristo adaptare. Ipsum Antichristum cum Christo conferre conatur, quasi ille Redemptori in omnibus similem, nequidem *Leonis & Agni* titulis exceptis, se facere conaretur. Pœnam, quam Christus à Judæis exegit, in primo adventu diruto Templo & Urbe, fugatâque gente, ad secundum refert. Denique ipsum Antichristum à Johanne sub nominibus *Titanis*, *Evanthi*, vel *Latini*, quæ numerum DCLXVI. habent indicatum tria regna Ægypti; scilicet, Lybiæ & Æthiopiæ usurpaturum fingit: quæ omnia adversus genuinam Prophetarum interpretationem pugnant.

(a) Combefis, Auctar. Nov. Bibl. Pat. t. 1. p. 26.

Antiquius paulò videri posset tractatus de Susanna eidem Hippolyto vindicatus à doctissimo Combefis: ibi enim indicantur persecutiones tum Gentilium, tum Judæorum adversus Christianos recenter conversos, sacroque Baptismate tempore Paschatis unctos, Cæsarum jussu & mandato; tunc temporis vigere asseritur. *Hippolytum, Romæ Episcopum*, præfert titulus. Sed recurrit difficultas indicata superius circa illum Hippolyti Episcopatum in sede Romana. Nec enim admitti possunt binæ conjecturæ, quas ad rei elucidationem subjicit Combefis: nempe Romanum dici Hippolytum, hoc est, Latinum, eâ ratione quòd ab Oriente ad Occidentales plagas confugisset; vel quòd Romæ Pontificis vices aliquando subiret, ejusque sublevaret onus; quemadmodum adsunt ipsi hodierno die Præsules aliquot, ad id muneris delecti. Is enim ritus planè novus; nec saltem pristinam, de qua agimus, antiquitatem redolet. Ibi Susanna est Ecclesia; Joachim, Christus; senes duo, sunt gemini populi, Ecclesiæ infensi; Judæi scilicet & Gentes; quæ à mente Historici planè sunt aliena. Errat Author, qui ad mysticum sensum perpetuò confugiat; Joachim filium Elciæ scribat; & Judæos tanquam *hoc caput amputarint*, reos faciat. Quippe illa Gentis apud Chaldæos autoritatem & splendorem demonstrarent.

VII. Fragmenta dubia. VII. Sunt denique inter opera, quæ tribuuntur Hippolyto, quædam quæ suspicione laborant. Dubia sunt Fragmenta adversus Beronem & Helicem, quæ post Canisium sub prælo sudare facimus: quippe ea Fragmenta nec laudavit, nec indicavit Theodoretus, qui tot Testimonia Veterum & ipsiusmet Hippolyti adversus Synusiastas congessit. Vix noti erant illi Hæretici, vel potius Hæresiarchæ, Monothelitarum atavi, ineunte tertio sæculo, quo floruit adhuc secta Valentinianorum. Deinde, ut loquitur (*b*) Petavius, his in rebus versatissimus, *ejus argumenta adversus longè recentiorem Hæresim adeò diserta sunt, ut mirum sit tantò antè, venturæ isti Hæresi occurrisse sanctissimum Martyrem, & ea scripsisse, cujusmodi si post ortum istius extitisset, opponere debuit.* Et reverà unio Divinitatis cum Humanitate absque ulla confusione naturarum accuratius hîc explicatur, plurimisque argumentis est ibi probata, quàm patiuntur Hippolyti tempora, hocque scriptum post Eutychetem editum videtur. Id suboluerat Canisius: ne quis attamen suspicaretur *illud opus ex Hippolyti officina* non prodiisse, observaverat Hæresim de Humanitate Christi in Divinitatem

(b) Dogmata Theol. de Incarn. lib. 8. cap. 8. pag. 389.

tatem mutatam longè antiquiorem esse tum Eutychete, tum etiam Apollinari; idque probat ex Justino Martyre, qui in *Expositione Fidei* hujus sententiæ Defensores miris modis exagitat. Varias circa Incarnationem Hæreses natas ante quintum sæculum nemo negabit: sed an illæ temporibus Hippolyti jam agitabantur; an duplicem in Christo ἐνεργείαν, seu *operationem*, quæ vox Monothelitarum fuit propria, prædicabant prioris ævi Scriptores? Saltem controversiam illam enucleasse Veteres, probari nequit ex Justino Martyre. Quippe illius non est Expositio Fidei, quanquam à Leontio Byzantino adversus Nestorium, & ab Euthymio Zigabeno eo nomine laudata. Illam enim Justino abjudicant docti. Tutius multò fuisset indicare in eam rem Tertulliani librum contra Praxeam (*a*), in quo sic argumentatur: *Si sermo ex transfiguratione & demutatione substantiæ caro factus est, una jam erit substantia Jesus ex duabus, ex carne & spiritu, mixtura quædam, ut electrum ex auro & argento, & incipit nec aurum esse, id est, spiritus; neque argentum, id est, caro; dum alterum altero mutatur, & tertium quid efficitur. Neque ergo Deus erit Jesus; Sermo enim desiit esse, qui caro factus est; neque homo caro; caro enim non propriè est, quia Sermo fuit. Ita ex utroque neutrum est, aliud longè tertium est quàm utrumque.... Videmus duplicem statum non confusum, sed conjunctum in una persona Deum & hominem Jesum.*

Sæc. III. Anno 230.

(a) Cap. 27.

In his fragmentis quædam leguntur, quæ ipsum Eutychianismum spirare & redolere videntur. Inter accusatores nescio quâ ratione recenseatur à Viro erudito in Historia litteraria, Canisius: quippe illam Hæresim ab Hippolyto propugnatam non contendit vir doctus; probat tantummodò errorem ante Hippolyti tempora notum fuisse, ut inde concludat genuina esse fragmenta, quæ publici juris faciebat; Hippolytumque potuisse Hæreticos refellere. Quidquid sit, hæc habet Hippolytus, quæ ipsum accusandi dederunt ansam: *Sermo*, sive *Filius Dei*, inquit, ὁ τ' αὐτὸν ἐςι τῷ πατρὶ, γενόμενος τ' αὐτὸν τῇ σαρκὶ διὰ τ κένωσιν· *Sermo, in quo idem est cum Patre, factus est idem cum carne propter exinanitionem.* Si in priori membro locutus est Hippolytus de identitate personæ Filii cum Patre, purus putusque Sabellianismus est. Si è contrà Sermonem habuit de identitate naturæ & essentiæ, in secundo membro fit Eutychianus, utpote qui unam naturam in Christo homine supponat. Quemadmodum enim idem cum Patre fuit ante Incarnationem, sic *idem est in carne propter exinanitionem.* Ut unam eandemque habet essentiam cum Patre tanquam Deus, sic unam habet naturam tanquam Deus homo. Salvari posset Hippolytus, vel quisquis Author fragmentorum, observando hîc inesse ἀκυρολογίαν, Veteribus solitam; & in priori membro agi de unitate, vel potius identitate essentiæ, cùm tamen in posteriori agatur de unitate personæ. Sed potius advertendum est, mendum in versione Anastasii cubare; sicque reddendum esse locum integrum: Mutationem non est passus; nec in ullo prorsus μηδ' ἐνὶ παντελῶς, *in quo idem est cum Patre, factus est idem cum carne.* Sic negat Divinitatem, & essentiam ipsi communem cum Patre fuisse commixtam cum carne, eâdemque ratione æquo pede Sabellianismum & Eutychianismum præcipuè fugit. Nec levis est conjectura; cùm enim in id potissimùm sit intentus ille Scriptor, ut adversus confusionem naturarum pugnet, quis eum credat illas naturas non distinxisse? & in Eutychianismum, contra quem totis viribus certabat, incidisse?

Sunt qui illud opus tanquam Hippolyti fœtum ambabus ulnis recipiant; indeque valida satis argumenta eliciant ad probandum his etiam temporibus Patres distinctè & accuratè docuisse, Christum fuisse ὁμοούσιον Patri, æternamque habuisse cum eo essentiam. Nos, an illa Fragmenta sint Hippolyti, ore rotun-

SÆC. III. ANNO 230.

do proferre non audemus: imò potius alia planè mens nobis est. Rejici tamen non possunt, ut *nuperrimè* supposita; nam leguntur in Excerptis Anastasii, qui jam ante octingentos annos vixit. Deinde laudantur apud Theodoretum Excerpta plurima Hippolyti, quæ cum Fragmentis aliquatenus conveniunt.

VIII. De Berone & Helice.

VIII. Fuerunt Bero & Helix Hæretici. Priùs inter Valentini discipulos & asseclas fuerant numerati. Variabant quidem Valentiniani circa carnem Christi, quorum alii Christum corpus cœleste habuisse dicebant, quod per Virginis uterum, velut per tubum aut canalem, transmeaverat; alii verò Christum ex Maria & Josepho natum affirmabant. Nostri verò Bero (*a*) & Helico vel Helix à priorum sententia deviantes, graviore malo sese transfigebant, fingentes scilicet carnem assumptam unam eandemque operationem habere, quam Divinitas; Divinitatem verò eandem passionem, quam caro propter exinanitionem. Mutationem simul & mixtionem ac confusionem & ambarum naturarum in se ipsas conversionem statuentes. Non tantùm Bero & Helix hanc in erroneam sententiam pedibus ivere; sed & plures alii nobis ne nomine quidem noti, in eundem lapidem impegerunt, Eutychianorum cæterorumque Synusiastarum proavi.

(a) *Hippolyti Fragm. cap.* 5.

Sermonis, ex quo hæc testimonia excerpserat Anastasius, titulum & initium sic refert Maximus: Ἐκ τοῦ κατὰ Βήρωνος καὶ Ἥλικος τῶν Αἱρετικῶν περὶ Θεολογίας καὶ Σαρκώσεως κατὰ στοιχεῖον, οὗ ἡ ἀρχὴ, ΑΓΙΟΣ, ΑΓΙΟΣ, ΑΓΙΟΣ, Κύριος Σαβαὼθ ἀσιγήτῳ φωνῇ βοῶντα τὰ Σεραφὶμ τὸν Θεὸν δοξάζουσιν: Ex Sermone qui est per elementum de Theologia & Incarnatione contra Beronem & Heliconem Hæreticos, cujus initium est, ΑΓΙΟΣ, ΑΓΙΟΣ, ΑΓΙΟΣ, *Dominus Sabaòth incessanti voce clamantes Seraphim Deum glorificant.*

Cæterùm cùm Græca deessent in editione Canisiana, illa ex Anastasio subjecimus; ut & alia Fragmenta, quæ Combesis in Actis & Collationibus Maximi publici juris fecerat.

LATERCULUS

Continens indicem operum Hippolyti; qui effossus est Anno 1551. *cum Cathedra marmorea & statua ejusdem Hippolyti.*

ΙΟΥC	IN PSALMOS
ΝΙΑC	POENITENTIALES.
ΑΛΜΟΥC	DE PYTHONISSA.
ΙΤΑC ΤΡΙΜΥΘΟΝ	DE JOHANNIS
Α ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ	EVANGELIO ET APOCALYPSI.
ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΩC	DE CHARISMATIBUS.
ΠΕΡΙ ΧΑΡΙCΜΑΤΩΝ	APOSTOLICA TRADITIO.
ΑΠΟCΤΟΛΙΚΗ ΠΑΡΑΔΟCIC	CHRONICON AD GRÆCOS
ΧΡΟΝΙΚΩΝ ΠΡΟC ΕΛΛΗΝΑC	CONTRA PLATONEM
ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΠΛΑΤΩΝΑ	VEL DE OMNI.
Η ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟC	EXHORTATIO AD SEVERI-
ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟC ΠΡΟC	NAM.
CΕΒΗΡΕΙΝΑΝ	DEMONSTRATIO TEMPORUM
ΑΠΟΔΕΙΞΙC ΧΡΟΝΩΝ	PASCHA ETIAM
ΤΟΥ ΠΑCΧΑ	IN TABULA.
ΚΑΤΑ ΕΝ ΤΩ ΠΙΝΑΚΙ	ODÆ IN OMNES SCRIPTURAS.
ΩΔΑΙΙCΠΑCΑCΤΑC ΓΡΑΦΑC	DE DEO ET CARNIS
ΠΕΡΙ ΘΕΥ ΚΑΙ CΑΡΚΟC	RESURRECTIONE.
ΑΝΑCΤΑCΕΩC	DE BONO ET UNDE
ΠΕΡΙ ΤΑΓΑΘΟΥ ΚΑΙ ΠΟΘΕΝ	MALUM.
ΤΟ ΚΑΚΟΝ	

EX-

EXCERPTA EX LIBRO S. HIPPOLYTI DE THEOLOGIA ET INCARNATIONE.

Sæc. III. Anno 230.

ΚΕΦ. α'.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ἐπισκόπου Πόρτου, ἤγουν τοῦ λιμένος Ῥώμης, καὶ μάρτυρος τῆς ἀληθείας, ἐκ τοῦ κατὰ Βήρωνος καὶ Ἥλικος τῶν αἱρετικῶν, περὶ θεολογίας καὶ σαρκώσεως κατὰ στοιχεῖον λόγου, οὗ ἡ ἀρχή, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος σαβαὼθ ἀσιγήτῳ φωνῇ βοῶντα τὰ Σεραφὶμ τὸν Θεὸν δοξάζουσι.

Ἀπειροδυνάμῳ γὰρ θελήσει τοῦ Θεοῦ καὶ γέγονε πάντα, καὶ σώζεται τὰ γινόμενα, κατὰ τοὺς ἑαυτῶν εὐκρινῶς ἕκαστα συντηρούμενα λόγους, αὐτῷ τῷ κατὰ φύσιν ἀπειροδυνάμῳ Θεῷ, καὶ ποιητῇ τῶν ὅλων· τῆς θείας αὐτοῦ θελήσεως, ᾗ τὰ πάντα πεποίηκέ τε καὶ κινεῖ, τοῖς ἑαυτῶν ἕκαστα φυσικοῖς διεξαγόμενα νόμοις, ἀκινήτου συνδιαμενούσης. τὸ γὰρ ἄπειρον κατ' οὐδένα τρόπον, ἢ λόγον, ἐπιδέχεται κίνησιν, οὐκ ἔχον ὅποι καὶ περὶ ὃ κινηθήσεται. τροπὴ γὰρ τοῦ κατὰ φύσιν ἀπείρου, κινεῖσθαι μὴ πεφυκότος, ἡ κίνησις. διὰ καὶ καθ' ἡμᾶς ἀληθῶς γενόμενος ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐνεργήσας τε καὶ παθὼν ἀνθρωπίνως ἴσα τῆς φύσεώς ἐστιν ἀναμάρτητα, καὶ φυσικῆς σαρκὸς περιγραφῆς ἀνασχόμενος δι' ἡμᾶς, τροπὴν οὐχ ὑπέμεινεν, μηδ' ἐνὶ παντελῶς ὃ ταυτόν ἐστι τῷ Πατρί, γενόμενος ταυτὸν τῇ σαρκὶ διὰ τὴν κένωσιν. ἀλλ' ὥσπερ ἦν δίχα σαρκός, πάσης ἔξω περιγραφῆς μεμένηκε. καὶ διὰ σαρκὸς θεϊκῶς ἐνεργήσας ἅπερ θεότητός ἐστιν. ἀμφότερα δεικνὺς ἑαυτόν, δι' ὧν ἀμφοτέρως, θεϊκῶς δή φημι καὶ ἀνθρωπίνως, ἐνήργησε, καὶ

Sæc. III. Anno 230.

Cap. I.

SANCTI HIPPOLYTI, Episcopi Portus Romani & Martyris Veritatis, ex sermone qui est per elementum de Theologia & Incarnatione contra Beronem & Heliconem (a) *Hæreticos, cujus initium est,* Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, *Dominus Sabaoth incessanti voce clamantes Seraphim Deum glorificant.*

Christus incarnatus nullam passus est mutationem.

Voluntate Dei, quæ infinitæ potentiæ est, facta sunt omnia; & postquam facta sunt, salva manent singula secundum suas rationes ordinatè conservata ab ipso Deo in immensum præpotente, & auctore universitatis rerum. Divinâ ejus voluntate, quâ omnia fecit, & movet singula suis legibus naturalibus gubernata, manente cum eis immobili. Infinitum enim nullo modo, aut ratione motum suscipit, non habens quo, aut circa quod moveatur. Motus enim infiniti natura, cui non inest natura, ut moveatur, mutatio ipsius infiniti est. Quamobrem Verbum Dei, quod verè, ut nos sumus, factum est homo sine peccato, operatum & passum humanè, quæcunque naturæ humanæ sunt citra peccatum; & sustinens propter nos naturalem carnis circumscriptionem, mutationem non sustinuit (b). Qui est idem cum Patre, in nulla penitùs re factus idem carne propter exinanitionem (c). Quin potius sicut erat expers omnis carnis, extra circumscriptionem mansit. Per carnem divinè operans, quæ Divinitatis sunt, & utrumque se esse demonstrans per ea, quæ utroque modo, divinè scilicet, & humanè, operatus est secundum ipsam verè veram & natu-

(a) *In Nicephori MS. Regio & Colbertino legitur*, Helicionis. *Canisius habebat* Helicem. (b) *Jam notavimus sic reddendum potius:* In nulla re prorsus, in quo (*Verbum*) idem est cum Patre, factum est idem cum carne. *Accuratius tamen vertit hic Turrianus, quàm legitur apud Anastasium.* (c) Κένωσιν. *In Græco Codex Nicephori habuit* ἕνωσιν, *& forsan multò melius: hic enim de unione agitur.*

SÆC. III. ANNO 230.

naturalem essentiam; utrumque, inquam, se esse, & intelligi, Deum infinitum, simul & circumscriptum hominem, substantiam utriusque perfectè perfectam habentem cum ipsa operatione, id est, naturali proprietate.

Ex quibus operationibus, & proprietatibus scimus manere semper secundum naturam sine mutatione ipsarum substantiarum differentiam; sed non, sicut quidam ajunt, secundum comparationem, ne eundem sibi ipsi secundum idem, quod non licet, majorem, & minorem dicamus. Comparationes enim sunt eorum, quæ ejusdem naturæ sunt, & non quæ diversæ. Cum Deo autem auctore omnium factorum, & infinito finitore finitorum, & cum ipsa infinitate nullâ ratione comparatur finitum: quæ naturaliter & non comparatè per omnia semper inter se differunt. Tametsi facta est utriusque substantiæ unio inexplicabilis, & indissolubilis in unam hypostasim: unio, inquam, quæ omnem cognitionem omnis creaturæ omnino fugit. Divinitas enim sicut erat ante incarnationem, est, & manet secundum naturam post incarnationem infinita, soluta & libera omni habitudine, impassibilis, incomparabilis (*a*), immutabilis, immobilis, per se fortis, & ut omnia complectar, sola est per se secundum substantiam infinitæ potentiæ & bonum infinitum.

αὐτὴν τὴν ὄντως ἀληθῆ καὶ φυσικὴν ὕπαρξιν· Θεὸν ἄπειρον ὁμοῦ καὶ περιγραπτὸν ἄνθρωπον, ἑκάτερόν τε καὶ νοούμενον, τὴν οὐσίαν ἑκατέρου τελείως τελείαν ἔχοντα, μετὰ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας, ἤγουν φυσικῆς ἰδιότητος.

Ἐξ ὧν μένουσαν ἀεὶ κατὰ φύσιν δίχα τροπῆς τὴν αὐτῶν ἴσμεν διαφοράν. ἀλλ' οὐχ ὥς τινές φασι, κατὰ σύγκρισιν. ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν ἑαυτῷ κατὰ τὸ αὐτὸ, παρ' ὃ δεῖ, μείζονα καὶ μείονα λέγωμεν. ὁμοφυῶν γὰρ, οὐχ ἑτεροφυῶν, αἱ συγκρίσεις. Θεῷ δὲ ποιητῇ τῶν ὅλων ποιητῶν, ἀπείρῳ περατῶν, καὶ ἀπειρίᾳ πέρας, κατ' οὐδένα συγκρίνεται λόγον, ἀεὶ κατὰ πάντα φυσικῶς, ἀλλ' οὐ συγκριτικῶς, ἀλλήλων διαφέροντα. κἂν ἄρρητός τις καὶ ἄρρηκτος εἰς μίαν ὑπόστασιν ἀμφοτέρων γέγονεν ἕνωσις, πᾶσαν παντὸς γεννητοῦ παντελῶς διαφεύγουσα γνῶσιν. τὸ γὰρ Θεῖον, ὡς ἦν πρὸ σαρκώσεώς ἐστι, καὶ μετὰ σάρκωσιν, κατὰ φύσιν ἄπειρον, ἄσχετον, ἀπαθὲς, ἀσύγκριτον, ἀναλλοίωτον, ἄτρεπτον, αὐθενὲς, καὶ τὸ πᾶν εἰπεῖν, ὑφεστὼς οὐσιῶδες μόνον ἀπειροσθενὲς ἀγαθόν.

Ejusdem ex eodem Libro, vel Sermone.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

CAP. II.

ΚΕΦ. β'.

Incarnatus Filius, ut pateretur.

FActus igitur est Deus universorum non mutatus verè homo secundum Scripturas, sine peccato, sicut ipse solus novit, qui est naturâ artifex eorum, quæ intelligentiâ comprehendi non possunt, qui in ipsa simul incarnatione operationem propriæ Divinitatis carni imposuit, non circumscriptam ipsâ carne propter exinanitionem, neque sicut erat Divinitatis, sic ab ipsa carne (*b*) prodeuntem; sed ostensam per carnem in iis, quæ incarnatus divinè operatus est. Non enim caro facta naturæ Divinitatis, caro facta est naturâ Divinitas, mutatâ naturâ suâ. Sed quod erat, mansit secundum naturam, & operationem, unita cum natura divina, sicut Salvator dixit †: *Spiritus quidem promptus, caro autem infirma:* in qua operatus, & passus, quæ erant carnis sine peccato, fidem fecit exinanitionis pro nobis factæ in Divinitate (*c*), miraculis & passionibus carnis naturaliter confirmatam.

† *Matth.* 26: 41.

ΓΕγονεν οὖν ἀληθῶς, κατὰ τὰς γραφὰς, μὴ τραπεὶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἄνθρωπος ἀναμάρτητος· ὡς οἶδεν αὐτὸς μόνος ὑπάρχων τεχνίτης φυσικὸς τῶν ὑπὲρ ἔννοιαν. κατ' αὐτὴν ἅμα τὴν σωτήριον σάρκωσιν, τῆς ἰδίας θεότητος ἐμποιήσας τῇ σαρκὶ τὴν ἐνέργειαν, οὐ περιγραφομένην αὐτῇ διὰ τὴν κένωσιν. οὐδ' ὥσπερ τῆς αὐτοῦ θεότητος, οὕτω καὶ αὐτῆς φυσικῶς ἐκφυομένην. ἀλλ' ἐν οἷς ἂν σαρκωθεὶς θεϊκῶς ἐνέργησε δι' αὐτῆς ἐκφαινομένην, οὐ γὰρ γέγονε φύσει θεότης, μεταβληθεῖσα τὴν φύσιν, ἡ σὰρξ γενομένη τῇ φύσει θεότητος σάρξ· ἀλλ' ὅπερ ἦν, καὶ θεότητι συμφυεῖσα μεμένηκε τὴν φύσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν. καθὼς εἶπεν ὁ Σωτήρ· τὸ μὲν Πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. καθ' ἣν ἐνεργήσας τὲ καὶ παθὼν ἅπερ ἦν ἀναμαρτήτου σαρκὸς, τῆς ὑπὲρ ἡμῶν ἐπιστώσατο κένωσιν θεότητος, θαύμασι καὶ σαρκὸς παθήμασι φυσικῶς βεβαιουμένην.

Διὰ

(a) *Hæc verba fuerunt in usu præsertim sæculo quinto ad resellendum Eutychen propria.* (b) *Malè apud Anastasium redditur* cognitam. *In Græco* ἐκφυομένην, *quod interpretari debemus nec* cognitam, *nec*, *ut Turrianus*, prodeuntem; *sed* natam, *quemadmodum Sirmondus.* (c) *Melius redderentur Græca*, exinanitionem Divinitatis pro nobis susceptam probavit & confirmavit miraculis & passionibus carni naturalibus.

SÆC. III. ANNO 230.

Διὰ γὰρ τοῦτο γέγονεν ἄνθρωπος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἵνα σαρκὶ μὲν παθητῇ πάσχων, ἅπαν ἡμῶν τὸ τῷ θανάτῳ πραθὲν λυτρώσηται γένος. ἀπαθεῖ δὲ θεότητι διὰ σαρκὸς θαυματουργῶν, πρὸς τὴν ἀκήρατον αὐτοῦ καὶ μακαρίαν ἐπαναγάγῃ ζωήν. καὶ τὰ καθ' οὐρανοὺς ἅγια τάγματα τῶν νοερῶν οὐσιῶν στομώσῃ πρὸς ἀτρεψίαν τῷ μυστηρίῳ τῆς αὐτοῦ σωματώσεως, ἧς ἔργον ἡ τῶν ὅλων ἐστὶν εἰς αὐτὸν ἀνακεφαλαίωσις. μεμένηκεν οὖν καὶ σαρκωθεὶς κατὰ τὴν φύσιν Θεὸς ὑπεράπειρος, τὴν ἑαυτοῦ συγγενῆ καὶ κατάλληλον ἔχων ἐνέργειαν. τῆς μὲν θεότητος οὐσιωδῶς ἐκφυομένην· διὰ δὲ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς ἐν τοῖς θαύμασιν οἰκονομικῶς ἐκφαινομένην. ἵνα πιστευθῇ Θεὸς εἶναι, δι' ἀσθενοῦς φύσει σαρκὸς αὐτουργῶν τὴν τοῦ παντὸς σωτηρίαν.

Idcircò enim factus est Deus universorum homo, ut patiens in carne passibili, totum genus nostrum morti venditum redimeret; Divinitate autem impassibili operans per carnem miracula, ad suam immortalem, & beatam vitam reduceret, & in cœlis sanctos ordines Cœlitum mysterio suæ incarnationis ad immutabilitatem roboraret, cujus opus est omnium ad eum tanquam ad caput revocatio. Mansit igitur incarnatus secundum naturam Deus, supra quam infinitus habens operationem sibi cognatam, & convenientem, ex Divinitate quidem prodeuntem secundum substantiam; per sanctam verò carnem in miraculis œconomicè perfectam, ut crederetur Deus esse, qui per carnem naturâ infirmam salutem universi operabatur.

ΚΕΦ. γ'.

Κἀμοὶ γὰρ, ἵνα τρανώσω παραδείγματι τὸ περὶ Σωτῆρος λεχθὲν, ὁ φυσικός μου λόγος συγγενής ἐστι καὶ κατάλληλος ὄντι λογικῷ τε καὶ νοερῷ τὴν ψυχήν. ἧς κατὰ φύσιν ἐστὶν αὐτοκίνητος ἐνέργειά τε καὶ πρώτη δύναμις, ἀεικίνητος, ὁ λόγος φυσικῶς αὐτῆς πηγαζόμενος. ὃν ῥηματίσας τε καὶ γραμμαῖς εὖ χαράξας, γλώσσῃ μὲν ὀργανικῶς, ὅτε χρὴ προφέρω, καὶ γράμμασι τεχνικῶς διὰ τῶν ἀνομοίων μὴ τραπέντα δεικνὺς αὐτὸν ἐξακουόμενον. οὐ γὰρ γλώσσης καὶ γραμμάτων ὁ φυσικός μου λόγος ἐστί. κἂν δι' αὐτῶν αὐτοῦ * ποιοῦμαι τὴν προφοράν. ἀλλ' ἐμοῦ τοῦ κατὰ φύσιν λαλοῦντος, καὶ δι' ἀμφοῖν αὐτὸν ὡς ἐμὸν ἐκφωνοῦντος. τῆς μὲν νοερᾶς μου ψυχῆς φυσικῶς ἀεὶ πηγαζόμενον. διὰ δὲ τῆς σωματικῆς μου γλώσσης ὀργανικῶς, ὡς ἔφην, ὅτε χρὴ προφερόμενον. (a) ὥσπερ οὖν ἐφ' ἡμῶν, ἴσον εἰκάσαι τὸ παντελῶς ἀνείκαστον, διὰ τῆς σωματικῆς ἡμῶν γλώσσης ἀτρέπτως ἡ κατὰ φύσιν τῆς ψυχῆς λογικὴ προφέρεται δύναμις. οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ὑπερφυοῦς τοῦ Θεοῦ σωματώσεως, διὰ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς, ἐν οἷς ἂν θεϊκῶς ἐνήργησε, δίχα τροπῆς ἡ παντοκρατορικὴ, καὶ τῶν ὅλων ποιητικὴ τῆς ὅλης θεότητος ἐνέργεια † διαδείκνυται, πάσης ἐκτὸς κατὰ φύσιν περιγραφῆς διαμένουσα, κἂν διὰ σαρκὸς διέλαμψε φύσει πεπερασμένης. οὐ γὰρ πέφυκε περιγράφεσθαι γενητῇ φύσει τὸ κατὰ φύσιν ἀγένητον. κἂν συνέφυ αὐτῷ κατὰ σύλληψιν πάντα περιγράφουσαν νοῦν. οὔτε μὴν εἰς τὸ αὐτὸν αὐτῷ φέρεσθαι φύσεώς ποτε καὶ φυσικῆς ἐνεργείας,

* ποιοῦμαι.

† Διελάμπετο.

CAP. III.

MIhi etiam, ut exemplo planum faciam, quod de Salvatore dictum est, ratio mea naturalis cognata est, & congruens, qui sum ratione præditus, & animâ intelligente, cujus est operatio, quâ è se anima movetur, & prima potentia semper mobilis ratio naturalis ex ipsa manans, quæ cùm verbum à me facta est, & lineis bene signata, linguâ quidem instar instrumenti aliquando eam profero, & litteris artificiosè per dissimilia non mutatam ostendo, ut audiatur. Non enim ratio mea naturalis est linguæ & litterarum, etsi per linguam, & litteras eam profero; sed ex me est, qui secundum naturam loquor, & eam per linguam, & litteras promo; ex mea quidem anima intelligente naturaliter semper manantem, per linguam verò meam corpoream organicè, ut dixi, quando oportet, prolatam. Sicut igitur in nobis, quoad licet assimilare (quod penitùs assimulari non potest) per linguam nostram corpoream, immutabiliter facultas rationalis secundum naturam animæ profertur; sic in Dei corporatione, sive incarnatione, quæ supra naturam est, per ipsius sanctam carnem in iis, quæ divinè operabatur, citra mutationem omnipotens, & omnium effectrix Divinitatis operatio ostendebatur, extra omnem circumscriptionem secundum naturam remanens, quamvis per carnem naturâ finitam (b) elucebat. Non enim potest per naturam creatam circumscribi id, quod naturâ suâ est increatum; quamvis unitum est ei in conceptu omnem mentem circumscribente, neque potest unquam ferri in eandem naturam & operationem naturalem, dum utraque natura intra

Comparantur anima & corpus cum Divinitate & carne.

(a) Ὥσπερ οὖν] *Nicephorus Patriarcha CP. citat hunc locum in libro contra impugnatores imaginum, qui MS. extat in Bibliotheca Regia & in Colbertina.* (b) *Græcum habet,* πεπερασμένης, *quæ vox maximam habet vim, imò majorem quàm* περιγεγραμμένη, *id est, circunscripta, ut notavit olim Nicephorus. Addit enim hanc annotationem:* σημειωτέον ὅτι τὸ πεπερασμένης ταὐτόν ἐστι τῷ περιγεγραμμένης.

SÆC. III. ANNO 230.

intra suam naturalem immutabilitatem manet: eorum enim solùm, quæ sunt ejusdem naturæ, est motus idem operans, qui substantiam declarat, cujus est potestas naturalis, quæ nullâ ratione potest esse proprietas diversæ substantiæ citra mutationem.

ἕως ἂν ἑκάτερον τῆς ἰδίας ἐντὸς μένει φυσικῆς ἀτρεψίας. ὁμοφυῶν γὰρ μόνων ἡ ταυτουργός ἐστι κίνησις, σημαίνουσα τὴν οὐσίαν, ἧς φυσικὴ καθέστηκε δύναμις, ἑτεροφυοῦς ἰδιότητος οὐσίας εἶναι κατ᾿ οὐδένα λόγον, ἢ γίνεσθαι δίχα τροπῆς δυναμένην.

CAP. IV.

ΚΕΦ. δ΄

Binæ naturæ in Christo & binæ operationes.

MYsterium enim divinæ incarnationis ab Apostolis, & Prophetis, & Doctoribus judicatum est duplicem & differentem considerationem naturalem in omnibus subire, perfectæ Divinitatis, & perfectæ humanitatis: itaque dum non una ratio secundum substantiam noscitur, nequaquam unius operationis motus unquam utcunque in ambabus naturis cognoscetur. Qui enim naturâ semper est Deus infinitâ potestate; factus, sicut voluit, homo sine peccato, quod erat, est cum illis omnibus, cum quibus intelligitur Deus; & quod factus est, est cum illis omnibus, cum quibus intelligitur, & potest naturâ cognosci homo. Non excidens à seipso, sed in utraque natura semper firmiter permanens, servans sibi perfecta, & immutabilia naturaliter secundum utriusque naturæ rationem illa, quibus divinè simul & humanè operatus est.

Τὸ γὰρ μυστήριον τῆς θείας σαρκώσεως, Ἀποστόλοις τε, καὶ Προφήταις, καὶ Διδασκάλοις, διττὴν καὶ διαφορὰν ἔχον διέγνωσται τὴν ἐν πᾶσι φυσικὴν θεωρίαν· ἀνελλιποῦς ὑπάρχον θεότητος, καὶ πλήρους ἐνδεικτικὸν ἀνθρωπότητος ὄν. ἕως ἂν οὐχ εἷς κατὰ τὴν οὐσίαν γνωρίζεται λόγος μιᾶς ἐνεργείας, οὐδέποτε καθ᾿ ὁτιοῦν ἀμφοτέρων γνωσθήσεται κίνησις. ὁ γὰρ ἀεὶ κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, ὑπεραπείρῳ δυνάμει γινόμενος ὡς ἠθέλησεν ἄνθρωπος ἀναμάρτητος, ὅπερ ἦν ἐστι, μεθ᾿ ὅσων νοεῖται Θεός. καὶ ὅπερ γέγονέν ἐστι μεθ᾿ ὅσων νοεῖται, καὶ γνωρίζεσθαι πέφυκεν ἄνθρωπος. ἑαυτοῦ καθ᾿ ἑκάτερον ἀεὶ μένων ἀνέκπτωτος, οἷς θεϊκῶς ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπίνως ἐνήργησε, τέλειον κατὰ τὸν ἑκατέρου λόγον σώζων ἑαυτοῦ φυσικῶς ἀναλλοίωτον.

CAP. V.

ΚΕΦ. ε΄.

Beronis sententia.

QUidam enim Beron nuper cum aliis quibusdam, relictâ (a) fictione Valentini, graviore malo se transfixerunt, cùm ajunt; Carnem à Verbo assumptam unam & eandem operationem habere, quam Divinitas, propter assumptionem; Divinitatem verò eandem passionem, quam caro, propter exinanitionem: sic mutationem simul & mixtionem, ac confusionem, & ambarum naturarum in se ipsas conversionem tradunt. Si enim caro assumpta eandem operationem habet, quam Divinitas, liquet factam esse naturâ Deum, habereque omnia, cum quibus naturaliter intelligitur Deus: & si Divinitas exinanita eandem passionem subit, quam caro, liquet factam esse naturâ carnem, habereque illa omnia, cum quibus naturaliter nosci potest caro: quæ enim inter se sunt ejusdem operationis, & efficientiæ, ac cognitionis, & omnino idem patiuntur, nullam naturæ differentiam recipiunt, atque ita naturis inter se confusis erit Christus duæ personæ, una Verbum, tertia scilicet persona Trinitatis; & altera sine differentia naturarum, naturis inter se confusis; atque ita erit pro Trinitate quaternitas, scelus maximè fugiendum; & quomodo ipse unus est, & idem Deus simul naturâ, & homo Christus? Quam

Βήρων γάρ τις ἔναγχος, μεθ᾿ ἑτέρων τινῶν, τὴν Βαλεντίνου φαντασίαν ἀφέντες, χείρονι κακῷ κατεπάρησαν, λέγοντες, τὴν μὲν προσληφθεῖσαν τῷ Λόγῳ σάρκα γίνεσθαι ταυτουργὸν τῇ θεότητι, διὰ τὴν πρόσληψιν· τὴν θεότητα δὲ γίνεσθαι ταυτοπαθῆ τῇ σαρκὶ, διὰ κένωσιν. τροπὴν ὁμοῦ, καὶ φύρσιν, καὶ σύγχυσιν, καὶ τὴν εἰς ἀλλήλους ἀμφοτέρων μεταβολὴν δογματίζοντες. εἰ γὰρ προσληφθεῖσα ἡ σὰρξ γέγονε ταυτουργὸς τῇ θεότητι, δηλονότι καὶ φύσει Θεὸς μεθ᾿ ὅσων φυσικῶς νοεῖται Θεός. καὶ εἰ γέγονε κενωθεῖσα τῇ σαρκὶ ταυτοπαθὴς ἡ θεότης, δηλονότι καὶ φύσει σὰρξ, μεθ᾿ ὅσων φυσικῶς γνωρίζεσθαι πέφυκε σάρξ. τὰ γὰρ ἀλλήλοις ὁμοεργῆ, καὶ ταυτουργὰ, καὶ ὁμόφυλα πάντως, καὶ ταυτοπαθῆ, διαφορὰν οὐκ ἐπιδέχεται φύσεως. καὶ φύσεων αὐτοῖς συγκεχυμένων ἔσται δυὰς ὁ Χριστὸς, καὶ προσώπων μεμερισμένων τετρὰς, τὸ φευκτόταιον. καὶ πῶς αὐτοῖς εἷς καὶ ὁ αὐτὸς, Θεὸς ὁμοῦ φύσει καὶ ἄνθρωπος, ὁ Χριστός· ποίαν δὲ κατ᾿ αὐτοὺς ἕξει τὴν ὕπαρξιν, μεταβολῇ θεότητος γινόμενος ἄνθρωπος, καὶ σαρκὸς μεταποιήσει Θεός·

(a) *Sirmondus* phantasiam; *Græca enim habent* φαντασίαν.

SÆC. III. ANNO 230.

Θεός· ἡ γὰρ εἰς ἀλλήλας τούτων μετάπτωσις, παντελής ἐστιν ἀμφοτέρων ἀναίρεσις. σκοπείσθω δὴ πάλιν ἡμῖν ἑτέρως ὁ λόγος.

essentiam habebit eorum opinione factus homo mutatâ Divinitate in carnem? & quam habebit Deus, mutatâ carne in Deum? (a) mutatio enim duarum naturarum inter se, interitus est ambarum. Sed rursus consideremus aliter hanc rem.

ΚΕΦ. ς'.

Εὐσεβὲς κεκύρωται δόγμα Χριστιανοῖς, κατ' αὐτὴν τὴν φύσιν, καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ πᾶν ἕτερον αὐτοῦ προσφυὲς, ἴσον ἑαυτῷ καὶ ταυτὸν εἶναι τὸν Θεόν· μηδὲν ἑαυτῷ τῶν ἑαυτοῦ παντελῶς ἄνισον ἔχοντα, καὶ ἀκατάλληλον. εἰ τοίνυν κατὰ Βήρωνα τῆς αὐτῆς αὐτῷ προσληφθεῖσα φυσικῆς ἐνεργείας γέγονεν ἡ σάρξ· δηλονότι καὶ τῆς αὐτῆς αὐτῷ γέγονε φύσεως μεθ' ὅσων ἡ φύσις, ἀναρχίας, ἀγεννησίας, ἀπειρίας, ἀϊδιότητος, ἀκαταληψίας, καὶ τῶν ὅσα τούτων καθ' ὑπεροχὴν ὁ θεολογικὸς ὑπερφυῶς ἐνορᾷ τῇ θειότητι λόγος. καὶ τροπὴν ἀμφότερα πέπονθεν, μηδέτερα τὸν τῆς ἰδίας φύσεως οὐσιώδη λόγον ἔτι σωζόμενον ἔχοντος. ὁ γὰρ ἑτεροφυῶν εἶδος ταυτεργίαν, σύγχυσιν ὁμοῦ φυσικὴν, καὶ διαίρεσιν αὐτῶν εἰσηγεῖται προσωπικήν. ἀφανισμένωγε παντελῶς τῇ τῶν ἰδιωμάτων μεταβολῇ τῆς φυσικῆς αὐτῶν γνωρισμένης ὑπάρξεως.

CAP. VI.

Caro fit Divinitas, secundum Beronem.

PIum dogma sancitum est Christianis, esse Deum ipsâ naturâ, & operatione, & omni aliâ re, quæ ipsius naturæ convenit, æqualem sibi; & idem ipsum esse Deum, nihil eorum, quæ ipsius sunt, omnino habentem inæquale, & impar. Si igitur secundum Beronem, caro assumpta ejusdem cum ipso Deo operationis naturalis facta est, liquet factam quoque esse ejusdem naturæ, habereque omnia, cum quibus natura Dei intelligitur, carere principio, esse ingenitam, infinitam, æternam, incomprehensam, & similiter in reliquis, quæ ratio Theologica superlatè, & suprà naturam in Divinitate contemplatur: & utraque natura mutationem passa est, cùm nihil eorum, quæ propriæ naturæ sunt, rationem substantiæ salvam & incolumem retineat. Qui enim eandem operationem diversis naturis Christi tribuit, confusionem naturalem simul introducit, & divisionem personarum; cùm naturalis essentia naturarum per mutationem proprietatum penitùs sublata sit.

ΚΕΦ. ζ'.

Εἰ δὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ μὴ γέγονε φύσεως, οὐδὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ ποτὲ γενήσεται φυσικῆς ἐνεργείας. ἵνα μὴ δειχθῇ τῇ φύσει τὴν ἐνέργειαν ἄνισον ἔχων, καὶ ἀκατάλληλον. καὶ τῆς αὐτοῦ δι' ὅλων τῶν ἑαυτοῦ φυσικῆς ἔξω γεγονὼς ἰσότητος, καὶ ταυτότητος· ὅπερ ἀσεβές.

CAP. VII. (b)

Operatio debet sequi naturam.

SI verò ejusdem sibi non fuit naturæ, nec ejusdem sibi aliquando fiet naturalis operationis. Ne appareat secundum naturam operationem inæqualem habere & inconvenientem, & suæ ipsius per omnia eorum, quæ sua sunt, naturalis extraneus factus æqualitatis & identitatis; quod est penitùs impium.

ΚΕΦ. η'.

Εἰς ταύτην δὲ τὴν πλάνην κατήχθησαν, κακῶς πεισθέντες ἰδίαν γενέσθαι τῆς σαρκὸς τὴν δι' αὐτῆς ἐκφανθεῖσαν ἐν τοῖς θαύμασι θείαν ἐνέργειαν· ᾗ τὸ πᾶν ὁ Χριστὸς οὐσιώσας καθ' ὃ νοεῖται Θεὸς συνέχει κρατούμενον. οὐ γὰρ ἔγνωσαν, ἀδύνατον εἶναι θείας ἐνέργειαν φύσεως ἑτεροφανοῦς οὐσίας ἴδιωμα γενέσθαι δίχα τροπῆς· οὐδὲ συνῆκαν, ὡς οὐ πάντως ἴδιόν ἐστι σαρκὸς, τὸ δι αὐτῆς μὲν ἐκφαινόμενον, οὐκ αὐτῆς δὲ φυσικῶς ἐφυόμενον. καί τοι σαφῶς

CAP. VIII.

Divinæ & humanæ operationes nec naturæ confunduntur.

IN hunc errorem adducti sunt, cùm malè eis suasum esset, fieri propriam carnis operationem ipsam divinam operationem, quæ in miraculis per carnem ostensa est, quâ divinâ operatione Christus quatenus intelligitur Deus, universum & fecit, & continet, & ei dominatur. Non enim intellexerunt impossibile esse operationes divinæ naturæ fieri proprias diversæ (c) naturæ sine mutatione; nec intellexerunt, non omnino proprium carnis esse, quod per ipsam quidem promitur;

(a) *Melius Sirmondus apud Anastasium:* Casus enim in alterutras omnimoda est utrarumque peremptio: inspiciatur itaque à nobis aliter sermo. (b) *Deerat illud Capitulum in* Lectionibus antiquis Canisii, *quod ex Anastasio reposuimus.* BASN. (c) *Sirmondus:* Alterius naturæ substantiæ idioma fieri.

Sæc. III. Anno 230.

mitur; sed non ex ipsa naturaliter prodit, cùm alioqui manifesta & perspicua esset eis hujus rei demonstratio. Ego enim, qui linguâ loquor, & manu scribo, unam & eandem meæ animæ intelligentis notionem enuncio, quæ naturalis operatio ipsius est, quam nullâ ratione ostendo ex lingua, aut manu naturaliter nasci, nec esse, aut dici notionem linguæ, aut manûs, quia per linguam & manum enunciata sit. Linguam enim aut manum ratiocinantem nullus intelligentiâ præditus novit. Sicut neque sanctam Dei carnem factam esse naturâ creatricem, quia assumpta fuerit, & quia per eam operatio divina edita sit; sed potius piè credimus & confitemur, quod propter nostram salutem, & quia universum immutabilitate indigebat, Creator omnium ex sancta Virgine Maria, in conceptu puro, sine mutatione animam intelligentem cum corpore sentiente sibi substantialiter uniens, factus est homo, naturâ à peccato alienus Deus, Verbum idem, Deus totus, idem item homo totus, Divinitate quidem divina operans per sanctam carnem, quæ naturâ non erant carnis; humanitate verò humana, quæ naturâ non erant Divinitatis, patiens sustentatione Divinitatis; nihil divinum nudum corpore operans, nihilque humanum expers Divinitatis, servans sibi novum modum, quo utraque, divina scilicet & humana operatus est, ut in neutra natura mutatio fieret; idque ad faciendam fidem perfectæ suæ humanitatis veræ reverà & nihil pravi habentis. Beron igitur cùm sic, ut dixi, sentiret, confundens Divinitatem Christi & humanitatem simul naturaliter, dissolvit vitam, ignorans unam & eandem operationem vim habere declarandi solam unam & eandem naturam personarum ejusdem naturæ.

αὐτοῖς οὔσης, καὶ προφανοῦς τῆς ἀποδείξεως· ἐγὼ γὰρ γλώσσῃ λαλῶν, καὶ χειρὶ γράφων, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν δι' ἀμφοῖν τῆς νοερᾶς μου ψυχῆς ἐκφαίνω διάνοιαν, ἐνέργειαν αὐτῆς ὑπάρχουσαν φυσικήν· μηδενὶ λόγῳ δείξας αὐτὴν γλώσσης, ἢ χειρὸς, φυσικῶς ἐκφυομένην· μήτε μὴν γινομένην αὐτῶν, ἢ λεγομένην διάνοιαν, διὰ τὴν δι' ἀμφοῖν αὐτῆς ἔκφανσιν· γλῶσσαν γὰρ, ἢ χεῖρα, διανοητικὴν συνετὸς οἶδεν οὐδείς· ὥσπερ οὐδὲ τὴν παναγίαν τοῦ Θεοῦ σάρκα, διὰ τὸ προσληφθῆναι, καὶ τὸ δι' αὐτῆς ἐκφαντῆναι τὴν θείαν ἐνέργειαν, γινομένην κατ' αὐτὸν φύσει δημιουργόν· ἀλλ' εὐσεβῶς ὁμολογεῖ πιστεύων, ὅτι διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, καὶ τὸ δῆσαι πρὸς ἀτρεψίας τὸ πᾶν, ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς ἐκ τῆς παναγίας ἀειπαρθένου Μαρίας, κατὰ σύλληψιν ἄχραντον, δίχα τροπῆς, ἐνουσιώσας ἑαυτῷ ψυχὴν νοερὰν μετὰ αἰσθητικοῦ σώματος, γέγονεν ἄνθρωπος φύσει κακίας ἀλλότριος, ὁ λόγος Θεὸς ὁ αὐτός· θεότητι μὲν τὰ θεῖα διὰ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς, οὐκ ὄντα φύσει τῆς σαρκὸς, ἐνεργῶν· ἀνθρωπότητι δὲ τὰ ἀνθρώπινα, οὐκ ὄντα φύσει θεότητος, ἀνοχῇ πάσχων θεότητος· μηδὲν θεῖον γυμνὸν σώματος ἐνεργήσας· μηδὲ ἀνθρώπινον ὁ αὐτὸς ἄμοιρον δράσας θεότητος· τηρῶν ἑαυτῷ καὶ καθ' ὃν ἐνήργησεν ἀμφότερα καινοπρεπῆ τρόπον, τὸ κατ' ἄμφω φυσικῶς ἀναλλοίωτον· εἰς πίστωσιν τῆς ἑαυτοῦ τελείας ἐνανθρωπήσεως, τῆς ὄντως ἀληθοῦς, καὶ μηδὲν ἐχούσης φαυλότητος· ὁ μὲν οὖν Βήρων, οὕτως ἔχων ὡς ἔφην, ἐνεργείας μονάδι τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἀνθρωπότητα συγχέας ὁμοῦ φυσικῶς, καὶ προσωπικῶς μερίζων καταλύει τὸν βίον· ἀγνοήσας μόνης τῆς τῶν ὁμοφυῶν προσώπων ὁμοφυοῦς ταυτότητος τὴν ταυτουργίαν εἶναι δηλωτικήν.

S Y L L O G I S M I

de suppositis divinitùs sapientibus Testimoniis & aliis, ejusdem S. Anastasii.

Ecce nunc & sacratissimus hic & magnus Doctor Veritatisque testis fidelis, concorditer cum aliis omnibus sanctis Catholicæ Dei ac Apostolicæ Ecclesiæ Institutoribus, duas secundùm unitionem inconfusam & impartibilem, quemadmodum Naturas, ita etiam duas Voluntates & Operationes congruentes & convenientes naturis, divinam, ut dictum est, & humanam, increatam & creatam, non incœptam & cœptam, tanquam Dei simul & hominis unius & ejusdem Domini nostri Jesu Christi, magnâ voce confitetur & prædicat, & confiteri nobis sine prævaricatione jubet. Difficillimum autem esse, ac modis omnibus impossibile definit, ut unam Voluntatem & Operationem, aut Naturam unam Deitatis & humanitatis ejus confiteantur hi, qui piè vivere volunt. Propter quod & tale quid in eo dogmatizantes, tanquam impios & alienos ab immaculata nostra Christianorum fide abjicit & condemnat, nosque hoc facere contestatur. De duabus enim Salvatoris nostri Christi Naturis & Operationibus, ut breviter pauca ex sacris illius eloquiis expediam, hæc evidenter effatur: *Utraque ostendens se, eo quod dupliciter*

Test. I. Edita fœdè mendosa.

pliciter (divinè scilicet & humanè) operatum est, secundùm eandem, quæ veraciter vera & naturalis substantia est, Deum immensum simul, & circumscriptum existere ac intelligi hominem; utriusque perfectè perfectam essentiam habentem, cum illius operatione, id est, naturali proprietate. Et rursus: *Non enim caro facta est naturâ Deitas, translatâ naturâ; facta videlicet secundùm naturam Divinitatis caro; sed quod erat, etiam Deitati coaptata, mansit, id est, caro infirma & passibilis naturâ & operatione, sicut ait Salvator,* Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. Et rursus: *Quâ operatus & passus, quæ erant carnis ab omni peccato immunis, Divinitatis pro nobis exinanitionem miraculis & carnis passionibus naturaliter confirmatam, probavit.* Et iterum: *Mysterium divinæ Incarnationis, Apostolis & Prophetis atque Doctoribus, duplam ac diversam in omnibus habere compertum est naturalem considerationem; cùm perfectæ Deitatis, & plenæ vim habeat ostendendæ humanitatis.* Et iterum: *Quibus divinè pariter & humanè operatus est, perfectè utroque sui rationem naturâ servans incommutabilem.* Et iterum: *Nihil divinum nudum corpore operatus, nihil humanum idem ipse gerens quod expers esset Deitatis: quâ ipsâ novâ decentique ratione utraque operatus est, utriusque ratione immunem se à mutatione servans, ad perfectæ suæ humanationis, quæ planè vera sit, nihilque aut vitii aut labis admittat, fidem adstruendam.*

SÆC. III. ANNO 230. Test. 2. Matth. 26: 41. Ibid. Test. 4. Ibid. Test. 8.

De his verò, qui unam Deitatis & humanitatis ejus Operationem, & Naturam unam dogmatizant, dicit, *Non enim circumscribi naturâ genitâ comparatum est, quod secundùm naturam ingenitum est, tametsi ei coaluit per conceptionem, quæ vim omnem mentis circunscribit: ac nec unquam in eandem naturam naturalemque virtutem seu operationem vertantur, donec utrunque intra propriam naturalem inconvertibilitatem manet.* Et item: *Eorum enim duntaxat, quæ ejusdem naturæ sunt, motus ejusdem virtutis ac efficaciæ est, substantiam designans, cujus est naturalis virtus, cùm substantia diversæ naturâ proprietatis nullâ ratione esse possit aut fieri, absque convertibilitate.* Item: *Ea enim, quæ ejusdem inter se virtutis sunt & operationis, ejusdemque prorsus originis ac earundem passionum, ea naturæ distinctionem non admittunt; confusisque secum naturis, erit Christus dualitas, personisque divisis fiet quaternitas: quod omnium maximè cavendum.* Et iterum: *Si quidem igitur, ut auctor Bero est, assumpta illi caro ejusdem ac ipse virtutis seu operationis facta est, planè etiam ejusdem facta est naturæ, cum quibus omnibus natura est, quod principii expers, quod ingenita, quod infinita, quod sempiterna, quod incomprehensa, & si qua ejusmodi secundùm excellentiam Theologicus sermo eximiè in Deitate contemplatur: & vicissitudinem utraque passa sunt, neutro substantialem naturæ suæ rationem ultrà incolumem servante.* Et rursus: *Qui enim eorum, quæ sunt diversæ naturæ, eandem sentit operationem, confusionem pariter naturalem, divisionemque ipsorum inducit naturalem; ignota prorsus ac obscurata per idiomatum commutationem naturali eorum substantia existentiaque.* Item: *Si verò non ejusdem ac ille facta est naturæ, nec ejusdem unquam fiet operationis.* Et iterum: *In hunc autem errorem impegerunt, credentes malè propriam carnis effectam divinam operationem, quæ per ipsam in miraculis manifestata est; quâ Christus, rerum hac universitate conditâ, secundùm quod intelligitur Deus, quod ita conditum est, tenet ac conservat.* Et iterum: *Non enim cognoverunt, fieri non posse, ut divinæ naturæ operatio, alterius diversæque substantiæ proprietas fieret, absque convertibilitate.* Et iterum: *Quandiu non unum secundùm essentiam unius noscitur Verbum operationis, nullâ unquam ratione fiat, ut amborum motus cognoscatur.* Et iterum: *Itaque Bero, qui sic habeat, ut dicebam, unâ operatione Christi pariter Deitatem & humanitatem naturâ confundens ac personis dividens, vitam dissolvit; qui nempe nesciat, eandem operationem, personarum, quæ ejusdem naturæ sint, identitatem duntaxat designare* (a).

Test. 3. Ibid. Test. 5. Test. 6. Ibid. Test. 7. Test. 8. Ibid. Test. 4. Test. 8.

(a) Hæc Testimonia ab Anastasio compilata leguntur in Actis Sancti Maximi Confessoris *, quæ Combefis publici juris fecit, & ex illis huc edenda, ut nihil Hippolyti fragmentis deesset, curavimus. BASN.

* Pag. LXXVI.

SANCTI GREGORII THAUMATURGI,

EPISCOPI NEOCÆSAREÆ,

DUODECIM CAPITA DE FIDE, ET ANATHEMATISMI CUM EXPLICATIONE.

CANISII PRÆFATIO IN ANATHEMATISMOS S. GREGORII THAUMATURGI.

SÆC. III. ANNO 250.

*Os Anathematismos Græcè misit ad nos Venetiis R. P. Antonius Possevinus, Societatis Jesu Theologus, præclarè scriptis factisque clarissimus; quos in Latinam linguam transferri, & notulis illustrari curavimus. Utrum autem explicationes, quæ singulis Anathematismis subjiciuntur, sint ipsius Thaumaturgi, an alterius, non indicat Græcum exemplar; neque nos habemus quicquam certi, ob quod asseveremus, alterius esse. Anathematismi sunt duodecim *, quos S. Cyrillus Alexandrinus imitatus videtur suis adversus Nestorium & Nestorianos Anathematismis. Ut enim S. Gregorius duodecim edidit, ita & sanctus Cyrillus. Et ut illi circa Christum præcipuè versantur, ita & Cyrilliani circa personam ejusdem Salvatoris nostri, sanctissimamque Deiparam occupantur, divinæ Incarnationis genuini & germani interpretes & doctores. Quare ad marginem Græci exemplaris, arrosâ tamen extimâ orâ, hæc verba adscripta sunt:* Θεοῦ χάριτι πῶς δεῖ πιστεύειν περὶ τῆς σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν .... μυ προμηνύοντος, προφητῶν μαρτυρησάντων, ἀποστόλων κηρυξάντων, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Λόγου διδάξαντος, καὶ ἔργοις ἑαυτὸν φανερώσαντος. Dei gratiâ, quomodo credendum sit de Incarnatione Filii Dei, Jesu Christi, Domini nostri... prænunciante, Prophetis attestantibus, Apostolis prædicantibus, ipsoque Domino & .... docente, & factis seipsum manifestante, ἐνανθρώπησιν *vocant nonnulli* inhumanationem, *cui ad verbum respondet vox Germanis usitata*, **die Menschwerdung**. *Philastrius* incorporationem *appellat. Distinguuntur isti Anathematismi seu capita de Fide ab Expositione Fidei, quæ initio quintæ Synodi legitur, hoc titulo:* Expositio fidei secundùm revelationem Gregorii, Episcopi Neocæsariensis; *hæc enim Expositio agit de sanctissimo Trinitatis mysterio: sed capita hæc de Incarnatione differunt. Edidit & alium librum de Expositione fidei, cujus meminit S. Basilius, Epistolâ* LXIV. *ad Neocæsarienses; qui fidei sibi divinitùs de sanctissima Trinitate revelatæ, explicationem continuisse videtur, ut existimat quoque illustrissimus Baronius, Annalium T. 2. Anno*

* Exst. Tom. 1. Concil. Ephes. & inter Opera S. Cyrilli.

Anno Christi CCLXVI. *Utrum autem S. Hieronymus, libro de Viris Illustribus, enumerans scripta S. Gregorii, & inter illa lucubrationem* de Fide *collocans, respexerit ad hos nostros Anathematismos, qui & ipsi* de Fide *inscribuntur, an ad Expositionem fidei de sanctissimo Trinitatis mysterio, incompertum habeo. Eosdem Thaumaturgi Anathematismos imitatus videtur S. Nicephorus, Patriarcha Constantinopolitanus, qui duodecim capita contra Iconomachos edidit, planè ad formam S. Cyrilli, & S. Gregorii, quæ beneficio suprà dicti R. P. Antonii Possevini adepti sumus, versa olim ex Græco à doctissimo Francisco Turriano, Societatis Jesu. Porrò singuli ferè Anathematismi singulas hæreses & Hæreticos jugulant.* Sæc. III. Anno 250.

GERARDI VOSSII, D. T.

OBSERVATIO

IN

S. GREGORII THAUMATURGI

EXPOSITIONEM FIDEI,

quam per revelationem à B. Joanne Evangelista accepit.

Hanc fidei Catholicæ de sanctissima Trinitate Expositionem Gregorio divinitùs revelatam, & ab eo promulgatam, non solùm orientalis, sed etiam occidentalis Ecclesia agnovit, comprobavit & recepit, eamque velut sacrosanctum depositum cœlitùs concessum, religiosissimè tenuit ac custodivit. Hæc eadem adducta habetur in ipso exordio quintæ Synodi Oecumenicæ, hoc titulo: Expositio fidei, secundum revelationem Gregorii, Episcopi Neocæsariensis. *Hanc ipsam fidei Expositionem eidem Gregorio adscribit, & sub nomine ejus ponit Eusebius Cæsariensis, libro* VII. *Historiæ Ecclesiast. cap.* 25. *ubi de eo, ejusque scriptis inter alia sic habet:* Sed & ingenii sui nobis in parvo maxima monumenta reliquit. In Ecclesiasten namque Metaphrasim idem Gregorius magnificentissimè scripsit, & Catholicæ fidei Expositionem breviter editam dereliquit, quam pro ædificatione Ecclesiarum adsociare hîc commodum duxi: Unus Deus, Pater Verbi viventis, Sapientiæ subsistentis, &c. *ubi ad finem usque, superioris in Expositione fidei posita, adducuntur omnia. Sicut & apud Gregorium, Episcopum Nyssenum, in ejusdem Gregorii Neocæsariensis vita, ubi inter multa divinam hanc ipsius de fide revelationem, quam à S. Joanne Evangelista, mediante Dei genitrice, acceperat, sequentibus verbis enarrat, dicens:* Etenim miraculum visionis illius in hoc potissimum erat, quòd cùm nox esset obscura, lumen unà cum iis, qui apparuerant, ei affulserat, velut lucida aliqua teda accensa. Cùm igitur oculis ferre apparitionem non posset, eorum, qui sibi apparuerant, inter sese rationem ejus rei, de qua ambigebatur, exponentium sermocinationem audivit; per quam, non solùm veram fidei cognitionem accepit, sed etiam nominatim eos, qui apparuerant, cognovit, utroque eorum propriâ appellatione alterum alloquente. Audivisse enim dicitur ex ea, quæ in muliebri habitu visa erat, cùm adhortaretur Evangelistam Joannem, ut adolescenti mysterium piæ veritatis aperiret ac declararet: atque illum dixisse, se paratum esse etiam in hoc gratificari matri *Miraculum visionis S. Gregorii Thaumaturgi.*

 Domini,

Sæc. III. Anno 250.

Domini, quoniam id ei cordi esset, atque ita, exposito sermone, qui & rei quæsitæ conveniret, ac valde bene definitus & circumscriptus esset, rursus ex oculis discessisse, atque hunc extemplò divinam illam institutionem ac disciplinam litteris mandasse, & secundum illam posteà in Ecclesia sermonem prædicasse, ac posteris tanquam patrimonium quoddam & legatum, divinitùs datam illam doctrinam reliquisse; per quam usque in præsentem diem instituitur illius civitatis plebs, quæ ab omni hæretica pravitate illæsa permansit. *Porrò mysticæ illius doctrinæ ac disciplinæ verba hæc sunt:*

Unus Deus, Pater Verbi viventis, Sapientiæ subsistentis, & potentiæ ac characteris sempiterni; perfectus perfecti genitor; Pater Filii unigeniti, &c. *quæ omnia ad finem usque, ut in ipsa Fidei Expositione superius à nobis sunt posita, reperiuntur, & in Gregorii nostri Thaumaturgi vita, per S. Gregorium Nyssenum magni Basilii fratrem descripta, quæ Græcè in Bibliotheca habetur Vaticana, in antiquo MS. Cod. num.* 524. *& in Sirletano Græco MS. num.* 147. *unde hæc ipsa Græcè accepimus, & cum aliis contulimus. Hanc ipsam etiam fidei revelationem disertis verbis recenset S. Germanus, Patriarcha Constantinopolitanus, in libro de Synodis, & de ortu hæreseωn, ad Anthimum Diaconum, ubi sic habet:* Tunc magno Patri nostro Gregorio Thaumaturgo de his inquirenti, admirabilis doctrina dogmatis revelata est, cùm sanctam Virginem Deiparam Mariam, & Joannem virginem & Apostolum perspicuè vidit, aperientes sibi perfectam eorum, de quibus inquirebat, cognitionem. Hæc est doctrina apud omnes Patres celebrata ac decantata, principio ducto à paterna divinitate: Unus Deus, Pater Verbi viventis, Sapientiæ per se existentis, & Virtutis, ac figuræ propriæ, docuit æqualis gloriæ esse Spiritum Patris & Filii, nihilque in Trinitate creatum, ac servum, aut adventitium & externum, tanquam prius non fuisset, & posteà introductum esset, increatam & immortalem esse semper Trinitatem, apertè ac planè doctus fuit, & docuit. *Ita de eo ibi Germanus Patriarcha Constantinopolitanus.*

Eadem Fidei Revelatio per S. Germanum, Patriarcham Constantinopolitanum refertur.

Citatur pariter eadem quoque Fidei Expositio secundum revelationem Gregorii, Episcopi Neocæsariensis, ab Apocrisariis Gregorii Papæ Noni, ad posteriorem Germanum, Patriarcham Constantinopolitanum, aliosque Græcos, destinatis in Definitione, quòd Spiritus Sanctus à Patre, Filioque procedat, &c. haud longè ab initio, ibi: Unde & S. Gregorius, qui jure dicitur Thaumaturgus, ceu mirabilium effector, Neocæsareæ Ponti Episcopus, in Expositione Fidei, quam per revelationem à Beato Joanne Evangelista, mediante Dei genitrice accepit, sic apertissimè exclamavit, dicens: Unus Deus, Pater Verbi viventis, Sapientiæ subsistentis, & potentiæ ac characteris sempiterni, perfectus perfecti genitor. Pater Filii unigeniti, unus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, character & imago Deitatis, verbum operativum. *Et reliqua. Quæ omnia recitantur in Definitione Apocrisariorum Gregorii Papæ Noni jam hîc allegata, quam aliàs sub Pontificatu Sixti Papæ Quinti, Græcè & Latinè unà cum aliis ejusdem Gregorii Noni gestis quibusdam ad Græcos insignioribus anteà non editis, Romæ in lucem unà cum nostris scholiis edidimus, ac Sixto Quinto tunc dedicavimus: & in duplici MS. Cod. Græco, altero Vaticano, & altero Sfortiano eandem Definitionem Græcè reperimus, non autem in Latino Registro Epistolarum Pontificatus anni septimi, ejusdem Gregorii Noni, ut aliqui putaverunt: ubi haud quaquam dicta Apocrisariorum Definitio invenitur, sed aliundè eam habuimus, & è Græco Latinè reddidimus; quod Latino idiomate neque in Registro nunc citato, (quod in Vaticano sæpè vidimus ac legimus) neque alibi reperire eandem potuerimus. Sicut etiam optimè de ea alibi in suis Annalibus Ecclesiasticis affirmavit Illustrissimus*

Eadem Fidei Expositio citatur ab Apocrisariis quoque Gregorii Papæ Noni.

strissimus Cardinalis Baronius, ubi in hæc scribit verba: Reperitur illa ipsa fidei Definitio in Bibliotheca Vaticana, nec non Romæ itidem in Sfortiana, quam Græcè scriptam Vossius noster Latinitate donavit, atque prælo excusam edidit, &c. *ita in tertio suorum Annalium Tomo, paginâ 471. edit. Rom. lin. 34. eruditissimus Cardinalis Baronius.*

Sæc. III. Anno 250.

EJUSDEM

OBSERVATIO

IN DUODECIM CAPITA DE FIDE, TOTIDEMQUE ANATHEMATISMOS ET INTERPRETATIONES M. GREGORII THAUMATURGI.

Duodecim hæc sancti Patris nostri Gregorii Thaumaturgi Capita de Fide, cum suis Anathematismis, & Interpretationibus singulorum adjectis, Græcè & Latinè hic per columnas, ut in utraque lingua habeantur, & à Græcis pariter atque Latinis legantur, ad orthodoxam fidem juvandam, haud abs re, ut multis gratum fiat, ponere visum est: quomodo etiam Expositionem Fidei, ejusdem Thaumaturgi, quæ est κατὰ μέρος, *anteà Latinè positam, perlibenter in utraque lingua dedissemus, si Græcum textum recuperare potuissemus; quem ubi nancisci contigerit, omnino Latinis apponere, simulque edere decrevimus.*

Esse porro hæc Duodecim de Fide Capita cum suis Anathematismis, & Interpretationibus adjunctis, nec non dictam Fidei Expositionem κατὰ μέρος, *verè Auctoris nostri Gregorii Thaumaturgi, abundè demonstrat & confirmat antiqua Græca Collectio Auctoritatum de duabus in Christo naturis: quam, pro majore fide atque testimonio, etiam in utraque lingua consultò hîc * apposuimus; ut cuncta ad institutum nostri Auctoris facientia, etiam inde amplius corroborentur, & in dubium ab aliis non revocentur.*

* Scilicet in editione operum Gregorii Thaumaturgi, quæ Vossius publicaverat.

Distinguuntur verò ista duodecim de Fide Capita, ab Expositione Fidei, suprà per nos primo loco posita, quam per revelationem S. Gregorius noster accepit: nam hæc duodecim Capita, περὶ τῆς σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν διαλέγονται, *id est,* de Incarnatione Filii Dei, Jesu Christi, Domini nostri, differunt. *Expositio autem illa Fidei per revelationem facta, tota circa sanctissimum Trinitatis mysterium versatur: quare & rectè aliàs in antiquis Græcis exemplaribus MSS. Gregorii Thaumaturgi revelatio de sanctissima Trinitate, justo ac convenienti titulo inscripta reperitur.*

Ad numerum porro hîc Capitum sive Anathematismorum nostri Auctoris, quod attinet; Anathematismos S. Gregorius Thaumaturgus hîc posuit duodecim: in quo & eum imitatus S. Cyrillus, Episcopus Alexandrinus totidem duodecim Anathematismos adversus Nestorium & Nestorianos conscripsit. Et sicut Thaumaturgus noster suis Anathematismis circa Christum potissimè occupatur; ita & Cyrillus suis Anathematismis circa personam ejusdem Salvatoris nostri sanctissimamque Dei genitricem versatur; divinæ Incarnationis ambo strenui propugnatores ac defensores.

Quin

SÆC. III. ANNO 250.

Quin & eosdem Thaumaturgi nostri Anathematismos, sive duodecim ejus de Fide Capita imitatus videtur S. Nicephorus, Patriarcha Constantinopolitanus, qui totidem duodecim Capita adversus Iconomachos scripsit, quæ ex Græco Latinè ante plures annos sunt reddita per eruditissimum Franciscum Turrianum, Theologum Soc. Jesu, piæ memoriæ, qui & hosce Thaumaturgi nostri duodecim Anathematismos primus Latinè reddidit atque illustravit.

JACOBI BASNAGII ANIMADVERSIONES IN GREGORIUM ET EJUS ANATHEMATISMOS.

I. De Gregorii ordinatione contra Leges.

I. FLoruit miraculis potiùs quàm eruditione Gregorius. Ideò *Miraculorum Patrator* dictus. Cæsareæ Cappadocum parentibus idololatris natus, Origenem Præceptorem fortuitò nactus, Religionis Christianæ præcepta cum fratre ab eo didicit. Anno CCXXXIX. paternam domum rediit; & mox à Phœdimo, Amasæorum Episcopo, ordinatus est peculiari modo. 1. Aberat ipse Gregorius qui debuit ordinari, itinere triduano dissitus. 2. Defuit illi manuum impositio, utpote quæ in absentem conferri non poterat: sed per nescio quem sermonem Gregorium Deo consecravit Phœdimus. 3. Designatur illi Episcopatus incertus, Neocæsariensis civitas, simulachrorum cultui ita dedita, ut tum intra urbem, tum in circumjacentibus regionibus septemdecim tantùm forent viri, qui Christianam Religionem profiterentur. 4. Denique unus fuit ordinator contra Leges ecclesiasticas. Episcopatûs jugum subire fuit coactus. Gregorius Nyssenus asserit, consecrationem ejus denuò celebratam fuisse; sed nullum alium præter ordinatorem Phœdimum, qui adfuerit, indicat.

Felicem in convertendis Neocæsariensibus operam navavit Thaumaturgus, quos omnes penè Christianos effecit. Ita in recitandis ejus miraculis intenti sunt Scriptores, ut Gregorius Nyssenus miraculum ipsi adhuc idololatræ, dumque Paganorum profiteretur sacra, tribuat. Fœmina namque concubitûs impuri pretium ab eo falsò postulans, numeratâ pecuniâ à Dæmone fuit statim obsessa; nec prius liberata, quin adolescens *Deum oraverit.* Gregorius tamen tunc temporis auditor nondum Origenis fuerat; nec aliquid de Christiana Religione inaudiverat. Paganus ergo miracula jam edebat, quod nescio an Gregorius Nyssenus * observaverit. Alii verò Eusebium, Gregorii portenta narrantem, inducunt; sed Rufinum Eusebii loco, qui Gregorii miracula, quantumvis stupenda, pressit silentio, nobis confidenter obtrudunt. Ad Diocletiani, vel etiam Juliani Apostatæ tempora vixisse dicit Nicephorus, quin imò posterius adhuc Suidas. Cùm tamen eodem anno, quo Concilium Antiochenum adversus Paulum Samosatenum convocatum est, anno CCLXV. obierit Gregorius.

* *Greg. Nyss. Vita Gregor. Thaumat. t. 2. p. 974.*

II. De Anathematismis.

II. Anathematismos Gregorio Thaumaturgo tribuit Canisius; eamque docendi rationem ab eo mutuatos esse Cyrillum & Nicephorum Patriarchas asserit. De explicatione, quæ Anathematismis inseritur, dubius est: sed Anathematismo-

tiſmorum explicatio non fuerit Gregorii, ſi Anathematiſmi ipſi illi non aſſignentur. Atqui non modò Arianorum Hæreſis, ſed & ipſa Apollinaris ſententia undecimo damnantur Anathematiſmo: *Si quis dixerit, corpus Chriſti eſſe inanime & ſine mente; & non confeſſus fuerit, illum unum & eundem ſecundum omnia perfectum hominem eſſe, ſit Anathema.* Nihil clarius dici potuit adverſus Apollinarem; & Anathematiſmos adverſus Hæreticum nondum natum vibrare non potuit Gregorius: alteri igitur recentiori ſunt vindicandi. Deinde recentioris adhuc Scriptoris ſunt explicationes Anathematiſmis additæ. Quippe nemo ſui ipſius commentator eſt.

SÆC. III. ANNO 250.

III. Addidit Caniſius Fragmentum Orationis Germani, Patriarchæ Conſtantinopoleos: nec illud divellere voluimus, quia Gregorium ſpectabat. Hæc ſolùm monebimus, 1. Orationem contra Hæreſes, cujus hîc Fragmentum apparet, non eſſe Germani, Epiſcopi ſæculo octavo celeberrimi; ſed alterius Germani multò junioris, qui ſedem Conſtantinopolitanam ſæculo decimo tertio tenuit. Non igitur magni ponderis videtur illud Fragmentum. 2. De illa Confeſſione fidei, quam à Joanne & Maria Virgine recipere debuit Gregorius, ſiluere Euſebius & Hieronymus. Unde natum ſit illud ſilentium, vix aperire poſſis: nec ulla fingi poteſt ratio, cur tantos viros fugerit portentum ita ſtupendum, ſi verum fuiſſet, & ab Eccleſia illius ſæculi creditum. Dein ſcriptum illud è cœlo divinitùs tranſmiſſum, debuit in Canonem Scripturarum, ſi res vera fuiſſet, recipi; & Apoſtolicis ſcriptis æquiparari: quod nequaquam factum; imò de Sabellianiſmo & Arianiſmo, quantumvis oppoſitis, Petavio ſuſpicionem movit Gregorius. *Multas apud eum invenias voces, quæ jam Hæreticis plurimùm addunt roboris; ut* creatura, factura, *& ſimilia. Sed circa verba non eſt diſputandum, & aliquid ejus conſuetudini condonandum,* inquiebat de Gregorio Baſilius. 3. Denique monendus eſt Lector, Caniſium, dum Confeſſionem Græco idiomate uno tenore refert, Gregorio Thaumaturgo verba Gregorii Nyſſeni incautè tribuiſſe. Hæc enim, οὔτε οὖν κτιστόν τι ἢ δοῦλον ἐν Τριάδι: *Ergo neque quicquam creatum aut ſervum eſt in Trinitate*, & cætera, quæ ſequuntur, debent Gregorio Nyſſeno reſtitui, qui ex Confeſſione Thaumaturgi argumentum illud confecit. Ut facilius de ea re judicium ferre poſſit Lector, ipſam Gregorii Confeſſionem, quæ breviſſima eſt, ſubjecimus.

III. De Fragmento Germani Conſtantinopolitani.

IV. Notas quod attinet eas, quæ leguntur apud Caniſium, hîc apponi curavimus. Eaſdem habet Gerardus Voſſius, qui neſcio an plagii crimine vindicari debeat, cùm eas deſcripſerit vocibus, tantummodò quibuſdam immutatis; an fucum facere Lectoribus autumaverit, dum adjicit *ſe Turriani traductionem atque illuſtrationem in pluribus libenter ſecutum eſſe.* Quippe non in pluribus, ſed in omnibus omnino ſecutus eſt. Sed hæc ſunt leviſſima. Monitum tamen volui Lectorem, ne vel arbitraretur nos Gerardi Voſſii Notas hîc ſurripuiſſe, vel Turrianus debitâ ſibi gloriâ privaretur.

IV. Notæ.

Sæc. III. Anno 250.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ, Ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας Πόντου, Θαυματούργου, ἔκθεσις τῆς πίστεως, ἣν διὰ ἀποκαλύψεως παρὰ τοῦ Μακαρίου τοῦ Ἰωάννου Εὐαγγελίστου, μεσιτευούσης τῆς Θεογεννητρίας τῆς παρθένου Μαρίας ἔσχεν.

Sancti Patris nostri GREGORII, Episcopi Neocæsareæ Ponti, Thaumaturgi, Expositio Fidei, quam per revelationem à Beato Joanne Euangelista, mediante Dei genitrice Mariâ Virgine, accepit.

ΕΙΣ Θεός, πατὴρ λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης, καὶ δυνάμεως, καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου· τέλειος τελείου γεννήτωρ, πατὴρ υἱοῦ μονογενοῦς· εἷς κύριος, μόνος ἐκ μόνου, Θεὸς ἐκ Θεοῦ. χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς θεότητος, λόγος ἐνεργής· σοφία τῆς τῶν ὅλων συστάσεως περιεκτική· καὶ δύναμις τῆς ὅλης κτίσεως ποιητική. υἱὸς ἀληθινὸς ἀληθινοῦ πατρὸς, ἀόρατος τοῦ ἀοράτου, καὶ ἄφθαρτος ἀφθάρτου, καὶ ἀθάνατος ἀθανάτου, καὶ ἀΐδιος ἀϊδίου· καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον· καὶ διὰ υἱοῦ πεφηνὸς, δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις. εἰκὼν τοῦ υἱοῦ. τελείου τελεία. ζωὴ, ζώντων αἰτία. πηγὴ ἁγία, ἁγιότης, ἁγιασμοῦ χορηγός. ἐν ᾧ φανεροῦται Θεὸς ὁ πατὴρ, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσι. καὶ Θεὸς ὁ υἱὸς, ὁ διὰ πάντων. Τριὰς τελεία, δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ, μὴ μεριζομένη, μηδὲ ἀπαλλοτριουμένη. οὔτε οὖν κτιστόν τι, ἢ δοῦλον ἐν τῇ τριάδι· οὔτε ἐπείσακτον, ὡς πρότερον μὲν οὐχ ὑπάρχον, ὕστερον δὲ ἐπεισελθόν. οὔτε οὖν ἐνέλιπε ποτὲ υἱὸς πατρὶ, οὔτε υἱῷ τὸ πνεῦμα. ἀλλ' ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος, ἡ αὐτὴ Τριὰς ἀεί.

UNUS Deus, Pater Verbi viventis, Sapientiæ subsistentis, & potentiæ ac characteris sempiterni: perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo. Character & imago Deitatis, Verbum efficax. Sapientia, constitutionis rerum universarum comprehensiva; & virtus atque potentia universæ creaturæ effectiva. Filius verus veri Patris invisibilis, ejus, qui est invisibilis; & incorruptibilis, corruptioni non obnoxii; ac immortalis, mortis prorsus nescii; & sempiternus, sempiterni. Unusque Spiritus Sanctus, ex Deo existentiam habens; & qui per Filium apparuit, scilicet, hominibus: imago Filii, perfecti perfecta; vita, viventium causa; fons sanctus, Sanctitas, sanctificationis suppeditator. In quo manifestatur Deus Pater, qui super omnia est, & in omnibus; & Deus Filius, qui per omnia est. Trinitas perfecta, quæ gloriâ & æternitate, ac regno atque imperio non dividitur, neque abalienatur. Non igitur creatum quid, aut servum in Trinitate; neque superinductitium aliquid & adventitium, quasi prius non existens, posterius verò adveniens. Non ergo defuit unquam Filius Patri; neque Filio Spiritus: sed immutabilis & invariabilis eadem semper manet Trinitas.

Ἐκ λόγου διηγηματικοῦ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ΓΕΡΜΑΝΟΥ, οἰκουμενικοῦ πατριάρχου πρὸς Ἄνθιμον διάκονον περὶ τῶν ἁγίων συνόδων, καὶ τῶν κατὰ καιροὺς ἀνέκαθεν τῷ ἀποστολικῷ κηρύγματι ἀναφυεισῶν αἱρέσεων.

Ex narratione Sancti Patris GERMANI, Oecumenici Patriarchæ, ad Anthimum Diaconum, de Sacris Synodis, & quænam quovis tempore Apostolicæ prædicationi Hæreses succreverint.

ΤΟΤΕ (a) ἢ κατὰ μικρὸν πρὸ τούτου (ἤγουν Ὠριγένους) καὶ μεγάλῳ ἡμῶν πατρὶ καὶ Θαυματουργῷ Γρηγορίῳ ἐπιζητοῦντι περὶ τούτων, ἡ τοῦ δόγματος ἐξε-

TUnc vel paulò antè (videlicet ante Origenem) cùm magnus Pater noster & miraculorum effector Gregorius de his inquireret; admiranda dogmatis hujus doctrina ei patefacta

(a) *Quomodo D. Virgo & Joannes Euangelista D. Gregorio Thaumaturgo apparuerint, eumque verâ & sincerâ de Sacrosanctæ Trinitatis mysterio fide imbuerint, copiosè narrat S. Gregorius Nyssenus eâ oratione, quâ laudes & res gestas Gregorii Thaumaturgi prosequitur. Exstat ea doctrina divinitùs Thaumaturgo tradita, & ab ipso literis mandata; exstat, inquam, in quinta Oecumenica Synodo; cujus initium Germanus hic recitat:* Unus est Deus, Pater Verbi viventis, sapientiæ subsistentis, & potentiæ, & figuræ æternæ; perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti, unus Dominus, solus ex solo, Deus de Deo, figura & imago Deitatis, Verbum efficax, Sapientia, constitutionis rerum universarum comprehensiva, & potentia totius creaturæ effectrix, Filius verus veri Patris, visum effugiens, visum effugientis, & corruptioni non obnoxius, non obnoxii corruptioni; & morti non obnoxius, non obnoxii morti, & æternus æterni. Unus Spiritus Sanctus ex Deo ortum & existentiam habens, quique per Filium apparuit, videlicet hominibus; imago Filii perfecti perfecta; vita, viventium causa, fons sanctus, Sanctitas sanctificationis suppeditatrix, per quem manifestatur Deus Pater, qui est super omnia, & in omnibus; & Deus Filius, qui per omnia permanet. Trinitas perfecta, quæ gloriâ atque æternitate & regno non dividitur, neque abalienatur. *Hucusque fidei revelatæ mysterium. Sed lubet adscribere ipsa Græca verba,*

SÆC. III. ANNO 250.

καλύφθη θαυμάσιος διδασκαλία, ὅτι τὴν ἁγίαν παρθένον, καὶ θεοτόκον Μαρίαν, καὶ Ἰωάννην τὸν παρθένον καὶ ἀπόστολον ἐθεάσατο, φανερῶς ἐπιδεικνυόντων αὐτῷ τὴν τῶν ἐπιζητουμένων ἀκρίβειαν. αὕτη ἐστὶν ἡ διδασκαλία ἡ παρὰ πᾶσιν ᾀδομένη τοῖς πέρασι, καὶ τὴν ἀπαρχὴν ἐκ τῆς πατρικῆς θεότητος ποιουμένη, εἷς Θεὸς †, λέγων, πατὴρ λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης καὶ δυνάμεως καὶ χαρακτῆρος ἰδίου· ὁμόδοξον δὲ καὶ πνεῦμα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ διδάσκοντος, καὶ μηδὲν εἶναι κτίσμα ἢ δοῦλον ἢ ἐπείσακτον ἐν τῇ τριάδι διαγορεύοντος, ὡς πρότερον μὲν οὐκ ὄν, ὕστερον δὲ ἐπεισαχθέν· ἄκτιστον καὶ ἀθάνατον εἶναι ἀεὶ τὴν τριάδα τρανῶς διδαχθέντος αὐτοῦ καὶ διδάξαντος.

† ἴσ. λέγει ἢ λέγοντος.

facta est; quando divam Virginem & Deiparam Mariam, & Joannem Virginem Apostolumque manifestè vidit; ostendentes ei, eorum, quæ investigabat, accuratam cognitionem. Hæc est illa apud omnes decantata doctrina, quæ à Patris Divinitate exorsa. Unus, ait, Deus, Pater Verbi viventis, Sapientiæ subsistentis; potentiæ, & propriæ figuræ. Simul etiam docet ejusdem gloriæ ac Majestatis cum Patre & Filio esse Spiritum Sanctum, & in Sanctissima Trinitate nihil creatum, aut subditum, aut introductitium reperiri, quasi prius quidem non fuerit; posteà autem introductum sit: increatam verò, & semper immortalem esse Trinitatem, perspicuè & disertè edoctus ipse (Gregorius) edocet.

SÆC. III. ANNO 250.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥ, Ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας Πόντου, τοῦ Θαυματουργοῦ, κεφάλαια περὶ Πίστεως δώδεκα, ἐν οἷς καὶ Ἀναθεματισμὸς κεῖται, καὶ Ἑρμηνεία ἑκάστῳ ὑποτέτακται· κατὰ αἱρετικῶν καὶ Ἰουδαίων.

SANCTI GREGORII, Episcopi Neocæsareæ Ponti, Thaumaturgi, Capita duodecim de Fide, subjecto singulis Capitibus Anathematismo, & apposità uniuscujusque Capitis Interpretatione, contra Hæreticos & Judæos.

ΠΕΡΙΟΧΗ.

Θεοῦ χάριτι πῶς δεῖ πιστεύειν περὶ τῆς σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, νόμου προμηνύοντος, προφητῶν μαρτυρησάντων, Ἀποστόλων κηρυξάντων, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ λόγῳ διδάξαντος, καὶ ἔργοις ἑαυτὸν φανερώσαντος.

ARGUMENTUM.

Quomodo Dei gratiâ oporteat credere de Incarnatione Filii Dei, Jesu Christi, Domini nostri, secundum ea quæ Lex præsignificavit, Prophetæ testati sunt, Apostoli prædicaverunt, & ipse Dominus verbo docuit, & operibus seipsum manifestum fecit.

ΚΕΦ. α'.

Εἴ τις λέγει, ἄκτιστον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν τὸν ἄκτιστον * τὸν Θεὸν λόγον ἐκ τῆς κτιστῆς ἀνθρωπότητος τὴν σάρκωσιν, καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐπιδεξάμενον, καθὼς γέγραπται, ἀνάθεμα ἔστω.

* ἄλ. τοῦ Θεοῦ λόγον.

CAP. I.

SI quis dixerit, corpus Christi esse increatum, & non confessus fuerit, ipsum increatum Dei Verbum ex creata humanitate incarnatum, hominemque factum esse, sicut scriptum est, Anathema esto.

Ἑρμηνεία.

Πῶς γὰρ ἂν λέγοιτο ἄκτιστον τὸ σῶμα; τὸ γὰρ ἄκτιστον, ἀπαθές, ἄτρωτον, ἀψηλάφητον· Χριστὸς δὲ ἐκ νεκρῶν ἀναστάς, τύπον ἥλων, καὶ νύξιν λόγχης, καὶ ψηλάφησιν τοῦ σώματος ἐπεδείκνυτο τοῖς μαθηταῖς· καί τοι τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσελθών· ἀλλ' ἵνα δείξῃ καὶ τῆς θεότητος τὴν ἐνέργειαν,

Explicatio.

Quâ ratione dici potest corpus increatum? Nam quod increatum est; id etiam passionis expers est; neque vulnerari, neque tangi potest. At Christus resurgens ex mortuis, monstravit Discipulis suis vestigia clavorum; vulnus à lancea inflictum, corpusque suum palpandum præbuit; quanquam clausis janius ingressus; ut ostenderet & Divinitatis operationem,

Lucæ 24. Joan. 20.

ba, quæ ex MS. Codice Bibliothecæ Reipublicæ Augustanæ exscripsit, hucque Ingolstadium misit Jacobus Pontanus, Societatis Jesu: Εἷς Θεὸς πατὴρ λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης καὶ δυνάμεως καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου, τέλειος τελείου γεννήτωρ. πατὴρ υἱοῦ μονογενοῦς, εἷς κύριος, μόνος ἐκ μόνου, Θεὸς ἐκ Θεοῦ, χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς Θεότητος, λόγος ἐνεργής, σοφία τῆς τῶν ὅλων συστάσεως περιεκτική, καὶ υἱὸς ἀληθινὸς ἀληθινοῦ πατρός, ἀόρατος ἀοράτου, καὶ ἄφθαρτος ἀφθάρτου, καὶ ἀθάνατος ἀθανάτου, καὶ ἀΐδιος ἀϊδίου. ἓν πνεῦμα ἅγιον ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, καὶ δι' υἱοῦ πεφηνὸς δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις, εἰκὼν τοῦ υἱοῦ, τελείου τελεία, ζωὴ ζώντων αἰτία, πηγὴ ἁγία, ἁγιότης, ἁγιασμοῦ χορηγός, ἐν ᾧ φανεροῦται Θεὸς ὁ πατήρ, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν, καὶ Θεὸς υἱὸς ὁ διὰ πάντων τριὰς τελεία δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ, μὴ μεριζομένη, μηδὲ ἀπαλλοτριουμένη.

† Οὔτε οὖν κτιστόν τι ἢ δοῦλον ἐν τριάδι, οὔτε ἐπείσακτον, ὡς πρότερον οὐχ ὑπάρχον, ὕστερον δὲ ὑπεισελθόν. οὔτε οὖν ἐνέλειπέ ποτε υἱὸς πατρί, οὔτε υἱῷ πνεῦμα, ἀλλ' ἄτρεπτος, καὶ ἀναλλοίωτος ἡ αὐτὴ τριὰς ἀεί. CANISIUS.

† *Hæc verba sunt Gregorii Nysseni.* BASN.

Sæc. III. Anno 250.

nem, & corporis veritatem. (Tametsi Deus erat; verè tamen agnoscebatur homo, & cùm homo verè esset, Deus ex ipsis suis actionibus apparebat.)

καὶ τοῦ σώματος τὴν ἀλήθειαν. καί τοι Θεὸς ὢν, ἄνθρωπος ἐγνωρίζετο φυσικῶς, καὶ ἄνθρωπος ὑπάρχων ἀληθῶς, Θεὸς τοῖς ἔργοις ἐφαίνετο.

Cap. II.

Si quis dixerit, carnem Christi esse consubstantialem Divinitati, & non confessus fuerit, Christum in forma Dei Deum æternum esse; assumptâque servi formâ se exinaniisse, sicut scriptum est, Anathema esto.

ΚΕΦ. β'.

Εἴ τις λέγει, σάρκα τοῦ Χριστοῦ ὁμοούσιον τῆς θεότητος, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχοντα Θεὸν προαιώνιον, καὶ ἑαυτὸν κενώσαντα, καὶ λαβόντα δούλου τὴν μορφὴν, καθὼς γέγραπται, ἀνάθεμα ἔστω.

Explicatio.

Quomodo caro in tempore condita ejusdem substantiæ dici potest cum sempiterna Divinitate? Consubstantiale enim appellatur, quod sine variatione & vicissitudine idem est cum natura & æternitate (*a*).

Ἑρμηνεία.

Πῶς δὲ ἡ μετὰ χρόνον σὰρξ ὁμοούσιος ἂν λέγοιτο τῆς ἀχρόνου θεότητος; ὁμοούσιον γὰρ λέγεται τὸ ταυτὸν τῇ φύσει, καὶ τῇ ἀϊδιότητι ἀπαραλλάκτως.

Cap. III.

Si quis dixerit, Christum, instar Prophetæ cujuspiam, perfectum hominem assumpsisse; & non confessus fuerit, eum assumptâ carne ex Virgine hominem factum, in Bethleem natum, in Nazareth educatum, ætate profecisse, temporisque completo cursu in Jordane baptizatum esse, & à Patre testimonium
Matth. 3. hoc accepisse; *Hic est Filius meus dilectus*, sicut scriptum est, Anathema sit.

ΚΕΦ. γ'.

Εἴ τις λέγει, ἄνθρωπον τέλειον ἀνειληφέναι τὸν * Χριστὸν, ὡς ἕνα τῶν προφητῶν, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν τῇ σαρκώσει τῇ ἐκ παρθένου γενόμενον ἄνθρωπον, τὸν ἐν Βηθλεὲμ τεχθέντα, καὶ ἐν Ναζαρὲτ ἀνατραφέντα, καὶ προκοπὴν ἡλικίας ἐπιδεξάμενον, καὶ χρόνων ἀριθμησιν † ποιησάμενον, ἐν Ἰορδάνῃ βαπτισθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ πατρὸς μαρτυρηθέντα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, καθὼς γέγραπται, ἀνάθεμα ἔστω.

* ἄλ. τὸν κύριον.
† ἄλ. ἐπιδειξάμενον.

Explicatio.

Quâ ratione asseri potest, Christum perfectum hominem assumpsisse, quasi Prophetam quempiam; cùm ipse Dominus homo factus sit, carne ex Virgine sibi assumptâ? Propterea
1. Cor. 15. scriptum est, quòd *primus homo sit de terra terrenus*. Postquam verò is, qui ex terra formatus erat, in terram revertit; secundus homo factus, in cœlos ascendit. Et dicitur, *primus Adam*, & *novissimus Adam*. Et quemadmodum in confesso est, ex primo esse secundum, quod ad carnem attinet, ea enim de causa nominatur Christus homo & filius hominis; sic planum testatumque est, secundum esse Salvatorem primi, propter quem etiam de cœlo descendit: quia verò Verbum de cœlo descendens, & humanam naturam induens in cœlos adscendit; ideò secundus Adam ex cœlo esse dicitur (*b*).

Ἑρμηνεία.

Πῶς δ' ἂν λέγοιτο ἄνθρωπον τέλειον ἀνειλῆφθαι τὸν ‡ κύριον, ὡς ἕνα τῶν προφητῶν, αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἀνθρώπου γενομένου τῇ ἐκ παρθένου σαρκώσει. διὸ γέγραπται, ὅτι ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός· ἐπειδὴ δὲ ὁ ἐκ γῆς πλασθεὶς εἰς γῆν ἀπελήλυθεν, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος γενόμενος εἰς οὐρανοὺς ἀνελήλυθε. λέγεται ὁ πρῶτος Ἀδάμ, καὶ ὁ ἔσχατος Ἀδάμ. καὶ ὥσπερ ὡμολόγηται, ὅτι ὁ δεύτερος ἐκ τοῦ πρώτου τὸ κατὰ σάρκα, διὸ καὶ ἄνθρωπος, καὶ υἱὸς ἀνθρώπου Χριστός· οὕτως μεμαρτύρηται, ὅτι ὁ δεύτερος τοῦ πρώτου σωτὴρ, δι' ὃν καταλήλυθεν ἐξ οὐρανοῦ. ἐπειδὴ δὲ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ λόγος, καὶ ἄνθρωπος γενόμενος εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνελήλυθε, διὰ τοῦτο λέγεται καὶ ἐξ οὐρανοῦ ὁ δεύτερος Ἀδάμ.

‡ ἄλ. τὸν Χριστόν.

ΚΕΦ.

(a) *Primus & secundus Anathematismus diriguntur in illos, qui corpus Christi increatum, & Deo consubstantiale asserebant; cuius Hæreseos meminisse videtur Justinus Martyr in Expositione fidei: ubi reprehendit quosdam, qui docebant corpus Christi in Divinitatem transmutatum esse: atque adeò Divinitati consubstantiale esse, in qua assertione ferè tot sunt implicationes, quot verba. Vide Alphonsum à Castro, V.* Christus, *Hær.* 2. CANISIUS. *Eadem omnino habet Vossius præter hæc verba: observandum in primis quòd Autor noster Thaumaturgus singulos Hæreticos cum suis Hæresibus hisce suis Anathematismis feriat ac jugulet. Cæterùm nescio quâ ratione Vossius omisit sæpius in versione sua*, sicut scriptum est, *quæ hîc & alibi reponimus.* BASN. (b) *Circa tertium Anathematismum observare oportet, S. Gregorium non negare, quin Christus perfectum hominem quoad naturam assumpserit; assumpsit enim corpus & animam,* in

SÆC. III. ANNO 250.

KEΦ. δ'.

Εἴ τις λέγει, ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς γεγεννῆσθαι τὸν Χριστὸν ἐκ παρθένου, ὡς πάντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐκ Μαρίας τῆς ἁγίας παρθένου σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, καθὼς γέγραπται, ἀνάθεμα ἔστω.

Ἑρμηνεία.

Πῶς γὰρ λέγοι τις ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς γεγεννῆσθαι τὸν Χριστὸν ἐκ παρθένου· τοῦ ἁγίου Γαβριηλίου καὶ τοῦ ἀγγέλου εὐαγγελισαμένου τὴν Μαριὰμ τὴν παρθένον εἰρηκέναι, πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; διὸ λέγει· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται ὑψίστου υἱός. καὶ τῷ Ἰωσὴφ λέγει· μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου· τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ.

CAP. IV.

Si quis dixerit, ex viri semine natum esse Christum de Virgine, ad eum modum, quo cæteri mortalium nascuntur, & non confessus fuerit illum ex Sancto Spiritu, & ex Maria Sanctissima Virgine incarnatum, hominemque factum ex semine David, sicut scriptum est, Anathema esto.

Explicatio.

Quomodo quis asserat Christum ex semine viri natum esse de Virgine, cùm Sacrosanctum Euangelium & ipse Angelus testentur, Mariam dixisse; *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Propterea dicit: *Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.* Et Josepho dicit: *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem filium, & vocabunt nomen ejus Jesum, ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis ejus* (a). Luc. 1. Matth. 1.

KEΦ. ε'.

Εἴ τις λέγει, ἄλλος ὁ πρὸ αἰώνων υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλος ὁ ἐπ' ἐσχάτων, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν τὸν πρὸ αἰώνων τὸν αὐτὸν καὶ ἐπ' ἐσχάτων, καθὼς γέγραπται, ἀνάθεμα ἔστω.

Ἑρμηνεία.

Πῶς δ' ἂν λέγοιτο ἄλλος ὁ πρὸ αἰώνων τοῦ Θεοῦ υἱὸς, καὶ ἄλλος ὁ ἐπ' ἐσχάτων, αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος· πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμι· καὶ, ὅτι ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω· καὶ πάλιν πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα μου.

CAP. V.

Si quis dixerit, alius est Filius Dei æternus & ante sæcula: & alius, qui novissimis temporibus apparuit; & non confessus fuerit, unum & eundem esse illum æternum, & qui novissimis temporibus apparuit, sicut scriptum est, Anathema esto.

Explicatio.

Quomodo affirmaverit quis, non esse eundem Dei Filium, qui ab æterno fuit, & novissimis temporibus apparuit; cùm ipse Dominus dicat: *Antequam Abraham fieret, ego sum.* Et: *Quia à Patre exivi, & venio, & iterum vado ad Patrem meum* (b)? Joann. 8. Joann. 13. 16. 17.

CAP.

in quibus essentialis perfectio naturæ humanæ consistit; sed negat, eum assumpsisse perfectum hominem, seu naturam humanam, quoad ætatem, staturam, & id genus alias accidentales corporis perfectiones, quo pacto Adamus sub ipsum ortûs sui momentum perfectus homo fuit; cùm Christus, Euangelistis id testantibus, ex D. Virgine, specie habituque infans natus sit; & ætate, quod ad corpus attinet, more aliorum infantum creverit & profecerit. Quod quidam Hæretici negasse videntur: rati Christum perfectum ætate & magnitudine corpus induisse: statimque mundo, instar alterius Prophetæ, apparuisse. CANISIUS. *Eadem omnino habet Vossius: sed fateor me latere, qui sint illi Hæretici, qui Christum perfectum fuisse hominem à nativitate docuerint. Humanitatem Christi negabant plurimi; sed illum non fuisse infantem natum ex Virgine, nemo, quod sciam, dicere potuit, aut Evangelia repudiare debuit.* BASN.

(a) *Hic Anathematismus ferit Ebionem, Cerinthum, Carpocratem, & alios, de quibus Tertullianus* de Præscript. *S. Aug. Philastrius, Epiphan.* CANISIUS. *Sic & Vossius.* (b) *Quintus, sextus, & octavus damnat illas hæreses, quæ post tempora S. Gregorii magis defensæ sunt & propagatæ à Nestorio & aliis, qui duas personas in Christo constituebant.* CANISIUS. *Anathematismo hoc suo quinto damnat ac evertit eorum hæresim S. Gregorius, qui blasphemo ore dicere audebant, alium esse Filium Dei qui ab æterno & ante secula fuit, & alium qui in extremis temporibus apparuit, &c. Quamquam tamen & hoc eodem quinto Anathematismo, sicut & posteà sexto, & octavo, etiam illæ hæreses apertè jugulari atque damnari videantur, quæ post tempora Magni hujus Gregorii, magis à Nestorio, aliisque impiis hæreticis duas in Christo personas constituentibus, defensæ sunt ac propagatæ.* VOSSIUS. *Ex his Anathematismis facilè probatur, à Gregorio Neocæsariensi non fuisse vibratos. Quippe confitentur Commentatores superius indicati, illis damnari hæreses longè posteriores. Et reverà quî fieri potuit, ut Nestorianismus Sæculo III. nondum natus tam disertis verbis definiri posset?* BASN.

SÆC. III. ANNO 250.

CAP. VI.

Si quis dixerit, alius est, qui passus est, & alius, qui passus non est; & non confessus fuerit, idem impassibile & immutabile Dei Verbum propriâ suâ carne passum esse, sicut scriptum est, Anathema esto.

Explicatio.

Quâ ratione dicat quis, alium esse, qui passus est, & alium, qui passus non est? ipso
Matth. 16. & 20. Marc. 10. Domino affirmante: Oportet Filium Hominis multa pati, & occidi, & die tertiâ à mor-
Matth. 26. tuis resurgere. Et: Quando videbitis Filium
Marc. 14. Matth. 16. Hominis sedentem in dextra Patris. Et: Quando veniet Filius Hominis in gloria Patris sui.

ΚΕΦ. ϛʹ.

Εἴ τις λέγει, ἄλλος ὁ παθὼν, καὶ ἄλλος ὁ μὴ παθὼν, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν τὸν ἀπαθῆ Θεὸν λόγον, καὶ ἄτρεπτον σαρκὶ ἰδίᾳ παθόντα ἀτρέπτως, καθὼς γέγραπται, * ἀνάθεμα ἔστω.

* ἄλ. ἀναθεματιζέσθω.

Ερμηνεία.

Πῶς δ' ἂν λέγοιτο, ἄλλος ὁ παθὼν, καὶ ἄλλος ὁ μὴ παθὼν; αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος· δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν· καὶ, ὅταν ἴδητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός. καὶ, ὅταν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

CAP. VII.

Si quis dixerit, Christum servatum esse;
Isaiæ 9. Matth. 4. & non confessus fuerit ipsum esse Servatorem
Joan. 1. 3. 8. 9. 12. mundi, & lucem mundi, sicut scriptum est, Anathema esto.

Explicatio.

Joan. 11. & 16. Quomodo asserat quis Christum esse serva-
Joan. 10. tum? ipso Domino dicente: Ego sum vita.
Joan. 8. Et: Ego veni, ut vitam habeant. Et: Qui in me credit, mortem non videbit; sed videbit vitam æternam (*a*).

ΚΕΦ. ζʹ.

Εἴ τις λέγει, σωζόμενον τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν σωτῆρα τοῦ κόσμου, καὶ φῶς τοῦ κόσμου, καθὼς γέγραπται, ἀνάθεμα ἔστω.

Ερμηνεία.

Πῶς δ' ἂν λέγει τίς σωζόμενον τὸν Χριστόν; αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος· ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. καὶ, ἐλήλυθα, ἵνα ζωὴν ἔχωσι. καὶ, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσει, ἀλλ' ὄψεται τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον.

CAP. VIII.

Si quis dixerit, Christum perfectum hominem esse divisim; & Deum verbum divisim; & non confessus fuerit, unum & eundem Dominum Jesum Christum, sicut scriptum est, Anathema sit.

Explicatio.

Quomodo quis dicat Christum divisim esse perfectum hominem, & divisim verbum divi-
Joan. 8. num, cùm ipse Dominus dicat: Quid me quæritis occidere hominem, qui veritatem vobis dixi, quam audivi à Patre meo? Non enim hominem pro nobis dedit: sed seipsum pro nobis dedit, Deus verbum homo factus.
Joan. 2. Hinc & dicit: Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Ipse autem dicebat de templo corporis sui.

ΚΕΦ. ηʹ.

Εἴ τις λέγει, τέλειον ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν διαιρετῶς, καὶ Θεὸν τὸν λόγον διαιρετῶς, καὶ μὴ ὁμολογεῖ ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καθὼς γέγραπται, ἀνάθεμα ἔστω.

Ερμηνεία.

Πῶς δ' ἂν λέγει τίς ἄνθρωπον τέλειον τὸν Χριστὸν διαιρετῶς, καὶ Θεὸν τὸν λόγον διαιρετῶς, αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος. τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός; οὐ γὰρ ἄνθρωπον δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἀλλ' ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Θεὸς λόγος ἄνθρωπος γενόμενος δι' ἡμᾶς. διὸ λέγει· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· αὐτὸς δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ.

ΚΕΦ.

(a) *Septimus Anathematismus illos diris devovet, qui dicebant, Christum Salvatorem & Redemptorem sibi ipsi fuisse Salvatorem & Redemptorem; quasi & ipse redemptione eguerit.* CANISIUS. *Vossius eadem omnino repetit, vocibus aliquot immutatis. Sic enim:* Hoc septimo Anathematismo suo, S. G. manifestè illos Anathematis mucrone ferit, qui impio delirio asserere audebant, Christum Salvatorem ac Redemptorem fuisse sibi ipsi Salvatorem & Redemptorem; quasi & ipse salvatione ac redemptione indiguisset, &c. quo eorum delirio quid monstrosius? VOSSIUS.

Sæc. III. Anno 250.

ΚΕΦ. θ'.

Εἴ τις λέγει, τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν ἄτρεπτον τῷ πνεύματι, * φθαρτὸν τῇ σαρκὶ, ἀνάθεμα ἔστω.

* ἄλ. ἀφθαρτόν.

CAP. IX.

Si quis dixerit, Christum mutationi & alterationi obnoxium esse; & non confessus fuerit, ipsum Spiritu quidem mutationis expertem; carne autem corruptibilem * esse; Anathema esto.

* Incorruptibilem.

Ἑρμηνεία.

Πῶς δ' ἂν λέγει τις, τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν Χριστὸν, αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος· ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. καὶ πάλιν· οὐδὲ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐγκατελείφθη εἰς ᾅδην. οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν.

Explicatio.

Quâ ratione asserat quis, in Christum mutationem aut variationem cadere? ipso Domino dicente: Ego sum, & non mutor. Et rursus: Neque anima ejus relicta est in inferno; neque caro ejus vidit corruptionem (a).

Malach. 3. Psalm. 15. Actor. 2.

ΚΕΦ. ι'.

Εἴ τις λέγει, μέρος ἀνθρώπου ἀνειληφέναι τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν καθ' ὁμοιότητα ἡμῶν κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας, ἀνάθεμα † ἔστω.

† ἄλ. ἀναθεματιζέσθω.

CAP. X.

Si quis dixerit, Christum partem tantummodò hominis assumpsisse, & non confessus fuerit, illum in omnibus assimilatum nobis esse, excepto peccato; Anathema esto.

Ἑρμηνεία.

Πῶς δ' ἂν λέγει τίς, μέρος ἀνθρώπου ἀνειληφέναι τὸν Χριστὸν, αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος· τὴν ψυχήν μου τίθημι, ἵνα πάλιν λάβω αὐτὴν, ὑπὲρ τῶν προβάτων· καὶ, ἡ σάρξ μου ἀληθής ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου, ἀληθής ἐστι πόσις· καὶ, ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον.

Explicatio.

Quomodo dicat quis, Christum partem duntaxat hominis assumpsisse? ipso Domino dicente: *Pono animam meam pro ovibus meis, & iterum sumam eam.* Et: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Et: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam.

Joan. 10. Joan. 6.

CAP.

(a) *Nonus Anathematismus videtur esse contra Valentinum, qui, teste Tertulliano, docebat, Christum in substantia corporis nostri non fuisse, sed spiritale nescio quod corpus deferentem, quasi aquam per fistulam, sic per Mariam Virginem transmeasse, nihil inde vel accipientem, vel mutuantem. Asserit ergò S. Gregorius, Christum animâ quidem fuisse immutabili, hoc est, incorruptibili; corruptibili autem & mortali carne. In margine Græci exemplaris pro* φθαρτὸν, *scriptum erat,* ἄφθαρτον; *quasi dicat, Christum carne esse incorruptibili; quæ lectio in expositione magis probari videtur; propter illud:* Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. *Quæ explicatio, si cui placet, dicendum est, Christum fuisse carne incorruptibilem; quia Deus passus non est, ut corpus exanime ejus in sepulchro positum corrumperetur; hoc est, in putredinem & cinerem resolveretur, ut solent alia corpora; licet alioquin ejusdem naturæ fuerit cum corporibus aliorum hominum; quæ tandem corrumpuntur, & in sua principia resolvuntur. Sed prior lectio, atque adeò sensus Anathematismi melior est & commodior.* CANISIUS. *Cùm in Anathematismo hoc nono Auctor dicit,* ἄτρεπτον τῷ πνεύματι, *id est,* immutabilem spiritu, &c. *per spiritum ibi Divinitatem intelligere videtur, quomodo & Turrianus intellexit, atque exposuit: nam Deus spiritus est; secundum illud quoque Joan.* 4. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare, &c. *nisi fortè ibi per spiritum Auctor potius animam intelligere voluerit: ut Christus secundum eum, hîc dicatur animâ quidem fuisse immutabili, hoc est, incorruptibili; corruptibili autem (ut ait) & mortali carne, &c. ubi tamen alia etiam hîc lectio pro* (φθαρτὸν τῇ σαρκὶ,) *id est, corruptibilem carne)* ἄφθαρτον, *id est, incorruptibilem, habet; quasi dicat, Christum carne fuisse incorruptibili: quæ lectio in ipsa quoque hîc subjecta Auctoris interpretatione comprobari videtur, per illud:* Neque caro ejus vidit corruptionem, &c. *sive, ut in sacro est Cod. Ps.* 15. *& Act.* 2. Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, &c. *secundum quam lectionem atque expositionem, Christus dicitur fuisse carne incorruptibili.* VOSSIUS. *Cætera quæ hîc subjicit Vossius, eadem sunt ac ea quæ notaverat Turrianus apud Canisium, ne verbo quidem immutato; ut operam sit perdere si illa bis describenda & legenda proponamus. Cæterùm Explanator à sententia Auctoris sui planè discedit, & in Aphthartodocitarum errorem evidenter propendit. Idem hîc occurrit quod olim Alexandriæ, ubi Severus, Antiochensis Episcopus, illic profugus, à Monacho interrogatus, an caro Christi esset ante resurrectionem corruptibilis necne, affirmavit esse corruptibilem. Sic etiam Gregorius in Anathematismo alterâ parte, cùm quidam sciscitaretur à Juliano Halicarnasseo, quid de ea re sentiret, respondit carnem Christi semper fuisse incorruptibilem. Sic dixisse Patres: alioquin binæ naturæ essent in Christo; & intempestivè ab iis Concilio Chalcedonensi contradiceretur. Sic enim refert Leontius. Hanc sententiam tuetur Commentator Gregorii, ideòque ad marginem Anathematismi* ἀφθαρτὸν *pro* φθαρτὸν, incorruptibile *pro* corruptibile *subtiliter reposuit. Incassùm igitur sese torquent Interpretes ut Interpretem ab errore vindicent. Quippe Author Anathematismi carnem Christi corruptibilem adversus* Ἀφθαρτοδοκιτὰς *jam natos tuetur. Commentator verò in alia prorsus abit, & Hæreticorum mentem aliquot locis Scripturæ, quibus uti solebant, probare conatur. Nec enim retinuit genuinam lectionem Commentator; quippe qui dicat;* neque caro ejus videre corruptionem, *quod* ἄφθαρτον *fuisse indicat.* BASN.

SÆC. III. ANNO 250.

CAP. XI.

Si quis dixerit, corpus Domini esse inanime & sine mente; & non confessus fuerit, illum unum & eundem secundùm omnia perfectum hominem esse; Anathema esto.

Explicatio.

Quomodo asserat quis, corpus Christi animæ aut intellectûs expers esse? turbatio enim, & tristitia, & mœror, neque sunt carnis animâ carentis, neque animæ intellectu destitutæ, neque immutabilis divinitatis, neque ejus, quod tantùm videtur esse, & non est, indicium; neque humanæ imbecillitatis defectus: sed passionum & ægritudinum nostrarum specimen in se ipso Verbum edere voluit; passibili naturâ in se susceptâ, sicut scriptum est:
Esaie 53. *Languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.* Turbatio enim, & tristitia, & angor, sunt animi ægritudines. Labor autem, & somnus, & vulneratio corporis, sunt infirmitates carnis (*a*).

ΚΕΦ. ια'.

Εἰ τίς λέγει, ἄψυχον ἢ ἀνόητον τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν τέλειον κατὰ πάντα ἄνθρωπον ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, ἀναθεματιζέσθω.

SÆC. III. ANNO 250.

Ἑρμηνεία.

Πῶς δὲ ἂν λέγοι τίς, ἄψυχον καὶ ἀνόητον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ; ταραχὴ γὰρ, καὶ λύπη, καὶ ἀδημονία, οὔτε σαρκὸς ἀψύχου, οὔτε ψυχῆς ἀνοήτου, οὔτε θεότητος ἀτρέπτου, οὔτε δοκήσεως ἔνδειξις, οὔτε ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ἥττημα· ἀλλὰ τὸν καθ' ἡμᾶς παθῶν τὴν ἐπίδειξιν ἐν ἑαυτῷ ἐποιεῖτο ὁ Λόγος, καταδεξάμενος τὸ παθητικὸν, καθὼς γέγραπται· ὅτι αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀνέλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε. ταραχὴ γὰρ καὶ λύπη, καὶ ἀδημονία, ψυχῆς νοσήματα· κόπος δὲ καὶ ὕπνος, καὶ τρῶσις σώματος, σαρκὸς ἀσθενήματα.

CAP. XII.

Si quis dixerit, solâ opinione & putatitiè Christum in mundo apparuisse; & non confessus fuerit, in carne venisse; Anathema esto.

Explicatio.

Quomodo affirmabit quis, putatitiè tantummodò Christum in mundo apparuisse, natum in Bethleem, circumcisum, & à Simeone ulnis gestatum, usque ad duodecimum annum à parentibus educatum, iisdemque morigerum, in Jordane baptizatum, cruci affixum,
Joan. 11. 12. 13. ex mortuis excitatum? Propterea quando di-
Matt. 26. citur: Turbatus est Spiritu; tristatus est ani-
Esa. 53. mâ; corpore vulneratus est; nostræ constitutionis affectiones nobis ob oculos ponit; ut ostendat, quòd homo in mundo natus sit, & cum
Baruch. 3. hominibus conversatus sit absque peccato. Natus enim est in Bethleem secundùm carnem Deo convenienter, cœlestibus Angelis Dominum suum agnoscentibus, Hymnorumque cantu & melodiâ celebrantibus Deum fasciis in præsepi involutum, & dicentibus: Gloria in

ΚΕΦ. ιβ'.

Εἴ τις λέγει, δοκήσει πεφανερῶσθαι τὸν Χριστὸν τῷ κόσμῳ, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἀνάθεμα * ἔστω. * ἄλ. ἀναθεματιζέσθω.

Ἑρμηνεία.

Πῶς δὲ ἂν λέγει τίς, δοκήσει πεφανερῶσθαι Χριστὸν τῷ κόσμῳ, τὸν ἐν Βηθλεὲμ τεχθέντα, καὶ περιτομῇ σαρκὸς περιταγόμενον, καὶ ὑπὸ Συμεὼν βασταχθέντα, καὶ δωδεκαετῆ ἀνατραφέντα, καὶ τοῖς γονεῦσιν ὑποταγέντα, καὶ ἐν Ἰορδάνῃ βαπτισθέντα, καὶ ἐν σταυρῷ προσηλωθέντα, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντα; διὸ † κ' ἂν λέγηται, † ἄλ. καὶ λέγεται. ἐταράχθη τῷ πνεύματι, ἐλυπήθη τῇ ψυχῇ, ἐτρώθη τῷ σώματι, τὰς κατὰ τὴν ἡμετέραν σύστασιν τῶν παθῶν προσηγορίας ἵστησι, καὶ ἵνα δείξῃ ὅτι ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη καθ' ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας. Ἐγεννήθη γὰρ ἐν Βηθλεὲμ, θεοπρεπῶς κατὰ σάρκα, ἀγγέλων ἐπουρανίων ἐπεγνωκότων τὸν αὐτῶν Δεσπότην, καὶ ἀνυμνούντων τὸν ἐν φάτνῃ σπαργανωθέντα

(a) *Decimus & undecimus Anathematismus evertunt illam hæresin, quam post Thaumaturgi ætatem propugnavit etiam Arius, Apollinaris, Monothelitæ, & alii, quorum primus dicebat, Christum tantummodo carnem assumpsisse, cui Divinitas loco animæ fuerit. Alter dicebat, fuisse in Christo animam, sed sine mente & intellectu; Verbum enim fuisse animæ illi loco intellectûs & mentis. Monothelitæ unam duntaxat voluntatem in Christo statuebant.* CANISIUS. *S. Thomas, libro 4. contra Gent. cap. 32. 33. & 36. valde feliciter errores illorum perstrinxit & confutavit. Et ad Monothelitas in particulari quod attinet, eos egregiè S. Maximus Monachus debellavit & prostravit in Disputatione cum Pyrrho, Patriarcha Constantinopolitano, ipsorum fautore ac defensore, habita; quam quidem Maximi cum Pyrrho Disputationem Græcè & Latinè ex translatione Francisci Turriani (cujus anteà meminimus) nuper loco Appendicis ad calcem Octavi Tomi suorum Annalium Ecclesiasticorum, pro publico Ecclesiæ bono adjecit, & in lucem feliciter edidit Illustrissimus Cardinalis Baronius.* VOSSIUS. *Ex his Notis constat, Anathematismos non debere Gregorio tribui; quippe errores ipso multò posteriores non potuit refellere.* BASN.

SÆC. III. ANNO 250.

θέντα Θεὸν, καὶ λεγόντων· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Ἐν Ναζαρὲτ ἀνετράφη, θεοφανῶς ἐν μέσῳ διδασκάλων καθεζόμενος, καὶ ἐκπλήττων αὐτοὺς τῇ σοφίᾳ παρὰ καιρὸν ἡλικίας, τῆς κατὰ τὸ σῶμα, ὡς ἀπαριθμεῖται ὁ εὐαγγελικὸς λόγος. Ἐν Ἰορδάνῃ ἐβαπτίσθη, οὐχ ἁγιασμοῦ πρόσληψιν προσαγόμενος, ἀλλ' ἁγιασμοῦ μετοχὴν χαριζόμενος. Ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπειράσθη, οὐ πειρασμῷ ὑποκείμενος, ἀλλὰ τοῖς ἡμετέροις πειρασμοῖς τῇ προκλήσει τοῦ πειράζοντος προβαλλόμενος, ἵνα δείξῃ μάταιον τὸν πειράζοντα. διὸ λέγει· θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον· οὐ θεϊκὴν πάλιν προβαλλόμενος, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν σάρκα νικητήριον πάθους, καὶ θανάτου, καὶ φθορᾶς ἐπιδεικνύμενος, ἵνα δι' ἧς σαρκὸς ἡ ἁμαρτία εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος ἐβασίλευσε πάντων ἀνθρώπων· διὰ τῆς αὐτῆς σαρκὸς καθ' ὁμοιότητα, κατακριθῇ ἡ ἁμαρτία ἐν τῇ σαρκὶ, καὶ νικηθῇ ὁ τῆς ἁμαρτίας ἔφορος ὁ πειράζων, καὶ καταλυθῇ ὁ θάνατος τοῦ μὴ βασιλεύειν, καὶ καταργηθῇ φθορὰ ἐν τῇ τοῦ σώματος ταφῇ, καὶ ἀπαρχὴ ἀναστάσεως ἀναδειχθῇ, καὶ ἀρχὴ δικαιοσύνης ἐν τῷ κόσμῳ πολιτεύσηται διὰ τῆς πίστεως, καὶ βασιλεία τῶν οὐρανῶν τοῖς ἀνθρώποις εὐαγγελισθῇ, καὶ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους γένηται κοινωνία. ἐπὶ ταύτῃ τῇ χάριτι δοξάζωμεν τὸν πατέρα τὸν δεδωκότα τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. δοξάζωμεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐνεργοῦν, τὸ ζωοποιοῦν ἡμᾶς, τὸ παρέχον τὰ χαρίσματα πρὸς Θεοῦ κοινωνίαν, καὶ μὴ περιεργαζώμεθα τὸν εὐαγγελικὸν λόγον λέξεσι περιξήροις, ἀπεράντους ζητήσεις καὶ λογομαχίας παρασπείροντες, καὶ τὸν λεῖον καὶ εὐθύτατον λόγον τῆς πίστεως τραχύνοντες· ἀλλὰ μᾶλλον ἐργαζώμεθα τὸ ἔργον τῆς πίστεως, τὴν εἰρήνην ἀγαπήσωμεν, τὴν ὁμόνοιαν ἐπιδειξώμεθα, τὴν ἑνότητα φυλάξωμεν, τὴν ἀγάπην γεωργήσωμεν, δι' ἧς εὐαρεστεῖται Θεός. ὥσπερ οὐχ ἡμῶν ἐστι τὸ γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, πιστεῦσαι δὲ δεῖ, ὅτι χρόνου ἔσται τέλος, καὶ μέλλοντος αἰῶνος ἔσται φανέρωσις, καὶ κρίσεως ἀποκάλυψις, καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ παρουσία, καὶ ἔργων ἀνταπόδοσις, καὶ οὐρανῶν βασιλείας κληρονομία· οὕτως οὐχ ἡμῶν γνῶναι τὸ πῶς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ γέγονεν ἄνθρωπος. τὸ γὰρ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶ, καθὼς γέγραπται· ὅτι τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ· ἀλλὰ πιστεῦσαι δεῖ, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐγένετο ἄνθρωπος κατὰ τὰς γραφάς· καὶ ὅτι ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη κατὰ τὰς γραφὰς, καθ' ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας· καὶ ὅτι ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἀνέστη ἐκ νε-

excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. In Nazareth enutritus est. In medio Doctorum Dei instar sedit, eosque sapientiâ suâ obstupefecit, præter ordinem modumque ætatis, si corpus spectes, ut ex Euan- *Luc.* 2.
gelio liquet. In Jordane baptizatus est, non *Marc.* 1.
ut aliquid sanctificationis perciperet; sed ut sanctificationem aliis impertiret. In solitudine *Matt.* 4.
tentatus est, non succumbens tentationi, sed nostras tentationes tentatoris provocatione præ se ferens, ut omnibus vanitatem & imbecillitatem adversarii patefaceret. Propterea monet: *Confidite, ego vici mundum:* neque *Joann.* 16.
divinum propugnaculum objecit, sed carnem propriam passioni, morti & corruptioni devincendæ opposuit, ut per quam carnem peccatum intraverat in mundum; & per pecca- *Rom.* 5
tum mors imperium in omnes exercens, per eandem carnem secundùm similitudinem condemnaretur peccatum in carne, peccatique antistes tentator ille superaretur, mors dissolveretur imperio suo dejecta, & evacuaretur corruptio in corporis sepultura, primitiæque re- 1 *Cor.* 15.
surrectionis palam ostenderentur; & initium justitiæ per fidem in mundo efflorescerct, regnumque cœlorum hominibus annunciaretur, & Dei cum hominibus communio iniretur. Ob hanc gratiam glorificemus Patrem, qui dedit Filium suum unigenitum pro mundi vita. Glorificemus Spiritum Sanctum, operantem in nobis, nosque vivificantem; qui nobis dona ad communionem cum Deo contrahendam necessaria subministrat: neque Euangelica oracula curiosis disputationibus examinemus, interminatis quæstionibus verborumque pugnis in medium allatis, planam & expeditam fidei institutionem exasperantes; sed magis in id incumbamus, ut fidei officium præstemus, pacem amemus, concordiam præferamus, unitatem custodiamus, charitatem colamus, per quam placatur Deus. Et quemadmodum nostrum non est, scire tempora aut momenta, quæ Pater posuit in sua potestate; credere autem oportet, finem fore hujus temporis, & futuri sæculi inchoationem, & judicii revelationem, & Filii Dei adventum, & operum retributionem, & regni cœlorum hæreditatem; sic nostrum non est scire, quomodo Filius Dei factus sit homo; nam mysterium hoc 1 *Tim.* 3.
magnum est, ut Scriptura testatur: Genera- *Esaiæ* 53.
tionem ejus quis enarrabit? quoniam tolle- *Actor.* 8.
tur à terra vita ejus. Sed credendum est, Filium Dei factum esse hominem secundùm Scripturas, & in terra visum, & cum hominibus conversatum esse, ut Sacræ Literæ docent, secundùm similitudinem, absque pecca- *Baruch.* 3.
to, proque nobis mortuum esse, & resur- *Hebr.* 4.
rexisse ex mortuis, sicut scriptum est; & in 1 *Tim.* 2.

SÆC. III. ANNO 250.

coelos assumptum esse, sedereque in dextera Patris, inde venturum judicare vivos & mortuos, ut Scriptura tradit; ne, dum inter nos verbis digladiamur, blasphement quidam doctrinam fidei, eveniatque illud: Propter vos blasphematur nomen meum semper in Gentibus (*a*).

Marci 16. 2 *Tim*. 4. 1 *Tim*. 6. *Esaiæ* 52.

κρῶν, καθὼς γέγραπται· καὶ ὅτι εἰς οὐρανοὺς * ἀνελήφθη, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ὅθεν ἥξει κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καθὼς γέγραπται· μήποτε ἡμῶν λογομαχούντων πρὸς ἀλλήλοις, βλασφημήσωσί τινες τὸν τῆς πίστεως λόγον, καὶ ἐπέλθῃ τὸ εἰρημένον· δι' ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου διὰ παντὸς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι.

* ἄλ. ἀνελήλυθε.

(a) *Ultimus Anathematismus est contra Cerdonem, qui Christum in phantasmate solo fuisse pronunciabat, ut & Marcion, Lucanus, Apelles, & posteà Manes. Vide Castrum loco citato.* CANISIUS. *Duodecimus atque postremus hic Anathematismus adversus impium Cerdonem dirigitur, qui Christum in phantasmate solo fuisse, impiè asserebat, ut & Marcion, ac Manes, Lucanus, Apelles, Saturninus, Priscillianus, & alii; quorum impios atque intolerandos errores, post hunc Auctorem nostrum S. Gregorium Thaumaturgum, etiam fortiter oppugnavit, ac confutavit, jugulavitque Sanctus Pater noster Ephræm Syrus in Sermone de Margarita Pretiosa, pluribus in locis, ubi præsertim inter alia sic edisserit:* Non figuram duntaxat dictus lapis (*de Margarita agit*) habet, sed etiam substantiam: ita quoque Filius Dei in hypostasi est natus, & non in figura, &c. *Longiusque ibidem posteà, ubi dicit:* Quomodo figuram duntaxat suscepit, qui & naturam & essentiam, & tempus generationis participavit? &c. *Paulloque ibidem pòst, ubi ait:* Si figuram tantummodò Verbum assumpsisset, quid natura fuisset opus? Si tanquam in specie processit, quæ mulieris necessitas? &c. *Pluribusque ibi interjectis posteà, ubi rursus contra Marcionistas, aliosque Hæreticos negantes verum hominem assumptum, agens, in hæc verba prorumpit:* Cogor inhærere sermoni, ut omnia commemorans, impiis ostendam Hæreticis, Christum verè natum esse; ita ut homo verus, & non qui solùm videretur homo, prodierit, &c. *Et quæ longè posterius in eodem Sermone adducit, ibi:* Dicit etiam Euangelium, sic Spiritum Sanctum supervenisse in Virginem: cur ita? ut scilicet virtutem acciperet suscipiendi Deum. Et virtus, inquit, Altissimi obumbrabit tibi. Fulgetrum tuæ insidebit naturæ; quia quod ex te nascetur sanctum, erit Filius Dei. Non dixit, Quod nascetur ex virtute, vel Spiritu Sancto; sed, ex te; ut Virginis naturam ostenderet Deitati ministrantem, assumptionemque in ipsa, & ex ipsa, Deo Verbo conjunctam. Nisi enim dixisset, Quod nascetur ex te, fortasse figuram existimatum fuisset, Verbum assumpsisse, &c. *Longiusque ibi posteà, ubi habet:* Quòd si in figura Christus apparuit, etiam figura Filius erat Dei. Cernis quo pacto corruant Hæretici, dum periculosè tentant Christi negare substantiam, &c. *Et non longè ibidem à fine ejusdem Sermonis, ubi ait S. Ephræm:* Cuncta veniant atque concurrant ad Dei natale; ut vel sic Hæretici credant, Christum non in figura apparuisse; sed verè in humana natura ex Virgine natum esse, &c. *De quibus, ibi pluribus, ut & in nostris in eundem Sermonem de Margarita pretiosa (qui habetur Tertio Tomo Operum Sancti Ephræm) Scholiis; nec non in sequente ibi posteà Sermone de Transfiguratione Domini, ubi à medio usque ad finem ejusdem Sermonis tam efficaciter ac plenè sanctus Ephræm noster ostendit, Christum esse verum Deum & hominem, ut nihil efficacius ac plenius. Quin & ibidem tandem pro Epilogo, pulchram quoque Fidei professionem (quæ valde cum doctrina hic Thaumaturgi nostri concordat) ponit, de Christo vero Deo & homine: quæ sic incipit:* Confiteor eundem esse perfectum Deum, & perfectum hominem; qui in duabus naturis in una hypostasi, sive persona unitus cognoscitur indivisibiliter, inconfusè, & immutabiliter; carnem indutus animatam, & animam ratione atque intelligentiâ præditam, factus est per omnia iisdem quibus nos passionibus obnoxius, præter tamen solum peccatum, &c. *Quàm porro variæ atque multiplices diversorum Hæreticorum circa Incarnationem Christi fuerint impiæ opiniones ac hæreses, copiosè inter alios ostendit Magnus Leo Pontifex, in Serm. 4. 8. & 10. de Nativitate Domini: ex quibus etiam, adversus quos potissimùm Hæreticos Anathematismi hi S. Gregorii nostri Thaumaturgi dirigantur, plenius cognosci poterit.* VOSSIUS.

BEATI

BEATI SERAPIONIS, *EPISCOPI THMUEOS,* ADVERSUS MANICHÆOS LIBER,

Græcè primùm in lucem editus.

CUM INTERPRETATIONE FRANCISCI TURRIANI, SOCIETATIS JESU.

S. HIERONYMUS LIB. DE VIRIS ILLUSTRIBUS.



Erapion, Θμέως, *Ægypti urbis, Episcopus, qui ob elegantiam ingenii, cognomen* Scholastici *meruit, carus Antonio Monacho. Edidit adversum Manichæum egregium librum, & de Psalmorum titulis alium, & ad diversos utiles Epistolas; & sub Constantino Principe etiam in confessione inclytus fuit.* Sæc. IV. Anno 340.

Martyrologium Romanum, die XXI. Martii.

ALexandriæ Beati Serapionis, Anachoretæ & Episcopi Thmueos, magnarum virtutum viri, qui Arianorum furore in exilium actus, migravit ad Dominum. *In quæ verba Illustrissimus Cardinalis Baronius. De eodem Serapione, Beda, Usuardus, Ado, & alii: licet eum tantùm dicant Anachoretam. Verùm insignem illum Serapionem ab Athanasio fuisse ordinatum Episcopum, constat ex Epistola ejusdem Athanasii ad Dracontium. Exstat de eo Alexandri, Episcopi Thessalonicæ, ad Athanasium Epistola, quam intexuit idem Athanasius in Apologia secunda. Agit de eodem S. Hieronymus, lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis & in Epistola ad Magnum* LXXXIV. *Ad hunc Serapionem exstat Epistola insignis ejusdem Sancti Athanasii adversus eos, qui mussitare incipiebant, Spiritum Sanctum esse creaturam: item Commentarius de blasphemia in Spiritum Sanctum, & Epistola alia de morte Arii, & statu illius temporis.* De Serapione.

Fuit autem Serapion noster Episcopus Thmueos: sic dicta civitas in Ægypto ab hirco, ut testatur S. Hieronymus contra Jovinianum lib. 2. Thmuis, *inquit, interpretatur* hircus. *Meminit ejusdem civitatis Cassianus Collat.* XIV. *cap.* 5. *& Collat.* XVI. *cap.* 1. *Posita hæc civitas erat in ea Provincia Ægypti, dicta Sethi, quæ & à Scythis Orientalibus Scythia appellata sæpius reperitur;*

SÆC. IV. ANNO 340.

peritur; à Scythis enim Ægyptios fuisse debellatos, auctor est Justinus Hist. lib. 2. De eremo Scethi, quæ & Scythiæ dicitur, frequens est mentio apud Palladium in Lausiacis, Evagrium, Cassianum, Sozomenum, Nicephorum & alios. De urbe Scethi & Scythiaca regione meminit Ptolemæus, lib 4. Quod dicta civitas Thmueos in Scethi fuerit, constat ex Epistola S. Germani, Capuani Episcopi, & aliorum Legatorum ad Hormisdam Papam, quam habemus apud nos MS. in qua leguntur de Monachis Scethi seu Scythiæ. Isti de sua provincia Episcopos accusant, inter quos est Thmuitanæ civitatis Antistes, &c. Hæc Baronius. Quæ sequuntur, Ortelius in Thesauro suo Geographico habet: Thmuis, Ægypti urbs, Metropolis Stephano & Ptolomæo, atque in oraculis Sibyllinis; item apud D. Athanasium. Thmui legit Ammianus; & Thmuis, Antoninus. Thmois, liber Notitiarum. Θμυΐτης Nomus puto legi apud Herodoti Euterpen pro Θμυΐτης. Non est in Scythiaca regione, ut quidam vir doctus vult. Consule nostram Ægypti veteris tabulam. *Ita Ortelius.*

JACOBI BASNAGII ANIMADVERSIONES CIRCA SERAPIONEM, ET HÆRESIM MANICHÆORUM.

I. Serapionis ordinatio.

I. ADversus Manichæorum Hæresim scripserunt Veteres plurimi, quorum tres hîc edimus. Horum prior Serapion, vixit quarto sæculo, & ab Athanasio ordinatus est Thmueos Episcopus. Quippe nullus in tota Ægypto ordinabatur Præsul nisi ab Alexandrino Patriarcha, eademque lex vigebat in Diocesi Romana. Fuit Thmuis sedes Episcopalis, sita inter Busiriticum & Atribiticum fluvios, vel potius alveos Nili; Busiritico tamen multò vicinior. Hanc in Ægypto propriè dicta constituit Ammianus Marcellinus *; sed nescio an is harum Provinciarum limites satis accuratè posuerit. Quippe illam Veteres † omnes in Augustamnica prima collocant. Nomen urbis significabat *Hircum;* solebant enim Ægyptii urbes indicare nomine idolorum, quæ assiduâ veneratione colebant. Hircus verò fuit Thmuitarum Paganorum Divinitas, vel saltem apud eos supremi Numinis imago.

* *Lib. 22. cap. 16.*

† *V. Epiphanium, Socratem.*

II. An fuerit Confessor.

II. Athanasii partes in Concilio Sardicensi Serapionem, ipsumque nomen suum Patribus orthodoxis inseruisse fertur: sed tanta in hujus Concilii circa numerum & nomina subsignantium occurrit diversitas, ut ex subscriptionibus, quæ supersunt, concludi non possit, Serapionem ibi adfuisse. Quemadmodum *Scholastici* ob eruditionem à Veteribus, sic etiam *Confessoris* titulus ob exilium, quod pro fidei defensione Constantio imperante passus est, ipsi in Martyrologio tribuitur. De eruditione constat, vel saltem unusquisque ex scripto adversus Manichæos judicium ferre potest. De exilio, quo Confessoris gradum obtinuit, nihil apud Ecclesiæ Scriptores legitur. Fuit quidem Legatus ‡ ab Athanasio cum quatuor Episcopis tribusque Presbyteris ad Constantium missus;

‡ *Ann. 353.*

ſus; ſed ignoratur quis fuerit hujus legationis exitus. Bellum gerebat adverſus Magnentium Imperator, qui nec de exilio aut ulla pœna Serapioni irroganda tunc temporis cogitavit. Obiit circa annum CCCLVIII. nam Timotheus, ejus ſucceſſor in ſede Thmuitana, adſuit Concilio Seleucienſi, anno CCCLIX. habito, ibique inter Acacii defenſores numeratur.

S. C. IV. ANNO 340.

III. Aſſerunt Bibliothecæ Patrum editores *, Serapionem ſcripſiſſe *Librum de Miraculis Veteris Teſtamenti, quem ſub metrica lege reductum prætitulavit*, Carmen Paſchale, *teſte Sigeberto* †. Serapion tamen nec metro, nec proſâ librum de miraculis Veteris & Novi Teſtamenti ſcripſit. Carmen Paſchale, quod illi tribuitur, Sedulio Presbytero debet reſtitui, cui ipſum vindicavit Sigebertus. Nec Veteris Teſtamenti portenta, ſed tantùm ea continet, quæ Christus edidit dum hoc in orbe verſaretur. Unus ſupereſt Serapionis Libellus adverſus Manichæos. Hunc Latinum ediderat Caniſius: ſed monuit me vir eruditiſſimus Fabritius, Græcum exemplar, quo uſus erat Turrianus Interpres, haberi in Bibliotheca Holſteniana, propoſitumque eſſe Profeſſori celeberrimo apud Hamburgenſes, D. Winklero, illud publici juris facere. Scripſi ad Winklerum; poſtulavi, ut ſi quæ jam edita haberet, mecum communicare vellet. Ipſe ſumma cum humanitate non modò exemplar Græcum Serapionis, ſed etiam Titi Boſtrenſis à ſe deſcriptum tranſmiſit, ut in Collectione Caniſiana ederentur. Debentur igitur viro doctiſſimo Græca, quæ nunc verſioni Latinæ adjicimus. Utinam notas, quas in geminos illos Scriptores meditabatur, eodem tempore mandari curaſſet! ſed variis momentoſiſſimiſque curis diſtracto illas jam accumulatas multo labore & ſtudio, in ordinem redigere & adornare non licuit.

III. De operibus Serapionis & Græco exemplari, quod hîc editur.

* *Bibl. Pat. Pariſ. tom. 17. pag. 79.*

† *Sigebertus de Viris illuſtr. cap. 6.*

IV. Videtur Sixtus Senenſis ‡ Serapionis librum multò auctiorem eo, quem nunc edimus, legiſſe. Quippe illud opuſculum *ingens & nobiliſſimum* appellat. Deinde indicat ſe in eo libro, originem calumniæ ab Ethnicis in Chriſtianos de cultu aſini detexiſſe. Serapion enim aſſerebat, idololatras hoc criminis hauſiſſe ex libello Gnoſticorum, *de Nativitate Mariæ* inſcripto, in quo narrabant, Zachariam, cùm incenſi horâ ſuffiret in Templo, aſini figurâ hominem ſtantem vidiſſe. Stupefactum Zachariam viſionem efferre voluiſſe, ſed impeditum; quia ipſi vox fuerat intercluſa. At eâ poſtmodum reſtitutâ rem hactenùs arcanam evulgaſſe, quod ipſi cauſa fuit mortis nefandæ. Cùm autem Chriſtiani non ſatis accuratè diſtinguerentur à Judæis, illud ſcelus ipſis impegerunt Pagani. Nos originem hujus fabulæ alibi * excuſſimus, variaſque in eam doctorum ſententias retulimus; quibus nunc omiſſis, (calumnia enim intentata abſque ullo fundamento nobis videtur) obſervamus illam nec inſeri tractatui Serapionis adverſus Manichæos, nec ab ipſo indicari *librum de Nativitate Mariæ* à Gnoſticis elucubratum. Nec ideò tamen autumandum eſt, alium fuiſſe tractatum Serapionis à noſtro planè diverſum, quem viderat Sixtus Senenſis. Illud *ſcriptum ingens & nobiliſſimum* appellavit propter pondera rationum, quæ ipſi ſubtiliſſimæ videbantur. Circa fabulam, quam refert, erravit, & ab aliquo alio Scriptore ipſam mutuatus eſt.

IV. An Sixtus Senenſis viderit aliud exemplar Serapionis.

‡ *Sixtus Sen. Bibl. lib. 2. pag. 86.*

* *Hiſt. des Juifs, liv. 7. chap. 26.*

Habet Socrates genuinum Serapionis fragmentum, ſed breviſſimum. † Ἔλεγε δὲ ὁ τῆς Θμουιτῶν ἐκκλησίας ἄγγελος Σαραπίων ὅτι δὰ νοῦς μὲν πεποκὸς πνευματικὴν γνῶσιν τελείως καθαίρεται· ἀγάπῃ δὲ τὰ φλεγμαίνοντα μέρια θυμοῦ θεραπεύεσθαι· πονηρὰς δὲ ἐπιθυμίας ἐπιρρεούσας ἵστησιν ἐγκράτεια: *Thmuitarum Angelus Serapio dicebat, mentem quidem ſpiritalis ſcientiæ hauſtu planè purgari; partes autem animæ irâ efferveſcentes caritate ſanari. Pravas verò cupiditates, quæ in animum influunt, coërceri abſtinentiâ.* Nunc ad Manichæos & ſcripta adverſus eos à Serapione edita procedamus.

† *Socr. lib. 4. cap. 23. pag. 237.*

SÆC. IV. ANNO 340.

V. Originem Manichæiſmi, quam Hæreſim omnium deterrimam appellat, ſic deſcribit: Ὧδε μὲν Οὐαλεντῖνος προῆλθεν, ὧδε δὲ Μαρκίων, ὧδε δὲ Συθιανός· ἄλλοθεν δὲ Φάνιος πλεύταιον δὲ ἔκτρωμα τῆς πονηρίας πάσας τὰς ἄλλας πονηρίας ἐλαττώσασα, καὶ μείζονι πονηρίᾳ τὰς τῶν ἄλλων πονηρίας δευτέρας ἀποδείξασα ἡ τοῦ Μανιχαίου: *Valentinus exivit; ſic Marcion; ſic Scythianus; aliundè verò etiam Phanius. Poſtrema abortio improbitatis, quæ omnes aliorum improbitates extenuavit, & majore improbitate aliorum improbitates in ſecundis poſuit. Furor Manichæi eſt.* Quæ ſatis obſcura, ſunt enucleanda. Primò, Scythianus hic diſtinguitur à Manete. Debent igitur emendari Theodoretus & Suidas, qui Scythianum Manetis cognomen fecerunt: *Hic*, inquit Suidas, *qui Manes & Scythianus vocabatur. Fuit genere Brachman; Præceptorem autem habuit Buddam, qui Terebinthus anteà vocabatur:* Οὗτος ὁ καὶ Μανὴς καὶ Σκυθιανὸς λεγόμενος, Βραχμὰν ἦν τὸ γένος· διδάσκαλον δὲ ἔσχε Βουδδὰν τὸν πρώην καλούμενον Τερέβιντον. Tot σφάλματα, quot verba. Quippe Arabs fuit Scythianus, atque nihil illi cum Brachmanibus commune fuit. Ex Sarracenis ortus ille ex Indico commercio maximas ſibi comparavit opes, quod erroris Suidæ occaſionem præbere potuit, ut eum Brachmanem fingeret. Inde Alexandriæ literis Græcis imbutus aliquam ſibi eruditionis famam comparavit. Mulierem eleganti formâ, ſed quæ proſtibulum fuit, uxorem duxit Hypſelæ, urbi apud Ægyptios celeberrimæ. Hieroſolymam contendit, ibique cum viris Apoſtolicis ſecundo ſæculo manus conſeruiſſe ferunt; ſed à propoſito mentem non revocavit; longè latèque errores ſuos diſſeminavit; ita ut nobis Hæreſeos Manichæorum videatur parens.

V. Scythianus an idem ac Manes.

VI. Conjecturæ variæ de Scythiano & Manete.

VI. Pearſonius quidem, Præſul eruditis notiſſimus, Suidæ Theodoretique ſententiam firmare conatur conjecturâ planè novâ. Autumat enim Scythianum fuiſſe dictum Manem, voce ex Hebræis elicitâ, apud quos המינים *Haminim* erant *Hæretici.* Dicebantur Bathuſæi *Roſchi Haminim*, ראשי המינים, *Hæreticorum capita.* Cùm autem Scythianus eſſet Hæreticorum Primipilus, dici potuit Manes, hoc eſt, *Hæreticus.* At non animadvertit Vir alioquin ſubactiſſimi judicii Pearſonius, Bathuſæos incognitos fuiſſe Judæis veteribus, Rabbinoſque hanc ſectam ſolos ſibi finxiſſe. Dein *Minim* dicuntur potiùs Chriſtiani, quibus infenſiſſima fuit Synagoga. Epiphanius Manem apud Perſas *homiliam* ſignificare contendit; hocque nomen Hæreſiarcham uſurpaſſe, quòd ſe optimum concionatorem crederet. Subtilius multò vir † eruditus, qui *Manach*, *donum* interpretatur, indeque Manichæos dictos, eò quòd eorum Anteſignanus ſe Spiritum Sanctum à Chriſto promiſſum & *dono datum* venditaret. Quidquid ſit de Manetis nomine, ab eo Scythianum, ut paulò vetuſtiorem, cum Serapione diſtinguimus.

† *Le Moyne, Varia Sacra.*

VII. An Joannes Scythianum noverit.

VII. Scythiano ſectam à Manichæa diverſam tribuit Serapion: nec deſunt * qui illam multò vetuſtiorem faciant, & credant illum reſpicere duo loca, quorum hoc in priore Epiſtola Joannis legitur; alterum verò in Evangelio Nazaræorum. In priori Joannes aſſerit Antichriſtum eſſe, qui negat, *Chriſtum in carne veniſſe;* quod contra Scythianum, qui ineunte ſæculo ſecundo Jeſum *veniſſe exiſtimabat non in carne, ſed in corpore aëreo, in phantaſmate, & in apparentia carnis.* Aliter quidem legebant Veteres aliquot hunc locum; & ſecundùm ipſos docebat Joannes, Antichriſtum eſſe, qui *Chriſtum ſolvit*, χριστὸν λύει. Sic vulgata verſio: *Omnis ſpiritus, qui ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt.* Hocque argumento potiſſimùm utebatur adverſus Neſtorianos Cyrillus Alexandrinus. Sed prior lectio genuina agnoſcitur ex MSS. codicibus. Alter locus contra Scythianum occurrebat in Evangelio Nazaræorum, in quo inducebatur Chriſtus Apoſtolos docens poſt reſurrectionem, ſe non eſſe δαιμόνιον ἀσώματον, *ſpiritum incorporeum;* quo teſtimonio uſi ſunt plurimi Patres; crediturque inſertum huic

* *Le Moyne, Varia Sacra, t. 2.*

huic Evangelio contra Symonem ejusque socios & Scythianum, qui eadem pressit vestigia. Vix ego credam tunc temporis & vivente adhuc Joanne Scythianum dogmata sua disseminasse. Quamquam contrarium tueantur viri docti. Præivit Scythianus Maneti, vixitque sæculo secundo. Sed nimia ipsi tribuitur antiquitas, si eum Joanni aut Apostolis coævum feceris. Nec opus est ut tunc Hæreticus aliquis fuerit, qui Humanitatem Christi negaret, ad impellendum Joannem virosque Apostolicos, ut talia Epistolis suis insererent. Quippe illud dogma de vera carne Christi fuit unum ex fundamentalibus ut vocant, & sæpius plebi inculcandum, quam unio Divinitatis cum carne stupefaciebat. Quid si hunc locum interpreteris, asserasque Joannem docuisse, Jesum qui in carne venit, esse Christum, hoc est, Messiam; omne dubium tollitur, evanescuntque conjecturæ omnes de Scythiano aut aliis Hæreticis. Quidquid sit, errat Serapion, qui Scythianum diversissimæ à Manichæis Hæreseos authorem faciat. Quippe docebant ambo, bina esse Principia, quorum hoc animas, alterum corpora creaverat. Etsi aliquando discreparent Hæresiarchæ, in præcipuis tamen conveniebant.

SEC. IV. ANNO 340.

VIII. Alter memoratur à Serapione Hæreticus, nomine *Phanius*. Divinant Critici quis sit ille incognitus Hæreseos parens. An legendum foret *Pappus*? indicat enim Alexander Lycopolitanus, Serapionis forsan coævus, quique scripsit πρὸς τὰς Μανιχαίου δόξας, *contra Manichæi opiniones*; indicat, inquam, *Pappum* Manichæum quendam Interpretem, cui successit Thomas. Sed vereor ne obscurum per obscurius. Quippe ignoratur quis sit ille Pappus. Conjiciebat Vir * eruditus, esse Agapium, qui Manichæorum Heptalogum commentatus est. Sed obstat quòd Agapius Alexandro recentior in formula abjurationis cum Pappo inter discipulos Manetis recenseatur. Nos pro *Pappo* legeremus Addum, qui etiam aliquando Buddas appellatur. Conveniunt sanè tempora. Hic enim post Scythianum à Serapione debuit memorari, qui ipsius non præceptor, ut voluit Suidas, sed discipulus fuerat. Is præceptorem sepulturæ mandavit, & longo funerum apparatu cohonestavit. Ut opibus sibi concreditis tutius frueretur, ad Persas confugit, ibique mutato nomine ex Terebintho Buddas vel Addus voluit appellari. Ut opes, sic quatuor libros à præceptore compositos sibi vindicare conatus est Buddas, quod in errorem Socratem induxit, quasi opera Scythiani essent Terebinthi genuini fœtus; quem errorem secuti sunt tum Baronius, tum Volaterranus, qui novum tractatum omnibus incognitum *de Fumis* adjecit. Asserit quidem Augustinus, circa fumum versari Theologiam Manichæorum, & *gentem esse plenam caliginis & fumi:* sed an ideò conjiciendum est, exaratum fuisse à Budda tractatum *de Fumo*? Huic successerunt Manes & Thomas.

VIII. Duæ Hæreseos Pappus.

* Cave, Diss. 1. pag. 4.

IX. Existimarem igitur legendum esse apud Alexandrum Lycopolitam, Addum sive Buddam; his enim nominibus indicatur passim à Veteribus. Sed nescio an eâdem conjecturâ uti liceat apud Serapionem, reponendusque sit Buddas vice *Phanii*, qui occurrit in Græcis & in versione Latina Turriani. Editores *Bibliothecæ Patrum* legunt *Schizanius*: sed quis ille? Alii *Scorpianum* subjiciunt, ajuntque fuisse Scorpianum è grege Gnosticorum unum, qui martyrium negabat. Adversus ipsum scripsisse Tertullianum, & titulum Scorpiaci libro suo ideò apposuisse, conjiciebant tum Latinius, tum Pamelius, viri docti. Conjecturam firmat Optatus Milevitanus; horum enim, (Valentinum & Marcionem indicans) *horum est sermo, qui* fuit cancer ad fidei membra vexanda. Talis est *sermo Scorpiani Hæretici.* En Scorpianum Hæreticum, qui negabat Christianos debere martyria perpeti. At levissima nobis videtur conjectura illa, quâ Tertullianus, Optatus & Serapion explicantur.

IX. Tertullianus & Optatus explicantur.

De

SÆC. IV. ANNO 340.

De Tertulliano constabit facilè: is enim profitetur se Gnosticos martyrii refragatores refellere, non autem adversus privatum aliquem Hæreticum pugnare. Nec verisimile fit, eum, si adversus Scorpianum scripsisset, illum nequaquam nominasse. *Scorpiacum* inscripsit librum suum Tertullianus, ut Scorpios indicaret Hæreticos, qui more serpentum lethiferum virus effundebant, venenatisque telis necabant animas. Ludebat igitur pro more in nomine, quo Hæreticos designabat.

De Optato res multò difficilior. Observandum Codices aliquot præferre nomen Corpiani; unde Mericus Casaubonus asserebat legendum Corpianis pro Coptianis aut Coddianis, quod nomen Gnosticis fuit commune. Sed infelici prorsus tentamine. Auguror Optatum minus cautè Tertullianum legisse, Scorpiacumque Hæreticum peculiarem, ex titulo libri quem præ manibus habebat, sibi finxisse.

X. Serapion emendatur.

X. Serapionem quod attinet, nec Schizanius, nec Scorpiacus ad Phanium referri possunt. Irrepsit forsan *Phanius* pro *Marcianus*; fuit enim ille è Docetarum Primipilis, *Evangelium Petri* circumferens, cujus ope Ecclesiam Rhossensem in errorem induxerant ipsius discipuli, ut narrat alter Serapion à nostro planè diversus. Marcianus autem post Scythianum & ante Manetem errores suos sparsit, ita ut inter utrumque reponi potuerit à Serapione nostro. Multi forsan has conjecturas sunt repudiaturi. Id licet; sed locum Serapionis intricatissimum elucidare conamur: qui meliora habet, ea proferat.

XI. Manichæorum dogmata præcipua.

XI. Manichæorum errores aliàs fusius narraturi, hìc pauca tantùm attingemus, ut argumenta, quibus tum Serapion, tum Didymus, tum etiam Titus Bostrensis adversus Hæreticos utuntur, facilius intelligi possint; aliqua enim sunt obscura & luce indigent: quippe se spissis involvebant tenebris Manichæorum Doctores, vixque eorum sententia ob nimias absurditates poterat percipi.

Primò duo Principia coæterna ingenita sibi invicem opposita, alterum Bonum, nempe Deum; alterum Malum, quod Materiam vel Nequitiam appellaverunt, constituebant. A Deo stare potentias aliquot * *velut ancillas omnes bonas*; à Materia similiter *stare potentias, sed malas*, tuebantur. Splendidum & lux superiùs cum Deo sunt; obscurum verò & tenebræ inferiùs cum Materia. Habet Deus desideria, sed bona; Materia similiter habet appetitus, sed malos. Deus animas creavit; corpora verò è Materia sive malo Principio educta sunt. Peccatum peccatique pœnas à malo Principio fluere asserebant, ut bona à Deo. Ea quippe fuit erroris origo, cùm à Deo mali causam removere vellent, aliud Principium, quod omnia mala hominibus inferret, subinduxerunt. Inde multa philosophabantur Hæretici, circa corporis motus, quos omnes, si incompositi forent, Materiæ tribuebant; circa ægritudines ejusdem corporis, mortem, serpentes nocivos, feras voraces, imbres, tempestates; quæ Titus Bostrensis attigit.

* *Alex. Lycop. ad Manich. placita. Combefis, pag. 4. reddit* virtutes, *δυνάμεις*, potentias.

Alexander Lycop. ibid.

Stellas, lunam solemque colebant Manichæi, non ut Deos, *sed ut viam, quâ Deum assequi putabant*. Virtutem enim Materiâ separatam vi demiurgi ad cœlestia transvolare, & lunam petere sibi fingebant. Tunc luna fiebat plena. Ubi plena fuerat, virtutem illam ad solem transmittebat, & tunc decrescebat. Sol ad Deum abire solitus, virtutem sive animam quam receperat, ipsi restituebat; expectans dum in alio plenilunio anima nova ad ipsum commigraret, & sic deinceps.

Tertiò legem ut acerbam nimis, Authoremque legis, fulgurum parentem, bellorum Authorem, tanquam hominibus infensissimum hostem calumniabantur. Ipsum à Deo Novi Testamenti diversum omninò prædicabant. Prophetas

phetas omnes, qui sub illa œconomia vitam degerant, repudiabant; Evangelia, ut Christiani nomine tenùs viderentur, recipiebant. Sed ea ante Manetem depravata tuebantur; ideò querebantur Veteres non facilè refelli posse Manichæos. *Quò me vertam nescio*, inquiebat Alexander Lycopolitanus: non enim per legitimas ullas rationes procedunt illorum hypotheses, ut per eas examen instituere liceat. Christiani Hæretici cùm novas veteresque Scripturas adhibeant, divinitùs inspiratas statuant, suasque inde opiniones concludant, ex iis possunt argui. Græci Philosophorum demonstrationes admittunt, quæ sunt ipsis Prophetarum vox & oraculum. Hi autem hæc omnia eliminant: *Molestior * est aggressio, & adeò magis ardua, quòd varios instituere sermones necesse est.* Observandum est tamen, Manichæos sæpius morosos Scripturæ testimonia spernentes, ad Græcanicas fabulas aliquando confugere, ut inde sibi conciliarent autoritatem; ajebant scilicet, per Bacchum, qui scissus est ex utero, significari, in materiam dividi à Titanibus divinam virtutem, & ex Gigantum pugna constare, Gentiles non Materiæ adversus Deum rebellionem ignorasse; quæ futilia sunt.

Sæc. IV. Anno 340.

* Alex. Lycopol. apud Combefis. p. 6.

Denique, (nam diutius evagari non licet) Christum autumabant esse mentem, qui cùm aliquando è *cæli axe* venisset, plurimam partem virtutis ejus ad Deum transmisit, ac demùm in crucem actum, ut scientiam præberet, Materiaque periret, quod Deus postulat. Paracletum verò Apostolis promissum Manes se prædicabat, eaque se revelare, quæ prius ignota fuerant.

XI. Palmare videtur multis argumentum, quo Serapion adversus Materiam disputat, ducitur que è temperantia corporis, vel è pœnitentia Petri, Pauli aliorumque, qui vitam inordinatam agentes ad Christum conversi sunt, aut qui à Spiritu incipientes per carnem desinebant, quemadmodum Galatarum plurimis evenit. *Si temperantia virtus est, corpus verò substantiâ malum, non posset reperiri corpus temperans; ne corpus, quod substantiâ vitiosum est, corpus virtutis efficiatur.* Reverà tamen illud argumentum rectà Manichæos oppugnare mihi non videtur. Præterquam enim virtus non est corporis, sed animæ, ipsaque dirigit motus animales. Manichæi non negabant, homines posse virtutem profiteri, altiora sapere, aut ad deteriora vergere. Ipsi *electos suos* habuerunt à cæteris distinctos, qui ita in Sanctitatis via profecerant, ut ad lunam, è luna ad solem, & à sole ad Deum ipsum transmeare possent; quemadmodum eos loquentes audivimus. Deinde verò ea fuit Manichæorum sententia, Materiam bellum indixisse Deo, ut ipsius principatum lucemque usurparet; Deum verò in ipsam devictam superatamque animadvertere non potuisse; quia malum quo illam plecteret non habebat, illi tamen insidias struxisse: Virtutem, quam animam vocamus, misit, quæ omni Materiæ immiscetur, eamque expugnare tentat, & tandem mortem ipsi infligit, cùm ab ea separatur. Potuit igitur anima Materiæ immixta diversos habere motus. Aliquando sub jugo corporis sive Materiæ fatiscens, fieri potest peccatrix; aliquando corporis victrix meliora sapit. Per mixtionem cum Materia, inquiebant Manichæi, vitium contraxit anima, ac sæpe laborat, quemadmodum † *sincerum est, nisi vas, quodcunque infundis, acescit.* Anima aliquid à Materia patitur, & deterior facta in Malitiæ commercium transit; ideòque Deus demiurgum seu virtutem quandam misit, quæ bona à malis, pura à mixtis secernit: nihil igitur mirum si aliquando peccatores pœniteat, libidini renuntient; alias verò ad vitia pristina revertantur. Præsertim cùm Serapion summam homini libertatem tribuat. Quippe * *quocunque vult se vertere & redire, potest. Facit voluntatem normam rerum suarum. Corpus ipsum utrumque in potestate habet & ad* eligen-

† Horat. Epist.

* Serapion contra Manichæos.

Sæc. IV. Anno 340. *eligendum dominus est, ut quod justum est, qui elegerit ad utendum, de eo ratio in judicio ab eo reposcatur, & non coactus ad aliquid, vim & necessitatem in eo, quod egit, excuset, neque sic natus extra querelam & culpam sit, quia naturæ repugnare non potuit.*

XII. Alio Serapion utitur argumento ex unione Materiæ cum anima: quippe si lingua, quæ materialis, mala est, quomodo inservit Deo laudando, cùm ipsi imperat anima? Quomodo Deus, qui bonus est, qui quod suum non est, ab hominibus nequaquam exigit, jubet Christianis, * *ut exhibeant corpora sua hostiam viventem & Deo placentem?* Facilius tamen concutiuntur hujus Hæreseos fundamenta, dum ipsa principia oppugnantur; quippe vel superius est bonum Principium malo, vel inferius, vel æquâ utrumque potiuntur authoritate. Si bonum Principium superius est, tunc averruncari debet omne malum; absorbetur enim malitia Materiæ à bono, quod infinitum est, & malum perpetrare nequit. Si superior est Materia, sequuntur absurda duo, Materiam præstantiorem esse ente spirituali, & nihil nisi mali fieri debere; Materia enim, quæ mala est, bonum desiderare aut in spiritum effundere non potest; quippe faveret inimico suo, & ejus augeret potestatem, quam funditùs ruere vult. Omnia igitur essent in mundo mala, nec quicquam boni superesset, si prævaluisset omnino Materia. Hoc absurdum inficiabantur ipsi Manichæi, qui Materiam à Deo repulsam, passam & superatam, dum lucem ejus desideraret, non negabant. Æqualitate inter illa duo Principia suppositâ, nihil vel boni vel mali fiet; quippe pugnabitur acerrimè inter Deum & Materiam iisdem viribus & pari successu. Bonum Principium impediet quominùs eveniant mala; Materia verò obstabit ne bona malis succedant: & sic æquo Marte certabitur in æternum nihilque poterit creari. Supponantur duo Athletæ, qui pares omnino infinitasque habeant vires, qui se mutuò propellant, occupatâque prius sede extrudere conentur; nullus erit certaminum finis; nullus à loco suo dimovebitur: hic enim fieret inferior, quanquam æqualiter potens, & absurdum foret iteratâ pugnâ aliàs victorem, aliàs victum esse. Sic suppositis duobus Principiis ingenitis, quæ infinitâ potestate polleant, neutrum bona aut mala proferre, neutrum corpora aut animas creare poterit: quippe infinitum repugnabit in omnibus alteri infinito, & adversùs ipsum totis viribus propugnabit. Non expectabit Malum, donec bona profluant à Principio sibi repugnante; non expectabit Bonum, donec mala infligantur animabus, quas optimas innocentesque finxit. Deinde duo infinita replent omnia, nullaque sedes relinquatur vacua, quam malum Principium possit occupare, ibique dominari, dum bonum in altera regione exercet imperium. Gemina igitur Principia infinita, cùm sint ubique præsentia, non possunt in loco bona, in altero mala protrudere, sed semper adversùs se invicem nova & sine ullo exitu inire certamina, & ex illa pugna nihil præter rixas profluere potest.

* Rom. cap. 12.

ΣΕΡΑ-

SÆC. IV. ANNO 340.

ΣΕΡΑΠΙΩΝΟΣ, Ἐπισκόπου Θμουπόλεως, κατὰ Μανιχαίων, Κύριε εὐλόγησον.

Ἐπιλύει τὴν πλάνην ἡ ἀλήθεια, καὶ ἀναιρεῖ τὴν ἀπάτην, καὶ πᾶν ψεῦδος προελθεῖν οὐκ (a) ἐᾷ. ἱκετεύσωμεν τὸν κύριον Ἰησοῦν ἀλήθειαν ὄντα, ἐλλάμψαι τὴν διάνοιαν ἡμῶν, ἵνα μήτε τὴν διάνοιαν ἀναιρῆσαι ἀπάτη δυνηθῇ, ἢ κρατῆσαι πλάνη ἰσχύσῃ· μήτε ἑρηκυῖα καὶ κεκρατηκυῖα ἔμμονον τὴν κράτησιν ἔχῃ· μόνον γὰρ φανεὶς καὶ τὰς ἀκτῖνας τῆς ἀληθείας ἑαυτοῦ ἐκλάμψας· ἀποσκεδάσει μὲν τὴν γενομένην ἀπάτην, ἀνεξαπάτητον δὲ διατηρήσει τὴν διάνοιαν· αὐτὸς γὰρ βοᾷ· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή. αὐτὸς παραγγέλλει· προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῶν ψευδοπροφήτων, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δὲ εἰσὶ λύκοι ἅρπαγες· ἐπειδὴ γὰρ ἐκείνων πεφενακισμένος ἦν ὁ τρόπος, καὶ πεπλασμένον τὸ ἦθος, οὐκ ἐσιώπησεν ἡ ἀλήθεια, ἀλλ' ἐγύμνωσε τὸ ἀφανὲς τῆς διανοίας καλύπτεσθαι ὑπὸ τοῦ πεπλασμένου καὶ ἐσχηματισμένου μὴ ἐπιτρέψασα, ἵνα κατάφωρος γινομένη αὐτῶν ἡ ἀπάτη ἀσθενὴς γένηται ἐν ταῖς ἐπιχειρήσεσι, μηδένα συλλαμβάνειν δυναμένη.

Ἔστι μὲν οὖν ἡ κακία πολυειδὴς καὶ πολυσχιδὴς κατὰ διαφόρους ἡπλωμένη τὰς ἐπιχειρήσεις, ἔνια τῶν ἑαυτῆς μερῶν βλαπτικώτερα καὶ ἀναιρετικώτερα ἔχουσα. διὰ τοῦτο οὐδὲ τὰ ἥττονα σιωπητέον, οὐδὲ τῶν μειζόνων ἀφεκτέον, εἰδότας τοῦτο, ὅτι τὰ μὲν ἐλάττονα μόρια τῆς κακίας βραχυτέρας ποιεῖται τὰς βλάβας, τὰ δὲ μείζονα μεγάλας· ὁ γὰρ μείζοσι σφαλεὶς μειζόνως καὶ τιμωρεῖται· καὶ ὁ ὑπὸ μείζονος ἀπατηθεὶς μείζονα καὶ κολάζεται.

(b) ται γὰρ αἱ ἀπάται
δὲ καὶ τὰ πλη
καὶ σταθμίζω
δικά
τίμα
ει

ἀστάθμητον ἐᾷ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑκάστου τοῦ ἠπατηκότος ἀπάτην, καὶ τοῦ ἠπατημένου τὴν εὐκολίαν μετρήσας ὁρίζει τὴν τιμωρίαν. σπουδαστέον οὖν, μήτε τῷ βραχυτάτῳ αἱρεῖσθαι. Καὶ γὰρ ἡ βραχυτάτη ἀπάτη σπινθῆρος δίκην ὕλην παραλαβοῦσα τὴν συγκατάθεσιν τῆς ψυχῆς ἐξάπτει, καὶ μεγάλην φλογὰ κατασκευάζει· πολλοὶ γὰρ ἐξ ὀλίγης ἀπάτης ἀρξάμενοι εἰς πέλαγος ἀπάτης ἐξεχύθησαν.

SERAPIONIS, Episcopi Thmueos, adversus Manichæos liber, Domine benedicas.



Olvit errorem veritas, & extinguit fallaciam, & omnis mendacii ortum intercipit, ac prohibet. Obsecremus igitur Dominum Jesum, qui est veritas, ut illuminet mentem nostram, ut neque fallacia mentem capere possit, nec error vincere: neque si ceperit aut vicerit, firmam & stabilem victoriam obtineat. Solummodò enim si apparuerit, & radios veritatis suæ emiserit, fallaciam quidem inductam dissipabit, mentem verò extra errorem conservabit. Ipse enim clamat: *Ego sum via, veritas, & vita.* Ipse præcipit: *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intus autem sunt lupi rapaces.* Quia enim illorum modus fraudulentus erat, & mores simulati, non celavit eos veritas, sed nudavit, (c) permittens, ut quod in mente latet, ab eo, quod extrinsecus fictum & simulatum est, tegatur, ut ipsa fallacia deprehensa infirma fiat in eorum argumentis, ita ut neminem irretire queat. — Veritas errorem vincit.

Est igitur malitia multiformis & multipartita, in varias argumentationes fusa; cujus partes quædam nocentiores sunt, & magis mortiferæ. Quamobrem neque minora tacenda sunt, neque majoribus parcendum; cùm sciamus minores quidem partes vitii minora damna parere; majores verò magna. Qui enim in gravioribus labitur, gravioribus pœnis punitur: & qui à majore deceptus est, majus supplicium sustinet. Ponderantur enim fallaciæ; ponderantur etiam peccata: & qui ponderatur, pro gravitate ponderis supplicium reportat: neque quicquam qui judicat, non ponderatum relinquit. Quin etiam unius cujusque, qui fefellit, fallaciam & facilitatem ejus, qui deceptus est, demensus pœnam decernit. Quocirca studendum est, ut ne minimâ quidem fallaciâ capiamur, siquidem minima fallacia instar scintillæ, nacta materiam assensionem animæ, incendium magnæ flammæ efficit; multi enim principio ex parvo errore cœpto, in pelagus erroris dilapsi & effusi sunt. — Varii gradus errorum.

Idcircò

(a) Nec mendacium serpere sinit: *aliter Turrianus; sed malè; nam in Græco legitur* προελθεῖν. BASN.
(b) *Hæc lacuna an fuerit in Codice Turriani, ipseque verba aliqua subjecerit, ut sensus non remaneret suspensus, divinare non audeo: plura tamen desiderari videntur quàm quæ leguntur in versione Latina.* BASN. (c) *In Græco est particula negativa, quam omisit Turrianus. Legendum igitur*, non permittens. BASN.

SÆC. IV. ANNO 340.

Idcircò curandum est, ut ne minimo quidem errore labi contingat; pulcherrimo animæ propugnaculo ædificato, ne majore capiamur. Qui enim in parvis labitur errore, labetur aliquando in majoribus: & qui non est seductus à parvis, erit ita contra majora munitus & tutus, ut ei resisti non possit. Quia igitur si multi lupi pelles ovium induti, gregem invaderent, non sileret pastor, sed gladium vibraret, ut in tuto gregem collocaret, nudans & patefaciens conatum ferarum. Ecce multi sunt, qui exierunt, & hîc atque illîc errant, pro pellibus ovium nomen Christi induti, qui se quidem dicunt, quod non sunt; quod autem sunt, dici nolunt; sed suam improbitatem amictu nominis tegunt; qui commune quidem habent nomen, student verò, ut nomen Christi funditus deleant; qui contra Jesum militant, & Jesum invocant. Hæc est difficillima omnium improbitas, nomine Christi appellari, & Christum oppugnare. Etenim quia non potuit perversitas contra Deum bellum gerere, usa est nomine, ut usu nominis opinionem imprudentibus injiciat, ut quasi Christi familiaris hîc & illîc, ut libet, eos, qui in Salvatorem crediderunt, perdat. Sic Valentinus exivit; sic Marcion; sic Sitianus; aliundè verò etiam Phanius (*a*). Postrema abortio improbitatis, quæ omnes aliorum improbitates extenuavit, & majore improbitate aliorum improbitates in secundis posuit, furor Manichæi est; & in Prophetis * scriptum est, *propter nimiam negligentiam Hierusalem, justificata est ex te Sodoma.* Multæ quidem paulò antè opiniones absurdæ & falsæ extiterunt, quæ cum magnitudine pravæ opinionis Manichæorum comparatæ, moderatæ sunt, cùm sint alioqui in pelagus inundantis pravitatis demersæ.

Manichæismus, error deterrimus.

* Ezech. 16.

Et ut non leviter absurda refellere aggrediamur, & nominibus eorum tantum usi videamur sine conclusione argumenti; quæ est ἀπόδειξις, ad eorum accusationes accedere, age, conferamus nos ad rationem demonstrantem, ut illorum errores solvamus, & veritatem in medium producamus. Est igitur vitium expers substantiæ, & non per se existens, actio potius quàm essentia, sive substantia & actio, ex electione proficiscens eorum, in quibus electio ægrotat atque actio, quæ accidit quidem, facile verò ab iis, qui ægrotaverunt, abscedit. Sin verò accidisset quidem, sed non abscederet, dici posset,

Peccati natura.

Διὰ τοῦτο φροντιστέον, μήτε τῇ βραχυτάτῃ ἀπάτῃ αἱρεῖσθαι τειχίον τῇ ψυχῇ κάλλιστον οἰκοδομοῦντας· ἵνα μήτε τῷ μείζονι αἱρεθῶμεν· ὁ γὰρ περὶ τὰ βραχύτατα σφαλεὶς πταίσει ποτὲ καὶ περὶ τὰ μείζονα καὶ ὁ μηδὲν τῶν μικρῶν αἱρεθεὶς

αναι

(*b*) τὸν τὴν ἀσφάλειαν καὶ

μείζονα σχήσει. ἐπεὶ

λύκοι πολλοὶ κώδια

ἠμφιεσμένοι

ημη. μή σι

υ τοῖς

οὖσα

μάχαιραν σειέτω, ἀσφάλειαν μνωμένη τῇ ποίμνῃ, γυμνοῦσα δὲ καὶ τὴν ἐπιχείρησιν τῶν θηρίων· ἰδοὺ γὰρ πολλοὶ μέν εἰσιν οἱ προελθόντες, καὶ ὧδε κἀκεῖ πλάζονται, ἀντὶ κωδίων τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ περιβεβλημένοι, καὶ λεγόμενοι μὲν ὃ μή εἰσιν, ὄντες δὲ ὃ λέγεσθαι οὐκ ἀνέχονται ἀλλὰ τὴν οἰκείαν πονηρίαν καλύπτοντες τῷ σχήματι τοῦ ὀνόματος, καὶ κοινωνοῦντες μὲν τῷ ὀνόματι, ἄρδην δὲ διαφθεῖραι τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἐσπουδακότος, κατὰ μὲν τοῦ Ἰησοῦ στρατευόμενοι, Ἰησοῦν δὲ ἐπικεκλημένοι· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ χαλεπωτάτη πονηρία, ὅτι λέγονται τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, Χριστῷ πολεμοῦντες· ἐπεὶ γὰρ ἠτόνησεν ἡ πονηρία πολεμεῖν πρὸς Θεὸν, κέχρηται τῷ ὀνόματι, ἵνα τῇ χρήσει τοῦ ὀνόματος οἴησιν ἐμποιήσασα τοῖς ἄφροσιν, ὡς οἰκεία τοῦ Χριστοῦ, ὧδε κἀκεῖ, ὡς βούλεται λυμαίνηται τοὺς τῷ σωτῆρι πεπιστευκότας· ὧδε μὲν Οὐαλεντῖνος προῆλθεν· ὧδε δὲ Μαρκίων· ὧδε δὲ Σιτιανὸς· ἄλλοθεν δὲ καὶ ὁ Φάνιος· τελευταῖον δὲ ἔκτρωμα τῆς πονηρίας, πάσας τὰς ἄλλας πονηρίας ἐλαττώσασα, καὶ μείζονι πονηρίᾳ τὰς τῶν ἄλλων πονηρίας δευτέρας ἀποδείξασα, ἡ τοῦ Μανιχαίου προῆλθε μανία· καὶ ἐν μὲν τοῖς προφητικοῖς γέγραπται, διὰ τὸ πάνυ ἠμεληκέναι τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐδικαιώθη Σόδομα ἐκ σοῦ· ἄρτι δὲ πολλαὶ καὶ ἄτοποι δόξαι πεπλανημέναι οὖσαι τῷ μεγέθει τῆς τῶν Μανιχαίων κακοδοξίας, συμμεμέτρηνται πελάγει κακίας καταικεκλυσμέναι.

Καὶ ἵνα μὴ ὡς ἔτυχεν ἐπιχειρῶμεν τοῖς ἀτόποις, μήτε μόνα τὰ ὀνόματα αὐτῶν λέγοντες δόξωμεν δίχα ἀποδείξεως ἐπὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν χωρεῖν, φέρε ἐπὶ τὸν ἀποδεικτικὸν χωρήσωμεν λόγον, ἵνα καὶ τὰς ἐκείνων πλάνας λύσωμεν, καὶ τὴν ἀλήθειαν εἰς μέσον προαγάγωμεν. ἔστι μὲν οὖν ἡ κακία ἀνούσιος (*c*) καὶ ἀνυπόστατος. πρᾶξις μᾶλλον ἢ οὐσία οὖσα, καὶ πρᾶξις ἐκ προαιρέσεως συμβαίνουσα περὶ τοὺς νενοσηκότας τὴν προαίρεσιν, καὶ πρᾶξις συμβεβηκυῖα μὲν, ῥᾳδίως δὲ χωριζομένη ἀπὸ τῶν νενοσηκότων·

(a) *Canisius reponebat* Scythianus; *sed hic Hæresiarcha jam indicatus erat à Serapione; alii* Schizanius, *alii* Scorpianus; *nos* Marcianus, *de quo vide Animadversiones nostras.* BASN. (b) *Supplevit aliqua Turrianus in Latinis, quæ sensum efficiunt planum & apertum.* BASN. (c) *Paulò clarius: Malum* non est substantia, nec per se subsistens. BASN.

Sæc. IV. Anno 340.

των· εἰ δὲ συμβεβήκει μὲν οὐκ ἔτι δ' ἐχωρίζετο, ἦν εἰπεῖν, ὅτι καθ' ἑαυτὴν μὲν οὐκ ἔστι κακία, οὐδέποτε δὲ δύναται οὐσία ἄνευ κακίας εἶναι· εἰ δὲ ἐκ συμβεβηκότος τὴν περιαίρεσιν ἔχει, ῥαδίως δὲ χωρίζεται, ὡς πάλιν τὸ ὑποκείμενον καθαρὸν ἀποδοθῆναι, καὶ μήτι σημεῖα κακίας ἔχειν, ἔσται ἡ κακία, οὔτε καθ' ἑαυτὴν οὐδὲν, οὔτε εἶναι δυναμένη, οὔτε ἀεὶ οὖσα· ἀλλ' ἀφανιζομένη καὶ ἐλεγχομένη τῷ ἀφανισμῷ, καὶ μὴ εἶναι δυναμένη· οὐκ οὖσα δέποτε, ἀλλ' ἔναγχος ἐκ προαιρέσεως νοσησάσης προελθοῦσα.

Ὅτι δὲ οὐκ ἔστι καθ' ἑαυτὴν ἰδεῖν ψυχὴν οὐσιώδη κακὴν, οὕτω πεφυκυῖαν καὶ οὖσαν, οὔτε σῶμα, καθ' ἑαυτὸ οὐσιῶδες κακὸν, μαρτυροῦσιν οἱ λόγοι καὶ αἱ πράξεις· εἰ γὰρ ἡ σωφροσύνη μὲν ἀρετή ἐστι, τὸ δὲ σῶμα οὐσιῶδες κακὸν, οὐκ ἂν οἷόν τε ἦν σῶμα σῶφρον εὑρεθῆναι· ἵνα μὴ σῶμα οὐσία ὂν αἰσχρὸν, σῶμα ἀρετῆς γένηται· ὅταν γὰρ σωφρονῇ τὸ σῶμα, σῶμα γέγονεν ἀρετῆς καὶ σῶμα ἐστὶν ἀρετῆς, δύναται εἶναι καὶ ναός· εἰ μὲν οὖν ἅπαν σῶμα πορνικὸν ἦν, καὶ ἀμήχανον ἦν ἐν σώμασιν εὑρεθῆναι σωφροσύνην, τῇ οὐσίᾳ τῶν σωμάτων τὸ οὐσιῶδες κακὸν ἀποδοῦναι ἂν ἠδυνάμεθα· εἰ δὲ ἐπὶ τοσοῦτον προῆλθε τὰ σώματα, καὶ οὕτως τετίμηται, καὶ τοσαύτην ἠμφίεσται σωφροσύνην, ὡς οἰκίαν εἶναι τοῦ πεποιηκότος, ὡς ταμεῖον εἶναι τοῦ κυρίου, ὡς ἐνδημεῖν πατέρα καὶ υἱὸν, καὶ τὴν οἴκησιν τῶν σωμάτων ἀποδέχεσθαι, πῶς οὐκ ἄτοπος καὶ γελοῖος ἐκείνων ὁ λόγος.

Ἰδοὺ γὰρ ὅταν μὲν Παῦλος πῆ μὲν λέγει· οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν, ὁ δὲ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου ἐπαγγέλλεται, ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεός· καὶ πείθει τὴν διάνοιαν καὶ τοῖς σώμασι μαρτυρεῖ· καὶ τὸ μὲν οὐσιῶδες ἐξωθεῖ, τῇ δὲ μελέτῃ τὸ πρᾶγμα ἀποδίδωσιν· ὅταν γὰρ ἡ μελέτη τὸ ἐπιτήδειον τῆς πολιτείας ἀποδῷ, τότε ἡ τοιαύτη κατασκευὴ ἐν τοῖς σώμασιν ἀποδέδοται, ὡς δύνασθαι καὶ τὰ σώματα ὑπηρετεῖν τῷ πνεύματι, ὑπηρετεῖν δὲ καὶ τῷ λόγῳ· πῶς οὖν δύναται ἡ γλῶσσα ὑπηρετεῖν τοῖς νενοημένοις; εἰ γὰρ τῇ οὐσίᾳ ἡ γλῶσσα κακὴ, ἀγαθὸς δὲ ὁ νοῦς, πῶς δύναται κοινωνεῖν τοῖς ἀκροωμένοις εἰς φῶς τὰ νοήματα διὰ τῆς ἑρμηνείας προεξάγουσα; ὡς γὰρ ἐκ πορνείας οὐ γεννᾶται σωφροσύνη, οὕτως οὐχ οἷόν τε ἐστὶν ἀπὸ τοῦ οὐσιώδους κακοῦ γνήσιόν τι προελθεῖν· ὅταν οὖν ἕκαστον τῶν μελῶν ἐπισκέπτῃ τὴν ἀκοὴν, τὰς ὄψεις, τὴν γλῶτταν, τὰ ἄλλα μέλη, καὶ ἴδῃς αὐτὰ ὄργανα τῶν μαθημάτων γιγνόμενα, τότε τὸ μὲν σῶμα ἀποδέξῃ, καὶ οὐ μέμψῃ, καὶ ὄψει αὐτὰ

non esse quidem per se vitium; neque posse tamen substantiam esse unquam absque vitio. Quòd si accidit electio, facilè autem separatur; ut rursus quod vitio subjectum erat, purum reddatur, neque vitii signa ac vestigia habeat, erit vitium neque per se nihil, neque aliquid quod per se esse queat, neque quod semper sit, sed potius deletur, & dum deletur, convincitur non posse per se esse, & quandoque non fuisse, quin potius paulò antè ex electionis invaletudine prodiisse.

Substantia corporis & animæ non est mala.

Quòd autem non reperiatur anima secundum substantiam mala sic naturâ facta, neque corpus per se substantiâ malum, testantur rationes & actiones. Etenim si temperantia virtus est, corpus verò substantiâ malum, non posset reperiri corpus temperans, ne corpus, quod substantiâ turpe & vitiosum est, corpus virtutis efficiatur. Cùm enim corpus se temperat, corpus virtutis factum est, & corpus virtutis est; & quia corpus (a) virtutis est, potest esse templum. Si enim omne corpus libidini deditum esset, & non posset reperiri in corporibus temperantia, potuissemus attribuere substantiæ corporum substantiale malum. Sin verò usque eò processerunt corpora, & tantoperè honorata sunt, ac tantam temperantiam induerunt, ut domus fiant auctoris, & conclave Domini, ut Pater & Filius ad ea veniant *, & in eis habitare velint, quomodo non est absurdum & ridiculum quod ajunt?

* Joan. 14.

Ecce enim Paulus alicubi ait: *An nescitis, quod † corpora vestra templum sint Spiritûs Sancti?* Deus autem per Prophetam promittit, inquiens: *Habitabo in eis, & inambulabo, & ero ipsorum Deus.* Hæc scriptura & menti suadet, & corporibus attestatur, & substantiale malum expellit; studium verò actionis rem efficit; cùm enim idoneam vitam & aptam reddit, tunc talis fabrica in corporibus redditur, ut possint corpora Spiritui Sancto deservire, deservire item rationi. Quomodo igitur potest lingua cogitatis inservire? Si enim lingua mala est (b), mens autem bona, quomodo potest societatem cum cogitatis habere, notiones in lucem interpretatione proferens? Sicut enim ex libidine non gignitur temperantia, sic fieri non potest, ut ex malo secundum substantiam aliquid honestum proficiscatur. Cùm igitur singula membra consideraveris, auditum, aspectum, linguam, alia membra, & videris facta esse instrumenta præceptorum, quæ didicimus, tunc corpus quidem laudabis, & non vituperabis, videbisque facta esse, hæc

† 1 Cor. 3.

(a) *Hæc verba desunt in Græco, & hæc est Serapionis mens:* Temperantia efficit corpus virtutis, corpus & templum Spiritûs Sancti; *alludens scilicet ad locum Pauli, qui mox indicatur.* Basn. (b) *In Græco*, lingua mala ex substantia sua; *hoc enim est argumentum Serapionis.* Basn.

hæc esse pura ac munda; execraberis autem fraudulentum veritatis inimicum.

Quòd si quæ partes corporis semper essent temperantes, nunquam in pigritia, aliæ verò semper pigrantes, nullam partem temperantiæ amplectentes, dici posset, divisionem esse in corporibus, & partes quasdam sic naturâ factas esse, quasdam verò aliter, essetque in hoc ratio eorum infirma; non enim jam de totis corporibus eorum disputatio esset, si tali hypothesi uterentur. Sed facilè rursus sic redarguuntur: Quomodo enim possunt corporum ejusdem substantiæ duæ contrariæ naturæ ab eadem substantia subsistere? eademque substantia in naturas duas dividi? ut hæc pars sit semper mala, altera verò semper bona; & ut se recipere non possint, secum pugnent, à se intereant, in usu atque exercitatione se interimant, cùm alioqui substantia nunquam secum pugnet, seque tollat. Si talia inquirantur, rursus ipsorum quæstio nugatoria & fatua apparebit.

Corpus aliquando bonum.

Sin verò non sic sunt corpora, nec alia quidem semper sunt in virtute temperantiæ, alia verò semper in pigritia; sed metus est de temperantibus, ne quando propter negligentiam temperare pigrentur: multa enim jam corpora ob virtutem temperantiæ clara, capta sunt, & ea æstus libidinis absorbuit; sed rursus spes est de impudicis & libidinosis corporibus; siquidem multa jam, quæ in pigritia & ignavia fuerunt, tantos progressus in continentia fecerunt, ut neque signa veteris incontinentiæ retineant, & ab omni ruga & macula vetere propter reditum ad meliorem vitam liberata sint. Cùm igitur ait Evangelium, *quòd publicani & meretrices præcedunt vos in regnum cœlorum*; & cùm Paulus: *Fide Rhaab meretrix non periit cum incredulis*, cujus substantiæ vel naturæ erant corpora? si enim bonæ, quomodo fuerunt pigra? si malæ, quomodo temperata? si verò à pigritia ad temperantiam translata sunt; & aliquando quidem fuerunt pigra, quandoque verò temperata, & potuerunt pigrari, & potuerunt temperare, id quod testantur mutationes. Soluta est natura. Ostensa est electio, & non est corpus * substantiâ malum: quin potius electioni deserviens, & minister electionis, & non naturæ, idque futurum, quod electio dederit, ut fit.

* Scilicet, *corpus virtutis, aut corpus vitii.*

Corpus sequitur motus animæ.

Cùm enim mens disciplinis susceptis, amore disciplinarum teneri cœpit, tunc corpus à motibus, qui illiciunt & provocant, solutum & expeditum, tranquillitatem magni facit, & quin actionibus deserviat, non repugnat. Cùm verò desidia & mollities animum illicit, & tanquam dissolutio & mollitia mentis existit, tunc perturbatio corpori adscribitur, & nihil aliud inter utrumque interme-

ποιήματα καθαρά· βδελύξῃ δὲ τὸν ἀπατεῶνα τῆς ἀληθείας ἐχθρόν.

Εἰ δὲ ἔνια μὲν τῶν σωμάτων ἀεὶ ἐσωφρόνει, οὐδέποτε ἐρραθυμηκότα, ἔνια δὲ ἀεὶ ἐρραθύμει, οὐδὲν μόριον σωφροσύνης ἀσπασάμενα, ἦν εἰπεῖν ὅτι ἐν τοῖς σώμασι γεγένηται μερισμὸς, καὶ ἔνια μὲν οὕτω· ἔνια δὲ οὕτω πέφυκε· καὶ ἠσθένει μὲν ἐν τούτῳ ὁ λόγος αὐτῶν, οὐκέτι γὰρ καθ' ὅλων σωμάτων ἐγίγνετο αὐτοῖς ὁ λογος, εἴγε τοιαύτῃ ὑποθέσει ἐχρῶντο, ἀλλ' ἐγίνετο πάλιν εὔκολος ὁ ἔλεγχος· ὅτι πῶς οἷόν τε ἦν τῶν σωμάτων τὴν αὐτὴν ἐχόντων οὐσίαν, δύο φύσεις ἐναντίας ἀπὸ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὑποστῆναι, καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν διαιρεθῆναι εἰς φύσεις δύο, ἵνα τὸ μὲν ἓν μέρος ἀεὶ κακὸν, τὸ δὲ ἕτερον ἀεὶ καλὸν, καὶ ἵνα ἑαυτῶν ἀνεπίδεκτα ᾖ ἑαυτοῖς μαχόμενα, ἑαυτὰ ἀναιροῦντα ἐν ταῖς γυμνασίαις, ἑαυτὰ ἐνδιαφθείροντα, τῆς αὐτῆς οὐσίας οὐδέποτε ἑαυτῇ μαχομένης καὶ ἑαυτὴν ἀναιρούσης· καὶ τῶν τοιούτων ζητήσεων γινομένων, ὕθλος καὶ μωρία πάλιν φανήσεται αὐτῶν ἡ πρότασις.

Εἰ δὲ τὰ μὲν σώματα οὐχ οὕτως ἐστὶν, οὐδὲ τὰ μὲν ἀεὶ ἐστὶ σώφρονα, τὰ δὲ ἀεὶ ῥάθυμα, ἀλλὰ δέος μὲν ἐστὶ περὶ τῶν σωφρόνων, μήποτε ῥαθυμήσωσι ἠρέμη, καὶ πάθει ἐπιθυμίας συμπέπτωται, ἐλπὶς δὲ καὶ περὶ τῶν λάγνων καὶ ἀκολάστων σωμάτων, ἐπεὶ πολλὰ τῶν ἤδη ῥαθυμησάντων σωμάτων, τοσοῦτον εἰς σωφροσύνην ἐπιδέδωκεν, ὡς μηδὲ σημεῖα τῆς παλαιᾶς ἀκολασίας ἔχειν, ὡς διὰ βελτίωσιν καὶ ἐπίδοσιν πλείονα πάσης ῥυτίδος καὶ σπίλου τοῦ παλαιοῦ ἀπολελύσθαι· ὅταν οὖν λέγῃ τὸ εὐαγγέλιον, ὅτι οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ὅταν λέγῃ Παῦλος, πίστει Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασι, ποίας οὐσίας ἦν τὰ σώματα, ἢ φύσεως; εἰ μὲν γὰρ τῆς ἀγαθῆς, πῶς ἐρραθύμει; εἰ δὲ τῆς φαύλης, πῶς ἐσωφρόνησεν; εἰ δὲ ἐκ ῥαθυμίας ἐπὶ σωφροσύνην μετέστη, καὶ ποτὲ μὲν ἦν ῥάθυμα, ποτὲ δὲ ἐσωφρόνησε, καὶ ἠδυνήθη ῥαθυμεῖν, καὶ ἠδυνήθη σωφρονεῖν, καὶ μαρτυροῦσιν αἱ μεταβολαί· λέλυται ἡ φύσις ὤφθη ἡ προαίρεσις· καὶ οὐκ ἔστι τὸ σῶμα οὐσιῶδες κακὸν, μᾶλλον δὲ ὑπηρετοῦν τῇ προαιρέσει, καὶ δοῦλον προαιρέσεως, οὐ φύσεως ὑπάρχον, καὶ τοῦτο ἐσόμενον, ὅπερ ἡ προαίρεσις ἀποδίδωσιν.

Ὅταν γὰρ γνώμη μαθήματα παραλαβοῦσα, εἰς ἔρωτα τῶν μαθημάτων ἔλθῃ, τότε καὶ τὸ σῶμα τῶν ἐρεθιστικῶν κινημάτων ἀπολελυμένον εὐστάθειαν τιμᾷ, καὶ τῇ τῶν πράξεων ὑπηρεσίᾳ οὐ μάχεται· ὅταν δὲ ἀμελετησίας καὶ χαυνότητος ἐρεθιζούσης τὴν διάνοιαν, οἷον ἔκλυσις καὶ χαυνότης γένηται τῆς γνώμης, τότε τῷ σώματι τὸ πάθος ἐπιγράφεται, καὶ φαίνεται μεθόριον ἑκατέρου, οὐδὲν

ἕτερον

SÆC. IV. ANNO 340.

ἕτερον ὄν· καὶ ἀληθές ἐστι τὸ γεγραμμένον, ἰδοὺ ἔθηκα ἐνώπιόν σου τὸν θάνατον καὶ τὴν ζωήν· ἔκλεξαι ὃ θέλεις· ἵνα τὴν αἵρεσιν λαβὼν ὁ πράττων δικαίαν, καὶ τὴν κρίσιν ἀπαιτῆται, καὶ μὴ πρός τι βεβιασμένος, ἀπολογίαν τὴν βίαν καὶ τὴν ἀνάγκην τῶν πραγμάτων ἔχῃ, μηδὲ οὕτω πεφυκὼς ἄμεμπτος τῇ φύσει μάχεσθαι μὴ δυνάμενος, καὶ τὴν αἵρεσιν ἑκατέρου ἔχων, κύριος ὢν ἐν τῇ ἐπικρίσει, τῆς οἰκείας κρίσεως τὰς εὐθύνας καὶ τὰς ἀπολογίας ἀπαιτῆται· ὃ γὰρ εἵλετο, ἑκὼν εἵλετο· καὶ διὰ τοῦτο ὑπέρ τι τῶν ἑκουσίων κρίνεται, αἱρέσει ἰδίᾳ τοῖς πράγμασιν ἐπιβαλλόμενος· εἰδὲ μήγε, μάτην καὶ οἱ ἅγιοι ἐστεφανοῦντο· μάτην καὶ οἱ κακοὶ ἐστρεβλοῦντο, εἰ μὴ τοῖς πράττουσιν ἡ τῆς πράξεως αἰτία ἐπεγράφετο.

Πόθεν οὖν κεκινημένοι Μανιχαῖοι διαβολὰς κατὰ τῶν σωμάτων ἐπηνέγκαντο ἐκ τῶν γεγραμμένων καὶ ἐκ τῶν παλαιῶν λογίων κατηγορούμενοι; ἡ γὰρ σωφροσύνη πρᾶξις οὖσα, μαρτυρεῖ περὶ τοῦ σώφρονος σώματος, τὰ δὲ λόγια βοῶντα καὶ λέγοντα, παραστήσατε τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν εὐάρεστον τῷ Θεῷ· ἱκανὴν τὴν ἀπόδειξιν ποιεῖται· οὐδὲ γὰρ τὸ μὴ ἑαυτοῦ δέχεται ὁ Θεὸς, οὐδὲ τὸ ὑπ᾽ ἄλλου πεπλασμένον ἀπαιτεῖ, ἵνα μὴ βίαν ἄλλοις ἐγκαλῶν, αὐτὸς βίαιος γένηται, καὶ ἵνα μὴ ἑτέρων ἐπιθυμῇ, ὡς αὐτὸς ποιῆσαι μὴ δυνάμενος· εἰ γὰρ τίμιόν ἐστι καὶ βούλεται σωφρονεῖν τὰ σώματα, πῶς οὐκ ἐποίει ὃ ἐβούλετο; εἰ δὲ πεποίηκε μὲν οὐκ αὐτὸς, οὕτω δὲ πέφυκεν, ἵνα πονηρὰ ᾖ, πῶς τὴν φύσιν ἤμειψεν, ὥστε μηκέτι τὴν ἰδίαν ἔχειν, μήτε εἶναι πονηρὰ, εἶναι δὲ σεμνά· εἰ δὲ δύναται φύσις ἀμειφθῆναι, πῶς ἔτι φύσις ἐστὶν ἀλλαττομένη; καὶ τὸ ἐναντίον ἑαυτῇ γιγνομένη; τὸ γὰρ δεχόμενον ἀλλαγὰς καὶ μεταβολὰς οὐκέτι τοὺς ὅρους τῆς φύσεως δέχεται· ἀμείβεται δὲ τὸ σῶμα καὶ μεταλλάττεται, καὶ ῥαθυμῆσαν σωφρονεῖ· καὶ βοῶσιν οἱ λόγοι, τὸ, οὐ πορνεύσεις· βοῶσι τὸ, οὐ μοιχεύσεις· τὸ ἐγχωροῦν διὰ τῆς παραγγελίας ἀναιροῦντες· καὶ τὸ δυνάμενον πλειωθῆναι, διὰ τῆς παραινέσεως ἀναστέλλοντες· καὶ σύμμαχον τὸν λόγον τῇ γνώμῃ διδόντες· ἵνα ἡ διάνοια ῥέπουσα καὶ τὸ σῶμα πρὸς ἀρετὴν ἐφέλκῃ.

Ἀμέλει ἐπὶ τοσοῦτον προῆλθε τὰ σώματα τῶν ἁγίων, ὡς τιμηθῆναι, καὶ μήτε κενὰ γενέσθαι ἐνεργείας, μήτε δυνάμεως θείας· νεκρὸν ἔκειτο τὸ σῶμα τοῦ Ἐλισσαίου, καὶ κείμενον νεκρὸν, ἤγειρε νεκρόν· ἐσόβει τὸν θάνατον, ἐλεύθερον τὸν ἀποθανόντα, εἰς ζῶντας ἔπεμψε τὸν τεθνεῶτα. προξενεῖ τῷ πεποιημένῳ τὴν ἔγερσιν. εἰ δὲ Μανιχαῖοι πρὸς αὐτὸν μεμηνότες, καὶ τὸ λόγιον διαβάλλουσι, μήτε τὸν νόμον τιμῶντες, κἂν ἐκ τοῦ παραλλήλου δυσωπείσθωσαν, κἂν ἡ σκιὰ Πέτρου τὴν γνώμην ἐκείνων αἰσχυνέτω· σώματος γὰρ ἦν ἡ σκιά,

SÆC. IV. ANNO 340.

dium cernitur, estque verum quod scriptum est †, *Ecce posui coram te mortem & vitam ; elige quod vis.* Ut quod justum est, qui elegerit ad utendum, de eo ratio in judicio ab eo reposcatur ; & non coactus ad aliquid, excuset vim & necessitatem in eo, quod egit ; neque sic natus, extra querelam & culpam sit, quia naturæ repugnare non potuit. Cùmque utrumque in potestate habeat, & ad eligendum dominus sit, judicii proprii rationem reddat, & se defendat : quod enim elegit, volens elegit. Idcircò de voluntario judicium subit, qui voluntate suâ se ad actionem rerum applicavit. Si hæc non ita sunt, frustra Sancti coronabuntur ; frustra mali cruciabuntur, si actionis causa non adscribitur facientibus.

† Jer. 21. 8. Eccl. 15. 18.

Quid igitur Manichæos movit ad inferendum corporibus accusationes & vituperationes ? quos tum quæ scripta sunt, tum quæ à priscis dicta, abundè accusant. Temperantia enim, quæ in actione posita est, testimonium tribuit corpori temperanti. Scriptura * autem, quæ clamat : *Exhibete corpora vestra hostiam viventem, Deo placentem*, satis argumentum concludit : non enim Deus quod non est suum, approbat & amplectitur ; neque quod ab alio fictum & simulatum est, requirit, ne qui alios de violentia accusat, ipse violentus existat ; & ne quid desideret, quasi ipse facere non possit. Si enim vult id quod honoratum est, ut corpora sint in virtute temperantiæ, quomodo non fecit quod volebat ? Sin verò fecit quidem non ipse, sed sic sunt naturâ facta, ut essent mala, quomodo naturam commutavit, ut non amplius haberent naturam propriam, nec essent mala, sed essent honesta ? Si autem potest natura verti ac mutari, quomodo est natura quæ variatur ? Quod enim variationes & mutationes capit, nondum finibus terminisque naturæ continetur. Mutatur autem corpus, & variatur ; & quod fuit in pigritia & ignavia, temperat. Et clamant Præcepta : *Non fornicaberis ;* clamant : *Non adulterabis ;* & præcipiendo tollunt facultatem faciendi ; & quod perfici poterat, hortando cohibent, & adjungendo rationem ad judicium, ut mens in virtutem propensa, corpus etiam ad virtutem attrahat.

Manichæi malè ratiocinantur de corpore.

* Rom. 12. 1.

Sanè quidem corpora Sanctorum tantum in virtute progressa sunt, ut honorata fuerint, & non facta vacua ab operatione & vi divinâ. Mortuum jacebat corpus Elisæi, & cùm jaceret mortuum, suscitavit † mortuum ; expulit mortem, liberavit ab obitu, revocavit ad vivos vitâ defunctum, excitavit à mortuis corpus à Deo factum. Quòd si Manichæi contra hoc furentes, etiam Scripturam accusant, neque Legem honorant, deterreat eos simile exemplum ; faciat umbra Petri ‡, ut ipsos pudeat ; umbra

Corpora Sanctorum faciunt miracula.

† 4 Reg. 13.

‡ Act. 5.

umbra enim erat corporis, quæ cùm corpora ægrorum inumbrabat, eorum morbos depellebat.

Argumenta Manichæorum.

Cùm tales ergò sint nostræ rationes demonstrativæ, & talis sit actio item demonstrativa, quomodo non sint absurdi, qui quæ aptari & colligari non possunt, verbis aptare & colligare student: ajunt enim Manichæi, Corpus Satanæ gestavimus; anima verò Dei est. Ac corpus quidem sic naturâ factum est, malum ex malo; anima verò naturâ facta est bona, ex bono originem trahens. Sunt igitur duo Principia, & duæ substantiæ: & duo Principia sunt causæ, altera quidem corporis mali, altera verò animæ bonæ. Bona igitur est anima, & corpus malum. Et quomodo corpus quidem temperans est, anima verò sæpè pigra? Quomodo utrunque non manet in ordine suo? sed contrà potiùs quod erat diaboli, fit Dei; & quod Dei, diaboli; & dissoluta est vulgata inimicitia, & facta amicitia & fœdus, Deo animam dimittente, ut inserviat diabolo; & contrà diabolo corpus, ut inserviat Deo; inservit enim Deo, cùm est temperans. Hoc autem Dei est: sicut rursus inservit anima diabolo, cùm non credit, & loquitur blasphema.

Filii prodigi pœnitentia.

Quomodo igitur non meritò moveat prudentibus risum & cachinnos tam absurdum & ridiculum ipsorum dogma, quod introducere studuerunt? Quod autem ea vis animorum, quæ posita est in ratione, capta est vitio intemperantiæ, potuit autem rursus & potest intemperantiam illam, quâ tenebatur, deserere, satis probat illa de filio * adolescentiore apud patrem ignavia. Reliquit patrem, profectus est ad voluptates, commoratus est in luxuria: tandem rediit ad se; revertitur ad patrem (a); dimittit turpitudinem. Procedit supplex ad preces; consequitur veniam: præcepta enim magni precii, quæ didicit, objecit, quibus fletum, quem peccatum parit, delevit, & celebritatem lætam rationi consentaneam & divinam pro fletu reddidit.

* *Luc.* 15.

Pauli conversio.

Nescio an Apostolum criminantur, & (b) in Apostolis numerant propter nova. Si nova laudant, quid ajunt de eo propter vetera? non enim priora cum posterioribus conveniunt. Lupus erat Paulus, & repertus est pastor; mactabat, & hodie scutum: & tanquam propugnator sanguinem gregis fundere voluit, ad extremum periculis se objicit, & sanguinem suum profundere studuit. Non enim recens natus, & cum dolore partus ex utero editus, usque ad tempus sepulturæ in eodem statu perseveravit; sed potius variis mutationibus ac conversionibus usus est. Faustum quidem finem nactus, vitæ verò institutione superiori

καὶ ἐφαπλωμένη κατὰ τῶν νενοσηκότων σωμάτων, ἀπόλυτα τὰ σώματα τῶν νοσημάτων κατεσκεύαζε.

Τοιούτων οὖν ὄντων τῶν ἀποδεικτικῶν λόγων καὶ τοιαύτης οὔσης τῆς ἀποδεικτικῆς πράξεως, πῶς οὐκ ἄτοποι ἂν εἶεν, φράσει λογων, ἁρμόσαι τὰ ἀνάρμοστα ἐσπουδακότες· φασὶ γὰρ Μανιχαῖοι, τὸ σῶμα ἐφορέσαμεν τοῦ σατανᾶ, ἡ δὲ ψυχὴ τοῦ Θεοῦ· καὶ τὸ μὲν σῶμα οὕτω πέφυκε κακὸν, ἐκ κακοῦ περιελθόν· ἡ δὲ ψυχὴ πέφυκε καλὴ, ἐκ καλοῦ ἔχουσα τὴν ἀρχήν· οὐκ οὖν δύο ἀρχαὶ καὶ δύο οὐσίαι· καὶ ἀρχαὶ δύο γεγόνασιν αἰτίαι, καὶ ἡ μὲν σώματος κακοῦ, ἡ δὲ ψυχῆς ἀγαθῆς· ἀγαθὴ οὖν ἡ ψυχὴ, πονηρὸν δὲ τὸ σῶμα· καὶ πῶς σῶμα μὲν σωφρονεῖ πολλάκις δὲ ψυχὴ ῥαθυμεῖ; καὶ πῶς ἑκάτερον ἐν τῇ ἰδίᾳ τάξει οὐ μένει, καὶ γέγονε τὸ ἀνάπαλιν, τὸ μὲν τοῦ διαβόλου τοῦ Θεοῦ, τὸ δὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ διαβόλου; καὶ λέλυται ἡ θρυλλομένη ἔχθρα· καὶ φιλία γέγονε καὶ σπονδὴ; τοῦ μὲν Θεοῦ τὴν ψυχὴν ἀποπέμποντος τῷ διαβόλῳ, τοῦ δὲ διαβόλου τὸ σῶμα ἀντιπαραπέμποντος τῷ Θεῷ ὑπηρετεῖν; ὑπηρετεῖ γὰρ σωφρονοῦν· τὸ δὲ τοῦ Θεοῦ τῷ διαβόλῳ διακονεῖν; διακονεῖ γὰρ ἀπιστοῦσα, καὶ βλάσφημα φθεγγομένη.

Πῶς οὖν οὐ μέγα καγχάζειν καὶ γελᾷν κατ᾽ ἐκείνων τοὺς φρονίμους προσήκει, οὕτως ἄτοπον καὶ γελοῖον δόγμα εἰσηνεῖσθαι ἐσπουδακότων; ὅτι δὲ καὶ αὐτὸ τὸ λογικὸν ἡρέθη μὲν ἀφροσύνῃ, δεδύνηται δὲ πάλιν ἀπολιπεῖν τὴν αἱρήσασαν ἀφροσύνην, καὶ δύναται ἀπολιπεῖν, αὐτάρκης ἀπόδειξις ἡ τοῦ περὶ νεωτέρου υἱοῦ, ἡ παρὰ πατρὶ ῥαθυμήσασα πατέρα ἀπολέλοιπεν, ἐστείλατο τὴν πρὸς τὰ πάθη ἀποδημίαν, ἐνεβράδυνε τῇ ἀσωτίᾳ· ἐψέποτε ἀντελάβετο ἑαυτοῦ, παλινοστεῖ πρὸς τὸν πατέρα καὶ παλινδρομεῖ· ἀφίησι τὰ αἰσχρά· πρὸς ἱκεσίαν χωρεῖ· τυχάνει συγχωρήσεως· ἔνστασις γὰρ μαθημάτων πολυτελὴς γενομένη, τὸν μὲν ὀδυρμὸν τῆς ἁμαρτίας ἀπήλειψε πανήγυριν δὲ λογικὴν καὶ θείαν ἀποδέδωκεν.

Οὐκ οἶδα δὲ εἰ καὶ τὸν ἀπόστολον διαβάλλουσιν, ἢ ἐν τοῖς ἀποστόλοις αὐτὸν ἐγκρίνουσι διὰ τὰ νέα; εἰ μὲν γὰρ διὰ τὰ παλαιὰ διαβάλλουσι, τί ἐροῦσι διὰ τὰ νέα; εἰ δὲ τὰ νέα ἐπαινοῦσι, τί φασὶ διὰ τὰ παλαιά; οὐ γὰρ συνᾴδει τὰ πρῶτα τοῖς δευτέροις· λύκος ἦν, καὶ ποιμὴν εὑρέθη· ἀναιρῶν ἦν, καὶ σήμερον ὅπλον, ὡς ὑπερασπιστής· τὰ αἵματα τῆς ἀγέλης ἐκχέειν προῄρηται καὶ τὸ τελευταῖον κινδυνεύει· καὶ τὸ αἷμα τὸ ἴδιον ἐκχέειν ἐσπούδασεν· οὐ γὰρ ἄρτι τεχθεὶς· καὶ τὴν ὠδῖνα τῆς μήτρας παρελθὼν μέχρις ὥρας τοῦ μνήματος ὁ αὐτὸς διετέλει· ἀλλὰ κέχρηται ποικίλαις διαλλαγαῖς καὶ μεταβολαῖς· αἴσιον μὲν τὸ τέλος εὑράμενος

(a) *In Græco additur*, ad eum recurrit. Basn. (b) *Vel Paulum inter Apostolos recensent.* Basn.

SÆC. IV. ANNO 340.

νος παλιμφήμῳ δὲ χρησάμενος τῇ νέᾳ διαγωγῇ· ἀμέλει, οὐκ ἐρυθριᾷ, οὐ σιωπᾷ τὰ παλαιά· ἐγκώμιον τοῦ νέου βίου νενόμικεν, ὅτι ἐκ τοσαύτης φαυλότητος παρελθὼν, ἐπὶ τηλικαύτην ἀκρώρειαν τῆς ἀρετῆς, ἀνελήλυθε, καὶ βοᾷ· διὰ τοῦτο Ἰησοῦς Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ· διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ἵνα ἐνδείξηται Ἰησοῦς ἐν ἐμοὶ τὴν ἅπασαν αὐτοῦ μακροθυμίαν, πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν.

Ὅταν δὲ καὶ τὴν χορείαν τῶν ἀποστόλων ἴδωμεν, ἐξ ἁμαρτωλῶν αὐτὴν εἰπόμεθα, καὶ βεβήλων ἀνθρώπων, καὶ πολλὰ τὸ παλαιὸν ἐπταικότων, καὶ μηκέτι σφαλλόντων, καὶ τὰ δύο ἐσχηκότων, καὶ τὰ πολλὰ ἐσφάλθαι· εἰ μὲν οὖν φύσεως ἦσαν κακῆς ἀεὶ ἔπταιον· εἰ δὲ φύσεως καλῆς, οὐδέποτε ἔπταιον· εἰ δὲ πολλὰ σφαλλόντες, καὶ μεγάλα ἁμαρτήσαντες, ἐπὶ τὸ μὴ ἁμαρτάνειν ἐληλύθασι, καὶ ἐπὶ τὸ ἀσφαλὲς βεβιωκέναι ἦλθον δείκνυται ὁ τῆς ψυχῆς ὅρος αὐτεξούσιος ὢν καὶ αὐτοπροαίρετος, μὴ πρός τι πεφυκὼς, προαιρέσει δὲ τὴν μεταβολὴν ποιούμενος, καὶ τρεπόμενος ὅπου καὶ βούλεται, καὶ παλινδρομῶν, ὅπου καὶ προαιρεῖται· καὶ πῇ μὲν, οὕτω διάγων· πῇ δὲ, οὕτω, καὶ οὕτω διάγων ὡς βούλεται· καὶ τὴν βούλησιν ἑαυτοῦ, κανόνα τῶν πραγμάτων ἑαυτοῦ ποιούμενος· κανὼν γὰρ πράξεως ἡ βούλησις τοῦ ἐργαζομένου τυγχάνει· εἰ δὲ ἃ μεμισήκασι, πεφιλήκασι· καὶ ἃ πεφιλήκασι, μεμισήκασι· καὶ οὐ πέπηγεν ἡ γνώμη ἐν τῷ μίσει, ἀλλὰ πτηνοῦ δίκην κούφως μεθίσταται, ὅπου καὶ ποθεῖ· ποῦ ἡ φύσις; δεῖ γὰρ τὴν φύσιν μισοῦσαν, ἀεὶ μισεῖν τὸ μισηθὲν, καὶ φιλοῦσαν, ἀεὶ φιλεῖν τὸ φιληθέν· μηκέτι τὰ μεμισημένα φιλεῖν, μηδὲ τὰ πεφιλημένα μισεῖν· ὅπου γὰρ ἀλλάττονται αἱ γνῶμαι, καὶ τηλικαῦται φιλίαι τοιαύτας λαμβάνουσι τὰς μεταβολὰς, πῶς οὐκ ἂν εἴη ἅμιλλα τὸ πρᾶγμα.

Ἐμισεῖτο ποτὲ ὁ Ἰησοῦς ὑπὸ τοῦ Παύλου, καὶ πάνυ πεφίληται ὑπὸ τοῦ μεμισηκότος· ἐφιλεῖτο ἡ λῃστεία ὑπὸ τοῦ λῃστοῦ, καὶ ἐμισεῖτο ἡ ἀρετὴ καὶ τοσοῦτον μετετέθη ἡ διάνοια, ὡς ὑπερφιλῆσαι τὸ πάνυ μεμισημένον· τοῦτο γὰρ ἴδιον ἐστι τοῦ εὐαρέτου, φιλῆσαι μὲν, τὸ μισηθέν· μισῆσαι δὲ τὸ φιληθέν· πολλοὶ νέοι ὄντες πεφιλήκασι τὰ αἰσχρὰ καὶ μεμισήκασι τὰ σεμνά· καὶ σήμερον ἐν γνώσει γεγονότες διακέκρινται· διὰ τοῦτο, οὐ δὲ ἐπιγινώσκονται· διὰ τοῦτο ἠγωνίσαντο ἑαυτοῖς· διὰ τοῦτο οὐδὲ εἰκόνα τὴν παλαιὰν λαμβάνουσι· καί τοι ἄνθρωποι καὶ αὐτοὶ εἰσὶν, οὐ τοῦ εἶναι ἄνθρωποι ἐπαύσαντο· μενούσης τῆς οὐσίας, οὐ μένουσιν οἱ τρόποι· αἱ οὐσίαι οὐ λέλυνται, οἱ δὲ τρόποι καταλέλυνται· ἔστι μὲν ἡ ἑκάστου οὐσία, ἡ τοῦ ἀνθρώπου οὐσία· ἀλλ' οὐκέτι γνωρίζω τὸν ἄνθρωπον· πόρνος ἦν, καὶ σώφρων γέγονεν· ἅρπαξ ἦν, καὶ τὸν εὐεργετικὸν μεμίμηται βίον· οὐ τὸν χα-

contraria usus, non erubescit, neque tacet vetera. Laudem vitæ novæ putavit esse, quod ex tanta perversitate egressus, ad tantum culmen virtutis reversus est, & clamat *: *Propter hoc Christus venit in mundum, ut peccatores salvos faceret, quorum primus ego sum. Sed ideò misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam ad informationem illorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam.*

* 1 Tim. 1.

SÆC. IV. ANNO 340.

Cùm autem chorum Apostolorum contemplabimur, intelligemus ex peccatoribus & profanis hominibus fuisse collectum, qui multa olim peccaverant, & non sunt amplius errore lapsi; in quibus duo fuerunt, lapsos fuisse, & non jam lapsos esse. Quòd si malâ naturâ præditi fuissent, semper peccassent; rursus, si bonâ naturâ, nunquam peccassent: si verò in multis lapsi, & cùm multa peccata commisissent, eò evaserunt, ut non peccarent, & ad vitam ab erroribus liberam devenerunt, constat naturam animæ liberi arbitrii ac voluntatis esse, non ad aliquid naturâ factam, sed electione mutationes capere; quocunque vult se vertere & redire, quò reditum eligit; & interdum sic degere, interdum sic, ut vult, faciens voluntatem suam normam suarum rerum: norma enim actionis est voluntas facientis. Si autem quæ oderant, dilexerunt, & quæ dilexerant, oderunt, & non fuit sententia fixa in odio, sed instar volucris leviter se transfert quò desiderat, ubi est natura? Oportet enim naturam, quæ semper odit, semper odio habere quod odit; & quæ semper amat, semper amare quod amavit: & non jam amare, quæ odio habuit; neque quæ amavit, odio habere. Ubi autem sententiæ mutantur, & tot mutationes capiunt amicitiæ, quid aliud res est quàm certamen?

Apostoli primùm peccatores.

Habebatur aliquando Jesus odio à Paulo, & magnoperè amatus est ab eo qui oderat. Amabatur latrocinium à latrone, & odio erat virtus; & tantam mutationem mens cepit, ut quod valdè oderat, magnoperè amaret. Hoc enim proprium est ejus, qui studio virtutis tenetur, amare quidem quod odio prosecutus fuerat; & odio habere, quod prosecutus amore. Quin immò adolescentes voluptates adamarunt, & honesta odio habuerunt. Hodie cernimus eos esse in scientia & cognitione; idcircò nec agnoscuntur; idcircò secum certaverunt; idcircò nec imaginem veterem sumunt; at homines sunt, & iidem sunt. Non desierunt esse homines; manente alioqui substantiâ, non manent mores. Substantiæ non sunt solutæ, mores sublati sunt. Uniuscujusque substantia exstitit hominis substantia; sed non jam hominem agnosco. Erat libidinosus, & factus est pudicus. Latro erat, & vitam * benigni & bene-

Substantia eadem ante & post conversionem.

* *Erat raptor, & beneficam imitatus est vitam.* BASN.

Sæc. IV. Anno 340.

beneficii imitatus est. Non figuram personæ delevit; permanent lineamenta aspectûs; non abstulit aspectum naturæ.

Cùm hominem video, agnosco qualis est: cùm verò mores contemplor, (*a*) admiror, non amplius agnosco. Morum translatio admirationem attulit. Substantiæ quidem non sunt mutatæ; corpus (*b*) enim in substantia corporis perseverat. Non aliud factum; nec enim corpus in incorporeum translatum est, nec anima alia extitit secundum substantiam. Quin potiùs manentibus substantiis, non permanserunt studia.

Quid igitur dicemus? si manentibus substantiis non permanserunt studia, non insunt in substantia studia. Si enim in substantia inessent, simul cum substantiis permanerent, & non mutarentur. Quòd si substantiæ in natura sua perseveraverunt, non autem perseveraverunt studia, sed potiùs oculus, qui olim voluptate capiebatur, temperantiam pro claustro habuit; lingua, quæ olim prompta & præceps fuit, & consilia præcurrens, jam fræno rationis obtemperat & confitetur, & quæ errore carent, loquitur; corpus verò paulò antè erat in metu (*c*), quiescebat; erat contractum, & posteà temperatè vivit: sequitur, naturam oculi non esse appetitum, neque linguæ naturam petulantiam, neque corporis naturam pigritiam & ignaviam. Quod (*d*) si oportet in naturalibus persistere, & non hæc tacere, oculi erat (*e*) videre, non quomodo videret; & linguæ item loqui, non quomodo loqueretur; qualitas enim motuum posita est in electione. Simplex autem, & non periculosa rerum motio membris attribuitur. Periculo igitur vacat simplex motus; incerta verò est mutatio; (*f*) ac judicium quidem & disciplina præceptionum, cùm tanquam duces oculis præeunt, rectus & divinus est aspectus usque ad ea, quæ aspectu digna sunt, porrectus. Cùm verò negligentia dominatur, turpes & fucatæ sunt res. Sic etiam corpus, sic omne membrum actionem honorat, actionem imitatur. Bonum est, quod formatum est, potest enim deservire virtuti. Sanctæ sunt leges, curant enim ut diligentiam adhibeat, quod formatum est. Misce cum formatione legem, & videbis quod formatum est, similitudinem ejus, qui formavit, habere, imitabiturque eum; sin verò formatus es, sed (*g*) lineamenta formationis non reddis formato, ferè

Sæc. IV. Anno 340.

ρακτῆρα τοῦ προσώπου λέλυκε, μένει ὁ τῆς ὄψεως χαρακτήρ· οὐ τὴν ὄψιν τῆς φύσεως ἀνήρηκεν.

Ὅταν μὲν τὸν ἄνθρωπον ἴδω, ἐπιγινώσκω οἷος ἐστίν· ὅταν δὲ τὸν τρόπον θεωρήσω, ξενίζομαι· οὐκέτι γνωρίζω· ἡ μεταλλαγὴ τὸν ξενισμὸν δεδώρηται, καὶ αἱ μὲν οὐσίαι οὐκ ἠλλάγησαν· μένει γὰρ τὸ σῶμα, οὐχ ἕτερον γεγονός· οὔτε γὰρ τὸ σῶμα, εἰς τὸ ἀσώματον μετετέθη· οὔτε ἡ ψυχὴ ἑτέρα τῇ οὐσίᾳ ὑπῆρξεν· ἀλλὰ μενουσῶν τῶν οὐσιῶν, τὰ ἐπιτηδεύματα οὐκ ἔμεινε.

Τί οὖν ἐροῦμεν; εἰ μενουσῶν τῶν οὐσιῶν τὰ ἐπιτηδεύματα οὐκ ἔμεινεν, οὐκέτι οὐσιώδη τὰ ἐπιτηδεύματα· ἢ γὰρ ἂν καὶ συνέμεινε ταῖς οὐσίαις καὶ οὐκ ἂν ἀπηλλάττοντο· εἰ δὲ μεμενήκασι μὲν αἱ οὐσίαι, οὐ μεμενήκασι δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα, ἀλλ' ὀφθαλμὸς ὁ πάλαι αἱρούμενος τῇ ἡδονῇ ἀντικλεῖδα τὴν σωφροσύνην ἔχειν· ἡ δὲ γλῶσσα ἡ πάλαι πρόχειρος καὶ πρόβουλος, καὶ τῶν βουλῶν προεπαγομένη ἄρτι χαλινῷ πείθεται, καὶ ὁμολογεῖ καὶ τὰ ἀσφαλῆ φθέγγεται· τὸ δὲ σῶμα ἐκδεδιαιτημένον, ἄρτι ἠρεμεῖ καὶ συνεστάλη, καὶ λοιπὸν σωφρονεῖ· οὐκ ἦν φύσις τοῦ ὀφθαλμοῦ ὄρεξις οὔτε γλώττης προπέτεια· οὔτε σώματος ἡ ῥαθυμία· οὐ δὲ τοῖς φυσικοῖς ἐπιστῆναι δεῖ καὶ ταῦτα μὴ σιωπῆσαι· ὀφθαλμοῦ ἦν τὸ βλέπειν, οὐ τὸ πῶς βλέπειν· καὶ γλώττης ἦν λαλεῖν· ἡ γὰρ ποιότης τῶν κινημάτων ἐν τῇ προαιρέσει κεῖται· ἡ δὲ ἁπλῆ καὶ ἀκίνδυνος τῶν πραγμάτων κίνησις τοῖς μέλεσιν ἀποδέδοται· ἀκίνδυνος οὖν ἡ ἁπλῆ κίνησις· ἄδηλος δὲ ἡ μεταβολή· καὶ γνώμης μὲν καὶ μαθημάτων, ἡγουμένων τῶν ὀμμάτων, δεξιὰ καὶ θεία, βλέψις, μέχρι τῶν ἀξιωθέντων ἐκτεινομένη, ῥαθυμίας δὲ κρατούσης αἰσχρὰ καὶ κίβδηλα τὰ πράγματα· οὕτω καὶ σῶμα, οὕτω καὶ πᾶν μέλος τὴν πρᾶξιν τιμᾷ, τὴν πρόθεσιν μιμεῖται, καλὸν τὸ πεπλασμένον. δύναται γὰρ ὑπηρετῆσαι ἀρετῇ· ἱεροὶ οἱ νόμοι· ἐπιμέλονται γὰρ τῆς μελείας τοῦ πεπλασμένου· μίξον τῇ πλάσει τὸν νόμον, καὶ ὄψει τὸ πεπλασμένον, ἐοικὸς τῷ πεπλακότι, καὶ μιμήσεται τὸν πεπλακότα· εἰ δὲ τὴν πλάσιν ἔχεις, τοὺς δὲ νόμους, χαρακτῆρας ὄντας τῆς πλάσεως, οὐκ ἀποδίδως τῷ πεποιημένῳ,

(*a*) Hospes sum: *ibi melius, quanquam in sequenti versiculo* ξενισμὸς *reddi debeat* admiratio. Basn. (b) *Græca habent*, corpus manet corpus. Idem. (c) *Nescio quomodo legerit Turrianus; quippe in Græcis est*, τὸ δὲ σῶμα ἐκδεδιαιτημένον, *&c.* corpus luxuriosè vivens novissimè quiescit. Timidum factum est, & posteà vivit temperatè. *Opponit enim Serapion vitam luxuriosam temperanti.* Id. (d) *Turrianus legisse videtur*, εἰ, si; *optimè in Græco tamen* οὐ, non. Id. (e) *Melius*, oculi proprium est videre; non quomodo videat. Id. (f) Γνώμης καὶ μαθημάτων κίβδηλα. *Sic Turrianus; sed alia mens Autori fuisse videtur. Vult enim hîc corporis motus extollere contra Manichæos, qui eos omnes malos asserebant. Contrarium probaturus Serapion, oculos tanquam duces disciplinarum statuit, & reverà* κίβδηλα *deest in Græco.* Id. (g) Sed leges aut virtutes, quæ sunt caracteres formationis, non reddis formato. *Est enim in Græco*, τοὺς δὲ νόμους, *quam vocem Turrianus omisit, quanquam mentem Authoris aperiat.* Id.

Sæc. IV. Anno 340.

μένῳ, κινδυνεύεις κατηγορεῖν διαβολῇ, ὑβρίζειν δοκῶν τὸ πεποιημένον· ὕβριν τῷ πεποιηκότι ἐργάζῃ.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῇ ψυχῇ ἐστι τὶς ὑπόστασις, καὶ οὐ λέλυται αὐτῆς ἡ ὑπόστασις, οὐ δὲ λυθήσεται· πολλάκις δὲ λύονται οἱ τρόποι, καὶ δύνανται λυθῆναι· τί ὡς μὴ δυνάμενον λυθῆναι τὸ δυνάμενον λυθῆναι, οὐσιῶδες ὁμολογεῖς; εἰσὶ ψυχαὶ πολλάκις μὲν ἀφροσύνῃ αἱρεθεῖσαι, ὕστερον δὲ φρονήσεως ἥψαντο· καὶ πολλάκις διαπρέπουσαι ἐν φρονήσει· ὕστερόν ποτε εἰς ἀφροσύνην πεπτώκασι· πολλάκις ἤκουσας, ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὁμοιώθη αὐτοῖς· ἐβόησε δὲ καὶ Παῦλος· τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφούς· οὐκ οὖν, εἰ ἐκ μωρίας ἐπὶ τὴν φρόνησιν ἐληλύθασι, καὶ ἐκ φρονήσεως ἐπὶ τὴν μωρίαν, καὶ ῥαθυμία μὲν τὴν γνώμην εἷλε, νόσῳ φρονήσεως αἱρεθεῖσαν, μάθησις δὲ γνώμην ἀφραίνουσαν παραλαβοῦσα ἀνεκτήσατο, τὴν νόσον τῆς ἀφροσύνης ἐξώσασα, καὶ τὴν ὑγείαν ἀποδέδωκε κυρίαν· μεταβέβληνται οὖν αἱ κακίαι καὶ αἱ ἀρεταί· καὶ κτηταί, καὶ ἀπόκτητοι· ἔχεις, οὐκ ἔχεις· εὗρες, καὶ ἀπολώλεκας· ἔχεις, ὃ εὗρες· οὐκ ἔχεις, ὃ ἀπολώλεκας· ἐν τοῖς εὑρίσκουσιν, ἢ ἀπολωλεκόσι κρίνῃ· ἕτερον δὲ τὸ εὑρισκόμενον καὶ τὸ ἀπολλύμενον· καὶ τὸ μὲν, ἡ ἀρετή· τὸ δὲ, ὁ ποιῶν, καὶ τὸ μὲν, ἡ κακία, τὸ δὲ, ὁ πράττων· καὶ τὸ μὲν, ἡ κακία, οὐδέν· ἰδίως γὰρ οὐδέν· ὑπόστασιν γὰρ κακίας εὑρεῖν ἀμήχανον· πρᾶξιν δὲ χαυνότητι φρονήσεως ὑφισταμένην, καὶ μελέτῃ προαιρέσεως ἀναιρουμένην, ἀμέλει ἐκ τῶν μαθημάτων λάμβανε, καὶ ἐκ τῶν κινημάτων· ἐπίσκεψαι τὰ ἔξω· θεώρει τὰ ἔσω· κατανόησον τὰς διανοίας· ὅταν ὑπομείνῃς τάραχον, ὅταν θόρυβόν τινα, ὅταν γαργαλίζῃ ἡδονή, ὅταν ἔτι οὕτω κινδυνεύων ὀλίγου μαθήματος, ἐπιστάντος, γαλήνην ἴδῃς ἐν τῇ ψυχῇ καὶ εὐστάθειαν πολλήν, καὶ ταῦτα ἐν ταὐτῷ· μήτε πολλοῦ χρόνου παρεληλυθότος, ἀλλὰ πολλάκις ἐν τῷ ἀκαριαίῳ (a) τοῦ τοιούτου πραττομένου.

Καὶ πολλάκις ὁρμώσης τῆς ψυχῆς ἐπὶ πάθος αἰσχρόν· παραχρῆμα δὲ συστελλούσης καὶ καθησυχαζούσης, καὶ εὐθὺς τὰ σώφρονα ἀναγινωσκούσης, καὶ τοῦ τοιούτου πραττομένου, πῶς οὐκ ἔστι θαῦμα λαβεῖν; πῶς οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι οὐδὲν ἴδιον αὐτῆς, ἀλλ' ἰδιοποιεῖται ἡ ψυχὴ πρὸς ὃ βούλεται ἰδιοποιηθεῖσα; καὶ οὐδὲν τῶν αἰσχρῶν καθ' ἑαυτὸ ἐστιν, ἀλλ' εἶναι δοκεῖ, ὅτε τῇ ἐννοίᾳ φαντάζεται· οὐκ

accusas, & calumniaris auctorem, & cùm videris contumeliosus esse in id, quod factum est, contumeliam infers ei, qui fecit.

Quandoquidem verò aliqua est animæ substantia, & non est soluta, neque solvetur substantia ejus. Sæpè autem soluti & sublati sunt mores, quid (*b*) quod solvi potest, tanquam solvi non possit, substantiale esse confiteris? Sunt sæpenumerò animæ captæ quidem imprudentiâ, posteà verò prudentiam amplexæ sunt. Et rursus sæpe prudentiâ illustres, quandoque in imprudentiam ceciderunt. Sæpe audivit, * *Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Clamavit etiam Paulus: † *Stulta mundi elegit Deus, ut Sapientes confunderet.* Igitur qui erant in stultitia, ad prudentiam devenerunt; & qui erant in prudentia, ad stultitiam; & segnities quidem mentem cepit ægritudine prudentiæ captam, disciplina verò mentem insipientem recuperavit, & ejectâ ægritudine imprudentiæ propriam valetudinem reddidit. Vitia ergò & virtutes mutationes ceperunt; comparari possunt, & amitti. Habes, & non habes; invenisti, & amisisti: habes quod invenisti; non habes quod amisisti. Inter eos, qui inveniunt & perdiderunt, numeraris. Aliud est, quod invenitur & amittitur; hoc enim est virtus & vitium (*c*). Qui verò invenit & perdit, is est, qui virtuti & vitio operam dat. Et vitium quidem nihil; propriè enim nihil est: non enim potest (*d*) per se esse vitium. Actionem verò mollitie affectionis consistentem, & studio consultæ voluntatis intereuntem sume scilicet ex iis, quæ addiscuntur, & ex motibus considera quæ foris sunt; contemplare, quæ intus; perspice cogitationes: cùm sentis turbidum motum, & tumultum quendam; cùm voluptas titillat, cùm jam sic in periculo versans, præsentiâ & præsidio parvæ disciplinæ tranquillitatem & multam constantiam in anima vides, idque fit in eodem, neque multo intervallo temporis, quin potius sæpenumero puncto temporis.

At sæpe cùm anima aliquid turpe appetit, & statim se cohibet, & sedationem perturbationis sibi affert, ac continuò quæ ad temperantiam pertinent, legit, cùm hoc, inquam, fit, quomodo non est admirandum? quomodo non est dicendum, nihil esse proprium animæ? sed potius proprium ab anima fieri id, ad quod se vult applicare, nullamque turpitudinem per se esse, quin immò tunc videri esse,

Sæc. IV. Anno 340.

Mutatio morum non mutatâ animâ.

* Psalm. 48.

† 1. Cor. 1.

(*a*) In brevissimo tempore. Basn. (b) *In Græco*, quid tanquam solvi non possit, quod solvi potest, substantiale fateris. Idem. (c) *In Græco deest* vitium; *sed supleri debuit. Quæ sequuntur, etiam in Græco sunt intricatiora; sic enim*, τὸ δὲ ὁ ποιῶν καὶ τὸ μὲν ἡ κακία, τὸ δὲ ὁ πράττων, καὶ τὸ μὲν ἡ κακία, *quæ nullo modo conveniunt, nec sensum reddunt planum. Turrianus emendavit optimè.* Id. (d) *Melius in Græco*, substantia sive hypostasis vitii non potest reperiri. Id.

Sæc. IV. Anno 340.

esse, cum cogitatione fingitur. Non sunt igitur turpia per se, sed cùm mens ad ea deflexit, & facta est propensa, tunc consistunt. Unde scholis indiguit anima, à quibus acumen & splendorem caperet. Ex quo fit, ut sæpe secum loquatur seipsam excitans, aut ab alio excitata audit: * *Benedic, anima mea, Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto ejus.* Et: † *Lauda, anima mea, Dominum.* Aut enim rationibus (a) excitata & commota, fortior facta est, aut alterius monita perfectum statum ei tribuunt. Sæpius verò se ad turpitudinem incitat & hortatur, & quæ sunt absurda, sibi concedit, & clamat: ‡ *Anima, habes bona posita in multos annos; comede, bibe, lætare.*

* Psalm. 102.
† Psalm. 145.
‡ Luc. 12.

Binæ animæ an sint in homine.

Si animæ, quæ sibi suggerunt inhonesta, aliæ essent, ac per se essent; aliæ verò, quæ honesta & temperata; dici posset esse duo genera animarum, & rursus eos, qui hoc dicerent, rideremus; essetque valdè pudendum opinionis Manichæorum. Quòd insaniam in duo genera dividunt, qui & sibi repugnantia loquuntur, & non tenent cum honore opinionis suæ absurdæ consensionem. Quòd si eædem sunt animæ, & anima, quæ paulò antè turpia sibi suadebat, suadebit sibi aliquando honesta; & quæ paulò antè ad honestatem se excitabat, quandoque se in turpitudinem projiciet; & quæ aliquando honesta amplexa est, & honore prosecuta, aliquando illa deseruit, ipsâ mutatione convincetur liberæ voluntatis esse.

Demas abjurat Christum.

Erat Demas cum Paulo, cùm consuetudinem ejus & familiaritatem magnifaciebat. Captus * est cupiditate diabolicâ, reliquit consuetudinem Apostoli, & factus fugitivus, ad gloriam sæculi properabat: *Demas*, inquit, *me reliquit, diligens hoc sæculum, & profectus est Thessalonicam.* Sequebatur aliquando Giezi Elisæum †, & ad inserviendum ei se attemperabat, & ostensâ opportunitate habendi pecunias, dimisit divina, & acceptis nummis, mentem suam vendidit, & pecuniis addixit. Judas è numero Apostolorum erat, expellebat aliquando febres, militavit contra Dæmones, unus erat ex iis, qui ajebant: ‡ *Domine, ecce dæmonia subjiciuntur nobis*, & qui dæmones verberavit, paulò pòst hamo cupiditatis captus est: atque hi quidem tales fuerunt participatione liberæ voluntatis ad res turpes traducti.

* 2 Tim. 4.
† 4 Reg. 5.
‡ Luc. 10.

Petri lapsus & pœnitentia.

Quid de Petro & Thoma dicitur? Erat aliquando piscator Petrus, & malus erat; non enim erat expers peccati, homo siquidem erat. Reliquit sagenas & pisces, & relictis omni-

ἔστιν οὖν καθ᾽ ἑαυτὰ τὰ αἰσχρὰ, ἀλλὰ ταῖς ἀποκλινούσαις καὶ ἀποῤῥεπούσαις διανοίαις τὰς συστάσεις δέχεται· ὅθεν καὶ παιδευτηρίων ἐδεήθη, ἀκόνην καὶ λαμπρότητα, πρὸς παιδευτηρίων λαμβάνουσα· ὅθεν πολλάκις ἡ αὐτὴ ἑαυτῇ φθέγγεται, ἑαυτὴν διεγείρουσα, ἢ δι᾽ ἑτέρου διανισταμένη, ἀκούει· εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον, καὶ πάντα τὰ ἐντός μου τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ· καὶ, αἴνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον· ἢ γὰρ οἱ διεγείροντες καὶ διανιστῶντες λόγοι, ἔτι ἀνδρειοτέραν αὐτὴν κατεσκεύασαν, ἢ ἐκ τοῦ παραινοῦντος γινόμενος, τὴν στάσιν τὴν τελείαν αὐτῇ χαρίζονται· πολλάκις δὲ καὶ διεγείρει ἑαυτὴν ἐπὶ τὸ αἰσχρὸν, καὶ πρὸς παραίνεσιν ἑαυτῆς χωρεῖ· καὶ ἄλλως τὰ ἄτοπα ἑαυτῇ χαριζομένη, καὶ βοῶσα, ψυχὴ ἔχεις ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά· φάγε, πίε, εὐφραίνου.

Καὶ εἰ μὲν αἱ τὰ ἄτοπα ἑαυταῖς παρέχουσαι ψυχαὶ ἕτεραι ἦσαν, καὶ καθ᾽ ἑαυτὰς ἦσαν, ἄλλων δὲ τὰ σώφρονα, ἦν εἰπεῖν δύο γένη ψυχῶν· καὶ λέγοντας τοῦτο, πάλιν γελᾷν· καὶ δυσωπεῖν ἔδει τὴν ἄτοπον τῶν Μανιχαίων δόξαν, ὅτι τὴν μανίαν εἰς δυό τέμνουσι καὶ διαιροῦσι, καὶ τὰ ἑαυτοῖς μαχόμενα φθεγγόμενοι, καὶ μηδὲ τῆς ἀτόπου αὐτῶν δόξης τὴν συμφωνίαν τιμῶντες· εἰ δὲ αἱ αὐταὶ εἰσὶ, καὶ ἄρτι ἡ τὰ ἄτοπα ἑαυτῇ παραινέσασα παραινέσει ποτὲ ἑαυτῇ τὰ τίμια, καὶ ἡ ἄρτι πρὸς τὰ σεμνὰ ἑαυτὴν διεγείρουσα, ποτὲ πρὸς τὰ αἰσχρὰ ἑαυτὴν ἐκπέμψει· καὶ ἡ ποτὲ σεμνῶν ἀντιποιηθεῖσα, καὶ τιμήσασα τὰ σεμνὰ, ποτὲ αὐτὰ ἀπολέλοιπεν αὐθαίρετος, ἐκ τῆς μεταβολῆς ἐλεγχθήσεται.

Δημᾶς ἦν μετὰ Παύλου, τιμῶν τὴν Παύλου συνουσίαν, ἡρέθη τῇ τοῦ διαβόλου ἐπιθυμίᾳ· ἠφίει τὴν ἀποστολικὴν συνουσίαν· καὶ φυγὰς γενόμενος πρὸς τὴν τοῦ κόσμου δόξαν ἠπείγετο· Δημᾶς γάρ με ἐγκατέλιπεν ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, καὶ ἐπορεύθη εἰς Θεσσαλονικήν· ἠκολούθει ποτὲ καὶ Γιεζὶ τῷ Ἐλισσαίῳ, καὶ εἰς ὑπηρεσίαν ἐμετρεῖτο· καὶ φανείσης εὐκαιρίας χρημάτων, ἠφίει μὲν τὰ θεῖα· χρήματα δὲ λαβὼν ἀντεπώλει τὴν οἰκίαν γνώμην τῇ εὑρέσει τῶν χρημάτων· Ἰούδας ἐν ἀποστόλοις ὢν ἐφόβησέ ποτε πυρετοὺς, ἐστρατηλάτησε κατὰ δαιμόνων, εἷς ἦν τῶν λεγόντων, Κύριε, ἰδοὺ καὶ τὰ δαιμόνια ἡμῖν ὑποτάσσεται· καὶ ὁ μάστιγα κατὰ δαιμόνων κινήσας, μικρῷ τροφίῳ αἱρεθεὶς ἠγκιστρεύετο ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας· καὶ οὗτοι μὲν τοιοῦτοι, οὐκ ἐκ τῆς τοιαύτης μετουσίας, εἰς τὴν τῶν αἰσχρῶν οὐσίαν μεταβεβηκότες.

Τί δέ φησι περὶ τοῦ Πέτρου ἢ Θωμᾶ; ὅς τίς ποτε ἁλιεὺς ἦν, καὶ κακὸς ἦν· οὔτε γὰρ ἀναμάρτητος ἦν, ἄνθρωπος γὰρ ἦν, καὶ κληθεὶς ἠφίει τὰς σαγήνας καὶ τοὺς

(a) Verba autem excitantia & commoventia illam fortiorem reddunt, &c. *Hæc enim multò melius superioribus dictis respondent.* Basn.

Sæc. IV. Anno 340.

τοὺς ἰχθύας· ἠκολούθει δὲ πάντα ἀφεὶς, ἵνα μόνον ἔχῃ τὸν Ἰησοῦν· καὶ τὰ πρῶτα ἀπολιπὼν, οὐκ ἐστερήθη τοῦ ποθουμένου· εὗρε γὰρ τὸ ζητηθὲν, καὶ ἐπὶ τοσαύτην ἕξιν προελήλυθεν, ὡς ἀκοῦσαι· σὺ εἶ Σίμων ὁ υἱὸς Ἰωνᾶ· σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος, ὡς ἀκοῦσαι, δώσω σοι Πέτρε τὰς κλεῖδας τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· ὡς μαρτυρηθῆναι, σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος· ὕστερον προπετείας ἠρέθη ῥήματι· καὶ πρὸς τῇ ἐπιτιμίᾳ γινόμενος, καὶ τὴν ἐπιτιμίαν μὴ φεύγων, ἤκουσεν· ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ· ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων· καὶ ἄρτι μὲν κλεῖδας οὐρανῶν ἐδέχετο· πατὴρ ἐν αὐτῷ ἐφθέγγετο· Πέτρος, ἀντὶ Σίμωνος· ἀντὶ δὲ πράγματος, ῥήματος ἐπιτιμίας ἡρεῖτο· ἀλλ' ἐθεραπεύθη τὸ πταῖσμα τῇ βελτιώσει· καὶ ἡ ἐπιτιμία φάρμακον ἐγίνετο· καὶ ἡ γνώμη τῆς θεραπείας εἴχετο· καὶ μέγας ἦν καὶ θεῖος, θεραπεύσας μὲν τὸ πταῖσμα, μηδὲν δὲ ζημιωθεὶς ἀπὸ τοῦ προῃρημένου· ὡς δὲ ὁ κύριος παρεδόθη, καὶ ἤγετο ἐπὶ τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως, ἠλέγχθη, ἐδυσωπήθη ὁ εὔτονος Πέτρος· σέσεισται· ὁ τὰς κλεῖδας ἔχων, ἐκινδύνευσεν ἔξω τῶν θυρῶν τῆς ἀληθείας ἀληθεύειν, ἐκένωσε τὴν γνώμην ὁ πεπληρωμένος· ὑπὸ κόρης μιᾶς νενίκηται· παιδίσκην πεφόβηται, ἀντωπῆσαι πρὸς δούλην οὐ δεδύνηται· πέπτωκε τῇ δειλίᾳ ὁ θεοσεβὴς, ὁ θεοφιλὴς, ὁ τὰ ἐπιφανῆ γινώσκων, ὁ αὐτόπτης τοῦ κυρίου· καὶ ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα κατηγορῶ· πείθεται γὰρ ὅτι ταῦτα λαλῶ, ἵνα μὴ συκοφαντηθῇ ἡ ἀλήθεια· ὑπὲρ ἀληθείας φθέγγομαι, καὶ τὸν δοῦλον τῆς ἀληθείας παραφέρω ἵνα τὸ ψεῦδος μὴ νικήσῃ· τὸν ὑπηρέτην τῆς ἀληθείας προσκομίζω· ἐπειδὴ γὰρ βούλονται φύσεις εἶναι, καὶ μαίνονται, εἰς τὸν περὶ φύσεως λόγον, τὸν Πέτρον προσκεκόμικα· ἵνα φύσις ἐλεγχθῇ· δεικνύουσι γὰρ αἱ πολλαὶ μεταβολαὶ τὸ ἐκ προαιρέσεως ἀποτελεσμένον· καὶ ἀργήσει ὁ θρύλλος τῆς προαιρέσεως, τὰ βραβεῖα τῆς κρίσεως τελούσης· προαιρέσει γὰρ ζῶμεν, προαιρέσει τὸ κατόρθωμα ταμιευόμεθα.

Διὸ δειλιῶ, μὴ αἱρεθῶμεν (a)· ἀμέλει ἀεὶ τὶ πονοῦμεν, ἵνα μὴ δοκοῦντες ἠσφαλίσθαι, ἀφνιδίως δι' ἀμέλειαν, εἰς ὄλεθρον πέσωμεν· δι' ἡμᾶς λέγει, ὑποπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ· μήποτε ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι· τὸν περὶ ἀδοκίμου φοβοῦμαι λόγον, τὸ ὀλισθηρὸν τῆς προαιρέσεως γινώσκων· ἀσφαλίζομαι τῇ ἐπιμελείᾳ τὸ εὐ-

bus sequebatur, ut solum Jesum haberet; & relictis primis, non desiderio suo frustratus, reperit quod quæsivit, & eo usque progressus est, ut audiret: * *Tu es Simon filius Jonæ; tu vocaberis Cephas*, quod nomen significat Petrum: ut audiret: *Tibi dabo claves regni cælorum*: ut testimonium ei tribueretur, *Caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in cælis.* Posteà lapsus est in verbo petulanti, & cùm ad increpandum processisset, nec ab increpatione fugeret, audivit: *Vade post me, Sathana; scandalum mihi es, quia non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum.* Paulò antè claves acceperat, & Pater in eo loquebatur, Petrus pro Simone appellatus: sed pro remuneratione increpationem elegit. Veruntamen facta est lapso medicina, & factus est melior; facta est increpatio Domini remedium, & mens curationem amplexa est, & magnus ac divinus erat Petrus; & qui lapsum curaverat, nihil damni in eo, quod prius dictum est, fecerat. Ut autem Dominus traditus est, & ducebatur ad atrium Pontificis, prodidit se, timori succubuit ille fortis Petrus; tremefactus est; qui claves acceperat, periculum fuit, ne extra januam veritatis verum diceret. *Periculum fuit, ne se verè faceret* (b) *anathema, cùm munitus est.* Exinanivit mentem, qui plenus erat; ab una puella victus est, ancillam metuit, non potuit servæ resistere. Cecidit formidine consternatus ille in Deum pius, ille Deo charus, ille qui illa insignia novit, qui Dominum vidit. Cùm hæc dico, non ut eum accusem, dico; confidit enim me hæc dicere, ut veritas calumniam non subeat; pro defensione veritatis loquor. Servum veritatis adhibeo, ne mendacium vincat. Ministrum veritatis produco, ut quia volunt Manichæi naturas esse in culpa, & in naturæ rationem insaniunt, Petrus à me productus est ut naturam demonstret. Demonstrant enim multæ ejus mutationes ea, quæ libera voluntas effecit; & evanescet ortus rumor, siquidem libera voluntas præmia judicii conficit. Electione enim (id est, ratione & voluntate) vivimus; electioni reservamus officia.

Idcircò formido, ne in negligentia simus, si quid laboramus, ut cùm non videmur muniti esse, derepente propter negligentiam in interitum cadamus. Propter nos dicit: † *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne cùm aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Rationem de reprobo metuo; ágnosco quod est in electione lubricum & præceps; diligentiâ & accuratione proclivitatem præmunio. Sepio

Sæc. IV. Anno 340.

* Matth. 16.

Revelanda Sanctorum peccata.

† 1 Cor. 9.

(a) 1. *Observandum est Turrianum omisisse hoc verbum*, *vereor* ne tollamur. 2. *Tribuit postmodum Titus Petro, quem semper inducit loquentem, verba Pauli*, Castigo, *&c.* Basn. (b) *Hæc desunt in Græco; sed mentem Serapionis elucidant.* Id.

Sæc. IV. Anno 340.

Sepio facilitatem liberæ voluntatis labore meditationis. Atque hæc quidem Petrus & loquitur, & scribit, & gaudet quòd & peccata ipsius & virtutes sint explanatio dogmatum. Ob hanc causam peccata Sanctorum prodita sunt. Quid enim eis doleret, si eorum peccata tacita fuissent? Quis illa scripsit? an mali non accusaverunt bonos? an boni peccata bonorum non narraverunt? alii verò sua? Paulus sua; Joannes Petri peccata, deinde Thomæ, & alius aliorum. Si enim mali accusassent, reprehenderemus odium, & de invidentia atque livore quereremur, quod ista dixerunt, qui oderant. Sin verò ipsi sua, aut boni bonorum lapsus prodiderunt, quin potius Spiritus Sanctus, qui in Sanctis locutus est, & ipse Dominus delicta servorum suorum exposuit, & non silentio dissimulavit; causam quærimus. Non enim ea dixerunt, ut criminarentur, criminationem enim ejecerunt & repudiarunt; sed si illorum peccata tacita fuissent, fuisse naturâ à peccatis alienos, suspicio esset. Pro veritate igitur commemorata sunt; & narratio peccatorum veritatem docet & explanat.

Nemo perfectionem adipiscitur.

O rem communem mirabilem! Scripta sunt Sanctorum peccata, ut sciatur veritas, quod ex similibus nati, & similiter orti studio virtutis excelluerunt, qui non naturâ vicerunt, sed virtute claruerunt. Quòd si apud Petrum & alios Apostolos non natura, sed libera voluntas virtutem definit; apud quosnam naturam peccati expertem invenire possumus, si apud Apostolos non potuimus? Ubi indagare poterimus? Frustra & vanè, quæ non sunt, curiosè inquirimus: en, Petrum interrogo; en, Thomam excutio; non loquor vetera; non commemoro David, tametsi debeam, ut à quibus optant ignorantes, inde accusationes ferant; ut de quibus libenter disserunt, ab illis redarguantur. Quia enim Evangeliis studuerunt, ex Evangeliis protulimus unde convincantur. Idcircò enim legem sine lege loquuntur, μὴ φιλολογοῦντες; idcircò scientiam Evangeliorum non tenent, qui initium Evangeliorum non susceperunt, initium Evangelii Jesu Christi. Sicut scriptum est in Esaia Propheta: *Hi principium disciplinarum repudiaverunt facto principio telarum, quæ in malitia ab ipsis texuntur.*

Qui beneficium suum in anima recondit, hîc si ingrediatur & intus sit, divini conventus fiunt in ea, & celebritates, quæ Sanctos decent, & chori, qui sermone exprimi non possunt, grato animo & silentio honoratur. Statim enim iste mentem erigit, atque animam reddit aligeram, & sublimem ad melio-

κολον· τειχίζω τὸ τῆς προαιρέσεως εὐμαρὲς τῷ πόνῳ τῆς μελέτης· καὶ ταῦτα μὲν ὁ Πέτρος, καὶ λαλεῖ, καὶ γράφει, καὶ χαίρει· ἵνα καὶ τὰ πταίσματα αὐτοῦ, καὶ τὰ κατορθώματα αὐτοῦ εἰσήγησις τῶν δογμάτων τυγχάνῃ· διὰ τοῦτο καὶ τὰ τῶν ἁγίων ἁμαρτήματα λελάληται· τί γὰρ ἐλύπει σιωπηθῆναι τὸ πταῖσμα; τίς ὁ γράφων· οὐ γὰρ οἱ φαῦλοι κατηγόρησαν τῶν καλῶν· οὐ καλοὶ δὲ τὰ τῶν καλῶν πταίσματα ἐξηγήσαντο· ἕτεροι δὲ καὶ τὰ ἑαυτῶν· Παῦλος τὰ ἑαυτοῦ· Ἰωάννης τὰ Πέτρου· εἶτα Θωμᾶ· ἕτερος τὰ ἑτέρου· εἰ μὲν γὰρ φαῦλοι, οἱ κατηγοροῦντες ἦσαν, τῷ μίσει ἐπεκαλοῦμεν· καὶ τὸν φθόνον καὶ τὴν βασκανίαν ἐμεμφόμεθα, ὅτι ἐκ μισούντων τὰ τοιαῦτα προεφέρετο ῥήματα. εἰ δὲ αὐτοὶ τὰ ἑαυτῶν, ἢ καλοὶ τῶν καλῶν εἰρήκασι κατηγορήματα, μᾶλλον δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐν τοῖς ἁγίοις λελαληκὸς· καὶ ὁ κύριος αὐτὸς τὰ τῶν δούλων ἑαυτοῦ ἐξηγήσατο πταίσματα, καὶ οὐ σεσιώπηκε· τὸ αἴτιον ζητοῦμεν· οὐ γὰρ ἵνα διαβληθῶσι λελάληται· ἐκβεβλήκασι γὰρ τὴν διαβολήν· ἀλλ' ἵνα μὴ τῶν ἁμαρτημάτων σιωπηθέντων ἀναμάρτητοι τὴν φύσιν ὑπονοηθῶσιν, ὑπὲρ ἀληθείας τοίνυν ὁ λόγος· καὶ πταισμάτων διήγησις ἀλήθειαν εἰσηγεῖται.

Ὢ τοῦ κοινοῦ θαύματος· ἐγράφησαν αἱ ἁμαρτίαι τῶν ἁγίων, ἵνα ἡ ἀλήθεια γνωσθῇ· ὅτι ἐκ τῶν ὁμοίων φύντες, καὶ ὁμοίως φύντες ἀρετῇ τὸ μεῖζον εἰλήφασιν, οὐ φύσει νικήσαντες, ἀλλ' ἀρετῇ διαπρέψαντες· εἰ δὲ παρὰ τῷ Πέτρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀποστόλοις, οὐχ ἡ φύσις, ἀλλ' ἡ προαίρεσις τὸ ὁριστικὸν ἔχει, παρὰ τίσιν εὕρομεν ἀναμάρτητον τὴν φύσιν; ὅπου παρὰ τοῖς ἀποστόλοις οὐχ εὕρομεν, ποῦ ἰχνεύειν δυνησόμεθα; μάτην τὰ μὴ ὄντα περιεργαζόμεθα· ἰδοὺ τὸν Πέτρον ἐρωτῶ· ἰδοὺ τὸν Θωμᾶν ἐξετάζω· οὐ τὰ παλαιὰ λαλῶ οὐ μνημονεύω τοῦ Δαβίδ· καὶ τοίνυν μνημονεύειν ὤφειλον· ἵνα ἀφ' ὧν ἀγνοοῦντες εὔχονται τὰς κατηγορίας λάβωσιν· ἵνα ἀφ' ὧν φιλολογοῦσι τὸν ἔλεγχον σχῶσιν· ἐπειδὴ γὰρ τὰ εὐαγγέλια μεμελέτηται αὐτοῖς, ἐκ τῶν εὐαγγελίων προηνέχθη ὁ ἔλεγχος· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἄνομον λαλοῦσι τὸν νόμον, μὴ φιλολογοῦντες· διὰ τοῦτο οὔτε ἐπιστήμην τοῦ εὐαγγελίου ἔχουσι, τὴν τῶν εὐαγγελίων ἀρχὴν μὴ παραλαβόντες· ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καθὼς γέγραπται ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ Προφήτῃ· τὴν ἀρχὴν τῶν μαθημάτων ἐκβεβλήκασι τῇ ἀρχῇ τῶν τῆς πονηρίας ἱστῶν.

Ὁ τὴν εὐεργεσίαν αὐτοῦ ἀποκρύπτων ἐν τῇ ψυχῇ οὗτος ἐὰν εἰσβάλῃ, καὶ γένεται ἔνδον, πανηγύρεις θεῖαι καὶ ἱεροπρεπεῖς ἀποτελοῦνται, χοροὶ λαληθῆναι μὴ δυνάμενοι, θυμηδίᾳ σιωπῇ τετιμημένῃ· εὐθὺς γὰρ ἀνέλκει τὴν διάνοιαν, καὶ πτεροῖ τὴν ψυχὴν, καὶ μετάρσιον αὐτὴν πρὸς τὰ κρείτ-

(a) *Hoc dicit, quia negant Manichæi Vetus Testamentum, quod est Novi fundamentum.* Canis.

Sæc. IV. Anno 340.

κρείττονα κατασκευάζει· ἀμέλει ἑαυτῆς ἐκεῖνον ἴδῃ, οὐκέτι πρὸς ἑαυτὸν βλέψει, ἀλλὰ τῷ θεωρηθέντι κάλλει καταπλήττεται· πάντα ἀκαλλῆ ἡγεῖται· διὰ τὴν ἐκείνου εὐπρέπειαν, βοᾷ· ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης, βοᾷ· πάντα ἡγοῦμαι σκύβαλα, ἵνα Χριστὸν κερδήσω· ἐὰν δ' ἄρα οὗτος κρούῃ καὶ βραδύνῃ ἡ διάνοια, καὶ ὕπνῳ χρήσηται καὶ τοῦ βραδέως αἰτία γένηται, ἀφίησι φωνὴν, ἄνοιξόν μοι ἀδελφή μου, νύμφη, ὅτι ἡ κεφαλή μου ἐνεπλήσθη δρόσου, καὶ οἱ βόστρυχοί μου ψεκάδων νυκτός· ἵνα τὴν φιλίαν δείξῃ, καὶ τὴν κηδεμονίαν σημαίνῃ· ὅτι καὶ ἀποκλειόμενος ὁ λόγος ἀνέχεται, καὶ ἔξω ὢν χαίρει· καὶ οὐκ ἀφίσταται, ἕως ἂν τῇ συνεχείᾳ τῆς αἰτήσεως καὶ τῆς κρούσεως ὑπανοίξῃ ἑαυτὴν ἡ διάνοια, τόπον τῷ κρούοντι παρέχουσα.

Περιέρχονται δὲ καὶ οἱ γόητες· καὶ οἱ ψευδο-Προφῆται, καὶ οἱ ψευδό-Χριστοι, πῆ μὲν κρούοντες, πῆ δὲ ὀρύττοντες· καὶ τῷ μὲν κρούσματι ἁπαλωτέρῳ χρώμενοι, καὶ μιμούμενοι τὴν ἀληθῆ κροῦσιν, ὡς τάχα τῇ ὁμοιότητι τῆς κρούσεως ἀπατηθεῖσα ἡ διάνοια, ὡς οἰκείῳ καὶ γνωρίμῳ ὑπανοίγῃ· οὐ παραιτούμενοι δὲ οὐδὲ τὸ τοιχωρυχεῖν, ἀλλὰ καὶ διορύττειν ἐσπουδακότες, ἵνα ἢ ἀπάτῃ ἢ βίᾳ δελεάσωσι τὰς διανοίας· ἀμέλει τοὺς μὲν βίᾳ εἷλον, τοὺς δὲ ἀπάτῃ γεγοητεύκασι· διὰ τοῦτο οἱ σοφοὶ καὶ σεμνοὶ κλειδοφύλακες, ὄντες, ἐπιστήμην μετὰ τοῦ γρηγόρου κερασάμενοι· διὰ τὸ ἐγρηγορέναι οὐδέποτε διορύττονται· διὰ δὲ τὴν ἐπιστήμην, οὐδέποτε ἀπατῶνται· ἐπιστήμη μὲν γὰρ τῇ γοητείᾳ, γρηγόρησις δὲ τόπον τοῖς διορύττουσιν οὐ δίδωσι· τούτου χάριν οἱ σεμνοὶ καὶ σεμναὶ κλειδοφυλακήσωμεν ἑαυτῶν τὰς διανοίας, ἐπιστήμῃ μὲν τὴν ἀπάτην νικῶντες, τῇ δὲ γρηγορήσει τὸ ἄσυλον ἑαυτοῖς μνηστευόμενοι.

ra efficit. Sanè quidem, si quis illum videret, non jam seipsum aspiceret, sed pulchritudinem, quam contemplaretur, obstupesceret; cætera omnia fœda duceret. Propter illius decorem clamat: * *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* † *Omnia existimo stercora, ut Christum lucrifaciam.* Si verò hic pulset, & mens cunctetur, ac somno se dedat, sitque ipse tarditatis causa, emittit vocem, ‡ *Aperi mihi, soror mea, sponsa, quoniam caput meum impletum est rore, & cincinni mei guttis noctis.* Hæc dicit, ut amicitiam declaret, & curam providam significet, & quod ratio exclusa tolerat; & cùm foris est, sustinet, & non recedit, donec continuâ petitione & pulsu seipsam mens aperiat, præbens locum pulsanti.

* Eccles. 1.
† Philipp. 3.
‡ Cant. 5.

Artes Pseudo-Prophetarum.

Circumeunt autem præstigiatores, & Pseudo-Prophetæ ac Pseudo-Christi, partim pulsantes, partim fodientes; ac pulsu quidem molliore utentes, & verum pulsum imitantes, ut similitudine pulsûs fortasse mens decepta, tanquam domestico & noto aperiat; qui non recusant parietes labefactare, immò student perfodere, ut per fallaciam aut per vim mentes capiant: & verò alios quidem vi, alios præstigiis fraudulentis fefellerunt. Quamobrem sapientes & honesti custodes clavium scientiam cum vigilantia miscent, ut quia vigilant, non perfodiantur parietes; quia sapientes sunt, non fallantur: sapientia enim non præbet locum præstigiis, neque vigilantia perfodientibus. Quocirca honesti, & honestæ qui sumus, mentes nostras clave custodiamus, scientiâ quidem fraudem vincentes, vigiliâ verò nos ipsi à direptione servantes.

TITI,

TITI, BOSTRENSIS EPISCOPI, LIBRI TRES:

Unà cum argumento libri quarti adversus MANICHÆOS,

Græcè primùm in lucem editi.

CUM INTERPRETATIONE FRANCISCI TURRIANI, *S. J.*

Quam vulgaverat CANISIUS.

S. HIERONYMUS

IN CATALOGO SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

SÆC. IV. ANNO 360.



Itus, Bostrenus Episcopus, sub Juliano & Joviano Principibus, fortes adversum Manichæos scripsit libros, & nonnulla alia. Moritur autem sub Valente. *Hæc S. Hieronymus. Scripsit etiam Commentarios in Euangelium S. Lucæ, qui Græcè exstant in Bavarica Bibliotheca; Latinè vertit & publicavit Theodorus Peltanus, Societatis Jesu Theologus. Plura de Tito Baronius Tomo IV. Annalium, anno Christi* CCCLXII. *num.* 154. *& anno* CCCLXIII. *num.* 142.

Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis: Titus, Episcopus Bostrenus, vir in divinis Scripturis eruditissimus, & in secularibus literis egregiè doctus, ingenio acer & vehemens, multa fertur cudisse opuscula, quibus memoriam sui nominis cum gloria transmisit ad posteros: de quorum numero subjecta feruntur, contra Manichæos lib. 2. Commentariorum Euangelii lib. 1. & alia complura. Claruit anno Domini CCCXL. & sub Valente Imperatore mortuus est. *Hæc Trithemius, qui errat, cùm ait duos tantùm libros contra Manichæos scripsisse, constat enim fuisse quatuor: quartus autem in nostro apographo desideratur, argumentum tamen illius superest.*

JACOBI BASNAGII ANIMADVERSIONES DE TITO,

BOSTRENSI EPISCOPO,

EJUSQUE SCRIPTIS ET OPINIONIBUS.

I. An sint varii Titi ejusdem nominis.

I. TRes ejusdem nominis ejusdemque Sedis, Bostræ scilicet Episcopi, recenseri debent Titi, si titulis manuscriptorum Codicum fides adhibeatur.

tur. 1. Edidit Combefisius in *Auctuario Bibliothecæ Patrum* * Homiliam Sæc.
in festum Palmarum sub nomine Titi Bostrensis, quem autumat eundem esse IV.
cum Auctore Commentariorum in Scripturam, de quo mox sumus acturi. Anno
Sed differunt planè tùm stilus, tùm methodus ratiocinandi: quidquid sit, ille 360.
diversus à nostro, multòque junior censeri debet. 2. Sub nomine Titi Bostrensis legitur Commentarius in Lucam. Observat Pinius, illud opus non esse Titi nostri; quippe in eo laudantur Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus & Isidorus Pelusiota. 3. Denique tertius est Titus ille, qui scripsit *adversus Manichæos.*

* Tom. 1.

Nos unicum hujus nominis Bostræ Episcopum, cùm de cæteris siluerint Veteres, agnoscimus. Is vixit sub Juliano, cujus exemplo probavit, mortem esse bonam, quia cùm *ille impiissimus dominaretur, sicut nuper contigit,* errorem idololatriæ recolebat. Scripsit adversus Manichæos quatuor libros, quorum postremus periit, scripsit etiam Commentarios in Lucam: nec obstat quod in iis, qui nunc supersunt, laudentur viri Tito multò recentiores; nodus enim facilè solvi potest ex Codice MS. Bibliothecæ Regis Galliarum, qui sic habet: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν, Τίτου, ἐπισκόπου Βόστρων, καὶ ἄλλων ἁγίων πατέρων ἑρμενεία εἰς κατὰ Λουκᾶν, ἅγιον εὐαγγελίον. Hoc est, *Titi & aliorum Sanctorum Patrum interpretatio Evangelii secundùm Lucam.* Ille igitur Commentarius, qui solius Titi nomen in plerisque Codicibus MS. præfert, non est solius Titi, sed catena Græcorum Patrum, in qua indicari potuerunt tum Chrysostomus, tum Isidorus Pelusiota, quorum annotationes unà cum Titi Commentariis jungebantur. Observandum est igitur, periisse Commentarios Titi in Lucam, & fragmenta tantùm sive catenam Græcorum Patrum sub ejus nomine protrudi. Tertius ille Titus, Combefisii Orator, de quo siluere Veteres omnes, spurius omnino videtur; & forsan Titi venerandum nomen, Græculi cujusdam scriptioni immeritò fuit appositum.

II. Ab ipsa mali origine tractatum suum incipit Titus. Notat quippe, Manichæos, ne Deum peccati causam dicerent, *in ignem, fumum fugientes,* incidisse. Valentini, Marcionis & Manetis, qui consona quædam habere videntur, errores accuratè distinguit. Manichæorum commenta, de anima liberata à Materia per lunam crescentem & decrescentem, cæteraque sectæ deliria refert & subtiliter refellit. Non modò siluit de Peccato originali, quo facilè necessitatem & æquitatem pœnarum firmare poterat; sed virtutem à rationis exercitatione hominisque electione pendere absque ulla Christi gratia affirmabat. Quin imò mortem bonam & naturalem ante Pelagium docuit Titus; idque fusè probavit adversus Manetem. Aliquam in bellis utilitatem quantumvis agnoscat, secundùm ipsum, *justos tamen bellare non decet:* dùm fortitudinis exemplum quærit sub Lege, Juditham profert. An librum ejus ut canonicum recepisse, inde concludas? Eventum memorare potuit, quanquam inter apocryphos ablegaretur liber. Legem de imaginibus vetandis, sive secundum Mosis Præceptum indicat & explicat; Legem bonam esse inde probaturus. Cætera, quæ Manicheismum propius spectant, pervolvat Lector; nobis hæc indicasse sufficiat.

II. Sententiæ Hyppolyti.

III. Reprehendit in Tito Bostrensi Heraclianus, Chalcedonensis Episcopus, qui viginti libros adversus Manichæos ediderat, quòd fuerit deceptus autumaritque se Manichæos refellere, cùm contra Addum scriberet; quasi Manichæi ab Addo, ipsorum antesignano, deberent distingui. Iniqua planè censura Heracliani nullatenus debet admitti. Verum quidem est, Addum, sive potius Buddam Manichæorum Hæresim ante Manetem instituisse; sed cùm eadem docuerit Manes, & discipuli cum præceptore errantes in præci-

III. Censura Titi refutata.

puis

SÆC. IV. puis capitibus conveniant, non debuit reprehendi Titus, qui dum Addum refellit, Manichæos eodem vulnere confodiebat.

ANNO 360. IV. De Græca editione. IV. Græca Titi Bostrensis hactenùs sepulta publici juris hîc facimus. Magno erunt huic editioni ornamento, quippe desiderabantur à viris doctis. Illa eruit è Bibliotheca Holsteniana Hamburgensi vir eruditus à me jam indicatus, nec nisi cum laude memorandus, Professor Winklerus. Multò majora debuisset illi Respublica litteraria, si novam versionem notasque adornasset. Sed dum festinat opus sub prælo sudare, ipsi mentem pristinam adimplere per tempus non licuit.

Inerat nobis spes aliqua integrum Titi tractatum Græco idiomate reperiendi; sed deest in Codice liber quartus, ut in Latinis: quin imò plurima inverso ordine turbata intricatissimaque invenimus. Primâ fronte periisse librum tertium autumabam, quippe superesse videbatur tantùm Præfatio in Codice nobis transmisso: sed perlegendo Græca, apparuit nobis ille liber tertius integer, quem primo libro inseruerat amanuensis. Deinde truncatus multis in locis videbatur primus liber; sed discerpta resarcire, & in genuinum ordinem restituere conati sumus, non modò argumentorum seriem secuti, sed etiam proposito Serapionis scopo, quem ipse delineaverat, respondentes. Versionem Turriani quod attinet, monitum volumus Lectorem, ut ad Græca sæpius confugiat, quæ multò dilucidiora sunt. Ubi primùm Serapionem Titumque legimus, mens erat illos adversus Manichæos disputantes non satis accuratè sententiam suam explicare, abstrusamque difficultatem quæstionum, quas agitabant, tenebras his operibus offundere: at minus peccarunt Veteres quàm Turrianus, qui Latinitate suâ lucem dictis Serapionis & Titi nullam fœneratur, imò sæpius obscuriora reddit. Non diffiteor, Patres, Græcos & Ægyptios præsertim, (nec illud ipsis vitio verti debet) subtiliter admodum disputasse adversus Hæreticos: postulabant enim Manichæorum deliria summam sagacitatem in iis refellendis. Vix aprehendimus ipsorum consilia & insidias; attamen multa sunt perspicua apud Titum, quæ commentario indigebant apud Turrianum, nec tamen tanto Interpreti detrahere velim. Intelligebat ille Græca, & multa merebatur, qui studio tædiosissimo operam & vigilias impendebat; attamen obscurissimum ipsius esse stylum, nemo negaverit. Sed nunc si quæ nimis intricata videantur, Græca consulere poterit Lector.

Sæc. IV. Anno 360.

ΤΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ κατὰ ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ.

TITI, EPISCOPI BOSTRENSIS (a), *adversus MANICHÆOS.*

Sæc. IV. Anno 360.

Ὑπόθεσις τοῦ πρώτου λόγου.

Ὁ πρῶτος περιέχει λόγος, ἔλεγχον καὶ ἀνασκευὴν τῶν μάλιστα κεφαλαίων τοῦ δόγματος τῶν Μανιχαίων, ὡς ἀλλοτρίως πάντη πρὸς τὰς κατὰ φύσιν κοινὰς ἐννοίας ἐχόντων.

Argumentum primi libri.

PRimus liber continet confutationem præcipuorum capitum, quæ sunt penitus aliena, & cum communibus notionibus naturâ insitis, & anticipatis pugnantia.

Ὑπόθεσις τοῦ δευτέρου λόγου.

Ὁ δεύτερος ἀποδείκνυσιν, ὡς οὐκ ἔκ τινος τῆς γε μὴ οὔσης ἀνάρχου κακίας, καὶ ἐναντίας τῷ Θεῷ ἀρχῆς ἄνθρωπος πλημμελεῖ· καὶ ὡς οὐδὲν κατ' οὐσίαν ἐν τοῖς οὖσι κακόν· οὔτε μὴν τὶς ἀνισότης ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐστί· καὶ ὡς μάτην καὶ λίαν ἀσεβῶς κακίζουσι τὴν τῶν ὅλων οἰκονομίαν· καὶ ὅλως τὸν περὶ προνοίας ἅπαντα λόγον κεφαλαιωδῶς περιλαμβάνει· ἀποδεικνὺς, ὡς οὐδεμία ἀνάγκη δευτέραν τινὰ καὶ ἐναντίαν ἀρχὴν τῷ Θεῷ ἐκ τῶν πραγμάτων ὑπονοεῖν.

Argumentum secundi libri.

Secundus liber docet & explanat, non peccare hominem ex quodam malo æterno, & sine principio, ac Deo contrario, quod quidem non est: & nullum esse malum secundum substantiam in iis, quæ sunt, esse; nec ullam inæqualitatem in nostris rebus, ac vanè & valdè impiè gubernationem universi improbari & reprehendi. Denique omnem de providentia disputationem summatim complectitur, docetque minimè necesse esse suspicari, ex rebus ullum esse secundum Principium, Deo contrarium.

Ὑπόθεσις τοῦ τρίτου λόγου.

Ὁ τρίτος ὑπὲρ τοῦ νόμου καὶ τῶν Προφητῶν ποιεῖται λόγον, ὡς παρὰ τοῦ Θεοῦ πάσης τῆς παλαιᾶς Διαθήκης δοθείσης, καὶ ὡς οὐδὲν τῶν αὐτόθι πεπραγμένων τε καὶ λελεγμένων εὔλογόν τινα κατηγορίαν ἔχει τοῦ ποιήσαντός τε καὶ λαλήσαντος· καὶ ὡς συνῳδὰ πάντα τῇ καινῇ Διαθήκῃ· ὡς μὴ δ' ἐντεῦθεν ἀνάγκην εἶναι δευτέραν τινὰ καὶ ἐναντίαν ἀρχὴν τῷ Θεῷ ὑπονοεῖν.

Argumentum tertii libri.

Tertius liber pro Lege, & Prophetis disputat: quippe cum totum Vetus Testamentum à Deo datum sit; & nihil eorum, quæ in eo facta, aut dicta sunt, probabilem accusationem ejus, qui fecit & dixit, habeat; sintque omnia cum Novo Testamento consentientia, ut nec ex hac parte necesse sit cogitare aliquod secundum Principium, Deo contrarium.

Ὑπόθεσις τοῦ τετάρτου λόγου.

Ὁ τέταρτος ἐξαιρεῖ καὶ τὴν καινὴν Διαθήκην τῆς ἐκείνων κατὰ Θεοῦ βλασφημίας, ὡς οὐδὲ πρὸς αὐτὴν παντελῶς ἐχόντων τινὰ κοινωνίαν, καὶ ὡς μάτην ἐκβιάζονται· μέρη γέ τινα ταύτης πρὸς σύστασιν τῆς αὐτῶν ἀσεβείας· καὶ ὡς ἡ κατὰ τὸν διάβολον ὑπόθεσις οὐδὲν αὐτοῖς συναίρεται πρὸς ἃ λέγουσι κατὰ Θεοῦ.

Argumentum quarti libri.

Quartus liber Novum Testamentum ab illorum blasphemia in Deum defendit, ut qui nullam prorsus communionem cum eo habeant, & frustra ac vanè quasdam partes ejus ad constituendam suam impietatem per vim trahant; quodque id, quod diabolicè subjiciunt, nihil eos juvat ad ea stabilienda, quæ contra Deum dicunt.

Iste liber quartus non comparet in nostro Apographo.

ΤΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ κατὰ ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ ΛΟΓΟΣ Α.

Πᾶσι μὲν, οἷς γέγονε διὰ σπουδῆς τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁμαρτανομένων τὰς αἰτίας ἐξελεῖν Θεοῦ, ὅσιός τε καὶ ἀληθὴς γέγονε, κατὰ τοῦτο τῶν τοιούτων ὁ σκο-

TITI, EPISCOPI BOSTRENSIS, *contra MANICHÆOS* LIBER I.


Uibus studium est, causas eorum, quæ homines peccant, à Deo removere, ajunt sanctum (b), & verum esse Deum: huc spectant tales, & hoc eis pro- Origo Manichæismi.

(a) *In Græco deest* Bostrensis. Basn. (b) *Reddendum aliter:* sincerum & sanctum finem habent. Id.

Sæc. IV. Anno 360.

propositum est tueri. Cùm enim non negant, procurare Deum res nostras, rectè ac verè hominibus peccata eorum assignant; alioqui parum quid sanare qui voluerunt, in graviorem & difficiliorem impietatis ægritudinem inciderunt, Dei providentiam, quæ in universitate rerum cernitur, negantes. Manichæus (*a*) verò, qui à barbarie (*b*) & furore nomen ducit, nocentiore adhuc contra impietatem remedio abusus est; cùm enim demonstrare voluisset, non esse Deum auctorem mali, malum ei opposuit, ingenitum, ut ait, ingenito, vivum vivo, semper obsistens ac repugnans, & nunquam non negotium & molestias inferens, quodque ab eo funditùs extingui & interire nequeat, utpote æterna, & completa substantia, tanquam ingenita; sic *fugiens fumum*, ut est in proverbio, *in ignem incidit.* Etenim ne videatur Deus, ut Manichæus existimat, nostrorum malorum esse in causa, ex toto quodam & integro malo apud se fructum fingit percipere. Quid enim, si res tractat Deus, ut *Manichæus* ait, toleranter & sapienter? at nunquam opinione hujus, bello & pugnâ carebit, quo, quid potest de Deo, quod minus eum deceat, cogitari?

Quòd pium quidem sit apud homines, totis viribus confiteri, Deum non esse injuriarum & maleficiorum auctorem, prima doctrina Ecclesiæ Catholicæ studuit profiteri. Cùm autem quærimus, quomodo nos peccamus nolente Deo, ut peccemus? de gravioribus nos Deum accusamus, cùm à levioribus eum, sicut ille, defendere volumus.

Catholicorum sententia.

Sed qui viam veritatis ex Sanctis Scripturis & ex communibus notionibus cognitam habemus, pergamus firmè ad talem quæstionem, piam argumentationem pro Deo concludentes, nos ipsos studio veritatis accusando; non enim ut verbo accusationem eorum, quæ in nos inter nos peccamus, declinemus, decebat in Deum impios esse, poscentes ab eo, quæ sunt contumeliosiora omnibus, & quæ nequaquam sunt.

Præterea qui existimamus peccata apud homines sanabilia esse, utpote quæ non à principio quodam contra eos effluant, sed alio modo à nobis fiant, (quem disputatio suo tempore explanabit) non solum non sumus in Deum impii, non audentes conjecturam facere, non posse Deum propter difficultatem resistere vitio, quod ei non inest, sed quæ à

τὶς· εἴγε μὴ διαφυγόντες τὸ προνοεῖν τῶν καθ' ἡμᾶς τὸν Θεὸν, εὐλόγως καὶ φιλαλήθως ἀνθρώποις ἀνέθηκαν τὰ σφῶν αὐτῶν ἁμαρτήματα· ἐπεὶ τοί γε μικρὸν ἰᾶσθαί τι βουληθέντες μείζονι καὶ χαλεπῷ νοσήματι τῆς ἀσεβείας περιέπεσον, εἰς ἄρνησιν τῆς ἐν παντὶ φαινομένης τοῦ Θεοῦ προνοίας ἐμπεσόντες· ὁ δὲ μανεὶς ἐκ βαρβάρων καὶ τῆς μανίας αὐτῆς ἐπώνυμος, ἔτι πρὸς ἀσέβειαν βλαβερωτέρῳ φαρμάκῳ κατεχρήσατο· κακίας γὰρ ἀναίτιον ἀποδεῖξαι τὸν Θεὸν βουληθεὶς, κακίαν προϊὼν ἀντέστησεν αὐτῷ· ἀγέννητον, ὥς φησιν, ἀγεννήτῳ, ζῶσαν ζῶντι, ἀεὶ μὲν ἐπανισταμένην καὶ μαχομένην, καὶ οὔποτε μὴ, οὐχὶ πράγματα παρέχουσαν αὐτῷ· ἀναιρεθῆναι δὲ πρὸς αὐτοῦ παντελῶς μὴ δυναμένην, ὡς ἀΐδιόν τι καὶ συμπεπληρωμένην τὴν οὐσίαν καὶ ἀγέννητον, καὶ καπνὸν, ὥς φασι φεύγων, ἐμπέπτωκεν εἰς τὸ πῦρ· ἵνα γὰρ μὴ τῶν παρ' ἡμῖν ὡς οἴεται κακῶν ὑπέχειν, δοκῇ τὰς αἰτίας ὁ Θεὸς, αὐτός γε ὅλης τινὸς καὶ ὁλοκλήρου παρ' αὐτῷ κακίας παραπολαύειν· τί γὰρ εἰ μακροθύμως, καὶ σοφῶς, ὥς φησι, μεταχειρίζεται, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀπολέμητος ἂν εἴη κατά γε τὴν τοιαύτην ὑπόθεσιν· οὗ τί ἂν γένοιτο τῶν πρεπόντων περὶ Θεοῦ λογισμῶν ἀλλοτριώτερον.

Ὅτι μὲν γὰρ εὐσεβὲς τῶν παρὰ ἀνθρώποις ἀδικημάτων ἀναίτιον παντὶ σθένει τὸν Θεὸν ὁμολογεῖν, πρῶτος πρεσβεύειν ἐσπούδακε τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας ὁ λόγος· ζητουμένου δὲ, τίνα τρόπον πλημμελοῦμεν ἡμεῖς, τοῦ Θεοῦ μὴ βουλομένου, οὐ περὶ μειζόνων κατηγοροῦμεν Θεοῦ, περὶ μικροτέρων, ὥσπερ ἐκεῖνος ἀπολογεῖσθαι βουλόμενος.

Ἀλλ' αὐτὴν τῆς ἀληθείας τὴν ὁδὸν, ἔκ τε τῶν ἁγίων γραφῶν, καὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἔχοντες, ἀσφαλῶς ὁδεύομεν πρὸς τὴν τοιαύτην ζήτησιν, τῷ γε αὐτοῖς φιλαλήθως προσεγκαλεῖν εὐσεβῆ τὴν ἀπόδειξιν τὴν ὑπὲρ Θεοῦ ποιούμενοι· οὐ γὰρ ἵνα τῷ λόγῳ διαφεύγωμεν, ὧν εἰς ἀλλήλους πλημμελοῦμεν τὰ ἐγκλήματα, προσῆκεν εἰς Θεὸν ἀσεβεῖν, πραττομένους παρ' αὐτοῦ τὰ πάντων ὑβριστικώτερα, καὶ μηδαμῶς ὄντα.

Πρὸς δὲ τούτοις ἰάσιμα τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἁμαρτήματα νομίζοντες, ἅτε δὴ μὴ ὡς ἀπό τινος ἀρχῆς καθ' ἡμῶν ῥέοντα, ἀλλ' ἕτερόν τινα τρόπον πρὸς ἡμῶν πραττόμενα, (ὃν ὁ λόγος σαφῶς κατὰ καιρὸν ἑρμηνεύσει) οὐ μόνον εἰς Θεὸν οὐκ ἀσεβοῦμεν, μὴ τολμῶντες αὐτοῦ κατεστοχάζεσθαι χαλεπὴν ἀδυναμίαν,

τοῦ

Sæc. IV. Anno 360.

(a) *In Græco est*, μανεὶς, furiosus. *Manetis nomen apud Persas* homiliam *significabat*, *illudque nomen sibi aptavit Cubricus*, *ut eo titulo famam eloquentiæ pararet*; *sed apud Græcos eâ ratione laboravit infamiâ*; *quippe Manetem ideò dictum*, *quia* fureret, *indicavere Patres*. *Ut averterent omen Manetis discipuli apud Græcos*, *Manichæum illum appellabant*, *eumque velut angelum è coëlis* μάννα χέοντα, *panem cœlestem*, mannam *scilicet*, *effundentem referebant*. *Sic abutraque parte ludebatur circa nominis etymologiam*; *sed futiles admodum sunt illæ observationes*, *quas quisque ad suæ partis gloriam trahere conatur*. Basn. (b) *Non à* Barbarie, *sed à* Barbaris, & *à furore nomen*; *inter Barbaros enim recensebantur Persæ*, *à quibus nomen* & *originem duxerat Manes*. Id.

Sæc. IV. Anno 360.

τοῦ ἀνθεστάναι κακίᾳ τῇ μὴ οὔσῃ, ἀλλὰ καὶ τὰ πραττόμενα πρὸς ἡμῶν κακίας τρόπῳ παύειν ἐπιχειρούμενοι· τῷ γε σαφῶς τοῖς προσέχουσιν ἀποδεικνῦναι, ὡς τὰ πρὸς ἡμῶν ἀλήθειαν ἔχοντα τοῦ γίνεσθαι τὴν ἀρχὴν, δι' ἡμῶν ἂν καὶ τέλος τοῦ μὴ γίγνεσθαι λάβοι, εἰ καὶ μὴ παρὰ πᾶσιν· οὐ γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ τὸ καθόλου, ἀλλά γε παρ' ἑκάστῳ τῶν ἐσπουδακότων· (δεῖγμα μέν τοι τοῦ καθόλου, τὸ ἐφ' ἑκάστου ἐνδεχόμενον) ὁ μέν τοι βαρβαρικὴν ἀσέβειαν ἐπινοήσας ἄναρχον κακίαν κατὰ τοῦ Θεοῦ, ἀληθῶς ἀνάρχου καὶ μόνου πλασάμενος, καὶ δευτέραν ἀρχὴν ταύτην μανικῶς ὁρισάμενος, οὐ μόνον ἐν ἴσῃ τάξει τίθησι κακίαν Θεῷ ὥσπερ τιμῆσαι ταύτην ὁ δῆθεν μισῶν προελόμενος, ἀλλὰ καὶ ἀνίατα πάντη τὰ ἐκ τοῦ ἀνάρχου ῥέοντα κακὰ ἐπάναγκες φάσκων, ἀδιόρθωτον παρὰ ἀνθρώποις τὴν ἀδικίαν ἐπιβούλως οἴεσθαι ποιεῖ τοὺς πειθομένους αὐτῷ, ὥστε προλήψει τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἡδονῆς προβάλλεσθαι ἀντὶ τῆς ἐπιστροφῆς τὴν ἀπαγόρευσιν, ὡς ἀδύνατον ἀνάρχου κακίας ἐπισχεῖν τὴν φοράν· πλὴν εἰ μή τις ἐπιθυμίᾳ δόξης τοῦ δοκεῖν τὸ πλέον ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ ἔχειν, ὡς δὴ μυθολογοῦσι, σπουδάσας μὲν, κατορθώσειεν ὡς οἷόν τε τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, ὡς αὐτόθεν ποιῆσαι δῆλον, ὡς οὐχ ἑτέρωθεν, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ ἐπλημμέλει· ὅμως δ' ἀπενέγκηταί τινα δόξαν παρ' αὐτοῖς, ὡς τὴν κρᾶσιν εἴη βελτίων τῆς φύσεως, ὁ μὴ φύσει, πόνῳ δὲ καὶ ἱδρῶτι χρώμενος· ὃς δὴ καὶ ἐπαινεῖσθαι, οἴοιτ' ἂν τοῦ ἀληθοῦς ἐπαίνου στερούμενος· τὴν γὰρ εὐδοξίαν τοῦ πόνου τῆς ἀρετῆς εἴγε τῆς εὐσεβείας τῆς πρὸς Θεὸν ἐγνύετο καταλιμπάνων ἅρπαγμα ψευδῶς τὸ ἀναγκαῖον τῆς φύσεως ἡγεῖται, τὸ χρήσιμον τῆς φιλοπονίας πρὸς ἀσέβειαν κατὰ Θεοῦ μετερχόμενος· ὡς μήτε τὸν ῥᾳστώνῃ προσκείμενον πλήττεσθαι τὸν νῦν κακοπραγοῦντα, εἴγε ἄλλῃ τῇ ἀρχῇ λογίζοιτο τὰ πραττόμενα, μήτε τὸν σπουδῇ χρώμενον ἄξιον εἶναι θαυμάζεσθαι, καίτοι λογισμῷ πονοῦντα πρὸς τὸ τῶν πάντων χαλεπώτατον, πρὸς ἀσέβειαν κατὰ Θεοῦ παιδαγωγηθῆναι.

Μὴ συνιέντες δὲ οἱ ἀπ' ἐκείνου, τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας τὸν λόγον, οὐ μόμον τῶν ἀνθρώπων τὰς παρηλλαγμένας πράξεις ἐξετάσαντες, τὸν εἰρημένον τρόπον ἐσφάλησαν· ἀλλὰ καὶ πλεῖστα τῶν δημιουργημάτων· μᾶλλον δὲ σχεδὸν ἅπαντα ψογὸν οὐδένα κατὰ τὸ ἀληθὲς ἐπιδεχόμενα διέβαλον· κακὰ δὲ ταῦτα προσεῖπον. τῶν μὲν κρᾶσιν τῶν ἐναντίων, ὥς φασι κακοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ καταψευσάμενοι, τῶν δὲ μονοειδῆ κακίαν κατειπόντες, καὶ συνέχεαν τό γε ἐπ' αὐτοῖς τὰ πάντα, κακὰ τὰ μηδαμῶς κακὰ προσειπόντες· εἰ μὲν γὰρ τὴν παρὰ ἀνθρώποις ἀδικίαν μόνην οὖσαν ἀδικίαν διέβαλον εἰς κακίαν, ἐχρῆν μὲν καὶ οὕτως ἀσφαλίζεσθαι τὸ ὄνομα, καὶ τὴν περὶ αὐτῆς

nobis vitiosè aguntur, nitimur in eis cessare, cum iis, qui advertunt, demonstramus, quæ à nobis principium ducunt, ut fiant, per nos etiam, ne fiant, finem assequi, tametsi non apud omnes, non enim hoc generale in singulis est, sed in singulis eorum, qui studium adhibuerunt, (judicium tamen universi est, posse esse in singulis) verumtamen qui barbarè cùm impietatem excogitavit, fingens malum sine principio, contra Deum verè principio carentem, ac solum, & hoc secundum principium insanè constituens, non solùm malum collocat in ordine æquali Deo, tamquam hoc honorare velit, quod scilicet odit, sed mala, quæ ex malo, quod principio caret, insanabilia penitus esse, cùm necessariò affirmat, facit insidiosè, ut existiment, qui ei credunt, injustitiam non posse apud homines corrigi. Ita ut anticipatâ voluptate peccatorum, pro conversione desperatio objiciatur, quasi fieri non possit, ut impetus vitii, quod principio caret, coërceatur. Præterquam si quis cupiditate gloriæ, quod plus boni, ut isti fingunt, habere videatur, studium adhibeat, ut, quoad fieri potest, non peccet, ut manifestum faciat, non aliundè quàm à se peccatum proficisci. Existimabitur tamen apud ipsos melior esse propter admixtionem naturæ, qui non naturâ, sed labore & sudore usus est, qui quidem putabit se laudari, cùm alioqui verâ laude privetur. Veram enim gloriam ex labore ac studio virtutis proficiscentem relinquens, si quidem pietati erga Deum studebat, necessitatem naturæ rapinam esse falsò ducit, qui utilitatem industriæ ad impietatem in Deum adhibet, ut nec animus ignaviæ & inertiæ deditus, cùm malè agit, pungatur, si quidem alteri cuidam principio actiones adscribit: neque qui studio utitur, laude dignus habeatur, quippe qui in id cogitatione incumbat, quod est omnium atrocissimum, instituti scilicet ad impietatem adversus Deum.

Mali definitio secundùm Manichæos.

Cùm verò Manichæi rationem creationis mundi à Deo facti non intelligerent, non solùm actiones hominum à ratione aversas excutientes, eo modo, quem diximus, lapsi sunt, sed etiam plùrimas creaturas, immò ferè omnia in crimen vocaverunt, quæ nullam tamen vituperationem verè admittunt; mala autem hæc appellaverunt, in aliis quidem mistionem contrari8rum, boni scilicet & mali, ut loquuntur, mentientes, in aliis verò malum simplex & unius formæ reprehendentes: quantùm in ipsis fuit, omnia confuderunt, appellantes mala, quæ minimè mala sunt. Si enim justitiam, in qua homines sunt, quæ sola est injustitia, accusarent tanquam malum, sic etiam oportebat nomen, & opinionem de ea munire,

SÆC. IV. ANNO 360.

re, tanquam quæ esset, dum est actio, aut non esset, dum non est actio; non autem oportebat introducere principium ipsum contra Deum; fuisset tamen eorum error affatim circumscriptus & terminatus. Nunc autem cùm ferè omnia, quæ fabricata sunt, mala esse dicant, blasphemiam in Deum in infinitum auxerunt, & producunt tanquam certa, & ratione ac judicio probata omnes bestias & feras, non putantes oportere facta esse hæc à bono, non solùm eorum opinione inutilia, sed hominibus nocentissima. Quamvis demonstrari possint utiliora & commodiora esse quàm ea, quæ verè hominibus conducere videantur; ac multa quidem alia connectunt ad accusationem rerum, & gubernationis universi.

Methodus disputandi.

Dabitur verò opera, ut nihil tam eorum, quæ dicta, quàm quæ dicenda sunt, disputatio non ratione conclusum relinquat: fingunt enim cogitatione duarum naturarum contrariarum admistionem, & his, ut eis videtur, res omnes distribuunt. Undenam, inquiunt, mala, si hæc non ex aliquo principio sunt? Si quis verò percunctetur, qualia peccata in homines confertis? quæcunque fabricatus est Deus, & totam ipsam rerum compositionem ac gubernationem vituperant: ut jam si quis demonstret omnia benè & necessariò facta esse & fieri, necesse est excidat eis, & avolet ratio contrarii principii. Cùm enim ea quæ infra sunt, non intellexissent, quomodo habeant de iis, quæ sunt suprà, sunt commenti neque percepissent, quomodo ea, quæ videntur, dispositа sint, id, quod non videtur, calumniati sunt; & cùm studere viderentur, ut cognoscerent, quia non cognoverunt, in majorem ignorantiam inciderunt; etenim veluti in tenebris quærerent, quæ de iis, quæ apparent, ignorabant, non solùm non invenerunt, quod quærere videbantur; quin potius majores ignorantiæ tenebras sibi offuderunt: nos verò primò de duobus principiis contrariis, quæ ponunt, differentes, ad conclusionem argumentationis de universo veniemus, esse scilicet bona, & necessaria omnia & illa maximè, ut superius dixi, in quæ maximum impetum & incursum faciunt, quasi omnium concessu mala sint, prætereà etiam omnium rerum gubernationem, atque illa, in quibus severitatem providentiæ, quâ, quæ magis necessaria sunt, procurantur, improbant; & non solùm hæc, sed de iis etiam, quæ apud homines injustè fiunt, neque propter hæc principium mali contra Deum oportere cogitare; docebimus enim hæc etiam bonitatem Dei, qui nos fecit, declarare; & neque ab hominibus fieri secundum voluntatem Dei, nec ex principio quopiam contrario in nos ferri.

δόξαν, ὡς ὑπαρχούσης καὶ μὴ ὑπαρχούσης, ἐν τῷ πράττεσθαι, καὶ μὴ πράττεσθαι· ἥκιστα δὲ ἀρχὴν ἐπεισάγειν αὐτὴν κατὰ Θεοῦ· ὅμως δ' ἂν αὐτοῖς εὐπερίγραπτον ἦν τὸ σφάλμα· νυνὶ δὲ σχεδὸν ἅπασαν τὴν δημιουργίαν κακίσαντες· ὑπέρογκον τὴν βλασφημίαν κατὰ Θεοῦ πεποίηνται, καὶ προάγουσιν ὡς ὁμολογούμενα τῷ λόγῳ καὶ πάντα τὰ θηρία καὶ τὰ κνώδαλα, οὐκ οἰόμενοι χρῆναι πρὸς ἀγαθοῦ ταῦτα γεγενῆσθαι, οὐκ ἄχρηστα μόνον, ὡς ὑπειλήφασιν ὄντα, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀνθρώποις βλαβερώτατα· καί τοί γε δειχθῆναι δυνάμενα, ὡς μᾶλλον ὠφελιμώτερα καὶ χρησιμώτερα τυγχάνει· ἤπερ τὰ ὄντως ἀνθρώποις λυσιτελεῖν δοκοῦντα· καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἕτερα συνείρουσιν εἰς διαβολὴν τῶν ὄντων, καὶ τῆς τῶν ὅλων διοικήσεως.

Ὁ δὲ λόγος οὐδὲν ἀναπόδεικτον τῶν τε εἰρημένων καὶ ῥηθησομένων καταλιπεῖν πειράσεται· δύο γὰρ ἐναντίων φύσεων κρᾶσιν ἐν τοῖς οὖσι φανταζόμενοι διανέμουσι ταύταις τὰ ὄντα κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς· πόθεν λέγοντες τὰ κακὰ· εἰ μὴ ἔκ τινος ἀρχῆς καὶ ταῦτα τυγχάνει; εἰ δέ τις ἐρωτήσειε ποῖα; συνείρουσι τὰ τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτήματα καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ δημιουργήματα καὶ αὐτὴν ὅλην τὴν πάνσοφον οἰκονομίαν κακίζουσιν· ὡς εἴ τι δείξειε πάντα καλῶς καὶ ἀναγκαίως γεγονέναι, καὶ γίγνεσθαι, οἴχεται αὐτοῖς ἐξ ἀνάγκης ὁ περὶ τῆς ἐναντίας ἀρχῆς λόγος· μὴ γὰρ συνιέντες, ὅπως ἔχει τὰ κάτω, ἐπλάσαντο περὶ τὰ ἄνω μὴ δὲ καταλαβόντες τίνα τρόπον διάκειται τὰ ὁρώμενα, ἐσυκοφάντησαν τὸ μὴ ὁρώμενον· καὶ γνῶναι σπουδάσαντες διὰ τὸ μὴ γνῶναι, ἀγνοίᾳ μείζονι περιέπεσον· ὡς γὰρ ἐν σκότει τὴν περὶ τῶν φαινομένων ἔννοιαν ζητοῦντες, οὐ μόνον οὐχ εὗρον, ὃ ζητεῖν ἐδόκουν, ἀλλὰ καὶ μεῖζον ἑαυτοῖς τὸ σκότος τῆς ἀγνοίας πεποιήκασιν· ἡμεῖς δὲ πρῶτον περὶ τῶν δύο ἐναντίων ἀρχῶν ἃς ὑποτίθενται διαλαβόντες, οὕτως ἥξομεν πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀπόδειξιν, ὡς καλῶν καὶ ἀναγκαίων ὄντων ἁπάντων καὶ ἐκείνων ὡς προλαβὼν ἔφην, μάλιστα καθ' ὧνπερ πλείστην καταδρομὴν ποιοῦνται, ὡς ὁμολογουμένων κακῶν· ἔτι δὲ καὶ τῆς τῶν ὅλων διοικήσεως, καὶ δι' ὧν πικρίαν αὐτῆς ἀγνωμόνως καταψηφίζονται, τὰ ἀναγκαιότερα οἰκονομούσης οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν παρὰ ἀνθρώποις ἀδικημάτων, ὡς οὐδὲ διὰ ταῦτα προσήκει κακίας ἀρχὴν κατὰ Θεοῦ φαντάζεσθαι· δειχθήσεται γὰρ ὡς καὶ ταῦτα τοῦ πεποιηκότος, ἡμᾶς ἐμφαίνει τὴν ἀγαθότητα· καὶ οὔτε κατὰ βούλησιν αὐτοῦ πρὸς ἀνθρώπων γίγνεται· οὔτε ἔκ τινος αἰτίας ἢ ἀρχῆς καθ' ἡμῶν φέρεται.

SÆC. IV. ANNO 360.

Τοὶ

SÆC. IV. ANNO 360.

Τοὶ γὰρ οὖν λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς μυθώδους ἀσεβείας αὐτῶν ἔλθωμεν, ἐξετάζοντες, εἰ παραδέχονται γοῦν αἱ κατὰ φύσιν ἔννοιαι δύο (a) ἐναντίας ἀρχὰς τῶν ὄντων· εἰ γὰρ μηδὲ συμφωνούσας δέξαιντ' ἄν ἧττον γε μαχομένας· γράφων τοίνυν ἐκεῖνος αὐτὸς, ὁ χαλεπώτατα μανεὶς, ἄρχεται πανταχοῦ· ἦν Θεὸς, καὶ ὕλη· φῶς, καὶ σκότος· ἀγαθὸν, καὶ κακὸν· ἐν τοῖς πᾶσιν ἄκρως ἐναντία, ὡς κατὰ μηδὲν ἐπικοινωνεῖν θάτερον θατέρῳ, ἀγένητα τὲ καὶ ζῶντα ἄμφω· οὐκ οὖν ἢ χωρίσει γε ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων, ἢ σὺν ἀλλήλοις ὄντα φίλα καὶ οὐδαμῶς ἐναντία φανήσεται· ἀλλὰ δῆλον ὅτι χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων, καὶ αὐτὸς ταυτὰ εἶναι φησίν· ἆρ' οὖν συμπεπερασμένον ἑκάτερον θατέρῳ τὴν οὐσίαν ἔσται· καὶ οὐδέτερον ἀπερίορισον· περιορίζειν δὲ κατ' οὐσίαν τὸν Θεὸν, καὶ μὴ ἀπέραντον εἰδέναι τε καὶ ὁμολογεῖν, πῶς οὐ λίαν ἀσεβές· ὁ ποτὲ οὐ μόνον περιορίζεσθαι δόξει τὴν οὐσίαν καὶ περιγράφεσθαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς τῆς κακίας, ὡς ἐκεῖνός φησι τοῦτο πάσχειν· ὅπερ πρῶτον μὲν τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἐκτὸς, αἵτινες ὑποβάλλουσιν αὐτὸν γινώσκειν εἶναί τε πανταχοῦ, καὶ ἀπερίληπτον ὑπάρχειν τὴν φύσιν.

Ἔτι μὲν εἰ ταῦτα διέστηκεν ἀναγκαίως ἀλλήλων, οὐ μόνον Θεοῦ κατὰ τὴν ἐκείνου μανίαν δόξει τὴν φύσιν περιορίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν ἰδίῳ τόπῳ τυγχάνειν, καὶ καταμένειν παραπλησίως τῷ ἐναντίῳ· τὰ γὰρ ὑπ' ἀλλήλων εἰργόμενα τόποις ἰδίοις δηλαδὴ περιγράφεται· ἔστιν οὖν ἐξεταστέον, εἰ μὲν πρεσβύτερα τῶν τόπων ἄμφω τὰ ἐναντία ὡς ἀγένητα, ἦν ὅτε πάλιν πρότερον ἐτύγχανε κοινῇ τῆς ἐναντιότητος ἀπηλλαγμένα· εἰ δὲ συναΐδιος ἑκατέρου τῆς οὐσίας ὁ χωρισμὸς, προγενέστερος ἑκατέρου τῆς οὐσίας ὁ τόπος, ἢ συναγένητος· ἀλλ' εἰ μὲν προγενέστερος ὡς ἑκατέρου τόπου βλάστημα δοκεῖν εἶναι ἑκάτερον, οὔτ' ἀγένητα ταῦτα, οὔτε ἀΐδια· ὅπερ ὑπάρχειν δόξει τοῖς τόποις ἐξ ὧν ταῦτα· εἰ δὲ συναγένητος ἔσται, πλείω, καὶ οὐκέτι δύο τὰ ἀγένητα· ἀνάγκη γὰρ ἕτερα τυγχάνειν ἐκεῖνα παρὰ ταῦτα, ἐν οἷς ἐστὶ ταῦτα, ὧν ἄνευ οὐδὲ εἶναι δυνήσεται.

Πρὸς δὲ τούτοις καὶ μεθόριον ἀμφοτέρων ἀπαιτητέον διεῖργον καὶ διακωλύον ἑκατέρῳ τὴν πρὸς θάτερον κοινωνίαν, ἵνα μὴ διὰ τῶν περμάτων αὖθις ἀλλήλοις καταμιγνύμενα τὴν τῆς ἐναντιότητος διαφθείρῃ λόγον· τί τοίνυν ἔσται τὸ διαφράττον καὶ διεῖργον ἄμφω; τρίτου γὰρ τινος κατ' οὐσίαν χρείαν ἔχει παρ' αὐτοῖς τῆς μυθολογίας τὸ πλάσμα· ἆρ' οὖν τὸ ἀδαμάντινον τεῖχος ἐροῦσιν ἡμῖν· ἢ τι ἕτερον παραπαίοντες; τῇ τίνος δὲ προνοίᾳ τοῦθ' ὅποτε φήσουσι παρεγγεῖσθαι;

Igitur aggrediamur deinceps ad Principium impietatis illorum commentitiæ, inquirentes, utrum notiones naturales contraria Principia rerum admittant; si enim ne consentientia quidem admittunt, multò minus pugnantia. Scribens igitur ille ipse furens Manichæus, ubique incipit: *Erat Deus, & materia; lumen, & tenebræ; bonum, & malum in omnibus summè contraria;* ut in nulla re alterum cum altero communionem & societatem haberet, ambo ingenita & viventia: igitur aut disjungent se; aut si fuerint, simul amica, & nequaquam contraria esse apparebit. At patet dicere eum sejuncta esse hæc. Igitur utrumque cum altero finitum & terminatum erit secundum substantiam, & neutrum incircumscriptum & infinitum: circumscribere autem Deum secundum substantiam, & non nôsse, & confiteri infinitum esse, quomodo non est admodum impium? Quandoquidem non solùm circumscribi & terminari substantia Dei videbitur, sed à malo, ut ille ait, hoc accipere. Quod quidem extra communes notiones est, quæ menti suggerunt, ut eum ubique esse noscat, & naturâ incomprehensum.

An duo Principia opposita.

Præterea etiam, si hæc necessariò à se dissident, non solùm Deus opinione illius insanâ naturæ circumscriptæ esse videbitur, sed in privato loco esse, & residere propè contrarium: Quæ enim à se mutuò arcentur, propriis & privatis locis circumscribunt. Excutienda igitur sunt hæc, si ambo contraria tanquam ingenita antiquiora locis erant, aliquando rursus prius erant communiter à pugna inter se libera. Sin verò disjunctio substantiæ utriusque simul ex æternitate fuit, antiquior erat locus substantiæ utriusque, vel simul cum illis ingenitus. Si autem antiquior, ut jam ambo videantur utriusque loci propagines, non sunt hæc ingenita, nec æterna, quod quidem locis, ex quibus hæc extiterunt, videbitur inesse. Si verò locus est simul cum illis ingenitus, erant plura ingenita, & non jam duo: necesse enim est, ut alia sint illa loca præter hæc, quæ in illis sunt, sine quibus nec esse possunt.

Deus finitus.

Ad hæc poscendum est ab istis intermedium, & utrisque interjectum, quod alterius cum altero communitatem arceat, & prohibeat, ne finibus inter se commista, rursus rationem ac naturam contrariorum tollant. Quid igitur erit istud, quod ambo illa disterminet, & intersepiat? opus enim habet apud istos cujusdam tertii commentum fabulæ. An dicturi sunt nobis, esse murum adamantinum, aut aliud quid delirum? Cujusnam providentiâ hoc quicquid sit, interseptum esse dicent? utri-

Spatium inter duo Principia quodnam?

(a) *In Cod. MS. erat διὸ, nullo planè sensu; ideòque illud omiserat Turrianus: reposuimus δύο, duo quippe bina tuebatur Principia Manes.* BASN.

Sæc. IV. Anno 360.

utricunque enim contrariorum hoc assignare velint tanquam posteà immissum, non reperient exitum in hac causa, neque se hinc expedient. Revocata enim ascendendo ad antiquius disputatio rursus deprehendet contraria inter se separata, tanquam nullo modo contraria. Sin verò neutrius providentiâ interseptum, quod declarant, esse dixerint, necessariò fatentur introducere se aliquid ingenitum, quod neutrius substantiam participet, ut omninò dirimendo separet hæc; atque ita fiet, ut reperiantur turbam ingenitorum ponere, qui duo ingenita esse dixerunt.

Attamen hoc, quod disterminat, & interseptum est, sive murus est, sive terra sine domibus, sive aliud quodlibet: nunquid, alicubi quidem habet basim, alicubi verò culmen? Atqui perspicuum est, infra quidem habere basim. Sed ubi, & quantam? Supra verò culmen, sed ubi, & quantum? Supra enim & infra nomina fabricationis mundi ante fabricationem sunt apud istos: atqui oportet etiam interseptum profundius & altius esse quàm ea, quæ disterminantur, ne si quid ex parte inferiori aut superiore deficiat, aditum contrariis præbeat, ut simul sint. Si autem cum umbra & sole comparent illud, quod interseptum vocant, putabunt quidem nihil habere commune umbram cum sole; convincentur tamen, deceptos esse eos turpiter à (a) Manichæo; umbra enim communione solis & præsentiâ fieri solet mole quâdam interpositâ, quæ communionem & præsentiam solis ad alteram partem transmittit, nihilque aliud umbra est, quàm indicium luminis corpore quopiam interjecto impediti; nocte enim, cùm non adest lumen, nec pars umbræ esse potest. Ubi igitur umbra est, ibi lumen, quæ enim ultra umbram sunt, lumine collucent, præterquam cùm id, quod umbram facit, multâ altitudine superat id, quod illuminat; & malum in lumine habitans lumen esse apparebit, nisi murum maximè ridiculum positum habent. Quomodo enim umbra esse poterit lumine materiam ex omni parte collustrante, nisi quid in medio prohibeat, & lumen omnino ab ea excludens umbram efficiat? In lumine non videbitur posuisse pro muro ridiculo; quod interpositum si non sit, & quàm maximè disterminet, perpetua erit communitas malo cum lumine.

Rursus, meridianam partem malo tribuentes, somnium fabricæ describunt; ubi enim erat meridies ante meridiem? Locus autem in mundi fabrica alius alio inhonoratior non potest esse: quod enim ad lævam est in occasum aspicienti, ad dextram rursus est aspicienti in orientem. Verùm absurdissimum est hoc bar-

ὁποτέρῳ γὰρ τῶν ἐναντίων βουληθεῖεν ἀναθεῖναι τοῦτο, ὡς ὕστερόν ποτε παρεμβληθὲν, ἄπορος αὐτοῖς ἡ ὑπόθεσις εὑρεθήσεται· πρὸς γὰρ τὸ ἀρχαιότερον ἀναβὰς ὁ λόγος αὖθις φωράσει τὰ ἐναντία ἀλλήλων ἀχωρίστα, ὡς οὐδαμῶς ἐναντία· εἰ δὲ μηδετέρου προνοίᾳ τὸ μεθόριον, ὃ δηλοῦσιν ὑπάρξαι φήσουσιν, ἕτερον ἀγέννητον ἐπεισάγοντες ἐξ ἀνάγκης ὁμολογοῦσι, μηδετέρου τῶν ἐναντίων τῆς οὐσίας μετέχον, ἵνα τῷ πάντη διαλλάττειν χωρίζῃ ταῦτα· καὶ εὑρεθήσονται ὄχλον ἀγεννήτων τιθέμενοι, δύο φήσαντες εἶναι.

Τὰ ἀγέννητα, τὸ μέν τοι διεῖργον καὶ μεθόριον, εἴτε δὴ τεῖχος, εἴτε γῆ ἄοικος· εἴτε καὶ ὅπερ ἂν θέλοιεν· ποῦ μὲν ἄρ' ἔχει τὴν ἕδραν; ποῦ δὲ τὴν κορυφήν; ἀλλὰ δῆλον ὡς κάτω μὲν τὴν ἕδραν· ποῦ δὴ καὶ πόσον; ἄνω δὲ τὴν κορυφὴν, ποῦ καὶ ἐπὶ πόσον; τὸ γὰρ ἄνω καὶ κάτω δημιουργίας ὀνόματα πρὸ δημιουργίας· δεῖ μέν τι καὶ βαθύτερον καὶ ὑψηλότερον εἶναι τὸ μεθόριον τῆς τῶν χωριζομένων οὐσίας· ἵνα μὴ κάτωθεν ἢ ἄνωθεν ἐλλεῖψαν πάροδον τοῖς ἐναντίοις παράσχῃ πρὸς ἄλληλα, εἰ δὲ σκιᾷ καὶ ἡλίῳ παραβάλλοιεν, καλοῦσι μεθόριον, οἰήσονται μὲν, ὡς οὐδὲν ἐπικοινωνεῖ τῷ ἡλίῳ ἡ σκιὰ διελεγχθήσονται δὲ χαλεπῶς πρὸς τοῦ Μανέντος ἠπατημένοι· σκιὰ γὰρ ἡλίου κοινωνίᾳ, καὶ δι' ὅλου παρουσίᾳ γένοιτ' ἂν ὄγκου τινὸς ἀνέχοντος ἐν μέσῳ καὶ πρὸς θάτερον μέρος αὐτὴν παραπέμποντος· καὶ σκιὰ εἴη ἂν οὐδὲν ἕτερον, ἢ τεκμήριον φωτὸς, διά τινος παρεγκειμένου σώματος ἐμποδιζομένου· ἐπεί τοι φωτὸς ἐν νυκτὶ μὴ παρόντος, οὐδ' ἂν σκιὰ μερικὴ γένοιτο· ἄρ' οὖν, ὅπη σκιὰ, ἐκεῖ φῶς· τὰ γὰρ ἐπέκεινα τῆς σκιᾶς, φωτὶ καταλάμπεται· πλὴν εἰ μή γε τὸ σκιάζον ὕψει τὸ φωτίζον παμπληθεὶ ὑπερβαίνει· κἂν μὴ τὸ γελοιότατον τεῖχος τῷ παραλόγῳ τεθῇ, φῶς ἐν φωτὶ διαιτωμένη φανήσεται ἡ κακία· πῶς γὰρ ἂν γένοιτο σκιὰ τοῦ φωτὸς δι' ὅλου κατὰ τῆς ὕλης ὄντος, εἰ μή τι ἐν μέσῳ γε ἀνέχοι, καὶ ἀποκλείειν δι' ὅλου ποιοῖ αὐτήν; οὗ μὴ παρεγκειμένου, καὶ πλεῖστον ὅσον ἀνέχοντος, κοινὸν ἀϊδίως ἔσται, καὶ τῇ κακίᾳ τὸ φῶς.

Αὖθις τὸ μεσημβρινὸν μέρος τῇ κακίᾳ διδόντες, ὡς ὄναρ τῆς δημιουργίας διαγράφουσι. ποῦ γὰρ ἦν μεσημβρία πρὸ μεσημβρίας ἀτιμότερος· δὲ τόπος ἄλλος ἄλλου τῆς δημιουργίας οὐκ ἂν γένοιτο· τὸ γὰρ εὐώνυμον ὁρῶντι πρὸς δύσιν, δεξιὸν αὖθις εὑρίσκεται πρὸς ἀνατολὰς ἰδόντι· ἀλλὰ πλείστη μὲν ἡ τοῦ δὲ τοῦ βαρβαρικοῦ δόγματος ἀτοπία·

Sæc. IV. Anno 360.

(a) Μάνεντα, *hoc est*, furiosum *illum semper appellat Titus*, *non Manichæum*. Basn.

SÆC. IV. ANNO 360.

ἀτοπία· δύο γὰρ ὅλως ἀρχαὶ, πῶς ἂν εἶεν, ἢ κληθεῖεν ἀρχαι; ἀρχὴ γάρ ἐστιν ἥτε τῶν ὅλων πρεσβυτέρα καὶ τῶν ἁπάντων κρατοῦσα· ὧν οὐδέτερον ὑπάρξειεν ἂν οὐδετέρῳ. σύγχρονα γὰρ ἄμφω καὶ συναγένητα ὄντα τὸν τοῦ προτερεύειν ἀλλήλοις διαφθείρει λόγον· ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχικῆς ἐξουσίας οὐ μόνον ἀλλήλων ὡς ἐναντία γε ταῦτα ἐξῃρημένα, ἀλλὰ καὶ φύσει μαχόμενα, πῶς ἂν ἔχειν ὅλως τὸ ἄρχειν νομισθείη; εἰ τοίνυν μηδετέρῳ τούτων διασώζεται τῆς ἀρχῆς ὁ λόγος, πῶς ἂν ἀρχαὶ κληθεῖεν.

Πῶς δ᾽ ἂν οἱ φυσικοὶ λογισμοὶ παραδέξαιντ᾽ ἂν ὑπάρχειν ἐναντία δύο κατ᾽ οὐσίαν· ὅπου γε πρῶτον μὲν τὸ τῆς οὐσίας ἀμφοτέροις ὄνομα κοινόν· καθὸ τοίνυν πρῶτον ἑκάτερον οὐσία, δῆλον ὡς ὁμονοοῦντα καὶ οὐκ ἐναντία· ἔπειτα ζῶα ἄμφω· πρὸς δὲ τούτοις ἐπίσης ἀγέννητα· ὧν δὲ τὰ αὐτὰ ὀνόματα, καὶ αὐτὴ ὑπογραφὴ, τούτων πῶς ἡ οὐσία μαχομένη καὶ ἐναντία; καὶ τοί γε τὰ ὀνόματα τῶν πραγμάτων ἐστὶ σημαντικά· κατηγορεῖ γὰρ ἑκάστου τὸ τί ἐστιν ἕκαστον ὡς ἐνδέχεται· γνωρίζομεν τοίνυν ὡς δύναμις τοῖς ὀνόμασι τὰ πράγματα· ἀφ᾽ οὖν ἑκάτερον τῶν παρὰ τῷ Μάνεντι νομιζομένων ἐναντίων, οὐσία ζῶσά τε καὶ ἀγέννητος ὀνομάζεται· εὔδηλον ὡς ἐκ βαρβάρων τὴν ἀρχὴν τῆς τοιαύτης λαβούσης πλάνης διέφθαρται παρ᾽ αὐτοῖς τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἡ ἀκολουθία· ὁλόκληρος γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ ἐπίσης τυγχάνει ἑκατέρου ὑπογραφὴ οὐ μόνον ἐναντιότητος πᾶσαν ὑποψίαν ἐξορίζουσα, ἀλλ᾽ οὔτε διαφορὰν τινὰ συγχωροῦσα ἐν τοῖς ὀνομαζομένοις ὑπάρχειν.

Φασὶ δὲ τὸ μὲν ἀγαθὸν, τὸ δὲ κακὸν, τὰς ποιότητας οἱονεὶ πρὸ τῆς οὐσίας ἐκλαμβάνοντες, οἱ τῷ Μάνεντι συντρέχοντες· τῆς γὰρ οὐσίας ὁμοίως ἐφ᾽ ἑκατέρου ὀνομαζομένης (οὐσία γὰρ ζῶσά τε καὶ ἀγέννητος ἄμφω) περιττὴ (a) λοιπὸν τῆς οἱονεὶ ποιότητος ἡ ἐναντιότης· εἰ γὰρ καὶ μὴ ἁρμόζει ἐπὶ Θεοῦ ποιότητας ὀνομάζειν, ἀλλά γε τῇ ἐννοίᾳ τρόπον τινὰ τὸ εἶναι τοῦ τοιόνδε εἶναι προτερεύει· τὸ δὲ εἶναι σημαίνεται τῷ, οὐσία ζῶσά τε καὶ ἀγέννητος· πλὴν εἰ μὴ ἴδια φαῖεν ἐπισυμβῆναι τὰ ἐναντία ἑκατέροις, ὅπερ ἐστὶ πάντων ἀνοητότερον· ἀγενήτῳ γὰρ οὐδὲν ἐπισυμβαίνει· ᾧ γὰρ τὸ εἶναι μὴ ἐπισυνέβη, τούτῳ οὐδὲ τὸ τοιῶσδε εἶναι, ὃ μὴ εἴη οὐκ ἐπισυμβαίνει.

Ποιοτήτων μὲν οὖν ἐναντιότητα ἐστὶν ἐν τοῖς οὖσιν εὑρεῖν, οὐσίας δὲ οὐδαμοῦ· λευκὸν γὰρ πρὸς μέλαν ἐναντίως ἔχει· ἑκάτερον δὲ ἐν σώματι τῇ αὐτῇ οὐσίᾳ· ἔχει μέν

baricum dogma; duo enim prorsus Principia quomodo Principia sint, aut appellentur? siquidem principium est, quod omnibus est antiquius, & omnium tenet principatum, & imperium, quorum neutrum in neutro duorum esse potest. Esse enim ambo ejusdem temporis & cognata, rationem eorum inter se principatus, & excellentiæ tollit. Immò quæ non solùm à principatu potestatis inter se libera sunt, utpote contraria, sed naturâ pugnant; quomodo cogitari possunt habere omninò principatum? Quòd si ratio principatûs neutrum horum incolume servat, quomodo Principia vocabuntur?

Ratio non admittit duo Principia opposita.

Quomodo rationes naturales admittent, ut sint duo secundum substantiam contraria, ubi primò quidem nomen substantiæ commune est utriusque? Primum igitur, quatenus utrumque substantia est, perspicuum est, convenire inter se, & non esse contraria. Deinde ambo sunt animalia, præterea æqualiter ingenita. Quorum autem eadem sunt nomina, & eadem descriptio, horum substantia quomodo contraria aut pugnans esse potest? Siquidem nomina res significant: dicitur enim de unoquoque quod unumquodque est, ut esse potest: itaque cognoscimus vim nominum esse res: utrumque igitur eorum, quæ Manichæus contraria putat, substantia vivens & ingenita nominatur, manifestumque est, cùm talis error principium ducat à Barbaris, esse etiam apud eos sublatam communium notionum consecutionem: integra enim atque eadem est utriusque ex æquo descriptio, quæ non modò omnem contrariorum suspicionem ejicit; sed neque differentiam ullam in iis, quæ nominant, esse permittit.

Principiorum qualitates contrariæ.

Ajunt autem Manichæi asseclæ hoc quidem bonum, illud verò malum, qualitates videlicet ante substantiam intelligentes; nominata enim similiter in utroque substantia (sunt enim ambo substantia vivens & ingenita) supervacanea est, deinceps sunt veluti qualitates contrariæ; etsi enim non decet nominare in Deo qualitatem, esse tamen prius quodammodo est cogitatione, quam talem esse; substantia autem significatur, cùm dicitur substantia vivens, & ingenita; præterquam si dicant propria accidere ambobus contraria, quod est omnium stultissimum; ingenito enim nihil accidit; cui enim non accidat esse, huic neque taliter esse acciderit. Quod non est, non accidit.

Qualitates igitur contrarias licet in rebus invenire, substantias verò nequaquam: album enim & nigrum contraria sunt, utrumque in corpore eadem substantia; sunt autem talia partim

(a) *Sic reddendum;* Supposita substantia; ambo enim sunt vivens & ingenita: supervacanea est contrarietas, quæ ipsis inest ut qualitas. BASN.

Sæc. IV. Anno 360.

tim contraria inter se, partim non contraria; primum namque subter unum genus sunt; utraque enim sunt color. Deinde etsi contraria esse videntur, tamen aspectum variè delectant, neutrum enim illorum immoderatione hunc offendit. Immò etiam virtus & vitium in anima; atque hæc quidem contraria non solùm in eadem substantia, sed in uno genere nominantur: utrumque enim est habitus, quæ tanquam accidentia insunt in anima, à qua abesse possunt; anima, in qua hæc sunt, aliàs aliter affecta & disposita, ut liqueat, aliud esse de substantia loqui; aliud de iis, quæ substantiæ accidunt.

Atqui fit aliquando, ut album quidem & nigrum abesse non possint ab iis, in quibus insunt; nemo tamen ab his unquam illa, in quibus hæc sunt, nominavit; nullus enim cùm voluit significare lac, potius nomine albi abusus est, quam usus nomine substantiæ imposito speciei, ne pro uno multa significare videatur, quibus inest albus color: quin etiam corvum non declaramus nomine nigri, sed nomine avis, & speciei. Hæ igitur & hujusmodi qualitates inseparabiles sunt; virtus autem & vitium in anima ex qualitatibus, quæ accidunt, sunt, ut magis conveniat, ut minimè videatur substantia hominis ab his nominari; sed oportere hanc propriè significare. Nemo igitur quid est homo, ex vitio, quod alicui inest, significaverit; sed primò speciem substantiæ dixerit, deinde quis sit, adjicit; posteà qualitatem in eo dicit.

In Deo nulla qualitas.

Qualitates igitur contrariæ, sicut antè dixi, in iis, quæ accidunt, reperiri possunt partim quidem separabiles, partim verò non: in Deo autem omnis qualitas ejecta est, quandoquidem nihil eorum, quæ de eo dicuntur, aliud est præter ipsum; simplex enim est, & compositionis expers: cogitatione tamen, ut superius dictum est, prius est esse, quàm talem esse.

Duo ingenita non possunt esse contraria.

Quamobrem rursus dicimus, si utraque eorum, quæ Manichæus contraria esse dicit, substantia vivens & ingenita sunt; non enim negabunt, vel ambo bona ut magis ad id, quod benè pièque sonat, propter verè bonum, ipsum contrarium, quod dicit, quod minimè est, trahatur; non enim dicemus, vel contrà, si ambo mala; quod enim ingenitum est, omninò bonum est; continuò igitur Deus cùm ingenitus sit, nequaquam habet hoc ipsum non ingenitum esse tanquam malum, sed tanquam bonum certè. Quæ igitur sortitio ista, eandem rem & nomen apud Deum quidem pulchram & bonam esse, contra verò malam apud malum, ut isti ajunt? in generatione quidem inveniri queat differentia, differentia tamen, & non contrarium. In eo verò, quod

τοι αὐτὰ, τῇ μὲν ἐναντίως πρὸς ἄλληλα, τῇ δὲ οὐκ ἐναντίως· πρῶτον μὲν γὰρ ὑφ' ἕν γένος ἐστὶ, χρῶμα γὰρ ἑκάτερα· ἔπειτα εἰ καὶ ἐναντία εἶναι δοκεῖ, ἀλλά γε τῇ ὄψει ποικίλως προσάγει τὴν ἀπόλαυσιν· οὐδέτερον γὰρ αὐτῶν τῇ ἀσυμμετρίᾳ λυπεῖ ταύτην· ἀλλὰ καὶ ἤδη ἀρετή τε καὶ κακία ἐν ψυχῇ, ὡς ἐναντία μὲν καὶ ταῦτα, οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ αὐτῇ οὐσίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑνὶ γένει προσαγορεύεται· ἕξις γὰρ ἑκάτερα, ἅτινα καὶ ὡς ἐπισυμβαίνοντα ψυχῇ ἐνυπάρχει· ὅθεν καὶ ἀποσυμβαίνειν ἐνδέχεται τῆς, ἐν ᾗ ἐστι ταῦτα, ἄλλοτε ἄλλως διακειμένης· ὡς εἶναι δῆλον, ὡς ὁ μὲν περὶ τῆς οὐσίας λόγος ἀφώρισται, ὁ δὲ περὶ τῶν ταύτῃ ἐπισυμβαινόντων ἕτερος τυγχάνει.

Καί τοι τὸ μὲν λευκόν τε καὶ μέλαν, ἔστιν ὅτε καὶ ὡς ἀχώριστα ἐνυπάρχει τοῖς ἐν οἷς ἐστὶ, καὶ ὅμως οὐδεὶς πώποτε ἀπὸ τούτων ὠνόμακεν ἐκεῖνα, ἐν οἷς ἐστι ταῦτα· οὐδεὶς γὰρ θελήσας γάλα σημῆναι, οὐχὶ μᾶλλον πρὸ τοῦ κατὰ τοῦ εἴδους τῆς οὐσίας ὀνόματος κειμένου κατεχρήσατο τῷ τῆς λευκότητος, ἵνα μὴ ἀνθ' ἑνὸς πολλὰ σημαίνειν δόξῃ, οἷς πρόσεστιν· ἀλλὰ μὲν καὶ κόρακα, οὐ τῷ μέλανι σημαίνομεν, ἀλλὰ τῷ τοῦ ζώου καὶ τοῦ εἴδους ὀνόματι· αὗται μὲν οὖν καὶ τοιαῦται ἀχώριστοι ποιότητες· ἀρετὴ δὲ καὶ κακία ἐν ψυχῇ τῶν ἐπισυμβαινουσῶν ποιοτήτων εἰσὶν ὡς μᾶλλον προσήκειν μηδαμῶς ἀπὸ τούτων τὴν οὐσίαν δεῖν τοῦ ἀνθρώπου κατηγορεῖσθαι, δεῖν δὲ ταύτην ἰδίως σημαίνεσθαι· οὐδεὶς γοῦν τὸ, τί ἐστιν ἄνθρωπος, ἐκ τῆς ἐνούσης τῷ τινὶ κακίας ἐσήμανεν, ἀλλὰ πρῶτον τῆς οὐσίας τὸ εἶδος εἰπὼν, εἶτα καὶ τὸ, τίς προσειπὼν, ὕστερον κατηγορεῖ τὴν ποιότητα.

Ποιοτήτων μὲν οὖν ὁ προλαβὼν εἶπον, εὕροι τὶς ἂν ἐν τοῖς συμβεβηκόσιν ἐναντιότητα τῶν μὲν χωριστῶν, τῶν δὲ καὶ ἀχωρίστων· ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ πᾶσα μὲν ποιότης ἐκβέβληται, ἐπειδή γε οὐδὲν ὧν καλεῖται, ἕτερον παρ' αὐτὸν, ἁπλοῦς γὰρ καὶ ἀσύνθετος ἐστίν· ὅμως δὲ τῇ ἐννοίᾳ, ὁ προλαβόντες εἴπομεν, προτερεύει τὸ εἶναι, τοῦ τοιόνδε εἶναι.

Διὸ φαμὲν ἀναλαβόντες, ὡς εἰ ἑκάτερα ἅ φησιν εἶναι ἐναντία, οὐσία ζῶσα τὲ καὶ ἀγένητος, οὐ γὰρ ἀρνηθεῖεν, ἢ ἄμφω ἀγαθὰ, ἵνα μᾶλλον πρὸς τὸ εὔφημον εὐσεβῶς διὰ τὸ ὄντως ὂν ἀγαθὸν καὶ τοὐναντίον, ὅ φασιν, ἕλκηται τὸ μηδαμῶς ὄν· οὐ γὰρ ἀντιστρέψομεν, ἢ ἄμφω κακά. τὸ γὰρ ἀγέννητον, πάντως ἀγαθόν· αὐτίκα ἀγέννητος ὁ Θεὸς ὑπάρχων, ἆρα αὐτὸ τὸ μὴ γεννηθῆναι ὡς κακὸν ἔχει; οὐδαμῶς, ἀλλ' ὡς ἀγαθὸν δηλαδή· τίς οὖν ἡ ἀποκλήρωσις τοῦτ', αὐτὸ πρᾶγμα τε καὶ ὄνομα, παρὰ μὲν τῷ Θεῷ καλόν τε καὶ ἀγαθὸν εἶναι, παρὰ δὲ τῇ κακίᾳ· ὥς φασι τοὐναντίον κακόν; γενεᾶς μὲν γὰρ εὑρεθείη ἂν διαφορὰ, διαφορὰ μέντοι καὶ οὐκ ἐναντιότης· ἀγεννησίας

Sæc. IV. Anno 360.

νησίας δὲ ποίαν τὶς ἂν εὕροι διαφορὰν ἤπουγε ἐναντιότητα; διόπερ παντάπασιν ἀδύνατον, ἀγέννητον ἀγεννήτῳ ἐναντίον εἶναι· εἰ γάρ τι εἴη οὐδὲν τῶν αὐτῶν ὀφείλει, οὔτε εἶναι, οὔτε προσαγορεύεσθαι τῷ ἐναντίῳ, ἵνα ἀκοινώνητον ᾖ τοῖς πᾶσι πρὸς τὸ ἐναντίον.

Εἰ γὰρ μὴ εἴη πάντη ἐναντίον καθὸ ἐπικοινωνεῖ, οὐκ ἐναντίον· ἐναντίον μέν τοι, τὸ μὴ ὄν, τῷ ὄντι· τάχα δὲ οὐδὲ τοῦτο, οὐ γὰρ διαμάχεται· τὸ δὲ ὄν, τῷ ὄντι, οὐκ ἐναντίον· εἰ δὲ τὸ ὂν τῷ ὄντι πάντως ὁμόλογον, ἓν τὸ καὶ μόνον ἀληθῶς ὄν, τοῖς πᾶσι τοῦ εἶναι ἄρχον.

Φασὶ δὲ καὶ αὐτοὶ χρῆναι πάντα τὰ ἐναντία τῷ Θεῷ τὴν ὕλην προσαγορεύεσθαι· οἷον, ἐὰν καλῶμεν τὸν Θεὸν φῶς, τὸ ἐναντίον σκότος· ἐὰν δὲ ἀγαθὸν, ἐκεῖνο κακόν· ἐὰν μέντοι καλέσωμεν τὸν Θεὸν, αὐτοαλήθειαν, δηλονότι τὸ ἐναντίον ψεῦδος κεκλήσεται· τὸ δὲ ἀληθῶς ὄν, ὡς ὑπειλήφασι, πῶς ἂν εἴη ψεῦδος; τὸ μὲν γὰρ μὴ ὄν, εἰ λέγοιτο εἶναι, ψεῦδος ἂν εἴη· τὸ δὲ ὄν, καὶ ἀληθῶς ὄν, αὐτῷ τῷ εἶναι ἀληθεῦον, οὐκ ἂν εἴη ψεῦδος· εἰ γὰρ εἶναι λέγει τὶς, ἀληθεύει· εἰ δὲ μὴ λέγει, ὅτι ἐστὶν, ἵνα μὴ ἀληθεύσῃ, ἀλλ' οὐδὲ ὅτι οὐκ ἔστιν εἴποι ἄν, ἵνα ψεύσηται· κἂν εἴπω δὲ ὅτι οὐκ ἔστι, τῇ ἐπινοίᾳ ψεύδεται. οὔκουν αὐτὸ ψεῦδος, ὂν γὰρ ἔστιν ἀληθῶς.

Ἔπειτα εἰ καλοῖεν τ' ἀγαθὸν ἀφθαρσίαν, φθορὰν ὀνομάσουσιν τὸ κακόν· τίνος δ' ἂν εἴη φθορὰ ἡ φθορά; τοῦ μὲν γὰρ ἀγαθοῦ ἀδύνατον εἰ, δ' ἑαυτῆς εἴη φθορά, ἐν πολλοῖς τοῖς αἰῶσι διέφθαρκεν ἑαυτήν· καὶ μάτην αὐτὴν εἶναι φαντάζονται· πῶς δ' ἂν εἴη φθορὰ πάντως γὰρ ἕτερόν τι φθείρει, οὐχ ἑαυτήν. εἰ δὲ ἑαυτὴν, οὐδ' ἂν τὴν ἀρχὴν ὑπέστη· ἐφθήσεται γὰρ ἑαυτὴν φθείρουσα, μᾶλλον ἢ οὖσα, φθορὰ γὰρ ἄφθαρτος ἀδύνατον· κατά γε τὰς κοινὰς ἐπινοίας ἐπινοηθῆναι· ἄφθαρτον δὲ πάντως τὸ ἀγέννητον, καὶ ἀΐδιον, ὅθεν καὶ ἀθάνατον· ἐπάνω γὰρ τοῦ ἀφθάρτου τὸ ἀγέννητον· εἰ δὲ τὸ μὴ γενέσθαι πώποτε ὑπάρχει τῇ ὕλῃ μεῖζον ὄν, πῶς οὐχὶ καὶ τὸ ἔλαττον αὐτῇ προσυπάρξει τὸ μὴ φθαρῆναι; εἰ δὲ μὴ φθείρεται ὡς ἀΐδιος, οὐδ' ἂν ἑαυτῆς ὑπάρχει φθορά, καὶ οὐκ ἂν εἴη οὐσία φθορᾶς.

Ὅταν μέντοι τοιούτων ἀκούωσι λόγων οἱ ἐκ τοῦ Μάνεντος ὡρμώμενοι, ἀπορoῦντες, πόθεν οὖν φάσι τὰ κακά; πόθεν δὲ λέγουσιν ἡ ἐν τοῖς πράγμασιν ἐμφαινομένη ἀταξία; ἀλλὰ πολλάκις μὲν εἴρηται, ὅτι δι' ἄγνοιαν τῆς

est ingenitum esse, quid potest esse differens, nedum contrarium? Quamobrem omnino fieri non potest, ut ingenitum ingenito contrarium sit; si quid enim sit, nullum eorum debet nec esse, nec appellari contrarium, ut in omnibus rebus nulla sit cum contrario communitas ac societas.

Si enim non sit omninò contrarium; quatenus ei communitas cum altero est, non est contrarium: contraria tamen sunt esse, & non esse. *Fortasse* (a) *verò nec hæc contraria sunt, non enim pugnant.* Quod verò est, non est contrarium ei, quod est. Si autem quomodo est, penitùs cum eo, quod est, convenit, unum & solum, quod verè est, omnibus erit principium ut sint.

Ajunt præterea etiam ipsi, oportere omnia, quæ sunt Deo contraria, appellare materiam, verbi gratiâ, si Deum appellemus lumen, contrarium vocemus tenebras; si bonum, illud malum. Si tamen appellaremus Deum ipsam illam veritatem, patet vocandum esse contrarium mendacium. Quod autem verè est, ut opinati sunt, quomodo erit mendacium? quod enim est, si dicatur non esse, mendacium fuerit. Quod verò verè est, quod facit, ut verum sit esse aliquid, nunquam erit mendacium. Si enim dicat esse, verum dicit; si verò non dicat esse, ut non dicat verum, neque dicet non esse, ut mentiatur. Quòd si dicat non esse, notione mentitur; non est igitur ipsum mendacium, verè enim est.

Nomina contraria duobus Principiis danda.

Deinde si vocant isti bonum immortalitatem, malum vocabunt interitum; at cujus erit interitus, ipse interitus? boni enim non poterit, sin erit sui ipsius interitus multis sæculis à se interivit, & frustra ac vanè eum esse, cogitatione fingunt. Quomodo autem erit interitus, aliud namque tollit interitus, non seipsum; sin verò seipsum, neque principio subsistere potuit: videbitur enim magis se ipse interimere, quàm esse; interitus enim immortalis non potest secundum communes notiones cogitari. Quod autem est ingenitum, necessariò est ab interitu liberum, & æternum, unde & immortale; supra mortale enim est quod ingenitum est. Si autem hoc habet Materia, ut nunquam facta fuerit, quod majus est, quomodo non hoc, quod minus est, non ei inest, nunquam scilicet interitum cepisse? Si autem non capit interitum tanquam æterna, neque sui ipsius est interitus, & non erit substantia ipsius interitus.

Sed qui ex Schola Manichæi profecti sunt, hujusmodi disputationes cùm audiunt, unde, inquiunt, ea ordinis perturbatio, quæ in rebus cernitur? At sæpè dictum est, propter ignoran-

Perturbatio est ordo.

(a) *Sunt enim in Deo simul, qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, sicut Apostolus ait.* CANISIUS.

Sæc. IV. Anno 360.

ignorantiam divinæ gubernationis & quomodo res dispositæ sint, falsam & impiam cognitionem sibi comparasse propter inscitiam eorum, quæ scire sibi videbantur, quæ pejus, quàm si ignorassent, sciverunt, & quod verius est, amisso, quod quærebant, priusquam quærerent: disputatio verò nostra cùm tempus erit, quam putant perturbationem ordinis rerum, bonum ordinem esse à Deo altissimo proficiscentem, conficiet & concludet; & quæ ipsi dicunt mala alia quidem in actione tantum posita, alia verò secundum substantiam, minimè mala esse docebit.

De materia quid sentiant Manichæi.

Erat, inquit Manichæus, tempus, cùm Materia sine ordine ferebatur; & generabat, & crescebat, ac multas potestates producebat; aucta igitur evehebatur nesciens substantiam boni. Postquam verò magis evecta novit terram, & lumen boni, nitebatur ascendere ad ea, quæ non erant propria, bonus verò potestatem quandam mittit, cui nomen, quod ei visum est, imponit, custodituram scilicet præscripta, re autem verà futuram ipsi Materiæ illecebram & invitamentum ad moderationem ejus à voluntate alienam, quod quidem factum est; cùm enim vidisset Materia potestatem missam quasi adamans, concupivit quidem eam, sed ardentiore appetitu prehensam absorbuit, & quodammodo tanquam bellua ligata est: usi autem sunt hoc exemplo, tanquam cantione (*a*) potestatis missæ sopitam esse. Facta igitur est, ajunt, mixtio & temperatio ad hunc modum, absorptâque potestate boni, & Materiâ absorbente sic ex utraque fabricatum esse universum à bono scilicet; non enim malum providit ortum mundi. Hinc ajunt alia quidem bona esse, alia verò mala facta mistione illâ & duorum coitu per vim contrariam rerum, quæ hîc sunt.

Anima à bono Principio, corpus à Malo.

Decernit autem omnem quidem animam esse ex parte boni; corpus verò & carnem ex parte materiæ, & jam quidem corpus animam tanquam in carcere detinere; jam verò animam detineri tanquam belluam à cantione. Sic bonus cùm materiam decepisset, mundi, inquit, factus est fabricator, non quidem quòd ipsum fabricari desiderasset, resistit enim ei; sed propter seditionem à Malo excitatam, quam corrigere & moderari cogitaverat; non tamen fieri potuisse, ut venenum mali, quod est in rebus, quas videmus, extraheretur, sequi verò hoc, ut opinati sunt, ex perturbatione ordinis, & ex inæqualitate rerum nostrarum, atque hunc quidem divitem esse, illum verò pauperem; hunc gloriosum, illum inhonoratum & inglorium, & quæcunque talia sunt. Studium verò boni esse liberare animam à Malo, & hanc quodammodo ex materia ex-

(a) *Melius*, incantatione. Basn.

τῶν πραγμάτων διαθέσεως καὶ τῆς θείας διοικήσεως, γνῶσιν ἐσφαλμένην καὶ βλάσφημον ἑαυτοῖς ἐπραγματεύσαντο, δι' ἄγνοιαν ὧν γνῶναι ἔδοξαν· ἃ χεῖρον ἔγνωσαν, ἢ ἠγνόουν· καὶ ὃ ἐζήτουν, ἀληθέστερον ἀπολέσαντες, ἢ πρὶν ζητῆσαι· ὁ δὲ λόγος κατὰ καιρὸν μὲν, καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς νομιζομένην τῶν πραγμάτων ἀταξίαν, εὐταξίαν τὴν ἀνωτάτω Θεοῦ παρέχοντος ἀποδείξει· καὶ τὰ λεγόμενα πρὸς αὐτῶν κακὰ, τὰ μὲν ὡς πραττόμενα μόνον, τὰ δὲ κατ' οὐσίαν ἥκιστά γε ὄντα κακὰ δείξει.

Ἦν γάρ ποτε φησὶν, ὅτε ἡ ὕλη ἠτάκτει καὶ ἐγέννα, καὶ ηὐξάνετο, καὶ ἀπετέλει πολλὰς περιβαλλομένη δυνάμεις· αὐξηθεῖσα τοίνυν ἀνήγετο, οὐκ εἰδυῖα τοῦ ἀγαθοῦ τὴν ὕπαρξιν· ὡς δὲ ἐπὶ πλέον ἀναχθεῖσα εἶδε τὴν γῆν τε καὶ τὸ φῶς τοῦ ἀγαθοῦ· ἐπιβῆναι τοῖς μὴ ἰδίοις ἐπιχειρεῖ· ὁ δὲ ἀγαθὸς δύναμιν ἀποστέλλει τινὰ, ᾗ καὶ ὄνομα τὸ δόξαν αὐτῷ ἐπιτίθησι, φυλάξουσαν μὲν δῆθεν τοὺς ὅρους· τὸ δ' ἀληθὲς δέλεαρ ἐσομένην εἰς ἀκούσιον τῇ ὕλῃ σωφρονισμόν· ὃ δὴ καὶ γέγονε. θεασαμένη γὰρ ἡ ὕλη τὴν ἀποσταλεῖσαν δύναμιν προσεκίσσησε μὲν ὡς δὲ ἐρασθεῖσα· ὁρμῇ δὲ πλείονι λαβοῦσα ταύτην κατέπιε· καὶ ἐδέθη τρόπον τινὰ, ὥσπερ θηρίον· κέχρηνται γὰρ καὶ τῷ δὲ τῷ ὑποδείγματι, ὡς δὴ, ἐπῳδῆς τῆς ἀποσταλείσης δυνάμεως ἐκοιμίσθη· γέγονε τοίνυν μίξις καὶ κρᾶσις, τοῦτον φησὶ τὸν τρόπον τῆς τε καταποθείσης δυνάμεως τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ τῆς καταπιούσης ὕλης· καὶ οὕτως ἐξ ἀμφοῖν ἐδημιουργήθη τόδε πᾶν, ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ δηλαδή· οὐ γὰρ ἂν προυνόησεν ἡ κακία κόσμου γενέσεως· ἐντεῦθεν δὲ φασὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ, τὰ δὲ κακὰ, τῆς κράσεως ἐκείνης καὶ τῆς συνόδου τοῖν δυοῖν, διὰ τῆς ἐναντιότητος τῆς τῇδε πραγμάτων ἐμφαινομένης.

Ὁρίζεται δὲ ψυχὴν μὲν ἅπασαν εἶναι τῆς μερίδος τοῦ ἀγαθοῦ, σῶμα δὲ καὶ τὴν σάρκα, τῆς ὕλης, πῇ μὲν κατέχουσαν ὡς ἐν εἱρκτῇ τὴν ψυχὴν, πῇ δὲ κατεχομένην ὡς θηρίον πρὸς τῆς ἐπῳδῆς· οὕτω μὲν δὴ σοφισάμενος τὴν ὕλην ὁ ἀγαθὸς κόσμου, φησὶ, γέγονε δημιουργός· οὐκ ἀντιποιηθείς γε τοῦ δημιουργῆσαι αὐτόν· ἀνθίσταται γὰρ αὐτῷ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐπανάστασιν τῆς κακίας, ἣν σωφρονῆσαι διενοήθη· οὐ μέν τοι γέγονε δυνατὸν ἐξελεῖν τῆς κακίας τῶν φαινομένων πραγμάτων τὸν ἰὸν, ἕπεσθαι δὲ τοῦτον δεικνύμενον ἐκ τῆς ἀταξίας, καὶ τῆς ὡς ὑπείληφεν, ἀνισότητος τῶν καθ' ἡμᾶς, τοῦτον μὲν πλουτεῖν, τοῦτον δὲ πένεσθαι· καὶ τὸν μὲν εὐδοξεῖν, τὸν δὲ ἀδοξεῖν· καὶ ὅσα τοιαῦτα· τό, τε δὴ σπουδαζόμενον ἐστὶ τῷ ἀγαθῷ τὴν ψυχὴν ἐλευθερῶσαι τῆς κακίας· καὶ ταύτην ἀντλῆσαι τρόπον τινα ἐκ τῆς ὕλης· τοῦτο

Sæc. IV. Anno 360.

τοῦτο δὲ γίγνεσθαι διὰ τῆς σελήνης αὐξανομένης τε καὶ μειουμένης, ὡς ὁρᾶν δοκοῦμεν ἡμεῖς· τὸ γὰρ ἀληθὲς, φησὶν, ὑδρίας τρόπον αὐτὴ πληρουμένη, ἐκ τῆς κατεχομένης οὐσίας, εἰς τὸ ὁμογενὲς ἀγαθὸν κενοῦται· εἰ γὰρ καὶ μὴ τούτοις γε τοῖς ῥήμασιν ἀλλά γε ταῦτα βούλεται λέγειν, ἅπερ εὐσχημονέστερον πάνυ γε πρὸς ἡμῶν εἴρηται· πλεῖστον γὰρ ὅσον παρ' αὐτῷ τὸ ἀλλόκοτον ἐν τῇ διηγήσει, καὶ τὸ ἀπίθανον.

Ὅσα μὲν οὖν ἕτερα, γραὸς δίκην μυθολογεῖ, καὶ γράφει τῇ Σύρων φωνῇ χρώμενος, ὅπως μὲν ἡ γῆ βαστάζεται, τὸ ποιητικὸν μὴ διαφυγὼν μῦθον· ὅπως δὲ συνίστανται οἱ ὄμβροι, ὡς ἱδρῶτες εἰσὶ τῶν ἀρχόντων τῆς ὕλης· ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν αὐτοῦ παλαισμάτων παρεμπορεύματα, περιττὸν ἂν εἴη προφέρειν εἰς ἔλεγχον· χρὴ δὲ ἃ περὶ ἑκάστου παραπαίων γράφει γνωρίσματα τοῖς πᾶσιν· ἥκιστά γε ἀνέχεσθαι πρὸς ἀπέραντον φλυαρίαν τὸν λόγον ἐκτείνειν. ὡς ἀρκοῦν αὐτὸ τὸ κεφάλαιον αὐτοῦ τῆς ἀλόγου μανίας διελέγξαντας τῶν ἄλλων καταφρονεῖν. καὶ εἰ μή γε τὸν περὶ προνοίας λόγον συνέβαινε τὴν δὲ τὴν ὑπόθεσιν ἀναγκαίως περιλαμβάνειν δι' οὗ προσήκειν δεῖξαι, ὡς ἅπαντα εὖ τε καὶ θείως τεταγμένα, τὴν ἄρρητον τοῦ Θεοῦ σοφίαν κηρύττει, γέλως ἂν ἦν ἀντιῤῥήσεως γοῦν τινος ἀξιοῦν τὰ προτεθέντα. ἅπερ ἐκτὸς τῶν κοινῶν ἐννοιῶν συμπεφορημένα, αὐτόματον ἔχει παρά γε τοῖς ἐχέφροσι τὸν ἔλεγχον.

Ἤρκει δὲ οὐκ ἔλαττον δείξαντας ὡς οὐδαμῶς ἂν ὑπάρξαιεν ἀρχαὶ δύο καὶ μάλιστα ἐναντίαι, ἤδη περί τε ἀνθρώπου καὶ τῆς ἄλλης δημιουργίας διαλαβεῖν· ὅμως δὲ τὸ κωλῦον οὐδὲν, καὶ τῶν προτεθέντων ἰδεῖν τὸ ἀπίθανον· ἠτάκτει γάρ φησιν ἡ ὕλη ποτὲ, ποίαν ἀταξίαν; ἆρά γε καθ' ἑαυτὴν οὖσα, ἢ κατά τινος; ἀδικία γὰρ ἅπασα, ἑαυτῆς οὐκ ἂν γένοιτο ἀδικία. δεῖται δὲ ἑτέρου τινὸς, καθ' οὗ γένοιτ' ἄν· ἡ τοίνυν ἑτέρῳ τινὶ μὴ ἐπικοινωνοῦσα, κατὰ τίνος ἠτάκτει; ἢ τίς ὁ λόγος τῆς ἀταξίας αὐτῆς;

Ἐγέννα μὲν πρῶτον προϊοῦσα καὶ ηὐξάνετο, φησίν· οὐκοῦν ἀϊδίως ἢ ἀΐδιος ἐγέννα, ἢ ἀγέννητος ἐγέννα, καὶ χώραν οὐκ ἔχει τὸ καινοτομεῖν τὶ τὸ ἀΐδιον. ἢ γὰρ φύσει καινοτομήσει, καὶ οὐδέποτε τῆς καινοτομίας ἐπέπαυτο· εἰ δὴ τοῦτο καινοτομίαν δεῖ καλεῖν, ὡς μηδαμῶς χρονικὴν ἀρχὴν ἔχειν τὴν κατ' αὐτῆς τοῦ ἀγαθοῦ μεταχείρησιν, ἢ λογισμῷ τοῦτο πράττουσα λόγον ἔχει καὶ γνῶσιν. καὶ ἀνατέτραπται τῆς ἀλόγου κακίας ἡ ὑπόθεσις· εἴτε οὖν λογισμῷ, εἴτε καὶ ἀλογίστῳ φορᾷ ἐπανίστατο, τίς ὁ λόγος τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας ταύτην παρεῖναι πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπανάστασιν; ἀφ' οὗ γὰρ κατεσχῆσθαι

haurire, hoc autem fieri per lunam crescentem & decrescentem, ut nos videre videmur, reverà, inquit, ipsa in modum hydriæ impleta, ex substantia infusa in bonum cognatum exinanitur, etsi enim non his verbis, hæc tamen vult dicere, quæ multò honestius à nobis dicta sunt; plurimum enim absurdi & incredibile est in ejus narratione. *Luna crescens & decrescens.*

Quæcunque igitur alia aniliter (*a*), & commentitiè loquitur, & scribit, sermone Syriaco utens, quomodo terra sustinetur, non devitans poëticam fabulam; quomodo imbres fiunt, & sudores esse principium materiæ, hæc & alia ejusmodi, quæ præter negotium sui certaminis tractat, supervacuum esset ad confutandum proferre. Oportet quæ de singulis delirè scribit, quæ omnibus nota sunt, non pati, ut librum infinitis nugis dilatent, quippe cùm satis sit confutato capite insaniæ ejus reliqua contemnere, & si non contingeret, ut necessariò hæc causa sermonem de providentia complecteretur, quo demonstrare oportet, omnia esse benè ac divinè ordinata, & ineffabilem Dei sapientiam prædicare, ridiculum esset vel aliquâ saltem confutatione, quæ proposita sunt, digna esse putare, quæ quidem extra communes notiones congesta, sponte suâ apud eos, qui mentem habent, coarguuntur. *De terra & imbribus, Manetis opinio.*

Satis autem erat, postquam non minus demonstratum est, nequaquam duo Principia esse præsertim contraria, de homine jam & de reliqua fabrica disserere, nihil tamen prohibet, quin consideremus, quomodo proposita incredibilia sunt. Ferebatur, inquit, aliquando materia perturbato ordine. Quâ ordinis perturbatione? an secum sola? an contra aliquem? omnis enim injustitia non est sui injustitia, sed altero indiget, in quem fiat. Cui igitur non erat communitas cum alio; in quem perturbato ordine ferebatur? aut quæ ratio ipsius perturbationis? *Sententia de Materia refutatur.*

Generabat quidem, primùm nequitia progrediens, & crescebat: igitur ingenita generabat, & non erit locus dicendi, æternam aliquid novi moliri: aut enim natura molietur, atque ita nunquam intermisit rerum novarum molitionem; si modò appellare oportet novarum rerum molitionem, contra quam negotium à Deo susceptum minimè principium temporis habeat; aut si hoc cogitatione utens facit, rationem habet & cognitionem; & eversa est causa nequitiæ ratione carentis. Sivè igitur ratiocinatione utens, sive motu rationis experte seditionem movit, quæ ratio patitur, ut infinitis sæculis dimissa sit hujusmodi seditionem movere? ex quo enim dicit cohibitam

&

(*a*) Velut anus fabulas narrat & scribit; *sic enim Græca.* Basn.

& retentam esse, punctum temporis fluxisse reperietur, si cum infinitis sæculis præteritis comparetur. Quod enim incipit & terminat, finitum est; qui autem sunt ex toto infiniti, æterni sunt & ingeniti.

Præterea, si ratiocinatione utens ad seditionem depravabatur, quomodo non potius aggressio rei, quæ fieri non poterat, interrupta & rescissa est? tanquam non posset contra sapientiam invictam incursionem facere? unde factum est, ut caverent, ne ei rationem & cognitionem tribuerent, ut locum haberet commentum seditionis contra Deum, & necessariò ab ignorantia, & natura non ratiocinante tracta, non expectabit infinita sæcula, dum se armat, & se exercitu sepit, fiat ad audaciam promptior. Si enim copiosior fiebat iis, quos generabat, nequaquam tamen appetitum naturæ augebat, neque motus naturalis quicquam appetitus assumebat, neque accidisset ei primùm quidem augescere, atque ita seditionem movere; hoc enim naturæ ratione utentis est, quæ ex proposito nequiter agit.

An Satan sit deterior quàm fuit.

Quomodo autem augeri poterat nequitia (id est, Satanas) accessione sobolis? si enim iis, quos gignebat, ad nequitiam perficitur, imperfecta erat nequitia, & non erat in summo & fastigio nequitiæ: sin verò erat perfecta & summa secundum rationem propriam, rursus minimè videbitur augeri nequitia per propagationem generatorum, neque fiet audacior & præfidentior, cùm non sit particeps rationis; nec ad auxilium suum adhibebit quos genuit: alioqui videbitur antequam procrearet, imperfecta fuisse non solùm nequitia ad nequitiam, sed ad vires & robur, quod alienum est ab ingenito.

Seditio inter natos mali Principii.

Explanans autem modum seditionis hujus factæ, Qui, inquit, ex ea nati sunt, se mutuò insectati sunt & devoraverunt, dura & gravia passi; neque prius desisterunt in seipsos moveri, quàm lumen serò tandem viderent; his enim verbis utitur, à se enim ipsi exagitati cùm alioqui nescirent, ita tamen ausi sunt usque ad lumen accedere. Ecquid his incredibilius, & magis commentitium? eos, qui unam matrem sibi adscribunt & vendicant, & cognatione naturæ juncti sunt, in seipsos frustra invadere, & vicissim membra sua devorare, & nunquam in hac re cessare? Quod quidem si verum erat, præstabat ipsos à se ipsis consumi; & inaniter demens Manichæus ἀταξίαν, id est, perturbationem ordinis vocat in eo, quod utile est; huic enim nequitiæ ascribit & assignat perturbationem ordinis ante mundum, quam sic vocat, tanquam doleat, & se misereat materiæ, quod non prius à se ipsa utiliter & convenienter consumpta esset; & tanquam quidam amicus hujus mœrens ac

φησὶν αὐτὴν ἕως νῦν, στιγμῇ χρόνου γένοιτ᾽ ἄν· εἰ παραβάλοιτο τοῖς παρελαβοῦσιν ἀπείροις αἰῶσι· τὸ μὲν γὰρ ἄρχον καὶ τελειοῦν πεπέρασται· οἱ δὲ παντελῶς ἀπέραντοι ἀΐδιοί τε καὶ ἀγέννητοι.

Ἔπειτα εἰ λογισμῷ ἐκακύνετο πρὸς τὴν ἐπανάστασιν, πῶς οὐχὶ καὶ λογισμῷ διεκόπη τὸ ἀδύνατον τῆς ἐπιχειρήσεως; ὡς οὐχ᾽ οἷόν τε ὂν ἐπιδραμεῖν, ἀηττήτῳ σοφίᾳ; ὅθεν πεφεύγασι προσομολογεῖν αὐτῇ, λογισμόν τε καὶ γνῶσιν, ὡς ἂν χώραν ἔχει τῆς ἐπαναστάσεως τῆς κατὰ Θεοῦ τὸ πλάσμα· καὶ ἐπάναγκες ὑπὸ ἀγνοίας καὶ ἀλογίστου φύσεως ἑλκόμενοι οὐκ ἐκδέξεται ἀπείρους καὶ ἀπεράντους αἰῶνας ἑαυτὴν ὁπλίζουσα, καὶ δυνάμει περιβάλλουσα, ὡς γενέσθαι πρὸς τὴν τόλμαν προχειροτέραν· εἰ γὰρ δὴ καὶ πλείων ἐγίγνετο οἷς ἐγέννα, ἀλλ᾽ οὔτι γε τὴν ὁρμὴν τῆς φύσεως ηὐξάνετο, οὐδὲ προσελάμβανέ τι ταύτης τὸ φυσικὸν κίνημα· οὐδ᾽ ἂν ἐδέξατο πρῶτον γε αὐξηθῆναι, καὶ οὕτως ἐπαναστῆναι· τοῦτο γὰρ λογικῆς φύσεως προθέσει πονηρευομένης.

Πῶς δὲ καὶ αὔξησις τῆς κακίας γένοιτ᾽ ἄν, ἡ προσθήκη τῶν προβολῶν; εἰ γὰρ οἷς γεννᾷ τελειοῦται εἰς κακίαν, ἀτελὴς ἦν ἡ κακία, καὶ οὐκ ἦν ἐν ἀκρότητι κακίας· εἰ δὲ τέλεια καὶ ἄκρα, κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, ἑκάτερα τὰ ἐναντία, οὐδαμῶς αὐξάνεσθαι δόξει ἡ κακία διὰ τῶν προβολῶν, οὐδὲ θαρσαλεωτέρα γενήσεται, λογικὴ μὴ οὖσα, οὐδὲ πρὸς ἐπικουρίαν ἑαυτῆς παραλήψεται· δόξει γὰρ πρὸ τῆς τεκνώσεως ἀτελὴς γεγονέναι οὐ μόνον πρὸς κακίαν ἡ κακία, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἰσχὺν καὶ ῥώμην, ὅπερ ἀλλότριον ἀγεννήτου.

Τὸν δὲ τρόπον τῆς ἐπαναστάσεως εἰσηγούμενος ταύτης φησὶν, ἤλαυνον καὶ κατήσθιον οἱ ἐξ αὐτῆς ἀλλήλοις, δεινὰ καὶ χαλεπὰ διαπαθόντες· καὶ οὐ πρότερον ἐπαύσαντο ἀλλήλοις ἐπανιστάμενοι αὐτῇ λέξει φησὶ, μέχρι οὗ τὸ φῶς ὀψέποτε ἐφώρασαν· διωκόμενοι γὰρ ἀπ᾽ ἀλλήλων, ἀγνοοῦντες μὲν, ὅμως δὲ τετολμήκασι· καὶ μέχρι τοῦ φωτὸς ἀναχθῆναι· καὶ τί δὴ τούτων ἀπιθανώτερον, ἢ μυθωδέστερον; τοὺς μίαν μὲν ἐπιγραφομένους μητέρα, συγγενείᾳ δὲ φύσεως ἡνωμένους, ἀλλήλοις ἐπιφύεσθαι μάτην, καὶ ἀλλήλων τὰ μέλη κατεσθίειν, καὶ μηδέποτε λήγειν τοῦτο δρῶντας; ὅπερ εἰ καὶ ἀληθὲς ἦν βέλτιον ἦν αὐτοὺς ὑφ᾽ ἑαυτῶν ἀναλίσκεσθαι· καὶ μάτην ὁ ἀνόητος (a) ἀταξίαν καλεῖ τὸ συμφέρον· ταύτης γὰρ μάλιστα τῆς κακίας ὁρίζεται τὴν πρὸ κόσμου ἀταξίαν· ἣν ὥσπερ λυπούμενος τῆς ὕλης οὕτως ὀνομάζει· ὅτι μὴ προσηκόντως ὑφ᾽ ἑαυτῆς ἀνηλίσκετο· καὶ ὥσπερ τις φίλος ταύτης ἀδημονῶν ἐφ᾽ οἷς ἑαυτὴν κατέβλαπτεν,

(a) *Hoc Manichæo tribuit Turrianus.* Basn.

SÆC. IV. ANNO 360.

τέθλαπτεν, ἀταξίαν καλεῖ· ἃ συμφέροντως καθ' ἑαυτῆς ἔδρα· δέον διαταξίαν τὴν ἀνωτάτω καλέσαι, τὸ φθείρεσθαί γε ὑφ' ἑαυτοῦ τὸ κακόν. ὁ δὲ ἠτάκτουν φησὶ, καὶ ἠδίκουν ἀλλήλους, τὸ φῶς δὲ ἰδόντες ἐπαύσαντο.

Οὐκοῦν ἐπεβούλευσε τῷ συμφέροντι τὸ φῶς, εἴγε τοὺς κακοὺς ἀλλήλων ἐρρύσατο, καὶ ὥσπερ φάρμακον ἰατροῦ εὐηργέτησε τοὺς νοσοῦντας· οὐκ ἦν δὲ πρὸς ἀγαθοῦ φείσασθαι τοῦ κακοῦ, εἰς τὸ διαμένειν καὶ σώζεσθαι, καὶ μὴ ὑφ' ἑαυτοῦ ἀναλίσκεσθαι· εἰ γὰρ ὑφ' ἑαυτοῦ δαπανᾶσθαι τοῦτο διεκώλυσεν, ἄντικρυς αὐτὸς διετήρησεν αὐτό· καὶ εἴη ἂν ἀληθέστερον τοῦτο ἀταξία, ὃ φησὶ τὴν ἀταξίαν πεπαυκέναι· ὅτε τοίνυν αὐτῇ λέξει φησὶν ἡ παρ' αὐτοῖς βίβλος, πρὸς ἀλλήλους στασιάζοντες ἐπεπόλασαν, καὶ μέχρι τῶν μεθορίων καὶ τὸ φῶς εἶδον, θεαμά τι κάλλιστον καὶ εὐπρεπέστατον, τότε ὑπὸ τῆς ἐν αὐτοῖς κινήσεως ἐνθουσιῶντες, κατὰ τοῦ φωτὸς ἐβουλεύσαντο, τί δὴ ποιήσαντες δύναιντο ἂν αὐτοὺς τῷ κρείττονι συγκεράσαι; τοῦτο δὲ λογίσασθαι οὐχ οἷοί τε ἦσαν, ἀλλ' ἐπιθυμίᾳ τοῦ κρείττονος ἴδιον θήραμα νομίσαντες αὐτοῖς ἔσεσθαι, πολλοὶ ὄντες ἐπεστρατεύσαντο.

Λανθάνει δὲ τοῖς τῆς κακίας υἱοῖς τὰ πάντων κάλλιστα προσμαρτυρῶν· εἰ γὰρ τὸ κάλλιστον καὶ εὐπρεπέστατον ἐρασμίως εἶδον, καὶ ἐπιθυμήσαντες θήραμα ἴδιον ἐνόμισαν αὐτὸ, δῆλον ὡς ὀρθοί γε ἦσαν τὴν ὑπόληψιν, ὥστε καὶ βουλεύονται οἱ λόγου μὴ μετέχοντες, ὅπως ἂν ἑαυτοὺς ἐγκεράσαιεν τῷ φωτί. καὶ φθόνου λοιπὸν ἦν τὸ μὴ ἀνεῖναι τούτοις τοῦ ἀγαθοῦ τὴν ἀπόλαυσιν· οὐχ ἕστηκε γὰρ τοῦ Μάνεντος ὁ λόγος· εἰ γὰρ κατ' ἀλλήλων ἐμαίνοντο, καὶ ἔδει γε αὐτοὺς καταλιπεῖν ὑπ' ἀλλήλων φθείρεσθαι· εἰ δὲ ἐπεθύμησαν ὡς ἀστεῖοι τοῦ φωτὸς, καὶ προσῆκον ἦν αὐτοῖς ἐπιτρέψαι τούτου τὴν ἀπόλαυσιν· ἀστεία γὰρ καὶ ἐπαινετὴ κατὰ φύσιν πάντως ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιθυμία, οὗπερ ἀπολαύειν μὲν μὴ ἠδύναντο, ὥς γε ὁ τὰ τοῦ Μάνεντος συγγράφων φησὶν, ἐπιθυμοῦντες, διαφθείρειν δὲ οὐχ οἷοί τε ἦσαν· τοιοῦτο γὰρ πάντως τὸ ἀγαθὸν, οἷον μήτε δαπανᾶσθαι, μήτε ἄλλως ἐπιβουλεύεσθαι πρὸς τῶν μετεχόντων αὐτοῦ· ἐπεστράτευσαν δὲ ὁμοῦ πάντες, τίνα τρόπον, μὴ εἰδότες τὸν ἀντιστάμενον· φησὶ γὰρ αὐτὸ τὸ γράμμα, ἀφ' οὗ τὰ παρὰ τοῦ Μάνεντος παρεθήκαμεν, ὡς οὐδ' ὅτι Θεὸς ἐν φωτὶ διῃτᾶτο ἐγίνωσκον· οὐδ' ὅτι τολμήσαντες κατὰ τοῦ οἰκητηρίου τοῦ Θεοῦ. οὐκ ἔμελλον ἀθῷοί ποτε ἀπαλλαγῆναι.

Εἰ τοίνυν μὴ ᾔδεσαν τὸ κωλῦον ἐναντίον, ἄλογον πάντη τὸ ἐπιστρατεύειν, ἐφ' οἷς οὐκ ᾔδεσαν κωλυόμενοι· ὁπλί-

graviter dolens, quòd sibi nocuisset, quæ contra se utiliter fecit, in iis perturbationem ordinis vocat, cùm deberet potius compositionem ordinis excellentissimam vocare, interire scilicet malum à seipso. Ille autem ait, in perturbato ordine erant, & sibi inter se nocebant, viso lumine desiverunt. SÆC. IV. ANNO 360.

Igitur insidiatum est lumen utilitati, si quidem malos à mutua cæde liberavit, & tanquam medicina medici profuit ægrotis. At non conveniebat bono, ut parceret malo, & fineret permanere incolume, & non fineret à se ipso consumi. Si enim, ne à se consumeretur, hoc prohibuit, ipse planè servavit ipsum, essetque verior ἀταξία, id est, aberratio à bono ordine hoc, quod ait, sublatam esse perturbationem ordinis. Sic igitur est in libro, qui apud ipsos fertur; seditione inter ipsos ortâ, prodierunt usque ad confinium, & viderunt lumen spectaculum quoddam pulcherrimum, & maximè decorum; tunc commotione suâ in insaniam acti consultaverunt de lumine quid faciendum esset, ut se cum eo, quod præstantius erat, miscerent. Hoc autem cogitare non poterant, sed præ cupiditate melioris arbitrati futuram esse propriam prædam, cùm multi essent, exercitum instruunt. Quomodo sedata.

Manichæus, quæ sunt omnium pulcherrima & bellissima, filiis nequitiæ testimonio suo nesciens tribuit. Etenim si quod est pulcherrimum, & maximè omnium decorum, amanter viderunt, & cupiditate incensi propriam prædam esse existimaverunt, liquet rectè sensisse. Quare consilium capiunt, qui non sunt rationis participes, quomodo se ipsi cum lumine misceant; & relinquitur, ut invidia esset, non permittere istis frui bono; non enim erat sermo Manichæi constans. Si enim contra se insaniebant, oportebat quidem dimittere eos, ut à se ipsis interirent. Si desiderio luminis tanquam elegantes tenebantur, honestum etiam erat eis concedere, ut fruerentur. Decorum enim & laudabile omninò est secundum naturam desiderium boni, quo frui non potuerunt, sicut ait qui dogmata Manichæi scripsit; cùm alioqui desiderarent, potuerunt tamen se conficere & destruere; tale enim penitus est bonum, ut neque consumi possit, neque possint insidias ei ponere, qui ejus participes sunt. Quomodo omnes simul in militiam profecti sunt, qui non cognoverant, quis resisteret & adversaretur? Sic enim est in libro, unde ista Manichæi apposuimus, quod neque Deum in lumine habitare sciebant, neque se unquam impunè laturos, si in Dei domicilium invadere auderent. Desiderium luminis bonum.

Si igitur non cognoverunt contrarium, quod obstabat eis, alienum est prorsus à ratione educere exercitum contra eos, à quibus se repelli nescie-

SÆC. IV. ANNO 360.

nesciebant; par enim erat armari eos, ut ajunt ipsi, igne & tenebris, si prævidissent se ab alienis arceri. Sed quia omninò ignorabant, non solùm non est credibile, sed planè sibi repugnans, armaturam & exercitum describere, cùm nullus penitùs expectaretur ad resistendum adfuturus. Non minus contrarium est dicere, tum cupiditatem luminis illos habuisse, tum apparatu bellico usos esse confiteri: armis enim bellicis omnis hostis contra adversarium se tegit & munit; non contra id, quod cupit esse præmium certaminis. Si ergo non erat adversarius, quatenus ipsi ignorabant, quomodo non sunt contraria cupere & belligerare? Quomodo autem illud etiam non est magnopere repugnans, eos, qui in iis, quæ secundum naturam sunt, nunquam concordes fuerunt, inter se ad bellandum conspirasse? Simul, inquit, contra lumen consilium ceperunt. Qui enim membris suis inter se vicissim pascebantur, & semper nullâ unquam intermissione factâ contra se insaniebant, quomodo in iis, quæ præter naturam sunt, ad habendam cupiditatem, & ad commotionem iræ contra Deum concordes fuerunt?

Si verò juvit spectasse lumen, nonnè oportebat duci eos à Deo ad perfectam naturæ mutationem, adhibitâ illis curatione ad fruendum ipso bono, hoc est, Deo perfectè? Quomodo juvit spectaculum luminis visi profectos ad bellandum cum exercitu? quibus hoc ipsum lumen non permisit contra se ipsos furorem amplius exercere, ut quidem exercere oportebat; contra se verò ipsum præter quàm oportebat, permisit? Verùm in his quidem commentis multum deliramenti est, quæ aliter etiam convincimus, non posse condonari; nominant enim terram boni (id est, Dei;) qualem verò terram ante mundi creationem? Apud eos scilicet ortum rerum anticipant nomina: prius enim quàm fateantur creasse Deum mundum, ait absurdissimus Manichæus, esse quod nondum factum erat. Terra namque si quidem fuerat, erat: sin verò non erat facta, erat simul cum Deo ingenita. Quid verò opus erat Deo terra, quâ non fuit usus? Sed hîc insipienter terram Dei vocat, antequam dicat factam esse: nec enim ante creationem poterat testimonium dici de terra facta.

Malum Principium non potuit videre lumen.

Deinde à Deo quidem creatum est lumen in aspectum cadens, ipse autem Deus lumen est intelligibile, non sensibile. Vidit igitur, inquit, nequitia lumen summi boni. Si lumen, quod in sensum cadit, nondum erat mundus, nec ortus mundi; quomodo igitur vidit, quod nondum factum erat? cui enim fuisset usui, nondum homine, qui uteretur, creato? utilia enim utenti cognata sunt, non enim Deo, qui ab omni participatione sensili liber est, uti-

ζεσθαι γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς, ὥς φησι πυρὶ καὶ σκότῳ, εἰ προῄδεσαν τῶν ἀλλοτρίων εἰργόμενοι· ἐπεὶ δὲ παντελῶς ἠγνόουν, οὐκ ἀπιθάνου μόνον, ἀλλὰ καὶ σαφῶς μαχομένου λόγου, ὅπλισίν τε καὶ στρατιὰν διαγράφειν, κατὰ μηδενὸς παντελῶς ἐναντιοῦσθαι προσδοκωμένου· οὐχ ἧττον δὲ ἐναντίον, καὶ τὸ πῆ μὲν ἐπιθυμίαν πρὸς τὸ φῶς ἐκείνοις γενέσθαι λέγειν, πῆ δὲ παρασκευῇ πολεμικῇ κατ' αὐτοῦ κεχρῆσθαι τούτους ὁμολογεῖν· ὅπλον γὰρ πάντως πολεμικὸν κατὰ τοῦ ἀνθισταμένου προβάλλεται πολέμιος ἅπας, οὐ καθ' οὗ ἔχει τὴν ἐπιθυμίαν ἐπάθλου· εἰ τοίνυν μὴ ἦν κατὰ τὴν αὐτῶν ἄγνοιαν ὁ ἀντιστάμενος, πῶς οὐκ ἐναντίον τὸ ἐπιθυμεῖν τῷ πολεμεῖν; πῶς δὲ οὐχὶ λίαν κἀκεῖνο μαχόμενον; εἴγε οἱ μηδέποτε συμφωνήσαντες ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἀλλήλοις συνέπνεον; ὁμοῦ γάρ φησι κατὰ τοῦ φωτὸς ἐβουλεύσαντο; οἱ γὰρ τὰ ἀλλήλων μέλη τρεφόμενοι, καὶ μηδέποτε τῆς κατ' ἀλλήλων μανίας παυσάμενοι πῶς ἐν τοῖς παρὰ φύσιν εἰς ἐπιθυμίαν ἅμα καὶ ὀργὴν κατὰ τοῦ κρείττονος συνηφώνησαν.

Εἰ δὲ ὤνησεν αὐτοὺς ἡ θέα τοῦ φωτὸς, πῶς οὐκ ἔδει γε πρὸς ἀγαθοῦ πρὸς τελείαν αὐτοὺς τῆς φύσεως μεταβολὴν ξεναγωγηθῆναι, τῇ ἐπιτροπῇ τῆς ἐντελοῦς τοῦ κρείττονος ἀπολαύσεως; πῶς δὲ ὤνησεν ἡ θέα τοῦ φανέντος φωτὸς στρατευσαμένους, εἰς τὴν μανίαν οὐκέτι κατ' ἀλλήλων δεόντως ἐνεργεῖν τοῦτο συνεχώρησε, καθ' ἑαυτοῦ δὲ παρὰ τὸ δέον ἔτρεψεν; ἀλλὰ πολὺ μὲν ἐν τούτοις τοῖς πλάσμασι τὸ ληρῶδες· ταῦτα δὲ καὶ ἄλλως ἀσύγγνωστα δειχθείη. γῆν γὰρ ὀνομάζουσι τοῦ ἀγαθοῦ· ποίαν δὲ ταύτην πρὸ τῆς δημιουργίας; προλαμβάνει δὴ παρ' αὐτοῖς τὰ ὀνόματα, τὴν τῶν πραγμάτων τὴν γένεσιν· πρὶν γὰρ ὁμολογῆσαι τὸν Θεὸν πεποιηκέναι, λέγει εἶναι ὁ χαλεπώτατα μανεὶς, τὸ μηδέπω γεγενημένον· γῆ γὰρ, εἰ μὲν ἐγένετο, ἦν· εἰ δὲ μὴ γενομένη ὑπῆρχε, συναγένητος ἦν τῷ Θεῷ· γῆς δὲ τίνα χρείαν εἶχεν ὁ Θεὸς, γῇ μὴ κεχρημένος; ἀναλογίστως γῆν Θεοῦ ὀνομάζει, πρὶν ταύτην εἰπεῖν γεγονέναι· οὐδὲ γὰρ ὅσον τε ἦν πρὸ δημιουργίας μαρτυρῆσαι ταύτῃ τὸ γενέσθαι.

Ἔπειτα Θεοῦ μὲν ἐστὶ φῶς αἰσθητὸν δημιούργημα αὐτὸς δὲ φῶς ἂν εἴη νοητὸν, οὐκ αἰσθητόν· εἶδεν οὖν ἡ κακία φησὶ, τὸ φῶς τοῦ ἀγαθοῦ; εἰ μὲν τὸ αἰσθητὸν φῶς, οὔπω κόσμος, οὔτε γένεσις κόσμου· πῶς εἶδε τὸ μηδέπω γεγενημένον· τοῦ γὰρ κεχρημένου μήπω τυγχάνοντος ἀνθρώπου, τίνι χρήσιμον ἦν τὸ φῶς; συγγενῆ γὰρ τῷ κεχρημένῳ τὰ χρήσιμα· οὐ γὰρ δὴ Θεῷ χρήσιμον ἦν ἀπηλλαγμένῳ πάσης αἰσθητῆς μετουσίας·

SÆC. IV. ANNO 360.

σίας· εἰ δὲ αὐτὸν τὸν Θεὸν, ὅσπερ ἐστὶ νοερὸν φῶς, πάντως ὁμοιώματι φύσεως εἶδε τὸ ὅμοιον, ἀνάγκη τοίνυν αἰσθητὸν φῶς αὐτὴν ἑωρακέναι· αἰσθητὸν δὲ πρὸ τῶν αἰσθητῶν, οὐ τίνος χάριν ὑπῆρχε; πῶς δὲ ὅμως σκότος, ὁρᾷ φῶς; εἰ γὰρ ἐθεάσατο φῶς, οὐκ ἂν εἴη σκότος· πολλὴν γὰρ ἔχει τὴν κοινωνίαν ἡ αἴσθησις πρὸς τὸ αἰσθητόν· φυσικὴ γὰρ ἡ ἐπιβολὴ δι' ὁμοιότητα τῆς ὄψεως πρὸς τὸ φαινόμενον· αὐτίκα ἀναμάσσεται ἅμα τούτου τὸν χαρακτῆρα, διὰ τὴν ἔννομον τῆς φύσεως κοινωνίαν· σῶμα μὲν γὰρ, σῶμα ὁρᾷ· ὅμοιον δὲ τῷ ὁμοίῳ ἐπιβάλλει, καὶ οὐκ ἔνεστι τὸ κρεῖττον, καὶ ἀναβεβηκὸς τῇ φύσει, καί τοι γε οὐκ ἐναντίως ἔχον, πλὴν ὅτι γε ἀσώματον τῷ ὑποβεβηκότι, ἅτε δὴ σωματικῷ πάντως οὐχ ὁρατόν, ἆρά γε τὸ ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ εἴγε ἐστὶν ἀόρατον, οὐκοῦν συγγενῆ καὶ φίλα, καὶ οὐδαμῶς ἐναντία.

Ἀλλὰ πλῆρες ὀλέθρου Βαρβάρου τὸ πλάσμα· φησὶ γὰρ οὐ μόνον εἶδεν ἡ ὕλη, ἀλλὰ καὶ ἐπιβῆναι ἐβουλεύετο ὥσπερ τινὰ σπουδὴν τιθέμενος ταύτην εἰς ἀπόδειξιν τῆς πρὸς τὸ φῶς κοινωνίας· τάχα καὶ μετέγνωσαν οἱ ἐξ αὐτῆς, ὅτι ἐν ἀπλέτοις αἰῶσι τοῖς προλαβοῦσιν ἀπείρατοι ἐγεγόνεισαν τοῦ φωτός· καὶ τίνα τρόπον σκότος μεταποιεῖται φωτός; ἢ τίνος χάριν ἐπελθεῖν τούτῳ γε βούλεται; ἆρά γε ἵνα τὴν φύσιν μεταβάληται, καὶ γένεται φῶς, ἢ ἵνα (a) γράφῃ φωτὶ ἐναντίαν τῆς φύσεως τροφήν; ἀλλ' ἀγνοοῦσα ἐπιβῆναι ἤθελε· καί τοι εἰ μὲν ἔγνω, λόγον εἶχε τὸ μεταποιηθῆναι· οὖσαν δὲ φύσει κακίαν καὶ ἀγνοοῦσαν, ἀνατροπὴ παντελὴς τῆς ὑποθέσεως τὸ μὴ καὶ φυγεῖν τὸ ἐναντίον.

Τὸ δὲ δὴ μεῖζον εἰς ἀλογίαν ἀποσταλεῖσαν δύναμιν τοῦ ἀγαθοῦ, οὐκέτι φῶς αἰσθητόν· ἀλλ' ὡς ἂν φαίη προβολὴν τοῦ Θεοῦ θεασαμένη, προσκιρτᾷ μὲν ὡς ἐρῶσα, ὁρμᾷ δὲ καὶ καταπίνει, καὶ ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι διανέμει, οὐ δὲ καὶ θεάσασθαι τὸ ἐκ τῆς φύσεως τοῦ ἀγαθοῦ πεμφθὲν ἀδύνατον ἦν, ταύτῃ δυνατὸν φησὶ γεγονέναι, καὶ καταπιεῖν τοῦτο· ἐπὶ πλέον γὰρ τῷ αὐτῷ χρήσομαι λόγῳ, ὡς εἰ καὶ μόνον εἶδε τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ προβεβλημένον, ἑτέρου τινὸς οὐκ ἂν δεοίμεθα λόγου, πρὸς ἀνατροπὴν τοῦ πλάσματος· εἶδε γὰρ πάντως, ὡς ὅμοια τὸ ὅμοιον· τὸ γὰρ πάντῃ κατὰ φύσιν ἐναντίον καὶ πρὸς ἄκραν ἐναντιότητα κεχώρηκος, οὔτ' ἂν ἴδοι

SÆC. IV. ANNO 360.

le erat. Si autem ipsum Deum, quod est lumen intelligibile, omninò vidit similitudine naturæ simile, necesse igitur erat, ut ipsa lumen sensibile vidisset; sensibile autem quorsum fuisset, & in quem usum ante sensibilia creata? Alioqui quomodo tenebræ vident lumen? Si enim viderunt lumen, diabolus non erat tenebræ, magnam enim societatem & conjunctionem habet sensus cum sensibili. Naturalis conjectus oculorum propter similitudinem aspectûs cum re, quæ videtur, statim exprimit figuram ejus propter legitimam naturæ communionem: corpus enim corpus videt. Simile in simile intendit aciem; neque possunt oculi naturæ inferioris, quod naturâ præstantius & excellentius est, videre, nedum quod naturæ contrariæ est. Si autem, quod est naturæ excellentioris, quippe cùm non sit contrarium, præterquam incorporeum, ab inferiore utpote corporeo omninò non potest videri; sanè contrarium à contrario, si modò est, videri non potest. Sunt igitur, ista quæ scilicet se vident, cognata & amica, & nequaquam contraria.

Sed plenum est commentum barbarâ pernicie (b): ait enim, non solùm vidit materia, sed decrevit ascendere, tanquam studium quoddam adhibens ad demonstrandum habere se communionem & societatem cum lumine: fortasse eos, qui ex ipsa nati sunt, pœnituit, quòd infinitis sæculis superioribus non fuissent experti lumen: & quomodo tenebræ adsciscunt & vindicant sibi lumen? aut quorsum, & in quem usum volunt tenebræ invadere lumen? an ut naturam mutent, & efficiantur lumen? an ut nutriantur lumine, alimento naturæ contrario? At ignorans voluit ascendere. Etenim si cognovisset, ratio constaret, cur mutari voluisset: nunc autem cùm naturâ sit nequitia & ignorans, integra eversio totius rei & causæ est, non fugere à contrario.

Materia ascendere conatur.

Quod autem magis à ratione aversum est, ait missam fuisse à bono potestatem, non jam lumen sensibile, sed velut diceret, sobolem Dei. Hanc cùm vidisset materia, concupivit quidem tanquam amans eam; impetum verò in eam fecit & absorbuit, & suis potestatibus distribuit; quâ viâ fieri non poterat, ut videret missum ex natura boni, hoc, inquit, effectum est, ut absorbere posset missum. Utar enim adhuc amplius eodem verbo, quoniam si vel solum vidit, quod ex substantia Dei propagatum erat, non est nobis opus alio quopiam verbo ad evertendum commentum. Vidit enim omnino tanquam similis simile. Quod enim est penitùs secundum naturam contrarium,

Materiæ amor erga sobolem Dei.

(a) An ut imprimat alimentum naturæ lucis contrarium. BASN. (b) *Sic habent Græca:* ἀλλὰ πλῆρες ὀλέθρου Βαρβάρου τὸ πλάσμα. *Quod sic interpretor:* Barbari figmentum pernicie plenum est: *& Barbarus ille, qui talia finxit, est Manes Persa.* Barbaram perniciem *reddit Turrianus nullo sensu.* ID.

Sæc. IV. Anno 360.

rium, & summè contrarium, nunquam videre poterit contrarium, nec propinquabit ei; quia si vel solum videat, ratio contrarii prorsus tollitur.

Deus invisibilis.

Hoc autem addit cæteris, quæ dixit, absurdius, & secum vehementer pugnans, ne opus sit, ut alius contra eum dicat. Amavit enim, inquit, potestatem illam visam tanquam oblita penitùs naturæ propriæ: non illa quidem oblita est, quæ non erat: sed hi sunt suorum commentorum immemores: ajunt enim, priusquam hæc seditionem moveret, non habuisse cognitionem boni; ne cognitione boni naturam ab ipso accusatam ornent. Nonne amentia est, putare eam, quæ in se non habet, unde cognoscat esse bonum, potuisse videre, & postquam vidit, desiderasse? longè enim majus est substantiam aspectu videre, quàm cognoscere esse. Primùm non solùm nos, sed potestates angelicæ excellentiores, esse quidem bonum cognoscimus, ac cognitione solâ ad pietatem in Deum alimur, tantò verò excellentius angeli, quantò naturâ sunt excellentiores: videre autem substantiam Dei neque nobis, nec illis licet: siquidem nos quamdiu corpus secundum naturam induti sumus, nec angelos ipsos videre possumus.

Manifestum enim est, & planè concessum, qui videt, simile sibi videre. Si quis verò existimet futile esse quod dicimus; videmus enim solem, lunam, & stellas, præterea apud nos lapides, aurum, argentum, denique mare ipsum, & omnia animalia, ac nullo pacto his similes sumus; advertat iste, quod etsi eorum quæ enumeravimus, diversæ species sint; at horum omnium genus supremum corpus est. Substantia namque partim inaspectabilis est, ut incorporea; partim aspectabilis, ut corpus. Prima igitur partitio omnia hæc tanquam genus separat & distinguit. Quare corpus, corpus videt; & quatenus corpus, simile & cognatum est videns viso, quamvis sint diversæ horum species propter varietatem & ornatum universi.

Ridiculum enim esset, si quia flos pulcherrimum aspectum habet, & ab auro differt, & quod est floridum differt à viridi, non uterque vocaretur, qui in re est, color; color enim est uterque tametsi diversus: idem enim aspectus cum utroque conjunctionem & societatem habet. Sic omnia corpora sunt aspectabilia, licet differentes sint species. Esse autem corpora alia aliis præstantiora, nihil prohibet, quin omnia corpora sint spectabilia: ex quo fit, ut non sit quod sub aspectum cadit maximè, & præcipuè adorandum ab eo, qui illud cernit tanquam ab ipso comprehensum.

Materia non vidit Deum.

Si igitur materia vidit, quod ex substantia Dei erat, cognatione magnâ & similitudine

τὸ ἐναντίον, οὔτ' ἂν προσεγγίσειεν αὐτῷ· ἐπειδὴ διαφθείρεται τοῦ ἐναντίου ὁ λόγος παντελῶς, εἰ καὶ μόνον ἴδοι.

Τοῦτο δὲ προστίθησι τῶν εἰρημένων ἀτοπώτερον ἰσχυρῶς ἑαυτῷ μαχόμενος· ἵνα μηδεὶς ἕτερος δεηθῇ πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν· φησὶ γὰρ, ἠράσθη τῆς φανείσης δυνάμεως, ὥσπερ ἐπιλαθεῖσα παντελῶς τῆς ἰδίας φύσεως· οὐ μὲν δὴ ἐκείνη γε ἡ μὴ οὖσα, ἀλλ' οὗτοί γε τῶν ἰδίων πλασμάτων· εἰ γὰρ πρὶν ἐπαναστῆναι ταύτην φασὶ γνῶσιν τοῦ ἀγαθοῦ μὴ ἐσχηκέναι, ἵνα μὴ σεμνώσωσιν ἀγαθοῦ γνώσει τὴν παρ' αὐτοῦ φύσιν διαβεβλημένην, πῶς οὐκ ἄλογον τὴν μὴ ἔχουσαν ἐν αὐτῇ τὸ εἰδέναι, ὅτι ἐστὶ τ' ἀγαθὸν, ταύτην καὶ ἰδεῖν δυνηθῆναι, καὶ θεασαμένην ἐπιθυμῆσαι· μεῖζον γὰρ ἀσυγκρίτως τοῦ γνῶναι, ὅτι ἐστὶ τὸ θεάσασθαι ὄψει τὴν οὐσίαν· αὐτίκα οὐχ ἡμεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀγγέλων αἱ ἀναβεβηκυῖαι δυνάμεις, ὅτι μὲν ἐστὶ τ' ἀγαθὸν γινώσκομεν, τῇ γνώσει καὶ μόνῃ πρὸς τὴν εὐσέβειαν τρεφόμενοι, ἀγγέλων δηλαδὴ ἀναβεβηκότων κατὰ τὴν γνῶσιν, ὅσον καὶ κατὰ φύσιν· τοῦ δὲ Θεὸν κατ' οὐσίαν ἰδεῖν, οὐδ' ἡμῖν οὔτ' ἐκείνοις μέτον· ὅπου ἡμῖν οὐδ' ἀγγέλους αὐτοὺς, ἐν ὅσῳ τὸ κατὰ φύσιν περικείμεθα σῶμα, δυνατὸν ἰδεῖν.

Δῆλον γὰρ καὶ σαφῶς ὁμολογούμενον, ὡς ὁ τι βλέπων, ὅμοιον ἑαυτῷ ὂν, τοῦτο βλέπει· εἰ δέ τις ἀπαιδεύτως οἰηθείη, σαθρὸν εἶναι τὸ ῥηθὲν, ἐμβλέπομεν γὰρ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας, ἔτι μὴν ὑφ' ἡμᾶς λίθους, χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, καὶ συνόλως τὴν τε θάλασσαν, καὶ τὰ ζῶα σύμπαντα, καὶ οὐ δήπου τούτοις ὅμοιοι ἐσμὲν, μανθανέτω, ὡς εἰ καὶ διάφορα τὰ εἴδη τῶν κατηριθμημένων, ἀλλά γε τούτων ἁπάντων ἀναβεβηκὸς γένος, τὸ σῶμα· τῆς γὰρ οὐσίας τὸ μὲν ἀόρατον, ὡς ἀσώματον· τὸ δὲ ὁρατὸν, ὡς σῶμα· ἡ τοίνυν πρώτη τομὴ πάντα τὰ ταῦτα ὡς ἂν γένος ἀφορίζει· σῶμα τοίνυν, σῶμα βλέπει· καὶ καθὸ σῶμα ὅμοιον καὶ συγγενὲς τὸ ὁρῶν τῷ ὁρωμένῳ, εἰ καὶ διάφορα τούτων τὰ εἴδη, διὰ τὸ ποικίλον, καὶ κόσμιον τὸ παντί.

Ἐπεί τοι γέλως ἂν εἴη, χρυσοῦν τι τὸ ἄνθος, ἐπειδή γε κάλλιστον τῇ ὄψει φαίνεται, καὶ αἰθάλης τὸ ἀνανθὲς, μὴ ἑκάτερον, ὅπερ καὶ ὄντως ἐστὶ, καλεῖσθαι χρῶμα· χρῶμα γὰρ εἰ καὶ διάφορον ἑκάτερον· ὄψις γὰρ ἡ αὐτὴ ὁμοίως ἑκατέρῳ κοινωνεῖ· οὕτω δὴ πάντα τὰ σώματα ὁρατὰ, εἰ καὶ διάφορα τῷ εἴδει φάσκει μέν· εἰ δὲ σώματα σωμάτων κρείττω, τὸ κωλῦον οὐδὲν, πλήν γε σώματα πάντα· ὅθεν οὐδὲ προσκυνητὸν μάλιστα τῷ ὁρῶντι τὸ ὁρατὸν, ὡς καταλαμβανόμενον πρὸς αὐτοῦ.

Εἰ τοίνυν εἶδε τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ἡ ὕλη τοῦ Θεοῦ, συγγενείᾳ πλείστῃ τε καὶ ὁμοιό-

τητα

Sæc. IV. Anno 360.

τὴν πρὸς τὴν θέαν ἦλθε, καὶ οὐδὲν πλέον ἐχρῆν πρὸς τὸν ἀσύστατον τουτονὶ μῦθον εἰπεῖν· εἰ δὲ καὶ ἐπεθύμησε τοῦ φανέντος τὸ πάντων ἄριστον αὐτῇ προσεμαρτύρησεν ὁ ἀνόητος· ὡς κακίαν μὲν ὄνομα τεθεικέναι δοκεῖν, οὐσίαν δὲ ἀγαθὴν προσομολογῆσαι· τί γὰρ εἰς ἀπόδειξιν καλοκαγαθίας μεῖζον, τοῦ ἐπιθυμῆσαι τ' ἀγαθοῦ; εἰ δέ φησι καὶ ἐπελάβετο, καὶ κατέπιεν ὡς ἐγκύμων γενέσθαι τῆς ἐναντίας τοῦ Θεοῦ οὐσίας· καὶ ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι διένειμεν· ὢ τῆς ἀλόγου μανίας· οὐκ εἶδε μόνον ἀλλὰ καὶ ἐπεθύμησε· καὶ οὐκ ἐπεθύμησε μόνον, ἀλλὰ καὶ κατέπιε· καὶ οὐ κατέπιε μόνον, ἀλλὰ καὶ κατέχει· ταῦτα πάντα σαφῶς οὐ τὴν ἐναντιότητα τῆς φύσεως ὁρίζει, ἄκραν δὲ καὶ τὴν ἀνωτάτω συγγένειαν ἀμφοῖν ὁμολογεῖν.

Εἴτε γὰρ ἀγανακτοῦσα, ὅπερ λογισμοῦ δεῖγμα τυγχάνει, εἴτε καὶ ἐπιθυμοῦσα κατέπιε τὸ φανὲν, φύσεως ἄντικρυς κοινωνία ταῦτα γένοιτ' ἄν· εἰ γὰρ ἄκρως ὑπῆρχεν ἐναντία, συνῆλθεν οὐδαμῶς ἂν ἑκάτερα· οὐ συνεῖδε δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις ὁ βάρβαρος οὐδὲ τοῦτο, ὅτι ἡ ἀποσταλεῖσα παρὰ τοῦ Θεοῦ δύναμις, εἰ μὲν ἀσώματος ἦν, τομὴν οὐδεμίαν παρεδέξατο ἄν· ὡς μηδαμῶς καταδιαιρεθῆναι δύνασθαι κατ' οὐσίαν εἰς τὰς ἐναντίας δυνάμεις, μήτε μὴν καταποθῆναι· τὸ γὰρ ἀσώματον, τίνα ἂν καταποθείη τρόπον; εἰ δὲ σωματικὴ, πᾶν σῶμα κατατεμνόμενον καὶ κατακερματιζόμενον ἀναιρεῖται τρόπον τινὰ, καὶ ζῆν οὐκέτι δύναται τὴν ἰδίαν ζωήν· τοὶ γὰρ οὖν ἢ ἀσώματος ἦν ἡ ἀποσταλεῖσα παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ δύναμις, καὶ οὐδαμῶς, οὔτε κατεπόθη, οὔτε εἰς πολλοὺς διῃρέθη, καὶ πέπαυται καὶ οὕτω παντελῶς ὁ μῦθος· ἢ σωματική τις ἐτύγχανε καὶ ἀνῄρηται πάντῃ, καὶ ἀπόλωλε πρὸς τῆς κακίας, ὅπερ ἐστὶ χαλεπώτερον εἰς ὕβριν τοῦ ἀγαθοῦ· μᾶλλον δὲ ἰσχυρότερον εἰς ἀνασκευὴν τοῦ μύθου· σῶμα γὰρ καθ' ἑαυτὸ διαιρεθὲν καὶ διασκορπισθὲν, νοῦς γὰρ οὐ διαιρεῖται, ποίαν ἔχει τὴν ἰσχὺν, ὥστε ὑποτάττειν τὴν κακίαν, τὸ τοσαύτην γε βλάβην, καὶ ὕβριν εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν ὑπομεῖναι, ὡς ἠφανίσθαι, καὶ ἀπολωλέναι δοκεῖν· τοῦτο γὰρ ἴδιον σώματος κατατεμνομένου.

Τὸ δὲ δὴ παραλογώτερον, εἰ θελήσας Θεὸς γῆν ἐξελέσθαι τῆς κακίας, τὸ ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως γυμνὸν προσήκατο εἰς ὕβριν χαλεπὴν, καὶ διαφθορὰν αὐτῆς γε τῆς οὐσίας, τοσοῦτον αἰῶνα καθεζόμενον κακίᾳ συνοικῆσον, καὶ μεθέξον αὐτῆς, καὶ συναμαρτῆσον αὐτῇ· ὅπερ μίαν γοῦν ὥραν ἢ χρόνου στιγμὴν παθεῖν τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, ὡς ὑποταγῆναι κακίᾳ, καὶ ταύτῃ συναμαρτῆσαι, καὶ πάντων ἀλογώτερον ἂν εἴη· καὶ πόσῳ δὴ βέλτιον ἦν γῆν παραδοθῆναι, καὶ μὴ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ καταληφθῆναι; εἰ γὰρ οὐκ ἀνεκτὴ

ductâ, ad spectaculum venit; nec amplius opus erat dicere contra hanc fabulam, quæ consistere non potest: si verò etiam desideravit, quod vidit, de re omnium optima testimonium illi perhibuit homo stultus, ut videatur nomen quidem nequitiæ imposuisse ei, substantiam verò bonam esse eidem attestatus. Quid enim majus esse poterat ad probandum bonitatem, quàm desiderasse bonum? Quod autem dicit apprehendisse & absorbuisse, ut substantia Dei contraria tanquam semine fieret gravida, & distribuisse suis potestatibus; ô furorem amentis! non solùm vidit, sed desideravit; & non tantùm desideravit, sed absorbuit; & non solùm absorbuit, sed etiam retinuit. Hæc omnia perspicuè non contrariam naturam definiunt, sed potius summam & altissimam cognationem utriusque concedunt.

Materia non absorbuit lumen.

Sive enim succensens, quod quidem ratiocinationis indicium est, sive desiderans absorbuit quod vidit, hæc planè ad communitatem naturæ pertineant. Si enim summè contraria fuissent, nequaquam utraque coissent. Ut alia omittam, neque hoc Barbarus advertit, quod potestas à Deo missa, siquidem incorporea erat, nullam partitionem recepisset, ut nullo modo posset dividi secundum substantiam in contrarias potestates, ac multò minus absorberi: quod enim expers corporis est, quonam modo absorbeatur? Si verò corporea erat, omne corpus sectum, & in frusta partitum quodammodo perit, & non potest vitam suam vivere. Igitur vel incorporea erat potestas à bono missa, & nullo modo absorpta est, nec in multos divisa est, atque ita ex toto fabula sublata est: vel corporea quædam potestas erat, & à nequitia deleta est, & interitum cepit, quod est ad contumeliam Dei sceleratius, quin potius ad eversionem fabulæ valentius: corpus enim per se divisum & dissipatum ac dispersum, (mens enim non dividitur) quas vires habet ad subigendam nequitiam, quod tantum detrimentum & contumeliam in naturam propriam accepit, ut videatur deletum esse, & interisse? hoc enim corporis divisi proprium est.

Deus substantiam suam non misit.

Quod autem amentius est, si cùm voluisset Deus terram eripere nequitiæ, ex natura propria emisit illud nudum ad contumeliam & interitum ipsius substantiæ, tot sæculis sessurum & habitaturum simul cum nequitia, & particeps ejus futurum, ac cum ea pariter peccaturum. Quod quidem vel unam horam aut punctum temporis substantiam Dei passam esse, ut nequitiæ subjecta esset, & pariter cum ea deliquisset, omnem amentiam superat. Quantò melius erat traditam esse terram, quàm substantiam Dei comprehensam esse? Si enim non fuisset ferenda incursio in terram, ut ma-

Sæc. IV. Anno 360.

teria ordinem perturbaret, quantò minus ferenda erat tanta servitus, & naturæ divinæ subjectio, idque non ad brevissimum tempus, sed ad universum & immensum sæculum? ut neque nequitia (a) peccare desisteret, & Deus cum ea per potestatem ex se genitam peccaret.

Unde consequens est, neque Deum voluisse mittere nequitiæ ex substantia sua genitum ad peccandum cum ea: nec illud missum inductum fuisse, & obtemperasse, ut ad tantum malum & luem proficisceretur, ut impleretur scilicet omni iniquitate & injustitiâ, simul & impietate, idque pro terrena liberatione terræ non jam tunc captæ, sed capiendæ, tanquam non potuisset Deus aliter huic terræ præesse. Vide quàm planè infirmum mentiatur Deum Manichæus (b) in Deum furens, tanquam defensor possessionum alicujus pupilli, & cujus infirmitatem necessarium est confiteri, ut partes patroni impleat. Ut enim contra defendens nequitiam nequaquam per se consistentem, omnia quidem fecisse contra Deum narrat, seditionem, impetum in res ejus, postremò, quod est omnium flagitiosissimum, obtinuisse omni sæculo substantiam ejus, eamque in infinitas partes divisisse, præfocare, & in se ipsa reprimere, habereque eam sociam in omni prava actione & intemperantia; Deum autem non potuisse locum suum ullo alio modo neque valenter eripere, neque saltem vacare à peccato, quod naturam ejus decebat.

Peccata substantiæ divinæ in Deum redundant.

Quæ enim id quod ex ipso secundum substantiam genitum est, pariter cum materia peccat, planè in eum, qui genuit, redundant. Sic demùm omnem potentiam in Deum testimonio suo tribuit nequitiæ, Deum verò dicit passum esse omnium durissima, & audet subjungere, quod potestas Dei missa sopivit materiam tanquam belluam cantione, non solùm summè contraria, sermone omni probabilitate, carente miscens, & quæ nullo pacto esse possunt secundum naturam commento suo largiens, sed contrà quam vult hic etiam conficiens & concludens; ex utrisque enim ait hunc Deum universum hoc fabricatum esse. Corpus verò hominis esse quidem nequitiæ; animam verò Dei, sive cùm sunt unius formæ, sive cùm jam ex contrariis composita, quorum neutrum, ut paulò pòst docebimus, consistere potest. Corpus tamen solum, ac per se nihil mali neque cogitat, neque facit; non enim occidit, neque adulteratur, neque latrocinatur, nec aliam injuriam facit, cùm non adest anima.

πρὸς ἀταξίαν τῆς ὕλης ἢ κατὰ γῆς ἔφοδος, πόσῳ μᾶλλον ἀφόρητος ἡ τοσαύτη δουλεία καὶ ὑποταγὴ τῆς τοῦ Θεοῦ φύσεως; καὶ οὐ πρὸς τὸ βραχύτατον, ἀλλὰ πρὸς ὅλον καὶ ἄπλετον αἰῶνα; ὡς τὴν μὲν κακίαν τοῦ ἁμαρθεῖν μὴ πεπαῦσθαι, Θεὸν δὲ συναμαρτάνειν αὐτῇ, διὰ τῆς ἐξ αὐτοῦ προβεβλημένης δυνάμεως.

Ὅθεν εἰκὸς οὐδὲ Θεὸν πρὸς τὸ συνεξαμαρτάνειν ἐθελῆσαι πέμψαι τῇ κακίᾳ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προβεβλημένον· οὔτ' ἐκεῖνο πεισθῆναί τε, καὶ ὑπακοῦσαι πρὸς τοσοῦτον ὄλεθρον ἀφικέσθαι ὥστε πάσης ἀνομίας τε καὶ ἀδικίας, ἅμα καὶ δυσσεβείας ἐμπλησθῆναι ὑπὲρ τοῦ γηΐνου, τοῦ ἤδη ληφθεῖσαν· ἀλλὰ τοῦ καταλαμβάνεσθαι μέλλουσαν ἐλευθερωθῆναι· ὡς οὐκ οἷόν τε ὂν ἑτέρως ταύτης τὸν Θεὸν προστῆναι· ὅρα ὅσην ἀδυναμίαν καταψεύδηται τοῦ Θεοῦ σαφῶς, ὁ κατὰ τοῦ Θεοῦ μανείς· ὥσπερ κτημάτων ὀρφανοῦ τινὸς προϊστάμενος, οὗ τὴν ἀσθένειαν ἐπάναγκες ὁμολογῆσαι, ἵνα τὰ τῆς συνηγορίας πληρωθῇ· ὡς γὰρ τοὐναντίον τὴν οὐδαμῶς ὑφεστηκυῖαν κακίαν πρεσβεύων, πάντα μὲν αὐτὴν κατὰ Θεοῦ δεδρακέναι, λέγει ἐπαναστῆναι, ἐπιβῆναι τοῖς αὐτοῦ θελῆσαι· τέλος, τὸ πάντων κατὰ Θεοῦ χαλεπώτερον, τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἐγκρατῆ σύμπαντα τὸν αἰῶνα γενέσθαι, καὶ κατατεμεῖν ταύτην, ὡς οὐκ ἐνδέχεται εἰς ἄπειρα τμήματα, ἀποπνίγειν τε καὶ ἀποθλίβειν ἐν ἑαυτῇ, καὶ συμμέτοχον ἑαυτῆς ἐν πάσῃ κακοπραγίᾳ καὶ ἀκολασίᾳ ἔχειν· Θεὸν δὲ μὴ δυνηθῆναι μήτε τὸν ἴδιον τόπον ἕτερόν τινα τρόπον δραστηρίως ἐξελέσθαι μήτε τὸ ἀναμάρτητον γοῦν ἑαυτῷ πρεπόντως τῇ φύσει τηρῆσαι.

Ἃ γὰρ τὸ ἐξ αὐτοῦ προβεβλημένον κατ' οὐσίαν τῇ ὕλῃ συναδικεῖ, ἄντικρυς εἰς αὐτὸν ἀνατρέχει τὸν προβεβλημένον· οὕτω δὴ πᾶσαν δυναστείαν κατὰ Θεοῦ τῇ κακίᾳ προσμαρτυρῶν, Θεὸν δὲ τὰ πάντων ἀνήκεστα πρὸς αὐτῆς πεπονθέναι λέγει, καὶ τολμῶν ἐπάγει, ὅτι δὴ κατεκοίμησε τὴν ὕλην ἡ ἀποσταλεῖσα τοῦ Θεοῦ δύναμις· ὡς τὸ θηρίον ἐπῳδῇ, οὐ μόνον ἀπιθάνως τὰ ἄκρως ἐναντία τῷ λόγῳ κιρνῶν, καὶ τὰ μηδαμῶς κατὰ φύσιν ἐνδεχόμενα τῷ ἰδίῳ πλάσματι χαριζόμενος, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον, ἢ βούλεται, καὶ ἐν ταῦθα κατασκευάζων· ἐξ ἀμφοῖν μὲν γὰρ τούτοιν φησὶ Θεὸν δημιουργῆσαι τόδε τὸ πᾶν· τοῦ δὲ ἀνθρώπου εἶναι μὲν τὸ σῶμα, τῆς κακίας, εἶναι δὲ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀγαθοῦ, εἴτε μονοειδῆ, εἴτε συγκειμένην ἐκ τῶν ἐναντίων· καὶ ταύτῃ ὡς ἑκάτερον μικρὸν ὕστερον δείξομεν σύστασιν οὐδὲ μίαν ἔχον· σῶμα μέντοι καθ' ἑαυτὸ, οὐδὲν τῶν κακῶν, οὐδ' ἐπινοεῖ, οὔτε δρᾷ, οὔτε γὰρ φονεύει, οὔτε μοιχεύει, οὔτε λῃστεύει, οὔτε ἄλλο τι τῶν ἀδικημάτων ἐργάζεται, ψυχῆς αὐτῷ μὴ παρούσης.

Καί

(a) *Nequitiam vocat semper Satanam.* Turr. (b) *Deest nomen Manichæi; sed alludit perpetuò Titus ad significationem hujus vocis, ipsumque furentem aut furiosum semper appellat.* Basn.

SÆC. IV. ANNO 360.

Καί τοι τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἕνεκεν ἐπινενόηται τῷ Μάνεντι τῆς ἐναντίας ἀρχῆς ἡ ὑπόστασις, καὶ τῶν ἐναντίων ἡ κρᾶσις, ὡς ἄν τὸ αἴτιον αὐτῶν εὑρεθείη· εἰ δὲ ἡ κρᾶσις τῆς ψυχῆς τοῦ ἀγαθοῦ πρὸς τὸ σῶμα τοῦ κακοῦ, τῶν ἀδικημάτων ἀνθρώποις παρέσχε τὰς ἀφορμάς, καθ' ἑαυτὸ γὰρ οὐ πλημμελεῖ σῶμα, βέλτιον ἦν μὴ συγκραθῆναι τὴν πεπλασμένην τοῦ ἀγαθοῦ δύναμιν τῇ μὴ οὔσῃ κακίᾳ· οὐ γὰρ ἄν τῶν κατὰ ἀνθρώπους ἁμαρτημάτων οὐδὲν ἐπολιτεύετο, οὐδ' ἂν ὑπῆρχεν ὅλως· ποῖος γὰρ ἦν ὁ φόνος, τοῦ φονευομένου μὴ ὄντος; εἴγε μὴ διὰ τῆς τῶν ἐναντίων κράσεως, κατὰ τὸν γελοιότατον λόγον ἐγεγόνει κόσμος; ποία δ' ἂν μοιχεία, τοῦ σώματος μὴ ὄντος, μήτε καθ' ἑαυτὸ γοῦν ἐπιθυμοῦντος, εἰ μὴ ψυχὴ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ κατεπέμφθη; δυεῖν γὰρ θάτερον, ἢ τοῦ ἀγαθοῦ οἰκονομίᾳ χρὴ φάσκειν συνελθεῖν τ' ἐναντία, ἵνα γένηται ὡς πρὸς ἀγαθοῦ κόσμος· καὶ ὅλως αὐτὸς αἴτιος ἂν εἴη τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν, εἴγε ἑκὼν τῇ κακίᾳ προσεχρήσατο κατὰ τῶν γενησομένων, ἢ ἐβιάσθη πρὸς τῆς κακίας, καὶ ἤδη τὰ νικητήρια κατὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἀπενήνεκται ἡ κακία.

Ποῖος γὰρ ἦν αὖθις λέγω, φόνος, εἰ μήτε ἄνθρωπος ἦν, μήτε ξίφος, μήτε ἄλλό τι τῶν φονικῶν ἐργαλείων, εἰ μὴ διὰ τῆς συνόδου τῶν ἐναντίων κατεσκευάσθη ὁ κόσμος; ἡ γὰρ ὕλη καθ' ἑαυτήν, εἰ καὶ πρὸς ἀλλήλους οἱ ἐξ αὐτῆς ἐστασίαζον, φόνον μὲν οὐκ ᾔδει, οὐ γὰρ εἶχε θνητὸν, ὃν φονεύει· μοιχείαν ἠγνόει, οὐ γὰρ κατεγγυήσεις γάμων παρ' αὐτῇ ἐπολιτεύοντο, οὐ μὴν οὐδ' ἐσυκοφαντεῖτο, οὐδὲ γὰρ ὅλως τὸ κρίνειν εἶχεν ἄλογος οὖσα, φιλαργυρίας δὲ τῶν κακῶν τῆς ῥίζης καὶ φιλοδοξίας, οὐδὲ ἕως προσηγορίας ἐμέμνητο· ἡ γὰρ φυλαργυρία παρ' ἀνθρώποις, διὰ τὴν χρείαν, ἧς ἠλευθέρωτό γε ἐκείνη· καὶ ἡ φιλοδοξία λογισμοῦ πάθος, ἧς οὐ μετεῖχεν ἀλόγιστος οὖσα γαστριμαργία τε καὶ πορνεία, καὶ ἀῤῥενοφθορίας παρ' αὐτῇ χώραν οὐκ εἶχε· καὶ συνόλως πάντα τὰ κακὰ, ἃ παρὰ ἀνθρώποις ἀναφαίνεται, οὐδαμῶς εἶχεν ἡ ὕλη πρὸ κόσμου.

Ὥστε οὐκ ἐπεδήθη τῇ συγκράσει, ἀλλὰ τοὐναντίον κατὰ τὴν ἀνόητον αὐτὴν ὑπόθεσιν, ὥσπερ ἵππος πεδίου λαβομένη, διαθέει πρὸς τὴν ἀδικίαν τῶν κακῶν φερομένη· ἃ γὰρ μηδαμῶς ὑπῆρχε πρὸ κόσμου κακὰ, ταῦτα ἀφ' οὗ κόσμος, ἐν κόσμῳ ἐμπολιτεύεται· κἂν γὰρ θείη τὶς κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον στασιάσαι, καὶ μανῆναι κατ' ἀλλήλων τοὺς τῆς ὕλης, καὶ μυρία ἀλλήλους διαθεῖναι κακὰ καὶ κατὰ τοῦ φωτὸς στρατεῦσαι· οὐ μέντοι τὸν κατάλογον τῶν κατηριθμημένων ἀνθρωπίνων κακῶν ἐκείνοις ὑπάρξαι

SÆC. IV. ANNO 360.

Atqui ob hanc causam excogitavit Manichæus hypostasim principii contrarii, & mistionem contrariorum, ut causa malorum reperiretur. Sed si admistio animæ, quæ Dei est, cum corpore, quod diaboli, causas & primordia injuriarum, ac peccatorum hominibus præbuit, per se autem non delinquit corpus, melius erat, ut anima à Deo creata non admisceretur nequitiæ non exstanti; nullum enim ex peccatis, quæ homines committunt, in vita cerneretur, neque penitus esset. Quod enim esset homicidium nemine occiso? Si per mistionem contrariorum, ut est in hac fabula ridicula, non fuisset factus mundus, quod adulterium esset non extante corpore, neque per se concupiscente, nisi anima, quæ Dei est, missa esset in corpus? alterum enim ex duobus relinquitur, aut dicendum esset, gubernatione Dei provida coisse contraria, ut tanquam à bono Deo fieret mundus, atque ita ipse omninò malorum in hominibus auctor esset, siquidem volens usus est nequitiâ contra eos, qui futuri essent; aut vi coactum esse à nequitia, & jam nequitiam victoriam devicto Deo reportasse.

Mixtio animæ cum corpore.

Sed dicam iterum, quale homicidium erat, si neque homo erat, neque gladius, nec aliud genus teli aut instrumenti ad occidendum, nisi per conjunctionem contrariorum ædificatus esset mundus? materia enim per se, ac sola quamquam nati ex ipsa seditionem in se ipsos movebant, homicidium quidem ignorabat; non enim habebat mortalem, quem occideret; adulterium nesciebat, quia sponsiones nuptiarum apud eum non versabantur: nec erat calumnia, omnino enim judicare non poterat, esset cùm rationis expers. Cupiditas autem divitiarum, quæ est omnium malorum radix, ne nominabatur quidem; cupiditas enim divitiarum apud homines est propter usum & necessitatem, quâ erat liberata materia. Ambitio non participabat perturbationem rationis, quia erat in materia vacuitas rationis: gulæ, ac ventris vitium, & fornicatio, ac masculorum concubitus apud eam locum non habebant, & ut summatim dicam, omnia mala, quæ apud homines feruntur, ante mundum ædificatum minimè habebat materia.

Materia ante creationem mala facere non potuit.

Itaque non fuit ligata commistione, sed potius contra convenienter eidem causæ amenti, sicut equus campum nactus, cursu fertur ad injustitiam malorum hominum, quæ enim erant ante mundi fabricationem mala, ex quo mundus est, in mundo versantur. Quamvis enim ponamus, ut ille dicit, natos ex materia fecisse seditionem, & furore in se ipsos fuisse percitos, & infinitis malis se vicissim affecisse, & contra lumen exercitum eduxisse, non tamen bibens ea mala, quæ in homine

Sæc. IV. Anno 360.

mine numeravimus, cùm illis fuisse cogitatione fingetur, quia non poterant humana mala agi priusquam homo esset: & ubi esse potest, qui dicat, quod ligata nequitia frenata est, quæ neque malorum humanorum meminerat? postquàm verò ligata est, de his accusatur.

Deus non debuit creare mundum.

Quid autem nocebat bono sola secum ordinem perturbans, & non habens cui perturbationem ordinis inferret? evertere enim bonum nullo pacto poterat. Si autem nitebatur invadere in loca aliena, aliter impetum ejus amentem reprimere oportebat; quæ enim prius non nocebat, ordinem contra se perturbans, nunc quidem videtur aliud quid assumpsisse, in quod tanquam in familiare & conjunctum perturbationem ordinis nocentiorem efficiet. Continuò dicemus, quod etiam homines per se ipsos malefici, volent quidem aliquid mali facere; non habentes autem in quem faciant, otiosi reperiantur, se verò ipsi benevolè aspiciant ob concordiam ad maleficium: materia autem neque volebat, non enim consilium capiebat, cùm esset expers rationis; neque poterat, cùm esset sola & per se. Igitur quæ à Manichæo vocatur materia, videtur sumpsisse ferè à bono per animam veriorem materiam ad operationem nequitiæ, quam nesciebat; accusabatur enim ante mundi fabricam de perturbatione ordinis nobis ignota, & minimè apparente. Didicit autem operari manifesta mala, & quæ cernuntur: excitavit ergo belluam cantio, & nequaquam sopivit, ut ille dicit.

An Deus voluerit creare mundum.

Si autem dicit noluisse Deum ut fieret mundus, percunctandum est, quis erat, qui voluit? an malitia, quæ non habebat cognitionem? Quis est, qui ex utrisque fecit, quæ sunt? nunquid materia? non esset in admiratione (a) ejus operatio. Sed nunquid non voluit Deus, coactus tamen est? Si ita esset, magis subjectus fuisset quam subjecisset, atque supervacaneum esset illum admirari sapientiam Dei vi coactam, & damnum eorum, qui futuri erant; quæ enim nullo modo mala erant ante conjunctionem contrariorum, neque saltem nominabantur, hæc post ortum mundi floruerunt.

Deus autor peccati secundum Manetem.

An non est absurdum dicere, voluisse Deum perturbationem ordinis, quæ nobis demonstrari non potest, à materia tollere, & actionis malorum, quæ videmus, & in hominibus apparent, omni ordine & ratione carentis auctorem fuisse? perturbationem namque ordinis, de qua materiam damnabat, verbo solùm proferre potuit, non tamen rebus ipsis & operibus demonstrare. Mala autem, ex mistione ista contrariorum conficta, & quæ fieri non potuit, oculis cernens insanus homo,

φαντασθήσεται· ἐπειδή γε οὐδὲ ἐνεδέχετο τὰ ἀνθρώπινα κακὰ πρὶν ἄνθρωπον γενέσθαι πράττεσθαι. καὶ ποῦ ἂν ὁ φάσκων εἴη, ὡς ἐσωφρενίσθη πεδηθεῖσα ἡ κακία, ἡ πρὶν μὲν πεδηθῆναι τῶν κατὰ ἀνθρώπους κακῶν οὐδὲ μεμνημένη μετὰ δὲ τὸ πεδηθῆναι ἐπὶ τούτοις διαβαλλομένη.

Τί γὰρ ἔβλαπτε τ'ἀγαθὸν, καθ' ἑαυτὴν ἀτακτοῦσα; καὶ μὴ ἔχουσα, ᾧ τὴν ἀταξίαν προσερρίψηται; τρέψαι μὲν γὰρ τ'ἀγαθὸν, οὐδαμῶς οἷά τε ἦν· εἰ δὲ ἐπιβαίνειν ἐπεχείρει τοῖς μὴ ἰδίοις τόποις, ἑτέρως αὐτὴν ἐχρῆν ἀναστεῖλαι τῆς ἀλόγου φορᾶς· ἡ γὰρ καθ' ἑαυτῆς πρότερον ἀβλαβῆ τὴν ἀταξίαν ἐνδεικνυμένη· νῦν γε δοκεῖ προσειληφέναι τι ἕτερον, καθ' οὗ ὡς συνόντος τὴν ἀταξίαν βλαβερωτέραν ἐνδείξεται αὐτίκα καὶ ἄνθρωποι καθ' ἑαυτοὺς κακοῦργοι, βουλήσονται μὲν τι κακὸν δρᾶν, μὴ ἔχοντες δὲ καθ' οὗ δράσαιεν, ἀργοὶ ἂν ἀποδειχθεῖεν· ἀλλήλους δ' ἂν ἴδοιεν εὐνοικῶς συμφωνίᾳ τῇ περὶ τὸ κακὸν, ἡ δὲ ὕλη, οὔτε ἠβούλετο, οὐδὲ γὰρ ἐβουλεύετο ἄλογος οὖσα, οὔτε ἐδύνατο μόνη καὶ καθ' ἑαυτὴν οὖσα· ἆρ' οὖν ἡ καλουμένη παρὰ τοῦ Μάνεντος ὕλη, διὰ τῆς ψυχῆς ὕλην ἀληθεστέραν πρὸς τοῦ ἀγαθοῦ κινδυνεύειν προσειληφέναι δοκεῖ εἰς ἐνέργειαν κακίας, ἣν ἠγνόει· ἐνεκαλεῖτο γὰρ πρὸ κόσμου ἀταξίαν, ἄδηλον ἡμῖν καὶ μὴ φαινομένην· ἔμαθε δὲ ἐνεργεῖν δῆλα καὶ φαινόμενα κακά· διύπνησεν ἄρα τὸ θηρίον ἡ ἐπῳδὴ καὶ οὐδαμῶς καθ' ἐκεῖνον ἐκοίμησεν.

Εἰ δὲ λέγοι, οὐκ ἤθελεν ὁ Θεὸς γενέσθαι κόσμον. Ἐρωτητέον, καὶ τίς ἦν ὁ βουλόμενος; ἆρα ἡ κακία, ἡ μὴ ἐγνωκῆα; τίς δέ ἐστιν ὁ κατασκευάσας ἐξ ἀμφοῖν τὰ ὄντα, ἡ ὕλη; οὐκ οὖν θαυμασία τὴν ἐνέργειαν· ἀλλ' ἆρα Θεὸς οὐκ ἤθελε μὲν ἠναγκάζετο δέ; οὐκ οὖν ὑπετάγη μᾶλλον ἢ ὑπέταξε; καὶ περιττὸν κἀκεῖνο θαυμάζειν, τοῦ ἀγαθοῦ τὴν σοφίαν βιασθεῖσαν εἰς τὴν βλάβην τῶν γενησομένων· ἃ γὰρ οὐδαμῶς ἦν κακὰ πρὶν συνελθεῖν τ' ἀναντία οὔτε μὴν ὄνομα γοῦν αὐτῶν ἐπολιτεύετο, ταῦτα μετὰ κόσμου γένεσιν ἤνθησαν.

Καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον φάσκειν, βουλόμενον τὸν Θεὸν ἀταξίαν τὴν ἡμῖν γε ἀναπόδεικτον τῆς ὕλης παῦσαι, ἀταξίας ἀποδεικνυμένων κακῶν, καὶ φαινομένων, ἀνθρώποις παραίτιον γενέσθαι; τὴν μὲν γὰρ ἀταξίαν, ἣν κατεψηφίζετο τῆς ὕλης λόγῳ μόνον παράγειν, οὐ μὴν καὶ δεῖξαι τοῖς ἔργοις δεδύνηται τὰ δὲ κακὰ τὰ ἀπὸ τῆς μυθώδους καὶ μὴ ἐνδεχομένης τῶν ἐναντίων κράσεως, ὀφθαλμοῖς ὁρῶν ὁ ἀνόητος, οὐ καταδύεται·

Sæc. IV. Anno 360.

(a) *Quia ab aliquo quod sine cognitione & ratione fit, non est admirabile in eo, à quo fit.* Turr.

Sæc. IV. Anno 360.

δύεται· ὥστε βουλόμενος τὸν Θεὸν ἀναίτιον τῆς κατὰ ἀνθρώπους ἀδικίας ἀποφῆναι, αἰτιώτατον αὐτῶν ἄντικρυς ὁμολογεῖ πλέον, ἢ τοῦτο καὶ μόνον ἐσπούδαζε.

Φέρε δὴ τὰ πραττόμενα κακὰ πρὸς ἀνθρώπων κατίδωμεν, τίνι προσῆκε φιλαλήθως· ἐπιχειρήσει μὲν γὰρ ἴσως καὶ τῆς ψυχῆς κρᾶσιν εἰσηγήσασθαι τῶν ὡς ὑπείληφεν ἐναντίων· εἴτε δὲ αὐτὴ μονοειδὴς ὑπάρχει, ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ παρ' αὐτῷ, εἴτε καὶ ἐκ συνθέσεως τῶν ἐναντίων, ἐκ τῆς μερίδος τοῦ ἐναντίου τοῦ ἀγαθοῦ, ῥαδίως ἀποδειχθήσεται, κατὰ τὴν ἀσεβῆ ταύτην ὑπόθεσιν, τὰ κακὰ γινόμενα· ἔστι μὲν οὖν ἀσώματος ἡ ψυχὴ, καὶ μηδαμῶς σύνθεσιν καθ' οὐσίαν, καὶ μάλιστα ἐναντίων ἀποδεχομένη· οἱ γὰρ ἐκ διαφόρων συντιθέναι δόξαντες αὐτὴν, οὐ τὴν οὐσίαν ποικίλην καὶ πρὸς ἑαυτὴν διαφερομένην εἰσηγήσαντο, ἀλλὰ τὰς ἐνεργείας αὐτῆς ἐκ τῶν ὁρωμένων ὑπέγραψαν, ἕνα λόγον ἁπλοῦν, καὶ περιληπτικὸν αὐτῆς ποιήσασθαι μὴ δυνηθέντες.

Εἰ γὰρ καὶ ταῖς διαφόραις ποιότησιν, ἃς ἐπιδέχεται, ἄλλο τι ἄλλως διαφέρεται, πρὸς ἑαυτὴν, ὅμως καθ' οὐσίαν ἔργον ὑπάρχουσα τοῦ Θεοῦ, ἀμετάβλητός τε ἐστὶ καὶ οὐκ ἐκ διαφόρων σύγκειται· ἐναντίων μέν τοι κράσεων τοσοῦτον ἀφέστηκεν, ὅσον καὶ τοῦ καθ' ἑαυτὴν σῶμα εἶναι δοκεῖν· θῶμεν δὲ κατὰ τὴν ἐκείνου ψευδολογίαν, εἴγε καὶ τοῦτο λέγειν ἐπιχειροίη, ὡς καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου συνέστηκεν ἐξ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ· οὐχὶ τὸ μὲν λογιστικὸν αὐτῆς κατ' ἐκεῖνον ἀναθετέον τῷ ἀγαθῷ, τὸ δ' ἀλόγιστον εἴη τῇ κακίᾳ; δῆλον ὡς οὐδὲν ἂν ἕτερον εἰπεῖν ἔχοι· τῆς τοίνυν ἐπιθυμίας κινουμένης σφαλερῆς, εἴτε ἐκ μόνου τοῦ σώματος, εἴτε καὶ ἐκ τοῦ προσήκοντος τῇ κακίᾳ μέρους τῆς ψυχῆς, ἆρ' αὐτόματος πρόεισιν ἡ πρᾶξις; οὐχὶ δὲ φθάνει μὲν ἐν ἀνθρώπῳ σκέψις, καὶ βουλὴ, ἔπειτα κρίσις, καὶ αἵρεσις τῆς πράξεως; καὶ οὕτως εἰς ἔργον ἡ ἐπιθυμία προφέρεται; ἔκλημα δὲ κακίας ἐκ τῆς πράξεως, οὐκ ἐκ τῆς ἐπιθυμίας γίγνεται· ὡς εἰ μένειεν ἐπὶ χώρας ἡ ἐνθύμησις τῆς ἐπιθυμίας εἰς ἔργον τῇ αἱρέσει τοῦ λογισμοῦ μὴ προϊοῦσα, πρῶτον μὲν ἂν ἀραπαθείη θᾶττον, ἐξαπτομένη τε ἅμα καὶ σβεννυμένη· ἔπειτα οὐδαμῶς ἂν ἔγκλημα νομισθείη, οὐ μόνον κοινὸν, ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τὸ ἄκρον τῆς ἀρετῆς, εἰ κρίνοιτο.

Φαίνεται τοίνυν τῷ λογικῷ τῆς ψυχῆς εὐλόγως ἀνατιθέμενα τὰ ἁμαρτήματα, καὶ οὔτε τῷ σώματι, οὔτε ἄλλῳ μέρει τινὶ ταύτης· ὡς τὴν μὲν ἀλόγιστον κακίαν ἀπηλλάχθαι τῆς αἰτίας τῶν παρ' ἡμῖν κακῶν, ἅτε μηδὲ ὑπάρχουσαν, κινδυνεύειν δὲ κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον ἐκ τῆς μερίδος τοῦ ἀγαθοῦ ταῦτα προφέρεσθαι· εἴ γε μὴ ἑτέρῳ χρησαίμεθα φιλαλήθει λόγῳ· εἰ μὲν γὰρ

dissimulare ea non potest. Quare dum docere vult, non esse Deum auctorem injustitiæ humanæ, maximè esse planè confitetur, immò plenius quàm si hoc solum studeret.

Sæc. IV. Anno 360.

Age jam, consideremus mala, quæ ab hominibus fiunt, ad quem verè pertinent. Aggredietur fortasse introducere mistionem animæ cum contrariis, quam suspicatus est. Sive ipsa anima sit μονοειδὴς, id est, simplicis & unius formæ ex bono apud ipsum, sive ex compositione contrariorum ex parte ejus, quod est bono contrarium, facilè secundum hoc impium fundamentum & principium demonstrabuntur mala quæ fiunt: est igitur anima expers corporis, quæ nullo pacto compositionem secundum substantiam, præsertim contrariorum recipit. Qui enim visi sunt eam componere, non substantiam variam & à se differentem introduxerunt, sed operationes ejus ex iis, quæ videntur, descripserunt, cùm non possent exstruere unam simplicem definitionem, quâ comprehenderetur.

Mixtio animæ cum materia.

Etsi enim variis qualitatibus, quas alias aliter recipit, à se differt, tamen secundum substantiam, quæ opus Dei est, immutabilis est, & non componitur ex diversis, à contrariis tamen mistionibus tantum abest, ut ipsa per se corpus esse videatur; ponamus igitur, ut ille mentitur, si quidem hoc dicere aggrediatur, esse scilicet animam hominis compositam ex bono & malo, nonne quod in ea est particeps rationis, opinione istius attribuendum est bono, id est, Deo? quod verò ratione caret, nequitiæ? liquet, nihil aliud posse dicere. Excitatâ ergò cupiditate (a) sive ex corpore, sive ex ea parte animæ, quæ ad nequitiam pertinet, an fortuitò actio prodit? Nonne antegreditur in homine consideratio & consilium, deinde judicium & electio actionis, atque ita desiderium ad effectum perducitur? Crimen verò nequitiæ ex actione, non ex desiderio conflatur, ut si maneat in loco cogitatio desiderii non progrediens ad opus per electionem partis ratiocinantis, primum quidem citò potest desinere incensum simul & extinctum. Deinde nequaquam existimabitur crimen non solùm commune, sed neque si judicetur secundum summum virtutis.

Unde procedat peccatum animæ.

Apparent igitur peccata convenienter rationi, parti animæ rationis participi assignata esse & adscripta; & non corpori, nec ulli alii parti hujus animæ. Ut nequitia quidem ratiocinationis expers liberata sit à culpa atque accusatione eorum malorum, quæ apud nos sunt, quippe cùm nec ipsa extet, videanturque hæc secundum sermonem illius, ex parte Dei depromi, licet nullâ aliâ ratione verâ

Ratio præest vitiis & virtutibus.

(a) *Addendum* perniciosa; *sic enim in Græco.* Basn.

Sæc. IV. Anno 360.

verâ uteremur. Si enim anima non discernens qualitatem cupiditatis, ad actionem sine ulla ratiocinatione procederet, affirmare quis posset, quæ inconsideratè ac præter rationem fiunt, ex parte rationis expertè depromi. Sin autem sæpenumerò ratio ipsa jam eligit cupiditatem, tanquam pravâ institutione flexa libens; jam rursus repudiat, cùm aliquis metus eam refrenat, aut desiderium virtutis ad se attrahentis; liquet solùm rationem esse, quæ rectè & pravè facta sibi vindicat & asciscit.

Hîc versatur & vertitur ad occurrendum contrà excussio eorum, quæ malè à Manichæo probata sunt; non enim, ut apparet, ullum materiæ peccatum est in nostris actionibus, sed animæ, vel partis hujus, quæ est rationis particeps, quæ, Manichæo auctore, ad partem Dei pertinet.

Ad hæc si accideret, ut in iis, qui pudicitiam colunt, esset insitum, non excitari ad cupiditatem, posset quis in impudicis liberare rationem à criminibus, quasi cupiditas rationem ex toto ab actionibus averteret, quam cupiditatem ille dicit esse ex parte mali. Sed si quis maximè apud eos, qui pudicitiam amplectuntur, hac viâ & ratione eam colere reperiat, quod illi cupiditates naturæ ratione frenant & cohibent, perspicuè concluditur, rationem esse, quæ delinquit, & virtutem colit, quæ utrumque & virtutem & vitium novit. Quare autem insita nobis sit peccatorum cupiditas, dicemus, cùm erit oportunum, docentes, pertinere hoc maximè ad admirationem Creatoris.

Quod autem nunc quæritur, si non satis confectum est, nullo modo peccata nostra esse opus alicujus materiæ, aut nequitiæ, sed contrà solius rationis, licet etiam aliter confirmare quod dictum est. An aliud quid dicere possunt esse homicidium quàm malum, & scortationem, atque adulterium, & furtum, & mendacium? Si non aliud possunt, perspicuum est quòd mala erunt. Quid? si judex occidit eum, qui injuriam fecit, cædes igitur lege sancitur? Atqui idem efficit, qui violentè occidit, & qui lege, sed propositum distinguit factum. Quin potius eadem est actio ejus, qui cum sua, & qui cum aliena se miscet; sed propositum separat, quæ similiter facta sunt.

Præterea, furari à Manichæo quæ sunt apud eum, vel instrumenta, vel cibos, an non videtur idem opus esse, atque furtum criminosum facere? non tamen ratione idem est, sed penitùs differens. Deinde, si furens homo gladium repetat, quem deposuit sanæ mentis cùm esset, ut necesse sit ei, cui commissum est depositum, mentiri non se acce-

μὴ διαγινώσκουσα τὴν ποιότητα τῆς ἐπιθυμίας, ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἀλογίστως ἐχώρει ἡ ψυχὴ, διϊσχυρίσαι τ' ἄν τις, ὡς ἐκ τοῦ ἀλογίστου μέρους φέρεται τὰ παραλόγως πραττόμενα· εἰ δὲ πολλάκις αὐτὸς ὁ λογισμὸς, πῆ μὲν αἱρεῖται, ὡς ὑποκατακλινόμενος ἑκὼν ἀγωγῇ φαύλῃ τὴν ἐπιθυμίαν, πῆ δὲ παραιτεῖται πάλιν, ὅταν φόβος αὐτὸν ὅστις οὖν ἀναστείλῃ, ἢ ἐπιθυμία γοῦν ἀρετῆς ἀνθελκούσης πρὸς ἑαυτὴν, δῆλον, ὡς ὁ λογισμὸς ἐστὶν ὁ μόνος οἰκειούμενος τὰ καλῶς τε καὶ ὡς ἑτέρως πραττόμενα.

Καὶ πρὸς τοὐναντίον ἐνταῦθα χωρεῖ τῶν ἀποδεικνυμένων τῷ Μάνεντι, κακῶς ἡ ἐξέτασις· οὐδὲν γὰρ τῆς ὕλης ὡς ἔοικε ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἁμάρτημα, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς ἢ τοῦ ταύτης λογιστικοῦ, ἢ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ μοίρᾳ προσῆκε μετ' ἐκεῖνον.

Πρὸς δὲ τούτοις, εἰ τοῖς σωφροσύνην ἀσκοῦσιν, ἀκίνητον συνέβαινεν εἶναι τὴν ἕξιν πρὸς ἐπιθυμίαν, ἀπήλλαξεν ἄν τις παρὰ τοῖς ἀκολασταίνουσι τῶν ἐγκλημάτων τὸν λογισμὸν, ὡς τῆς ἐπιθυμίας τὸ ὅλον ἀποφερομένης, τῶν πραττομένων, ἣν ἂν ἐκεῖνος ἐκ τῆς τοῦ κακοῦ μερίδος φαίη τυγχάνειν· εἰ δέ γε μάλιστα παρὰ τοῖς σωφροσύνης ἀντιποιουμένοις, ταύτῃ τὸ ἀσκητικὸν εὕροι τις ἄν, ὅτι λογισμῷ τῆς φύσεως κωλύουσι τὰς ἐπιθυμίας σαφῶς ἀποδείκνυται, ὡς ὁ λογισμὸς ἐστὶν ὁ πλημμελῶν τε καὶ κατορθῶν, ὁ ἑκάτερα εἰδὼς, ἀρετήν τε καὶ κακίαν· διὰ τί μέντοι ἔμφυτος ἡμῖν τῶν ἁμαρτημάτων ἡ ἐπιθυμία, κατὰ καιρὸν ἐροῦμεν, ἀποδεικνῦντες γε τοῦτο μάλιστα συντείνειν εἰς θαῦμα τοῦ δημιουργήσαντος.

Τὸ νῦν δὲ ζητούμενον εἴγε μὴ αὐτάρκως ἀποδέδεικται, ὡς οὐδαμῶς ὕλης τινὸς ἢ κακίας ἐστὶν ἔργον τὰ ἡμέτερα πλημμελήματα τοὐναντίον δὲ μόνου τοῦ λογισμοῦ· ἔνεστι γὰρ καὶ ἑτέρως συστῆναι τῷ λεγομένῳ· ἆρα μή τι ἄλλο φήσοιεν εἶναι φόνον, ἢ κακόν; πορνείαν τε, καὶ μοιχείαν, κλοπήν τε καὶ ψεῦδος; δῆλον ὡς ἔσται μάλιστα κακία· τί οὖν; ἐὰν ὁ δικαστὴς ἀναιρῇ τὸν ἠδικηκότα φονεύσας, φόνος ἆρα νομισθείη; καίτοι τὸ ἔργον ταυτὸν τοῦ πρὸς βίαν φονεύοντος, καὶ τοῦ νόμῳ ἀναιροῦντος· ὁ δὲ σκοπὸς διΐστησι τὸ πραττόμενον· ἀλλὰ καὶ μὴν ἡ αὐτὴ πρᾶξις πρὸς τὴν ἰδίαν τε καὶ ἀλλοτρίαν τῷ ἀνδρὶ τῆς κοινωνίας, ὁ δὲ λογισμὸς χωρίζει τῷ σκοπῷ τὰ παραπλησίως γινόμενα.

Ἔτι μὴν τὸ κλέψαι παρὰ τοῦ Μάνεντος τὰ πρὸς ἐπιβουλὴν αὐτῷ παρακείμενα, ἢ ἐργαλεῖα, ἢ ὄψα, πῶς οὐκ ἂν δόξειε ταυτόν γε εἶναι τὸ ἔργον κλοπῇ τῇ διαβεβλημένῃ; οὐ μέντοι ταυτὸν τῷ λογισμῷ, ἀλλὰ πάντῃ διάφορον· πρὸς δὲ τούτοις εἰ ἀπαιτοίη μανεὶς ἄνθρωπος ξίφος, ὅπερ παρέθετο νήφων, ὡς ἀναγκαῖον εἶναι τῷ ὑποδεξαμένῳ ψεύσασθαι μὴ εἰληφέναι,

κατὰ

Sæc. IV. Anno 360.

SÆC. IV. ANNO 360.

κατὰ τί ἂν διαφέροι τοῖς ῥήμασι τὸ ψεῦδος, πρὸς τὴν ὄντως ἀγνωμοσύνην; εἰ μὴ τῷ σκοπῷ διακρίνοιτο τῶν ἰσχυριζομένων.

Δῆλον τοιγαροῦν ἐκ τούτων, ὡς οὐδὲ ἡ πρᾶξις, ὡς ἐπὶ πολὺ καθ' ἑαυτὴν δοκιμάζεται, ἀλλ' ἡ διάνοια καὶ ὁ λογισμὸς τοῦ μετιόντος· εὕροι γὰρ ἄν τις καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις τὸν αὐτὸν λόγον· εἰ γὰρ μεταδοίη τις χρημάτων ἢ τροφῆς τῷ πενομένῳ οὐκ ἐκεῖνον φιλανθρωπευόμενος, τὸν δὲ παρὰ τῶν ὁρώντων ἔπαινον θηρώμενος, πῶς οὐ δῆλον, ὡς τὸ μὲν ἔργον κάλλιστον καὶ φιλάνθρωπον, ὁ δὲ σκοπὸς λίαν ταπεινὸς καὶ διαβεβλημένος; εἰ δέ τις καὶ προσεύχοιτο μακρὰ, καὶ νηστεύοι πυκνὰ, ἀνθρώποις εὐλάβειαν ἅμα καὶ καρτερίαν ἐπιδεικνύμενος, εὔδηλον ὡς οὐ διὰ τὸ ἔργον ἂν εἰκότως ἐπαινεθείη, διὰ δὲ τὸν νοῦν τῶν πραττομένων ψεχθείη· οὐ μὴν, ἀλλ' εἴ τις ἕτερος σωφρονοίη, καὶ τῶν γε πλειόνων ἐπιθυμιῶν ἀπέχοιτο, οὐ πόθῳ τῆς ἀρετῆς, φειδοῖ δὲ χρημάτων, οὐκ εὔδηλον ὡς ὁ τοιοῦτος, διὰ πάθος παθῶν ἑτέρων κρατεῖ; αὐτὴν δὴ τὴν κατὰ τὸ φαινόμενον καρτερίαν, ἀντὶ κακίας τῷ σκοπῷ μετερχόμενος.

Εἰ τοίνυν πολλάκις καὶ τὰ νομιζόμενα κακὰ τῇ διανοίᾳ τοῦ πράττοντος ἀγαθὰ ἀναφαίνεται, ἢ μηδὲ κακά· καὶ τοὐναντίον τὰ ἐπὶ τὸ βέλτιον ὑπειλημμένα ὡς κακὰ διελέγχεται τῇ αἱρέσει καὶ τῷ σκοπῷ τοῦ μετιόντος· τίς ἂν ἔτι λοιπὸν ἀντιλέγειν ἔχοι ὡς οὐχ αἱ πράξεις, ὡς ἐπὶ πολὺ παρά γε τῇ ἀληθείᾳ δοκιμάζονται, ὁ δὲ νοῦς ἐστὶ τῶν πραττομένων ὁ βασανιζόμενος;

Ποῖα τοίνυν ἔργα τῇ κακίᾳ λογιούμεθα; τὰ δοκοῦντα εἶναι κακὰ ἅπερ ἐστὶν ἀγαθὰ, ὅτε ἀρετῆς διανοίᾳ πράττεται; ποῖα δὲ τῷ ἀγαθῷ ἀναθήσομεν; τὰ φαινόμενα ἀγαθὰ, ἅπερ λογισμῷ κακὰ γίνεται; οὐκοῦν ἀποτόμως οὐδέτερα οὐδετέρῳ· μόνον δὲ τὸ λογιστικὸν καὶ ἡγεμονικώτατον τοῦ νοῦ τοῦ πράττοντος διακρινοῦμεν, πότερον ὀρθῶς μετῆλθεν, ἢ μὴ τὸ πραττόμενον· τὸ δὲ ἡγεμονικώτατον τῆς τοῦ ἀνθρώπου διανοίας, ὅτι παντάπασι προσήκει κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον τῷ βελτίονι μέρει τῆς ψυχῆς, κἂν μυριάκις μαίνοιντο οἱ ἐκ τοῦ Μάνεντος, οὐκ ἂν ἀρνηθεῖεν.

Ἄδικον τοιγαροῦν παντελῶς κρίσιν κατὰ τῆς παρ' αὐτοῦ πεποιημένης ὕλης ἐξενήνοχεν ὁ Μάνης, ἀντιθεὶς ἃ μηδαμῶς αὐτῇ προσῆκεν, εἴγε καὶ ἐτύγχανεν οὖσα τῶν παρὰ ἀνθρώποις πραττομένων αἰτία· τοὐναντίον δὲ μᾶλλον τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μερίδος εὐλόγως ἂν νομισθείη, εἴγε ἐναντίως δύο τινὲς εἰσὶν ἀρχαὶ κατὰ τὴν ἐκείνου μανίαν.

Σπουδάζειν δέ φησι τὸν Θεὸν τὴν καταπεθεῖσαν δύναμιν, ἣν καλεῖ ψυχὴν ἁπάντων, αὖθις πρὸς ἑαυτὸν ἀναδέξασθαι· ἵνα μὴ τὸ ἑαυτοῦ ἀπεράντως ἀεὶ προσδεδεμένον τῇ ὕλῃ, καὶ τιμωρούμενον διατελῇ· τί οὖν, τὴν ἀρχὴν παρεβάλετο τοῦτο, ὥστε ποσοῦτον

pisse, quid verbis differt mendacium à vera perfidia, nisi proposito asseverantium discernantur?

Ex his igitur patet, actionem, ut plurimùm, non per se explorari, sed mentem vel cogitationem ejus qui suscepit. Eadem ratio in contrariis reperiri potest. Si quis enim pecuniam vel alimentum impertiat egenti, non ut illi benignè faciat, sed ut laudem eorum, qui vident, aucupetur; nonne perspicuum est, factum quidem esse pulcherrimum & benignum, propositum tamen valde humile & criminosum? Si quis prolixè precetur & frequenter jejunet, religionem & tolerantiam hominibus ostentans, liquet non esse propter opus laudandum, sed propter mentem, quam in iis, quæ fecit, habuit, vituperandum. Quin etiam si quis alius temperans sit, & à multis cupiditatibus abstineat non desiderio virtutis, sed ut pecuniæ parcat, an non satis manifestum est, hunc, qui sic est, affectione affectiones alias vincere, ipsam verò tolerantiam specie extrinsecus apparente pro nequitia animo & proposito suscipere?

Si igitur sæpè quæ prava existimantur, ex animo facientis honesta esse apparent; vel quæ non prava existimantur, sed contrà potius honesta & bona putantur, voluntate & proposito suscipientis convincuntur nequitiæ, quis jam potest contradicere, ex magna parte actiones non apud veritatem explorari; mentem verò esse, quæ in iis, quæ aguntur, excutitur?

Quæ igitur opera ascribemus nequitiæ? illane, quæ videntur mala, quæ quidem sunt bona, quando ratione virtutis fiunt? Quæ verò asciscemus bono? an quæ apparent bona esse, quæ quidem ratione fiunt? Igitur neutra neutri solummodò: solùm rationem, & quod in mente actionem suscipientis præcipuum est, dijudicabimus, utrum rectè suscepit, an secus. Quod autem maximè principale mentis hominis est pertinere ad meliorem partem animæ, ut ille tradit, licet infinitè insaniant Manichæi, non possunt negare.

Iniquum igitur judicium pronunciavit Manichæus contra materiam à se factam, assignans illi, quæ nullo pacto ei conveniebant, si eorum, quæ apud homines fiunt, causa erat. Immò contrà potius ad partem boni convenienter rationi pertinere existimarentur, si duo quædam principia contraria sunt, ut ille insanè tradit.

An potestatem absorptam iterum recepit Deus.

Dicit prætereà studuisse Deum, ut potestatem absorptam, quam vocat animam omnium, rursus ad se reciperet, ne quod erat ex ipso, materiæ alligatum, & in supplicio semper sine ullo fine permaneret. Quid igitur principio hoc protrahebat, ut tot sæculis

I. neque

Sæc. IV. Anno 360.

neque respirare posset, & magis pateretur quàm ageret? Si enim in fabula esset, Deum quidem nullam contumeliam in substantiam suam accepisse, neque vel paululum inhæsisse materiæ valde indecoræ, sed alium quendam alienissimum à natura ejus, & hunc continuò ereptum esse, ita ut hujusmodi prehensio magis apparendo in speciem, quàm succumbendo facta esse videretur, habuisset commentum paulum saltem ad suadendum in mendacio. Nunc verò immensum sæculum ponunt, & hoc esse ex natura Dei, manere vinculis constrictum, ut ipse Deus comprehensus esse videatur propter similitudinem ejus, qui detentus est, & quia hoc, quod captum tenebatur, ex natura ejus erat, unde majore studio ad se ipsum, ut ajunt, recolligere desiderabat: materia autem simplex erat, & ἀπαθής, utpotè magis agens quàm patiens.

Manetis blasphemiæ adversus Deum.

Ex his perspicitur, omnia, quæ ille (a) planus composuit, ad blasphemiam Dei composuisse, qui nihil horum contra se fecit. Itaque vult, inquit, & studet, ut ad se recipiat illam (b) virtutem; & hæc est apud ipsos salus expectata & beatitudo, esse scilicet redditum Deo, quod erat ejus proprium. Ipse igitur expectabat sibi finem, sperans accipere beneficium; siquidem recuperaturus est, quod ex natura ejus est, libertatem; ut quæ destruxit, ædificet, & nihil aliud, & spe nutritus sedeat tolerans, & in finem intuens, ut seipsum quodammodo à nequitia liberet; quod quidem si retardetur, & non citò fiat, ipse sit, qui tarditate punitur.

Liquet enim non esse penes ipsum celeritatem finis; olim enim in hac re spem habuit; quoniam aliud ridiculum dicit Manichæus, quod cùm ii, qui erant ipsius materiæ, sentirent se malè perituros lumine paulatim ablato, ex adverso machinati sunt carnis constructionem ad vinciendas magno vinculo animas. Quare ut ille tradit, perspicuum est, quamdiu illi carnem suppeditabunt, tamdiu animæ Dei inhærescent materiæ & vinctæ tenebuntur, eritque penes illos non circumscribi mundum tempore, & non erit in potestate boni finis ejus.

Manetis contradictiones.

Quid aliud dicere potest qui advertit, quàm quod non constat sibi Manichæus; quin potius huc & illuc se transferens à se ipso redarguitur? Qui enim ait, Deum esse fabricatum mundum, quomodo rursus ait eos, qui sunt materiæ filii, opposuisse ei carnem, tanquam partita esset Deo cum illis fabricatio mundi, & hac quidem ratione facta Deo violentia, concedens verò illis hoc tanquam munus, non compleret universum secundum propriam voluntatem.

αἰῶνα μηδ' ἀναπνεῦσαι δυνηθῆναι, καὶ πλέον παθεῖν μᾶλλον ἢ δρᾶσαι; εἰ μὲν γὰρ περιεῖχεν ὁ μῦθος, ὡς τοῦ μὲν Θεοῦ μηδὲν ὑβρισθέντος εἰς τὴν ἰδίαν οὐσίαν, μήτε κατὰ γοῦν τὸ βραχύτατον ἐγχυθέντος λίαν ἀπρεπῶς τῇ ὕλῃ, ἀλλ' ἑτέρου δή τινος ἀλλοτριωτάτου τῆς αὐτοῦ φύσεως, ἅμα δὲ καὶ εὐθὺς ἐξαιρεθέντος καὶ τούτου, ὡς ἂν τύπῳ μᾶλλον ἢ ὑποκατακλίσει τὴν τοιαύτην πεποιῆσθαι δοκεῖν μεταχείρησιν, ἔσχεν ἂν τὸ γοῦν πιθανὸν ἐν ψεύδει τὸ πλάσμα· νυνὶ δὲ ἄπλετος μὲν αἰὼν, καὶ τοῦτο δή φασιν ἐκ τῆς φύσεως ὂν τοῦ Θεοῦ καθειργμένον διατελεῖν· ὡς αὐτὸν εἶναι δοκεῖν τὸν κατεχόμενον τῇ ὁμοιότητι τοῦ κατεχομένου, καὶ τῷ γε ἐκ τῆς φύσεως αὐτοῦ τοῦτο τυγχάνειν· ὅθεν καὶ πλείονί γε σπουδῇ πρὸς ἑαυτὸν αὖθις ἀναλέξασθαι τοῦτο ποθεῖ, ἡ δὲ ὕλη ἁπλῆ, καὶ ἀπαθὴς ὑπάρχει, ὡς δράσασα μᾶλλον, ἢ παθοῦσα.

Ἐκ τούτων γε δῆλον, ὡς ἅπαντα ἃ συνέθηκεν ὁ πλάνος, εἰς βλασφημίαν συντέθεικε τοῦ Θεοῦ, τοῦ μηδὲν τούτων καθ' ἑαυτοῦ πεποιηκότος· ἀναλαβεῖν τοίνυν πρὸς ἑαυτὸν ἐθέλει, καὶ σπουδάζει, φησὶν, ἐκείνην τὴν δύναμιν· καὶ τοῦτό γε ἐστὶν ἡ παρ' αὐτοῖς ἐλπιζομένη σωτηρία καὶ μακαριότης, τὸ ἀποδοθῆναι γε τῷ Θεῷ τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ· ἄρ' οὖν αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν ἀναμένει τὸ τέλος ἐλπίζων ὡς εὐεργετησόμενος, εἴγε μέλλοιτο ἐκ τῆς φύσεως αὐτοῦ τὴν ἐλευθερίαν ἀπολαμβάνειν· ἵνα ἃ κατέλυσεν οἰκοδομήσῃ, καὶ πλέον οὐδέν. καὶ τῇ ἐλπίδι τρεφόμενος κάθηται καρτερῶν, καὶ πρὸς τὸ τέλος ἀφορῶν, ἵνα ἑαυτὸν, τρόπον τινὰ, τῆς κακίας ἐλευθερώσῃ· οὗ δὲ βραδύνοντος, καὶ μὴ θᾶττον γιγνομένου, αὐτὸς ἂν εἴη διὰ τῆς βραδύτητος ὁ τιμωρούμενος.

Δῆλον γὰρ ὡς οὐδὲ ἐπ' αὐτῷ τυγχάνει ἡ ταχύτης τοῦ τέλους, πάλαι γὰρ ἂν τούτῳ χρησάμενος τῆς ἐλπίδος ἀπολέλαυκεν· ἐπειδὴ καὶ λόγος ἕτερος καταγέλαστός ἐστι τοῦ Μάνεντος, ὡς οἱ τῆς ὕλης αἰσθανόμενοι, ὅτι κακῶς ἀπολοῦνται, τοῦ φωτὸς κατὰ μικρὸν ἀφαιρουμένου, ἀντεμηχανήσαντο τῆς σαρκὸς τὴν κατασκευὴν δεσμὸν μέγιστον ταῖς ψυχαῖς· ὥστε δῆλον κατὰ τὸν αὐτοῦ λόγον, ἕως ἂν ἐκεῖνοι τὴν σάρκα χορηγήσωσιν, ἕως δὴ τούτου αἱ ψυχαὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἐνσχεθήσονται· καὶ ἔσται ἐπ' ἐκείνοις τὸ μὴ περιγραφῆναι χρόνῳ τὸν κόσμον, οὐχὶ δὲ ἐπὶ τῷ ἀγαθῷ τὸ τέλος αὐτοῦ.

Τί δ' ἂν φαίη τις συνορῶν, ὡς οὐχ ἵσταταί πω λόγος τῷ Μάνεντι, ἀλλ' ὧδε κἀκεῖσε μεταγόμενος ὑφ' ἑαυτοῦ διελέγχεται; τοῦ γὰρ κόσμου δημιουργὸν φάσκων εἶναι τὸν Θεὸν, ὅπως οὖν αὖθις τοὺς τῆς ὕλης φησὶν ἀντιτεθεῖναι αὐτῷ τὴν σάρκα, ὥσπερ Θεοῦ μεριζομένου πρὸς ἐκείνους τὴν δημιουργίαν καὶ κατὰ τοῦτο μὲν βίαν ὑπομένοντος, τῇ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἀντιδόσει τὸ πᾶν, οὐ κατὰ γνώμην ἰδίαν συμπληροῦντος.

Ὡς

(a) *Melius reddidisset*, impostor; *hæc enim est mens Titi.* BASN. (b) *Suprà verti sæpe* potestatem, *sic vocabat Manichæus animam.* TURR. *In Græco est δύναμιν.* BASN.

Sæc. IV. Anno 360.

Ὡς δὲ τῆς ὑποθέσεως ἐπιλελησμένος ὁ πλάνος τὸ ἑαυτοῦ ὀλέθριον τῇ ὕλῃ φησὶν ἔσεσθαι τῆς κρατίστης αὐτῇ δυνάμεως τὴν ἀφαίρεσιν, δι᾽ ἧς αὐτὴν ὑπέθετο τὴν ἀρχὴν ἀτακτοῦσαν σωφρονισθῆναι· εἰ γὰρ παροῦσα δεσμεῖ τὴν κακίαν, ἀναχωροῦσα πάλιν ἀνίησι, καὶ ἔσαι λίαν κατὰ τὴν ἀρχαίαν . . . . τοῦτ᾽ ἐστι χαρᾶς αἰτία καὶ τῇ ὕλῃ ἡ ταύτης ἀφαίρεσις· ἅτε πρὸς ἡδονῆς ἀφαιρουμένης· εἰ τοίνυν οὐ παρὰ τὸ τέλος, ὅμως ἐλπὶς αὐτῇ τυγχάνει· ἵνα πρὸς Θεὸν ἐπανέλθῃ διαζευχθεῖσα αὐτοῦ, τί τὴν ἀρχὴν ἀφορίζετο, ἄπειρον αἰῶνα ὑποσχεῖν μάταιον πόνον καὶ ῥύπον κακὸν καὶ ἀντὶ μεγίστης ἐλπίδος, καὶ μακαριότητος τίθεσθαι τὸ αὖθις ἀναληφθῆναι; ἡ γὰρ ὕλη οὐδέν γε οὐδαμοῦ δέδεικται σωφρονισθεῖσα· τοὐναντίον μὲν οὖν πλειόνος λαβομένη τῆς ἐξουσίας εἰς πονηρῶν ἔργων ἐπίνοιαν.

Ἀλλ᾽ ἔδει, φησὶ, δεθῆναι ταύτην· ὅταν οὖν ἀποσπασθῇ κατὰ μικρὸν ἡ κατεχομένη δύναμις, τί γενήσεται; ἄδηλον ὡς αὖθις ἡ ὕλη πρὸς τὴν φυσικὴν ἀταξίαν ἐπανήξει· οὔ, φησίν· ἐν γὰρ τῷ τέλει περιγενήσεται ταύτης, καὶ βῶλον ἀπεργασάμενος αὐτὴν ὑφ᾽ ἑαυτῆς φλέγεσθαι παρασκευάσει· τί οὖν τὴν ἀρχὴν μὴ τοῦτο πεποίηκεν; ἆρ᾽ οὐκ ἐβούλετο ἢ οὐκ ἠδύνατο· εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐβούλετο, πῶς αὖθις βουλήσεται; μεταγνοὺς, ἢ τὸ βέλτιον ἐπικρίνας; οὐκ ἦν δὲ καὶ ἄλλως πρὸς ἀγαθοῦ μὴ τὴν ἀρχὴν παντελῶς καταργῆσαι κακίαν, εἴγε οἷός τε ἦν· εἰ δὲ μὴ ἠδύνατο, ἀδυναμίας μὲν κίνδυνος ἀνακύπτει κατὰ τοῦ πλασαμένου· πῶς δὲ ὅμως ὕστερόν ποτε δυνήσεται; ἆρα προσλαβὼν δύναμιν, ἣν μὴ εἶχεν, ἢ αὐξηθεὶς ἢ ἐπιδούς· εἰ γὰρ ἀγέννητα ἄμφω τἀναντία, οὐδέτερον οὔτε αὔξησιν, οὔτε μείωσιν ἐπιδέχεται.

Ὅλον τοιγαροῦν ἀσύστατον τοῦ βαρβάρου τὸ πλάσμα· τί δὲ ἆρ᾽ αἴσθησιν εἰληφέναι φησὶν, ὡς τοῦ πλείονος μέρους, ἢ τοῦ γοῦν ἐλάττονος ἀποσπασθέντος τῆς συγκραθείσης τῇ ὕλῃ δυνάμεως· εἴγε ἀφ᾽ οὗ σελήνη αὔξει καὶ μειοῦται, διαπλεῖ Θεὸς κατὰ βραχὺ τὸ οἰκεῖον ἀπολαμβάνων; καίτοιγε τοσοῦτος παρῆλθεν αἰὼν, καὶ οὔτε τὸ ἀνθρώπινον γένος ἀριθμῷ γε τῶν ζώντων ἠλάττωται, οὔτε ἄλλο τι τῶν τετραπόδων μείωσιν ὑπέστη τινὰ, ἀλλὰ συνήθως τὰ γιγνόμενα γίγνεται καὶ ἀπογίγνεται· καὶ ἔτι μᾶλλον εἰς πλῆθος ἡ ἀνθρωπότης ἐπιδέδωκε· πόθεν τοίνυν ἐκεῖνος ὁ παραπαίων (a) οἴεται ἀφαιρεῖσθαι κατὰ βραχὺ, ἣν πλαττόμενος φησὶ συγκραθῆναι τῇ κακίᾳ δύναμιν, εἴγε

Tanquam autem causæ suæ & principii oblitus (b) planus, dicit futuram esse pestiferam materiæ ademptionem & ereptionem virtutis illi admistæ, quâ posuerat frenatam esse perturbationem ordinis in illa principe materia. Si enim cùm adest, nequitiam ligat, rursus recedens relaxat, erit magna (c) causa lætitiæ ipsi materiæ hæc ereptio. Si igitur ad extremum spes ipsi est, rediturum esse ad Deum quod ab ipso disjunctum fuit, quod à principio decrevit, & adegit illud subire infinitis sæculis laborem inanem & malas sordes, non in eo spem maximam & beatitudinem ponere, si rursus recuperaretur; materia enim nullo pacto apparet refrenata ac repressa, immò contrà potius majorem licentiam, ad excogitanda prava opera, adepta.

At oportebat, inquit, hanc ligare: cùm igitur paulatim abstracta erit virtus detenta, quid fiet? liquet, rursus reversuram esse materiam ad perturbationem. Negat Manichæus: nequaquam, inquit; ad extremum enim vincet eam, facietque ut redacta in glebam à se ipsa comburatur: cur igitur non fecit hoc à principio? Utrum non voluit, an non potuit? Si noluit, quomodo rursus volet, pœnitentiâ ductus, judicans & eligens quod melius est? Nonne pertinebat ad bonum aliter à principio funditùs delere nequitiam, siquidem poterat? Sin verò non poterat, periculum infirmitatis in auctorem mundi emergit. Quomodo ergo posteà poterit? an viribus, quas non habebat, assumptis vel augescens, vel accessionem & incrementum adhibens; si enim ambo contraria ingenita sunt, neutrum accretionem, aut imminutionem recipit.

Totum igitur commentum Barbari consistere nequit. Quid verò? an dicit Manichæus, sensu se percepisse majorem vel minorem partem virtutis admistæ materiæ ereptam & ademptam? Siquidem ex quo luna crescit & decrescit, Deus, inquit, paulatim recuperat quod lunæ proprium est; & tamen tot sæculis lapsis, neque genus humanum numero viventium imminutum est, nec ullum aliud genus quadrupedum diminutionem ullam cepit; quin potius quæ facta sunt, solito more fiunt, & desinunt esse; & adhuc magis humanitas in multitudinem crevit. Unde igitur insanus ille opinatur paulatim auferri virtutem, quam fingit admistam esse nequitiæ? Si-

(a) *In Græco legebatur*, παραθαίων, *quod nullum sensum habet: legendum* παραπαίων, delirans. *Nullatenus parcit verbis Titus, Manetem reprehendens.* BASN. (b) *Iterum reddendum*, impostor. ID.
(c) *Sunt aliqua in Græco, quæ non reddidit Turrianus, forsan quia ibidem est hiatus. Loquitur Titus de separatione virtutis à materia olim futura, secundùm Manetem. De virtute separanda ait*, ἔσαι λίαν κατὰ τὴν ἀρχαίαν, erit secundum quod fuit in principio, *vel perfecta vel restituta: de materia vero asserit futuram illam separationem ipsi* gaudio maximo. *Sed adjicit*, ἅτε οἷα πρὸς ἡδονῆς ἀφαιρουμένης, *quæ omisit Turrianus, quia illi obscura videbantur: medicam expectat manum ille locus, ideo ipsum integrum repræsentamus; luce enim indigent sæpius argumenta Titi.* ID.

Siquidem eadem similiter se habent in mundo; eadem enim est mensura diei, eadem noctis; neque lumen magis tenue factum est, neque tenebræ majores: idem namque est curriculum solis &. lunæ, id est, idem ordo, qui à principio factus est, perseverat.

Si animæ puniantur, substantia Dei patitur.

Percunctandum etiam illud, an animæ quæ peccaverunt, & infinitorum malorum in vita reæ fuerunt, dabunt pœnas eorum, quæ commiserunt? Siquidem dabunt, quod quidem & ipse confitetur, cùm ait, in gleba has infigendas esse cum nequitia, reperietur Deus naturam suam punire, quo quid absurdius & flagitiosius fieri potest? Si verò impunitæ & inultæ erunt, non solùm neque dolorem, neque damnum afferet peccatum, sed etiam plus justitiæ habere videbitur, quandoquidem in hoc sæculo voluptatem afferat suscipienti; & in futuro non sit supplicii causa.

Deus implet profundum, unde materia.

Præter hæc omnia, illud est in isto stupendum, ubi ait, quod nequitia hîc occupata, id est, ligata est, Deus interim profundum implet aggere, unde materia emersit, nihil ipso in gravissima mentis alienatione intelligente ὡς τὸ ἐπιβαλλόμενον (a). Ut quod injiciebatur, si erat ex terra boni, quomodo in loco contrario recipitur? Si autem ex partibus nequitiæ, quod ex parte nequitiæ est, & ei convenit, non includet (b) inde exortam materiam. Sedet autem Deus, auctore Manichæo, transferens semper aggeres, & paulatim quædam profunda aggeribus replens. O amentem furorem! ad quem pluribus vel saltem respondere res est ridicula.

Diabolorum malitiæ progressus.

Si verò vultis scire dæmones ipsos non esse malos à radice, neque habere radicem vitii & turpitudinis, sed voluntate huc processisse, cùm non essent naturâ mali, neque naturâ adscripti ignorantiæ; non nox & tenebræ secundum substantiam, sed habitu & studiis, & tractatione hujusmodi studiorum facti tales, inquiramus disputando. Cœca igitur natura neque minimum quidem aspectum habebit, & ipsa ignorantia neque stillam cognitionis sibi vindicabit, neque nox ipsa & tenebræ sic naturâ ortæ vel in parvum splendorem mutabuntur: apparet autem cognovisse dæmones Salvatorem, ac Dominum confessos esse: *Scimus*, inquiunt, *quis sis, Filius Dei vivi.* Cognoscere autem non potest ignorantia, neque videre cœcitas. Sciunt, & verum dicunt scientes, & non per calumniam dicunt; dicunt enim, tametsi non legitimâ & syncerâ affectione, veritatem. Non jam de cœca natura aut ignoran-

τὰ αὐτὰ ὡσαύτως ἔχει κατὰ κόσμον· τὸ αὐτὸ μὲν γὰρ τῆς ἡμέρας μέτρον, τὸ αὐτὸ δὲ τῆς νυκτός· καὶ οὔτε τὸ φῶς ἠλάττωται οὔτε τὸ σκότος ἐπλεόνασεν· ὁ γὰρ αὐτὸς ἡλίου δρόμος, καὶ σελήνης, καὶ μία δὴ τάξις ἡ ἐξ ἀρχῆς γενομένη διαμένει.

Ἐρωτητέον δὲ κἀκεῖνο, εἰ αἱ ἁμαρτήσασαι ψυχαὶ, καὶ μυρίοις ἐνεχθεῖσαι κακοῖς ἐν τῷ βίῳ, τίσουσι δίκην ὧν ἐπλημμέλησαν, ἢ οὔ; εἰ μὲν οὖν τίσουσιν, ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ὁμολογεῖ ἐν τῇ βώλῳ ταύτας ἐμπαγήσεσθαι ἅμα τῇ κακίᾳ, λέγων· εὑρεθήσεται ὁ Θεὸς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν τιμωρούμενος· οὗ τί ἂν γένοιτο ἀτοπώτερον; εἰ δὲ ἀτιμώρητοι ἔσονται, οὐκ ἄλυπος καὶ ἀζήμιος μόνον ἡ ἁμαρτία, ἀλλὰ καὶ πλέον ἂν ἔχειν δοκοίη τῆς δικαιοσύνης, εἴγε καὶ ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι τὴν ἡδονὴν προσάγοι τῷ μετιόντι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τιμωρίας αἰτία, μὴ γένοιτο.

Πρὸς δὲ τούτοις ἅπασι θαυμαστὸν αὐτοῦ κἀκεῖνο, ἔνθα φησὶν, ὡς τῆς κακίας ἐνταυθοῖ ἀσχολουμένης, Θεὸς ἐν τῷ μεταξὺ τὸ βάθος ἀναπληροῖ χώματι, ὅθεν ἀνέκυψεν ἡ ὕλη, κατὰ τὴν αὐτοῦ δεινοτάτην ἔκστασιν μὴ συνιέντος, ὡς τὸ ἐπιβαλλόμενον· εἰ μὲν ἀπὸ τῆς γῆς εἴη τοῦ ἀγαθοῦ, τίνα τρόπον ἔχει χώραν, ἐν τόπῳ γε ἐναντίῳ; εἰ δὲ ἐκ τῶν μερῶν τῆς κακίας τὸ οἰκεῖον οὐκ ἐκκλείσει τὴν αὐτόθεν ὡρμημένην· κάθηται δὲ Θεὸς κατὰ τὸν Μάνεντα δι' αἰῶνος μεταφέρων χώματα, καὶ κατὰ βραχὺ προσχωννύων βάθη τινά· ὢ τῆς ἀλόγου μανίας· πρὸς ἣν ἐν τοῖς πλείοσι καὶ γέλως τὸ γοῦν ἀποκρίνασθαι (c).

Εἰ δὲ βούλεσθε μαθεῖν, ὅτι καὶ οἱ δαίμονες αὐτοὶ οὐκ ἀπὸ ῥίζης εἰσὶ κακοὶ, οὐδὲ ῥίζαν ἀτοπίας ἔχουσιν· ἀλλὰ κἀκεῖνοι ἀπὸ προαιρέσεως ἐπὶ τοῦτο ἐληλύθασιν· οὐ πονηροὶ τὴν φύσιν ὄντες, οὐκ ἀγνοίᾳ ἐγγεγραμμένοι, οὔτε νὺξ καὶ σκότος τὴν οὐσίαν τυγχάνοντες, ἀλλ' ἕξει καὶ ἐπιτηδεύμασι, τῇ ἐπιχειρήσει τῶν τοιούτων γεγονότες, τὸν λόγον ἐξετάσωμεν· τυφλὴ μὲν οὖν φύσις, οὐδὲ ἐν ἐλαχίστῃ καὶ ὀλίγῃ τῇ βλέψει γενήσεται· καὶ αὐτὴ ἡ ἄγνοια, οὐδὲ ῥανίδα γνώσεως ἑαυτῇ προσποιήσεται, οὐδὲ νὺξ αὐτὴ καὶ σκότος τὸ οὕτω πεφυκὸς, κἂν εἰς βραχεῖαν λαμπηδόνα μεταποιηθήσεται· φαίνονται δὲ καὶ οἱ δαίμονες καὶ σωτῆρα εἰδότες, καὶ κύριον ὁμολογοῦντες· οἴδαμέν σε, τίς εἶ, λέγοντες ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, εἰδέναι δὲ ἄγνοια οὐ δύναται, καὶ βλέπειν τυφλὴ φύσις οὐκ ἰσχύει· ἴσασι καὶ ἀληθεύουσιν εἰδότες, καὶ οὐ συκοφαντοῦντες λέγουσι· λέγουσι γὰρ ὄντες κἂν μὴ γνησίᾳ διαθέσει τὴν ἀλήθειαν, οὐκέτι τυφλῇ τῇ φύσει,

(a) *At aliter omnino legendus & interpretandus est ille locus; 1. sic legendum*, εἰ μὲν ἐπιβαλλόμενον ὡς, ἀπὸ τῆς γῆς τοῦ ἀγαθοῦ. 2. *Sic reddendum*, si quod injicitur, velut è terra, sit boni, vel procedat ex bono. Basn. (b) *Vertendum*, excludet. Id. (c) *Hic desinebat Liber primus in Græcis; sed, ut superius monitum est, nullus servatur ordo in MS. quippe Liber tertius integer inseritur primo. Nos igitur seriem totius operis secundùm argumenta Librorum ab ipso Tito confecta & versionem Turriani restituimus.* Id.

SÆC. IV. ANNO 360.

σι, ὅτι τῇ ἀγνοίᾳ κατηγοροῦνται· ἢ γὰρ ἂν οὐδὲ τὸ ἐλάχιστον ἑώρων, οὔτε ἱκέται ἦσαν, οὔτε παρεχώρουν τῷ λεγομένῳ, οὔτε διέκριναν τὸν φανέντα ἄλλον τῶν πολλῶν εἶναι, καὶ οὐδὲν διαφέρειν αὐτόν τι καὶ αὐτούς.

Ἰδοὺ γὰρ τὰ ἄλογα ζῶα μεταξὺ σοφῶν τε καὶ ἀσόφων οὐκ ἔχει εἰδέναι, ποῖοι σοφοὶ, καὶ ποῖοι ἄσοφοι· εἰ δὲ ἔγνωσαν οἱ δαίμονες, καὶ διακρίνουσιν εἰδότες ἀπολέλυνται τοῦ ἀδιακρίτου, διακρίνει τὸ τοιοῦτον ἐπεγνωκότες· ἐλέγχεται καὶ ἐν τούτῳ μὴ φύσις, ἀλλὰ προαίρεσις πρυτανεύουσα· κἂν γὰρ νοσήσῃ προαίρεσις, κἂν σφάλῃ, ὅμως τοῦ εἶναι λογικὴ οὐκ ἀπήλλακται, ἀλλ' ἔχει τοῦτο μὴ διεφθαρμένον· οὕτω καὶ δαίμονες ἐπέγνωσαν αὐτόν· ἐλιπάρησαν, ἱκέτευσαν, ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν. εἰ τῆς ἀβύσσου παῖδες ἦσαν, εἰ συγγένειαν πρὸς τὴν ἄβυσσον εἶχον, τί φεύγουσι τὰ συγγενῆ; τί τὴν οἰκείαν παραιτοῦνται ῥίζαν; μᾶλλον γὰρ ἂν ἠσπάσαντο ἀνάπαυσιν ἑαυτῶν τὴν συγγένειαν ἡγούμενοι· ἐν γὰρ τοῖς συγγενέσιν ἡ ἀνάκτησις γίνεται, ἐν δὲ ξένοις αἱ κακώσεις· μᾶλλον γὰρ ἔδει αὐτοὺς παραιτεῖσθαι τὸν Ἰησοῦν· μᾶλλον δὲ ἔδει αὐτοὺς παραιτεῖσθαι τὸ ἐνταῦθα χωρίον, ἔνθα σπουδαῖοι καὶ ἐπιεικεῖς, ἀσπάζεσθαι δὲ τὴν ἄβυσσον, ἢ τὴν ἐν ἀβύσσῳ ἄφιξιν· παραιτούμενοι δὲ καὶ φυλαττόμενοι καὶ ἀπιέναι ἐκεῖ οὐκ ἀνεχόμενοι, ἀλλ' ἱκετεύοντες τῆς αἰτίας ταύτης χάριν· ἱκανὸν τεκμήριον δεδώκασι μηδεμίαν αὐτοὺς φυσικὴν συγγένειαν πρὸς τὰ κολαστήρια ἔχειν· οὐδέποτε γὰρ οὐδὲν ἑαυτὸ κακοῖ· πᾶν δὲ κακούμενον ὑπ' ἄλλου κακοῦται. ἀνάγκη γὰρ τὸ κακοῦν μὴ ἑαυτοῦ εἶναι κάκωσιν, ἀλλ' ἑτέρου τοῦ πεφυκότος πάσχειν, ἢ κακοῦσθαι.

Ἰδοὺ τὸ πῦρ ἑαυτὸ οὐ καίει, ἕτερον γὰρ καὶ οὐχ ἑαυτὸ ἀναλώσει· ἰδοὺ τὸ ὕδωρ ἑαυτὸ οὐ κατακλύζει· τὰ γὰρ ἕτερα κατακλύσαι οἶδεν, ἑαυτὸ δὲ κατακλύσαι οὐκ ἔχει. ἰδοὺ ὁ ἀὴρ ψύχειν ἑαυτὸν οὐκ οἶδεν· ἐπεὶ πᾶν τὸ δρῶν καὶ κακοῦν, ἕτερόν τι κακοῖ καὶ λυπεῖ· εἰ δὲ κακὴ ἡ ἄβυσσος, καὶ κακοῦνται οἱ δαίμονες ὑπὸ τῆς ἀβύσσου, καὶ βασανιστήριον μὲν ἡ ἄβυσσος, στρεβλοῦνται δὲ οἱ δαίμονες, οὐκέτι τῷ ὁμοίῳ βασανίζονται, ἀλλ' ἕτεροι ὄντες ὑπὸ ἑτέρου βασανίζονται· οὐκέτι τῆς φύσεως ταύτης, οὐ δὲ τῆς οὐσίας· ἑτέρας γὰρ ἐδείχθη οὐσίας ἡ ἄβυσσος· καὶ ὅτι μὲν οἱ δαίμονες, ἑτέρου γένους καὶ ἑτέρας οὐσίας παρὰ τὴν ἄβυσσον, ἱκανὰ τὰ εἰρημένα· καὶ αὐτὴ δὲ ἡ ἄβυσσος βασανιστήριον μὲν ἐστὶ καὶ κολαστήριον, οὐκ αἰώνιον δε, οὔτε ἀγέννητον, ἀλλ' ὕστερόν ποτε γεγενημένον, ὀψέποτε πεποιημένον, ἡντὶ φαρμάκου καὶ βοηθήματος τοῖς ἁμαρτηκόσιν· ἱεραὶ γὰρ αἱ

tia accusantur; alioqui ne minimum quidem vidissent, nec ei supplices fuissent, neque cessissent dicto, neque secernere potuissent eum qui apparuit, sed potius existimassent ex suis esse, nihilque inter seipsos & illum interesse.

SÆC. IV. ANNO 360.

Preces dæmonum Deo.

En, animalia non utentia ratione sapientes ab insipientibus non internoscunt. (a) Si autem cognoverunt dæmones, & propter judicium soluti sunt lege (b) non internoscendi aliud ab alio, & dijudicando agnoverunt talia, convincitur non naturam (c) in hac re, sed voluntatem moderari; quamvis enim ægrotet voluntas, quamvis erret, non tamen desinit esse rationis particeps; quin potius non est hoc interemptum. Sic dæmones agnoverunt eum, rogaverunt, supplices ei fuerunt, ne juberet eos abire in abyssum. Si erant filii abyssi, si cognationem cum abysso habebant, cur cognata refugiunt? cur radicem suam recusant? potius enim eam amplexi essent, arbitrantes requiem suam esse in cognatione positam, siquidem in cognatis fit recreatio; in peregrinis verò & alienis afflictationes, magis erat illis recusandus Jesus; magis recusandus hic locus, ubi boni & æqui sunt; amplectendus verò discessus in abyssum. Contrà verò dum recusant, & cavent, & illuc abire detrectant, immò ob hanc causam supplices orant, satis indicii dederunt, nullam se necessitudinem & cognationem cum loco tormentorum habere; nihil enim seipsum affligat, & malo afficit: omne autem quod affligatur, & malo afficitur, ab alio affligatur: necesse enim est, quod affligat non sit sui afflictatio, ac cruciatus, sed alterius, quod aptum natum est, ut affligetur, & malo afficiatur.

Quomodo puniantur dæmones in inferis?

Ecce ignis, non comburit se, sed aliud, neque se consumit. Ecce aqua, non inundat seipsam, quæ alia inundare solet, se verò ipsa non potest. Ecce aër, refrigerare se ipse non potest, quoniam omne quod facit, & cruciat, aliud quid cruciat, & dolore afficit. Si autem abyssus cruciat & dæmones cruciantur ab ipsa abysso, estque abyssus locus tormentorum; torquentur enim dæmones, non jam torquentur à simili; sed alii cùm sint, ab alio torquentur, non ab hac natura, neque substantia, quâ scilicet dæmones sunt, alterius enim substantiæ est abyssus. Atque esse quidem dæmones alterius generis ac substantiæ præter abyssi substantiam, satis ex iis, quæ dicta sunt, perspicitur. Ipsa verò abyssus locus est tormentorum ac suppliciorum, non tamen æternus, nec ingenitus; sed posteà fuit, serò tandem factus, ut esset medicina, & opem ferret peccantibus. Sacræ

(a) *Addendum*, nec distinguunt qui sint sapientes, nec qui sint insipientes. BASN. (b) *Huic legi serviunt & parent animalia rationis expertia.* TURR. (c) *In ea re non natura, sed voluntas imperium exercet.* BASN.

SÆC. IV. ANNO 360.

Sacræ sunt plagæ, quæ sunt remedia & auxilia erratorum; non enim ut sint mali, factæ sunt plagæ, sed ut non sint mali, verbera inducta sunt; mali enim dolore plagarum amputant & præcidunt vitia. Idcircò non querimur de abyssis; quin potius tormentis & suppliciis scimus castigari ac corrigi eos qui deliquerunt.

Si autem abyssus (*a*) est, ubi dæmones torquentur & supplicio afficiuntur, & substantiam habent, quæ subire potest tormenta, & dolorem sentire, & supplicia sustinent, & habent remunerationem pœnarum, quibus puniuntur, quomodo ingeniti? quomodo semper? quomodo nunquam esse cœperunt? quomodo ex se sunt, qui impatibiles non sunt? qui pati possunt? qui possunt puniri? ingenitum enim nihil unquam mali sustinebit; nec ab ullo punietur. Quin potius à se ipso principium ducens se ipso consistit, & non ab altero cœptum est, nec ab altero supplicium fert; & cui non assignatur auctor, non assignabitur vindex, & non judicabitur ab altero, qui ab altero non est cœptus, ac neminem metuet, qui à nemine accepit ut esset. Quid enim metuet, si in perfectione consistit? si perfectam consummationem habet? si à se consummatus est? si se ipso aptatus? quorum enim aptatio incommodari potest, timent eum, qui aptare (*b*) potest: quod potest malè affici, timet malè afficientem. Si autem timent dæmones, & possunt malè affici, non sunt ingeniti; quod enim ingenitum est, impatibile est; & non potest pati, quod extra naturam genitorum est.

Quomodo oraverunt Deum.

Quòd autem supplicant, in sensu sunt, & sciunt, quid sint, & quod pœnas sustinere possunt; non enim se ignoraverunt; non se impatibiles esse cogitarunt: nosse autem aliquem se ipsum & non ignorare, signum est sensus & indicium. Si verò quia erant patibiles, formidaverunt, & formidantes supplicaverunt, & supplicaverunt ei qui poterat, non ignoraverunt eum qui interrogabat; ipsa enim supplicatio testatur cognovisse eos (*c*) interrogantem, atque esse quidem se patibiles, non ignoraverunt: esse verò illum, qui interrogabat, Dominum & Regem Universitatis rerum, ex supplicatione apparet scivisse. Hæc de dæmonibus dicta sunt, ut neque de dæmonibus disputatio vacaret.

Possunt & hæc addi, naturam esse sibi similem, nihilque eam à se differre. Ecce ignis totus similis sibi est; non minus calidus quàm sit ipse, neque magis: non habet plus & mi-

μάστιγες, φάρμακον οὖσαι τῶν ἡμαρτηκότων· ἱεραὶ αἱ πληγαὶ βοηθήματα τυγχάνουσαι τῶν σφαλέντων· οὐ γὰρ ἵνα ὦσι κακοὶ αἱ πληγαὶ γεγόνασιν, ἀλλ' ὅπως μὴ ὦσι κακοὶ γεγόνασιν αἱ μάστιγες· λυπούμενοι γὰρ τῇ πληγῇ οἱ κακοὶ τῇ μάστιγι κολοβοῦσι τὰ κακά. διὰ τοῦτο οὐδὲ τὰς ἀβύσσους μεμφόμεθα· ἀλλ' οἴδαμεν ὅτι βασανιστήριον, καὶ κολαστήριον γεγόνασι, σωφρονισμὸς τῶν ἡμαρτηκότων τυγχάνουσαι.

Εἰ δὲ βασανιστήριον καὶ στρεβλωτήριον ἡ ἄβυσσος· στρεβλοῦνται δὲ καὶ βασανίζονται οἱ δαίμονες, καὶ τὴν οὐσίαν ἔχουσιν εὐπαθῆ πρὸς τὰ βασανιστήρια καὶ δύνανται ἔχειν καὶ ἀλγηδόνα, ὑπόκεινται καὶ τιμωρίᾳ, καὶ ἀντίληψιν ἔχουσι τῶν κολάσεων, πῶς ἀγέννητοι; πῶς ἀεί; πῶς οὐδέποτε ἤρξαντο; πῶς ἀφ' ἑαυτῶν εἰσὶν οἱ μὴ ἀπαθεῖς; οἱ παθεῖν δυνάμενοι καὶ τιμωρηθῆναι ἰσχύοντες; οὐδέποτε γὰρ τὸ ἀγέννητον οὐδὲν πείσεται, οὐδὲ ὑπό τινος τιμωρηθήσεται· ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ ἀρξάμενον ἑαυτῷ μένει, καὶ μὴ ἀφ' ἑτέρου δεξάμενον τὴν ἀρχήν, οὐ δὲ ἀφ' ἑτέρου τὴν τιμωρίαν λαμβάνει· καὶ μὴ ἐπιγραφόμενον τὸν αἴτιον οὐκ ἐπιγραφήσεται τὸν κολάζοντα· καὶ οὐ κριθήσεται παρ' ἑτέρου μὴ παρ' ἑτέρου ἀρξάμενον· καὶ οὐ φοβηθήσεται οὐδένα παρ' οὐδενὸς τὸ εἶναι εἰληφός· τί γὰρ καὶ φοβηθήσεται, εἰ τελείαν τὴν σύστασιν ἔχει; εἰ τέλειον τὸν ἀπαρτισμόν; εἰ ἀφ' ἑαυτοῦ ἀπήρτισται, καὶ ἑαυτῷ ἥρμοσται· τὰ γὰρ δυνάμενα παθητὴν ἔχειν τὴν ἁρμονίαν, φοβεῖται τὸν δυνάμενον μεταποιεῖν τὰς ἁρμονίας· τὸ δυνάμενον παθεῖν φοβεῖται τὸν δρῶντα· εἰ δὲ φοβοῦνται οἱ δαίμονες καὶ δύνανται παθεῖν, οὐκ ἀγέννητοί εἰσι· τὸ γὰρ ἀγέννητον ἀπαθὲς καὶ οὐ δύναται παθεῖν, ἔξω τῆς φύσεως τῶν γεννητῶν ὑπάρχον.

Ὅτι δὲ ἱκετεύουσιν, ἐν αἰσθήσει εἰσί, καὶ οἴδασιν ὅ εἰσι· καὶ οἴδασιν ὅτι δύνανται παθεῖν· οὐ γὰρ ἠγνόησαν ἑαυτούς· οὐκ ἀπαθεῖς ἑαυτοὺς ἐλογίσαντο· τὸ δὲ εἰδέναι τινὰ ἑαυτόν, καὶ μὴ ἠγνοηκέναι αἰσθήσεώς ἐστι σύμβολον καὶ σημεῖον· εἰ δ' ὅτι εἰσὶν εὐπαθεῖς ἐδειλίασαν, καὶ δειλιῶντες ἱκέτευσαν· καὶ ἱκέτευον τὸν δυνάμενον· οὐκ ἠγνόησαν τὸν ἰχνεύοντα· αὕτη γὰρ ἡ ἱκεσία αὐτῶν μαρτυρεῖ, ὅτι ᾔδεισαν τὸν ἰχνεύοντα· καὶ ὅτι μὲν ἦσαν εὐπαθεῖς καὶ παθητοὶ οὐκ ἠγνόησαν: ὅτι δὲ ἐκεῖνος ἦν ὁ ἰχνεύων ὁ Κύριος καὶ βασιλεὺς τῶν πραγμάτων, φαίνονται διὰ τῆς ἱκεσίας ἐπιστάμενοι· καὶ ταῦτα περὶ δαιμόνων κατεσκευάσαμεν, ἵνα μὴ δὲ ὁ περὶ δαιμόνων ἀργῇ λόγος.

Ἐγχωρεῖ γὰρ καὶ ταῦτα προστιθέναι, ὅτι ἡ φύσις ἑαυτῇ ὁμοία ἐστί, καὶ οὐδεμίαν διαφορὰν πρὸς ἑαυτὴν ἔχει· ἰδοὺ γὰρ τὸ πῦρ ὅλον, ὅμοιον ἑαυτῷ, οὐχ ἧττον ἑαυτοῦ θερμόν, οὐ δὲ μᾶλλον ἑαυτοῦ· οὐ τὸ μᾶλλον

καὶ

(*a*) Si abyssus est locus suplicii & tormentorum, dæmones autem cruciantur & supplicio afficiuntur, & habent substantiam, quæ *&c.* BASN. (b) *Sic reddendum:* Qui harmoniam mutabilem habet, reformidat eum qui potest harmonias mutare aut destruere. ID. (c) *Interrogavit autem illum Jesus dicens, Quod est tibi nomen?* Luc. VIII. 30. TURR.

SÆC. IV. ANNO 360.

καὶ τὸ ἧττον ἔχει· ἐν γὰρ ταῖς φύσεσι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον ἀργεῖ· ὅπου δὲ μᾶλλον καὶ ἧττον οὐκέτι φύσις, ἀλλὰ προαιρέσεως ἐπίδοσις· εἰ δὲ γέγραπται καὶ περὶ δαιμόνων, ὅτι ἀπέρχεται καὶ παραλαμβάνει ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ· καὶ φαίνεται ἐκ τοῦ λόγου ἐπίδοσις· ὅτι τὸ μὲν, πονηρὸν τὸ δὲ πονηρότερον, διαφορὰ πονηρίας, ποῦ ἔτι φύσις μὴ οὖσα ὁμοία ἑαυτῇ· διαφορᾶς ἐν πονηρίᾳ εὑρισκομένης; καὶ τῆς διαφορᾶς μαρτυρούσης τῇ προαιρέσει καὶ μὴ τῇ φύσει; ἅλις μὲν τῶν τοιούτων λόγων.

Ἐπιχειρήσωμεν δὲ καὶ τὴν μυθοποιΐαν αὐτῶν, τὴν πρώτην ὑφηγησάμενοι, τοῖς ἀνασκευαστικοῖς χρησώμεθα λόγοις· κακία, φησὶν, ἦν καὶ ἀγέννητος ἦν· ἦν δὲ καὶ ὁ ἀγαθὸς Θεὸς, καὶ μεμερισμένοι τόποι τῆς οἰκήσεως· καὶ ἑκάτερος καθ' ἑαυτὸν τοῦ ἑτέρου ἀπηλλαγμένος· καὶ ἀφώριστο μὲν κακίας ὁ Θεός· ἀφώριστο δὲ καὶ ὁ τῆς κακίας ἄρχων, τοῦ Θεοῦ; καὶ ἑκάτερος καθ' ἑαυτὸν ἦν· καὶ ἦρχεν ἑκάτερος τῶν ἰδίων· καὶ ᾠκονόμει ὡς ἐπεφύκει· ὁ μὲν κακὸς, κακῶς, ὁ δὲ ἀγαθὸς, ἀγαθῶς· ὁ μὲν κακὸς βλάπτων, καὶ τὰ ἑαυτοῦ βλάπτων, καὶ τοῦ βλάπτειν τὰ ἴδια μὴ ἀπαλλαττόμενος· ὁ δὲ ἀγαθὸς ἀεὶ ἀγαθὸς καὶ ὠφελῶν, καὶ τὰ ἑαυτοῦ ὠφελῶν· καὶ μηδέποτε μὴ ὠφελῶν· πᾶσα γὰρ ὠφέλεια ἐξ ἀγαθοῦ προήρχετο· ἀνακόλουθα μαθημάτων ἐμαχέσαντο· τὰ τελευταῖα ἐζήτησαν, εὑρεῖν οὐκ ἠδυνήθησαν, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τὴν ἀκολουθίαν μὴ παραδεξάμενοι· καὶ μικρὰ μὲν ταῦτα, καὶ οὐ πολλά· αὐτάρκη δὲ πρὸς τὴν ζήτησιν· τὸν χαρακτῆρα μόνον κεκίνηκα, καὶ οὐκ εἰς πλῆθος καταβέβηκα τῶν μαρτυριῶν· τὰ γὰρ συγγενῆ τῶν λεγομένων ζητήσει ὁ ἀναγινώσκων. καὶ ἐκ τούτων ἐπὶ τὰ ὅμοια καὶ ἀδελφὰ χωρῆσαι ἀναγνώσματα.

Ἡμεῖς δὲ φέρε κατασκευάσωμεν τὸν ἐκείνων λόγον· τὰ δόγματα ἐκείνων παραθέμενοι· πονηρὸς μὲν ἦν ὁ Σατανᾶς, ἀγαθὸς δὲ ἦν ὁ Θεός· καὶ οὕτως ἦν· τὸν μῦθον στρέφω, ἵνα τὸν μῦθον δυσωπήσω, καὶ εἰ μὴ παράθωμαι ἃ ἐξηγοῦνται, ἐντρέψαι τὴν μυθοποιΐαν οὐκ ἔχω· ἀγαθὸς μὲν ἦν ὁ Θεὸς, φησί· πονηρὸς δὲ ὁ Σατανᾶς· καὶ ἦν πονηρός· καὶ οὔτε ποτὲ οὐκ ἦν, ἀεὶ γὰρ ἦν· καὶ οὐκ ἀπό τινος ἦν· ἦν γάρ· καὶ ῥίζα ἦν, φησὶ, καὶ ἦν Κύριος, καὶ αὐτὸς ἦν· καὶ ῥίζα ἦν· καὶ ῥίζα καλὴ, καὶ ῥίζα καλῶν· καὶ πᾶν καλὸν ἀπὸ τούτου ἐξῆλθε· δύο γὰρ ἦσαν ῥίζαι, καὶ δύο προῆλθον πρόοδοι αἱ πρόοδοι κατάλληλοι ταῖς ῥίζαις· ἀπ' ἐκείνης τὰ τοιαῦτα καὶ ἀπὸ ταύτης τὰ τοιαῦτα θρυλλοῦσι.

Στῶμεν ἕως τούτων· ἐπιχειρήσωμεν λοιπὸν τὴν ἐξέτασιν· καὶ ἴδωμεν συλλογισμοὺς, καὶ μνημονεύσωμεν ῥητῶν, ἵνα καὶ τοῖς συλλογισμοῖς συναγάγωμεν, καὶ τοῖς

nus; in naturis enim vacant plus & minus: ubi enim est plus & minus, non est natura, sed accessio voluntatis. Si autem de dæmonibus scriptum est, ire & assumere septem alios spiritus nequiores se, & apparet ex sermone, esse accessionem, quia hoc est nequam, illud verò nequius, differentia nequitiæ est. Ubi est natura non sibi similis, si differentia reperitur in nequitia? & differentia voluntatis, non naturæ testis est? Ac de his quidem satis dictum sit.

Duo Principia ingenita separata.

Aggrediemur deinceps commentum primum istorum fabulæ exponere, & confutationibus refellere. Malum, inquit, erat, & ingenitum erat; erat autem & Deus bonus, & divisa loca habitationis, & uterque apud se ab altero sejunctus: ac separatus quidem Deus à Malo; separatus item à Deo princeps mali, & uterque apud se erat, & uterque suis imperabat & gubernabat, ut natus & aptus erat, malus quidem malè; bonus verò benè: malus nocens, & suis rebus nocens, & suis nocere non desinens; bonus semper bonus & juvans, & res suas juvans, & nunquam non juvans. Omnis enim utilitas à bono cœpit proficisci. Cum doctrinis (a) pugnaverunt, extrema quæ sciverunt; invenire non potuerunt, qui à principio, quæ consectaria erant, non approbaverunt. Ac parva quidem sunt hæc, & non multa, satis tamen sunt ad disputationem quæstionis: formam tantùm protuli; non excurri ad multitudinem testimoniorum. (b) Quæ enim affinitatem & cognationem cum his habent, quæret Lector, & ex his ad similia, & affinitate conjuncta legendum progredietur.

Malus Satan, Deus bonus.

Age nunc, instruamus paremusque illorum disputationem ipsorum dogmata apponentes. Malus quidem erat Satanas, bonus verò Deus: & sic res erat. Fabulam verto, ut fabulam repudiem, & nisi opponam, quæ exponunt, non possum fabulam evertere. Bonus quidem erat Deus, inquit; malus verò Satanas; & nunquam non erat; erat enim semper, & à nullo profectus; erat enim, & radix erat, inquit: erat item Dominus, & ipse erat; & radix erat; & radix bona, & radix bonorum; & omne bonum ab hoc profectum est: duæ namque radices erant, & duo surculi provenerunt, surculi radicibus respondentes: ab illa talia, ab hac talia fieri jactant.

Insistamus hîc, deinde quæstionem aggrediamur, videamusque argumentationes, & quæ dicta sunt recordemur, ut argumentationibus conclusiones conficiamus; & ex iis, quæ diximus,

(a) *Legerem*, ἀκόλουθα μαθημάτων, *sicque redderem totam periodum:* Consequentias disciplinarum negaverunt, extrema quæsiverunt, & reperire non potuerunt, principiorum consequentiam non admittentes; *sic enim planus est sensus.* BASN. (b) *Quædam deesse videbantur hoc loco, quæ ad confutationem eorum quæ proximè ex Manichæi libro recitaverat, pertinebant; quorum confutatio ordine secutura erat.* TURR.

mus, fidem faciamus: dicemus enim iſtis: Si Deus erat radix, & bona radix, & boni fructus, & ex bonis fructibus (a) profuſi; ac Satanas radix erat, & mala radix, ac fructus mali ex mala radice fuſi; cujus radicis Apoſtoli fructus extiterunt, ut ex fructibus quod quærimus, cognoſcamus? Nondum à radicibus argumentum ſumo; dicemus enim, mala radix nihil boni proferre potuit, neque radix bona quicquam mali. Videntur autem Apoſtoli quandoque boni, quandoque mali fuiſſe; ac ſerò quidem boni, principio autem mali, mutaſſeque malos mores.

Apoſtoli aliquando boni, aliquando mali.

Si enim dicamus, eſſe Apoſtolos Satanæ fructus propter vetera delicta, adhibebunt eis reverentiam propter Apoſtolatum & perfectionem virtutum. Sin verò Dei fructus, quid dicent de antiquis eorum peccatis, & de antiqua vita diabolica? ad pudorem enim revocabit eos Scriptura, & eorum judicium redarguet. Si verò non reperientes exitum, & quò ſe vertant neſcientes, nos rurſus interrogent, dicantque nobis quoque difficiles eſſe quæſtiones ad ſolvendum; difficile itèm ratione concludere; reſpondebimus, non eſſe fructus Dei Apoſtolos, ſed factos & fictos; non enim tanquam fructus ex radice profuſi ſunt, ſed tanquam creaturæ à Creatore & auctore creati; creaturæ enim ejus ſunt, non tanquam ejuſdem ſubſtantiæ, cujus ipſe eſt. Geniti ſunt ab ingenito, cùm aliquando non eſſent, poſteà facti ſunt, qui ut eſſent quidem, ab eo qui fecit, acceperunt, non ſubſtantiæ ex ſubſtantia, ſed facti hypoſtaſes bonitate auctoris, atque ita facti, ἵνα προαιρέσει τὴν ἀρχὴν ἔχωσι, ut voluntate habeant (b) principatum. Ait igitur Salvator, *Si quis vult venire poſt me, ſi vis perfectus eſſe, ſi vis ſanus fieri.* Si is, qui fecit, ſic loquitur, per quem Pater omnia fabricatus eſt, intellige voces auctoris; in voluntate poſuit leges; in voluntate legitima recondit; voluntatem agentium ſcit dominam actionum eſſe.

Mali virtutes habent.

Sanè quidem ut nos honoraret, voluit Verbum, ut communitas (c) actionum in voluntate penderet. *Si volueritis*, inquit, *& audieritis me, bona terræ comedetis; ſi autem nolueritis, nec audieritis me, gladius devorabit vos.* Sed abſurdum eſt prætermittere ſermonem de improbiſſimis, ac præterire conſiderationem de iis, qui turpiſſimè atque effrenatiſſimâ licentiâ in vita verſantur, ne noſtrum ſilentium periculoſiſſimam deſperationem eis comparet. Non magnoperè accuſant Nabucodonoſorem? non valde reprehendunt Pharaonem? non ad ſummum faſtigium turpitudinis progreſſos

ῥητοῖς πείσωμεν· φήσομεν γὰρ πρὸς αὐτούς· ἐπεὶ Θεὸς ῥίζα ἦν, καὶ ῥίζα καλὴ, καὶ καρποὶ καλοὶ ἀπὸ ῥιζῶν καλῶν προηνέχθησαν· καὶ ὁ Σατανᾶς ῥίζα ἦν, καὶ ῥίζα κακή· καὶ καρποὶ κακοὶ, ἀπὸ ῥίζης κακῆς προηνέχθησαν, τίνος καρποὶ οἱ ἀπόστολοι, ἵνα ἐκ τῶν καρπῶν γνῶμεν τὸ ζητούμενον· ὅπερ οὐκ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν λαμβάνω; φήσομεν γὰρ ἡ ῥίζα ἡ κακὴ, οὐδὲν καλὸν προσενεγκεῖν οἶδεν· οὔτε ἡ ῥίζα ἡ καλὴ, οὐδὲν κακὸν προσενεγκεῖν οἶδε· φαίνονται δὲ οἱ ἀπόστολοι ποτὲ μὲν καλοὶ ποτὲ δὲ κακοί· καὶ ὄψε μὲν καλοὶ, ἀρχῆθεν δὲ κακοὶ καὶ μεταβολὴν πεποιημένοι ἀπὸ τῶν κακῶν.

Εἰ μὲν γὰρ φήσομεν τοῦ Σατανᾶ καρποὺς εἶναι τοὺς ἀποστόλους, διὰ τὰ παλαιὰ πλαίσματα, δυσωπηθήσονται διὰ τὴν ἀποστολὴν, καὶ τὴν τελειότητα τῶν ἀρετῶν· εἰ δὲ τοῦ Θεοῦ, τί ἐροῦσι περὶ τῶν πλαισμάτων τῶν παλαιῶν, καὶ τῆς παλαιᾶς διαβολῆς; δυσωπήσει γὰρ αὐτοὺς τὸ γράμμα, καὶ ἐλέγξει αὐτῶν τὴν κρίσιν· εἰ δὲ ἀποροῦντες καὶ εἰπεῖν μὴ δυνάμενοι ἀντιπρωτῶσι φάσκοντες, δύσκολον εἶναι τὴν λύσιν τῶν προτάσεων, καὶ δύσκολον εἶναι τὴν ἀπόδειξιν· φήσομεν καὶ ἡμεῖς, οὐ καρποὺς εἶναι τοὺς ἀποστόλους τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ ποιήματα καὶ πλάσματα, οὐ γὰρ ὡς ἀπὸ ῥίζης καρποὶ προηνέχθησαν, ἀλλ' ὡς ἀπὸ κτίστου καὶ ποιητοῦ, κτίσματα καὶ ποιήματα γεγένηνται τοῦ πεποιηκότος· οὐχ ὡς ὁμοούσια τοῦ πεποιηκότος· γενητοὶ γὰρ ἐκ τοῦ ἀγενήτου ποτὲ οὐκ ὄντες, ὕστερον δὲ πεποιημένοι· τὸ μὲν εἶναι ἀπὸ τοῦ πεποιηκότος λαβόντες, οὐκ οὐσίαι δὲ ἐξ οὐσίας, ἀλλ' ὑποστάσεις ἐξ ἀγαθότητος τοῦ δημιουργοῦ πεποιημένοι· καὶ οὕτω πεποιημένοι, ἵνα προαιρέσει τὴν ἀρχὴν ἔχωσι· φαίνεται οὖν ὁ σωτὴρ λέγων· εἴτις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν· εἰ θέλεις τέλειος γενέσθαι· εἰ θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι· εἰ ὁ ποιήσας τοιαῦτα καλεῖ, δι' οὗ πατὴρ πάντα ἐποίησε, νόει τοῦ πεποιηκότος τὰς φωνάς· ἐν τῷ θέλειν τοὺς νόμους ἔθετο· ἐν τῇ θελήσει τὰ νόμιμα ἀποταμιεύεται· τὴν βούλησιν τῶν πραττόντων κυρίαν τῶν πραττομένων ἐπίσταται.

Ἀμέλει τιμῶν τὴν τῶν πράξεων κοινωνίαν, ἀνήρτησεν ἐν τῇ θελήσει ὁ λόγος· ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μὴ δὲ εἰσακούσητέ μου μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· ἄτοπον δὲ καὶ τὸν περὶ τῶν φαυλοτάτων καταλιπεῖν λόγον, καὶ τὴν περὶ τῶν αἰσχίστως καὶ ἐκδεδιητημένως ἀναστρεφόντων παραλιπεῖν ἐξέτασιν· μήπως ἡ ἡμῶν σιωπὴ ἀπόνοιαν χαλεπωτάτην αὐτοῖς κατασκευάσῃ· οὐ σφόδρα διαβάλλουσι τὸν Ναβουχοδονόσορ; οὐ σφόδρα μέμφονται τὸν Φαραώ; οὐ πέρας αἰσχρότητος

(a) *Sic etiam Editores Biblioth. Patrum; legendum tamen*, radicibus. Basn. (b) *In Epiſt. Judæ*, Angelos verò, qui non ſervaverunt ſuum principatum, &c. Turr. (c) *Actiones bonæ, quarum communitate cum Deo conjuncti ſumus, omnes ſunt voluntariæ.* Id.

Sæc. IV. Anno 360.

τος αὐτοὺς νενομίκασι; τοιαῦτα γὰρ περὶ τῆς ἐκείνων διαγωγῆς, ἄνω καὶ κάτω θρυλλοῦσιν· εἰ μὲν οὖν ἐν ταῖς διανοίαις ἐκείνων οὐδεμία σπουδὴ φανείη, λόγος ἂν εἴη ἕτερος· εἰ δὲ ἐν τοῖς οὕτω κακοῖς καὶ μέρη εὑρίσκεται καλῶν καὶ αἰσθήσεις καὶ ἀντιλήψεις, καὶ μεταμέλος, καὶ ἱκεσίαι, τί ἔτι φήσουσιν; εἰ γὰρ οὗτος ὁ πάνυ αἴσχιστος φανείη τινὰ μέρη ἔχων ἀρετῆς, καὶ τρόπων ἐπιτηδειότητα, τί ἐροῦσιν; ἢ γὰρ τὸν Σατανᾶν μικτὸν ἐξ ἀρετῆς καὶ κακίας, ὡς μικτοὺς καρποὺς ἐνεγκόντα φήσουσιν, ἢ τούτους καρποὺς μὴ εἶναι τοῦ διαβόλου; οὐκέτι γὰρ οἱ μικτοὶ τοῦ ἀμίκτου εἶεν ἂν καρποί, οὔτε ῥίζα τὸ ἄμικτον τοῦ μικτοῦ φανήσεται· οὗτοι δὲ καὶ μικτοὶ ἐφάνησαν χρόνῳ, καὶ τὰς ἐπιστήμας λαβόντες, καὶ πονηρίᾳ αἱρεθέντες· καὶ φανήσεται κατὰ τοῦτον τὸν λόγον πλάσμα εἶναι λόγου, καὶ μὴ ἀληθείας ὑπόστασις.

Ἰδοὺ γὰρ ὁ μὲν Φαραὼ ἐν ταῖς ἐπιτιμίαις ἐνδίδωσι καὶ ἀπαλύνεται· ἐνδίδωσι τῇ διανοίᾳ, καὶ κατατυφθεὶς τὴν ψυχὴν οὐκ ἐπιμένει τῇ τραχύτητι, ἀλλὰ δύο ποιεῖ, καὶ τὴν εὐχὴν αἰτεῖ, καὶ κατηγορεῖ τοῦ γενομένου, καὶ οὐ φαίνεται πηρὸς ἡ ψυχὴ ἀλλ' ἐμβλέπουσα, καὶ πρὸς μετάνοιαν χωροῦσα· ἀντιλαμβανομένη δὲ καὶ τῆς αἰτήσεως καὶ ἱκεσίας καὶ λιπαροῦσα εὐχῆς ἕνεκεν. εἰ δὲ ἐπεφύκει κακὸς πῶς ἐγνώκει περὶ τῆς εὐχῆς, καὶ τῆς μετανοίας; εἰ γὰρ ἡ μετάνοια καλή, καὶ ἡ εὐχὴ καλή· εἰ δὲ ἡ φύσις κακή, πῶς ἐμίγη τὸ κακὸν τῷ καλῷ; πῶς δὲ ἐκ κακοῦ καλὸν προηνέχθη; καὶ φαίνονται μὴ εἰδότες ὃ λέγουσιν· ἀλλὰ ἀπαιδεύτῳ γνώμῃ, πτύσματα μᾶλλον ῥημάτων ἢ ῥήματα προσφερόμενοι.

Εἰ δὲ καὶ ὁ Ναβουχοδονόσορ, καίτοι χαλεπὸς ὢν τὸ ἦθος καὶ τὴν κάμινον εὐτρεπίσας, καὶ τὴν εἰκόνα ποιήσας, καὶ τῇ ἀπειλῇ φοβῶν, καὶ προσκυνεῖν τὸ ἄγαλμα ἀναγκάζων, ὡς οἱ ἅγιοι ἔνδον ἐβάλλοντο, καὶ ὑπεχώρει ἡ φλὸξ καὶ τῶν σωμάτων οὐχ ἥπτετο, καὶ συναγωγὴ ἡ κάμινος ἐγίνετο· καὶ ἀντὶ ὀδυρμῶν, ἔνδον ὕμνοι ἐπλοῦντο, καὶ οὐκέτι καιομένης σαρκὸς θρῆνος ἐπέμπετο, ἀλλ' ἐκ πανηγυριζούσης ψυχῆς ᾆσμα ἐπλεῖτο· παρέκυψεν ἰδεῖν τὰ ἔνδον, τετίμηται τῇ τοῦ ἀγγέλου θεωρίᾳ, ἀφῆκε φωνήν, οὐχὶ τρεῖς ἄνδρας ἐνεβάλομεν εἰς τὴν κάμινον; ἰδοὺ τέσσαρας ὁρῶ, καὶ τὸν τέταρτον, ὡς ὅμοιον υἱῷ Θεοῦ· εὐθέως γοῦν γράφει ὑπὲρ τούτου νόμον, ὁμολογεῖν τὸν Θεόν, μαρτυρεῖν τὴν ἀλήθειαν· ἐξηγητὴς τῆς ὁράσεως γίνεται· διαβάλλομεν οὖν τὰς ἐξηγήσεις, ἢ ἐπαινέσομεν; καλὸν τὸ πρεσβεύειν ὑπὲρ Χριστοῦ, ἢ ἐν πονηρῷ μέρει αὐτὸ ἐῶμεν; εἰ μὲν γὰρ τὸ πρεσβεύειν τὰ θεῖα λόγια, καὶ μάρτυρας εἶναι τῆς ἀληθείας, καλόν· ἐπρέσβευσε δὲ καὶ Ναβουχοδονόσορ καὶ ἔγραψε καὶ εἰς πᾶσαν τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ ἔπεμψε, λέλυται

existimant? talia enim de illorum vita & instituto ubique jactant. Si igitur in illorum animis nullum studium cerneretur, alia ratio esset. Sin verò in adeò malis etiam partes aliquæ eorum, quæ bona sunt, reperiuntur, sensus, perceptiones, intelligentiæ, pœnitentia, ac supplicationes, quid jam dicturi sunt? Si enim hic turpissimus appareat habere partes quasdam virtutis, & mores aliquos idoneos, quid dicent? Si enim respondebunt, mixtum esse Satanam, ut qui fructus ex virtute ac vitio mistos attulerit, aut fructus hos non esse diaboli; non enim fructus misti, fructus fuerint carentis mistione; neque quod non est mistum, radix misti erit; hi autem misti esse, aliquo tempore apparuerunt, & percepisse scientias, & improbitate capti esse: hac ratione apparebunt non esse veræ personæ, sed fictæ cogitatione.

Pharao. En Pharao, cùm increpatur, remittit & mollitur, flectitur mente, & percussa anima non perseverat in duritia. Quin potius duo facit, poscit quod optat, & accusat factum; & non videtur anima oculis capta, sed ad pœnitentiam procedens, ac petitionem & supplicationem amplectens, & in precibus blandiens. Si autem naturâ malus fuisset, quomodo de precibus & pœnitentia cognitionem habuisset? Si enim bona est pœnitentia, & bona item precatio; si verò natura mala, quomodo malum cum bono mistum fuit? Quomodo ex malo bonum prolatum est? Apparent non intelligere quæ loquuntur, quin potius mente rudi & ineruditâ, sputa magis verborum, quàm verba proferre.

Nabucodonosor. Nabucodonosor, quamvis moribus sævus esset, & fornacem præparasset, & imaginem fecisset & minis terreret, atque imaginem venerari cogeret, statim ut sancti pueri in fornacem illati sunt, & cedebat flamma, & corpora non attigit, factaque est fornax Synagoga, ac pro lamentis hymni & laudes adhibebantur, neque jam tanquam igne carnem urente lamentatio fiebat, sed ab anima lætante cantus celebrabatur; statim, inquam, prospexit quæ intra fornacem fiebant, honoratusque est angeli spectaculo, misitque vocem, *Nonne tres viros in fornacem intulimus? en, quatuor video, & quartum tanquam similem filio Dei.* Continuò igitur legem de hac re scribit, ut confiteantur Deum, ut testentur veritatem; fit interpres & enarrator visi. Accusabimus igitur enarrationes, an laudabimus? præclara res est legatione fungi pro Christo: an hoc in malam partem accipi sinamus? Si obire legationem pro divina Scriptura, & testes esse veritatis gloriosum est, obivit autem legationem Nabucodonosor, & scripsit, & ad universam ditionem suam misit, sublata est natura mali,

siquidem cùm sciret, quod erat bonum, ad doctrinam de bono respexit. Si verò doctrinam affectione turpitudinis hebetavit, accusatur; aliud enim est, non posse agere, quod honestum est; aliud verò scire quid est, quod honestum est, non tamen agere posse inclinationi affectus succumbentem.

Quòd si in hominibus non sunt reperti fructus diaboli; & eorum, quos diximus, mores pudendi fuerunt, ipsorumque turpitudo convicta est, quò demum convertemus nos? nisi fortè ad dæmones eamus; nisi fortè dicant, nullum quidem hominem esse fructum diaboli; dæmones verò solos fœtus & partes ejus esse. Sed si hoc dixerint, hîc quoque pudendi erunt. Primùm verò audiant, si dæmones sunt fructus diaboli, & nullus homo est diaboli (*a*) fructus; igitur nulla est diabolo in hac vita cum hominibus communitas; sed potius ab omnibus disjunctus est, ab omnibus alienatus est, ejectus est (*b*).

Nequitia rapuit lumen.

Quia verò in errore & fallacia adhuc progredientes, magis adhuc fallacia & mendosa verba proferunt, ne silentio prætermittamus ea: ajunt enim, quòd nequitia cuncta antegressa, & sola procedens, seipsam injuriâ afficiebat, & sibi nocebat: postquam verò adfuit in loco veritatis, obstupuit, & repentinum lumen admirata est, pugnæ suæ oblita est. Invasit quod apparuit, rapuit lumen, absorbuit spectatum. Jam hic risus multus & magnum ludibrium: hîc omnis fabula Græca protrita est, & victa hujus fabulæ habitu; fabulæ enim fabulæ dicuntur, sed tanquam fabulis creditur: hæc autem si ut fabula dicitur, sic tanquam fabulæ crederetur, parum damni fieret; nunc verò vincit fabulas: stulti credunt ei tanquam veritati. Si enim apud se manens, ut dicitis, se ipsam obsedit, cùm venisset in fines luminis, vidit lumen, & obstupuit, & à sua pugna liberata est, & adorta est lumen visum, & rapuit quod spectavit; quomodo non apparebunt hæc non posse fieri, & falsa esse? Quomodo enim sibi ipsa injuriam faciebat? se ipsa interimebat? se ipsa delebat? Quomodo nunc quidem absorbens, nunc verò generans, si ingenita erat? dissolvebatur enim se ipsam interimens; & non jam esse poterat sibi interitum afferens. Si autem partes suas habebat intereuntes, quod pignus esse potest satis idoneum, non totam interire partibus natis aptis ad intereundum? Si autem se ipsam generabat, & esse incipiebat, & incipiens esse, generabilis erat; quomodo erat ingenita?

ἡ φύσις· ἐπιστάμενος γὰρ τὸ καλὸν, πρὸς τὴν μάθησιν ἔβλεψε τοῦ καλοῦ· εἰ δὲ ἤμβλυνε τὴν μάθησιν τῇ πρὸς τὴν πονηρίαν διαθέσει, κατηγορεῖται· ἕτερον γὰρ τὸ ὅλως μὴ δύνασθαι ποιεῖν τὸ καλόν· ἕτερον δὲ τὸ εἰδέναι μὲν μὴ δύνασθαι δὲ ποιεῖν τὸ καλὸν τῇ πρὸς τὰ πάθη ῥοπῇ ἡττώμενον.

Ἐπειδὴ δὲ ἐν ἀνθρώποις καρποὶ τοῦ διαβόλου οὐχ εὑρέθησαν, καὶ ἐδυσωπεῖτο αὐτῶν ὁ τρόπος, καὶ ἠλέγχθη αὐτῶν ἡ ἀτοπία, ποῦ λοιπὸν τραπώμεθα; εἰ μὴ ἄρα πρὸς τοὺς δαίμονας βαδίσωμεν· εἴ γε μὴ ἄρα φήσουσιν, ἀνθρώπων μὲν οὐδεὶς καρπὸς τοῦ διαβόλου, δαίμονες δὲ γόνοι καὶ τοκετὸς μόνοι αὐτοῦ· καὶ ταῦτα λέγοντες δυσωπηθήσονται μὲν καὶ ἐν τούτῳ· πρῶτον δὲ ἀκουέτωσαν· εἰ οὐδεὶς ἄνθρωπος πως τοῦ ἑνὸς ἀπολέλυται, οὐδὲν οὖν κοινὸν τῷ Σατανᾷ, καὶ τῷ βίῳ τούτῳ, ἀλλὰ πάντων ἀπήλλακται· πάντων γέγονε ξένος ἐκβέβληται καταπτυόμενος.

Ἐπειδὴ δὲ ἔτι ἐν τῇ πλάνῃ καὶ ἐν τῇ ἀπάτῃ προκόπτοντες, ἔτι ἀπατηλότερα καὶ πεπλανημένα ῥήματα προφέρουσι, μὴ σιωπήσωμεν· φασὶ γὰρ, ὅτι προϊοῦσα ἡ πονηρία, καὶ καθ᾽ ἑαυτῆς χωροῦσα ἑαυτὴν ἠδίκει, καὶ ἑαυτὴν ἐλυμαίνετο· ὡς δὲ ἐπέστη τῷ χωρίῳ τῆς ἀληθείας, ἐξεπλάγη· θαῦμα ἔλαβε τοῦ ἐξαπιναίου φωτός· ἐπελάθετο τῆς ἰδίας μάχης· ἐπέθετο τῷ φανέντι· ἥρπασε φῶς· κατέπιε τὸ θεωρηθέν· ἐνταῦθα λοιπὸν πολὺς ὁ γέλως, καὶ μεγάλη ἡ χλεύη· ἐνταῦθα πᾶς πεπάτηται μῦθος ἑλληνικὸς, νικώμενος τούτῳ τῷ σχήματι· λέγονται γὰρ μῦθοι οἱ μῦθοι, ἀλλ᾽ ὡς μῦθοι πιστεύονται· οὗτος δὲ, εἰ μὲν ὡς ἐλέγετο μῦθος, ὡς μῦθος ἐπιστεύετο μικρὰν ἂν εἶχε τὴν ζημίαν· νῦν δὲ νικᾷ μὲν τοὺς μύθους, πιστεύεται δὲ παρὰ τοῖς ἄφροσιν ὡς ἀλήθεια· εἰ γὰρ ὡς μεμηνῦα, ὥς φατε, καὶ καθ᾽ ἑαυτὴν ἑαυτὴν πολιορκοῦσα, ἔφθακυῖα εἰς τὰ οἰκεῖα ὅρια, εἶδε φῶς καὶ κατεπλάγη, καὶ ἀπηλλάγη τῆς ἰδίας μάχης, καὶ ἐπέθετο τῷ φανέντι, ἥρπασε τὸ θεωρηθέν· πῶς οὐκ ἀδύνατα καὶ ψευδεῖς φανήσονται οἱ λόγοι; πῶς γὰρ ἑαυτὴν ἠδίκει ἡ πονηρία; ἑαυτὴν ἀνῄρει; ἑαυτὴν ἐφανίζεν; ἄρτι μὲν καταπίνουσα, ἄρτι δὲ γεννῶσα, εἴγε ἀγέννητος ἦν; ἐλύετο γὰρ ἑαυτὴν διαφθείρουσα· εἰ δὲ τὰ μέρη ἑαυτῆς εἶχε διαφθειρόμενα, ποῖον ἐνέχυρον αὔταρκες, ὅτι ὅλη οὐ διαφθείρεται, τῶν μερῶν διαφθείρεσθαι πεφυλακότων; εἰ δὲ καὶ ἑαυτὴν ἐγέννα, καὶ εἶναι ἤρχετο· ἀρχομένη δὲ τοῦ εἶναι, καὶ γεννητὴ ἦν, πῶς ἔτι ἀγέννητος.

Διὸ

(a) *Opera enim hominis mala, opera tenebrarum & diaboli dicuntur, & sunt secundum imitationem, & secundum ea est homini communitas cum eo.* Deerant hîc aliqua. TURR. (b) *Diversa planè textûs series est in Græcis; quippe sequuntur*, καὶ ἔστιν ἁλωτὴ, καὶ λυτὴ, καὶ λυομένη, potest igitur capi, dissolvi, & dissoluta atque capta, *&c. quæ in pagina sequenti legentur. Deinde verò in Codice MS. interjiciuntur paginæ plurimæ, in quorum una occurrit initium Libri tertii. Cùm hæc satis accuratè non distingui in Græco Codice nobis constaret, Turriani ordinem secuti, quæ discerpta & in tertio Libro reposita erant, hîc subjicimus.* BASN.

SÆC. IV. ANNO 360.

Διὸ οὐκέτι παρ' ἑτέρου τὸν ἔλεγχον τῆς ἀτόπου δόξης αὐτῶν λήψονται, ἀλλ' ἀπὸ τῆς οἰκείας φλυαρίας· πολλὰ γὰρ φθεγγόμενοι, ἑαυτοῖς μαχόμενοι φθέγγονται· καὶ οὐκέτι ἀναμένουσιν ὑφ' ἑτέρου ἐρυθριᾶν· ἀλλὰ φλυαροῦντες τοῦτο ἀπὸ τῆς οἰκείας περιπετείας πάσχουσι· τὸ γὰρ δυνάμενον λύεσθαι, καὶ λύσιν ἐπιδεχόμενον, καὶ δυνάμενον διαφθείρεσθαι, πῶς ἂν εἴη ἀγένητον; πῶς ἂν εἴη ἀφ' ἑαυτοῦ ὄν; πῶς οὐκ ἀφ' ἑτέρου ἤρξατο; τοῦ μὲν τοιούτου ἀνωλέθρου, καὶ ἀπαθοῦς ὑπάρχοντος· τοῦ δὲ δυναμένου ἀφανίζεσθαι καὶ διαφθείρεσθαι, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ὄντος; εἰ δὲ διαφθείρεται, ὥς φατε, τοῦτο γὰρ ὁ ὑμέτερος ὁρίζει λόγος, τὸ καταπίνεσθαι ὁμολογῶν, τὸ εἶναι ἀλλοίωσιν, καὶ φθορὰν τὴν κατάποσιν; καὶ ἔστιν ἁλωτὴ, καὶ λυτὴ, καὶ λυομένη, καὶ ἀναλισκομένη οὐκέτι τὰ τῶν μὴ ἀφανιζομένων ὑποστήσεται· μὴ ἔχουσα δὲ τὴν φύσιν ἀβλαβῆ καὶ ἀνώλεθρον, οὐκέτι ἀγένητος ὑποπτευθήσεται· μὴ οὖσα δὲ ἀγένητος, οὔτε ἄναρχος, οὔτε ἀτελεύτητος φανήσεται ἡ κακία· ἄλλοτε μὲν οὐκ οὖσα, ἄρτι δὲ δοκοῦσα ἐμβομβεῖν· καὶ γὰρ ὅ ἐστιν οὐκ οὐσία ἐστὶν, ἀλλὰ νόσημά τι συμβεβηκὸς περὶ τὰς οὐσίας, δυνάμενον τῶν οὐσιῶν καὶ τῶν ὑποστάσεων χωρισθῆναι· ἔτι γὰρ αὐτὸς ὁ ἀπατεὼν, ὅπερ ἐστὶ, κατὰ πτῶσιν καὶ κατ' ὄλεθρον τυγχάνειν τῆς πτώσεως, καὶ τοῦ ὀλίσθου μαρτυροῦντος τῇ ὑπεξαιρέσει τῶν προϋπηργμένων καλῶν, μαρτυρεῖ μὲν Ἰεσαΐας ὁ Προφήτης· πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος πρωῒ ἀνατέλλων· τὴν μὲν τοιάνδε αὐτοῦ κατάστασιν ἔκπτωτον εἰδὼς· τὴν δὲ παλαιὰν θείαν καὶ διαυγεστάτην τυγχάνουσαν· μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ Σωτὴρ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, λέγων· ἰδοὺ ὁρῶ τὸν Σατανᾶν, ὡς ἀστραπὴν πεσόντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· εἰ δὲ οὗτος ἐπεφύκει, καὶ οὕτως ἦν, οὐκ ἂν πῇ μὲν πτῶσις, πῇ δὲ ἔκπτωσις ἐκαλεῖτο· τὸ γὰρ πίπτον ἀπό τινος στάσεως πίπτει· τὸ δὲ ἐκπίπτον, ἀπό τινος περιουσίας ἐκβαίνει.

Εἰ δὲ ἐν πεσοῦσι λέγεται, ἦν ποτὲ ἐν στάσει, καὶ ἑδραιότητι τυγχάνων· εἰ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐκπεπτωκόσι κατηγορεῖται, οὐ πένης ἦν, οὐκ Ἶρος ἦν ποτὲ, ὅτε πολλὴν περιουσίαν εἶχεν, ἀλλὰ διά τινα νόσον στέρησιν ἐκείνης τῆς περιουσίας ὑπομείνας, ἐν πεπτωκόσι κρίνεται· ἀμέλει καὶ τὴν περιουσίαν ἡ γραφὴ ὁμολογεῖ· εἰ γὰρ πῶς ἐξέπεσεν ὁ ἑωσφόρος, καὶ περιουσία ἦν τὸ ὄνομα, καὶ ἑωσφόρος ὢν αὐτὴν τὴν τοῦ ἑωσφόρου ἐνέργειαν, καὶ δύναμιν, καὶ περιουσίαν, καὶ κτῆσιν εἶχε, καὶ ταύτης ἐκπεσὼν, ταύτης γέγονε κενὸς· πενητεύει μὲν ἐν τῇ περιουσίᾳ τοῦ ἑωσφόρου, ἀλητεύει δὲ καὶ κινδυνεύει Ἶρος ὢν καὶ ἔκπτωτος ὁ πάλαι πολλὴν περιουσίαν ἔχων· εἰ δὲ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῶν πιπτόντων ἐστὶ καὶ χαμαὶ κειμένων καὶ κυλινδουμένων, λοιπὸν ἐν τῷ ἐδάφει εἱστήκει ποτὲ, καὶ ἠδύνατο λέγειν· ἑστῶτες ἦσαν οἱ πόδες ἡμῶν ἐν ταῖς αὐλαῖς σου Ἱερουσαλήμ· ἠδύνατο ἀκούειν·

Quamobrem non ab alio absurda eorum opinio, sed ab eorum nugis redarguenda est; multa enim dicunt secum pugnantes, nec expectant faciat alius, ut erubescant, sed ipsi hoc aliis invident, & ipsi se erubescunt. Quòd enim dissolvi potest, & dissolvitur, & potest interire, quomodo fuerit ingenitum? quomodo à se extiterit? quomodo non ab alio originem duxerit? cùm hoc quidem tale liberum sit ab interitu & impatibile, illud verò tolli & perire possit, cùm non sit à se. Quòd si perit, ut dicitis, hoc enim verbis vestris definitis, ac decernitis, confitentes absorberi, & captam atque absorptam interitum cepisse, potest igitur capi, & dissolvi, & dissoluta atque capta non jam sustentabit ea, quæ sunt non intereuntium: cùm verò non habeat naturam ab incommodo & interitu alienam, non jam ingenita esse putabitur; & si ingenita non est nequitia, neque ortu, neque fine carere apparebit, cùm aliàs quidem non sit, modò verò solum insonare videatur. Quod enim est, non est substantia, sed morbus quidam, qui substantiis accidit, qui potest à substantiis & personis separari. Quòd autem deceptor, quod est, ruinâ & lapsu accidit, ut esset, ipsa ruinâ & lapsu attestante ademptionem bonorum priorum, testatur quidem Esaïas Propheta, cùm ait, *Quomodo cecidit è cœlo Lucifer, qui mane oriebatur?* Cùm verò hunc talem ejus statum ex lapsu accidisse sciret Salvator, antiquum verò statum divinum ac splendidissimum, & maximè decorum fuisse, de eo testatur in Evangelio inquiens, *Ecce, video Satanam tanquam fulgur cadentem de cœlo.* Si autem sic natus erat, si sic aptus naturâ, non diceretur tum cecidisse, tum decidisse; quod enim cadit, ex statu quopiam cadit; & quod decidit, ex quapiam abundantia excedit.

Ingenitum non potest dissolvi.

Si nominatur in iis, qui ceciderunt, erat aliquando in statu & stabilitate. Si autem in iis, qui deciderunt, accusatur, non erat inops, non erat Irus aliquando, cùm affluebat bonis copiose: quibus propter morbum aliquem privatus, in iis qui ceciderunt, numeratur, & habetur. Sanè quidem affluentiam ejus Scriptura fatetur; si enim in eo, quod ait, *Quomodo cecidit Lucifer?* nomen Luciferi affluentia erat, & qui erat Lucifer, ipsam Luciferi effectionem, & vim, & affluentiam, & possessionem habebat, & ab hac cùm decidit, hac factus est vacuus, inops quidem est illius affluentiæ Luciferi; vagatur mendicus, & est penè Irus, & in casum ac ruinam datus, qui olim valde copiosus erat. Si autem secundum Evangelium ex eorum numero est, qui cadunt, & humi jacent, & in pavimento volvuntur; stetit aliquando, & poterat dicere, *Stantes erant pedes nostri in atriis tuis, Hierusalem.* Poterat audire illud, *State*

succincti lumbos vestros in veritate: & cùm posset hoc audire, adhibuit ad cautionem & firmitatem quod ait Scriptura, *Qui stat, videat ne cadat:* & cùm nihil munierit contra hoc, in talibus hodie vertitur ac volvitur; quod enim semper humi jacet, nunquam cadet; jacet enim humi: quod autem cecidit, & est humi, non deveniet ab stantibus & erectis ad cadendum; & quod semper est in inopia, & nunquam accidit ut affluat, nunquam cadet; semper enim nihil habet, & cadere non potest, quod nihil unquam habuit. Quod casum & ruinam sentit, propter abundantiam & rem amissam sentit. Ac ratio quidem prima opinionem istam convincendi talis est.

Patibilis Deus, secundum Manem.

Sed quia dicunt, quod nequitia adhuc progrediens, ac se ipsam intendens ac roborans & lumini appropinquans, rapuit ex eo & absorbuit; age legationem, quam pro diabolo contra veritatem susceperunt, dissolvere ne defugiamus; extollunt enim his verbis malum; extenuant autem veritatem, & nervos tribuunt nequitiæ; veritatem verò sine nervis ponunt. Etenim si nequitia rapuit, lumen verò raptum est, & quod dominaturum erat, patitur; & quod patitur, patibile est; patibilis igitur ipsorum opinione Deus est. Satanas verò expers naturæ patibilis; ille quidem malè affici potest; hic verò malè afficere. Si enim lumen patibile est, & ipse Deus est patibilis, cùm non sit aliud præter lumen. Quòd si potuit malè affici, & non à se malè affici, sed ab hoste & pugnante, & deficere à se, & esse apud deterius, quomodo à propriis separatum est, quod naturam habet copulatricem? quæ enim secundum naturam apta nata sunt, ut à se ipsis separentur, non insunt naturâ. Si autem ingenitum erat lumen, & erat cum ingenito copulatum, quomodo unquam separari potuit? quomodo à se divelli, & fieri aliud quam erat? Si enim ministravit malo, idque per vim à nequitia illatam, deinceps nequitiam eligebat, & quæ sunt nequam, perpetrabat; & ignorabat se, nec se jam amplius agnoscebat, sed sui potius oblitum erat; putabat enim se tale esse, quale est malum. Si ita erat, apparebunt hæc repugnantia. Quod enim ingenitum est, neque se ignorat, nec aliud erit, præterquam est, sed potius tale perseverat, quale erat; nec unquam à se disjungi potuit, quod nunquam cœpit esse.

Verùm quia anilia & commentitia loquuntur, non intelligentes quæ dicunt, sed ex iis ipsis, quæ dicunt, revicti, & se erubescentes, hoc etiam ad ea, quæ dicta sunt, addamus. Si poterat lumen commutari, & aliud præterquam erat ipsum fieri, & esse apud nequitiam, ac sui oblivisci, & facere quæcunque nequitia facit, potuit hoc evenire principibus nequi-

στῆτε περιεζωσμένοι τὰς ὀσφύας ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ· καὶ δυνάμενος τοῦ ἀκούειν· οὐκ ἠσφαλίσατο τὸ εἰρημένον λόγιον· ὁ δοκῶν ἑστάναι βλεπέτω μὴ πέσῃ· καὶ μηδεμίαν πρὸς τὸ τοιοῦτον πεποιημένος ἀσφάλειαν, ἐν τοῖς τοιούτοις σήμερον κυλινδεῖται· τὸ γὰρ ἀεὶ χαμαὶ κείμενον, οὐκ ἂν πέσῃ· κεῖται γὰρ χαμαί· τὸ δὲ πεπτωκὸς καὶ χαμαὶ γεγονὸς ἀπὸ ἑστηκότων καὶ ἐρεισμένων παρέλκον ἐπὶ τὸ πεσεῖν ἐλεύσεται· καὶ τὸ ἀεὶ πενητεῦον καὶ οὐδέποτε εἰληφὸς οὐδεμίαν περιουσίαν οὐδέποτε ἐκπεσεῖται· ἀεὶ γὰρ οὐδὲν ἔχει, καὶ οὐ δύναται ἐκπεσεῖν, οὐδὲν οὐδέποτε ἐσχηκός· τὸ δὲ ἔκπτωσιν ὑπομεῖναν καὶ πεπονθὸς, ἀπὸ πολλῆς περιουσίας καὶ ὑπάρξεως τυγχάνει· καὶ τοιοῦτος μὲν ὁ πρῶτος ἔλεγχος.

Ἀλλ' ἐπειδή φασιν ἔτι προϊοῦσα ἡ κακία, καὶ ἑαυτὴν καταπείνουσα, καὶ γενομένη πρὸς τῷ φωτὶ ἥρπασεν ἀπὸ τοῦ φωτὸς, καὶ κατέπιεν ἀπὸ τοῦ φωτὸς, φέρε τὴν πρεσβείαν, ἣν ὑπὲρ τοῦ πονηροῦ πεποίηνται κατὰ τῆς ἀληθείας, καταλῦσαι μὴ παραιτησώμεθα· ἐπαίρουσι γὰρ τῷ λόγῳ τούτῳ τὴν πονηρίαν, εὐτελίζουσι δὲ τὴν ἀλήθειαν, καὶ νεῦρα μὲν διδόασι τῇ πονηρίᾳ, ἄνευρον δὲ τὴν ἀλήθειαν ὑποτίθενται· εἰ γὰρ ἡ μὲν πονηρία ἥρπασε, τὸ δὲ φῶς ἥρπασται, καὶ ἁρπαζόμενον ἔπασχε καὶ πάσχον παθητὸν ἦν, παθητὸς μὲν κατ' αὐτοὺς ὁ Θεὸς, ἀπαθὴς δὲ ὁ Σατανᾶς· ὁ μὲν δυνάμενος παθεῖν, ὁ δὲ δυνάμενος δρᾶσαι· τοῦ γὰρ φωτὸς ὄντος παθητοῦ καὶ αὐτὸς ἂν εἴη παθητὸς, οὐχ ἕτερος ὢν παρὰ τὸ φῶς· εἴγε ἠδυνήθη παθεῖν, καὶ παθεῖν μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ πολεμίου καὶ μαχομένου· καὶ ἀποστῆναι μὲν ἑαυτοῦ, γενέσθαι δὲ πρὸς τῷ χείρονι, πῶς δὲ καὶ τῶν ἰδίων κεχώρισται, ὁ τὴν ἑνωτικὴν φύσιν ἔχων; τὰ γὰρ κατὰ φύσιν πεφυκότα χωρίζεσθαι, ἑαυτῶν οὐ πέφυκεν· εἰ δὲ ἀγένητον ἦν τὸ φῶς καὶ ἥνωτο τῷ ἀγενήτῳ, πῶς ποτε χωρισθῆναι δεδύνηται; πῶς δὲ ἀπαλλαγῆναι ἑαυτοῦ, καὶ γενέσθαι ἕτερον παρ' ἑαυτό; εἰ γὰρ ὑπηρέτησε πονηρῷ, καὶ βεβιασμένον ὑπὸ τῆς πονηρίας, λοιπὸν τὰ πονηρίας ᾑρεῖτο, καὶ ἔπραττε τὰ πονηρίας· καὶ ἠγνόει μὲν ἑαυτὸ, καὶ οὐκέτι ἑαυτὸ ἐγνώριζεν, ἀλλ' ἐπιλήσμον ἑαυτοῦ ἐγεγόνει· ᾤετο δὲ ἑαυτὸ τοιοῦτον εἶναι οἷόν ἐστι καὶ τὸ πονηρόν· μαχόμενος φανήσεται ὁ λόγος· τὸ γὰρ ἀγένητον, οὔτε ἑαυτὸ ἀγνοεῖ, οὔτε ἔσται ἕτερον παρ' ἑαυτό· ἀλλὰ τοιοῦτον διαμένει, οἷον ἦν· καὶ οὐδέποτε ἑαυτοῦ ἀπαλλαγήσεται, οὐδέποτε τοῦ εἶναι ἀρξάμενον.

Ἀλλ' ἐπειδὴ γραώδη καὶ μυθώδη φθέγγονται, οὔτε ὃ λέγουσιν εἰδότες ἀλλ' ἀφ' ὧν λέγοντες δυσωπούμενοι, καὶ τοῦτο προσγράψωμεν τῷ λόγῳ· ἠδύνατο τὸ φῶς ἀμειφθῆναι, καὶ ἕτερον παρ' ἑαυτὸ γενέσθαι, καὶ γενέσθαι πρὸς τῇ πονηρίᾳ, καὶ ἑαυτοῦ μὲν ἐπιλαθέσθαι, ποιῆσαι δὲ ἴσα ἡ πονηρία ποιεῖ, ἠδύναντο καὶ οἱ τῆς πονηρίας ἄρχοντες τοῦτο παθεῖν, καὶ μᾶλλον μεταβάλ-

SÆC. IV. ANNO 360.

SÆC. IV. ANNO 360.

μεταβάλλεσθαι ἐπὶ τὸ καλόν· ἰσχούσης δὲ τῆς μεταβολῆς καὶ δυναμένης τῆς ἀλλοιώσεως, πῶς οὐκ ἄμεινον ἦν τοῖς κακοῖς μᾶλλον ἐπὶ τὴν ἀρετὴν μεταβληθῆναι, ἢ τοῖς καλοῖς ἐπὶ τὴν κακίαν; πῶς δὲ ἠνέσχετο ὁ Θεὸς καὶ ληφθῆναι τὸ φῶς ἐπέτρεψε; πῶς οὐ κεκώλυκε τὴν ὁρμήν; πῶς τὰ ἴδια οὐκ ἐτήρησε; πῶς δὲ μετὰ τὸ ἀφαιρεθῆναι, πρόνοιαν τῶν ἀφαιρεθέντων ποιήσασθαι οὐ βεβούληται; πῶς οὐ προλαβὼν ἐπέσχε τὴν ἐπιχείρησιν· πῶς μᾶλλον ἀνάλωτα οὐ τετήρηκεν, ἀλλὰ ἁλόντα, καὶ ληφθέντα βοηθείᾳ οὐ τετίμηκεν; εἰ μὲν εἴασεν ἵνα τὸ φῶς γενόμενον ἐν τοῖς κακοῖς μεταβάλῃ τὰ κακά, ὡς δυναμένων μεταβάλλεσθαι τῶν κακῶν, οὐκέτι τὰ κακὰ φυσικά, δυνάμενα μεταβάλλεσθαι· ἀπὸ τῶν κακῶν ἐνέχυρον τῆς μεταβολῆς κατὰ τῆς φύσεως λαμβάνει.

Εἰ δὲ ἠπίστατο, ὅτι οὐ μεταβάλλεται καὶ ὅτι οὐ πέφυκεν ἀλλοιοῦσθαι, πῶς μάτην εἴασε, ζημίαν μὲν ὑπομεῖναι τὸ καλόν, κέρδος δὲ μὴ ἀπονεῖμαι τῷ κακῷ; πῶς δὲ αὐτὰ μὲν τὰ κακὰ ἀλλοιοῦσθαι οὐδέν; ἑαυτὸν δὲ καὶ τὰ ἑαυτοῦ καλὰ ἀλλοιούμενα παρεῖδεν; ἄτοπος γὰρ ὅρος οὗτος, αὐτὸν μὲν εἶναι ἀλλοιωτόν, διὰ τὸ ἀλλοιοῦσθαι τὰ ἑαυτοῦ, μὴ εἶναι δὲ ἀλλοιουμένην τὴν ὕλην· καὶ τούτου μὲν τοιοῦτος ὁ ἔλεγχος· ἵνα πολλὴν συστείλωμεν ὁμιλίαν, τὰς περιβολὰς αὐτῶν, τὰς μάχας, τὰς μυθοποιΐας ἐκείνας καὶ γιγαντομαχίας σιωπῶντες· ἵνα καὶ τὰ εἰρημένα περὶ τῆς ἀρχῆς τῶν πραγμάτων δίκην ἀφορμῆς τινὸς εἰρημένα τυγχάνῃ, καὶ σπέρμα τῶν ζητήσεων ὑπάρχῃ.

tiæ, ut magis potuerint mutari in bonum. Si autem mutatio fieri potuit, & variatio, quomodo non melius erat ex vitio in virtutem mutari, quàm ex virtute in vitium? Quomodo passus est Deus, & permisit rapi lumen? Quomodo non prohibuit aggressionem? Quomodo non servavit sua? Quomodo postquam ablata sunt, noluit eorum providentiam & procurationem habere? Quomodo non prius impetum & conatum coërcuit? Quomodo non magis servavit, ne caperentur, sed potius capta & direpta auxilio non honoravit? Si ideò fecit, ut lumen cùm in malis esset, mala mutaret, quasi mutari possent mala, non igitur mala naturâ mala sunt, quæ cùm mutari possunt, sponsionem in mutatione ipsa accipiunt, non esse naturâ mala.

Si autem sciebat non mutari, neque naturâ apta esse, ut mutationem caperent, quomodo frustra sivit, ut bonum jacturam faceret, & lucrum non tribueret malo? Quomodo sivit ipsa mala non mutari, se verò & sua bona mutata neglexit? Absurda est enim hæc præscriptio, ipsum esse mutabilem, quia sua mutantur; non esse autem mutabilem materiam. Atque hæc quidem sic redarguimus, ut prolixum sermonem contrahamus, silentio prætereuntes illa integumenta, quæ obtendunt, illas repugnantias & fabulas & pugnas Gigantum, ut quæ de principio rerum dicta sunt, instar cujusdam subsidii dicta sint, habeanturque, tanquam semen quæstionum.

SÆC. IV. ANNO 360.

TITI,

TITI,
EPISCOPI BOSTRENSIS,
ADVERSUS
MANICHÆOS
LIBER SECUNDUS.

SÆC. IV. ANNO 360.

Ἄγει δὴ λοιπὸν ἡμᾶς ὁ λόγος ἐπὶ τὴν περὶ Θεοῦ σπουδαιολογίαν· παιδιᾶς γὰρ ἴσως διέφερεν οὐδὲν τὰ πρὸς ἀνασκευὴν τῆς ἐκείνου μυθολογίας εἰρημένα· ἵνα οὖν μὴ καὶ γέλωτα ὀφλήσωμεν παρὰ τοῖς ἔμφροσι, πλάσμα λίαν ἀσύστατον περιεργότερον ἐξετάζοντες, ὅσα δὴ εὕρηται μυστικώτερα τῷ Μάνεντι, ἐστὶ δὲ πάμπολλα, λόγου μηδαμῶς ἀξιώσαντες, ἤδη πειρασόμεθα δεῖξαι, ὡς κακία μὲν οὐδαμοῦ καθ᾽ οὐσίαν ὑπάρχει, οὐθ᾽ ὕλης ἀρχή τις ἄναρχος ἀντιτέτακται Θεῷ· μία δὲ ἀρχὴ τῶν ὅλων, καὶ εἷς Θεὸς ὁ τὰ πάντα δημιουργήσας, καλά τε καὶ τῆς αὐτοῦ σοφίας ἄξια.

Καὶ γὰρ δὲ οἱ ἐξ ἐκείνου ἐπειδὰν περὶ τῶν ἀσυστάτων ἀρχῶν ἐν λόγῳ διελεχθῶσιν, ἐπὶ ταύτην κατάγονται τὴν ἐπαπόρησιν, ὡς δυσαπόδεικτον, καὶ πολλὰς παρέχουσαν λαβὰς κατὰ τοῦ διαλεγομένου· φάσκοντες, πόθεν οὖν τὰ κακά; φαμὲν δὴ θαρσαλέως ἡμεῖς, ὡς ἑνὸς ὄντος Θεοῦ τοῦ πάντα δημιουργήσαντος, οὐδὲν μὲν καθ᾽ οὐσίαν ἐν τοῖς οὖσι κακόν, πάντα δὲ καλὰ λίαν, καὶ διαφέρους καλά, καὶ πρὸς ποικίλας χρήσεις κατεσκευασμένα, καὶ τῶν γενομένων οὐδὲν ἄνευ λόγου γεγένηται· ἀλλ᾽ ἕκαστον τῶν ὄντων μικρῶν τε καὶ μεγάλων ἐν ἑαυτῷ ἔχει τοῦ εἶναι τὸν λόγον, τῶν τε ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ καὶ ἐν θαλάττῃ· καὶ ὥσπερ ἄρτιον καὶ ὁλόκληρον σῶμα τῇ συστάσει τῶν μερῶν καὶ μελῶν κατεσκεύασεν ἡ ἄρρητος τοῦ Θεοῦ σοφία τόδε τὸ πᾶν, ὥστε ὅπερ ἂν ἀφέλοις τῷ λόγῳ τῶν γενομένων ὡς περιττὸν, καὶ τῆς χρείας ἀλλότριον, ἀκρωτηριάζεσθαι ὅλον τὸ σῶμα δοκεῖ· ἐπειδή γε τὸ δοκοῦν ἐν τοῖς οὖσι λίαν εὐκαταφρόνητον συμπληρωτικὸν τῆς τοῦ σώματος τελειότητός ἐστι· καὶ οὐδὲν ἀργὸν ἐν τοῖς οὖσιν, οὐδὲ μάτην γεγονός, οὐδ᾽ εἰς φιλοτιμίαν περιττὴν παρεγκείμενον.

Μόνη δὲ εὐλόγως καὶ δικαίως περίττη, ἡ τῶν ἁμαρτανόντων ἀνθρώπων ἀδικία, καὶ ἀληθῶς γε κακία τυγχάνει, οὐ μὴν ἐξ ἀνάρχου κακίας, ἥντινα μὴ οὖσαν, ὡς



Ducit jam nos deinceps ratio disputationis ad disserendum seriò de Deo. Fortassis enim nihil à ludo differunt, quæ hactenus ad confutationem fabulæ illius dicta sunt. Ne igitur risum moveamus prudentibus, commentum valdè sibi repugnans accuratius excutientes; quæ autem à Manichæo magis mystica inventa sunt, quæ sunt complura, silentio prætereuntes, aggrediemur jam docere, nequitiam quidem nequaquam secundum substantiam existere, neque materiæ principium ullum principio carens Deo contrarium esse. Unum verò esse principium omnium, & unum Deum, qui omnia creavit bona, & ipsius sapientiâ digna. (SÆC. IV. ANNO 360.) (Scopus Autoris.)

Manichæi enim, postquam in disputatione de principiis convicti sunt, ad hanc dubitationem tanquam difficilem ad enodandum & multas tendiculas & captiones contra disserenti præbentem deducuntur. Quærunt enim, unde mala existant; nos autem fidenter respondemus, cùm unus sit Deus, qui cuncta fecit, nihil quidem secundum substantiam malum esse, cuncta autem valde bona, & differenter bona, & ad varios usus facta; nihilque eorum quæ facta sunt, sine ratione factum esse, sed unumquodque eorum, quæ effecta sunt, parvum & magnum, in cælo, & in terra, & in mari habere in se rationem suæ essentiæ, fabricatamque esse sapientiam Dei ineffabilem universum hoc tanquam integrum & totum corpus constitutione partium & membrorum, ut quidquid ademeris rationi eorum quæ facta sunt, tanquam supervacaneum & inutile, totum corpus mutilatum esse videatur. Siquidem quod in rebus videtur vilissimum & despicatissimum, absolutionem corporis complet nihilque in rebus otiosum est, neque temerè atque inaniter factum, nec ad supervacuam ambitionem interpositum. (Nihil mali creatum est.)

Sola verò hominum ad nequitiam peccantium injustitia rectè & justè ac verè nequitia est, non tamen ex nequitia principio carente profecta, quam Manichæus, cùm non sit, esse

excogi-

SÆC. IV. ANNO 360.

ἀπὸ ταύτης γε οὔσης ἐπενόησεν ὁ Μάνης· ὡς ὁ λόγος ἤδη μὲν ἱκανῶς ἠνοίξατο τοῖς ἔμπροσθεν· δείξει δὲ σαφέστερον καὶ τοῖς ἑξῆς.

Διὸ δὴ πρῶτον περὶ τούτου διαλαβόντες, οὕτως ὁδῷ προελευσόμεθα δεικνῦντες, ὡς κατ᾽ οὐσίαν οὐδὲν τῶν ὄντων κακόν· ἀλλὰ μὴν ὅσα κατὰ γενεὰν οἰκονομεῖ ὁ Θεὸς, πρεπόντως γε τῇ ἑαυτοῦ σοφίᾳ καὶ συμφερόντως οἰκονομεῖ τοῖς ὑπὲρ ὧν ταῦτα ποιεῖ· κόσμον τοίνυν κατεσκεύασεν ὁ Θεὸς, καὶ περὶ τούτου, πρὸς οὓς ὁ λόγος οὐ διαχειμάζονται· εἰ γὰρ δὴ καὶ εἰς ἀκοσμίαν κόσμιον ὄντα τὸν κόσμον μεταβάλλουσιν, ἀλλά γε περί τε τρόπου καὶ τῆς αἰτίας τοῦ γενέσθαι ὁμολογοῦσι· τούτῳ δὴ μέρος μὲν ὄντα τοῦ παντὸς, ὅμως δὲ πολίτην ἐπιστήσας λογικὸν τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, τὰ μὲν ἄλλα ὅσα μήτε πρὸς ἀρετὴν, μήτε πρὸς κακίαν ὁρᾷ ἑαυτῷ τετήρηκεν οἰκονομεῖν· ἀρετὴν δὲ μόνον ἢ κακίαν ἐπ᾽ αὐτῷ εἶναι πεποίηκε, τῇ φύσει προσενθεὶς ἑκατέρου τὴν γνῶσιν· ἵνα ὀφθαλμοῦ δίκην ταύτην ἐπαγόμενος, οὐ μόνον μετὰ τελείας ἐπιστήμης τὸν βίον ὁδεύῃ, ἀλλὰ καὶ αὐτουργὸς τῶν τῆς ἀρετῆς κατορθωμάτων ὑπάρχῃ.

Ἄνθρωπος τοίνυν ἀδικῶν ἁμαρτάνειν ἐγκαλεῖται δικαίως· εἰ μὲν γὰρ πράττει τὴν ἁμαρτίαν οὐ δυνάμενος ἀπέχεσθαι ταύτης, ἄδικον ὑπομένει τὴν μέμψιν· εἰ δὲ ἐξὸν μὴ ποιεῖν, τὸ ἐναντίον ποιεῖ, ὡς ἀδικῶν εὐλόγως ἐγκαλεῖται· καὶ καλῶς γε λόγῳ ἐγκλήματος ἡ ἁμαρτία καλεῖται παρὰ λόγον, ᾧ γε δυνατόν ἐστι χρήσασθαι πανταχοῦ πραττομένη· ὡς εἶναι ἁμαρτίαν πᾶν τὸ παρὰ λόγον πραττόμενον, εἰ καὶ ἐκ τῶν κατὰ φύσιν λαμβάνει τὴν ἀφορμήν· τῶν γὰρ κατὰ φύσιν ἡ ἀλόγιστος χρῆσις ποιεῖ τὴν ἁμαρτίαν· λόγος δὲ ἐν ἡμῖν δοκιμαστικὸς τῶν κατὰ φύσιν, ὅθεν οὐ λανθάνει πραττομένη.

Εἰ μὲν τοίνυν πρὸς ἄσκησιν ἀρετῆς τὸν λόγον διαγυμνάζοιμεν τὸν ἐν ἡμῖν, ὥσπερ σῶμα τῇ ἐυμέτρῳ κινήσει, ὑγιῆ καὶ εὔρωστον τοῦτον μὴ ἀξιῶμεν, ἀσθενῶν ἀμαυρότερος γίνεται, καὶ τέλος ἀμελούμενος πηροῦται (a)· ἐφ᾽ ἡμῖν δὲ τυγχάνει παντελῶς λόγῳ τῷ ἐν ἡμῖν κεχρῆσθαι, ὥσπερ οἱ τὴν οἰκοδομικὴν μετιόντες, τῷ γνώμονι πρὸς τὴν ἀρετῆς ἀκρίβειαν, καὶ τοῦτον γεωργεῖν, ὥσπερ τῇ γῇ τὰ καταβαλλόμενα σπέρματα· ἅπερ ἐπειδὰν ἀμεληθῇ διαφθείρεται.

Ἐνταῦθα δὴ τὸ ἀμφίβολον ἀνακύπτει τῆς ζητήσεως· τίνος χάριν τῷ γε τοσούτῳ κινδύνῳ παραβεβλήμεθα ἐφ᾽ ἑαυτοῖς ἔχοντες τὸ σπουδάζειν, καὶ μὴ ὡς μὴ πάντως ἀγαθοὺς ἀποτελεῖσθαι, ἀλλ᾽ ἢ ὡς ἐπὶ τῷ πολὺ, οὐ μόνον ἐστιν, ὅτε κακοὺς ἀναγκαῖος, οὐχ ἁπλῶς ὠφέ-

excogitavit tanquam ab hac principio carente, quam finxit, proficiſcentem; ut ſatis in ſuperioribus diſputatio aperuit, & docebit clarius in iis, quæ ſequuntur.

Quamobrem cùm de hoc primo actum ſit, ſic viâ & ratione progrediemur, docentes nihil eſſe in rebus malum ſecundum ſubſtantiam: quin potius quæcunque in ſæculo gubernat ac diſpenſat Deus, decore, ut ſapientiam ejus decet, & ad utilitatem eorum, propter quos hæc facit, gubernat ac diſpenſat. Ornatum (b) igitur extruxit Deus, & de hoc ii, contra quos diſputamus, non fluctuant, neque tempeſtate jactantur; ſi enim mundum ornatum & decorum in inornatum mutant, de modo & cauſa facti mundi confitentur. Hominem verò, etſi eſt pars mundi, tamen quia eum civem rationis participem præpoſuit ac præfecit Deus, in cæteris aliis, quæ neque ad nequitiam, nec ad virtutem ſpectant, ut gubernaret, ſibi ipſi reſervavit, virtus & vitium ut in poteſtate ejus eſſet, fecit, ingenerans naturæ utriuſque cognitionem, ut inſtar oculi hanc adducens & adhibens, non ſolùm cùm perfecta ſcientia in vita ambularet, ſed eſſet auctor officiorum virtutis. *Homo liberrimus.*

Homo igitur injuſtè operans, juſtè de peccato accuſatur. Si enim peccatum committit tamquam non poſſit ab eo ſe abſtinere, injuſtam querelam ſubit. Sin autem cùm poſſet non facere, facit contrarium, meritò accuſatur tanquam injuſtitiam ſuſcipiens, & peccatum rectè ratione criminis appellatur peccatum, quod ſemper committitur præter rationem, quâ uti potuit. Ut ſit jam peccatum omne id, quod præter rationem fit: quamvis ex iis, quæ ſunt ſecundum naturam, occaſionem & ſubſidium accipiat; uſus enim eorum, quæ ſunt ſecundum naturam, à ratione averſus, efficit, ut peccatum exiſtat; ratio autem in nobis exploratrix eſt eorum, quæ ſecundum naturam ſunt; ex quo fit, ut non lateat, cùm committitur. *Homo peccati reus, cùm ſit liber.*

Si ergo ad exercitationem virtutis rationem nobis inſitam exerceamus tanquam corpus temperato motu, ſanam hanc & benevolentem reddemus. Sin verò exercitatione & accuratione hanc non excoluerimus, langueſcens obſcurior efficitur, ac demum neglecta cœcatur; penes nos verò eſt, ubique ratione, quæ in nobis eſt, uti, & ficut qui artem ædificandi exercent, ſic normâ ac regulâ ad accurationem virtutis adhibitâ, hanc rationem excolere, tamquam ſemina in terra ſparſa, quæ cùm neglecta ſunt, pereunt.

Hoc loco ambiguitas quæſtionis exoritur. Quare tanto periculo objecti ſumus, ut penes nos ſit eſſe bonos, & non eſſe? ut non omnino boni efficiamur, ſed plerumque, non tantùm quandoque mali, neceſſarium non ſimpliciter, utile *Homines poſſunt eſſe boni & mali.*

(a) Frangitur, perit. BASN. (b) *Clarius*, mundum igitur exornavit Deus. ID.

Sæc. IV. Anno 360.

utile periculum. Alioqui à toto aberraremus, totoque frustraremur; etenim si fecisset nos Deus, ut non possemus peccare, nunquam facti essemus boni; bonus enim apud homines est, qui justus & temperatus est; abstinens autem ab injustitia fit justus, & fugiens intemperantiam temperatus. Potestate igitur contrariorum comparatur & acquiritur possessio contrariorum. Ut si quis non habeat potestatem intemperantiæ, non possit fieri temperans: non enim non posse suscipere incontinentiam, facit continentiam; nec infirmum esse ad injustitiam facit justitiam; sed posse facere, ratione verò abstinere ne faciat, hæc est virtus temperantiæ & justitiæ; & non posse solùm, sed à natura invitari & titillari, ut aliqua vera laus sit voluisse non facere: hæc enim, & non alia inveniri potest apud homines virtus. Deus enim non est vocandus temperans, aut fortis, & alia hujusmodi; siquidem supra humanam virtutem est: etsi enim dicitur justus, aliter quàm nos dicitur. Homo autem, quatenus homo, quomodo fiat bonus, quærimus; unicuique enim eorum, quæ facta sunt, mensura naturæ decreta & constituta est, quam quidem transire & superare non potest; sed deficere potest perfecta & absoluta virtus. Quæ igitur mensura homini ad virtutem definita est, & ut sit bonum temperantiæ & justitiæ, & aliarum virtutum? supra hæc enim ut homo sit bonus, fieri non potest. Si enim temperantia est continere cupiditates voluptatum, oportet esse in potestate ea, quæ temperantiæ sunt contraria, quorum dicitur continentia, quæ est temperantiæ nomen, & officium, atque opus. Non esse autem in potestate voluptates, privationem temperantiæ planè efficit. Similis ratio est justitiæ & aliarum virtutum.

An potuit homo esse impeccabilis.

Siquis verò contrà dicat, oportuisse nos non esse aptos ad suscipienda contraria virtutibus, ut intemperantiam & injustitiam, sicut Deus, nihil aliud hic dicit, quàm oportere nos non esse homines: ut si quis spectaret aquilam in sublime volantem, & succenseret naturæ equi, eamque acerbè vituperaret tanquam dissimilem naturæ aquilæ, cùm oporte-

λημένος ὁ κίνδυνος, ἐπεί τοι τοῦ παντὸς διημάρτοιμεν ἄν· εἰ γὰρ πεποίηκεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἀδυνάτους πάντη πρὸς ἁμαρτίαν, οὐκ ἂν γεγόναμεν ἀγαθοί· ἀγαθὸς μὲν γὰρ ἐν ἀνθρώποις ὁ δίκαιός τε καὶ σώφρων· ἀπεχόμενος δὲ τῆς ἀδικίας γίνεται δίκαιος· καὶ φεύγων ἀκολασίαν σώφρων ἀποτελεῖται· ἡ τοίνυν ἐξουσία τῶν ἐναντίων τὴν κτῆσιν...(a) ὡς εἴ τις μὴ ἐν ἐξουσίᾳ ἀκολασίας τυγχάνει σώφρων οὐκ ἂν γένοιτο· φαίη γὰρ ἄν τις· τίς γὰρ οἷος (b) τε ὢν ποιεῖν ἀκόλαστον οὐ πεποίηκεν· οὐ γὰρ ἀδυναμία ἀκολασίας ποιεῖ σωφροσύνην, οὐδὲ ἀσθένεια πρὸς ἀδικίαν ποιεῖ δικαιοσύνην· ἀλλὰ τὸ δύνασθαι μὲν πράττειν λόγῳ δὲ ἀπέχεσθαι· τοῦτο ὁ ἀρετὴ σωφροσύνης τε καὶ δικαιοσύνης· καὶ οὐχὶ δύνασθαι μόνον, ἀλλὰ πρὸς τῆς φύσεως ἐρεθίζεσθαι, ἵνα τις καὶ ἀληθὴς ἔπαινος ᾖ τοῦ μὴ πράττειν αἱρεῖσθαι· αὕτη γὰρ μονὴ καὶ οὐκ ἄλλη τις εὑρεθείη παρὰ ἀνθρώποις ἀρετή· Θεὸν μὲν γὰρ οὔτε σώφρονα κλητέον, οὔτε ἀνδρεῖον καὶ τὰ τοιαῦτα· ἐπάνω γὰρ τῆς ἀνθρωπίνης ἀρετῆς ὑπάρχει· κἂν δίκαιος δὲ καλῆται, ἑτέρως, οὐ γὰρ ὡς ἡμεῖς· ἄνθρωπος δὲ ὅσον ἄνθρωπος, πῶς ἂν γένοιτο ἀγαθὸς, ζητοῦμεν· ἑκάστῳ γὰρ τῶν γινομένων μέτρον ὥρισται φύσεως ὅπερ ὑπερβῆναι μὲν ἀδύνατον· τὸ δὲ μὴ ἀπολειφθῆναι ἐντελὴς ἀρετή· τί τοίνυν ἀνθρώπῳ μέτρον ὥρισται πρὸς ἀρετὴν καὶ πρὸς τὸ γενέσθαι ἀγαθὸν· σωφροσύνη τε καὶ δικαιοσύνη, καὶ τἄλλα· ἄνθρωπον γὰρ ὑπὲρ ταῦτα γενέσθαι ἀγαθὸν ἀδύνατον· εἰ δὲ ἡ σωφροσύνη ἐγκράτεια ἐστὶν ἡδονῶν, δεῖ τῶν τῆς σωφροσύνης ἐναντίων ἐν ἐξουσίᾳ τυγχάνειν, καθ᾽ ὧν ἡ ἐγκράτεια, σωφροσύνης ὄνομά τε καὶ ἔργον· τὸ δὲ μὴ εἶναι ἐν ἐξουσίᾳ τῶν ἡδονῶν, ἄντικρυς στέρησιν σωφροσύνης ποιεῖ· παραπλησίως δὲ ἔχει δικαιοσύνη, καὶ τἄλλα.

Εἰ δέ τις ἀντιλέγοι, ὡς δέον ἡμᾶς ἀνεπιδέκτους εἶναι τῶν ἐναντίων ἀκολασίας τε καὶ ἀδικίας, ὥσπερ ὁ Θεὸς, οὐδὲν ἕτερον ὁ τοιοῦτος λέγει, ἢ ὡς δέον εἶναι ἡμᾶς οὐκ ἀνθρώπους· ὥσπερ ἄν τις ἀετὸν ἄνω που θεωρῶν ὑψηλὸν ἱπτάμενον, ἀγανακτοίη κατὰ τῆς ἵππου φύσεως, καὶ πικρῶς κακίζοι ταύτην, ὡς μὴ παραπλησίαν τῇ τοῦ ἀετοῦ, δέον ἵππον

(a) *Deest in Græco* ἔχωμεν, *ni fallor; alioqui suspensus foret sensus. Argumentum quo hic utitur Titus adversus Manichæos, his postremis temporibus fuit versatissimum: sunt enim qui credant sufficienter vindicari Deum, ab omnique criminis nota liberari, si homo nascatur perfectè liber, ita ut quemadmodum* ocu-los *circumquaque vertere licet, sic animi motus ad virtutem vel vitium dirigere possit; hac enim comparatione Titus utitur. Alii verò non autumant objectionem hoc argumento penitùs refelli; quidquid enim sit de libertate illa, quâ fruuntur homines lapsi, quæque sæpius controvertitur, an non debuit supremum Numen pro innata illi bonitate & sapientia prævidere, libertatem homini perniciosissimam fore; indeque innumera fluere debere mala, tum in homines, tum in Deum ipsum, quem peccata lædunt & irritant? Prævidens autem sinistrum fore munus, non debuit ipsi dono dare, nec votis hominum annuere, etiamsi illud vehementer postulassent: quemadmodum benignus parens gladium aut tela eripit filio, qui sibi mortem aut vulnus aliquod incautus inferre posset. Licuit Deo perfectissimum hominem creando facere; at mutabilitas circa bonum est imperfectio. Hanc prævidit Deus; potuit ergo libertatem, quâ abuteretur, adimere, & sibi ipsi similem, qui bono constantissimè adhæret, fingere. Sed de his alibi fusius; hoc indicasse sufficiat, ut de momento controversiæ judicare possit Lector.* BASN. (b) *Hæc desunt in Latina versione Turriani:* Dicat enim aliquis, an sit homo qui possit facere intemperantem, & non fecit. *Sic enim probare vult potestatem nobis innatam faciendi opposita, & ideò homines fieri vel temperantes, vel intemperantes.* ID.

SÆC. IV. ANNO 360.

που ὡς πρὸς ἵππου φύσιν ἐξετάζειν· ἄνθρωπον δὴ πεποίηκεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ψυχὴν δὴ μετὰ σώματος· σωματικὸς γάρ ἐστιν οἰκήτωρ κόσμου· οὗτος τοίνυν ἐὰν γένηται ἀγαθὸς, ὅσον χωρεῖ ἀνθρώπου φύσις, εὐδόκιμος ἂν εὑρεθείη· πῶς ἂν οὖν γένοιτο ἄνθρωπος ἀγαθὸς, ζητητέον εἰ πεποίηκεν αὐτόν; οὐκοῦν ἄνθρωπος γένοιτο ἀγαθὸς, εἰ σώφρων εἴη καὶ δίκαιος· εἰ γὰρ ἔνεστι βελτίω τρόπον ἄνθρωπον γενέσθαι ἀγαθὸν, αἰτιατέον τὸν δημιουργήσαντα (a), ὅτι μὴ κατ' ἐκεῖνον ἀνέδειξε τὸν ἄνθρωπον ἀγαθόν· εἰ δὲ ὅσον ἐν ἀνθρώπου φύσει οὐδὲν βέλτιον, ἐπιδέοιτο ἂν ἄνθρωπος σωφροσύνης καὶ τῶν ἄλλων· ζητητέον, πῶς αὖθις δυνατόν γε ἄνθρωπον σώφρονά τε καὶ δίκαιον εἶναι· βούλεται γὰρ ταῦτα εἶναι αὐτὸν ὁ δημιουργήσας· οὐκοῦν σωφροσύνη δίχα τῆς τοῦ ἐναντίου παραθέσεως, οὐκ ἂν γένοιτο· ὁμοίως δὲ καὶ δικαιοσύνη· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἂν εἴη σωφροσύνη, οὔτε δικαιοσύνη.

ret equum ex natura equi considerare. Sanè quidem hominem fecit Deus, qui esset homo, animam item cum corpore, quia est habitator mundi corporeus. Hic igitur si fiat bonus, quoad natura hominis patitur, spectatus & probatus reperiatur. Quomodo autem fiat homo probus, inquirendum est atque requirendum à Deo, utrum fecerit eum. Homo igitur fiet bonus, si sit temperans & justus; si enim liceat meliore modo fieri hominem bonum, accusandus sit Deus, qui illo modo præstantiore non fecit hominem bonum. Sin autem quantum in natura hominis situm est, nihil melius, opus est homini temperantiâ, & justitiâ, aliisque virtutibus. Hîc rursus quærendum est, quomodo homo temperatus & justus esse potest? vult enim qui eum fecit, ut talis sit. Igitur temperantia sine comparatione & contentione contrarii fieri non potest; similiter justitia; alioqui nunquam erit temperantia, neque justitia.

Εἰ δὲ μὴ εἴη τοῦτον τὸν τρόπον δυνατὸν γενέσθαι· δίκαιόν τε καὶ σώφρονα, οὐκ ἂν ἄλλως γένοιτο ἄνθρωπος δίκαιός τε καὶ σώφρων· καὶ τότε εὐλόγως ἂν ὁ δημιουργὸς διαβληθείη· ὅτι πεποίηκε δυνατὸν οὐκ εἶναι τὸν ἄνθρωπον γενέσθαι ἀγαθὸν, λέγω δὴ σώφρονά τε καὶ δίκαιον, καθ' ὃν μόνον καὶ οὐδαμῶς ἕτερον τινα τρόπον εὐδοξήσειν ἔμελλε, καὶ ἄξιός γε τῆς τοῦ πεποιηκότος σοφίας ἀποδειχθήσεσθαι· εἰ δὲ ἐπιμένοι ὁ ἀντιλέγων, ὡς ἐχρῆν φύσει καὶ οὐ πόνῳ σώφρονα γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον, πάλιν τὸ τί ἐστι σωφροσύνη καταλιμπάνων, ἐπὶ ἀλόγιστον αἵρεσιν ὁ τοιοῦτος ἐκκλίνει· τὸ μὲν ὅτι ἀδύνατον ἐστὶν ἄνευ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης ἄξιον εἶναι τοῦ πεποιηκότος τιθέμενος, τὸν δὲ τρόπον τῆς κτήσεως τούτων ἐξετάζειν οὐ βουλόμενος· ὅτι δὴ τὸ δεσμῷ φύσεως γιγνόμενον οὐκ ἂν εἴη σωφροσύνη, ἥτις ἥκιστά γε ἑτέρως ἢ τῇ τῶν ἡδονῶν ἀντιστάσει γνωρίζεται... (b) δεῖται ἄρα τῶν ἀντισταμένων, ἵνα μαχομένη καὶ κρατοῦσα τούτων κληθῇ καὶ γένηται σωφροσύνη· παραπλησίως δὲ καὶ τὰ ἄλλα· οὕτω δὴ κατεσκεύακε τὸν ἄνθρωπον, φύσει μὲν, οὔτ' ἀγαθὸν οὔτε κακόν· ἐπιτρέψας δὲ τῷ λογισμῷ τοῦ κρείττονος τὴν αἵρεσιν· εἰ δέ τι μήτ' ἀγαθὸν μήτε κακὸν, τί ἂν εἴη λοιπὸν, ζητεῖται.

Quòd si hoc modo non possit fieri justus & temperatus, non aliter fiet homo justus & temperatus; & tunc meritò reprehendatur Deus, quia fecit, ut impossibile esset fieri hominem bonum, temperatum dico, & justum, quo quidem modo tantùm, & nullo quopiam alio futurus erat gloriosus, & sapientiâ auctoris sui dignus habendus. Si autem qui contrà dicit, perseveret contendens oportuisse naturâ, & non labore fieri hominem temperantem, rursus hic omittens quid sit temperantia, ad eligendum ac sumendum, quod à ratione aversum est declinat, tum quia ponit & statuit, posse hominem sine temperantia & justitia esse dignum auctore suo, qui eum fecit; tum quia non vult considerare, quomodo possessio harum virtutum comparetur, quia quod vinculo naturæ factum esset, nunquam esset temperantia, quæ minimè aliter quàm resistentibus voluptatibus cognoscitur, ut pugnans & vincens eas vocetur, & sit temperantia; similiter in aliis. Sic sanè hominem construxit naturâ quidem neque bonum, neque malum, committens rationi electionem melioris. Si verò neque bonum, neque malum, quæritur quid restet.

Virtus nulla sine pugna.

Σκοπητέον τὸ βραχὺ παιδίον τῇ τῶν ἄκρων ἀναιρέσει γνωριζόμενον, λέγω δὴ οὔτ' ἀγαθὸν οὔτε κακόν· ἡ μὲν γὰρ οὐσία τούτου, καλή· τὸ δὲ κατ' ἀρετὴν, ἀγαθὸν, οὔπω προσείληφεν· οὕτω δὴ καὶ χρυσὸς, φύσει καλὸς· λόγῳ δὲ ἀρετῆς οὐκ ἀγαθὸς ἄψυχος ὤν· καὶ λίθοι τίμιοι παραπλη-

Considerandus est puer parvus, in quo cernitur utriusque extremi ademptio, id est, neque bonum, neque malum esse; substantia enim hujus bona est, bonitatem verò secundum virtutem nondum ascivit. Sic item & aurum bonum est natura, ratione verò virtutis non est bonum, cùm sit inanimatum; similiter preciosi lapides,

Puer non habet virtutes, nec vitia.

O

(a) *Non equidem accusari debet supremum Numen; sed fateri licet nos ejus mentem aut consilia in lapsu tum Angelorum, tum hominum perscrutari non posse.* BASN. (b) *Deest hic verbum tum in Græco Codice, tum apud Turrianum: reponi debet, ni fallor,* σωφροσύνη· *sic enim procedit argumentum:* Eget contrario temperantia, ut pugnans & vincens vitia sibi oppositis fiat temperantia; *nullam enim virtutem sine pugna & conflictu agnoscit Titus.* ID.

N

Sæc. IV. Anno 360.

pides, & omnia, quæ sunt, unumquodque secundum propriam in aspectu pulchritudinem. Hac ratione homo etiam pulcher est, valde pulcher substantiâ & essentiâ ipsâ, bonitas verò per solam virtutem ascifcitur, labore comparatur. Idcircò fecit Deus, ut hoc in potestate ejus situm esset: si igitur potestatem quidem dedisset Deus, non autem naturæ præfecisset cognitionem virtutis & vitii, visus esset cœcum aurigam currui velocissimo præficere. Sin verò ambo simul commiscuit potestatem ad ascifcendum, quod melius est, & cogitationem ad discernendam & muniendam electionem, artificem quidem aurigam mentem adhibuit. Hæc autem currum naturæ salvum & incolumem agitabit, nisi somnum in studio capiens à voluptatibus deturbetur.

Homo bonus & malus ex proposito.

Substantiâ quidem & naturâ pulcher est homo, ut aurum, ut lapis pretiosus, ut opus Dei; bonus verò, aut contrà malus, proposito: hæc enim adjacent ei, tanquam quæ fieri possunt. Qualitates (*a*) verò adveniunt, & adjunguntur secundum institutum, quo ducitur, & secundum electionem propositi, ut nequitia, quæ in actione consistit solùm, ante actionem non existit per se. Habet tamen homo potestatem nequitiæ, quam potest operari; habet, inquam, potestatem ejus, non ut eam operetur, sed ut non operans eam, optimus appareat. Si enim non esset penes eum actio, videretur subire invidentiam Creatoris, ut haberet impedimentum approbationis, & privationem libertatis, ut qui non haberet in potestate sua situm, ut esset bonus, ut jam conditio partesque naturæ, quæ in homine inferiores videntur, verissimè superiores ac valentiores essent. Nunc autem nequitia minimè per vim subit, cùm non sit secundum substantiam; & si homo non haberet ejus potestatem, non esset penes eum fugere eam: fugit enim, non tanquam existat, quod non existit, sed tanquam id, quod ab ipso fieri potest.

Quomodo autem, qui odit malum, quod optimum est, compararet, nisi illud, quod facere poterat, volens recusaret; virtus enim in hominibus penè nihil aliud est quàm recusatio ac declinatio vitii; temperatus enim est, qui non est intemperans; & justus, qui non est injustus; & similiter in aliis. Deus enim bonus est, non quia non facit injuriam, tametsi possit; sed quia solummodò beneficus est: quamobrem solus est bonus, in hominibus verò bonum ex fuga mali primum existit, cujus potestatem necesse est esse ei, qui vult esse bonus, ut sit penes ipsum non facere malum. Etsi enim à perfecto præter fugam contrariorum requiruntur etiam actiones, fuga

σίως, καὶ πάντα τὰ ὄντα, ἕκαστον κατὰ τὸ ἴδιον ἐν ὄψει κάλλος· κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον καὶ ἄνθρωπος· καλὸς μὲν καὶ λίαν καλὸς, οὐσίᾳ τε καὶ αὐτῷ τῷ εἶναι· τὸ δὲ ἀγαθὸν τὸ διὰ μόνης ἀρετῆς προσγινόμενον πόνῳ κτᾶται· διὸ Θεὸς ἐπ' αὐτῷ εἶναι τοῦτο πεποίηκεν· εἰ οὖν ἔδωκε μὲν τὴν ἐξουσίαν, οὐ προσεντέθεικε δὲ τῇ φύσει τὴν γνῶσιν ἀρετῆς τε καὶ κακίας, τυφλὸν ἂν ἔδοξεν ἡνίοχον ἐφιστᾷν ἅρματι ὀξυτάτῳ· εἰ δὲ ἅμα συνεκέρασεν ἄμφω, ἐξουσίαν τε πρὸς κτῆσιν τοῦ καλλίονος, καὶ γνῶσιν πρὸς διάκρισιν, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν τῆς αἱρέσεως, τεχνίτην μὲν προσανέδειξε τὸν ἡνίοχον νοῦν, ἐλάσει δὲ σῶον οὗτος τὸ ἅρμα τῆς φύσεως· εἴ γε μὴ ὑπνώσας κατὰ τὸ στάδιον ὑπὸ τῶν ἡδονῶν ἀναβληθείη.

Οὐσίᾳ μὲν καὶ φύσει ἄνθρωπος καλὸς, ὡς χρυσὸς, ὡς λίθος τίμιος, ὡς ἔργον Θεοῦ· ἀγαθὸς δὲ ἢ τοὐναντίον κακὸς προθέσει· ταῦτα γὰρ αὐτῷ παράκειται μὲν, ὡς πραχθῆναι δυνάμενα, ποιότητες εἰσὶν ἐπισυμβαίνουσαι, κατὰ τὴν ἐγγινομένην ἀγωγὴν, καὶ τὴν προθέσεως αἵρεσιν· ὡς τὴν κακίαν ἐν πράξει μόνον συνισταμένην, πρὶν πραχθῆναι μὴ ὑφεστάναι· ἐξουσίαν μὲν τοι ἔχει κακίας ὁ ἄνθρωπος τῆς πραχθῆναι δυναμένης, οὐχ ἵνα πράξῃ ταύτην, ἀλλ' ἵνα μὴ πράξας ἄριστος ἀναδειχθῇ· εἰ γὰρ τοῦτο πράττειν τὴν ἐξουσίαν οὐκ εἶχε, φθόνον ἂν ἔδοξεν ὑπέχειν τοῦ δημιουργοῦ, πρὸς ἐμπόδιον εὐδοκιμήσεως, καὶ πρὸς στέρησιν ἐλευθεριότητος, ὡς οὐκ ἔχων ἐφ' ἑαυτῷ τὸ γενέσθαι ἀγαθὸς, ὡς τὸ δοκοῦν μεῖον ἔκτημα, ἀληθέστατον τυγχάνειν τῆς φύσεως πλεονέκτημα· νῦν μὲν γὰρ ἥκιστα πρὸς βίαν ἡ κακία ἔπεισιν αὐτῷ, μὴ κατ' οὐσίαν ὑπάρχουσα· εἰ δὲ μὴ εἶχεν ἐξουσίαν αὐτῆς, οὐκ ἂν εἶχεν ἐφ' ἑαυτῷ τὸ φεύγειν αὐτήν· φεύγει γὰρ οὐχ ὡς ὂν τὸ μὴ ὂν, ἀλλ' ὡς ὑπ' αὐτοῦ γενέσθαι δυνάμενον.

Πῶς δ' ἂν τὸ μισόκακον ἐκτήσατο κάλλιστον ὂν, εἰ μὴ οἷός τε ὢν τοιαῦτα πράττειν, ἑκὼν παρῃτεῖτο; ἀρετὴ γὰρ ἐν ἀνθρώποις σχεδὸν οὐδὲν ἕτερον, ἢ κακίας παραίτησις· σώφρων γὰρ ὁ μὴ ἀκόλαστος· καὶ δίκαιος ὁ μὴ ἄδικος, καὶ τἄλλα παραπλησίως· Θεὸς μὲν γὰρ ἀγαθὸς, οὐ τῷ μὴ ἀδικεῖν, εἰ καὶ δύναται, ἀλλὰ τῷ μόνον εὐεργετεῖν· διὸ καὶ μόνος ἀγαθός· ἐν ἀνθρώποις δὲ τὸ ἀγαθὸν πρῶτον τῇ φυγῇ τοῦ χείρονος συνίσταται· οὗ τὴν ἐξουσίαν ἀναγκαῖον παρακεῖσθαι, ἵν' ἐπὶ τῷ βουλομένῳ γενέσθαι ἀγαθῷ τυγχάνῃ τὸ μὴ ποιεῖν αὐτό· κἂν γὰρ ὁ τέλειος προσαπαιτῆται καὶ πράξεις ἀγαθῶν πρὸς τῇ φυγῇ τῶν ἐναν-

(a) *Qualitates, bonitatis scilicet, & nequitiæ, sive virtutis & vitii, ut dicatur bonus, vel malus.* Turr.

SÆC. IV. ANNO 360.

ἐναντίων, ἀλλὰ μεῖζον εἰς εὐδοκίμησιν ἡ φυγὴ τοῦ χείρονος· οὕτω μὲν γὰρ τὸ μὲν ἀπαυστον παρὰ ἀνθρώποις οὐδαμοῦ εὕροι τις ἄν, ὡς εὐδοκιμωτέρου τυγχάνοντος, διὰ τὴν δυσχέρειαν τοῦ ἀπέχεσθαι τῆς ἁμαρτίας, ἐπειδὴ τοῦτον μάλιστα τὸν τρόπον χαρακτηρίζεται ἡ ἀρετή· πρᾶξιν δὲ χρηστὴν καὶ παρὰ τοῖς λίαν πονηροῖς εὑρίσκομεν.

Δῆλον τοίνυν ὡς ἄνθρωπος εὐεργετεῖται τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ πλημμελεῖν, οὗ γε ἀπεχόμενος, καὶ οὐκ ἑτέρως εὐδοκιμεῖ· ἐλευθεριότητι τοιγαροῦν τετίμηται ἄνθρωπος, ἀρετῆς τε καὶ κακίας τούτων φύσει τὴν γνῶσιν ἔχων δυναμένων πραχθῆναι, πρὶν δὲ πραχθῆναι μὴ ὄντων· ποῦ γὰρ ἂν εἴη τὸ πραττόμενον τοῦ πράττοντος μὴ ὑπάρχοντος· ὥστε γίνεται καὶ ἀπογίνεται κακία πραττομένη καὶ μή· αὐτίκα καὶ Θεὸς ἀγαθὸς ὤν, καὶ μόνον εὐεργετεῖν εἰδὼς, κακὸν μὲν οὐδὲν δρᾷ· οὔτε δὲ ἀγνοίᾳ ἀπέχεται κακίας, οὔτε ἀδυναμίᾳ πάμπαν κεχώρισται ταύτης· πῶς γὰρ ἀγνοεῖ ὁ διδάσκων μὴ πράττειν αὐτήν; πῶς δὲ εὔλογον δι᾽ ἀδυναμίαν Θεὸν ἀπέχεσθαι κακίας ἡγεῖσθαι· οὐ γὰρ ἀδυναμίᾳ τοῦ ἀδικῆσαι ἀγαθὸς ὁ ἀγαθὸς, ἀλλὰ τελείᾳ τοῦ μὴ βούλεσθαι δυνάμει.

Εἰ δὲ λέγοιμεν, ὡς οὐ δύναται Θεὸς ἀδικόν τι ποιῆσαι, καλῶς δὴ φαμέν· τὸ μέν τοι μὴ δύνασθαι, οὐ πρὸς ἀσθένειαν ἕλκομεν, ἀλλὰ πρὸς ἀκρότητα τοῦ μὴ βούλεσθαι, καὶ πρὸς τὸ ἀμετάπτωτον τῆς τοῦ χείρονος παραιτήσεως· ἄτρεπτος γὰρ ὢν τὴν φύσιν, ἄτρεπτον ἔχει τὸ μὴ βούλεσθαι τι κακὸν δρᾶσαι· ὥστε δύναται μὲν, οὐ δρᾷ δὲ ἀτρέπτῳ τῇ τοῦ μὴ βούλεσθαι φύσει· καὶ οὕτως οὐκ ἔστι κακία παρὰ Θεῷ, οὐ μόνον τῷ μὴ ὑφεστάναι, ἀλλὰ μηδὲ τῷ πράττεσθαι· ἐπειδὴ δέ πως ἀνθρώποις οὐκ ἔστιν ἄτρεπτος ἡ παραίτησις αὐτῆς, κἄν τις ἀναβεβήκει πρὸς ἀρετὴν πραττομένη μόνον εἶναι δοκεῖ, οὐχὶ δὲ καὶ μὴ πραττομένη προϋπάρχει· οὕτω μὲν δὴ τὸν ἄνθρωπον τετίμηκεν ὁ Θεὸς, κατ᾽ εἰκόνα ἑαυτοῦ δημιουργήσας αὐτόν· ἵν᾽ ὥσπερ αὐτὸς ἐλευθεριότητι φύσεως ἀγαθὸς, οὕτω δὴ καὶ ὁ ἄνθρωπος ἐλευθεριότητι προθέσεως ζηλωτὴς ὑπάρχῃ Θεοῦ, οὐκ ἀδυναμίᾳ φύσεως τοῦ ἁμαρτάνειν ἀπεχόμενος, ἐλευθεριότητι δὲ τὴν ἀρετὴν τιμῶν.

Ταῦτα δὲ σημαίνει μὲν αὐτάρκως, καὶ τὸ πολλὰς πολλάκις ἐν ἀνθρώποις εὑρίσκεσθαι πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν μεταβολὰς, εἰς ἃν μηδέτερον τούτων παγίως ἐν ὑπάρχῃ χρονίᾳ συνηθείᾳ· ὅσα μὲν γὰρ φύσεως ἀνάγκῃ δρῶμεν, τούτων μεταβολὴν οὐκ ἐπιδεχόμεθα· ὅσα δὲ λόγῳ προθέσεως ποιοῦμεν, ταῦτα ἄλλο τι ἄλλως ἐν ἡμῖν ἔχει πρὸς τὰς ἐγγινομένας τῇ προθέσει ῥοπάς· οὐ τοίνυν φυσικὸν καὶ ἀναγ-

SÆC. IV. ANNO 360.

tamen & declinatio deterioris majus quid est ad probationem. Hinc fit, ut apud homines nemo vacuus à peccato reperiatur; quippe cùm probatior sit homo propter difficultatem abstinendi à peccato: quandoquidem hoc potissimum modo signatur virtus; actionem autem bonam etiam apud valde malos reperimus.

Beneficium est posse suscipere peccatum.

Liquet igitur beneficium esse homini potestatem suscipiendi peccatum, à quo quidem se abstinens spectatur & probatur, & non aliter. Liberâ igitur potestate virtutis & vitii honoratus est homo, habens naturâ horum cognitionem, quæ in actionem venire possunt, & priusquam veniant, non sunt; ubi enim erit quod agitur, si non est, qui agat? Quare adest nequitia, cùm est actio ejus; abest, cùm non est. Continuò etiam Deus bonus cùm sit, & solummodò beneficus, nihil mali facit, neque per ignorantiam abstinet à nequitia, neque quia deest potestas, omninò ab ea sejunctus est. Quomodo enim ignoret nequitiam, quam docet, non adhibere eam ad actionem? Quomodo rursus rationi consentaneum est, existimare, quia desit potentia, Deus à nequitia abstineat? non enim ille qui est solus bonus, quia non potest injustus esse, bonus est, sed quia perfectam potestatem habet non volendi injustitiam.

Deus non potest injustum facere.

Si autem dicamus, non posse Deum aliquid injustum facere, rectè quidem dicimus; attamen, non posse, non ad infirmitatem referimus, sed ad summam perfectionem non volendi quod injustum est, & ad immutabilem declinationem deterioris; cùm enim sit secundum naturam immutabilis, immutabile est ei nolle quicquam mali facere. Quamobrem potest quidem, sed non facit naturâ immutabili non volendi malum, atque ita non est nequitia apud Deum, non solùm quia non existit per se, sed quia nec est in actione. Quia verò hominibus quodammodo non est immutabilis recusatio nequitiæ, & si quis ad virtutem ascendit, solum videtur esse nequitia, dum est in actione; non autem est ante actionem. Sic hominem Deus honoravit fabricans eum ad imaginem suam, ut sicut ipse libertate naturæ bonus est, sic homo libertate propositi imitator Dei esset, non abstinens à peccato, quia desit naturæ ipsi potestas, sed libertate propositi virtutem honorans.

Mutatio hominis ad vitium.

Hæc autem satis, abundeque declarant tot mutationes ad virtutem & vitium, quæ in hominibus sæpenumerò reperiuntur, in quibus neutrum horum diuturnâ consuetudine fixè inest. Quæcunque enim necessitate naturæ facimus, horum mutationem non recipimus. Quæcunque verò ratione propositi & deliberationis facimus, hæc in nobis variantur, & alias aliter habent ad propensiones, quæ in proposito

Sæc. IV. Anno 360.

sito fiunt. Non igitur peccare naturale est & necessarium hominibus, sed voluntarium est maleficium. Declarat autem labor virtutis voluntarium eorum, qui eam acquisiverunt, in quibus si paulùm negligentiæ insit, periclitatur possessio virtutis parta.

Impossibilis conversio unde.

Si quis verò adversus hoc producat eum, qui vult quidem quandoque abstinere à pravis, dicit tamen se non posse; advertat ipse, quod sicut (a) morbus corporis diuturnus non facilè mutatur, sic animæ habitum non bonum tempore fixum non est facilis ratio depellendi in longinqua consuetudine; nisi majus aliquem bonum subeat, quo antegressum malum expellatur. Hinc fit, ut sæpè aliquis cùm effrenatè in turpe quoddam opus impetum fecisset, vel propositum esset adulterari, solo aspectu mariti, metu cupiditatem repressit, aut memoria legum in mentem revocata. Alius cùm deliberasset latrocinari, metu supplicii cupiditatem coërcuit. Sic peccata opera sunt affectionum, non autem ex natura efflorescunt. Honoramus autem omnes & amamus, qui æquitatis participes sumus, leges, quæ maleficos sine ulla excusatione puniunt; sic communi opinione per opera confirmamus non cogi homines naturâ ad maleficia, sed quia proposito & deliberatione ea eligunt, supplicio dignos declarari.

Cogitationes aliquando bonæ, aliquando malæ.

Sed quia Manichæi aliter etiam nituntur convincere duas naturas contrarias in nobis esse, quia aliquando quidem nos cogitamus mala, aliquando verò bona; advertendum est, quia naturalis cognitio utrorumque in nobis inest, necessariò nos ad cogitationem eorum, quæ cognoscimus, excitari, nullam quidem jacturam, aut damnum facientes, sed potius totum lucrantes, præposito & antelato quod melius est. Quomodo enim in hominibus motus & excitatio ad melius testata esset, nisi utrumque naturaliter cogitari posset, justitia scilicet & injustitia? Cognitio namque necessaria est ad dijudicandum; cogitatio verò rimatur cognita, propositum, in quam partem vult, propendet: hæc verò non sunt partes animæ differentes, sed tanquam operationes ejus; non tamen inest oculo nostro naturaliter, ut videat aliud si accidat, vel actiones malas & bonas, ac neutrius causa fuerit; mens enim aspectum recipit, visa dijudicat atque discernit: sic cogitatio necessariò instar oculi movetur ad ea, quæ fieri possunt, non movens animam ad ea per vim, sed cognitione naturali hæc attendens. Continuò quidem si volumus, simul contraria cogitamus, simul tamen contraria facere non possumus.

Actio ab electione pendet.

In hunc modum actio quidem electione propositi decreta est; cogitatio verò naturalem

καῖον ἀνθρώποις τὸ ἁμαρτεῖν, ἀλλὰ προαιρετικὸν τὸ κακοπραγεῖν· σημαίνει δὲ καὶ ὁ πόνος τῆς ἀρετῆς τὸ προαιρετικὸν τῶν κεκτημένων αὐτήν· εἰς εἴ τι καὶ μικρὸν ἀμελείας ἐγγίνοιτο, κινδυνεύει τὸ κτῆμα.

Εἰ δέ τις κατὰ τοῦ λόγου παράγοι τὸν βουλόμενον μὲν ἔστιν ὅτε φαύλων ἀπέχεσθαι, φάσκοντά γε μὴν ἀδυνάτως ἔχειν, μανθανέτω, ὡς χρόνιον μὲν καὶ κατὰ σῶμα πάθος οὐ ῥαδίως μετακινεῖσθαι πέφυκεν· οὕτω δὴ καὶ τῆς ψυχῆς ἕξις οὐκ ἀγαθὴ χρόνῳ παγεῖσα, οὐκ εὔκολον ἔχει τὴν ἐν πολλῇ γε συνηθείᾳ τὴν ἀποφυγήν· πλὴν εἰ μήτι μεῖζον ἀγαθὸν πάθος ἐπεισελθὸν τὸ προλαβὸν ἐκβάλοι· αὐτίκα ὁρμήσας τὶς πολλάκις ἀσχέτως ἐπὶ φαύλην τινὰ πρᾶξιν, ἢ τὸν ἄνδρα θεασάμενος τῆς γυναικὸς μοιχεῦσαι προθέμενος, ἀνεστάλη φόβῳ τῶν ἐλέγχων τῆς ἐπιθυμίας ἢ τῶν νόμων ἀναμνησθείς· ἄλλος λῃστεῦσαι προθέμενος, δέει τῆς τιμωρίας τὴν ἐπιθυμίαν ἐκόλασεν· οὕτω παθῶν ἔργα τὰ ἁμαρτήματα, οὐ φύσεως ἐξανθήματα· τιμῶμεν δὲ πάντες καὶ ἀγαπῶμεν οἷς ἐπιεικείας μέτεστι τοὺς νόμους κολάζοντας ἀπαραιτήτως τοὺς κακοπραγοῦντας· οὕτω κοινῇ δόξῃ διὰ τῶν ἔργων τιθέμεθα, μὴ βιαζομένους φύσει κακοπραγεῖν, αἱρουμένους δὲ προθέσει τῆς κολάσεως ἀξίους ἀποφαίνεσθαι.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ἄλλως οἱ ἐκ τοῦ Μάνεντος πειρῶνται δύο φύσεις ἐναντίας ἡμῖν οὔσας ἀπελέγχειν, τῷ ποτὲ μὲν ἡμᾶς ἐνθυμεῖσθαι φαῦλα, ἄλλοτε δὲ ἀγαθά, ἐπισημαντέον, ὡς φυσικῆς ἐν ἡμῖν οὔσης τῆς γνώσεως ἑκατέρων, ἀναγκαίως ἐπὶ τὴν ἐνθύμησιν, ὧν γινώσκομεν κινούμεθα, ζημιούμενοι μὲν οὐδ' ὁτιοῦν· κερδαίνοντες δὲ τὸ πᾶν τῇ τοῦ καλλίονος προτιμήσει· πῶς γὰρ ἂν ἡ ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀνθρώποις ἑκούσιος ἐμαρτυρήθη κίνησις, μὴ τῆς ἐνθυμήσεως ἑκατέροις φυσικῶς ἐπιβαλλούσης, ἀδικίᾳ τε καὶ δικαιοσύνῃ; ἡ μὲν γὰρ γνῶσις ἀναγκαία πρὸς διάκρισιν· ἡ δὲ ἐνθύμησις ψηλαφᾷ τὰ ἐγνωσμένα· ἡ δὲ πρόθεσις ἐφ' ὃ βούλεται ῥέπει· ταῦτα δὲ οὐχὶ μέρη ψυχῆς διάφορα, ἀλλ' ὡς ἐνέργειαι ταύτης· οὕτω μέν τοι τῷ ἡμετέρῳ ὀφθαλμῷ πρόσεστι φυσικῶς τὸ ὁρᾶν ἄλλο εἰ τύχοι ἢ πράξεις κακάς τε καὶ ἀγαθάς, καὶ οὐδετέρων αἴτιος ἂν εἴη· διαδέχεται γὰρ ὁ νοῦς τὴν ὄψιν, καὶ διακρίνει τὰ ὁρώμενα, οὕτω δὴ καὶ ἡ ἐνθύμησις ὀφθαλμοῦ δίκην ἀναγκαίως κινεῖται; πρὸς τὸ γενέσθαι ἐνδεχόμενα, οὐ βιαζομένη πρὸς αὐτὰ τὴν ψυχήν, ἀλλὰ γνώσει φυσικῇ ἐπιβάλλουσα τύποις· αὐτίκα ἅμα μὲν ἐὰν θέλωμεν τἀναντία ἐνθυμούμεθα ἅμα δὲ τἀναντία πράττειν οὐ δυνάμεθα.

Οὕτως ἡ μὲν πρᾶξις ἀφώρισται τῇ αἱρέσει τῆς προθέσεως· ἡ δὲ ἐνθύμησις τὴν φυσι-

Sæc. IV. Anno 360.

(a) *Mutatur morbus, cui depulso morbo succedit sanitas.* Turr.

Sæc. IV. Anno 360.

φυσικὴν γνῶσιν ἀρετῆς τε καὶ κακίας μαρτυρεῖται· εἰ γὰρ μὴ ταῦτα προεγινώσκημεν, οὔτ' ἂν ἐνεθυμήθημεν· οὔτ' ἂν τὸ κρεῖττον εἱλόμεθα· (a) στερόμενοι τῷ παντελῶς προαιρεῖσθαι τὸ χεῖρον, ἀγωγαῖς φαύλοις προειλημμένοι· διὸ δὴ μᾶλλον ἀνθρώποις σπουδαστέον περὶ τὴν τῶν παίδων ἀνατροφήν, ἢ γεωργοῖς περὶ τῶν φυτῶν αὔξησιν· τὸ τοίνυν τὴν ἐνθύμησιν ἡμῶν εἰς τεκμήριον λαμβάνειν δύο φύσεων ἐναντίων, παραπλήσιον ἂν εἴη, ὥσπερ εἴ τις φαίη τὴν χρωμάτων ἁπάντων κρᾶσιν εἶναι τὴν ὄψιν, ἐπειδὴ τούτοις ἅπασιν ἐπιβάλλει· ὅτι μὲν οὖν ἀναγκαίως τὸ ἐξεῖναι ἁμαρτάνειν εἴληφεν ἄνθρωπος οὕτω γενόμενος, ὡς οὐκ ἂν ἑτέρως τὸ κατορθοῦν δύνασθαι κτησάμενος, ὅπερ Θεὸς ἀγαθός τε καὶ ἄφθονος ὑπάρχων ἐντέθεικε τῇ φύσει· καὶ ἔτι τέως διά γε τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἀδικήματα, οὐδεμία ἀνάγκη ὕλην ἄναρχον καὶ κακίαν δοκεῖν ἀντιπαρατάττειν Θεῷ· οὔτε μὴν ὅλως κατ' οὐσίαν ὑφεστηκέναι νομίζειν κακίαν· ἀλλ' ἐν πράξει τὴν ὑπόστασιν ἔχειν διὰ τῶν προειρημένων ἀποδέδεικται.

Λοιπὸν δὲ περί τε τῆς πανσόφου διοικήσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ περὶ τῶν μάτην εἰς κακίαν παρὰ τοῦ Μάνεντος διαβληθέντων δημιουργημάτων, ῥητέον ὡς δύναμις· ἀταξίαν δὴ πολλὴν ψηφίζεται τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων, πλοῦτόν τε καὶ πενίαν, ὑγείαν τε καὶ νόσον, ὡς ἄνισα διαβάλλων· ἔτι μὴν καὶ τὸ πολλάκις, τὸν μὲν κακοῦργον διαφεύγειν τὴν τῶν νόμων τιμωρίαν, τὸν δ' ἀναίτιον τιμωρεῖσθαι καὶ τοὺς φαύλους ἔστιν ὅτε τῆς κατὰ τῶν ἄλλων ἀρχῆς ἐπιβαίνειν· ῥητέον τοίνυν, ὅτι παρῆκται πρὸς τοῦ δημιουργήσαντος ἄνθρωπος εἰς τὸν βίον, ἐμπορευόμενος ἕτερον οὐδέν, ἢ μόνην εὐσέβειάν τε καὶ ἀρετήν· ταῦτα γὰρ κτησάμενος μέν, καλῶς ἂν διανήξηται τόνδε τὸν βίον· ἀμελήσας δὲ τούτων, χαλεπῶς ἂν διαβαπτισθείη πλανώμενος· τροφὴν δὲ σώματος καὶ ἐνδυμάτων περιβολήν, καὶ τὴν ἄλλην σκέπην δέδωκεν ὁ Θεὸς αὐτῷ προηγούμενα δῶρα, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖα πρὸς τὴν ἐνταῦθα τοῦ εἶναι σύστασιν· ἵνα μετὰ σώματος ὑπάρχων τὸ μὲν ζῆν διὰ τούτων ἔχῃ, τὸ δὲ πονεῖν, καὶ κτᾶσθαι τὰ ῥηθέντα ἀόκνως μετίῃ.

Φῶς δὲ περιεποίησε σωματικόν, καὶ κατάλληλον αὐτοῦ τῇ φύσει· καὶ ἀέρα πρὸς ἀναπνοήν· καὶ ὕδωρ καὶ τὰ ἄλλα δὴ ὅσα ἀναγκαῖα· ταῦτα γὰρ κοινὰ μὲν φυσικῶς ἅπασιν ἀνθρώποις ὑπάρχει παρὰ Θεοῦ· καὶ οὐκ ἂν τις φαίη, ὡς τῷ πένητι ἔλαττον τοῦ φωτὸς μέτεστι, ἢ τῆς τῶν ὑδάτων χορηγίας· οὔτε μὴν τῆς πρὸς τὸ ζῆν φυσικωτάτης ἀναπνοῆς, καὶ ἀναγκαίαν δὲ τὴν τροφήν, εἰ καὶ μὴ ἄνευ ἱδρῶτος πορίζεται, ἀλλ' ὅμως κοινὸς τοῖς πᾶσι τῆς

cognitionem virtutis & vitii teſtatur: niſi enim hæc præcognoſceremus, nec ea cogitaremus, neque quod melius eſt, eligeremus, prægreſſà omnino electione deterioris, pravis inſtitutis anticipati. Quamobrem magis eſt ſtudendum & laborandum hominibus in educatione filiorum, quàm agricolis in incremento arborum. Interpretari igitur cogitationem noſtram indicium eſſe duarum naturarum contrariarum, perinde eſt ac ſi quis diceret, eſſe aſpectum miſtionem omnium colorum, quia in hæc omnia aciem intendit. Quòd igitur neceſſariò accepit homo ut poſſet peccare, ſic à Deo factus, ut non aliter poſſet ex virtute vivere, id quòd Deus cùm eſſet bonus & non invidus, naturæ inſitum eſſe voluit, & quod propter ea, quæ injuſtè apud homines fiunt, nullo pacto neceſſe eſt putare, materiam principio carentem & nequitiam reſiſtere Deo, nec exiſtimare penitùs ſecundum ſubſtantiam per ſe extitiſſe nequitiam, ſed in actione conſiſtere, ſuperius demonſtratum & concluſum eſt.

Objectiones circa Providentiam.

Deinceps de ſapientiſſima Dei gubernatione, & de iis, quæ inaniter & temerariè à Manichæo in criminibus ad aſſerendam nequitiam objecta ſunt, pro viribus dicendum eſt. Multam perturbationem ordinis in noſtris rebus accuſat. Divitias & paupertatem, ſanitatem & invaletudinem, tanquam ſit in eis inæqualitas, criminatur. Item illud, ſæpe maleficium ſupplicium legum effugere, innocentem verò puniri, quandoque etiam improbos imperium in alios invadere. Dicendum igitur eſt, productum eſſe hominem ab auctore ſuo in hanc vitam, ut nullum aliud negotium ageret, quàm ut ſolam pietatem & virtutem compararet? Hæc enim ſi acquiſiviſſet, rectè hanc vitam tranaret. His verò neglectis, periculosè demergeretur deceptus. Alimentum autem corporis, & veſtitum, & reliquum tegumentum dedit Deus ipſi non tanquam dona præcipua, ſed tanquam neceſſaria ad vitam hîc tuendam, ut dum corpus habet, tum horum præſidio vivat, tum impigrè laborem ſuſcipiat, & quæ dicta ſunt, paret.

Lumen autem aſcivit ei corporeum naturæ ejus conveniens, tum aërem ad ducendum ſpiritum, & aquam & quæcunque alia neceſſaria: hæc enim auctore Deo communia ſunt naturaliter cum omnibus hominibus, nec ullus dicere poſſit minus luminis impartiri pauperi, neque minus aquæ ſuppeditari, neque minus aëris ad reſpirationem, quæ eſt ad vivendum maximè naturalis, & alimentum neceſſarium, tametſi non

(a) *Hic deſunt quædam in Latinis, ut in Græcis. Mihi ſic reſtitueretur locus:* Si libertate carerent homines, eligerent malum utpote qui. Basn.

Sæc. IV. Anno 360.

non sine sudore suppeditat. Aurum autem, & argentum & lapides pretiosos qui habent, ab ipso accipiunt. Non tamen plus conferre possint ad facultatem, quam superius diximus, nisi magis etiam impedire. Tamen neque profectio (*a*) hominibus à Deo proposita, paupertate impeditur, neque divitiis facilior efficitur. Sed utraque conditione studiosis, & maximè industriis, ac gnavis licet constitutam viam & destinatam conficere: paupertas enim per tolerantiam & libertatem, opulentia verò per modestiam & cultum honoremque auctoris bonorum, quem anteponit bonis ipsis, perficere potest, quod studet, & laborat; ut neque pauper sine difficultate & laboribus assequatur virtutem; sed egeat studio & accuratione, si qua in ipso inest incuria, ne propter paupertatem aliquid illiberale faciat, & dum iniquo animo fert paupertatem, animum suum ac voluntatem patefaciat; ut qui magis quàm Deum honoret ea, quæ à Deo dantur: neque qui divitiis affluit, possit sibi instar rei venalis, pietatem & virtutem comparare, quin potius plus in hac re sudandum ei sit: magis enim hic, ut par est, fluctuat, & tanquam tempestate jactatur mens, curâ & solicitudine in bona externa, & in animam partita: & nisi existimet esse opes omninò πάρεργον ἔργον, vero solum amicitiam cum Deo, demergetur in amentiam integram, non intelligens se primo & solo bono relicto, servire mortuis divitiis, quas cùm reliquerit aliis, ipse abibit.

Pauperis & divitis discrimen.

Ex æquo igitur vacat periculo via virtutis; neque diviti, neque pauperi impedita. Inter se autem dives & pauper solùm differunt externarum rerum accessione, quæ nihilo plus valet ad id, quod propositum est, adipiscendum; atque hoc quidem necessariò divina sapientia disposuit. Quando enim pauper exercetur ad tolerantiam capiendam, videns apud alium opulentiam, animus etiam divitis exploratur tenuitate pauperis; inutiles enim sunt opes, si non adsit paupertas: cui enim benignè faciet opulentus? & paupertas non est spectata & probata, nisi adversante opulentiâ. Denique neque divitem esse beatum est, neque pauperem esse miserum. Quandoquidem solus ille, cui accedit firma animæ secundum virtutem felicitas, sive dives, sive pauper sit, compos ejus est, cujus causâ à Deo factus est homo: ut jam opus sit à Deo accipere, ut sit; à se verò accipere, ut bonus sit, adjuvante Deo; vult enim Deus, ut homo cùm sit rationis particeps, habeat aliquid à se ad gloriosam fiduciam.

πρὸς τὸ ἀναγκαίως ζῆν χορηγίας ὁ τρόπος· χρυσός τε καὶ ἄργυρος, καὶ λίθοι τίμιοι παρ' αὐτοῦ, καὶ ταῦτα τοῖς κεκτημένοις ὑπάρχει· οὐ μὴν πλέον τι συμβάλλοιτ' ἂν πρὸς τὴν προειρημένην ἐμπορίαν, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἐμποδίσειεν ἄν· ὅμως δέ, οὔτε πενίᾳ ἀνέφικτος ἡ προτεθεῖσα παρὰ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις πορεία, οὔτε πλούτῳ μᾶλλον ῥᾳδία· ἀλλ' ἀμφοτέρως ἔνεστι τοῖς γε σπουδαιοτέροις τὴν προκειμένην τεμεῖν ὁδόν· πενία μὲν γάρ, διὰ καρτερίας καὶ ἐλευθεριότητος· πλοῦτος δὲ διὰ μετριοφροσύνης, καὶ τοῦ προτιμᾶν τῶν δοθέντων τὸν δεδωκότα· κατορθώσειεν ἂν τὸ σπουδαζόμενον, ὡς μήτε τὸν πτωχεύοντα δυσχερείας ἄνευ καὶ πόνων ἐπιβάλλειν τῷ κατορθώματι· δεῖσθαι δὲ προσεχείας, εἰ καί τις αὐτῷ πρόσεστιν ἀφροντιστία, πρὸς τὸ μὴ τῆς πτωχείας χάριν, ἀνελεύθερόν τι μὲν δρᾶσαι ἀγανακτήσαντα δὲ πρὸς ταύτην διελέγξαι τὴν οἰκείαν πρόθεσιν, ὡς μᾶλλον ἂν Θεοῦ τιμώη τὰ πρὸς αὐτοῦ διδόμενα· μήτε τὸν περιουσίαν πλείστην κεκτημένον ὠνίου τρόπον ἑαυτῷ δύνασθαι εὐσέβειάν τε καὶ ἀρετὴν πορίσασθαι, ἀλλὰ πλείονος ὑδρῶτος πρὸς τοῦτο δεῖσθαι· χειμάζεσθαι γὰρ μᾶλλον τὸν τοιοῦτον εἰκὸς τὴν διάνοιαν τῇ φροντίδι μεριζόμενον πρός τε τὰ ἐκτὸς, πρός τε τὰ περὶ τὴν ψυχήν· ὡς εἰ μὴ πάρεργον εἶναι παντελῶς τὸν πλοῦτον οἰηθείη, ἔργον δὲ μόνον τὴν πρὸς Θεὸν φιλίαν, βαπτισθήσεται πρὸς ἄνοιαν παντελῆ, μὴ συνιεὶς, ὡς τὸ πρῶτον καὶ μόνον ἀγαθὸν ἐάσας δουλεύει νεκρῷ πλούτῳ, ὃν ἀπολιπὼν ἄλλοις οἰχήσεται.

Ἀκίνδυνος μὲν οὖν ἐπίσης, οὔτε πλουσίῳ, οὔτε πένητι τῆς ἀρετῆς ἡ πορεία, οὐ μὴν οὐδ' ἀνέφικτος οὐδενὶ τούτοιν· ἀλλήλων δὲ διαφέρουσι μόνον τῇ τῶν ἔξωθεν περιβολῇ, μηδὲν ἐχούσῃ πλέον πρὸς τὸ προκείμενον, ἀναγκαίως καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας διαθείσης· ὅτε γὰρ πένης διαγυμνάζεται πρὸς καρτερίαν, πλοῦτον παρ' ἄλλῳ βλέπων· καὶ ὁ πλούσιος δοκιμάζεται τὴν γνώμην τῇ τοῦ πτωχεύοντος εὐτελείᾳ· πλοῦτος μὲν γὰρ μὴ παρακειμένης πτωχείας ἄχρηστος, τίνα γὰρ εὐποιήσει; καὶ πενία ἀδόκιμος μὴ ἀντικειμένου πλούτου· ὅλως δὲ οὔτε τὸ πλουτεῖν μακάριον, οὔτε τὸ πενέσθαι ἐλεεινόν· ἐπειδή γε μόνος ἐκεῖνος μακάριος, ᾧ πρόσεστιν ἡ βέβαιος τῆς ψυχῆς κατ' ἀρετὴν εὐπραγία, κἄντε πλούσιος, κἄντε πένης ὑπάρχῃ ὁ τοιοῦτος· ἧς ἕνεκεν πρὸς Θεοῦ ἄνθρωπος γεγένηται· ὡς δέον παρὰ μὲν Θεοῦ τὸ εἶναι λαβεῖν, παρ' ἑαυτοῦ δὲ τὸ ἀγαθὸν προσγενέσθαι λαβεῖν, συνεργοῦντος Θεοῦ· βούλεται γὰρ Θεὸς καὶ παρ' αὐτοῦ τὸν ἄνθρωπον ἔχειν ἂν τὸ λογικὸν ὄντα, πρὸς ἔνδοξον παῤῥησίαν.

Ὥστε

(*a*) Progressus; *hæc enim est Titi mens*: Pauperi æquè ac diviti facillimè in virtute progredi datur. Basn.

SÆC. IV. ANNO 360.

Ὥστε οὐ θαυμάσομεν οὐδὲ μακαριοῦμεν ἄνδρα πλούσιον κακοπραττοῦντα, οὐδὲ διαπορήσομεν, ὅτι πλουτεῖ τοιοῦτος ὢν πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν· τί γὰρ ὑπάρχει πλέον ἀνδρὶ πονηρῷ πλουτοῦντι; τί δὲ οὐκ ἔλαττον αὐτῷ πρόσεστιν; ἀγρυπνίαι μὲν καὶ κίνδυνοι διὰ τὰ χρήματα· λῦπαι δὲ τῶν ἀναλισκομένων μείζους, ἤπερ ἡδοναὶ τῶν (a) περιζομένων· οὐ γὰρ οὕτω τὸ παρὸν εὐφραίνει, ὡς τὸ ἀπὸν λυπεῖ· καὶ ἀεὶ τὰ τῆς ἐπιθυμίας συναύξεται τῷ πλούτῳ, ὥστε τὸν λογισμὸν ἀδιαλείπτως συνοικεῖν ἀσχέτῳ πάθει· τὸ δὲ σῶμα πολλάκις συγκατατήκεσθαι τῷ λογισμῷ· τὸ δὲ δοκοῦν πλεονέκτημα τοῦ περιουσίαν κεκτημένου χαλεπώτερον τυγχάνει, ἢ μειονέκτημα· τρυφῶν γὰρ καὶ εὐνῆς ἁπαλότητι χρώμενος, εἰς ἀρρωστίας ἔστιν ὅτε ποικίλας ἐμπίπτει· τοῦ δὲ πένητος τῇ ξηρότητι τῆς ἀναγκαίας διαίτης, τὸ ὑγιαῖνον τῷ σώματι ποριζομένου· καίτοι τίς ἂν φαίη ὡς οὐχὶ τὸ σῶμα τῶν ἐκτὸς προτιμότερον; εἰ δὲ τοῖς τὰ ἀναγκαῖα μετρίοις ἐρρωμενεστέρα τοῦ σώματος ἕξις διαμένει, ταῖς δὲ πρὸς ἄμετρον τρυφὴν κεχαλασμένοις, συγκατάγεται καὶ τοῦ σώματος ὁ τόνος; πῶς οὐκ ἔνδηλον ὡς κατὰ τοῦτο, καὶ ἔλαττον τῆς πενίας ὁ πλοῦτος· πλὴν εἰ μή τις εὑρεθείη καὶ τῶν ἀναγκαίων προσδεὴς, ὅπερ οὐδέποτε τῷ κατ' ἀρετὴν σπουδαίῳ συμβαίνει.

Ἆρα δὲ τῶν πολυτελῶν ἐδεσμάτων ἡ ἡδονὴ συνδιαμένει τῇ αἰσθήσει τῶν ἀεὶ κεχρημένων, ἢ δὴ λίαν εὐτελίζεται τῇ χρονίᾳ συνηθείᾳ; ὡς μηδὲν ἔχειν τοὺς τοιούτους πλέον, ὅπερ εἰς τρυφὴν προσαγάγωνται· ἀεὶ γὰρ τὸ σύνηθες εὐκαταφρόνητον· τῷ δὲ πένητι τὸ μὲν εὐτελὲς διὰ τὴν ὑγείαν ἥδιστον, τὸ δὲ πολυτελὲς εἴποτε γένοιτο, ξένον καὶ καινότατον εἰς ἀνειμένην ἀπόλαυσιν· ὥστε κατὰ τοῦτο τοῖς ὀρθοῖς λογισμοῖς ὁ χρώμενος εὕροι ἂν πλέον ἔχοντα τοῦ πλουσίου τὸν πένητα. νόσος δὲ καὶ ὑγεία παραπλησίως ἀναγκαῖα· ἥτε γὰρ ὑγεία πρὸς ἀδικίαν τοῦ ἔργου τῆς ἀρετῆς, ἥτε νόσος ἐστὶν ὅτε πρὸς ἀνατροπὴν ἁμαρτίας· βοηθεῖται γὰρ πολλάκις ὁ λογισμὸς τοῖς ἔξωθεν κύμασιν, ἄλλως τε τῶν ἀρρωστημάτων ἡ πεῖρα τῆς τοῦ ὑγιαίνειν εὐεργεσίας ἀναμιμνήσκει πρὸς εὐλάβειαν· ἣν δ' ἂν καὶ λίαν εὐκαταφρόνητος εἰ καθ' ἑαυτὴν καθόλου διέμεινε, τῷ μηδὲν ἐνδέχεσθαι παρεμποδίζειν αὐτήν.

Εἰ δ' ὁ μὲν ἐπιεικὴς νοσοίη, ὑγιαίνοι δὲ ὁ θρασὺς, ὁ μὲν κατέχεται τῷ κύματι, βοηθούμενος πρὸς τὸ ἄμεμπτον τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς· ὁ δὲ παραδέδοται τῷ πλημμελεῖν ὡς ἀπεγνωσμένος· εἰ δ' αὖθις ὁ θρασὺς καὶ λίαν ἀσεβὴς περιπίπτοι, ὁ δὲ ἐπιεικὴς ὑγιαίνοι· ὁ μὲν οὐχ

(a) *Divitiarum quæ nos cingunt & obsident.* BASN.

Quocirca non admirabimur, neque beatum prædicabimus virum divitem maleficia committentem: neque stupebimus contra Dei providentiam, quòd, qui talis est, divitiis affluat. Quid enim amplius habet vir improbus dives? Quid verò non minus habet? vigiliæ enim & pericula propter pecunias; dolores verò de consumptis majores, quàm voluptates de acquisitis: non enim tam delectat quod adest, quàm cruciat quod abest, & semper cupiditas divitiis augetur: ita ut sine intermissione cogitatio habitet cum affectione effrænata, corpus verò sæpenumero cogitatione contabescat. Demum quæ videtur præstantior conditio affluentiam opum possidentis, difficilior & molestior est, quàm conditio egentis: ille enim deliciis & mollicià cubilis utens, quandoque in varios morbos incidit, cùm pauper siccitate victûs necessarii valetudinem corpori ascivit. At quis dicat non esse corpus excellentius, & magis honoratum, quàm bona externa? Quòd si habitudo corporis valentior in iis perseverat, qui necessariis moderatè utuntur; iis verò, qui se ad immoderatas delicias dimittunt, simul robur & firmitas corporis relaxatur; an non liquet hac parte & hac ratione inferiores esse divitias paupertate? præterquam si quis reperiatur, qui egeat necessariis, quod quidem nunquam studioso virtutis accidit.

Improbus quare dives.

Nunquid voluptas ciborum sumptuosorum permanet cum sensu eorum, qui semper usi sunt eis, an valde vilis efficitur diuturno usu? ut jam nihilo plus habeant isti in eo, quod ad delitias & voluptatem adhibent; semper enim quod consuetum est, facilè contemnitur. Pauperi autem quod tenue & vile est, propter sanitatem suavissimum est. Si quando verò sit ei, quod sumptuosum est, peregrinum, & novum ducit ad fruendam relaxationem: ut hac ratione, qui rectè cogitet pauperem reperiat præstare diviti. Morbus autem & bona valetudo æquè necessaria sunt. Sanitas enim valet interdum ad injustitiam & offensionem virtutis, morbus item aliquando ad evertendum & refutandum peccatum valet: juvatur enim sæpenumerò ratio externis fluctibus. Interdum experientia invaletudinis de beneficio bonæ valetudinis admonet ad declinandum maleficium. Esset autem despecta sanitas, si universè per se permaneret, nihilque quòd eam impediret, posset contingere.

Si autem ille quidem justus ægrotet, hic verò audax bene valeat; ille quidem cohibetur undâ adjutus, ut vita ejus querelâ & reprehensione careat; hic verò tanquam desperatus traditus est peccatis. Si rursus audax & valdè impius morbo conflictetur, justus verò

Justus ægrotans.

verò firmâ valetudine ſit, punitur ille quidem ſenſu ſupplicii; non ut juvetur, ſed ut alios exemplo juvet; hic verò, tanquam, qui ſolutis vinculis manſuetè verſari poteſt, ſine ægrotatione perſeverat. Quamvis utraque prorſus ubique utilia ſint; & miſer, qui providentiam hinc negat, aut accuſat: ille enim morbus ſolus mortifer eſt, qui animam ad avertendam virtutem malè afficit. In quibus igitur ratio ſalva & incolumis perſeverat, ſive ægro corpore, ſive ſano ſint, utriuſque utilitatem ſentient: etſi enim non omninò morbus maleficum puniat, ſiquidem leges etiam interdum malefici effugiunt; an propterea deſinet lex eſſe impedimentum maleficis, quia non per omnes Legi ſubjectos procedit? An admiratio ſapientiæ Dei hinc etiam, ſicut undique declaratur? Si enim penitùs conſtaret, nullo pacto poſſe hominem effugere ſupplicium legum, qui quodcunque lege vetitum eſt, admitteret, abſtinere peccato, non eſſet ſpectatum ac probatum, ſed adulterinum & incertum: omnes enim metu ſupplicii, non odio maleficii abſtinerent. Oportet autem honeſtum & probum magis odiſſe maleficium facere, quàm maleficii pœnas dare, quamvis injuſtè.

Malefici cur non puniuntur.

Hinc fit, ut major pars maleficorum leges effugiat, quoniam non eſt hoc ſupplicium delinquentium, ſed opinio tantum vindicationis: mors enim naturalis ſine ſupplicio etiam adveniet. Quare alia eſt ultio & ſupplicium delinquentium, cujus effugium reperire non poſſunt: evadunt autem plures ex noſtra vindicta, ut poſſe latere tormentum & cruciatus humanæ cogitationis efficiatur. Et univerſè quod dictum eſt ad furantem, & mentientem, & graviora maleficia committentes porrigitur.

Sed dicet aliquis, magis torqueretur conſcientia hominum, ſi nullus maleficus deprehenſus puniretur: contrà verò evenit, ut planè ſit hortatio quædam ad maleficium faciendum, quoſdam maleficos aliquando non comprehendi à legibus; unde utrumque neceſſarium eſt, & incidere maleficum in leges, ac comprehendi ad exemplum vitandi maleficii; & effugere tormentum & cruciatum cogitationis. Homini enim ad eligendum virtutem & vitium libero, ſic facto à Deo, foris accedit, ut quodammodo mens ejus adjuvetur, & quaſi fulciatur timore & vacatione timoris, hortationibus & dehortationibus, morbo & ſanitate, paupertate & opibus; denique omnia, quæ contraria inter ſe videntur, conſonè ac convenienter in unum tendunt & ſpectant, ut humanam mentem exerceant, & nemo ſe dedat ſomno; quin potius hinc & illinc pulſus & excitatus, vigilet ad officium pietatis

ἵνα βοηθηθῇ πρὸς αἴσθησιν κολάζεται, ἀλλ᾽ ἵνα χρησιμεύσῃ τοῖς ὁρῶσι πρὸς ὑπόδειγμα· ὁ δὲ ὡς δίχα δεσμῶν ἡμέρως ἀναστρέφειν δυνάμενος, ἄνοσος διαμένει. Εἰ καὶ ὅλως ἑκάτερα πανταχοῦ χρήσιμα, καὶ ἄθλιος ὁ τὴν πρόνοιαν ἐντεῦθεν ἀρνούμενος ἢ διαβάλλων· μόνη γὰρ ὀλέθριος ἐκείνη νόσος, ἡ τὴν διάθεσιν τῆς ψυχῆς πρὸς ἀποτροπὴν ἀρετῆς κακοῦσα· οἷς οὖν ὁ λογισμὸς ἀθῷος διαμένοι, εἴτ᾽ οὖν νοσοίη, εἴτ᾽ οὖν καὶ ὑγιαίνοι τὸ σῶμα αἰσθήσονται ἑκατέρου τὸ χρήσιμον· εἰ γὰρ μὴ πάντως κολάζοι τὸν κακοπραγοῦντα νόσος, ἐπειδὴ καὶ τοὺς νόμους ἔστιν ὅτε διαφεύγουσι κακοῦργοι, ἆρ᾽ οὖν οὐκ ἂν εἴη διὰ τοῦτο κώλυμα τῆς κακουργίας ὁ νόμος· ἐπειδὴ μὴ διὰ πάντων πρόεισι τῶν ὑποκειμένων; ἢ τὸ θαῦμα τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐντεῦθεν ὡς πανταχόθεν ἀναδείκνυται; εἰ μὲν γὰρ πάντως δῆλον ἦν, ὡς οὐδαμῶς ἐνδέχεται διαφεύγειν τὴν νόμων τὴν κόλασιν, τὸν ὅτι δήποτε τῶν ἀπηγορευμένων διαπραττόμενον· κίβδηλον ἂν καὶ λίαν ἀδόκιμον ἦν τὸ ἄπρακτον τῆς ἁμαρτίας· πάντες γὰρ ἂν δέει τῆς τιμωρίας, οὐχὶ μίσει τῆς κακουργίας ἀπείχοντο· χρὴ δὲ τὸν σπουδαῖον μισεῖν τὸ ποιῆσαι μᾶλλον ἢ παθεῖν, κἂν μὴ δικαίως συμβαίνει.

Ἐντεῦθεν διαφεύγουσι τοὺς νόμους τῶν κακούργων οἱ πλείους, ἐπειδήγε κόλασις οὐχ αὕτη τῶν ἁμαρτανόντων ἐστὶν, οἴησις δὲ μόνον τιμωρίας: θάνατος γὰρ ὁ κατὰ φύσιν, καὶ δίχα κολάσεως ἂν ἐπέλθοι· ὥστε ἄλλη μέν ἐστι τοῖς παρανομοῦσιν ἡ ἄφυκτος τιμωρία· διαφεύγουσι δὲ τὴν ἐφ᾽ ἡμῶν οἱ πλείους· ἵνα τὸ ἐνδεχόμενον τοῦ λαθεῖν βάσανος γένηται τοῦ ἀνθρωπίνου λογισμοῦ· καὶ καθόλου ἐπί τε κλέπτοντος καὶ ψευδομένου, καὶ τὰ μείζω τῶν κακῶν δρᾶν ἐπιχειρούντων τὸ ῥηθὲν παρεκτείνεται.

Φαίη δ᾽ ἄν τις ὡς πλεόν ἂν ἐβασανίσθη τῶν ἀνθρώπων ἡ πρόθεσις, εἰ μηδεὶς κακοῦργος ἐλεγχόμενος ἐτιμωρεῖτο· γέγονε δὲ τοὐναντίον ἄντικρυς προτροπὴ τοῦ κακοπραγεῖν τὸ μὴ καταλαμβάνεσθαί ποτε πρὸς τῶν νόμων ἐνίοις τῶν μετιόντων τὰ κακά· ὅθεν ἑκάτερον ἀναγκαῖον, καὶ τὸ παρεμπίπτειν τὸν κακοῦργον, εἰς ἀνατροπῆς ὑπόδειγμα, καὶ διαφεύγειν βάσανον λογισμοῦ· ἐλευθέρῳ γὰρ τῷ ἀνθρώπῳ πρὸς αἵρεσιν ἀρετῆς καὶ κακίας, οὕτω πρὸς Θεοῦ γενομένῳ ἔξωθεν προϋπάρχει· καὶ τὸ βοηθεῖσθαι καὶ ἐρείδεσθαι τρόπον τινὰ τὴν διάνοιαν, οἷον διὰ φόβου καὶ ἀφοβίας, προτροπῶν τε καὶ ἀποτροπῶν, νόσου τε καὶ ὑγείας, πενίας τε καὶ πλούτου, καὶ πάντα τὰ ἀντικεῖσθαι ἀλλήλοις δοκοῦντα συμφώνως πρός ἓν τείνει, ὡς ἂν τὸν ἀνθρώπινον νοῦν διαγυμνάζοι, μηδὲν ἀποκαθεύδειν, ἐντεῦθεν δὲ κἀκεῖθεν κατακρουόμενον, διεγρηγορέναι πρὸς τὸ ἔργον τῆς εὐσεβείας

καὶ

SÆC. IV. ANNO 360.

καὶ τῆς ἀρετῆς. εἰ δὲ καὶ κολάζεσθαί τινα συμβαίνοι, οὐκ ἀναίτιον μόνον, ἀλλὰ καὶ θαυμάσιον ἄνδρα, καὶ δίκην ἀρετῆς ἀπαιτεῖσθαι τοῦτον, τί ἂν βλάβος προσαγάγοι τῷ πάσχοντι; διελέγχει μὲν γὰρ τοὺς ποιοῦντας, οὐ βλάπτει δὲ τὸν ὑπομένοντα, κἂν ἕως θανάτου φέρηται τὰ τῆς ἀλόγου τιμωρίας. φθάσας γὰρ ὅ γε τοιοῦτος, νεκρότητι τὰ πρὸς τὸν βίον μεμελέτηκεν. ᾧ γὰρ μηδὲν μὲν ἡδὺ τῶν τοῖς πολλοῖς, ἢ ἀηδὲς, πῶς οὐχὶ νεκρὸς τοῦ βίου καὶ πρὸ θανάτου ὅγε τοιοῦτος καθέστηκεν; εἰς χάριν τὴν γε νομιζομένην ἐπιβουλὴν δεχόμενος, ἣ μετὰ τὸν παρόντα βίον προσδοκᾷ μείζοσιν ἀγαθοῖς ἐντεύξεσθαι, ὧν ἀπολιπεῖν δοκεῖ, ἐφ' ἃ πρὸς τῶν ἐχθρῶν ταχέως παραπεμπόμενος, ὡς εὐεργέτας τοὺς ἐπιβουλεύοντας ἔχει.

Καὶ ἄλλως ἐν ἀνθρώποις ἀναγκαία τῆς βασάνου, ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ συγχώρησις, ὡς ἂν δοκιμωτέρα τυγχάνοι ἡ αἵρεσις τῆς ἀρετῆς, εἰ μὴ δὲ θάνατον εὐλαβοῖτο. πονηροὺς δὲ καὶ πλεονεκτικοὺς ὅταν ἴδωμεν ἔστιν ὅτε κρατοῦντας, καὶ τὰς ἀρχὰς πιστευομένους, ἰστέον ὅτι συγχώρησίς ἐστι καὶ τοῦτο τῆς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ. ἐπειδ' ἂν γὰρ τὰ τῆς ἁμαρτίας πλεονάζῃ τῶν ἀρχομένων, κόλασις ἂν γένοιτο δικαία τῶν ἀρχόντων ἡ ἀδικία, τιμωρουμένων ἃ παράττουσι, καὶ κολαζόντων ἃ ποιοῦσιν. ὡς ἂν γένοιτο μάλιστα δῆλον, ὅτι παρανομία ἀτιμώρητος οὐκ εἴη. ὀρθότης μὲν δικαστοῦ δόξειεν ἄν, ἐπειδή τι μὴ πράττει κακὸν τοὺς ποιοῦντας κολάζειν. εἰδ' αὐτοὺς ὁ δικάζων τῶν γε τοιούτων ἀπερχόμενος τοὺς τὰ αὐτὰ μέλλοντας κολάζει, καὶ μάλιστα δαψιλέστερον, ὡς ἂν πείθοι μηδὲν αὐτὸς φαῦλον διαπράττεσθαι, ἄντικρυς κρατοῦν, καὶ λίαν φοβερὸν ἀναφαίνεται τὸ δίκαιον πρὸς τὸ δίκην ὑπομένειν τοὺς διὰ σκαιότητα τρόπων τοιούτοις ἄρχουσι δικαίως περιπίπτοντας. ἀποφάσεις γὰρ καὶ τοιαῦται σαφεῖς παρὰ Θεοῦ κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων ἐν γραφαῖς ταῖς ἁγίαις γεγόνηνται.

Ὁ μέν τοι χαλεπώτατα Μανεὶς, ἵνα παρ' αὐτῷ κρατήσῃ τὸ δόγμα τῆς ἀγεννήτου κακίας καὶ τῆς κατὰ Θεοῦ βλασφημίας, οὐδὲν ἀσυκοφάντητον καταλέλοιπε τῆς τοῦ Θεοῦ διοικήσεως. πολλάκις δὲ ἐστὶν ἰδεῖν καὶ δικαίους ἡμαρτηκότας ὑπὸ ἀσεβεῖς γενομένους. ὥσπερ εὐγενῆ παῖδα πατρὶ μὴ πειθόμενον, διὰ ξένου τυπτόμενον. ἵνα μετὰ τῆς ἀλγηδόνος τῶν πληγῶν, καὶ ἡ ἀτιμία τοῦ διακονουμένου μεταβάλῃ τὸν πλημμελοῦντα. ἓν γάρ τι καὶ μόνον ἔφαμεν καὶ ἀληθές ἐστιν. ὡς ὁ πρὸς Θεοῦ γενόμενος ἄνθρωπος ἀπαιτεῖται κατὰ τὸν βίον, τὸ συνέσει λογισμοῦ κατορθῶσαι τὸ κατὰ μηδὲν ἀδικεῖν τὴν ἀρετήν. ᾧ δή τις προσέχων καὶ μόνῳ μηδὲν ἕτερόν τι κατὰ τὸν βίον ἔχῃ. τοῦτο τοίνυν εἰ δι' ὅλου τοῦ περὶ προνοίας λόγου μνημονεύοιτο, οὐδὲν ἂν ὑποπτεύοιτο πρὸς ἀνισότητα καὶ ἀταξίαν τῶν πρὸς Θεοῦ

& virtutis obeundum. Si verò accidat, ut aliquis puniatur non solùm inncens, sed vir admirabilis, & ab eo pœnæ virtutis repetantur, quid nocuerit sustinenti? Arguit quidem hoc eos, qui faciunt, non eum qui sustinet, licet usque ad mortem iniquum supplicium progrediatur. Qui talis est, anticipatione mortis, quæ pertinent ad vitam futuram, meditatus est; cui enim nihil suave est eorum, quæ multis jocunda sunt, nec acerbum, an non est hic ante mortem huic vitæ mortuus? Qui hic ea, quæ existimantur insidiæ factæ, loco beneficii & gratiæ ducit, quâ expectat post hanc vitam majora bona consequi, quàm ea quæ relinquere videtur, ad quæ ab inimicis suis citò dimissus, tanquam beneficos ducit eos, qui ei insidiati sunt.

Aliâ etiam ratione apud homines necessarium est permitti à Deo tormenta & cruciatus, ut magis spectata ac probata sit libera virtutis susceptio, si neque mortem oppetere reformidet. Jam cùm improbos & avaritiæ deditos viderimus aliquando imperium tenere, & ad magistratus eligi, scire oportet permitti hoc providentiâ ac gubernatione Dei: cùm enim, qui sunt sub imperio, peccatis abundant, justum supplicium est iniquitas eorum, qui imperio præsunt, qui ulciscuntur quæ faciunt, & puniunt quæ committunt: ut maximè pateat, non contingere ut peccatum impunitum sit. Rectus quidem videri potest judex, quia ne quid mali committat, eos qui committunt, punit. Sin autem is qui judicat, incipit ea admittere, quæ in aliis vindicat, & punit, & quidem impensius, ut suadeat, se nihil mali agere, planè apparet jus firmum & valde horribile esse incidere in hujusmodi magistratus ad sustinendas pœnas propter improbitatem morum. Feruntur autem in Scripturis hujusmodi sententiæ divinæ manifestæ contra eos, qui delinquunt.

Pœnæ sunt argumenta virtutis.

Manichæus tamen amentissimus, ut dogma nequitiæ ingenitæ & blasphemiæ in Deum apud eum firmum esset, nullam partem gubernationis Dei prætermisit, quin eam calumniaretur. Videmus sæpe justos, qui deliquerunt, sub ditione & potestate impiorum esse, ut sic castigentur, sicut cùm generosus filius, qui patri non paret, à peregrino & hospite verberatur, ut dolor plagarum & ignominia verbera adhibentis delinquentem mutent: unum enim est ac solum, & verum, ut diximus, quod Deus ab homine in vita requirit, ut efficiat sapienti cogitatione, ne virtutem ulla ex parte offendat: quod quidem si attendat vel solum hoc, beatissimus sit, quamvis nihil aliud in vita habeat. Hoc si in universo sermone de providentia commemoretur, nulla suspicio relinquetur de inæqualitate & pertur-

 batione

SÆC. IV. ANNO 360.

batione ordinis in iis, quæ à Deo gubernantur. Si quis enim reperire posset, quod aliis laxata esset via virtutis piæ & sanctæ, aliis verò clausa, videretur contra hoc caput bonorum esse in inæqualitate accusatio gubernationis.• Sin verò id, quo solo potest quis verè beatus esse, omnibus æquè communiter propositum est, ut possit esse compos ejus, quam oppressionem aut inæqualitatem poterit quis objicere quamlibet accusandi cupidus? Quandoquidem habere plus bonorum externorum, rursus rationibus ad æqualitatem revocatur: ut non minus, vel etiam magis delectetur pauper iis cibis, qui ei adhibentur, quàm dives.

Similiter evenit in iis, quæ ad tegumentum corporis pertinent: quamvis viliora sint, sensum informant, quæ ei consueverunt apponi, ut nemo, quod plus est, sentiat; sensu consuetudine hebetato; nec alius quod minus est: quia propter consuetudinem non percipit sensu, quod deest. Hinc continuò fit, ut Barbari, quod majus est, nudo corpore vitam degentes, & sine stragula veste cubantes, & asperis indumentis utentes, nunquam paterentur, ut relinquerent rationem vivendi gratam, ut qui propter consuetudinem, quid eis desit, non intelligunt: immò qui non possunt hanc relinquere, & potius ac libentius desinerent rectè valere, & mallent frigora & ardorem solis tolerare.

Communio bonorum & malorum.

Atque ad vitam degendam, ac jocundè quidem degendam nemo plus quàm alius habet in vita. Communia sunt omnibus, quibus naturâ recreamur, accubationes & epulares somni; communia alimenta, & eorum fructus ac jocunditates, si quis prudenter præstantiam quidem eorum prætereat, usum verò sensu experiatur & probet. Communes item sunt non minus exactè animarum & corporum dolores; atque in his quidem magis reperietur exsuperantia apud eos, qui in vita plus habere videntur. Quare cùm hæc ita sint, ubi erit inæqualitas in gubernatione Dei, qui varietatem, non inæqualitatem in rebus nostris posuit? aliud enim est varietas sapientiæ, quæ in mundo decorem habet; aliud perturbatio ordinis in gubernatione. Si quis reperire posset alios quidem homines naturâ ab affectionibus animæ & corporis liberos, alios verò non liberos; rursus alios sine cibo viventes, alios cibo alentes vitam; aut alios, qui nequitiam suscipere non possent; alios, qui possent; item alios mortales, alios immortales, rectè iste in æqualitatem gubernationis reprehenderet, & turbationem ordinis, quasi magis sortitione quàm ratione, res nostras Deus procuraret. Sed si idem modus in ortu om-

διοικουμένων· εἰ μὲν γὰρ εὕροι τις ἄν, ὡς ἄλλοις μὲν ἀνεῖται τῆς εὐσεβοῦς ἀρετῆς ἡ πορεία, ἄλλοις δὲ ἀποκέκλεισται, ἐνταῦθα πρὸς τὸ νῦν κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν καὶ ἡ ἀνισότης διαβολὴν ἂν ἔχειν ἔδοξε τῆς διοικήσεως· εἰ δὲ δι' οὗ καὶ μόνου γένοιτ' ἄν τις ὡς ἀληθῶς μακάριος, τοῦτο κοινὸν ἐπίσης πρὸς ἐξουσίαν τοῖς ἅπασι πρόκειται, τίνα διαφορὰν ἔποιεν ἄν τις κἂν ᾖ φιλαίτιος, ἢ ἀνισότητα, ὁπότε τῶν ἐκτὸς αἱ πλεονεξίαι, αὖθις πρὸς ἰσότητα τοῖς λογισμοῖς ἀνακλῶνται; ὡς οὐκ ἔλαττον μὲν, ἢ καὶ μᾶλλον ἡδομένου τοῦ πένητος εἷς προσφέρεται τροφίοις τοῦ πλησίου.

Καὶ τὰ περὶ σκέπην δὲ ὁμοίως ἔχει, κἂν ἧττον ὑπάρχῃ τίμια καὶ τύπος αἰσθήσεως τὰ συνήθως παρακείμενα, ὡς μηδένα τοῦ πλείονος ἐπαισθάνεσθαι, διὰ τῆς συνηθείας τῆς αἰσθήσεως ἀμαυρουμένης· μὴ δὲ ἄλλον τοῦ ἐλάττονος καὶ τούτου διὰ συνηθείας τὸ ἐνδέον πρὸς τὴν αἴσθησιν μὴ ἄγοντα· αὐτίκα βάρβαροι γυμνοί, τό τε πλέον τοῦ σώματος διάγοντες, καὶ ἄστρωτοι καθεύδοντες, καὶ λυπηροῖς αἰδέσμασι διαιτώμενοι, οὐκ ἠνέσχοντο πώποτε καταλιπεῖν τὴν φίλην δίαιταν, ὡς διὰ τῆς συνηθείας τὸ ἐνδέον αὐτῶν μηδὲν καθορῶντες, μᾶλλον δὲ ταύτην μηδ' ἀπολιπεῖν οἷοί τε ὄντες· ἢ θᾶττον μὲν ἂν καὶ τὸ ὑγιαίνειν καταλίποιεν, θᾶττον δ' ἂν καὶ τὸ πρὸς κρυμοὺς καὶ ἡλιακὴν φλόγα καρτερεῖν ἀποκτήσαιντο.

Καὶ πρός γε τὸ ζῆν οὐδεὶς οὐδενὸς πλέον ἔχει κατὰ τὸν βίον· κοιναὶ μὲν γὰρ πᾶσιν αἱ φυσικαὶ διαναπαύσεις, ἀνακλίσεών τε καὶ ὕπνων· κοιναὶ δὲ τροφαὶ καὶ ἀπολαύσεις· εἴ τις τὸ μὲν διάφορον συνελὼν παρέλθοι, τὴν δὲ χρῆσιν τῇ αἰσθήσει δοκιμάζοι· κοιναὶ δὲ οὐκ ἔλαττον ἀκριβῶς καὶ αἱ λῦπαι ψυχῶν τε καὶ σωμάτων· καὶ μᾶλλον εὑρεθείη τις ἂν τούτων ὑπερβολὴ, παρὰ τοῖς πλέον τι κατὰ τὸν βίον ἔχειν δοκοῦσιν· ὥς τε καὶ τούτων κατὰ τὸ ἀληθὲς οὕτως ἐχόντων, ποῦ ἂν εἴη τὸ ἄνισον τῆς τοῦ Θεοῦ διοικήσεως, ποικιλίαν, οὐκ ἀνισότητα τοῖς καθ' ἡμᾶς ἀντιθέντος; ἕτερον γὰρ τυγχάνει ποικιλία σοφίας ἐν κόσμῳ διαπρέπουσα, καὶ ἕτερον ἀταξία διοικήσεως· εἰ δέ τις εὕροι ἄν, τοὺς μὲν ἀπαθεῖς φύσει τῶν ἀνθρώπων, τοὺς δὲ ἐμπαθεῖς καθ' ἑκάτερον ψυχήν τε καὶ σῶμα· καὶ τοὺς μὲν ἄνευ τροφῆς· (a) ἢ τοὺς μὲν ἀνεπιδέκτους κακίας, τοὺς δὲ δεκτικούς· ἔτι μὴν, τοὺς μὲν θνητοὺς, τοὺς δὲ ἀθανάτους, καλῶς ἂν ὁ τοιοῦτος ἀταξίαν τε καὶ ἀνισότητα κατείπει τῆς διοικήσεως, ὡς ἀποκληρώσει τινὶ μᾶλλον ἢ λόγῳ τοῦ Θεοῦ τὰ καθ' ἡμᾶς διοικοῦντος, εἰ δὲ τρόπος μὲν ὁ αὐτὸς τοῖς πᾶσι γενέσεως, μία δὲ καὶ ἡ αὐτὴ τῆς φύσεως

ἡ

(a) *Deest hîc aliquid ut fiat oppositio inter bonum & malum, ciborum penuriam & abundantiam; ideò reponendum credo* τοὺς δὲ μετὰ τροφῆς, illos vero qui cibis fruuntur. BASN.

SÆC. IV. ANNO 360.

ἡ ἀνατροφὴ· τῶν δὲ ἀναγκαίων, ὧν ἄνευ συστῆναι ἀδύνατον, κοινὴ τοῖς ἅπασιν ἐπίσης ἡ χορηγία, τέλος δὲ τῶν ἁπάντων, ἓν καὶ μόνον τῆς ἰσότητος πρὸς ἄκραν ἀκρίβειαν ἐν ἅπασι φαινομένης, ἢ τυφλὸς παντελῶς ὁ διαβάλλων εἰς ἀταξίαν τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, ἢ ἐχθροῖς ὄμμασι καθορῶν τὰ πράγματα, ἥκιστα πιστεύεται δίκαιος. εἰ γὰρ ἡ διαφορὰ τὴν ἀταξίαν ἔχει, τὸ κόσμιον τῆς ποικιλίας, τεχνίτῃ γε πανσόφῳ λίαν ἁρμόττον, ὁ τοιοῦτος διαβάλλει, καὶ περιὼν κακιζέτω καὶ τὸ ποικίλον τῶν χρωμάτων, καὶ τῶν ἐδεσμάτων, καὶ πομάτων τὸ διάφορον· ἅπερ ἀναλαμβάνει γε θαυμασίως τὰς αἰσθήσεις τῶν προσφερομένων.

Ἐντεῦθεν ἐξῆλθον οἱ λίαν ἀθλιώτατοι πρὸς εἱμαρμένην τὸ ἄτοπον τῆς ἀνισότητος, διὰ τοῖν δυοῖν ἀρχῶν βεβαιοῦν δοκοῦντες· ἀλλὰ δέδεικται μὲν τοῖς ἔμφροσιν; ὡς οὐδεμία τις ἀνισότης ἔνεστιν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοὺς πολέμους τῇ κακίᾳ προσνέμουσι, τίνα τρόπον εἱμαρμέναι διάφοροι κατ' αὐτοὺς, πολλῶν ἔστιν ὅτε χιλιάδων ὑφ' ἕνα καιρὸν, μᾶλλον δὲ ὑπὸ μίαν ὥραν πιπτουσῶν; ἆρα μία τις εἱμαρμένη συνάπτει τούτους ὑφ' ἑαυτῇ· καὶ πῶς οὐ πάντῃ τοῦτό γε ὑπολαμβάνειν γελοιότατον; ὅθεν τὸ μὲν ἄνισον τῆς εἱμαρμένης τὸ χαλεπὸν τῶν πεπλανημένων νόσημα, χώραν ἐν τοῖς πράγμασιν οὐκ ἔχει· πόλεμοι δὲ τὴν μὲν ἀρχὴν ἐκ πλεονεξίας λαμβάνουσι, τὴν δὲ ἐνέργειαν πρὸς Θεοῦ συγχωρουμένην ἔχουσι· κακὸν μὲν γὰρ τούτων ἡ ἀφορμὴ, λέγω δὲ τῆς πλεονεξίας ἡ ἐπιθυμία, ὅπερ ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐχὶ Θεοῦ πλημμέλημα, τοῖς ἔμπροσθεν δέδεικται.

Θάνατος δὲ τῆς φύσεως (a) οὐ κακός· γένεσις γὰρ καὶ θάνατος πρὸς Θεοῦ φύσει νενομοθέτηται· οὐ τῶν γε τελευτώντων ἀπολλυμένων, ἀλλὰ τῶν γινομένων τοῖς οὖσι προστιθεμένων· ἀγαθοῦ γὰρ οὐκ ἂν εἴη τὸ μόνοις τοῖς οὖσιν ἀνθρώποις τὸ εἶναί τε καὶ γεγονέναι δωρεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς μὴ ὄντας προκατασκευάζειν τοῖς οὖσιν· ὡς ἂν οἵτε γενόμενοι διαδραμόντες αὐτάρκως τοῦ βίου τὸ στάδιον, ἀντὶ ἀναπαύσεως τοῦ δρόμου τὸν θάνατον λάβωσιν, οὐκ εἰς ἀπώλειαν αὐτοὺς ἄγοντα, ἀλλ' ἑτέρωσε κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστου μετάγοντα, οἵτε μὴ ὄντες πάροδον εἰς τὸ γενέσθαι λάβωσιν· οὐκοῦν θάνατος ὁ τῇ φύσει νενομοθετημένος, οὐ πονηρὸς, κἂν ὁπωσοῦν ἐπίοι· οὐδὲ γὰρ τὸ διάφορον τῶν περιστάσεων, δι' ὧν ἔπεισιν, ἐξεταστέον· ἕνα δὲ τρόπον κοινὸν τοῖς πᾶσιν ὄντα γνωστέον, λέγω δὴ τὸ μὴ δίχα περιστάσεώς τινος καὶ ἀνάγκης ἀναχωρεῖν ψυ-

nium una & eadem naturæ educatio, & eorum quæ necessaria sunt, sine quibus vita degi non potest, communis est omnibus ex æquo suppeditatio; finis autem omnium unus & solus, cùm appareat summa æqualitas in omnibus; vel cœcus prorsus est, qui Dei providentiam tanquam non ordinatam accusat, vel oculis malevolis & inimicis res aspicit, & ob eam causam non est dignus fide. Etenim si perturbatio ordinis in varietate inest; decorum varietatis, quod sapientem artificem magnoperè decet, reprehendit iste. Pergat etiam improbare varietatem colorum, & diversitatem ac differentiam ciborum ac potionum, quæ mirabiliter sensus recreant eorum, quibus adhibentur.

Hinc profecti sunt miserrimi homines, qui ad defendendum fatum videntur sibi confirmare malum inæqualitatis duobus principiis introductis; ostensum tamen est prudentibus nullam in rebus nostris inæqualitatem esse.

Bella cur Deus permittit.

Quia verò bella etiam assignant, & attribuunt nequitiæ, quomodo varia fata, ipsorum opinione, multorum aliquando millium in unum tempus, immò in unam horam incidunt? an unum fatum conciliat hos & copulat inter se? An non est ridiculum existimare hoc? ex quo fit, ut inæqualitas fati, quæ est gravis morbus errantium, locum in rebus non habeat. Bella autem principium sumunt ex avaritia; geruntur autem permissu Dei: malum enim horum est ipsa causa, id est, cupiditas, quæ avaritiam parit; quod quidem malum ab hominibus, non à Deo proficiscitur, ut in iis, quæ prius dicta sunt, patefactum est.

Mors non mala.

Mors naturæ est non mala. Ortus & mors naturâ sunt à Deo sancita, non quidem ut pereant, qui moriuntur, sed ut apponantur iis, qui sunt. Non enim esset (b) boni, solis hominibus, qui sunt, largiri ut sint, & nati sint, sed etiam eos, qui non sunt, creando adjungere ad eos, qui sunt. Ut qui sunt nati curriculo vitæ satis decurso, ut à cursu requiescant, mortem accipiant, non quæ eos ad pereundum ducat, sed quæ aliter singulos pro dignitate transferat; & qui non sunt, aditum habeant ad capiendum ortum. Mors igitur lege naturæ sancita, non est mala, quocunque modo accidat: nec enim inquirendum est de variis casibus, propter quos accidit. Unus modus communis omnibus cognoscendus est, qui est discessus animæ à corpore, non sine casu quodam & necessitate: sed expectandum est,

(a) *Periculosam hic tuetur sententiam Titus; quippe vult mortem non esse malam, sed potius respici debere tanquam bonum aliquod, quo periculo & ærumnis liberantur homines. Sic equidem docuerunt aliquot Philosophi, ut eâ ratione hominibus illudendo solatium aliquod protruderent. Idem docuit Pelagius; sed secundum Scripturam mors est pœna peccati, quam Deus homini lapso infligere statuit, nec à natura insita est, nec ut bonum respici potest.* BASN. (b) *Hoc est, Dei.* TURR.

Sæc. IV. Anno 360.

est, quandiu domicilium naturale durat & non dissolvitur: cum hoc tamen naturali domicilio & communi simul inest quidam metus, qui quidem necessario de suspecto supplicio suscipitur; non tamen ab omnibus; sed ab iis, quibus mens est prompta & facilis ad peccatum; ad hujus enim aversionem metus ille suscipitur. Qui enim degit ex virtute, is quidem peccare desivit, & non opinatur duram esse mortem. Qui verò deditus est peccatis, eâdem imprudentiâ, quâ peccat, mortem timet. Necessarium tamen est, ut hanc imprudentiam hic metus consequatur, ut qui timebat id, in quo non erat timor, verè timeat, quod timere oportet, damnum, inquam, ex peccato. Quia igitur gentes peccatis redundant, quorum species una est insatiabilem esse, ipsæ sunt sibi causa supplicii, id est, mortis, quod quidem dictum est, non esse verè supplicium, quod natura est omnibus definitum: beneficio autem afficit eos, qui in bello cadunt (*a*), & eos, qui evadunt, incolumes: illis quidem finem peccandi affert, his verò exemplum timoris proponit. Afficit autem beneficio, licet justi cum multitudine vulgi à vita recedant: sicut enim injustis mors est finis injustitiæ, sic justis tanquam victoribus quodammodo est initium coronarum.

Unde hoc per providentiam sapientissimam admirabile evenit, ut quod videtur punire, beneficium fiat. Non dico videri punire per ea, quæ Deus haud dubiè facit, quæ acerba & aspera videntur, sed per ea, quæ hominibus transfugis permittit; quamobrem bellum istorum (*b*) non est opus Dei, sed permissio necessaria. In speciem quidem ad puniendum peccatum, verè autem ad imponendum finem peccato; ubi quamvis justus cadat, (justum autem bellare non decet) majus beneficium accipit; majus enim est percipere fructum laborum virtutis, quod piis post mortem contingit, quàm desinere peccare. Qui autem contra hæc disceptant, priusquam probent bellum esse ex omni parte malum, partem ejus accusant. Si enim bellorum originem ex nequitia per se existente, & ex principio ingenito duci dicunt, oportebat eos, ipsam mortem, & quidem solam vituperare: supervacaneum enim est causas bellorum excutere & inquirere, cùm quod necessariò accidit, in id judicium non cadat.

Quomodo autem possunt mortem malam dicere, quæ ut Manichæus fallaciter tradit, animam à materia liberat? Quare communi omnium sententia nequaquam malum est mors: quod enim necessariò omnibus accidit (*c*), non est malum. Inaniter autem mortem, quæ

χὴν ἀπὸ σώματος, ἀλλὰ παραμένειν ἕως ἂν τὸ φυσικὸν αὐτῆς καταγώγιον ἀκαθαίρετον διαμένοι· τούτῳ μέντοι τῷ φυσικῷ καὶ κοινῷ συνυπάρχει τι δέος, ὅπερ εἰς τιμωρίας ὑποψίαν ἀναγκαίως παρείληπται, οὐ μήν τοι ἐν τοῖς πᾶσιν, ἀλλ' οἷς γε ἡ διάνοια πρόχειρος εἰς ἁμαρτίαν πρὸς ἀνατροπὴν ταύτης· ὁ μὲν γὰρ ἔμφρων κατ' ἀρετὴν ἄρας γε τοῦ πλημμελεῖν, καὶ τοῦ οἴεσθαι μοχθηρὸν εἶναι τὸν θάνατον ἀπήλλακται· ὁ δὲ φιλαμαρτήμων, ἀπὸ μὲν τῆς αὐτῆς ἀνοίας ἀφ' ἧσπερ καὶ πλημμελεῖ, τὸν θάνατον εὐλαβεῖται· ἀναγκαῖον μέντοι τῆς ἀνοίας ἔχει τὸ τοιοῦτον παρακολούθημα, ἵνα τὸ ἀδεὲς δεδιὼς, ὃ προσῆκεν ἀληθῶς δεδιέναι, λέγω δὴ τῆς ἁμαρτίας διαφύγῃ τὴν βλάβην· ἐπειδ' ἂν οὖν πλεονάσῃ παρ' ἔθνεσι τὰ τῆς ἁμαρτίας, ἧς γε τυγχάνει ἓν εἶδος τὸ τῆς ἀπληστίας ἑαυτοῖς παραίτια γίγνεται τῆς κατὰ τὸ φαινόμενον τιμωρίας, ἥτις κατὰ μὲν τὸ ἀληθὲς ὡς οὐκ ἂν εἴη τιμωρία λέλεκται, φύσει κοινῇ κατὰ πάντων ὡρισμένη· εὐεργετεῖ δὲ τούς τε πίπτοντας ἐν πολέμῳ καὶ τοὺς διασωζομένους, τοῖς μὲν ἁμαρτίας τέλος παρέχουσα, τοῖς δὲ ὑπόδειγμα δέους ἐμποιοῦσα· εὐεργετεῖ δὲ κἂν δίκαιοι τῷ πλήθει συναπέλθωσιν· ὡς γὰρ τοῖς ἀδίκοις τέλος τῆς ἀδικίας ὁ θάνατος, οὕτω δὲ καὶ δικαίοις ὡς νικηταῖς τρόπον τινὰ στεφάνων ἀρχή.

Ὥστε θαυμάσιον διὰ τῆς πανσόφου προνοίας τοῦ Θεοῦ συμβαίνει· τὸ γὰρ δοκοῦν κολάζειν, εὐεργετεῖ· καὶ οὐδὲ δι' ὧν αὐτὸς ἄντικρυς κατασκευάζει ἀνιαρῶν εἶναι δοκούντων, ἀλλὰ δι' ὧν ἀνθρώποις αὐτομολοῦσι συγχωρεῖ· ὥστε πόλεμος οὐκ ἔργον Θεοῦ, ἀλλὰ συγχώρησις ἀναγκαία, εἰς μὲν ὑποψίαν τιμωρίας κατὰ τῆς ἁμαρτίας, κατὰ δὲ τὸ ἀληθὲς, εἰς τέλος αὐτῆς· ἔνθα κἂν δίκαιος πέσῃ, δίκαιον δὲ πολεμεῖν ἀπεικὸς, μειζόνως εὐεργετεῖται· μεῖζον γὰρ τοῦ παυθῆναι κακίας τὸ καρπῶν ἀπολαῦσαι τῶν τῆς ἀρετῆς πόνων, ὅπερ εὐσεβέσι μετὰ θάνατον ὑπάρχει· οἱ δὲ πρὸς ταῦτα διαμαχόμενοι, πρὶν τὸ καθόλου διελέγξαι κακὸν, τὸ μέρος διαβάλλουσιν· εἰ γὰρ ὡς ἀπὸ κακίας ὑφεστηκυίας, καὶ ἀρχῆς ἀνάρχου τοὺς πολέμους ἡμῖν κατακομίζουσιν, αὐτόν γε τὸν θάνατον καὶ μόνον κακίσαι προσῆκον ἦν αὐτοῖς· περιττὸν γὰρ τὰς προφάσεις ἐξετάζειν τοῦ ἀναγκαίως συμβαίνοντος, ἀκρίτου μένοντος.

Πῶς δ' ἂν τὸν θάνατον κακίσαι δυνηθεῖεν, ἀπολύοντά γε τῆς ὕλης, κατὰ τὸν λόγον τοῦ ἀπατεῶνος, τὴν ψυχήν; ὥστε κατὰ μὲν τὴν κοινὴν δόξαν ἥκιστά γε θάνατος κακόν· τὸ γὰρ ἀναγκαίως τοῖς πᾶσι συμβαῖνον, οὐ κακόν· μάτην αὐτὸν διὰ τοὺς

(a) *De bello injusto loquitur proficiscente ex cupiditate insatiabili, cujus sunt bella gentium.* TURR.
(b) *Hujusmodi scilicet bellum quod à transfugis & cupidis geritur.* ID. (c) *Scilicet, semel mori.* ID.

Sæc. IV. Anno 360.

τοὺς πολέμους διαβάλλουσιν, οὐδὲν πλέον ἐπάγοντα τῶν κατὰ φύσιν ἀποκειμένων· εἰ δέ τις τὴν πρόφασιν αὐτὴν τῶν πολέμων κακίζοι εἴτ' οὖν ὀργὴν, εἴτ' ἔχθραν, εἴτε καὶ πλεονεξίαν, οὐκ ἂν διαμαρτάνοι τοῦ πρέποντος· ἀνθρώποις μέν τοι λογιστέον τοῦτό γε, μοχθηρίᾳ προθέσεως οὕτω διακειμένοις.

Ὅτι δὲ ὁ θάνατος ἥκιστα κακὸς, δειχθείη μάλιστα ἂν ἐκείνως· εἰ γὰρ μὴ κατὰ πάντων ὥριστο, ὅτε δίκαιος διὰ παντὸς ἂν ἐπόνει πρὸς ἀρετὴν, οὐδὲν πλέον τῶν ἱδρώτων καρπούμενος, ὅτε ἄδικος ἐν ἡδοναῖς ἂν τῶν ἁμαρτημάτων ἀθάνατος διῆγεν· καὶ ἦν ἂν ἑκάτερον λίαν ἄτοπον· ὁ δὲ θάνατος καὶ τὴν ἄδικον ἡδονὴν τῷ πλημμελοῦντι καταστέλλει, καὶ τὸν δίκαιον πόνον τῷ δικαιοπραγοῦντι καταπαύει· ἐπειδὴ γὰρ ἀναγκαῖον ἀνθρώποις τὸ δύνασθαι ἁμαρτάνειν, αἴτιον ὂν τοῦ δύνασθαι κατορθοῦν, ἡ δὲ ἐξουσία παρὰ Θεοῦ δοθεῖσα, πρὸς τὴν καλοῦ κἀγαθοῦ κτῆσιν παρὰ τοῖς πλείοσι πρὸς τὸ εὔκολον τῆς ἁμαρτίας ἀποκλίνει, ὡς θαυμασιωτέραν εἶναι τὴν ἀρετὴν δυσχερείᾳ συγκεκραμένην, ὠφέλιμός γε ὁ θάνατος ἑκατέροις, δικαίῳ τε καὶ ἀδίκῳ, τῷ μὲν ἀνάπαυλαν τῶν πόνων, τῷ δὲ τέλος τῶν ἁμαρτημάτων παρέχων.

Ἀγαθοῦ τοίνυν εὑρισκομένου, οὐχὶ μόνον μὴ κακοῦ τοῦ θανάτου, οὐ κατὰ τὸν Μάνεντος λόγον, ὡς ἀπολύοντος τῆς μὴ οὔσης ὕλης τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ τὸν εἰρημένον τρόπον, τοῦ τίνος χάριν ἀρχὴν κακίας ἐπινοήσαιμεν ἂν τοῖς πολέμοις, οὐχὶ δὲ μόνον τὴν ἄδικον πρόθεσιν τῶν χρωμένων διαβαλοῦμεν; τὸ γὰρ ἀποβαῖνον, ὅπερ ἄν τις λογίσαιτο τῇ προνοίᾳ τοῦ Θεοῦ, δίκαιον, οὐκ ἐκ πολέμου μόνον, ἀλλὰ κατὰ πάντα τρόπον καθόλου τῇ φύσει ἀγαθὸν, οὐ μόνον οὐ κακὸν τοῖς ἔμπροσθεν ἀπεδείχθη· ὥστε τὸν πόλεμον διαβλητέον, οὐ τὸν ἀποβαίνοντα θάνατον συμφερόντως κείμενον, ἀλλὰ τῶν χρωμένων, καὶ μάλιστα μὴ δικαίως τὴν πρόθεσιν, ἧς γε προνοῶν τῶν καθ' ἡμᾶς ἀναίτιος.

Αὖθις ἕτερον εἶδος, ὧν ὁ χαλεπώτατα Μανεὶς αἰτιᾶται, σεισμὸν, καὶ λοιμὸν, καὶ λιμὸν, ἀφοριῶν τε καὶ ἀκρίδων, καὶ τῶν τοιούτων, ὡς ἐξ ἐναντίας ἀρχῆς καὶ τοῦτο γινόμενον· δῆλον δὲ τοῖς ἅπασιν, ὡς ἐν μὲν ταῖς λίαν εὐθυμίαις τε καὶ εὐπραγίαις, εἰώθασιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, πλὴν ὀλίγων πάντες ἄνθρωποι διαχαυνοῦσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ τοῖς πάθεσιν ὑποκατακλίνεσθαι, καὶ μνήμην ἀρετῆς τε καὶ πόνων εὐσεβείας οὐδεμίαν ἔχειν· καὶ τοῦτό γε εἰκότως τρόπον τινὰ συμβαίνει· ἐπειδ' ἂν γὰρ πλησμονὴ σιτίων τε καὶ ποτῶν ἄμετρος διὰ πολλὴν εὐπορίαν ἀνθρώποις ἐγγένηται, γαστρὸς ἐπιπλέον πιαινομένης, παχύνεται μὲν ὁ νοῦς ὑπίσταται δὲ ὁ λογισμός· βαρυνομένη δὲ ἡ ψυχὴ τοῖς ἀλογίστοις πάθεσιν ὑποβάλλεται· εἰ δέ τις συμβαίη

propter bella accidit, accusant, quæ nihil amplius affert, quàm quod secundum naturam constitutum est. Si quis verò ipsam causam bellorum malam esse dicat, sive ira sit, sive inimicitia, sive avaritia, non aberrabit à recto & decenti. Tribuendum tamen est hoc hominibus pravo animo affectis. Sæc. IV. Anno 360.

Quòd autem mors mala minimè est, illâ etiam ratione & viâ probari potest. Si enim mors non omnibus definita & decreta esset, accideret, ut justus semper laboraret in studio virtutis nullum fructum percipiens præter sudores, & injustus in voluptatibus peccatorum immortalis degeret, essetque utrumque valde absurdum. At mors injustam voluptatem delinquenti reprimit & cohibet; & justo labori quietem affert. Etenim quia necessarium est, homines posse peccare, id quod est causa, ut possint ex virtute vivere: potestas autem à Deo data ad comparandam virtutem, apud majorem partem hominum ad facilitatem peccati declinat, ut admirabilior sit virtus difficultati admista, utilis est utrisque mors, justo & injusto; illi quidem quietem à laboribus affert, huic verò peccatorum finem.

Si igitur mors bona est, & non solùm non mala, ut ostensum est, & non solvit animam, ut Manichæus opinatur, à materia, quæ non est, sed eo modo, quem diximus; quare principium nequitiæ in bellis excogitabimus? & non potius solum injustum animum ac voluntatem accusabimus? Quod enim inde evenit, quod quidem providentiæ Dei assignabitur, justum, non ex bello solum, sed quocunque modo mors accidat, universè bonum esse naturâ, in superioribus conclusum & confectum est. Quare bellum est accusandum, non mors, quæ inde accidit, quæ utiliter constituta est, sed animus ac propositum non justè bello utentium, cujus non est auctor, qui res nostras procurat.

Rursus est aliud genus eorum, quæ Manichæus dementissimus accusat, terræmotum dico, pestem, famem ex sterilitate, ex locustis, & aliis hujusmodi, tanquam à principio contrario hæc proficiscantur: sciunt verò omnes, solere plerumque omnes homines, paucis exceptis, in rebus lætis & prosperis laxare mentes, & affectionibus succumbere, nullamque virtutis & laborum pietatis memoriam habere, atque hoc quidem quodammodo consentaneè accidit. Postquam enim satietas ciborum & potionum immoderata propter magnam ubertatem hominibus incidit, ventre pinguiore facto, crassitudo mentis & remissio cogitationis accedit: anima autem gravata subjicitur affectibus à ratione alienis. Si qua verò calamitas ex

Sterilitas, pestis an à Deo?

Sæc. IV. Anno 360.

ex iis, quas numeravimus, accidat, minus curant ventrem homines, minusque voluptatibus inserviunt; temperantiam autem & pietatem pro virili consectantur, & quoad fieri potest; meliores mores induunt pressi magis quàm secundis rebus lætificati. Quæ igitur nequitiæ attribuemus opinione Manichæi? illane, quæ sensui quidem acerba sunt, effectu verò valde utilia? Qui rursus bono? jucundane, quæ quandoque nocentissima sunt? (a) sæpe enim, quos prosperitas ad meliorem frugem non mutavit, luctus & calamitas converterunt: indigent enim homines quandoque hujusmodi admonitionibus ad excitandam mentem, & ut à multa mollitudine liberentur.

Mala sunt utilia hominibus.

Si enim videremus secundis rebus florentes, à magnis saltem injuriis abstinere, & parva maleficia committere, posset aliquis cum ratione in hæc invehi, tanquam contra rationem acciderent: sin verò abundare semper necessariis, oblivionem summam largitoris affert istis; necesse est, ut aliquando calamitatibus memoria Dei excitetur; cui oportebat sine intermissione gratias agere pro nostrarum rerum providentia & procuratione. Unde admonens Deus homines, talia dispensat ac gubernat, non perturbationi iræ inserviens, sed curam amplectens eos convertendi, quos opus est convertere; nec enim excellentissimæ & perfectæ erga homines charitatis esset humanas ægritudines præ lenitate extenuare, & incrementum eis permittere non increpando. Quin potius contrà, ad inhumanitatem hoc spectaret, si cùm vellet non recedere ab ea lenitate, quæ speciem tantùm habet, insidiosè permitteret in dissolutionem nequitiæ omninò homines decidere. Dico autem lenia præbere ratione, & ea, quæ acerba putantur, necessariò infligere. Nec enim pater cùm filium delinquentem verberat, inhumanus est: contrà potius, si hunc ad conversionem non traduceret, paternam providentiam ac misericordiam habere non videretur. Nec enim medicus cùm secat, & urit ulcus serpens, inhumanus est; immò quantò magis rationem artis adhibet, tantò magis ut ægrotum sanet, dolorem ex severioribus remediis inducit; tanquam interiturus sit æger ab ulceribus, nisi hoc modo auxilietur ei; sanandus verò, sectione & ustione adhibitis.

Quamobrem, ut hoc exemplum docet, homines potius quàm Deus sunt, qui aspera & acerba sibi inferunt, qui usum & opportunitates temporis proposito proprio per affectus suos præparant: sicut enim medicus non facit,

τῶν καταλεγομένων συμφόρων, ἧττον μὲν γαστρὸς φροντίζουσιν ἄνθρωποι, ἧττον δὲ ταῖς ἡδοναῖς δουλεύουσι, σωφροσύνην τε καὶ εὐσέβειαν, ὅση δύναμις μεταδιώκουσι· καὶ βελτιοῦνται τὸν τρόπον, ὡς οἷόν τε, πιεζόμενοι μᾶλλον ἢ εὐθυνούμενοι· ποῖα τοίνυν προσοίσομεν τῇ κακίᾳ, κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον; τὰ τῇ μὲν αἰσθήσει λυπηρά, τῇ δὲ ἐνεργείᾳ λίαν ὠφέλιμα; ποῖα δὲ τῷ ἀγαθῷ; τὰ ἡδέα μὲν ἔστι δ᾽ ὅτε βλαβερώτατα; καὶ πῶς οὐ δόξει παιδαγωγὸς εἶναι μᾶλλον πρὸς ἀρετὴν ἡ κακία τοῦ ἀγαθοῦ; πολλάκις γὰρ οὓς μὴ μετέβαλεν ἐπὶ τὸ κρεῖττον εὐθυνία, μετεποίησέ τις προσπεσοῦσα λύπη καὶ συμφορά· δέονται γὰρ ἄνθρωποι καὶ τοιούτων τινῶν ἀναμνήσεων κατὰ καιρούς, πρὸς τὸ διεγείρεσθαι τὸν νοῦν, καὶ τοῦ πλείονος ῥᾳστώνης ἀπαλλάττεσθαι.

Εἰ μὲν γὰρ εὐθυνομένους ἦν ἰδεῖν αὐτούς, τῶν γοῦν μεγάλων ἀδικημάτων ἀπεχομένους, μετρία δὲ πλημμελοῦντας, ἦν ἄν τις εὔλογος καταδρομή, ὡς οὐ κατὰ λόγον καὶ τῶν τοιούτων συμβαινόντων· εἰ δὲ πρὸς τελείαν τοῦ χορηγοῦντος λήθην τὴν διηνεκῆ τῶν ἀναγκαίων ἀφθονίαν λαμβάνουσιν, ἀναγκαῖον ποτὲ καὶ τὸ διεγείρεσθαι ταῖς συμφοραῖς εἰς μνήμην Θεοῦ ὧγε προσῆκεν ἀδιάλειπτον τῆς ὑπὲρ ἡμῶν κηδεμονίας, ὁμολογεῖν τὴν χάριν. ὥστε νουθετῶν Θεὸς ἀνθρώπους οἰκονομεῖ τὰ τοιαῦτα, οὐκ ὀργῆς τινὸς πάθει κατεχόμενος, ἀλλὰ κηδεμονίας, καὶ τῆς τῶν δεομένων ἐπιστροφῆς μεταποιούμενος· οὐδὲ γὰρ φιλανθρωπίας τῆς ἀνωτάτω καὶ ἀκριβοῦς ἂν εἴη τὸ ὑποκορίζεσθαι γε χρηστότητι τὰ ἀνθρώπινα πάθη, καὶ τῷ ἀνεπιπλήκτῳ τὴν αὔξησιν αὐτοῖς ἐπιτρέπειν· τοὐναντίον γὰρ τοῦτο πρὸς ἀπανθρωπίαν ὁρᾷ, εἴγε βουλόμενος τῆς κατὰ τὸ φαινόμενον μὴ ἐξίστασθαι χρηστότητος, ἐπιβούλως συγχωροίη πρὸς ἔκλυσιν κακίας πάντῃ καταπίπτειν τοὺς ἀνθρώπους· λέγω δὲ τὰ χρηστὰ παρέχων, καὶ τὰ νομιζόμενα λυπηρὰ ἀναγκαίως ἐπάγει· οὐδὲ γὰρ πατὴρ πλημμελοῦντα παῖδα τύπτων, ἀπάνθρωπος: τοὐναντίον μὲν οὖν, εἰ μὴ πρὸς ἐπιστρέφειαν ἄγοι τοῦτον, οὐ δόξει φειδὼ πατρικὴν ἐνδείκνυσθαι· οὐδὲ τέμνων καὶ καίων ἰατρὸς ἑλκῶν νομάς· ἀλλ᾽ ὅσῳ τοῦ λόγου τῆς τέχνης μεταποιεῖται, τοσούτῳ φαιδόμενος τοῦ κάμνοντος προσάγει τὴν ἀλγηδόνα τῶν αὐστηροτέρων βοηθημάτων, ὡς ἀπολουμένου μὲν πρὸς τῶν ἑλκῶν τοῦ κάμνοντος, εἰ μὴ τοῦτον βοηθηθείη τὸν τρόπον· σωθησομένου δέ, τομῆς τε καὶ καυστῆρος εἰ δέοι προσαγομένων.

Ὥστε, κατὰ τὸ ὑπόδειγμα, ἄνθρωποι εἰσὶν, οἱ τά γε ἀνιαρὰ ποιοῦντες καθ᾽ ἑαυτῶν, μᾶλλον, ἢ ὁ Θεός· οἱ τὴν χρείαν καὶ τοὺς καιροὺς προθέσει γε οἰκείᾳ προκατασκευάζοντες, διὰ τῶν οἰκείων παθῶν· ὡς γὰρ τοῦ καυτῆρος οὐχ ὁ ἰατρὸς ποιεῖ

τὴν

(a) *Deest in Latinis hæc sententia:* & quomodo malum non videbitur esse pædagogus ad virtutem potius quàm bonum? Basn.

SÆC. IV. ANNO 360.

τὸν καιρόν τε καὶ τὴν χρείαν, ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον ἕλκος καὶ τὸν ἰατρὸν ἐπείγεται, καὶ τὸν καυτῆρα καλεῖ, οὕτω δὴ καὶ τὰ ἀνθρώπινα πάθη προσκαλεῖται τὴν εἰς θεραπείαν συντεινόντων παρὰ Θεοῦ τὴν ἐπιμέλειαν, ἥκιστά γε ἀνεχομένου τῶν ἀνθρώπων, ὡς οἰκείου ἔργου μὴ διὰ παντὸς προνοεῖν· ἐπέτρεψε μὲν γὰρ ἀνθρώποις τῆς ἀρετῆς· καὶ τῆς καλοκαγαθίας ἐλεύθερον ἔχειν τὴν αἵρεσιν· ὑπερείδει μέν τοι τὸ πρὸς τὰ πάθη σαθρὸν ἡμῶν δι' ὧν ἐναργῶς ἐστιν ὅτε νουθετεῖ καὶ ἐπιπλήττει· οὔτε διηνεκῶς ἐπάγων τὰ αὐστηρότερα, ἵνα μὴ τῇ ἀνάγκῃ τῆς κατηφείας τὸ ἐλεύθερον ἐκβάλῃ· οὔτε ἄφετον πάντη τὴν ὁρμὴν τῆς ῥαστώνης ἡμῖν καταλιμπάνων, ἵνα μὴ τὰς προλήψεις τῶν παθῶν ἀνιάτους ἀφίῃ· ἑκάτερα δὲ ἀρρήτῳ σοφίᾳ πρὸς ἀνθρώπων ὠφέλειαν οἰκονομεῖ· ἑκάστου τὸν δέοντα καιρὸν ἐπιστάμενος.

Αὐτίκα ἴδοις ἂν σεισμὸν, ἢ ὄμβρων ἔνδειαν, ἢ ἀκρίδων ἐπιφορὰν, ἢ ἅμα σχεδὸν ἅπαντας ἀνθρώπους πρὸς εὐλάβειαν ἐπικλινομένους, καὶ πρὸς ἱκεσίαν τοῦ μεταγαγεῖν τὰ τοιαῦτα δυναμένου. Εἰ δὲ τὰ μὲν δοκοῦντα συνήθως ἡδέα, καὶ χρηστὰ τὸν ἀνθρώπινον λογισμὸν ὑπτιοῖ, τὰ δὲ ἀνιαρὰ διεγείρει, καὶ συστρέφει πρὸς εὐσεβεστέραν κατάστασιν πῶς οὐκ ἄν τις, ἐκεῖνα μὲν ὑπὲρ σωμάτων, ταῦτα δὲ ὑπὲρ ψυχῶν φαίη πρὸς Θεοῦ διοικεῖσθαι; ἆρ' οὖν τὰ διεγείροντα ψυχὰς εἰς εὐσέβειάν τε καὶ ἀρετὴν κλητέον κακά; κἂν γὰρ τῇ αἰσθήσει τῶν ὑποκειμένων ἀνιαρὰ τυγχάνῃ, πρὸς μέν τοι σωτηρίαν ἀνθρώπων ἀναγκαίως ἐπάγεται.

Ὁ μέν τοι πρὸς ἀλήθειαν Μάνης πάντη ἑαυτῷ μαχόμενος ἀγνοεῖ· εἰ γὰρ ἐπιβλαβὴς τῆς ὕλης ἡ αὔξησις, τίς οὐκ ἂν αἴσθοιτο, ὡς τοὐναντίον ἢ λέγει συμβαίνει; αὐξηθήσεται μὲν γὰρ αὕτη κατὰ ἀνθρώπων ἀδιαλείπτως, εὐθυνουμένων, καὶ τρυφαῖς ἐσχολακότων, γαστρὶ καὶ τοῖς μετὰ γαστέρα δουλευόντων· μειωθήσεται δὲ εἰς τὰ μάλιστα διὰ λιμῶν καὶ λοιμῶν, καὶ θανάτων προόδου, ταύτῃ μὴ ἐπιτρεπόντων πρὸς ἀδικίαν αὐξήσεως· ὥστε καὶ εἰκὸς ἦν αὐτὸν ἀγαθὰ ταῦτα καλεῖν κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τὴν ἑαυτοῦ μᾶλλον ἢ κακά· οὕτω δ' ἂν ἔδοξε βελτίονος ἐφικέσθαι λόγου, εἰ μὴ πάλιν τὰ ἡδέα πρὸς ἄλλας ἐναντίας ἀρχὰς τῷ λόγῳ φέρων, αὖθις κακὰ προσηγόρευσεν, ἀγαθὰ γὰρ ἀμφότερα λόγῳ πρὸς ἀγαθοῦ Θεοῦ ἐπαγόμενα· ὁ δὲ χαίρων τῇ ἁμαρτίᾳ πρὸς σύστασιν τῆς ὑφεστώσης ὡς οἴεται κακίας· λυπεῖται πρὸς τὰς ἐνεργεῖς τοῦ Θεοῦ νουθετήσεις, δι' ὧν ἄνθρωποι βελτιούμενοι, πολλάκις δὲ ἔνιοι τελείως πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβαλλόμενοι ἀσύστατόν γε αὐτοῦ τὸ δόγμα τῆς πλάνης ἀποφαίνουσι.

Πρὸς δὲ τούτοις ἅπασι τῶν συνήθως ὑπὸ Θεοῦ δωρουμένων κοινῇ πᾶσιν ἀνθρώποις, μηδεμία ἐστὶν ὅτε συνέβαινε κωλυ-

ut opus sit urere, & tempus urendi, sed ulcus & medicum adducit, & ustionem vocat; sic humanæ affectiones Deum accersunt ad ea adhibenda, quæ ad curationem pertinent; qui minimè patitur, quin hominibus semper tanquam operi suo provida cura prospiciat. Commisit enim hominibus ut haberent liberam electionem virtutis ac probitatis. Quod tamen in nobis est infirmum ad affectiones, fulcit ac firmat per ea, quæ interdum ad admonendum & increpandum manifestò adhibet; neque perpetuò quæ austeriora & acerbiora sunt, inducens, ut necessitate & vi mœroris libertatem non excludat; neque rursus relinquens nobis appetitum segnitie omninò solutum, ne anticipationes affectionum sine curatione dimittat; utrumque sapientiâ ineffabili ad utilitatem hominum dispensat & moderatur, qui uniuscujusque tempus opportunum novit.

Statim ut videris terræmotum, aut siccitatem, aut incursionem locustarum, simul sanè omnes ferè homines videas ad metum flexos, & ad supplicandum ei, qui potest hæc depellere. Si autem ea, quæ videri solent jocunda & placida, humanam rationem laxam ac remissam reddunt; molesta verò & acerba excitant, & ad statum magis pium convertunt; an non dicat aliquis, illa quidem pro corporibus, hæc verò pro animis à Deo gubernari? Num igitur quæ animas ad pietatem & virtutem commovent, appellanda sunt mala? etsi enim sensui sufferentium molesta sunt, & tristia ad salutem tamen hominum necessariò infliguntur.

Manichæus verò demens semper se secum pugnare ignorat. Etenim si accretio materiæ nocet, quis non sentiat, contrà quàm dicit, accidere? augebitur enim hæc contra homines, qui semper in rebus lætis & secundis sunt, & delitiis indulgent, & ventri & voluptatibus infra ventrem deserviunt. Minuetur verò vehementer fame, peste, morte, quæ non permittunt proficere eam ad injustitiam accretionis. Quamobrem consentaneum erat, ut hæc potius vocaret bona, convenienter suo fundamento & principio, quàm mala: sic enim meliorem rationem videretur assecutus, quàm si rursus ratione referens jocunda ad alia contraria principia, rursus mala vocasset; utraque enim sunt bonâ ratione à Deo data. At ille gaudens peccato ad constituendam & conflandam nequitiam, per se, ut opinatur, consistentem, dolorem capit ex monitionibus Dei efficacibus, quibus meliores facti homines, & sæpenumero aliqui perfectè ad virtutem traducti, dogma ejus falsum esse declarant.

Ad hæc omnia, si non accideret aliquando, ut quæ Deus communiter omnibus hominibus donat & largitur, prohiberentur, largitionem eorum,

Sæc. IV. Anno 360.

eorum, ac suppeditationem ad vim alicujus naturæ immutabilis homines retulissent, neque cùm acciperent, gratias largienti egissent, neque habentes, unquam petissent.

Privantur igitur interdum ad breve tempus, ut petant; & rursus accipiunt, ut gratias agant ei, qui dat; agnoscentes ipsum esse, qui præbet, & non alia quæpiam natura suppeditans præter Deum, expers judicii, & immutabilis. Vult autem Deus, ut ei gratias habeant homines, quò digniores fiant, ut dona ejus accipiant, non ut ipse fructum aliquem sibi metat. Vult autem eos bona petere, ut accipientes ea, eum sentiant, qui suppeditat, qui lætatur dandis suis; sed magis lætatur, cùm dat dignis: tanquam benignitas erga homines quodammodo inhonorata sit, nisi gratis & benevolis hominibus exhibeatur; quæ valde rationi consentanea tunc apparet, cùm ii, qui bona accipiunt, omnibus bonis largientem præponunt.

Mors necessaria ut nativitas.

Et si civitates concidant exortâ impietate, sicut nuper contigit, cùm ille impiissimus (*a*) dominaretur, & errorem idololatriæ recoleret ac renovaret, peccatum interimitur, & error in Deum minuitur: nihil verò amplius accidit, quàm mors secundum naturam, & quod fit ad divinam conversionem, nequaquam malum est, sed contrà potius bonum est, tanquam speciem medicinæ habens. Malum verò tantum est, utilem Dei gubernationem improbare. Qui enim procreationem liberorum reprehendit tanquam augentem materiam, cùm mortem universam improbet, an humanam mentem habere videtur? valde sibi ipsi repugnantia cogitatione fingens? At neque procreatio mala est, quæ facit, ut genus mortale semper vivat, & adjungit ad fabricam mundi eos, qui procreantur: neque mors quamvis universè inferatur, mala est; nec à Deo constituta, ut homines jacturam & damnum faciant, sed ad utilitatem summam justis & injustis decreta est.

Quod autem unicuique privatim accidit naturaliter, hoc si multis confertim adveniat, naturaliter quidem contingit, nihilque amplius est, quàm quod singulis contingit, sed tantò majorem curam gubernantis, quàm illud, quod privatim accidit, significat, quantò in illo privato minus indicii est judicii divini in delinquentes. Hoc autem generalius propter speciem, quàm habet divinæ iræ, morientes quidem beneficio afficit, sicut antè explicatum est, viventes verò convertit.

Proficiunt mala.

Siquis verò objiciat, quamvis multa hujusmodi sæpenumerò fiant, nihilominus tamen humanam vitam eisdem maleficiis implicatam esse similiter, hic quidem judicio meo facit,

Sæc. IV. Anno 360.

σις, φωρᾷ φύσεως ἄν τινος ἀμεταβλήτου τὴν χορηγίαν αὐτῶν ἀνέθεσαν ἄνθρωποι· καὶ οὐκ ἂν μὲν δεχόμενοι ταυτα, χάριν ὡμολόγησαν τῷ διδόντι, οὐκ ἂν δὲ ᾔτησαν μὴ ἔχοντες.

Στέρονται τοιγαροῦν ἐνίοτε πρὸς ὀλίγον ἵνα αἰτήσωσι· καὶ δέχονται αὖθις ἵνα χάριν ὁμολογήσωσι τῷ χορηγοῦντι· γινώσκοντες, ὡς αὐτός γε ἐστιν ὁ παρέχων, καὶ οὐ φύσις ἄλλη τις παρὰ τὸν Θεὸν ἄκριτός τε καὶ ἀμετάβλητος ἡ χορηγοῦσα· βούλεται δὲ Θεὸς, εἰδέναι χάριν ἀνθρώπους αὐτῷ, ἵνα ἀξιώτεροι, τοῦ λαμβάνειν τὰ παρ' αὐτοῦ γένωνται, οὐχ ἵνα τι καρπώσηται εἰς ἑαυτόν· βούλεται δὲ ἀγαθὰ τούτους αἰτεῖν, ἵνα δεχόμενοι αἴσθησιν τοῦ χορηγοῦντος ἔχωσι· χαίρει μὲν γὰρ τὰ παρ' ἑαυτοῦ διδούς· χαίρει δὲ μᾶλλον ἀξίοις διδούς· ὡς τῆς φιλανθρωπίας τρόπον τινὰ ἀτιμαζομένης, εἰ μὴ πρὸς εὐαισθήτους γίγνοιτο· εὐλόγου δὲ λίαν ἀποφαινομένης εἰ πρὸς τὸ δέχεσθαι τὸν χορηγοῦντα ὑπὲρ πάντα ἔχοιεν οἱ δεχόμενοι.

Κἂν πόλεις δὲ καταπίπτωσιν, ἐπιφυομένης ἀσεβείας, οἷα δὴ καὶ πρώην. ἐπὶ τοῦ λίαν ἀσεβήσαντος καὶ τὴν εἰδώλων τὴν πλάνην ἀναμνήσαντος φθείρεται ἡ ἁμαρτία, καὶ μειοῦται ἡ κατὰ Θεοῦ πλάνη· θανάτου δὲ κατὰ φύσιν πλέον οὐδὲν γίγνεται· καὶ ἥκιστα κακὸν τὸ τῆς θείας ἐπιστρεφείας· τοὐναντίον μὲν οὖν, ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει, ἀγαθόν· κακὸν δὲ μόνον τὸ τὴν συμφέρουσαν οἰκονομίαν κακίζειν· ὁ γὰρ παιδοποιΐαν διαβάλλων ὡς αὐξητικὴν τῆς ὕλης, οὗτος θάνατον ἀθρόον (b) κακίζων, νοῦν γε ἀνθρώπινον ἆρ' ἔχειν ἂν δοκοίη μαχόμενα λίαν ἑαυτῷ φανταζόμενος· ἀλλ' οὔτε παιδοποιΐα κακὴ, τὸ ἀεὶ ζῶον τῷ θνητῷ γένει ποιοῦσα, καὶ προστεθεῖσα τῇ δημιουργίᾳ τοὺς γιγνομένους· οὔτε θάνατος κἂν πολὺς, ἀθρόως ἐπενεχθείη, πονηρὸς, οὐκ ἐπὶ ζημίᾳ κατὰ ἀνθρώπων ὑπὸ Θεοῦ κείμενος, ἀλλ' ἐπ' ὠφελείᾳ τῇ ἀνωτάτω, δικαίοις τε καὶ ἀδίκοις ὡρισμένος.

Τὸ δὲ κατὰ μέρος ἑκάστῳ συμβαῖνον φυσικῶς, τοῦτο πολλοῖς ἀθρόως εἰ ἐπέλθοι, κατὰ φύσιν μὲν ἔπεισι, καὶ πλέον οὐδέν· τοσούτῳ δὲ τοῦ κατὰ μέρος μείζονα τοῦ οἰκονομοῦντος τὴν κηδεμονίαν σημαίνει, ὅσῳ τὸ μὲν οὐδὲν τεκμήριον κατακρίσεως τῶν ἁμαρτανόντων ἔχει· τὸ δὲ τῇ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀγανακτήσει, τοὺς μὲν πλουτῶντας τὸν εἰρημένον πάλαι τρόπον εὐεργετεῖ, τοὺς δὲ ζῶντας ἐπιστρέφει.

Εἰ δέ τις πολλῶν πολλάκις τοιούτων γιγνομένων δείκνυσι τὸν ἀνθρώπινον βίον τοῖς αὐτοῖς ἐμπλεκόμενον ἀδικήμασι, παραπλήσιον ἐμοί γε δοκεῖ πάσχειν ὁ τοιοῦτος,

(a) *Julianum Apostatam dicit.* Turr. (b) Θάνατον ἀθρόον. *Si enim mala est procreatio, malum erat Manichæum natum esse, quo nihil sibi repugnantius dicere poterat. Ipse enim putabat se verum dogma tradere. Docere autem veritatem ut putabat, quis dicat malum esse?* Id.

Sæc. IV. Anno 360.

τοιοῦτος, εἴ τις ἐν λίμναις καὶ θαλάττῃ τοὺς ἰχθύας ὁρῶν ἄοιτο τὴν ἁλιευτικὴν τέχνην ἀργεῖν· τοὺς δὲ θηρωμένους οὐχ ὁρῶν, τοὺς δὲ νηχομένους ἐν τοῖς ὕδασι βλέπων, ἢ ὥσπερ εἴ τις πολλοὺς κάμνοντας ὁρῶν, μηδὲν τὴν ἰατρικὴν ἐνεργείαν οἰηθείη.

Πολλῶν γὰρ εὐεργετουμένων, εἰς εὐσέβειάν τε καὶ ἀρετὴν (a), δι' ὧν ἐστιν ὅτε τὰ φοβερὰ Θεὸς οἰκονομεῖ, ὁ φιλαίτιος τὸ μὲν κατορθούμενον ἀρνεῖται, τὸ δὲ φιλόνεικον τῶν πολλῶν εἰς ἁμαρτίαν ὀνειδίζει.

Καί τοι φαμὲν οὐδ' ἡμεῖς ἀναγκαστικὰ τοῖς πολλοῖς εἶναι τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' ἀποτρεπτικὰ τοῦ ἁμαρτάνειν τοῖς εὐγνωμονοῦσιν· αὐτίκα πρὸς ὀλίγον ἐπαγόμενα ταχέως ἀποπαύεται, ἵνα μὴ βιάσηται μᾶλλον, ἢ πειθοῖ μεταβάλῃ· αὖθις δὲ τὰ συνήθη πολιτεύεται τὸ δόκιμον τῆς προθέσεως τοῖς μεταβαλλομένοις ἐμποιοῦντα· ἵνα καὶ μόνην τῶν ὑποδειγμάτων τὴν μνήμην ἀντ' ἐρείσματος ἔχοιεν, τῆς ἑαυτῶν ἀσθενείας οἱ εὐγνώμονες· ῥητέον δὲ μᾶλλον, ὡς εἰ καὶ τῶν τοιούτων συμβαινόντων, ὀλίγοι τινὲς καὶ εὐαρίθμητοι τυγχάνουσιν οἱ διαμειβόμενοι, πῶς οὐκ ἂν ἐπέδωκεν ἐπὶ πλεῖστον πονηρίας τῶν ἀνθρώπων ὁ λογισμὸς, εἴπερ ἡ διὰ τῶν τοιούτων ἀποτροπὴ μὴ ἐπῄει.

Εἰ δὲ καὶ μηδεὶς ἐντεῦθεν ὠφέλειτο, ὅπερ ἠλίθιον εἰπεῖν, βέλτιον ἀνθρώπους ἐλέγχεσθαι, ὡς μηδὲ τοῦτον (b) τὸν τρόπον ἐνδιδόντας, ἢ Θεὸν ἀμελείας ἂν αἰτίαν ὑπέχειν, ὡς μηκέτι ἐπιστρεφείᾳ χρώμενον· ᾧ χρηστέον λόγῳ, κατὰ τῶν μὴ ἐπαισθανομένων· δῆλον γὰρ τοῖς εὐγνώμοσιν, ὡς οὐ μόνον πρὸς τὸ τέλειον ἐνίοις τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολῆς ὁ φόβος ἄγει, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπορρήτως μειοῖ τὴν πρὸς ἀδικίαν ὁρμὴν καὶ τόλμαν.

Ἔλθωμεν δὴ λοιπὸν καὶ εἰς τὸν περὶ δημιουργίας λόγον πρὸς τοῦ ἀπατεῶνος συκοφαντουμένης· καὶ πρῶτόν γε περὶ σκότους καὶ νυκτὸς ἐξετάσωμεν, ὅπερ μάλιστα κακίζει τὴν διάνοιαν ἐσκοτωμένος· σκότος γὰρ ἐν νυκτὶ φαινόμενον, ἐκείνου τοῦ σκότους ὃ Μάνης εἶναι φαντάζεται ὡς ὄν, τεκμήριον τοῦ μὴ ὄντος λαμβάνει, μηδὲν παντελῶς, μήτε βλέπων, μήτε νοῶν, ἀλλὰ τυφλοῦ δίκην τοῖς πράγμασι προσπταίων· καὶ καλεῖ σκότος καὶ οἱονεὶ φρίττει, ὡς μηδὲ λόγου δεόμενος, πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἑαυτοῦ ψευδολογίας, ὡς αὐτόθεν διαβεβοημένου πράγματος, τὸ ὄνομα λαμβάνων· ῥητέον τοίνυν, ὡς τοῦτο δὴ τὸ σκότος, καλεῖται μὲν, οὐ μὴν ὑφέστηκε καθ' οὐσίαν· ἐπισυμβαίνει δὲ καθ' ἡμέραν καὶ ἀποσυμβαίνει, παρακολούθημα, καὶ σκιᾶς τρόπον ὑπάρχον·

ut si quis pisces in lacu aut mari videns, existimet artem piscandi otiosam & inutilem esse, quia pisces captos non videt, natantes in aquis videt; aut perinde est, ut si quis multos ægrotos cernens, curationem medici nihil esse arbitretur.

Cùm enim multi proficiant ad pietatem & virtutem, illis pertimescendis, quæ Deus aliquando suâ gubernatione operatur; qui criminandi studio tenetur, quod profectum est negat, & quod multi in peccato perseverantes contendunt, exprobrat.

Atqui neque nos dicimus habere talia vim cogendi multos, sed dehortandi à peccato gratos & benevolos, quæ ad breve tempus invecta, celeriter quiescunt, ne magis vim afferant, quàm suasione mutent: rursus verò, quæ erant in consuetudine, exercentur, in quibus animus & voluntas eorum, qui mutati sunt, spectatur & exploratur, ut ii solâ memoriâ exemplorum infirmitatem suam fulciant & stabiliant, qui sunt grati & æqui. Immò verò potius dicendum est, si cùm talia contingant, pauci quidam, & valde rari sunt, qui vitam mutant, an non multò plus ad nequitiam cogitatio hominum profecisset, si per hæc, quæ accidunt, non fieret à peccatis avocatio?

Quòd si nullus hinc utilitatem caperet, quod quidem fatuum est dicere, præstaret reprehendere homines, qui nec hoc quidem modo juvari volunt, quàm culpam negligentiæ in Deum transferre, quasi non amplius studio convertendi utentem; quâ ratione utendum est in eos, qui nullum sensum talium capiunt. Est autem compertum iis, qui sunt grati & æqui, non solùm aliquos ad perfectam mutationem in melius capiendam metum impellere, sed aliis etiam appetitum & audaciam ad injustitiam occultè imminuere.

Creatio noctis & tenebrarum.

Veniamus deinceps ad rationem creationis, quam iste planus calumniatur; ac primum de tenebris & nocte inquiramus, quod potissimùm iste mente cœcatus vituperat: tenebras enim, quæ in nocte apparent, illarum tenebrarum, quas Manichæus cogitat esse quasi per se sint, intelligit esse indicium, ejus scilicet, quòd non est; nihil penitùs videns, nec intelligens, sed ad instar cœci hominis in res ipsas offendens & incurrens; vocatque tenebras, & veluti horret, ut non opus habeat disputatione, ut falsitas doctrinæ ejus argumentatione concludatur, ut qui nomen rei è se ipsa vituperatæ usurpet. Dicendum ergò est, vocari quidem has tenebras, non tamen secundum substantiam existere: adveniunt enim, & recedunt quotidiè, suntque consequentes in modum

(a) *Malè redditur ille locus à Turriano; quippe sic vertenda sunt Græca:* cùm multi proficiant ad virtutem, per quos evenit aliquando ut Deus timenda vel terribilia operatur. Is, qui criminari vult quod bene factum est, negat. Basn. (b) *Qui hunc modum non approbant vel permittunt.* Id.

modum umbræ; non sunt enim creatæ per se, ut substantia, nequaquam, mundo autem creato, est umbra. Nascitur enim homo, qui per se est; sequitur autem eum umbra secundum molem corporis, & neutiquam cum eo ipso fabricata est, sed advenit ut situm & locatum est corpus, & ut est luminis circuitus & conversio. Siquidem nox & tenebræ, cùm sit mundus corporeus, solummodò sunt consequentes, non autem sunt fabricatæ in modum substantiæ creatæ.

Cùm enim sol diurnum cursum absolvit, & vertitur ad recessus proprios, necesse est ea, quæ sunt intra mundum, omnia inumbrari, cùm sit extra, quod illuminat, sic Deo volente; caussas, cur ita voluerit, paulò pòst pro viribus dicemus. Illud statim dicendum est, quæ habent molem corpoream interdiu in contrariam partem luminis positi umbras jacere; & transfertur simul cum lumine in contrarium umbra; & ubi est usque ad meridiem sol, ibi est post meridiem umbra. Ubi autem umbra post meridiem, sol est post hunc. Umbra verò diurna umbra est, & non omnino tenebræ; quia quod continet cùm sit undique apertum, locis etiam, quæ umbram habent, præbet luminis participationem. Itaque si domum quampiam ex omni parte bene claudas, & neque vel angustus aditus lumini relinquatur, noctem efficies etiam in meridie. Hoc autem fit in nocte, sole loca sua ambiente & circumeunte. Unde nox est privatio luminis. Potest autem hoc, quod fit, clarius percipi, si quis considerat, alicubi esse & manere noctu solem, interdiu verò nusquam esse tenebras, sed penitùs dissolvi & tolli. Quare substantia luminis facta est, non autem tenebrarum.

Noctis necessitas.

Considerandum verò est, quàm sit necessaria nox. Primùm, est communis requies omnibus; somnus enim diurnus magis necessitatem noctis declarat, cujus quidem tempus tam longum non sufficit hominibus, ut à sensibus requiescant, & diurnum somnum capere non æqualiter omnibus licet: in nocte verò communis est omnibus & æqualis mensura ad requiescendum, nullam inæqualitatem habens ad avaritias vitæ, & plus habendi cupiditates. Quod quidem non minus æqualitatem Creatoris testatur, tanquam uni generi hominum æqualiter prospicientis. Deinde, si semper esset dies, & spatio diei non succederet nox, non possemus metiri tempus non divisum in partes. Divisio autem diurni temporis facit, ut liceat tempus per has particulas numerare. Nisi

δεδημιούργηται μὲν γὰρ εἰς ὑπόστασιν οὐσίας, οὐδαμῶς, κόσμου δὲ δημιουργηθέντος, σκιὰ τυγχάνει· ἄνθρωπος τίκτεται μὲν γὰρ καθ᾽ ἑαυτὸν, παρακολουθεῖ δὲ αὐτῷ πρὸς τὸν ὄγκον τοῦ σώματος ἡ σκιά· καὶ οὐ δήπου συγκατασκευάσθαι δόξειεν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλ᾽ ἐπισυμβαίνει πρὸς τὴν τοῦ σώματος θέσιν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ φωτὸς περίοδον· οὕτω δὴ καὶ νὺξ καὶ σκότος, σωματικοῦ τοῦ (a) κόσμου δηλαδὴ τυγχάνοντος, παρακολούθημα μόνον ἐστὶν, οὐ μὴν δημιουργήματος τρόπον οὐσιῶδες κατεσκευάσθαι.

Τοῦ γὰρ ἡλίου τὸν μεθημερινὸν δρόμον περαίνοντος, πρὸς δὲ τὰς ἰδίας ἀναχωρήσεις τρεπομένου, τοῦ κόσμου τὰ ἐν τοῖς ἐπάναγκες ἅπαντα σκιάζεσθαι, ἔξω τυγχάνοντος τοῦ φωτίζοντος, οὕτω δὴ Θεοῦ βουληθέντος, δι᾽ ἃς αἰτίας μικρὸν ὕστερον ὡς δυνάμεις (b) ἐροῦμεν· αὐτίκα δὲ μεθ᾽ ἡμέραν πρὸς τὸ ἀντικείμενον μέρος τῆς τοῦ φωτὸς θέσεως, τὰ ἀνέχοντα τῶν σωματικῶν ὄγκων παραπέμπει τὰς σκιὰς καὶ συμμεταβαίνει τῷ φωτὶ πρὸς τὸ ἐναντίον ἡ σκιά· καὶ οὗ μὲν ἕως μεσημβρίας ἥλιος, μετὰ ταύτην γίνεται σκιά· ἡ δὲ σκιὰ μεθ᾽ ἡμέραν, καὶ οὐ παντελῶς σκότος· ἐπειδὴ τὸ περιέχον πανταχόθεν ἀνεῳγὸς καὶ τοῖς σκιαζομένοις τόποις τοῦ φέγγους παρέχει τὴν μετουσίαν· εἰ γοῦν οἶκόν τινὰ τελείως ἀποκλείσαις, ὡς μηδὲ στενὴν γοῦν εἴσοδον καταλιπεῖν τῷ φωτὶ αὐτοῦ, νύκτα ποιήσεις καὶ ἐν μεσημβρίᾳ· τοῦτο δὴ καὶ ἐν νυκτὶ γίνεται πρὸς τοὺς ἰδίους χώρους ἡλίου γενομένου· ὥστε ἡ νὺξ στέρησις ἂν εἴη φωτός· μάθοι δ᾽ ἄν τις σαφέστερον τὸ γενόμενον, εἰ νοήσειεν, ὡς ἐν νυκτὶ μὲν ἐστί που διαμένων καὶ ὑπάρχων ὁ ἥλιος, μεθ᾽ ἡμέραν δὲ οὐδαμοῦ τὸ σκότος, ἀλλὰ παντελῶς διαλυόμενον ἀφανίζεται· ὥστε φωτὸς μὲν γέγονεν οὐσία, σκότους δὲ οὐδαμῶς.

Σκοπητέον δ᾽ ὅμως νυκτὸς ὅσον τὸ ἀναγκαῖον· ἔστιν ἀνάπαυλα πρῶτον κοινὴ τοῖς πᾶσιν· ὁ γὰρ μεθ᾽ ἡμέραν ὕπνος τὸ ἀναγκαῖον τῆς νυκτὸς μᾶλλον παραδείκνυσιν, ἧς γε τοσοῦτος ὑπάρχων ὁ χρόνος, οὐχ ἱκανὸς διαναπαῦσαι τὰς αἰσθήσεις ἀνθρώποις· καὶ τοῦ μὲν μεθ᾽ ἡμέραν ὕπνου, οὐκ ἴση τοῖς πᾶσι μετοχή· τὸ δὲ ἐν νυκτὶ κοινὸν, καὶ ἐπίσης τοῖς πᾶσι τῆς διαναπαύσεως τὸ μέτρον, οὐκ ἔχον ἀνωμαλίαν πρὸς τὰ βιωτικὰ πλεονεκτήματα· ὅπερ οὐκ ἔλαττον τὴν ἰσότητα τοῦ δημιουργοῦ, ὡς πρὸς ἓν γένος τὸ τῶν ἀνθρώπων μαρτύρεται· ἔπειτα εἰ διαπαντὸς ὑπῆρχεν ἡμέρα ἀδιάδεκτον ἔχουσα τὸ διάστημα, οὐκ ἂν ἐμετρήθη χρόνος εἰς μέρη μὴ τετμημένος (c)· ἡ δὲ καθ᾽ ἡμέραν τοῦ χρόνου τομὴ, διὰ τῶν μορίων τούτων καταριθμεῖσθαι ποιεῖ· χωρὶς δὲ χρόνου

(a) *Quàm Physicæ fuerit imperitus Titus, inde facilè probatur: qui enim dicat noctem esse umbram terræ, & solem ad proprios recessus currendo reverti.* BASN. (b) *Legerem*, ὡς δύναμιν, quemadmodum possumus. ID. (c) *Observa pessimè ratiocinari hic Titum; quippe quantumvis nulla foret nox, cursus annuus solis vel motus terræ sufficeret computando tempori, diemque in viginti & quatuor horas, quadrantes & minutas, etiam sole lucente partiri liceret.* ID.

SÆC. IV. ANNO 360.

χρόνου διαγνώσεως, ἄλογος ἂν ἐν τοῖς πλείοσι γέγονεν ἀνθρώποις ὁ βίος· τὸ δὲ δὴ μεῖζον, οὐκ ἂν φωτὸς γέγονεν ἀπόλαυσις, σκότους μὴ παρακειμένου τὸν εἰρημένον τρόπον νυκτερινοῦ. Φῶς γὰρ σωματικὸν ἀδιάλειπτον, οὐδ' ὅτι φῶς ἐστιν ἐγνώσθη ἄν· πρὸς γὰρ ἀντιδιαστολὴν σκότους, φῶς ὠνόμασται καὶ ἐστιν. οὐκ ἂν οὖν θαυμαστὸν τὶ ἦν, ὡς ἐστι δημιούργημα φανὲν, εἰ μήγε ἡ θέσις τοῦ δοκοῦντος ἀντικεῖσθαι παρεδείκνυεν αὐτό.

Ὥστε καὶ τ' ἄλλα μὲν πολλὰ χάριν ὁμολογητέον ἐπὶ τῇ νυκτὶ τῷ πανσόφῳ δημιουργῷ· μάλιστα δ' ὅτι τοῦ φωτὸς ἐμποιεῖ τὴν αἴσθησίν τε καὶ τὴν ἀπόλαυσιν, οὐκ ἂν ἄλλως διαγνωσθέντος, ὅτι πέρ ἐστιν.

Ἀλλ' ἐκπλαγείη τὶς ἂν τὴν ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ σοφίαν, ὅτι τοσούτων καὶ ἔτι πλεόνων ἀναγκαίων τε καὶ χρησίμων διὰ σκότους ἀνθρώποις ὑπαρχόντων· ὅμως δὲ ἐπειδὴ σκότους ἦν ὄνομα τε καὶ πρᾶγμα, οὐ κατεσκεύακεν αὐτὸ κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ συμβαίνειν καὶ ἀποσυμβαίνειν αὐτὸ πεποίηκεν· ἵνα καὶ ὡς ὄν τά τε ῥηθέντα καὶ ἔτι πλείω παρέχῃ, καὶ ὡς μὴ ὂν ἥκιστα διαβάλῃ τὸν δημιουργόν· ἀμέμπτος τοιγαροῦν ἡ νὺξ, ἀλλὰ καὶ θαυμασία παντοίως τῇ χρήσει.

Φασὶ δὲ λῃστὴν ἐν νυκτὶ κακουργεῖν, καὶ τί δεῖ πρὸς τὴν νύκτα; εἰ γὰρ μὴ ἐνεδέχετο καὶ ἐν ἡμέρᾳ κακοπραγεῖν τοὺς βουλομένους, ἐχρῆν τῆς νυκτὸς διαβάλλεσθαι τὸν καιρόν· ἐπεὶ δὲ τὴν εὐκαιρίαν τῆς κακουργίας ὁ δρῶν ἀναμένει, κἂν ἐν ἡμέρᾳ, κἂν ἐν νυκτὶ παραπέσοι, τὴν πρόθεσιν τοῦ δρῶντος, οὐ τὸν καιρὸν αἰτιατέον· πλὴν εἰ νυκτί γε ἐπείθετο κακοῦργος ἅπας, ἐκάθευδεν ἄν· τοῦτο γὰρ καὶ μόνον παρεγγυᾷ.

Θεωρητέον δὴ ἐπὶ τούτοις ὡς ἀναλόγως ἀλλήλοις ἀντικεῖσθαι δοκεῖ, φῶς τε καὶ σκότος, ἀλήθειά τε καὶ ψεῦδος· ὅπερ γὰρ φῶς σώματι, τοῦτο ἀλήθεια ψυχῇ· καὶ ὅπερ σκότος ὀφθαλμοῖς, τοῦτο ἄγνοια καὶ σκότος (a) διανοίᾳ· ἄνθρωπος μὲν γὰρ οὐδὲν ἕτερον, ἡ ψυχή τε καὶ σῶμα· παρὰ δὲ Θεοῦ πρὸς ἑκάτερον τὴν χορηγίαν ἔχων, διὰ μὲν σώματος, σωματικοῦ φωτὸς ἀπολαύει, διὰ δὲ ψυχῆς, νοητῆς ἀληθείας.

Ὥσπερ δὲ σκότος κατ' οὐσίαν μὲν οὐχ ὑπάρχει, ἐπιέναι δὲ συγκεχώρηται μόνον, ὡς ἀποδέδεικται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ψεῦδος, ἀπό τινος μὲν (b) οὐσίας ὑφεστηκυῖάς τε καὶ ζώσα· ἐπινοίᾳ δὲ μόνον εἶναι συγκεχώρηται, συμβαίνειν τε καὶ ἀποσυμβαίνειν, παραπλησίως τῷ σκότει, καὶ τοῦτο λίαν χρησίμως τε καὶ ἀναγκαίως· εἰ γὰρ μὴ ἐπιτέτραπτο ψεύδους

autem tempus discerneretur, in multis rebus non posset hominibus ratio vitæ iniri & constare; & quòd majus est, non esset voluptas luminis fruendi, si non essent tenebræ nocturnæ in proximo eo modo, quem diximus. Lumen enim corporeum continuum neque quod lumen esset, cognosceretur: lumen enim dicitur, & est, ut à tenebris distinguatur. Non igitur esset, ut esse apparet admiratione dignum à Deo creatum, nisi comparatio ejus, quod videntur contrarium, illud ostenderet.

Quamobrem oportet gratias agere Deo; sapientissimo Creatori, cùm propter alia multa, tùm maximè quia fecit, ut lumen sentiremus, & eo frueremur, quod quidem esse non aliter discernere potuissemus.

Est autem obstupenda ineffabilis Dei sapientia, quòd cùm tot, & adhuc plures necessariæ hominibus & oportunæ utilitates ex tenebris existant, tamen quia erat nomen, & res tenebrarum, non fecit eas secundum substantiam, sed fecit ut venirent & recederent; ut quasi essent ea, quæ diximus; & adhuc plura commoda præberent; & quasi non essent, minimè mundi fabricator accusaretur. Extra culpam igitur & querelam est nox, quin potius usu est omnibus modis mirabilis.

Sed ajunt, latronem noctu latrocinari. Sed quid hoc contra noctem? si enim non contingeret de die latrocinari eos, qui latrocinari volunt, oporteret tempus nocturnum accusare. Sed quia latro opportunitatem furti expectat, sive die, sive nocte incidat, animus maleficium facientis, non tempus est crimini dandum: verumtamen si maleficus nocti pareret, dormiret sanè, hoc enim solum nox jubet.

Mendacii cum tenebris comparatio.

Prætereà considerandum est, similiter inter se contraria videri lumen & tenebras, veritatemque & mendacium. Quod enim est lumen corpori, hoc est veritas animæ; & quod tenebræ oculis, hoc ignorantia, & mendacium menti. Homo enim nihil aliud est quàm anima & corpus. Utrique parti suppeditat Deus, corpori lumen; per corpus enim lumine corporeo fruitur; per animam verò veritate spirituali.

Sicut autem non sunt tenebræ secundum substantiam, solùm autem eas advenire permissum est, sicut ostensum est, sic etiam mendacium non manet ab aliqua substantia per se existente, quam ille principium ingenitum vocat, neque est substantia quæpiam per se existens ac vivens. Sed solâ cogitatione esse, concessum est, & advenire atque recedere simi-

(a) *Legerat* ψεῦδος *Turrianus, & quidem optimè; non enim comparantur hîc tenebræ cum tenebris, sed mendacium cum nocte & tenebris, quemadmodum lux cum veritate comparatur.* BASN. (b) *Desunt hic in Græco plura, quæ sensum non modò obscurum, sed imperfectum reddunt. Sic supplerem:* ἣν αὐτὸς ἀγέννητον ἀρχὴν λέγει μηδὲ ἐστὶν οὐσία ὑφεστηκυῖά τε καὶ ζῶσα· *his respondent optimè Latina.* ID.

Sæc. IV. Anno 360.

similiter ut tenebras, idque valde utiliter & necessariò; nisi enim cogitatio mendacii esse posset permissu Dei, veritatis optio non esset in hominibus spectata & probata, frustra nominaretur, nisi permissum esset, esse mendacium cogitatione. Nemo enim esset amicus veritatis, nisi potestatem haberet cogitandi mendacium. Non dico esse mendacium adjunctum veritati, sed quod optio veritatis non videretur esse, nisi potestas mentiendi adjaceret; quod quidem veracibus prodest, non veritati. Oportet enim eum, qui verax est, ut penes eum sit mentiri, à quo cùm abstinet, verax est. Posse ergò mentiri affert hominibus, ut veritatem mendacio anteponant. Sicut positæ tenebræ, sensum (*a*) luminis movent & excitant; tamen sicut lumen in tenebris lucet (dissolvit enim eas adveniens, quippe cùm non sint secundum substantiam) sic veritas vincens mendacium, omninò convincit, quod non est, cogitatione esse propter potestatem cogitationis, id est, quia cogitari potest. Quomodo enim potest quis veritatem eligere, si suscipere mendacium non est penes ipsum?

Si igitur ostendi posset esse tenebras secundum substantiam, & non advenire & recedere, sicut dictum est, poni etiam posset falsa & mendosa substantia. Sin verò nec ille, nec alius ostendere potest, non dissolvi has tenebras, quæ ad instar umbræ fiunt, ut lumen quidem noctu existat, tenebræ verò interdiu non sint; liquet neque mendacium, quod cum tenebris similitudinem habet, per se existere instar substantiæ, sed necessariò permitti, ut cogitatione tantùm sit, idque ad electionem veritatis.

Quia verò lumen secundum substantiam per se extitit, planè existimare licet esse veritatem per se secundum substantiam, ut similitudinis ac proportionis ratio limatè & perfectè servetur; ecquid prohibet, quin Deum ipsam per se veritatem esse existimemus & reputemus? Si enim Deus est lumen, lumen autem intelligibile; non aspectabile, lumen scilicet sicut veritas; lumen enim spirituale, nihil aliud est, quàm lumen veritatis; Deus tamen cùm lumen, & ipsa per se veritas sit, à mendacio abstinet, non quia deficit ei potestas (*b*), sed quia non vult unquam mentiri. Si autem non potest, non enim absurdum est sic loqui, ideò non potest, quia nunquam vult.

Quibus enim velle & non velle diversè accidit, rectè & rationi convenienter his attribuitur posse; Deo autem quoniam nunquam ac-

ἐπίνοια, ἀδόκιμος ἂν ἦν καὶ ἀβασάνιστος κατ' ἀνθρώποις τῆς ἀληθείας ἡ αἵρεσις· μάτην δ' ἂν καὶ ὠνομάζετο, εἰ μὴ τὸ ψεῦδος συγκεχώρητο τῇ ἐπινοίᾳ· οὐδεὶς γὰρ ἂν ἦν φιλαλήθης, εἰ μὴ καὶ τοῦ ψεύδεσθαι τὴν ἐπίνοιαν εἶχεν ἐφ' ἑαυτῷ· οὔ φημι ὅτι προσκεχαρισμένον ἂν εἴη τῇ ἀληθείᾳ τὸ ψεῦδος, ἀλλ' ὅτι τῆς ἀληθείας ἡ αἵρεσις οὐκ ἄν γε εἶναι ἐδόκει, εἰ μὴ παρέκειτο τοῦ ψεύδεσθαι ἡ ἐξουσία· ὃ δὴ ὑπὲρ τῶν φιλαλήθων, οὐχ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐστί· δεῖ γὰρ τὸν ἀληθεύοντα ἔχειν ἐφ' ἑαυτῷ καὶ τὸ ψεύδεσθαι αὐτῷ ἐξεῖναι, οὗ ἀπεχόμενος ἀληθεύει· προσάγει τοίνυν ἀνθρώποις τῆς ἀληθείας τὴν προτίμησιν τὸ ἐξεῖναι ψεύδεσθαι· ὥσπερ φωτὸς ἀνακινεῖ τὴν αἴσθησιν ἡ θέσις τοῦ σκότους· ὥσπερ μέντοι τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, διαλύει γὰρ αὐτὸ ἐπιόν, ἅτε δὴ μὴ κατ' οὐσίαν ὑπάρχον, οὕτως καὶ ἡ ἀλήθεια κατὰ τοῦ ψεύδους κρατιστεύουσα διελέγχει παντελῶς αὐτὸ μὴ ὄν, ἐπινοίᾳ, τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ λογισμοῦ παρεισιὸν εἰς αἵρεσιν ἑαυτῆς· πῶς γὰρ ἄν τις ἀλήθειαν ἕλοιτο, εἰ μὴ καὶ τοῦ ἀντικειμένου τὴν αἵρεσιν ἔχοι ἐφ' ἑαυτῷ.

Εἰ μὲν οὖν δεῖξαι δυνατόν, ὡς κατ' οὐσίαν ὑπάρχει τὸ σκότος, οὐχὶ δὲ συμβαίνει καὶ ἀποσυμβαίνει μόνον, ὡς εἴρηται, τεθείη ἂν καὶ ψευδὴς οὐσία· εἰ δὲ μήτ' ἐκεῖνος, μήτε ἄλλος δεῖξαι δύναται, ὡς τοῦτο δὴ τὸ σκότος οὐχὶ διάλυτόν ἐστι σκιᾶς τρόπον γιγνόμενον, ὡς τὸ μὲν φῶς ὑπάρχειν καὶ ἐν νυκτί, τὸ δὲ σκότος ἐν ἡμέρᾳ μὴ εἶναι, τὸ ἀναλόγως ἔχον αὐτῷ ψεῦδος, δῆλον ὡς οὐδ' αὐτὸ ὑφέστηκεν οὐσίας τρόπον τινά, ἀναγκαίως δὲ μόνον κατ' ἐπίνοιαν ἐπιγίγνεσθαι συγκεχώρηται πρὸς αἵρεσιν τῆς ἀληθείας.

Ἐπειδὴ δὲ τὸ φῶς κατ' οὐσίαν ὑφέστηκε, σαφῶς ἄρα καὶ ἀλήθειαν νομίσειεν ἄν τις κατ' οὐσίαν ὑφεστάναι, ἵνα τῆς ἀναλογίας σώζηται ἡ ἀκρίβεια· καὶ τί δὴ τὸ κωλύον, Θεὸν αὐτοαλήθειαν εἶναι, ἡγεῖσθαί τε καὶ νομίζειν, εἰ γὰρ φῶς ὁ Θεός, φῶς δὲ νοητόν, οὐ γὰρ δὴ ὁρατόν, φῶς δῆλον, ὡς ἀλήθεια· φῶς γὰρ νοερὸν οὐδὲν ἄλλο, πλὴν ἀληθείας· ὅμως δὲ φῶς τε καὶ αὐτοαλήθεια τυγχάνων ὁ Θεὸς οὐκ ἀδυναμίᾳ, ψεύδους ἀπέχεται· ἀλλὰ μὴ βουλόμενος ψεύσασθαί ποτε· εἰ δέ γε μὴ δύναται, οὐ γὰρ ἄτοπον εἰπεῖν, ἐπειδήγε οὐδέποτε οὐχὶ μὴ βούλεται.

Οἷς μὲν γὰρ καὶ τὸ βούλεσθαι καὶ τὸ μή, κατὰ διάφορον τρόπον ἐπισυμβαίνει, τούτοις εὐλόγως καὶ τὸ δύνασθαι ἀφώρισται. Θεῷ δέ γε ἐπειδὴ οὐδέποτε συμβαίνει

(a) *Sensu enim percipimus lumen abesse.* Turr.

(b) *Non bene ratiocinatur Titus, qui vult Deum posse mentiri. Necessario bonum amat Deus; falsa igitur illa libertatis idea, quam Deo ascribit, posse mentiri si vellet, sed eum non velle. Malè nodum solvit, dum dicit, Deum non posse mentiri, quia illud numquam vult; nam quanquam nolis aliquid, nec unquam volueris, superest tamen potestas volendi, nec deficiente actu deficit illa potestas.* Basn.

SÆC. IV. ANNO 360.

βαίνει τὸ βούλεσθαι, τὸ μὴ δύνασθαι προσαπτέον· οὕτω μέν τοι, διὰ τὸ μηδέποτε βούλεσθαι, οὐχὶ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τρόπον ἀσθενείας καὶ ἀδυναμίας· τὸ μὲν γὰρ δημιούργημα πεπεδῆσθαι φύσει, λέγω δὴ τὸ σωματικὸν φῶς, οὐκ ἄλογον φάναι, ὡς μὴ ἐπ' αὐτῷ εἶναι τὸ εἶναι φῶς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ποιήσαντι· τὸν δὲ δημιουργὸν, ὑποβεβλῆσθαι φύσεως ἀνάγκῃ, λίαν ἄτοπον ἡγεῖσθαι, ὡς μὴ ἐπ' αὐτῷ εἶναι δοκεῖν τὸ ἀληθεύειν, ἀλλὰ πρὸς τῆς φύσεως βεβιᾶσθαι, καίτοιγε ὅπερ ἐστὶν, αὐτὸ μόνον ἐστίν· ἀλλ' οἷς μὲν ἐδημιούργησεν ἐντέθεικε τὸ φύσει, καὶ ἀνάγκῃ εἶναι ὅ εἰσιν· αὐτῷ μέντοι ἐντέθεικεν οὐδεὶς τὸ ἀνάγκῃ εἶναι ἀλήθειαν· οὐκοῦν φύσεως μὲν ἐπάνω ὁ φύσεις κατασκευασάμενος· αὐτὸς δὲ φυσέως ἀνάγκης ἐλεύθερος· οὕτω γὰρ ἀληθῶς ἀγαθὸς ὁμολογηθήσεται.

Οὐκοῦν διὰ τῶν εἰρημένων, αὐτὸ ψεῦδος οὐκ ἔστι, ψεύστης δὲ ὁ ψευδόμενος· ἀπὸ γὰρ τοῦ μετιόντος καλεῖται, οὐχ ὁ μετερχόμενος ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος. ψεῦδος γὰρ πρὸ τοῦ ἐπινοοῦντος αὐτὸ οὐκ ἂν εἴη, παραπλησίως δὲ καὶ σκότος, οὐ δεδημιούργηται μὲν, παρεισέρχεται δὲ, σκιὰ οὖσα δὲ τοῦ παντὸς ὑπάρχον· πλὴν ὅσον, τὸ μὲν σκότος οὐ μόνον ὑποτρέχειν συγκεχώρηται, ἀλλὰ καὶ λίαν ὠφελίμως· τοῦ δὲ ψεύδους ἡ ἐπίνοια τὴν μὲν αἵρεσιν διασαφεῖ τῆς ἀληθείας παρὰ ἀνθρώποις· προτιμηθεῖσα δὲ τῆς ἀληθείας, βλαβερωτάτη γε ἐστὶ, καὶ μάλαγε εἰκότως· ψεῦδος γὰρ πρὸς ἀνθρώπων ἐπινοεῖται, σκότος δὲ τὸ σωματικὸν παρὰ Θεοῦ κεῖται· διὸ χρὴ τὸ μὲν νοοῦντα φεύγειν, τὸ δὲ μὴ λοιδορεῖσθαι, ἀναγκαίως πρὸς τοῦ δημιουργοῦ κείμενον.

Λοιδορεῖται μὲν οὐ τοῦτο μόνον ὁ τῆς κενωτάτης κατὰ Θεοῦ βλασφημίας εὑρετὴς, ἀλλὰ καὶ ζώοις τοῖς ἀγρίαν φύσιν παρὰ τοῦ δημιουργοῦ λαχοῦσι, σαφῶς δίκην ἐχθροῦ τὰ πάντα φιλαιτίου κατὰ τῶν δημιουργημάτων κινούμενος· ἐλέγξει δὲ ὁ λόγος τοῦ ἀπατεῶνος τὴν ἄλογον καὶ ἐν τούτοις βλασφημίαν.

Θηρία (a) γὰρ ἅπαντα τετράποδά τε καὶ ἑρπετὰ κακίζων, παραπλήσιόν τι πάσχειν μοι δοκεῖ, ὥσπερ ἂν εἴ τις φιλαμαρτήμων δοῦλος, καὶ λίαν πονηρὸς, τὰ μὲν ἄλλα τοῦ δεσπότου αὐτοῦ ἀκαταιτίατα ἀποδέχοιτο, μισοίη δὲ καὶ διαβάλλοι μάστιγά που καὶ μόνον φαινομένην· αὐτῷ γε τῷ μισεῖν ὁ τοιοῦτος δεικνὺς, ὡς ἀναγκαῖον τὸ παρακείμενον· ἀνθρω-

cidit velle, confitendum eſt non poſſe eum mentiri; ſic tamen, quia ſcilicet non poteſt velle; non autem quia non poteſt ad inſtar ejus, cui eſt infirmitas, & deficit poteſtas; creaturam enim impediri & conſtringi naturâ, lumen, inquam, corporeum non habere penes ſe, ut ſit lumen, ſed penes auctorem luminis eſſe, non eſt alienum à ratione ſic dicere; auctorem verò ſubjectum eſſe neceſſitati naturæ, valde abſurdum eſt cogitare, ut non videatur penes ipſum eſſe verum dicere, ſed à natura per vim cogi, cùm alioqui ipſum ſolum ſit, quod quidem eſt. Iis tamen, quæ creavit, impoſuit, ut naturâ & neceſſitate eſſent quod ſunt. Deo tamen nemo impoſuit, ut neceſſitate naturæ eſſet veritas. Supra naturam igitur eſt, qui naturas fabricatus eſt, ipſe autem liber eſt à neceſſitate naturæ, ſic enim verè bonum eſſe confitebimur.

Igitur ex iis, quæ dicta ſunt, patefit, per ſe mendacium non eſſe; mendacem verò eſſe eum, qui mentitur; à mentiente enim vocatur mendacium; non autem mentiens vocatur ab eo, quod non eſt. Mendacium enim non poteſt eſſe antequam cogitetur; ſimiliter tenebræ non ſunt creatæ, ſed ſubierunt, factæ umbra univerſi, præterquam quòd tenebræ non ſolùm ſubire permiſſæ ſunt, ſed valde etiam utiliter. Cogitatio verò mendacii electionem veritatis apud homines declarat. Cùm verò anteponitur veritati mendacium, nocentiſſimum eſt, idque valde conſentaneè; mendacium enim ab hominibus excogitatum eſt, tenebræ verò corporeæ à Deo poſitæ ſunt. Idcircò oportet illud quidem fugere; hoc verò non vituperare, quòd neceſſariò à Creatore poſitum eſt.

Vituperat autem non has ſolùm iſte inauditæ contra Deum blaſphemiæ inventor; ſed etiam animantes, quæ naturam ſævam ſortitæ ſunt à Creatore, more inimici, qui omnia accuſans, in creaturas Dei invehitur. Sed blaſphemiam amentem & vecordem iſtius deceptoris in hujuſmodi animantibus ſermo noſter redarguet. Ferarum creatio.

Omnes enim feras, ac beſtias, quadrupedes, ac ſerpentes cùm vituperat, perinde mihi facere videtur, ut ſiquis ſervus deditus peccatis & improbiſſimus, alia quidem domini & auctoris ſui approbet, odio autem habeat, & criminetur flagellum ſolum, quod apparet, qui ipſo quidem odio oſtendit, quàm neceſſarium ſit flagellum appoſitum; homines enim

(a) *Dum nimia cum diligentia probare contendit Titus, omnia in bonum hominis creata fuiſſe; feras, venena, mortemque ipſi eſſe utiliſſimam, nihil probat: quippe multa hic occurrunt animalia, quorum uſum diſtinguere nequeas; nec ullus ſupremi Numinis propoſitum finem in ſerpentibus creandis & conſervandis divinare queat. Ideò illa potius omitti debent, quàm in iis penſitandis operam & oleum perdere. Sapientia infinita ultra rationis noſtræ limites multò expanditur; mentem abſtruſiſſimam Divinitatis aſſequi non poſſumus.* BASN.

enim faciles & parati ad capiendam oblivionem contra Deum, si nihil haberent in fabrica mundi, quod dignum esse metu appareret, amplius quidem procederent animo & voluntate contra Deum, accusati verò essent non rectè, utpote nullâ re earum, quæ apparent excitati. Etsi enim naturâ inest nobis libertas ad eligendum quod melius est, tamen propter ignaviam facilè in oblivionem incidimus. Multa igitur sunt quæ necessariò cogitationem nostram ad Deum timore excitant: sicut rursus plurima, quæ hanc cogitationem per benignitatem, & bonis fruendi copiam & facultatem ad agendas gratias Creatori movent: utrisque enim erudimur, & instituimur iis, quibus tanquam bonis fruimur; & iis, quibus tanquam horribilibus & pertimescendis convertimur.

Nulla malitia sine cognitione & libertate.

Quòd igitur sævum est naturâ, horribile est, sed non malum; malitia enim & nequitia affectio cogitationis sunt. Appetitus autem naturalis sic factus, ab omni culpa & crimine liberatus est. Deus autem misericordiâ erga homines motus, fecit, ut metu & horrore bestiarum ratione carentium, probitatem, quæ ad partem rationis compotem pertinet, consectaremur: & nihil in hujusmodi bestiis ac feris malum; quod enim non novit, quod est, quomodo malum est? ut jam non minus sic redarguatur, quod Manichæus tradit de nequitia, quam finxit, & ingenitum principium vocat: non enim tribuit ei cogitationem & cognitionem nequitiæ, ne si reperiantur habere sensum boni, hac ratione appareat, non esse nequitia: cognitio enim boni testimonium est naturæ non malæ. Manichæus verò, cùm nequitiam statuit ratione carere; & cognitione privatam esse, eam etiam privat cognitione ejus, quod ipsa est.

Si enim sentiat & cognoscat, quod mala est, sentiet omninò contrarium evadens bona. Siquidem malum ratione deprehenditur sensu & comparatione boni: ut si manifestum sit malum, contrarium quoque sit manifestum; omne enim contrarium probatio & index est contrarii, cognitione tamen & judicio. Sine cognitione enim neutrum est alterius judicatio. Si igitur nequitia se ipsam ignorat, & cogitatione non suscipit malum, non erit nequitia; frustra & vanè accusabitur; nequitia enim libera à ratione similis est phrenetico, id est, furioso in febre, aut in alio casu, qui, quod facit, nescit, cui omnes ignoscere consuevimus, ac magis quidem ad luctum flectimur, à nequitia eum liberantes; cum sine causa percutit, aut etiam occidit, si gladium reperiat. Sic omnibus hoc manifestò patet; & hoc judicium commune est ac naturæ consectarium, non nominare malum, si ignorat, quod facit. Si igitur neque id, quod cognoscit,

πω γὰρ πρὸς τὴν κατὰ Θεοῦ λήθην πρόχειροι τυγχάνοντες, εἰ μηδὲν ἄξιον δέους φαινόμενον εἶχεν ἐν δημιουργίᾳ, πλέον μὲν ἂν ἐχωρίσθησαν προθέσει τοῦ Θεοῦ, ἠτιάσθησαν δὲ οὐκ εὐλόγως, ἅτε δὴ διὰ μηδενὸς τῶν φαινομένων διεγειρόμενοι· εἰ γὰρ δὴ καὶ πρόσεστιν ἡμῖν φύσει τὸ ἐλεύθεριον πρὸς αἵρεσιν τοῦ κρείττονος, ἀλλά γε διὰ ῥᾳστώνης ῥᾳδίως εἰς λήθην ἐμπίπτομεν. πολλὰ τοίνυν ἐστὶν ἀναγκαίως τὰ διεγείροντα τῷ δέει πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἡμέτερον λογισμόν· ὥσπερ αὖθις πάμπολλα τὰ κινοῦντα τοῦτον, διὰ χρηστότητος, καὶ ἀπολαύσεως ἀγαθῶν, εἰς χάριτος ὁμολογίαν τοῦ δημιουργοῦ· ἑκατέροις γὰρ ἀποπαιδαγωγούμεθα, οἷς τε ὡς ἡδέων ἀπολαύοιμεν, καὶ οἷς ὡς διὰ φοβερῶν ἐπιστρεφόμεθα.

Φοβερὸν τοίνυν τὸ ἄγριον κατὰ φύσιν, οὐ πονηρόν· πονηρία γὰρ καὶ κακία λογισμοῦ πάθος· ὁρμὴ δὲ φυσικὴ οὕτω κατεσκευασμένη πάσης αἰτίας ἀπήλλακται· Θεὸς δὲ φειδόμενος ἀνθρώπων, πεποίηκεν ἵνα τῷ δέει τῶν ἀλόγων, τὸ λογικὸν τῆς καλοκαγαθίας μεταδιώξωμεν· καὶ κακὸν ἐν τούτοις οὐδέν· ὁ γὰρ μὴ οἶδεν ὅτι ἐστὶν, πῶς κακόν ἐστιν; ὡς οὐχ ἧττον καὶ οὕτως τῷ Μάνεντι, καὶ ὁ περὶ τῆς κακίας αὐτῆς, ἣν πλασάμενος ἀρχὴν ἀγέννητον καλεῖ λόγος διελέγχεται: λογισμὸν μὲν γὰρ αὐτῇ καὶ γνῶσιν κακίας οὐ δίδωσιν, ἵνα μὴ καὶ τὴν ἀγαθοῦ τὴν αἴσθησιν ἔχουσά γε εὑρεθῇ· οὕτω γὰρ ἀποδειχθείη μὴ οὖσα κακία· γνῶσις γὰρ ἀγαθοῦ, μαρτυρία φύσεως οὐ κακῆς· ἀλόγιστον δὲ καὶ γνώσεως ἔρημον αὐτὴν ὁριζόμενος, τοῦ ὅπερ ἐστὶ καὶ αὐτὴ τὴν γνῶσιν αὐτὴν ἀφαιρεῖται.

Εἰ γὰρ αἴσθηται καὶ γνῷ κακυνομένη, αἰσθήσεται πάντως τοῦ ἐναντίου ἀγαθυνομένη· φωρᾶται γὰρ λογισμῷ τὸ κακὸν τῇ αἰσθήσει, καὶ τῇ παραθέσει τοῦ ἀγαθοῦ, ὡς εἰ δῆλον ὑπάρχοι τ' οὐναντίον κατάδηλον ἔσται· ἔλεγχος γὰρ πᾶν ἐναντίου ἐναντίον γνώσει μέν τοι καὶ κρίσει· ἄνευ δὲ γνώσεως, οὐδέτερον θατέρῳ δῆλον; εἰ τοίνυν καὶ ἑαυτὴν ἀγνοεῖ, καὶ λογισμῷ μὴ μέτεισι τὸ κακὸν ἡ κακία, οὐκ ἂν εἴη κακία, μάτην δ' ἂν ἐγκαλοῖτο· ὁμολογεῖ δὲ ὅτι ἐστὶ λογισμοῦ κακία ἐλευθερουμένη· αὐτίκα φρενήτις ἐν παρεστάσει πυρετῶν, ἢ ἄλλου τινὸς συμπτώματος, οὐκ εἰδότι ὃ ποιεῖ συγγινώσκειν ἅπαντες εἰώθαμεν, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ εἰς οἶκτον ἐπικαμπτόμεθα, κακίας ἐλευθεροῦντες τὸν μάτην μὲν τύπτοντα, εἰ δὲ ξίφος εὕροι, καὶ φονεύοντα· οὕτω γε πᾶσι κατάδηλον, καὶ κρίσις αὕτη κοινή τε, καὶ φύσεως ἀκολουθία, τὸ μὴ κακὸν ὀνομάζειν τὸ οὐκ εἰδὸς ὅτι δρᾷ· εἰ τοίνυν μήτε τὸ γινώσκον ἀγαθὸν κληθείη ἀναγκαῖον, μήτε τὸ ἀγνοοῦν ἑαυτὸ ὅτι ἐστὶ δόξειεν ἂν εἶναι κακία· τὸ μὲν

ὅτι

Sæc. IV. Anno 360.

ὅτι μηδ' αὐτὸς τίθησι, τὸ δ' οὐ πεπλανημένως, καὶ ἐκτὸς τῆς κοινῆς δόξης θέμενος ὁρίζεται· οὕτως οὐδὲ θηρίον οὐδὲν κακὸν, λογισμοῦ ἐστερημένον· ἄνθρωπος δὲ κακοήθης, κακὸς ἂν εἴη, λογισμοῦ μετιὼν, ἅπερ ἥκιστα ἀγνοεῖ· ἡ γὰρ τοῦ λογισμοῦ τῆς φύσεως προσθήκη φέρει τῆς κακίας τὸ ἔγκλημα; προκατασκευάζουσα δῆλον εἶναι τὸ πραττόμενον· ἡ δὲ τῆς γνώσεως ἀφαίρεσις τῆς αἰτίας· οὕτω δὴ γνοὺς μὲν ἄνθρωπος ἄμφω, ἀρετήν τε καὶ κακίαν, ὅπερ ἂν ἕληται, φθάνει γὰρ ἡ γνῶσις τὴν αἵρεσιν, ἀπ' ἐκείνου καλεῖται· πρὶν δὲ γνῶναι νήπιον ὑπάρχον, οὐδέτερον τῶν ἄκρων καλεῖται· δῆλον τοίνυν πανταχόθεν, ὡς τῷ λογισμῷ καὶ τῇ μετὰ τὴν γνῶσιν αἱρέσει, κακίαν τε καὶ ἀρετὴν λογιζόμεθα· τὰ τοίνυν ἀμέτοχα λογισμοῦ θηρία, οὐκ ἂν εἴη κακὰ, οὐδὲ ἐκ κακίας προενηνεγμένα· ἐπειδήπερ κἂν ἐκείνη οὕτως ἔχοι, οὐκ ἂν εἴη κακία.

Ἄλλως τε ἴδοις ἂν πολλάκις καὶ τῶν ἑρπετῶν αὐτῶν τὸ χαλεπώτατον, λέγω δὴ τὸν ἰὸν, εἰς ἰατρείαν πρὸς τῶν ἀκριβεστάτων ἰατρῶν λαμβανόμενον, καὶ τῇ τῶν ἀπομάχεσθαι δυναμένων παραμίξει καθαίροντα τῶν παθῶν ἐστιν ὅτε τὰ χαλεπώτατα· τὰς δὲ σάρκας αὐτὰς ἑτέρων εἰδῶν τε καὶ βοτανῶν συμπλοκῇ, φάρμακον ἄριστον σώμασιν ἀποτελούσας· παραπλησίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων θηρίων; μέρη γάρ τινα καὶ μέλη, καὶ αἷμα καθ' αὑτὸ πολλάκις εὐεργετοῦσι κάμνοντας· πῶς οὖν ἐκ κακίας ἐστὶ τὰ ἐν μέρει καὶ ὠφελοῦντα; ταῦτα τοιγαροῦν ἅπαντα χρήσιμα μόνον δι' ἀνθρώπους ἡγητέον· οὔτε δὲ ἀγαθὰ οὔτε κακὰ προσαγορευτέον, δέος μόνον ἀνθρώποις ἀναγκαίως ἐμποιοῦντα πρὸς ἐπιστροφὴν τοῦ κρείττονος· καὶ τὸ ἀργὸν αὐτῶν ἀργίας παρὰ ἀνθρώποις κωλυτικόν· κεῖται γὰρ αὐτὰ μάστιγος δίκην φαινομένης ἐν οἴκῳ πρὸς κατασκευὴν εὐλαβείας τῶν οἰκετῶν, εἴ τις ἀργήσειεν, ἢ εἴ τις πλημμελοίη τῶν κατὰ τὴν ἑστίαν· εἰ δὲ πονηροὺς ἐστὶν ἰδεῖν μηδὲν ὑπὸ τούτων βλαπτομένους, θαυμαστὸν τοῦ δεσπότου τὸ ἀνεξίκακον· οὐδὲν δὲ ἧττον νοητέον τὴν παρακειμένην μάστιγα· τοὐναντίον δὲ εἰ χρηστοὶ περιπίπτοιεν τούτοις, ἰστέον, ὡς ἀγαθοῦ πλημμελοῦντος, φείσαιτ' ἂν πρὸς ἐπιστρέφειαν ὁ δεσπότης, οὐχὶ δὲ τοῦ λίαν ἀπεγνωσμένου· ὁ μὲν γὰρ ἰάσιμα πλημμελεῖ, ὁ δὲ τηρεῖται πρὸς ἀνίατον τιμωρίαν· τοιαῦτα γὰρ ὑποδείγματα πάμπολλα ἴδοιμεν ἂν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ὑστερούμενα· μέλει τοίνυν πάνυ γε Θεῷ ἀνθρώπου· διὸ παντοίως αὐτῷ τὰ ἀνακινοῦντα πρὸς εὐλάβειαν παρα-

Sæc. IV. Anno 360.

bonum neceſſarium vocabitur, ſequitur neque id quod ſeipſum & quid ſit, ignorat, nequitiam eſſe, quorum alterum neque ipſe admittit; alterum verò per errorem, & contra communem exiſtimationem ſtatuit. Sic neque fera ulla mala eſt, cùm ſit rationis expers: homo verò malè moratus, malus eſt, qui ratione utens capeſſit, quæ non ignorat; acceſſio enim rationis ad naturam nequitiæ crimen inducit; præparat enim ratio cognitionem actionis ſuſceptæ; quia privatio cognitionis privatio eſt culpæ & criminis. Sic homo utrumque cognoſcens, virtutem ſcilicet & vitium, ab eo, quod eligit, nominatur; antecedit enim electioni cognitio; prius autem quàm cognoſcat, dum puer parvus eſt, à neutro extremo nominatur, id eſt, neque bonus, neque malus dicitur. Quamobrem ex omni parte liquet, virtutem & vitium rationi, & poſt rationem electioni attribui. Beſtiæ igitur, quæ non ſunt rationis participes, non ſunt nequam, nec à nequitia productæ, quia ſi illa ita ſe habeat, non eſt nequitia.

Præterea videre licet ſæpenumerò, quod eſt in ſerpentibus nocentiſſimum: venenum Serpentes utiles. dico à medicis abſolutiſſimis ad medicinam adhiberi, & miſta cum iis, quæ poſſunt auxiliari, graviſſimos morbos interdum depellere; & ex ipſis carnibus, aliis generibus, & herbis admiſtis optimum remedium corporibus confici. Similiter in aliis beſtiis: quædam enim partes; & membra, & ſanguis, ſola (a), ac per ſe ægrotantibus conducunt. Quomodo igitur ſunt ex nequitia, quæ ex parte ſunt utilia & jurant? Hæc igitur omnia ducenda ſunt utilia propter homines tantùm; non autem appellanda ſunt bona, neque mala, quæ hominibus tantùm neceſſariò metum injiciunt, ut ad melius inſtitutum ſe convertant, & otium beſtiarum, atque vocatio earum à vocando, apud homines otium & inertiam prohibet: ſunt enim poſita ipſa inſtar flagelli apparentis in domo, ut metuant famuli ac miniſtri, ſi quis eorum ſe dedat otio, aut ſi quis domi delinquat. Si verò contingit videre has, quas diximus, beſtias nihil nocere improbis, admiremur in Domino tolerantiam malorum. Nihilominus tamen conſiderare oportet flagellum propoſitum; contrà verò ſi boni incidunt in has feras, advertendum eſt, quod Dominus bono delinquenti proſpicit & cavet, non autem ei qui valde deſperatus eſt. Ille enim peccat, quæ curari poſſunt; hic verò reſervatur ad ſupplicium, quod evadi non poteſt; hujuſmodi enim exempla permulta in divinis Scripturis videre ac legere licet. Magna itaque cura eſt Deo de homine, quamobrem omnibus modis propoſuit, quæ eum

(a) *Quid ſibi vult hic* ſola; *mens enim Titi eſt ſimpliciter*, ſanguinem & membra animalium per ſe ipſa ſæpius inſervire ægrotantibus. Basn.

Sæc. IV. Anno 360.

eum ad timorem moverent & excitarent, ut neque ſomnus illi à creberrima moleſtia liber eſſet, quin hic etiam à quibuſdam feris & ſerpentibus impeditus, cogitationem inſtar ſtimuli pungeret: ac multa quidem ſunt, quæ humanam infirmitatem juvant, ut homo recordetur Dei, ejuſque memoriam habeat. Mirificè per ea, quæ corpore patitur, à morbis animæ liberatur; & per ea, quæ pati poſſet, quamvis non patiatur, ad timorem convertitur. Incidit quoque homo neceſſariò in morbos corporis, ut peccatum, graviſſimum morbum & qui ſolus verè morbus eſt, effugiat: cui enim non dolet, intemperans eſt; & qui peccat impune, funditùs perit.

Morborum utilitas.

Si enim tam multis ac tantis ad timendum propoſitis, ex magna parte homines ex vacuitate timoris ægrotant, quomodo convictum & ſocietatem inter ſe habere potuiſſent, ſi nullus eis metus ante oculos impenderet? Mollit igitur duriorem mentem morbus; & ſæpenumerò naufragium mercatores perjuriis aſſuetos mutavit, & rurſus inopia opibus elatum depreſſit; orbitas filiorum correxit avaritiæ propter liberos deditum.

Jactura liberorum.

Quòd ſi non correxit, exemplum ſaltem ſentientibus præbuit: ac liberi quidem nullam prorſus jacturam aut damnum fecerunt, quin immò beneficium acceperunt ab inſtitutione malorum parentum liberati; avaritia autem refellitur.

Rurſus alii cùm parentes alioqui probos habeant, moriuntur, aut quia futuri erant indigni genitoribus ſuis, ne bonorum malæ columnæ extent: aut ſi probi quidem ſunt, evaſuri tamen pravi mutatione morum, ſi creſcerent; beneficio afficiuntur, non permanentes in malum ſuum, omnia Deo providentiâ & præcognitione ſuâ gubernante. Admodum itaque neceſſarii ſunt metus, & variæ atque infinitæ ſunt cauſæ eorum, quæ Deus diſpenſat ac providet; & ſæpe ſæpius eadem propter varias cauſas eveniunt. Ille ægrotat propter peccata, ut convertatur: alius propter virtutem, ut magis adhuc exerceatur; in teſtimonium item alius propter nimium peccatum, ut arguatur; & ejuſdem caſus variæ etiam cauſæ. Ille amittit opes malè eis uſus, Deo ſic illi proſpiciente, ac præcavente: alius ut ad virtutem per inopiam ſe exerceat: alius ſponte ſuâ grave pondus divitiarum abjicit, ne ſint ei impedimento ad virtutem. Neque facilè quiſpiam perſpicere poteſt abſolutam rationem earum rerum, quas Deus gubernat, ut hominibus conſulat. Pauca verò quæ comprehenſa ſunt, fidem faciunt eorum, quæ non ſunt.

τέθεικεν, ὡς μηδὲ τὸν ὕπνον πυκνοτάτης ὀχλήσεως ἀπηλλάχθαι, ἀλλὰ καὶ τοῦτον διὰ κνωδάλων τινῶν ἐμποδιζόμενον, κέντρου δίκην νύττειν τὸν λογισμόν· καὶ πολλάγε τὰ βοηθοῦντα τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀσθενείᾳ, θαυμασίως πρὸς ἀνάμνησιν Θεοῦ· δι' ὧν γὰρ πάσχει σωματικῶς, παθῶν ψυχῆς ἐλευθεροῦται· καὶ δι' ὧν παθεῖν ἂν δυνηθείη, κἂν μὴ πάθῃ, πρὸς εὐλάβειαν ἐπιστρέφεται· καὶ περιπίπτει σωματικοῖς πάθεσιν ἀναγκαίως ἄνθρωπος, ἵνα τὸ χαλεπώτατον καὶ μόνον ὡς ἀληθῶς πάθος διαφύγῃ τὴν ἁμαρτίαν· τὸ γὰρ ἀνάλγητον, ἀκόλαστον· καὶ τὸ ἀτιμώρητα ἁμαρτάνον, παντελῶς διαφθείρεται.

Εἰ γὰρ καὶ τοσούτων παρακειμένων εἰς φόβον, ἀφοβίαν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ νοσοῦσιν ἄνθρωποι πῶς ἂν συνεῖναι γοῦν ἀλλήλοις ἐδυνήθησαν, εἰ μηδὲν αὐτοῖς κατ' ὀφθαλμοὺς ἐπήρτητο δέος; μαλάττει τοιγαροῦν καὶ νόσος διάνοιαν σκληροτέραν· καὶ ναυάγιον πολλάκις συμπεσὸν ἐμπόρων ἐπιόρκων τρόπον μετέβαλε· πενία αὖθις κατήνεγκε τὸν ἐπαρθέντα πλούτῳ· παίδων στέρησις ἐσωφρόνισε τὸν διὰ παῖδας πλεονεκτοῦντα.

Εἰ δὲ μὴ ἐσωφρόνισε, τὸ ὑπόδειγμα τοῖς αἰσθανομένοις παρέσχε. καὶ οἱ μὲν παῖδες ἐβλάβησαν παντελῶς οὐδὲν, μᾶλλον μὲν οὖν εὐεργετήθησαν, ἀγωγῆς φαύλων γονέων ἀπαλλαγέντες, τὰ δὲ τῆς πλεονεξίας διελέγχεται.

Ἄλλων αὖθις εὐδιακειμένων τελευτῶσιν, ἢ ὡς ἀνάξιοι (a) τῶν φυσάντων γενησόμενοι, ἵνα μὴ στήλη κακὴ ἀγαθῶν ἀναστῶσιν, ἢ ἀγαθοί γε τυγχάνοντες, εἰ ἐπὶ πλέον αὐξηθεῖεν, ὡς ἐκ μεταβολῆς γενησόμενοι φαῦλοι εὐεργετοῦνται, μὴ καθ' ἑαυτῶν διαμένοντες τῇ προγνώσει, τοῦ Θεοῦ πάντα διοικοῦντος· καὶ ἀναγκαῖοι γε λίαν οἱ φόβοι καὶ ποικίλα καὶ ἄπειρα τῷ πλήθει τὰ αἴτια, ὧν δὲ Θεὸς οἰκονομεῖ· καὶ τὰ αὐτὰ πολλάκις, διὰ ποικίλας προφάσεις συμβαίνει, ὁ μὲν ἀῤῥωστεῖ δι' ἁμαρτίας ἐπιστρεφόμενος· ὁ δὲ δι' ἀρετὴν ἔτι μᾶλλον γυμναζόμενος εἰς μαρτυρίαν· ἄλλος διὰ ὑπερβολὴν κακίας ἐλεγχόμενος· καὶ τοῦ αὐτοῦ συμπτώματος ποικίλα τὰ αἴτια· ὁ μὲν ἐκπίπτει πλούτου, μὴ καλῶς χρησάμενος· ἄλλος ὡς καλῶς χρησάμενος φειδοῖ Θεοῦ· ἄλλος δὲ πρὸς ἀρετὴν διὰ πενίας γυμναζόμενος ἕτερος ἑκὼν ῥίπτει τῶν χρημάτων τὸ βάρος, ὡς μὴ πρὸς ἀρετὴν ἐμποδίζοιτο· καὶ οὐκ ἂν μέν τις ῥᾳδίως κατίδοι τὴν κατὰ μέρος ἀκρίβειαν, ὧν ὁ Θεὸς ἀνθρώπων φειδόμενος οἰκονομεῖ· τὰ δὲ ὀλίγα καταλαμβανόμενα, πίστις γίνεται τῶν μὴ καταλαμβανομένων, τὰ μὲν γὰρ καὶ αὐτὸς

Sæc. IV. Anno 360.

(a) *Christus ipse hoc refellit cæcum natum non peccaſſe, neque parentes ipſius, aſſerens, quomodo igitur pueri, qui in cunabulis moriuntur, indigni ſunt parentibus. Melius ipſe Titus in ſequentibus:* Οὐδὲ γὰρ προσήκει τῶν γινομένων ἑκάστου παρὰ Θεοῦ τὴν ἀπόδειξιν ἀπαιτεῖν· Non enim convenit ſingulorum quæ fiunt, rationem à Deo poſtulare. Basn.

SÆC. IV. ANNO 360.

τοῖς ἀνθρώποις σαφηνίζει, ὡς ἂν ἔχοιεν ἀναβάσεις κεχρῆσθαι τρόπον τινὰ πρὸς αὐτὸν, δι' ὧν ἐπαισθάνωνται· τὰ δὲ πλεῖστα κρύπτει δι' ἀσαφείας, ἵνα μὴ γένηται τῆς καθ' ἑαυτοῦ γε ἀπιστίας διδάσκαλος· οὐ δὲ γὰρ προσῆκε τῶν γινομένων ἑκάστου παρὰ Θεοῦ τὴν ἀπόδειξιν ἀπαιτεῖν· ἐπεί τοι χαλεπωτέρα γίγνεται τῆς ἀγνοίας ἡ τοιαύτη γνῶσις, ὡς διὰ τοῦτο δυσωπουμένου τοῦ νοῦ ὅτι μανθάνοι, ἄλλως δ' ἂν οὐκ ἂν δεξαμένου πρὸς δικαίαν οἰκονομίαν οὐδὲν ὧν διοικεῖ Θεός· βελτίων δὲ ἡ πρὸς Θεὸν πίστις τε καὶ διάθεσις· καὶ δίχα τοῦ καθορᾶν τὸν νοῦν τῶν πραττομένων, θαρσεῖν τῇ τοῦ διοικοῦντος ὀρθότητι· ἐπεί τοι τὸ δι' ἀποδείξεων πανταχοῦ προσβιβάζεσθαι, ἀπιστία σαφὴς μᾶλλον, ἢ πίστις ἂν εἴη.

Οὐ δὲ φίλους γνησίους πολλοὶ περιεργάζονται τῷ ἀνεξετάστῳ τῆς συνουσίας τὸ γνήσιον νέμοντες, ὡς ῥᾳδίως ἐπ' ἀπιστίᾳ διαβαλλόμενοι, εἰ μηδέποτε τὸ θαρρεῖν τούτοις μετά γε τὴν πεῖραν παρέχοιντο (a)· οὕτω δὴ καὶ Θεὸς μάλιστα βουλόμενος ἡμᾶς διακεῖσθαι πρὸς ἑαυτὸν, οὐχ ἅπασαν τῆς ἑαυτοῦ προνοίας σαφηνίζει τὴν ἐνέργειαν· ἐθέλει γὰρ ἡμᾶς πιστεύειν αὐτῷ, οὐ μὴν οὐδ' ἅπασαν ἀποκρύπτει, ἀλλὰ δι' ἐνίων ὑποδειγμάτων ὑπερείδει τρόπον τινὰ τὸν ἡμέτερον νοῦν.

Οἱ μὲν οὖν εὐγνώμονες τῇ προθέσει καὶ εὐσεβέστατοι, ἅμα τε διαισθάνονται, καὶ τὴν μνήμην εἰς ἀεὶ παραμένοντες διατηροῦσι· γῆς τρόπον ἀγαθῆς σπέρματα δεξαμένης, ἀνθοῦντες πρὸς τὰ καλά.

Οἱ δὲ πλείονι βαρύτητι τῆς συνηθείας τῶν ἁμαρτημάτων κεχωσμένοι τὸν νοῦν, ἢ ἑτέρων προλήψει κατὰ Θεοῦ πλασμάτων, οἷα δὴ καὶ ὁ Μάνης ἐξήνεγκε, καὶ παρ' ἄλλοις εὕροι τις ἂν, κρούονται μὲν τὴν διάνοιαν, διακρούονται δὲ τῶν ὑποδειγμάτων τὴν αἴσθησιν καὶ τὸ ὄφελος.

Ταῦτα μὲν προσκείσθω περὶ τῆς καθόλου προνοίας τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, ἦν δὲ τὸ ἐξεταζόμενον ἡμῖν, περὶ θηρίων ἁπάντων, καὶ ἀπεδείκνυτο τοῖς κατὰ φύσιν λογισμοῖς, οὔτε κακὰ, οὔτε ἐκ κακίας τινὸς ταῦτα· χρήσιμα δὲ λίαν ἀνθρώποις εἰς δέους κατασκευήν· εἰ γὰρ ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν δημιουργίαν ἡδέα μόνον ἐτύγχανε, καὶ ἱλαρότητος ἔμπλεα καὶ μηδὲν ἦν παντελῶς, τὸ ἠρέμα γοῦν ἐκφοβοῦν, χαλεπῶς ἂν ἔδοξαν ἄνθρωποι παιδαγωγεῖσθαι πρὸς ἀφοβίαν.

Ἔχει δὲ ταῦτα καὶ ποικιλίας κόσμον, καὶ τῷ φοβερῷ καταμεμιγμένην τὴν εὐπρέπειαν· αὐτίκα καὶ πρὸς τούτοις ἐστὶν ἕτερα, ἃ μήτε τρέφειν ἀνθρώπους ἐπιτήδεια, μήτε

Quædam enim ipse declarat hominibus, ut quodammodo ex iis, quæ sentiunt, ascendere possint ad eum. Alia verò plurima obscuritate contegit, ne contra se fiat magister non credendi: nec enim decebat omnium, quæ sigillatim fiunt, demonstrationes à Deo poscere; siquidem hujusmodi cognitio difficilior, & pejor est quàm ignorantia; (b) hac enim ratione suadetur menti, quod addiscat. Aliòqui nihil eorum, quæ Deus gubernat, ad justam gubernationem referret. Melior autem est in Deum fides & charitas; & quamvis mens non perspiciat, quæ fiunt, confidat tamen rectè gubernanti. Siquidem in omnibus rebus adduci argumentis & probationibus, potius esset perfidia quàm fides.

Immò plerique in veros & germanos amicos non inquirunt curiosè, legitimam ac germanam amicitiam hoc ipso reddentes, quod cum amicis sine curiositate versantur. Tanquam facilè accusationem perfidiæ incurrentes, si nunquam post periculum factum ipsis confidant. Sic etiam Deus, cùm maximè velit, ut simus erga ipsum bene animati, non omnem providentiæ suæ vim & efficientiam declarat: vult enim, ut ei credamus; neque rursus omnem nos celat, sed quibusdam exemplis quodammodo mentem nostram sustentat.

Qui igitur animo grato & pio sunt, simul sentiunt, & memoriam semper conservant instar terræ bonæ satæ, florescentes in studio virtutum.

Qui verò mentem habent magnâ gravitate consuetudinis peccatorum obrutam & oppletam, aut anticipatione aliarum contra Deum fictarum cogitationum, quales Manichæus deprompsit, & quales apud alios reperiuntur; pulsatur quidem eorum mens, sed repellunt sensum exemplorum & utilitatem.

Atque hæc quidem adjecta sint generatim de providentia Dei universorum. Erat autem nobis quæstio de omnibus feris, demonstratumque est rationibus ex natura ductis neque malas esse, nec ex ullo malo principio profectas, utiles verò esse hominibus ad incutiendum metum. Si enim, quæ in mundo facta sunt, suavia essent, & hilaritatis plena, nihilque omninò esset, quod vel sensim perterrefaceret, grave & durum visum esset hominibus instrui ad non timendum.

Habent autem hæc etiam varietatis ornatum & decorem cum terrore mistum. Præter hæc etiam continuò sunt alia animalia, quæ nec idonea sunt ad alendum homines, neque

Animalia homini inutilia.

(a) *Differunt homines imperfecti à Deo perfecto, cujus notitia est utilissima. Id fit igitur à Deo œconomicè.* BASN.

(b) *Non consentirent Philosophi ignorantiam debere præferri cognitioni rerum abstrusissimarum, & omnibus constaret mundum à Deo sapientissimè gubernari, si rationes suas nobis aperire vellet.* ID.

Sæc. IV. Anno 360.

que possunt præbere eis vestitum; neque rursus ferina sunt & sæva, sed solùm varietatem mundi supplent; manifestumque est omnia animalia mansueta, & non mansueta, & quæ sunt interjecta, unius creatione & voluntate permanere, nec à seipsis vicissim interire, variis modis excellenter munita: alia enim prædita sunt invicto robore, alia verò infirmiora velocitate naturali se tuentur; alia aliter armata sunt: & quæ videntur armis carere, alia quædam formâ munitionis tuta sunt: aut enim naturam volucrum sortita sunt, aut sub terra latent. Sic fabricator mundi ornatum confecit varietate; & redigens ad æqualitatem, quæ sunt diversa, omnibus distribuit tuitionem sui, ut nullum genus horum imbecillitate naturæ proditum, pereat. Ad commutationes temporum induuntur tegumentis suapte naturâ ortis, & pilis densis, ac duris coriis, quæ hyeme & in æstu ad propulsandum incommodum idonea sunt, & quæ faciunt, ut facilius recubent & requiescant, ut videatur suapte vi & natura supposita eis stragula: ac partim quidem parum fœcunda sunt, aut tanquam difficilia ad capiendum, aut tanquam diuturnæ vitæ; alia verò, quæ facilè capiuntur, & ad utendum quotidiè tradita sunt, fœcunditate suâ durant & servantur.

Nullæ herbæ lethiferæ.

Alimenta verò aliud animal alia habet, atque omnibus abundè apposita sunt, ita ut nulla herba ex iis etiam, quæ mortiferæ videntur esse, naturâ sit mortifera; quod enim alteri generi nocet, alteri prodest. Salutare autem & pestiferum simul naturâ quomodo hoc esse potest? differentia autem his utentium varietatem, quæ in his inest, requirit, ut in animantibus ratione carentibus vestigium quoddam appareat rationis, legis scilicet ejus, qui ea creavit: nihil enim horum ignorat, quod sibi cognatum est. Neque propter naturam ferinam, & rationis expertem, quod pestiferum sibi est tanquam aptum ad nutriendum adhibet. Quin potius unumquodque quod sibi commodum est, appetit & prosequitur. Si enim omnis herba & radix omnibus esset accommodata & congruens, minus patefieret, quòd lex Creatoris etiam in animantibus ratione carentibus viget & dominatur.

At verò esse hoc quibusdam nocens, aliis autem id ipsum salutare, clarius sapientiam Dei in omnibus prædicat; quâ factum est, ut esset in animantibus ratione carentibus vis quædam naturæ, quâ ea, quæ apposita sunt, discernerent. Quæ si naturaliter in singulis non inesset, meritò ac rectè ea, quæ nocent, accusarentur tanquam à nequitia edita & orta.

Sin verò in animalibus naturalis quædam vis discernendi, judicium præoccupavit, &

Sæc. IV. Anno 360.

περιβολὴν ἐνδυμάτων παρέχειν, μήτ' οὖν θηριώδη καὶ ἄγρια τυγχάνει, μόνον δὲ κόσμον τὴν ποικιλίαν ἀναπληροῖ· καὶ δῆλον ὡς ἅπαντα ἥμερα τε καὶ ἄγρια, καὶ τὰ μέσως ἔχοντα ἑνὸς ὑποβεβλημένα δημιουργίᾳ τε καὶ βουλήματι διαμένοι, τὴν δὲ ἀλληλοφθορίαν διαφεύγοντα, καὶ ποικίλοις πλεονεκτήμασιν ἠσφαλισμένα· τὰ μὲν γὰρ ἰσχὺν ἄμαχον ἔχει· τὰ δὲ ἀσθενέστερα τῷ τάχει τῆς φύσεως τὴν σωτηρίαν πορίζεται, καὶ ἄλλα ἄλλως ὥπλισται· καὶ τὰ δοκοῦντα ἄοπλα τυγχάνειν, ἄλλον τινὰ τρόπον μεμηχανημένην ἔχει τὴν ἀσφάλειαν· ἢ γὰρ πτηνῶν ἔλαχε φύσιν, ἢ ὑπὸ γῆν διαλανθάνει· οὕτω τὸ μὲν κόσμιον ὁ δημιουργὸς τῇ ποικιλίᾳ πεπόρισται, ἐπανισῶν δὲ τὰ διάφορα τοῖς πᾶσι διανέμει τὴν ἀσφάλειαν, ὡς ἂν μηδὲν γένος τούτων ἀσθενείᾳ φύσεως προδοθὲν παραπόληται· οὕτω δὲ καὶ πρὸς τὰς ὥρας ἠμφίεσται περιβολαῖς αὐτομάτοις, θριξί τε πυκναῖς καὶ στερεαῖς δέρμασι, χειμῶνός τε καὶ καύματος, ἀποκρούσασθαι τὴν βλάβην ἱκανοῖς, τὴν δὲ ἐπὶ γῆς ἀνάκλισίν τε καὶ ἀνάπαυλαν εὐμαρεστέραν ἀπεργαζομένοις, ὡς αὐτοφυῆ στρωμνὴν ὑποκεῖσθαι δοκεῖν· καὶ τὰ μὲν ὀλιγογόνια ἔλαχεν, ἢ ὡς δυσάλωτα, ἢ ὡς πολυχρόνια· τὰ δὲ εὐάλωτα, καὶ τῇ καθ' ἡμέραν χρήσει παραδεδομένα, τῇ πολυγονίᾳ διαρκεῖ τε καὶ σώζεται.

Τροφὰς δὲ ἄλλο τε ἄλλας ἔχει, καὶ τοῖς πᾶσιν ἄφθονος ἡ χορηγία πρόκειται· οὕτω γὰρ οὐδὲ τῶν θανασίμων γε εἶναι νομιζομένων βοτανῶν, οὐδεμία τῇ φύσει γε ὀλέθριος γεγένηται· τὸ γὰρ ἄλλῳ γένει βλαβερὸν, ἑτέρῳ δὲ ὠφέλιμον, ὀλέθριον καὶ σωτήριον ἅμα τῇ φύσει τοῦτο πῶς ἂν γένοιτο; ἡ δέ γε τῶν χρωμένων γενῶν διαφορὰ τὸ ποικίλον τῆς ἐν τούτοις παρασκευῆς ἀπαιτεῖ, ἵνα καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις ἴχνος λόγου δειχθείη νόμῳ τοῦ δημιουργήσαντος· οὐδὲν γὰρ τούτων ἀγνοεῖ, τὸ οἰκεῖον ἑαυτῷ, οὐδὲ διὰ τὴν ἄλογον καὶ θηριώδη φύσιν, ὡς τρόφιμον τὸ ἑαυτοῦ θανάσιμον προσφέρεται, ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτῷ γε ὠφέλιμον ἕκαστον ὁρμᾷ· εἰ γὰρ ἅπασα βοτάνη καὶ ῥίζα τοῖς πᾶσιν ὑπῆρχεν ἐπιτηδεία, ἧττον ἂν ἐδείχθη τοῦ δημιουργήσαντος ὁ νόμος, καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις κρατῶν.

Τὸ δὲ βλαβερὸν ἐνίοις, ἑτέροις δὲ ταυτὸ σωτήριον παρακείμενον, τρανεστέραν τὴν ἐν τοῖς πᾶσι σοφίαν κηρύττει· ὅτι καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις φυσική τίς ἐστι τῆς εἰς τροφὴν παρακειμένων ἡ διάκρισις· ἧς φυσικῶς γε ἑκάστῳ μὴ ἐνούσης, εὐλόγως ἄν τις κατηγόρησε τῶν βλαβερῶν ὡς ἐκ κακίας προενηνεγμένων.

Εἰ δέ γε προύλαβεν ἐν τοῖς ζώοις ἡ φυσικὴ διάκρισις τὴν κρίσιν, καὶ τὸ οἰκεῖον ἕκαστον ἐκλέγει, πᾶσα δηλαδὴ

λαθὴ βοτάνη καὶ ῥίζα χρήσιμος, εἰ καὶ μὴ τοῖς πᾶσι, ποικίλα δὲ τὰ ποικίλως παρακείμενα.

Περιγραπτέον τοίνυν τοῦτον τὸν τρόπον καὶ τὴν κατὰ τῶν θανασίμων λεγομένων βοτανῶν κατηγορίαν τῷ Μάνεντι πάντα διαβάλλειν ἐσπουδακότι· οὕτω γὰρ καὶ σιδήρου καὶ πυρὸς καταψεύδεται, τοὐναντίον ποιῶν ἐν τούτοις, οὗ βούλεται· κατηγορῶν γὰρ τῆς ὕλης, ἣν εἶναι μάτην φαντάζεται, αὖθις ὥσπερ τις προστάτης καὶ συνήγορος αὐτῆς ἀναφέρεται, τοῖς γε δαπανῶσι τὴν ὕλην ὡς κακοῖς ἀπεχθανόμενος· σίδηρος δὲ καὶ πῦρ κατέσπαρται μὲν ἐν γῇ πρὸς τοῦ δημιουργήσαντος· ἐξευρέθη δὲ ἀνθρώπου λογισμῷ κατ' ἐπιτροπὴν Θεοῦ· τούτων γὰρ χωρὶς, παντελῶς ἠκρωτηριάστο ἀνθρώποις ὁ βίος.

Εἰ γὰρ βλαβερὰ πρὸς τοῦ Μάνεντος νενόμισται τῷ καταφθείρειν τὰ παραβαλλόμενα σώματα, πολλῷ μᾶλλον ὠφέλιμα τε καὶ σωτήρια φανήσεται τῇ ἀναγκαίᾳ χρήσει πρὸς ἅπαντα· εἰ δὲ λανθάνοντα ἐνυπάρχει τῇ δημιουργίᾳ, ἀνθρώπου δὲ ταῦτα λογισμὸς τὴν ἀρχὴν ἐξεῦρε, τίνι λογιστέον τὸν εὑρόντα λογισμόν; ἄρα τῇ μὴ ἐχούσῃ γνῶσιν κακίᾳ τε καὶ ὕλῃ κατ' ἐκεῖνον, ἢ τῷ ἀγαθῷ; ἀλλὰ δῆλον ὡς λογισμοῦ σοφία ἀγαθόν τε καὶ ἀγαθοῦ δῶρον· τίνι δὲ αὐτομάτως ἀφήλατο ποτὲ σίδηρος, ὁ τῇ χρήσει τοῦ λογισμοῦ μόνον ὑποβεβλημένος καὶ πάσῃ τέχνῃ δουλεύων.

Ἀλλὰ φονεύει, Μάνης φησὶ, δι' αὐτοῦ ἄνθρωπος καὶ πρὸς τὸ ἐργαλεῖον ἡ κακοτεχνία τοῦ χρωμένου, ὡς εἰ μὴ ἦν ὁ τοῦτον τὸν τρόπον χρώμενος, οὐκ ἄν γε ἔδοξεν εἶναι σίδηρος κακός· εἰ γὰρ βουλεύσαιτο μὲν ὁ φονεὺς δρᾶσαι φόνον, διαμάρτοι δὲ τῆς πράξεως, ἄρα γε οὐ δῆλον ὡς ἡ μὲν πρόθεσις τὸ ἔργον διεπράξατο, ὁ δὲ σίδηρος ἀναμάρτητος; οὕτω δὴ κἂν δράσῃ, οὐχὶ σίδηρος αἴτιος, ἀλλ' ὁ σιδήρου τῷ τέμνειν οὐ κατὰ λόγον χρησάμενος· εἰ δὲ ξύλῳ παίσει, ἢ λίθῳ κρούσει, ἢ χερσὶν ἰδίαις ἀποπνίξει, αὖθις καὶ ταῦτα προσαγορεύσει κακά· καὶ πάντα μᾶλλον αἴτια παρὰ τῷ Μάνεντι, ἢ τὸ ὄντως αἴτιον ὁ ἑκούσιος λογισμός.

Τὰ γὰρ ῥηθέντα πάντα μετὰ σιδήρου, οὔτ' ἀγαθὰ οὔτε κακὰ τυγχάνει· ἕλκεται δὲ πρὸς ὃ ἂν βουληθείη ὁ χρώμενος, ἐργαλείων δίκην παρακείμενα, καὶ τῷ χρωμένῳ δουλεύοντα, ἅπερ εἰ μὴ παραδέδοτο ἀνθρώπῳ, οὔτ' ἂν τὰς τέχνας οὕτω διήνυσεν, οὔτ' ἂν τὰς χρήσεις τὰς ἀπ' αὐτῶν ἔσχεν ἀφθόνους· ὃ δὲ δὴ μεῖζον, ἥκιστα ἂν διεγυμνάσθη πρὸς ἀρετήν· τῷ γὰρ μὴ ἔχειν ἐργαλείων παράθεσιν ἕλκεσθαι δυναμένων πρὸς ἐργασίαν ἀρετῆς τε καὶ κακίας, οὐκ ἄν γε ἔσχεν ἐφ' ἑαυτῷ τῆς ἀρετῆς τὴν προτίμησιν· ὡς ἐς τὰ μάλιστα ἂν ἐζημιῶσθαι, καὶ μεγίστης εὐδοκιμήσεως ἐκπεπτωκέναι

unumquodque sibi conveniens eligit, omnis videlicet herba, & radix utilis est, etsi non omnibus: varia autem sunt variè apposita.

Hoc igitur modo Manichæi, qui omnia criminari studuit, refellenda & evertenda est accusatio herbarum pestilentium. Sic enim & contra ferrum, & contra ignem mentitur, faciens in his contrà quàm vult. Qui enim accusat materiam, quam esse inaniter fingit, rursus apparet tanquam defensor & patronus ejus, eis succensens tanquam malis, qui materiam consumunt; ferrum autem & ignis seminata sunt in terra ab ipso mundi auctore; inventa verò sunt ratione ab homine, id Deo concedente. Sine his autem penitùs manca esset vita hominum.

Ferrum utile

Etenim si judicavit Manichæus nocentia esse, quia consumunt & interimunt corpora ferro & igni objecta, quantò magis apparebunt utilia & salutaria propter usum suum ad omnia necessarium. Si verò abdita sunt & latentia in fabrica mundi, hæc autem à principio ratio hominis adinvenit, cui assignabimus rationem hominis horum inventricem, an nequitiæ & materiæ quæ cognitionem non habet, ut Manichæus est auctor, an Deo? At perspicuum est sapientiam rationis & bonum esse, & munus boni. In quem suapte vi insiluit unquam ferrum? quod usui rationis tantum subjectum est, & omni arti servit ac ministrat.

At occidit homo ferro, inquit Manichæus, & ad instrumentum accedit malum artificium utentis. Quasi non esset visum ferrum malum, nisi homo hoc modo ferro uteretur. Si enim vellet sicarius occidere, & ab ictu aberraret, an non liquet, animo quidem rem perpetrasse, ferrum verò extra culpam esse? sic quamvis ferro homicidium fiat, non est in crimine & culpa ferrum, sed qui non secundum rationem usus est ferro ad secandum. Si autem ligno percutiat, aut cuspide feriat, aut propriis manibus strangulet, rursus hæc Manichæus appellabit mala, & omnia apud eum crimini potius dabuntur, quàm cogitatio voluntaria.

Omnia enim, quæ dicta sunt cum ferro, neque bona, neque mala sunt; trahuntur enim, quo qui utitur, velit, quæ verò sunt posita instar instrumentorum, & deserviunt utenti: quæ si homini non essent tradita, nec artificia sic perageret, nec utilitates ex artificiis copiosas haberet; & quod plus est, minimè ad virtutem exercitatio adhiberetur. Non habendo enim apposita instrumenta, quæ ad actionem virtutis, vel vitii accommodari possent, non haberet potestatem virtutem vitio præponendi, ut maximam jacturam fecisse videretur; & à maxima laude excidisse, si prop-

Sæc. IV. Anno 360.

terea videretur non admittere turpe factum, quia non habuit copiam eorum, quibus perficeret: quod enim omnino non agit, otiosum est & inglorium.

Sed vide, inquiet, quod ex instrumentis provenit, magis necessarium accidit; mors enim non est inventa ab interfectore, sed à Creatore sancita est: & si quis studeat ferrum, & lignum, & lapidem, ignem, & aquam, & alia ejusmodi tanquam malefica accusare, relicto principio instrumentorum, reprehendat & accuset id, quod ex instrumentis provenit, mortem dico, probetque non esse hanc à Deo decretam & constitutam secundum rationem: atque ita postremò appellet mala, quæ malè adjuvant mortem. Sed si nemo potest probare mortem esse malam, sed contrà potius, ut copiosè probatum est, utilem esse, an non supervacaneum est accusare tanquam naturâ sint mala ea, ex quibus mors accidit: quæ neque sciunt, ad quæ sint adhibenda ab altero, cui tradita sunt, & ab omni culpa & crimine sunt libera? cùm oporteret hominem solum accusare, qui ea instrumenta tunc movet, cùm non licet, neque convenit.

Sic enim verè conclusum & confectum est, nihil in fabrica mundi esse malum. Solam rationem humanam, quæ necessariò potestatem accipit, aliquando quidem peccare; peccantem verò ob id solum reprehendi, quia quod deterius erat, præposuit meliori; neque contra naturam posse aliquid novare, nec esse penes eum, ut quæ supra sunt, sint infra, sed solùm facere ea, quæ secundum naturam sunt: quamvis accusetur facere præter rationem.

Cædes justificantur.

Sicut cædes mortem secundum naturam operatur nihil amplius faciens, quàm quod est secundum naturam, præterquam quod coarguit eum qui fecit. Rursus adulterium & alia ejusmodi ob eam tantum causam accusantur, quia sunt aversa à ratione. Contra naturam verò à Creatore constitutam nihil penitùs potest aliquid novi moliri, quippe cùm lex ejus, qui naturam fabricatus est, sit & maneat immutabilis. In ipsis verò, quæ naturalia sunt, peccata versantur nullam novitatem introducentia, solum arguunt & convincunt facientem spontè peccare, ut qui non possit aliter ex virtute degere, nisi penes eum sit contrarium agere, quod quidem volens & libens declinat, ut virtutem comparet. Est igitur summæ stultitiæ & insipientiæ, ferrum, aut lignum aut alia ejusmodi in crimen vocare, & non eum, qui his præter rationem utitur.

Si quis verò quærat, quare occiditur homo? rursus dicendum erit, quod sæpius di-

δοκεῖν, εἴπερ διὰ τοῦτο δοκοίη κακουργίας μὴ ἀπέχεσθαι, ὅτι μὴ δι᾽ ὧν ἂν δράσειεν εὐπόρησεν· τὸ γὰρ παντελῶς ἄπρακτον, ἀργόν τε καὶ ἄδοξον.

(a) Ἀλλ᾽ ὅρα, φήσειεν, ἂν τὸ ἀποβαῖνον· καὶ πλέον οὐδὲν τοῦ ἀναγκαίου συμβαίνει· θάνατος γὰρ οὐ διὰ φονέως εὕρηται, ἀλλὰ πρὸς τοῦ δημιουργοῦ νενομοθέτηται· καὶ εἴγε τις σπουδάζει σίδηρον, καὶ ξύλον, καὶ λίθον, πῦρ τε καὶ ὕδωρ καὶ τὰ τοιαῦτα ὡς κακοποιὰ διελέγξαι, τῶν ἐργαλείων τὴν ἀρχὴν ἀφέμενος, μόνον τὸ ἀποβαῖνον, λέγω δὴ τὸν θάνατον διελεγχέτω, καὶ δεικνύτω τοῦτον οὐ κατὰ λόγον ὡρισμένον πρὸς τοῦ δημιουργοῦ· καὶ οὕτως ὕστατον κακὰ προσαγορευέτω τὰ κακῶς συναιρόμενα· εἰ δὲ θάνατος ὑπ᾽ οὐδενὸς ἀναδειχθείη πονηρὸς, τοὐναντίον μὲν οὖν, ὡς διὰ πολλῶν δέδεικται, καὶ ὠφέλιμός γε τυγχάνει, πῶς οὐ παρέλκει, τὰ δι᾽ ὧν ἂν συμβαίνῃ θάνατος, τούτων ὡς κακῶν φύσει κατηγορεῖν, οὐκ εἰδότων μὲν ἐφ᾽ ὃ σαλεύεται πρὸς ἑτέρου, ᾧ παρεδόθη, πάσης δ᾽ αἰτίας ἀπηλλαγμένων; δέον τὸν κινοῦντα μόνον αὐτὰ, ὅτε μὴ προσῆκεν ἄνθρωπον αἰτιᾶσθαι.

Οὕτω γὰρ πρὸς ἀλήθειαν ἀποδέδεικται μηδὲν μὲν τῶν κατὰ τὴν δημιουργίαν εἶναι κακόν· μόνον δὲ τὸν ἀνθρώπινον λογισμὸν ἐξουσίαν ἀναγκαίως λαμβάνοντα, ἔστιν ὅτε πλημμελεῖν, πλημμελοῦντα δὲ διελέγχεσθαι μόνον, ὅτι προτετίμηκε τὸ χεῖρον, μηδὲν δὲ κατὰ τῆς φύσεως καινοτομεῖν δύνασθαι, μηδὲ τὰ ἄνω κάτω ἐπ᾽ αὐτῷ εἶναι ποιεῖν, ἀλλὰ τὸ κατὰ φύσιν μόνον δρᾷν, κἂν παράλογον κατηγορῆται ποιεῖν.

Οἷον, φόνος θάνατον τὸν κατὰ φύσιν ἐργάζεται, οὐδὲν πλέον ποιῶν τοῦ κατὰ φύσιν, ἢ ὅσον ἐλέγξαι τὸν δράσαντα· μοιχεία αὖθις, καὶ τὰ τοιαῦτα τῷ παραλόγῳ μόνον τοῦ λογισμοῦ κατηγορεῖται· κατὰ δὲ τῆς φύσεως τῆς ὡρισμένης ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ, καινοτομεῖν παντελῶς οὐδὲν δύναται· ὡς ἀπαράβατον μὲν εἶναί τε καὶ μένειν τὸν νόμον τοῦ τὴν φύσιν δημιουργήσαντος· ἐν αὐτοῖς δέ που τοῖς κατὰ φύσιν στρέφεσθαι τὰ ἁμαρτήματα, μηδεμίαν ἐπεισάγοντα καινότητα, ἢ ὅτι μόνον τὸν πράττοντα διελέγχει ἑκόντα πλημμελοῦντα· ὡς οὐκ ἂν ἑτέρως δυνηθέντα κατορθοῦν, εἰ μὴ καὶ τό γε ἐναντίον εἶχεν ἐφ᾽ ἑαυτῷ, οὗ τὴν ἑκούσιον ἀποφυγὴν πρὸς ἀρετῆς κτῆσιν ἔχει· οὐκοῦν ἀκροτάτης ἀνοίας ἔργον, μάτην σίδηρον ἢ ξύλον ἤ τι τῶν ἄλλων αἰτιᾶσθαι, καὶ μὴ τὸν χρώμενον παραλόγως.

Εἰ δέ τις ζητοίη διὰ τί φονεύεταί γε ἄνθρωπος, αὖθις μὲν εἰρήσεται τὸ πολλάκις λελεγμένον, τί, διὰ τί οὖν ὅλως

ὁ

(a) *Sic mihi videtur reddenda hæc periodus:* Vide, inquit, quod accidit, nihil evenit præter necessitatem; *hæc enim est Manetis sententia, omnia evenire necessariò.* Basn.

Sæc. IV. Anno 360.

ὁ ἄνθρωπος ἀποθνήσκει, ὅπερ εἰ δειχθείη κακὸν, εὐλόγως ἀνατρέχει κατὰ τοῦ ὁρίσαντος ἡ αἰτία. εἰ δὲ μὴ κακὸν θάνατος, τὴν συγχώρησιν μόνον τοῦ προνοοῦντος τῶν καθ' ἡμᾶς ἐξεταστέον, τοῦ χάριν ἄνθρωπος φόνου τρόπῳ περιπίπτει τῷ μὴ κατὰ φύσιν κακῷ θανάτῳ· καὶ εὑρεθείη γ' ἂν αὕτη κατὰ πολλὰς καὶ ποικίλας αἰτίας συμβαίνουσα, ἃς περίεργον ἂν εἴη καταριθμεῖν.

Δικαίῳ γὰρ καὶ ἀδίκῳ κατὰ διάφορον αἰτίαν τ' αὐτὸ συμβαίνει, οὔτε τῷ δικαίῳ πρὸς βλάβην, οὔτε τῷ ἀδίκῳ πρὸς τιμωρίαν· οὐ γὰρ ἂν εἴη τιμωρία τὸ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ πρὸς ὑπόδειγμα, ἢ πρὸς κόλασιν ἀνηκέστων κακῶν· καὶ πολλαί γε τὰ αἴτια τοῦ συγχωρεῖν Θεὸν φονεύεσθαι ἄνθρωπον· δῆλον μέν τοι, ὡς οὐδὲν πλέον τοῦ κατὰ τῆς φύσεως ὡρισμένου συμβαίνει· κἂν γὰρ διάφορον ᾖ τὸ τῆς περιστάσεως, πυρετοῦ τε καὶ πλησμονῆς ἀμέτρου, ἢ τοὐναντίον, λιμοῦ, ψύχους τε καὶ καύματος, χώματός τε καὶ λιθασμοῦ, ξίφους τε καὶ πυρὸς καὶ ὕδατος· ἀλλά γε ἐν τούτοις ἅπασιν, ἕν γε τὸ ἀποβαῖνον· τί δ' ἂν εἴη τοῦτο; τὸ πρὸς τοῦ δημιουργοῦ καλῶς γε καὶ προσηκόντως ὡρισμένον κατὰ παντὸς τοῦ γένους.

Οὕτω μὲν οὖν, καὶ κατὰ πολλοὺς ἑτέρους τρόπους δειχθείη ἄν, οὐδὲν τῶν κατὰ τὴν δημιουργίαν κακὸν, οὔτε μὴν τῆς θείας οἰκονομίας τι διαβεβλημένον· ἀλλὰ πάντα μὲν ἀρρήτῳ σοφίᾳ γεγενημένα, ἀρρήτῳ δὲ προνοίᾳ διοικούμενα, ὡς οὐκ ἂν εἴη ῥᾴδιον τῶν πρὸς Θεοῦ γιγνομένων χρηστῶν τε, καὶ αὖθις ἀνιαρῶν εἶναι δοκούντων τὸν νοῦν καταμανθάνειν· οὐ γὰρ ἐχρῆν γε, ὡς ἔοικε, βατὰ τοῖς πᾶσιν ὑπάρχειν τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας τὰ τεκμήρια, καὶ τὸν ἄρρητον καὶ ἀκατάληπτον νοῦν πάντῃ γυμνὸν εἶναι ἀνθρώποις· ὅπου γε καὶ βασιλέως ἀνθρώπου καὶ ἄρχοντος, ἐστὶν ὅτε τὰ πλεῖστα τῶν βουλευμάτων κέκρυπται· ὡς καὶ τὸ πραττόμενον ἄδηλον εἶναι, ὅτῳ λόγῳ πράττεται.

Οὐ τοίνυν θαῦμα, εἰ ἄνθρωποι γε μὴ χωροῦσιν ὅλης τῆς διοικήσεως τοῦ Θεοῦ τὸν λόγον, οἷς ἁρμόττει καὶ δίχα τοῦ πολυπραγμονεῖν ὑποκεῖσθαι καὶ ἡσυχάζειν, καὶ ἥκιστα ἀνταίρειν κατὰ τῆς ἀρρήτου διοικήσεως· πολλάκις γὰρ οὐδὲ τεχνίτην εἴτ' οὖν οἰκοδομίας ἢ ναυπηγίας ἢ χαλκευτικῆς ἔμπειρον αἰδούμενοι περιεργαζόμεθα, ποιοῦντά γε τὸ οἰκεῖον ἕκαστον, ἀλλὰ τῇ πείρᾳ καταπιστεύσαντες ἐκδεχόμεθα τ' ἔργον ἰδεῖν· ἔστι δὲ ὅτε καὶ σφαλομένων οὐκ ἐπαισθανόμεθα.

Τί δ' ἂν εἴποιμεν περὶ τῆς ὑπὲρ ἅπαντα νοῦν σοφίας τοῦ Θεοῦ, ἣν προσῆκε νοοῦντας καὶ μὴ νοοῦντας ἐκπλήττεσθαί τε καὶ τιμᾶν; εἰ δέ τις διὰ τὸ μὴ καταλαμβάνειν τὸν λόγον τῶν πλειόνων πρὸς Θεοῦ γιγνομένων ἐκπέσοι πρὸς ἀτόπους κατὰ Θεοῦ δόξας, ἀθλιώτατος καὶ λίαν ἀνόητος

ctum est., quare igitur homo denique moritur? quod quidem si malum esse ostendatur, rectè culpa in eum, qui constituit, redundat. Sin verò non est mala, permissio tantum ejus, qui res nostras procurat, inquirenda est, quare homo in hoc genus mortis incidit, quæ non est secundum naturam mala; & continuò reperietur, ex multis ac variis causis accidere, quas enumerare curiosum fuerit.

Idem enim justo & injusto diversis causis accidit. Non ut justo sit damno; nec injusto, ut sit supplicio & vindictæ, (non enim quod secundum naturam est, supplicium fuerit) sed ut sit exemplo aliis, vel ad prohibenda mala insanabilia. Multæque aliæ causæ sunt, propter quas Deus hominem occidi permittit: constat tamen nihil amplius, quàm quod in natura decretum & constitutum est, accidere: licet enim diversus casus accidat febris, satietatis immodicæ, aut contra exinanitionis ex fame, frigoris, æstûs, aggeris, lapidationis, gladii, ignis, aquæ; at in his omnibus unum est, quod inde provenit. Ecquid hoc? id scilicet, quod à Creatore rectè & utiliter in universo genere constitutum est.

Sapiens mundi gubernatio.

Sic igitur, ac multis etiam aliis modis demonstrari potest, nihil esse in fabrica mundi malum; neque quicquam in gubernatione divina, quod reprehendi possit, sed omnia inexplicabili sapientiâ facta esse, & providentiâ ineffabili gubernari, ut non sit facilè eorum, quæ à Deo facta sunt, tum quæ suavia, tum quæ tristia & molesta esse videntur, rationem perspicere ac comprehendere; non enim ut videtur, oportebat patere omnibus divinæ sapientiæ indicia, & mentem Dei, quæ nec explicari, neque comprehendi potest, omnino nudam & apertam esse hominibus, quandoquidem plurima etiam hominis regis consilia interdum celantur, ut quod agitur, quâ ratione fiat, ignoretur.

Quare non mirum est, si totius gubernationis Dei rationem non percipiunt, quos decet sine curiositate subjectos esse, & silere, & minimè contra divinam gubernationem dicere. Sæpe enim pudet nos in architectum peritum aut ædificatorem navis expertum, aut in fabrum spectatum curiosè inquirere, cùm quisque eorum, quod artis suæ est, facit; quin potius experimento confisi, expectamus, ut opus videamus. Contingit etiam aliquando, ut lapsum eorum non sentiamus.

Quid dicemus de sapientia Dei, qui omnem mentem & intelligentiam superat, quam quidem oportebat sive eam intelligentes, sive non intelligentes obstupescere & honorare. Si quis verò quia rationem multorum, quæ à Deo fiunt, non assequitur, decidat in absurdas de Deo opiniones, miserrimus, & valde

Q 3 stultus

stultus & insipiens est, hic ipsâ cœcitate mentis suæ tanquam duce utens, ut Manichæus, qui insaniam sceleratissimam contra eos, qui ei crediderunt, excogitavit: qui quia non intellexit, quomodo nostra Deus gubernaret, secundum principium ingenitum nequitiæ finxit, ut ab iis, quæ sunt suprà delaberetur; & ea, quæ infrà, ut intelligeret non ei concederetur, ea in Deum universorum fingens, quæ patientiam ejus altissimam prædicarent: divisit enim ea, quæ Dei sunt; & eorum plurima ad nequitiam, quæ nihil est, retulit. Omnibus modis in Deum blasphemus, qui ait, opera bona Dei composita esse ex nequitia.

Elementa necessaria.

Quid igitur diceret de principiis corporum, quæ quatuor elementa appellari consueverunt, quæ quidem contraria inter se sunt, & perfectè opposita? nullum autem horum potest quicquam per se efficere. Quid enim erit, scilicet ad generationem corporis, siccum sine humido? aut quid calidum sine frigido? Si igitur contrariorum conjunctio efficit corpus, quænam ille ex quatuor elementis referet ad nequitiam? aut quæ ad bonum? si enim Manichæus in omnibus elementis mistionem boni & mali cogitatione fingit, necesse est dividere quatuor in duo, & hæc scilicet æqualiter separare; vel tria in unum: at quodcunque referat ad bonum, reperietur posse per se nocere, quia nullum ex quatuor elementis est purum ac merum, & non periculosum, ac continuò quod in mistione redundat, efficitur corpori causa interitus, ut ajunt, qui sunt in his periti & exercitati.

Si ergò calidum quidem per se urit, frigidum verò refrigerat, siccum autem siccat, & humidum humorem efficit, quod horum Deo attribuet iste planus? ipsum enim corpus totum consentaneum est ex iis elementis mistum esse, ex quibus compositum est, & per se existit. Ut autem unumquodque elementum sit ex mistione eorum elementorum, ex quibus fit mistio corporum, fieri non potest.

Quamobrem ratio non patitur, ut quodque singulare & individuum elementum in duo contraria principia dividatur, & mistio cujusque eorum introducatur: quam enim compositionem excogitabit in sicco deceptor iste? quam mistionem in mero & puro igne? aut quam coagmentationem in frigido, quod ex toto frigidum est? similiter in humido.

Hæc enim unius formæ, & individua planè sunt; ut nullum horum per se possit existere, sed aliis junctum.

Ignis est optimus.

Insanit igitur & quidem gravissimâ insaniâ, cùm partem quidem ignis dicit esse boni, partem verò mali. Est autem necesse illi hoc facere in elementis, & dividere, quæ dividi

ὁ τοιοῦτος, αὐτῇ γε τῇ τυφλότητι τῆς ἰδίας διανοίας ὁδηγῷ χρώμενος· ὥσπερ ὁ Μάνης ὁ χαλεπωτάτην μανίαν κατά γε τῶν αὐτῷ πειθομένων ἐπινοήσας, ἐπεὶ μὴ κατέλαβε τίνα τρόπον τὰ καθ' ἡμᾶς διοικεῖται, δευτέραν ἀρχὴν ἄναρχον κακίας ἐπλάσατο, ἵνα καὶ τῶν ἄνω σφαλῇ, καὶ τὰ κάτω νοῆσαι μὴ συγχωρηθῇ, τοιαῦτα κατὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων πλαττόμενος, ἃ γε τὴν ἀνεξικακίαν αὐτοῦ τὴν ἀνωτάτω κηρύττειν· διεῖλε γὰρ τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ πλεῖστά γε ἀνέθηκε τῇ μὴ οὔσῃ κακίᾳ, παντοίως βλασφημῶν τὸν δημιουργὸν, ἐκ κακίας συγκεῖσθαι λέγων τοῦ Θεοῦ τὰ κατορθώματα.

Τί τοίνυν φαίη ἂν περὶ τῶν ἀρχῶν τῶν σωμάτων; τέσσαρες μὲν γὰρ αὗται, ἃ δὴ καὶ καλεῖν εἰώθασιν, τέσσαρα στοιχεῖα· ἅπερ ἐναντία μὲν ἀλλήλοις, καὶ ἀκριβῶς ἀντικείμενα· οὐδὲν δὲ τούτων ἀποτελεῖν τι καθ' ἑαυτὸ δύναται· τί γὰρ ἂν εἴη τὸ ξηρὸν, ἄνευ τοῦ ὑγροῦ; ἢ τί δ' ἂν εἴη τὸ θερμὸν δίχα τοῦ ψυχροῦ; εἰ οὖν τῶν ἐναντίων σύνοδος ἀποτελεῖ σῶμα, ποῖα τῶν τεσσάρων ἐκεῖνος ἀναθήσει τῇ κακίᾳ; ἢ ποῖα τῷ ἀγαθῷ; εἰ γὰρ ἐν τοῖς πᾶσιν ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ κρᾶσιν φαντάζεται, ἐπάναγκες διελεῖν εἰς δύο τὰ τέσσαρα· καὶ ταῦτα εἴτ' οὖν ἐξίσης διαστῆσαι, ἢ τρία πρὸς ἓν χωρίσαι· ἀλλ' ὅπερ ἂν ἀπονέμοι τῷ ἀγαθῷ εὑρεθείη ἂν καθ' ἑαυτὸ βλάψαι δυνάμενον· οὐδὲν γὰρ τῶν τεσσάρων ἄκρατον, καὶ οὐχὶ σφαλερὸν, αὐτίκα καὶ ἐν τῇ κράσει τὸ πλεονάζον ὀλέθρου γίνεται τῷ σώματι παραίτιον, ὥς φασιν οἱ τούτων ἔμπειροι.

Εἰ τοίνυν τὸ μὲν θερμὸν καθ' ἑαυτὸ καίει, τὸ δὲ ψυχρὸν ψύχει, ξηραίνει δὲ τὸ ξηρὸν, κατακλύζει δὲ τὸ ὑγρὸν, ποῖον λογιεῖται τούτων ὁ πλάνος τῷ Θεῷ; αὐτὸ μὲν γὰρ ὅλον τὸ σῶμα κρᾶσιν ἔχειν ἐκ τούτων εἰκὸς δι' ὧν καὶ σύγκειται καὶ ὑφέστηκεν· ἀφ' ὧν δὲ ἡ κρᾶσις ἐκ κράσεως εἶναι ἕκαστον οὐκ ἐνδέχεται.

Ὥστε οὐκ ἔχει λόγον αὐτῶν γε τῶν ἀτόμων στοιχείων ἕκαστον καταμερίζειν εἰς ἐναντίας δύο ἀρχὰς, καὶ κρᾶσιν αὐτῶν ἑκάστου εἰσηγεῖσθαι· ποίαν γὰρ ἐπινοήσει τῷ ξηρῷ σύνθεσιν ὁ πλάνος; ποίαν δὲ κρᾶσιν τῷ ἀκράτῳ πυρί; ἢ τίνα συμπλοκὴν τῷ ψυχρῷ, ψυχρῷ δι' ὅλου τυγχάνοντι; παραπλησίως δὲ καὶ τῷ ὑγρῷ.

Μονοειδῆ γὰρ καὶ ἀμέριστα σαφῶς ταῦτα τυγχάνει· ὥστε τούτων ἕκαστον οὐδὲ ὑποσταίη καθ' ἑαυτὸ, ἀλλὰ καὶ σὺν ἀλλήλοις ἔχει τὸ εἶναι.

Μαίνεται τοιγαροῦν μανίαν χαλεπὴν, ὅταν τοῦ πυρὸς τὸ μέν τι τοῦ ἀγαθοῦ φάσκει, τὸ δέ τι τοῦ κακοῦ. ποιεῖν δὲ τοῦτο ἐπάναγκες αὐτῷ, καὶ ἐπὶ τῶν ποιοτήτων τῶν στοιχείων, καὶ διαιρεῖν τὰ διαίρεσιν

SÆC. IV. ANNO 360.

διαίρεσιν μὴ ἐπιδεχόμεθα· τότε γὰρ ξηρὸν, δι' ὅλου ξηρὸν, καὶ αὐτοξηρότης ἁπλῆ τε καὶ μονοειδής· καὶ τὸ ψυχρὸν, οὐδὲ εἰς ἐπίνοιαν διαιρέσεως ἐλθεῖν δυνάμενον, ἕν τε καὶ ἁπλοῦν δι' ὅλου τυγχάνον· οὕτω δὴ καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ θερμόν.

Τί τοίνυν τοῦ πυρὸς ἔσται τοῦ (a) ἀγαθοῦ, καὶ τί τοὐναντίον τοῦ κακοῦ; ὁπότε διαίρεσιν οὐκ ἐπιδέχεται, ἐπειδή γε οὐδὲ κρᾶσιν ἐπεδέξατο ἄκρατον ὄν· τὸ μὲν γὰρ ἐν σῶμα καὶ διαιρεῖται τῇ γοῦν ἐπινοίᾳ· τὸ δὲ ἄκρατον στοιχεῖον πῶς ἐξ ἐναντίων συγκεῖσθαι δόξειεν ἄν; ποίαν δὲ καὶ ἐναντιότητα λογίσηται ἄν τις ἐν ἀκράτῳ πυρί;

Εἰ τοίνυν ἕκαστον ἐπισφαλὲς δι' ὅλου καθ' ἑαυτὸ, οὐδὲν αὐτῶν κατὰ τὸν τοῦ Μάνεντος λόγον ἁρμόσαι τῷ ἀγαθῷ, ἀλλὰ πάντα μὲν ἀνακείσεται τῷ κακῷ· οὐκ ἔσται δὲ τὰ σώματα ἐξ ἑτέρου συγκείμενα, ἀλλοτρίως τῇ τοῦ Μάνεντος ὑποθέσει.

Πῶς δὲ αὐτῷ τὸ μέν τι τοῦ πυρὸς δόξει θεραπευτικὸν, ὅσον τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ δέ τι ὀλέθριον καὶ καυστικὸν, ὅσον τοῦ κακοῦ, εἰ μὴ καὶ τὴν σωμάτων κρᾶσιν ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ μανικῶς ἐφαντάζετο; ὅπερ οἰόμενος ἀναγκασθήσεται ἀπονέμειν τῷ ἀγαθῷ τῶν τεσσάρων στοιχείων, ἅπερ ἂν θάλοι, ὁλόκληρά τε καὶ ἀδιαίρετα, οὕτως ἔχοντα φύσει· καὶ ὀφθήσεται ὁμολογῶν ὑπάρξαι καὶ ἐκ Θεοῦ ἀκρατήν τι, καὶ καθ' ἑαυτὸ βλαπτικόν· διαιρεῖ δὲ ὁ ἀνόητος τοῦ πυρὸς τὴν ἀδιαίρετον φύσιν, τὸ θεραπευτικὸν ἕτερον αὐτοῦ λέγων εἶναι, καὶ τὸ καυστικὸν ἕτερον, μὴ συνιεὶς ὁ βάρβαρος, ὡς ἐν τῇ χρήσει ἡ διαίρεσις, ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ φύσει τοῦ πυρός· τούτου γὰρ ἡ μὲν ἄμετρος ἐγγύτης, ἐπιβουλή, ἡ δὲ μετρία διάστασις, ἀσφαλῆ γε φέρει τὴν μετουσίαν· ἄλλως τε, αὐτὸ δὴ τὸ καυστικὸν τοῦ πυρὸς, καὶ μόνον ἀναγκαῖον, ὅπερ καὶ πῦρ τυγχάνει· τοῦτο γὰρ καὶ μαλάττει, καὶ τήκει τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἀναγκαίως προσφερόμενα· ὡς μηδὲν ἕτερον εἶναι τὸ πῦρ, ἢ τὸ καυστικὸν αὐτοῦ· μηδὲν δὲ ἕτερον εἶναι τὸ ἀναγκαῖον, ἢ τοῦτο· ὁ δὲ μάτην τὸ πῦρ ἐνυβρίζει, λίαν ἀχάριστος ὢν, πρὸς τὰς παρὰ τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων εὐεργεσίας.

Εἰ δέ τις θείη τὰ τέσσαρα στοιχεῖα τῇ κακίᾳ κατ' ἐκεῖνον προσήκειν, πῶς ἂν ταῦτα τὰ ἐκ μιᾶς φύσεως ἐναντία γε ὄντα ὑπάρχειν δοκοίη; εἰ γὰρ αὐτόθεν τὸ θερμὸν, τὸ ψυχρὸν ἑτέρωθεν, ἢ ἀνάπαλιν· καὶ οὕτως αὖθις ἐπὶ τῆς ἄλλης συζυγίας· ὥστε ἀσύστατος καὶ ἡ τῶν σωμάτων κρᾶσις, κατὰ τὴν τοιαύτην ὑπόθεσιν· εἰ δὲ ἐπινοίᾳ τῆς κακίας ἀναθείη τὴν τεσσάρων τὴν εἰς κατασκευὴν εὕρεσιν, σοφωτάτη γε λίαν ἀναφανήσεται, ἡ γνῶσιν καὶ σύνεσιν μὴ κεκτημένη κακία, ὡς καὶ τοῦ δημιουργοῦ τὸ μέγιστον ἀποφέρεσθαι θαῦμα, εἴγε συνεῖδε τίνα ἂν τρόπον ὑποστήσεται.

non possunt; siccum enim ex toto siccum est, & per se siccitas simplex est, & unius formæ: & frigidum neque cogitatione dividi potest, cùm sit unum, ac simplex ex toto: similiter humidum & calidum. SÆC. IV. ANNO 360.

Quid igitur in igne erit Dei? & quid contra erit nequitiæ? quandoquidem neque divisionem recipit, neque mistionem accepit, cùm sit purum & merum. Corpus enim dividitur saltem cogitatione: merum autem elementum quomodo ex contrariis compositum esse videri potest? quidnam contrarii cogitare quis potest in puro igne?

Si igitur unumquodque est ex toto periculosum, nullum eorum per se secundum rationem Manichæi congruet bono, sed potius omnia referentur ad malum: præterea non erunt corpora ex altero composita, quod est alienum à fundamento Manichæi.

Quomodo autem videbitur ei in igne hoc quidem esse salutare, quod est boni, hoc verò mortiferum & urens, quod est mali, nisi insanè fingat mistionem elementorum ex bono & ex malo? quod quidem si putet, cogetur tribuere Deo, quæ volet ex quatuor elementis, quæ ex toto & individuè tali naturâ prædita sunt, & cernetur confiteri existere ex Deo merum, & per se nocens. Dividit autem insanus naturam ignis individuam, dicens aliud esse in igne salutare; aliud verò urens, non intelligens Barbarus, in usu ignis esse divisionem, non in natura ignis; hujus enim nimia propinquitas pernicies est; moderata verò distantia securam participationem caloris affert; cùm alioqui ipsa vis urendi sola, quæ quidem est ignis, necessaria sit: hæc enim mollit & liquefacit ea, quæ ad usum necessariò adhibentur: ut nihil aliud sit ignis, quàm vis ejus ad urendum, & nihil aliud necessarium sit ad hunc usum quàm hoc. Manichæus (b) verò valde ingratus, & beneficiorum Dei immemor, ignem vituperat.

Si quis autem ponat quatuor elementa, sicut ille opinatur, ad malum pertinere, quomodo hæc, quæ sunt singula unius naturæ, contraria esse videantur? Si enim calidum est ex ipso, frigidum ex altero; aut contrà, si frigidum ex ipso, calidum ex altero, & sic rursus in alia conjugatione hoc fundamento posito, mistio corporum fieri non poterit. Si verò ad excogitationem nequitiæ referat inventionem extruendi mistionem corporum, sapientissima apparebit nequitia, quæ alioqui cognitionem & intelligentiam non habuit, ita ut maximam Creatoris laudem & admirationem ferat, siquidem cognovit, quomodo per se existeret mistio scilicet corporum.

Sed

(a) Boni. *Legerat procul dubio Turrianus*, Θεοῦ, *qui reddidit*, Dei; *sed melius* boni; *quippe hic bonum opponitur malo.* BASN. (b) Manichæus *deest in Græco.* ID.

SÆC. IV. ANNO 360.

Sol optimus.

Sed quia solem honorat, & ut existimavit, decernit non habere mistionem mali, age videamus de sole pro studio veritatis; videbitur enim esse unius ex quatuor elementis, substantiæ, inquam, calidæ; non enim nocet subjectis, sed solum calefacit & juvat, quia plurimum distat: quibus autem appropinquat, urit, & tale solum sterile reddit: & in æstate cùm in terram jacit radios puros in meridie, usque adeò eam calefacit, ut pavimentum nudis pedibus suppositum instar incendii sit.

Sæpe autem homines in flammam solis incidentes nimio æstu interierunt non invento prope, quod refrigeraret. Efficit autem nigra corpora, & adurit, facitque planè, quod ignis solet; imò ipse ignem fœcundè generat, si quis aquam in vase vitreo soli adverso admoveat; vis enim radii solis lucido illo aquæ & vitri coacta & conferta, atque in angustum quidem transmissa, & adjuncta materiæ, facilè ignem concipienti, simul parit ignem, & apertè suadet non volenti contendere, esse quidem solem speciem ignis, ex operibus verò splendidis ipsius creationis ipsum primum, siquidem natura ignis splendidior est omnibus.

Cùm enim omnia alia elementa deorsum ferantur, solus ignis in ea quidem, quæ comburi possunt, insultat, sursum verò supra omnia fertur levitate suâ, aëremque ipsum convincit graviorem esse, quia supra eum in sublime fertur, ut subtilior, tenuiorque appareat quàm aër propter cognationem cum sole. Unde Manichæus cùm solem facit divinum tanquam ex natura boni, videtur similem igni facere, immò talem quendam, qualis est ignis, introducit. Sol enim substantiæ calidæ, ab igne differt τῇ θέσει, efficienria verò idem operatur, nisi mensura distantiæ ea, quæ sunt opposita à validiore jactu radiorum defendat. Quinimmò omnibus animantibus & stirpibus nocens existimaretur, nisi simul alia cum eo fabricator mundi ad auxilium fecisset, quæ faciunt, ne nobis & aliis animantibus noceat; hæc autem sunt latibula & tecta; stirpibus verò aquæ sunt auxilio & flatus ventorum.

Quare qui definiunt esse quintum elementum solem, ne contra ea, quæ clara sunt, contentiosè disputent: nec ulla fides habeatur Manichæo scelestissimo, & in Deum blasphemo, qui solem cum Deo confert, & ex substantia ejus esse dicit. Omne enim, quod sub aspectum cadit, cùm sit corpus, naturâ oppositum est inaspectabili, & incorporeo, cujus opus esse potest, & quidem opus valde

Ἐπειδὴ δὲ ἥλιον σεμνύνει καὶ ἀμιγῆ εἶναι, ὡς ὑπέληφε, τοῦ κακοῦ διορίζεται, φέρε καὶ περὶ ἡλίου φιλαλήθως κατίδωμεν· ὀφθήσεται γὰρ ἑνὸς τῶν τεσσάρων στοιχείων ὑπάρχων, λέγω δὴ τῆς θερμῆς οὐσίας· οὐ βλάπτει μὲν γὰρ τὰ ὑποκείμενα, μόνον δὲ θερμαίνει καὶ ὠφελεῖ, διὰ τὸ πλεῖστον ἀφεστάναι· οἷς δὲ πλέον προσεγγίζει, καίει τε καὶ ἄγονον τὴν τοιαύτην γῆν ἀπεργάζεται· αὐτίκα καὶ θέρους ὥρᾳ ἀκραιφνεῖς προσβαλὼν τῇ γῇ, κατὰ μεσημβρίαν οὕτως θερμαίνει ταύτην, ὥς τε καυτῆρος δίκην ὑποβεβλῆσθαι δοκεῖν τοὔδαφος, τοῖς ἐπιβαίνουσι γυμνοῖς τοῖς ποσί.

Πολλάκις δὲ καὶ τῇ φλογὶ τῷ ἡλιακῷ παραπεσόντες ἄνθρωποι πολλῷ γε τῷ καύματι διεφθάρησαν, τὸ παραμυθούμενον ἐγγύθεν μὴ εὑρόντες· μελαίνει δὲ τὰ σώματα καὶ διακαίει, σαφῶς τὰ πυρὸς ἐνεργῶν· μᾶλλον δὲ πυρὸς αὐτὸς γόνιμος ἐστιν, εἴ τις ἐν ἀγγείῳ ὕδωρ ὑελίνῳ ἄντικρυς αὐτῷ προσαγάγοι, συναγομένη γὰρ τῷ διαυγεῖ τοῦ τε ὕδατος, καὶ τοῦ ὑέλου τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἡ ἀκμὴ, καὶ πρὸς στενὸν μὲν παραπεμπομένη, προσομιλοῦσα τε ὕλῃ, ῥᾳδίως πυρὸς ἀντιλαμβανομένῃ, ἅμα τε τίκτει πῦρ, καὶ σαφῶς πείθει τὸν μὴ φιλονικεῖν ἐθέλοντα, ὡς πυρὸς εἶδος μέν ἐστιν ὁ ἥλιος, τῶν δὲ τῆς δημιουργίας λαμπρῶν ἔργων ὁ πρῶτος· ἐπειδὴ καὶ τοῦ πυρὸς ἡ φύσις ἁπάντων γε ἂν εὑρεθείη λαμπροτέρα.

Πάντων γὰρ τῶν ἄλλων στοιχείων κάτω φερομένων, τὸ πῦρ μόνον τοῖς μὲν καυστοῖς ἐπιπηδᾷ, ἄνω δὲ τὰ πάντα τὴν πορείαν ἔχει, λεπτότητι κουφιζόμενον· καὶ αὐτόν γε τὸν ἀέρα βαρύτατον ἀπελέγχον, τῷ γε ὑπερβαίνειν αὐτόν· ὡς καὶ τούτου λεπτότερον διαφαίνεσθαι, συγγενείᾳ τῇ πρὸς τὸν ἥλιον· ὁ τοίνυν Μάνης ἐκθειάζων, ὡς τῆς φύσεως ὄντα τοῦ ἀγαθοῦ τὸν ἥλιον, κινδυνεύει πυροειδῆ, μᾶλλον δὲ σαφῶς τοιοῦτον δή τινα τὸν ἀγαθὸν εἰσάγειν· ἥλιος γὰρ τῆς θερμῆς ὑπάρχων οὐσίας τῇ θέσει πυρὸς διαφέρει, τῇ δὲ ἐνεργείᾳ ταυτὸ δρᾷ, εἰ μὴ τῆς διαστάσεως τὸ μέτρον ἐξῄρειτο τὰ παρακείμενα, τῆς ἀκμαιοτέρας αὐτοῦ προσβολῆς· ἀλλὰ μὴν κἂν τοῖς πᾶσιν ἐπίβουλος ἐνομίσθη ζώοις τε καὶ φυτοῖς, εἰ μὴ συγκατεσκευάσθη γε αὐτῷ παρὰ τοῦ δημιουργοῦ πρὸς ἐπικουρίαν ἕτερα, δι᾽ ὧν τὸ πρὸς ἥλιον ἀσφαλὲς ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις ὑπάρχει· ἔστι δὲ ταῦτα καταδύσεις τε καὶ σκέπαι, πρὸς δὲ καὶ φυτοῖς ὑδάτων τε χορηγίαι, καὶ ἀνέμων πνοαί.

Ὥστε καὶ οἱ πέμπτον στοιχεῖον ὁριζόμενοι εἶναι τὸν ἥλιον, πρός γε τὰ σαφῆ μὴ φιλονικούντων, ἐς … (a) καὶ οὕτως αὐτὸς ὁ χαλεπώτατα μανεὶς τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν βλασφημῶν, ἥκιστα πιστευέσθω ἥλιον συγκρίνων Θεῷ, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ λέγων εἶναι τοῦτον· πᾶν γὰρ ὁρατὸν, ὅτε δὴ σῶμα τυγχάνον, ἀντιτέτακται φύσει τῷ ἀοράτῳ καὶ ἀσωμάτῳ· οὗ ἔργον μὲν εἶναι δύναται

καὶ

(a) *Desunt aliquot verba in Græcis.* BASN.

Sæc. IV.

Anno 360.

καὶ μάλα γε θαυμάσιον ἔργον, ὁμοιότητα δὲ φύσεως πρὸς αὐτὸν οὐδεμίαν ἔχειν.

Ὅσα μὲν οὖν ὁ πλάνος ἐντέθεικεν ἀσεβῆ τοῖς ἰδίοις συγγράμμασι, πολὺ ἂν ἔργον εἴη καταριθμεῖν· λοιδορούμενος γὰρ τοῖς οὖσιν ἅπασιν ὡς κακοῖς, καὶ τοὺς καρποὺς τοὺς ἀπὸ γῆς ἅμα διαβάλλει, ὡς θρεπτικοὺς τῆς ὕλης· καὶ ἥλιον μὲν ὑπερθαυμάζει, καὶ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ γε εἶναι, ὥς φησι, διορίζεται· ἃ δὲ τρέφει θερμαίνων φυτά τε καὶ σπέρματα, πικρῶς οὐκ αἰσχύνεται κακίζων, ἅπερ οὐκ ἂν συνέστη παντελῶς ἡλίου δίχα, πρὸς Θεοῦ γεγενημένου· ὡς γὰρ οὐδὲν ἂν ὤνησεν ἥλιος, εἰ μὴ ὄμβρων ἤρδευον χορηγίαι τὰ φυτὰ, καὶ ἀνέμων ὠφελίμων διεπάλευον πνοαὶ, οὕτως ἂν ὄμβροι, καὶ τὰ ἄλλα, ἡλίου δίχα ὠφέλησεν ἂν οὐδέν.

Ἆρ' οὖν ἐκεῖνος ἰσχυρῶς ἑαυτῷ καὶ ὧδε μάχεται, πικρῶς διαβάλλων εἰς κακίαν τοὺς ἀπὸ γῆς καρποὺς, διὰ ἡλίου γε αὐξανομένους, ὃν πάνυ θαυμάζει καὶ τιμᾷ· τοὺς δὲ ὄμβρους περιττώσεις εἶναι λέγων, καὶ τῶν ἀρχόντων τῆς ὕλης ἐρωτιόντων πρὸς τὰς τοῦ ἀγαθοῦ δυνάμεις, καὶ οὕτω δὴ καμνόντων ἱδρῶτας αὐτοὺς εἶναι διοριζόμενος, τὸ παρέλκον αὐτῶν, ὡς αὐτὸς οἴεται.

Καὶ τὸ περιττὸν πειρᾶται δεικνύναι, τὸ καὶ τὴν θάλατταν, καὶ τὴν ἔρημόν τε, καὶ ἄσπορον ὕεσθαι· ὥσπερ τις ἀκριβὴς λογιστὴς κατὰ Θεοῦ παρελθὼν, ὡς μάτην καὶ ἀσώτως ἀναλίσκοντος τῶν ὑδάτων τὴν παρασκευὴν, δι' ἀκροτάτην ἄνοιαν, τὸ πρέπον Θεῷ μὴ βλέπων· ὡς εἰ μὲν ἐπτώχευε τοῖς ὕδασι Θεὸς ἀκριβῆ καὶ τῇ χρείᾳ σύμμετρον ἐποιεῖτο τούτων τὴν ἐπίδοσιν· ἐπειδὴ δὲ πλουτεῖ, καὶ ὅσον γε οὐκ ἄν τις εἰπεῖν δύναιτο, αὐτό γε τοῦτο τὸ ἄφθονον τῆς παρασκευῆς δείκνυσι, τὸ καὶ θάλατταν, ἀφ' ἧς ἀνακομίζει πρὸς ἀέρα τὰ ὕδατα, διὰ νεφῶν ἀρδεύειν· ἡ δὲ ἔρημός τε καὶ ἄσπορος ἀναγκαίως ὕεται πρὸς χορηγίαν πηγῶν· ἔστι δὲ ὅτε καὶ τοῖς παριοῦσιν, ὡς ἂν καὶ αὐτοί γε εὕροιεν ὑδάτων συστήματα· καὶ ὅλως ἄβροχον γῆν ἡλίῳ φλέγεσθαι μόνον οὐ νενομοθέτηκεν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· ἢ γὰρ διὰ ποταμῶν ἢ ὄμβρων ἅπασα γῆ πρὸς Θεοῦ νοτίδος ἀπολαύει.

Εἴτε τοίνυν μὴ βρέχοι, πρόχειρος εἰς βλασφημίαν (a) ὁ ἀνὴρ, καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου· εἴτε βρέχοι, οὐκ ἀναχωρεῖ τοῦ μάτην αἰτιᾶσθαι καὶ διαβάλλειν Θεόν· κἂν ἄρτον εἰς χεῖρας λάβωσιν ἀρῶνται πρῶτον οἱ τῆς βλασφημίας μαθηταὶ, καὶ οὕτως ἐμπιπλῶνται οἱ ἀχάριστοι· καὶ τῆς δημιουργίας οὐδενὸς τὸ ἧττον ἀπολαύοντες, ἠκόνηνται μόνοι κατ' αὐτῆς τὴν γλῶτταν, μᾶλλον δὲ κατὰ τοῦ πεποιηκότος αὐτήν· καὶ ὡς ἔχθιστοι τοῦ Θεοῦ μετέχουσι, καὶ πρὸς αὐτό γε τοῦτο ἀγανακτοῦντες, ὅτι τῶν ἐκ τῆς δημιουργίας ἐν χρείᾳ καθεστήκασι.

Sæc. IV.

Anno 360.

mirabile, similitudinem verò naturæ nullam habere potest.

Valde difficile esset enumerare, quæcunque impia hic planus libris suis inseruit; vituperans enim res omnes tanquam malas, fructus etiam terræ tanquam nutricios materiæ accusat, ac solem quidem admiratur, & ex bono esse decernit; quæ verò alit calore, stirpes dico, & semina, non pudet acerbè vituperare, quæ quidem sine sole qui à Deo factus est, omnino non consisterent. Sicut enim nihil juvaret sol, nisi imbres arbores irrigarent, & utiles venti perflarent, sic imbres & alia sine sole nihil juvarent.

Ille igitur etiam hic vehementer secum pugnat, accusans graviter, & ad nequitiam referens fructus terræ à sole alioqui auctos, quem valde admiratur, & honorat. Imbres dicit esse superfluentias præsidum materiæ, qui ex amore laborant adversus potestates boni, qui cùm ita laborent, sudores eorum esse definit, id quod in eis, ut ipse putat, abundat & superfluit.

Imbres utilissimi.

Nititur etiam docere, supervacaneos esse imbres in mare, & in loca sola, & quæ non seminantur, effluentes, tanquam advenerit ad ratiocinandum diligenter contra Deum, quasi frustra & profusè ac prodigè aquas consumat, qui præ summa amentia non videt, quid Deum deceat. Quòd si Deus inops aquarum esset, faceret diligenter ut accommodatè ad usum & necessitatem effluerent. Sed quia dives est, & tam dives, quantum nemo oratione consequi potest, hæc ipsa abundans imbrium effluxio demonstrat mare, ex quo aquæ in aërem feruntur, per imbres irrigare. Solitudo verò & locus, qui non excipit semen, necessariò pluviam accipit ad suppeditandum fontibus, & aliquando iter facientibus, ut inveniant aquas collectas. Denique ut terra expers pluviæ sole arderet, non sancivit; ut plurimum enim aut per flumina, aut per imbres universa terra rorem à Deo accipit.

An supervacanei.

Sive igitur non pluat, præstò est Manichæus & qui eum sectantur, ad blasphemiam Judaicam; sive pluat, non desinit inaniter accusare, & reprehendere Deum, & panem si in manus ad vescendum sumant, primum discipuli blasphemiæ Deum maledictis insectantur, atque ita ingrati satiantur, & quasi nihil fructus ex creatura perciperent, linguam soli in eam acuerunt, immò in auctorem ejus, & tanquam inimicissimi Dei, ea, quæ sunt creata, participant, idque succensentes, quod eis indigent.

Procrea-

(a) *Turrianus adjecit* Judaicam *blasphemiam: deest illa vox in Græco, nec Judæi blasphemabant in Deum, ubi non pluebat.* Basn.

Sæc. IV. Anno 360.

Procreatio liberorum necessaria.

Procreationem liberorum contumeliosè vituperant, volentes, ut corpora sine ea miscerentur, qui servi quidem sunt necessariæ successionis à Deo sancitæ, sed non voluptatis; inimici autem per omnia veræ & germanæ virtutis ac pietatis, tanquam accusantes humani generis perpetuitatem, & volentes alicubi sistere processum ejus naturalem, sancientes legem Deo, & bonitati ejus succensentes, quâ eorum blasphemiam patienter tolerat.

Cùm alioqui naturalis quidam appetitus concubitûs ob eam causam corporibus constitutus & ordinatus est, ut animalia ferè necessitate motuum naturæ ad efficiendam successionem ferantur, sapientia infinita Creatoris qui hoc statuit; etenim quia laboriosi sunt partus muliebres, laboriosæ item viris & fœminis educationes liberorum, valde autem necessariæ successiones, appetitus quidem naturaliter movet, & quodammodo vim adhibet, ratio autem sanctè demonstravit præstabiliorem esse successionem voluptate; & extra culpam est voluptas corporum, si quidem rationem & legem auctoris sequatur.

Qui autem sæpius voluptatem capientes, opus quod inde necessariò provenit, odio habent, & mandant sic commiscere corpora præter edictum, ut conceptus concludant & ejiciant, & partus tempestivos & maturos non expectare, quippe cùm hoc solum sit grave, & difficile; hi, inquam, qui inimici naturæ excitati sunt, & insanire contra Deum universi didicerunt. Quare, inquiunt, insita est corporibus libido corporum commiscendorum?

Sed quomodo esset in hominibus decor pudicitiæ privatæ, nisi naturâ esset quod titillaret, & ratione coërceretur? ubi esset apud mulieres virginitas, aut apud viros intractatio nuptiarum, nisi ratio amorem sanctitatis haberet, quæ naturaliter certans eos, qui rectè cupiditatem insitam reprimunt & domant, victores declararet? idque non ad contumeliam naturæ, sed ad exercitationem tolerantiæ & sanctitatis? sic sanè cibis & potionibus delectamur, non criminosâ voluptate fruentes; naturalis enim hæc est, & tamen jejuniis nos exercemus; non quod est supra naturam contra naturam exercentes; sed tolerantiam amplectentes, & Deum per humiliationem placantes, & propitium reddentes; nunquam exercitationem jejunii susciperemus, nisi fames esset in corpore.

Τήν τε παιδογονίαν ὑβρίζοντες, τὰς μίξεις αὐτοῖς ἄνευ γε ταύτης (a) συμβαίνειν, δοῦλοι γε ὄντες τῆς ἀναγκαίας διαδοχῆς πρὸς Θεοῦ νενομοθετημένης, ἀλλ' οὐ τῆς ἡδονῆς, ἐχθροί γε τὰ πάντα τῆς ἀληθοῦς, καὶ γνησίας ἀρετῆς, καὶ τῆς εὐσεβείας ὄντες, ὥσπερ αἰτιώμενοι τὸ ἀείζωον τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, καὶ βουλόμενοι αὐτοῦ που στῆναι τὸν δρόμον τῆς φύσεως· νομοθετοῦντες τῷ Θεῷ καὶ ἀγανακτοῦντες πρὸς τὴν ἀγαθότητα, δι' ἣν ἀνεξικάκως ἔχει πρὸς τὴν αὐτῶν βλασφημίαν.

Καί τοιγε διὰ τοῦτο φυσική τις ἐνέστακται τοῖς σώμασι μίξεως ὄρεξις, ὡς μικροῦ ἀνάγκῃ τῶν τῆς φύσεως κινημάτων φέρεσθαι τὰ ζῶα, πρὸς τὴν τῆς διαδοχῆς ἐργασίαν, ὑπερβαλλούσῃ τοῦ δημιουργοῦ σοφίᾳ, ὃ τοῦτο θέντος· ἐπειδὴ γὰρ μοχθηραὶ μὲν γυναιξὶν αἱ ὠδῖνες, μοχθηραὶ δὲ ἀνδράσι τε καὶ γυναιξὶ τῶν γιγνομένων αἱ ἀνατροφαὶ, ἀναγκαῖοι δὲ λίαν αἱ διαδοχαὶ, ἡ μὲν ὄρεξις φυσικῶς κινεῖται, καὶ τρόπον τινὰ βιάζεται, ὁ δὲ λογισμὸς ὁσίως δέχεται προυργιαίτεραν τῆς ἡδονῆς ποιεῖσθαι τὴν διαδοχήν· καὶ ἀναίτιος τῶν σωμάτων ἡ ἡδονὴ, εἴγε λογισμῷ καὶ νόμῳ τοῦ ποιήσαντος ἀκολουθοίη.

Οἱ δὲ τὴν ἡδονὴν πολλάκις καρπούμενοι, τὸ ἀπ' αὐτῆς ἔργον ἀναγκαίως μισοῦσι· καὶ παρεγγυῶσι παραγγελίαν τῶν ἐπειγομένων ἐφαλλομένων μαργαινείαις, τὰς συλλήψεις κλύειν τε καὶ ῥίπτειν, καὶ τοὺς ἐν ὥρᾳ τόκους μὴ ἀναμένειν, ὡς τοῦτον γε μόνου δεινοῦ καὶ χαλεποῦ τυγχάνοντες ἐχθροὶ τῆς φύσεως ἐγηγερμένοι, μᾶλλον δὲ τοῦ ταύτην δημιουργήσαντος· καὶ μανίαν κατὰ τοῦ δὲ τοῦ παντὸς ἐκμαθόντες· καὶ διατί φασιν ἐνυπάρχει τοῖς σώμασιν ἡ πρὸς τὰς μίξεις ἐπιθυμία.

Πῶς δ' ἂν ὑπέστη τῆς ἐν μέρει γε σωφροσύνης τὸ κάλλος ἐν ἀνθρώποις εἰ μὴ φύσει μὲν ἦν τὸ ἐρεθίζον, λογικῷ δὲ κατεχόμενον; ποῦ δ' ἂν ἦν παρθενία παρὰ γυναιξὶν, ἢ παρ' ἀνδράσιν ἀπειρογαμία τὴν κοινὴν σωφροσύνην παραδεδοκημοῦσα; εἰ μὴ λογισμὸς, καὶ τὸ πρὸς ἁγιωσύνην φίλτρον εἶχεν; ὁ γε τοῖς φυσικοῖς προσπαλαῖον, νικηφόρους ἀναδείξει τοὺς καλῶς τὴν ἔμφυτον ἐπιθυμίαν βιαζομένους, οὐ πρὸς ὕβριν τῆς φύσεως, ἀλλὰ πρὸς ἄσκησιν καρτερίας τε καὶ ἁγιωσύνης· οὕτω δὴ τροφαῖς τε καὶ πόμασιν ἐνηδόμεθα οὐ διαβεβλημένην ἡδονὴν καρπούμενοι, φυσικὴ γὰρ καὶ αὕτη, καὶ ὅμως νηστείαις διαγυμναζόμεθα, οὐ κατὰ τῆς φύσεως μελετῶντες τὸ ὑπὲρ φύσιν, ἀλλὰ καρτερίαν μὲν ἀσπαζόμενοι, διὰ δὲ ταπεινώσεως τὸν Θεὸν ἐξιλεούμενοι· οὐκ ἂν δὲ νηστείας ἄσκησιν μετήλθομεν, πείνης ἐν τῷ σώματι μὴ ἐνούσης.

Παν-

(a) *Deest* θέλουσιν, volunt, *aut* credunt. *Cæterùm obscura sunt quæ hic urget Titus, dum asserit, Manichæos non esse servos voluptatis, sed successionis à Deo impositæ. Generationem cum voluptate ipsi alligata vituperabant, volebantque successionem generis humani fieri aliâ ratione. Deinde fœtus nondum natos necabant diversis planè modis: ideo hic accusantur à Tito, voluisse sistere perpetuitatem & successionem hominum.* Basn.

Sæc. IV. Anno 360.

Πανταχοῦ τοίνυν ἡ ὄρεξις προξενεῖ καὶ τὸ συμμέτρου χρήσεως, καὶ τὸ κατὰ δύναμιν ἀποχῆς τὴν εὐδοκίμησιν· οὐ γὰρ ἡ κατὰ φύσιν ἡ χρῆσις ποιεῖ τὴν ἁμαρτίαν· οἴνου γὰρ τὸ μέτριον εἴη μὲν σωτήριον· μέθης δὲ τὸ κακὸν διὰ τῆς ἀμετρίας εἰσάγεται.

Παραπλησίως δὲ καὶ τροφῆς τῆς κατὰ φύσιν ἐμμέτρου ἀναίτιος ἡ χρῆσις· γαστριμαργία δὲ τῷ ὑπερβάλλοντι παράλογος ἐλέγχεται· οὕτω δὴ καὶ τῆς πρὸς τὰς μίξεις ὀρέξεως, ἡ μὲν νόμιμος χρῆσις καὶ μέτρα γινώσκουσα, ἀνέγκλητος παντελῶς· ἡ δὲ παράνομός τε καὶ ἄμετρος, τῆς ἀκολασίας προσάγει τὸ ἔγκλημα· μηδὲν τοίνυν τῷ λογισμῷ, μήτε ὁ Μάνης καθεωρακὼς, μήτε οἱ ἐξ ἐκείνου πάντα φέροντες μανικῶς καθύβρισαν, ὡς πάσης ἐπιθυμίας οὔσης κακῆς· ἧς τὸ μέτρον μὲν νομίμως ἀναίτιον· ἡ δὲ κατὰ δύναμιν ἀποχὴ, καὶ θαυμασίας γε ἀρετῆς εὐδοκίμησις.

Εἰ γὰρ ἀπεχόμενός τις ἐπαινετὸς παρὰ Θεῷ, οὐ κακῶς γε ἐκεῖνο τῇ ἐξουσίᾳ παράκειται, οὗ γε ἡ ἀποχὴ τελείας ἀρετῆς κατόρθωμα· ζημία γὰρ ἦν, εἰ μὴ παρέκειτο ἡ ἀνωτάτω, ὡς οὐ κενὸν διὰ τῆς ἀποχῆς ἀγαθὸν ἀποφανθῆναι· ἄνευ γὰρ τοῦ μὴ ποιῆσαι τοὐναντίον, ἐξὸν ποιῆσαι τὸ κακὸν, οὐκ ἔνι τοὐναντίον πεποιηκέναι δοκεῖν τὸ ἀγαθὸν, ὡς πολλάκις ἐδείξαμεν· ὁ δὲ Μάνης τἀγαθόν τε, καὶ τὴν ἀρετὴν ἀτιμάζει, τὴν ἐξουσίαν καὶ τὸ ἐλεύθερον κακίζων.

Οὐκ αἰσχύνεται δὲ καὶ τοὺς λίθους ἐψυχῶσθαι λέγων, καὶ τὰ πάντα ἔμψυχα, καὶ τὰ σαφῶς ἄψυχα εἰσηγούμενος· ὡς ἀπ' ἐκείνης δὴ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ δυνάμεως, ἔτι καὶ ἐν λίθοις κατεχομένης· τοσοῦτον κατάγει τὸ παρ' αὐτῶν τιμώμενον εἰς ὕβριν τε καὶ εὐτέλειαν, ὥστε τὴν φύσιν τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ ἐν λίθοις ἀψύχοις φάσκειν πεπεδῆσθαι· ἅπερ οὕτως ἔχειν διϊσχυρίζεσθαι, ποίας ἄλλης φήσειε μανίας εἶναι τεκμήριον; εἰ γὰρ ἐν λίθοις κατέχεται τὸ παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ πεμφθὲν, ἤδη νενίκηκεν ἡ κακία, τοὐναντίον δεδεμένου τοῦ δῆσαι παραγενομένου· καὶ ποιεῖται τεκμήριον τῆς τῶν λίθων, καὶ τῶν ξύλων ψυχῆς τὸν ἐν ἀέρι κτύπον λίθου τε καὶ ῥάβδου, ὥσπερ ἐνάρθρου φωνῆς αὐτῶν πώποτε διακούσας.

Ἔστι δὲ καὶ παρ' ἡμῖν τὸ μὲν ἐνθύμημα καὶ ὁ λόγος τῆς ψυχῆς οὐδαμῶς ἀκουόμενον· τὸ δ' ἐξάκουστον, ἀέρος πληττομένου διὰ τοῦ σωματικοῦ ὀργάνου· ὅπερ δίχα τῆς λογικῆς κινήσεως, καὶ ἐπὶ τῶν ἀλόγων εὕροι τις ἂν, βοώντων μὲν, ἄναρθρα δὲ, ἐπειδὴ λόγου ἐστέρηται.

Ὡς παντὸς σώματος, κἂν ἄψυχον ᾖ, οἰκεῖόν ἐστι τὸ ἦχον ἐμποιεῖν τῇ πρὸς τὸν ἀέρα πληγῇ· τὸ γὰρ ἀσώματον οὐκ ἂν ἐξάκουστα φθέγξαιτο· ἀέρα γὰρ οὐ πλήττει, ὀργάνου τοῦ πλήττοντος ἀπηλλαγμένον.

Sæc. IV. Anno 360.

Ubique igitur appetitus adsciscit laudem & moderati usus ciborum, & abstinentiæ pro viribus; non enim usus eorum, quæ secundum naturam sunt, peccatum parit; vini quidem moderata potio salutaris esse potest, vitium verò ebrietatis per intemperantiam introducitur. Moderatio in cibo facit temperantiam.

Similiter usus cibi secundum naturam moderati culpâ vacat: gula verò arguitur & reprehenditur propter nimium, & quia est præter rationem. Sic etiam uti legitimè & moderatè appetitu miscendi corporis, omnino caret crimine; præter legem autem & immoderatè uti crimen affert incontinentiæ. Manichæus igitur, & ejus asseclæ nihil ratione perspicientes, omnia furenter contumeliis affecerunt: tanquam omnis cupiditas sit mala, cujus quidem modus & temperamentum legitimum extra culpam & crimen est: abstinentia verò pro viribus spectata laus est admirabilis virtutis.

Si enim quis abstinens laudabilis est apud Deum, non malè in potestate ejus est, id cujus abstinentia officium est perfectæ virtutis. Maxima enim jactura fieret, si in potestate ejus non esset, tanquam non posset edi virtus per abstinentiam; nisi enim contrarium fieri possit, non potest fieri malum; neque rursus fieri potest bonum, nisi possit malum, ut sæpe demonstravimus. Manichæus autem bonum & virtutem inhonorat, cùm potestatem & libertatem vituperat.

Præterea non pudet dicere animatos esse lapides; & introducere omnia animata, & quæ manifesta sunt inanimata, tanquam illa virtus boni in lapidibus etiam contineatur; qui usque adeò quod ab ipsis honoratur, ad ludibrium & vilitatem dejicit, ut naturam boni in lapidibus inanimis ligatam esse dicat. Affirmare autem sic se habere ista, quæ dicit, qualis insaniæ indicium esse dicitur? si enim in lapidibus continetur, quod à Deo missum est, jam vicit nequitia, contrà ligato, quod ad ligandum venerat: dicit animæ lapidum & lignorum indicium esse sonum in aëre lapidis, & virgæ, tanquam audierit aliquando vocem ipsorum articulatam.

Est autem apud nos etiam cogitatio & sermo animæ, qui nequaquam auditur; quod enim auditur, percusso aëre per instrumentum corporeum, auditur, quod quidem absque motu rationis in animantibus ratione carentibus inveniri potest, quæ clamant quidem, sed non articulatè, quia ratione privata sunt.

Est autem proprium corporis, licet sit inanimatum, percusso aëre sonitum reddere; quod enim caret corpore, non reddet vocem, quæ audiri queat, quia non percutit aërem, cùm sit ab instrumento percutiente liberum.

Quamobrem incorporeæ potestates inanimæ videbuntur, quia nihil quod sensu auditus percipiatur, ab eis ad nos fertur. Quod igitur oportebat fieri indicium corporum prorsus animâ carentium, ut quæ necessariò aërem pulsant, (hoc enim corporis est, non animæ) hoc accepit Manichæus tanquam signum animationis; hinc etiam est, quod graviter accusat eos, qui mactant quadrupedes & volucres, quæcunque homines ad vescendum adhibent, tanquam hæc etiam illa virtus boni animet, in eisque contineatur. Sic studet, ut modis omnibus contumeliosè vituperet, quem bonum scilicet appellat. Interrogandus quippe est, cujus procuratione tradita sunt hæc à principio hominibus ad vescendum? an nequitiæ tanquam contumeliosæ in bonum? At non fuit illa tantæ rei conscia, ut quæ cognitionem non habuit. Non enim alius Creator mundi fuerit; neque Deus, ut ait, creavit, & virtutem ex propria natura produxit ad correctionem materiæ.

Omnia à Deo creata sunt ad utilitatem hominum.

Extiterunt igitur omnia animalia volente eo, qui creavit, & quæ ad alendum homines idonea sunt, & quæ non. Nemo igitur alius procuravit, ut hæc hominibus in cibum & alimentum adhiberentur, nisi qui ea creavit: non enim universa natura, quid sibi utile esset, cognovisset, nisi qui eam fecit, sic sanxisset. Ex quo continuò factum est, ut hæc fuerint divitiæ natura, quippe cùm nunquam earum usus deficiat, & quò magis quædam usu consumuntur, eò sunt diuturniora; ac partim quidem alunt homines, partim vestiunt, & alia alios usus præbent, facta homini serva à Creatore. Unde subjecta sunt ei etiam, quæ sunt vastâ mole, mansuetè obedientia; & quæ in aëre, artificio rationis ad nos trahuntur, & quæ in aquis educuntur, atque ea magis, quæ utilitatem hominibus explent. Sic patet, non homines sibi per vim animalia ratione carentia subjecisse, præter voluntatem ejus, qui ea creavit, quin potius lex Creatoris hæc eis subjecit.

An bos arare non debeat.

Dicit etiam Manichæus, impium esse bovem arationi terræ applicare, ne anima à Deo missa, valde servitute pressa videatur: & quomodo agricultura sustentari posset? quomodo durans genus hominum perseveraret? Sic Manichæus omnia præter communes notiones contra creationem variè furens finxit. Serva enim hominis naturaliter mansueta animalia facta sunt, & usui ejus destinata. Non mansueta autem aliâ ratione serva, præter causam dictam, ut homo ratione in omnia animalia ratione carentia dominaretur, Deo ob varias causas id procurante. Alioqui non Leo tan-

Ἐπεί τοι αἱ ἀσώματοι δυνάμεις ἄψυχοι γε δόξουσιν ἄν, ἐπειδὴ ἐξάκουστον παρ' αὐτῶν οὐδὲν εἰς ἡμᾶς ἀφικνεῖται· ὅπερ τοίνυν ἐχρῆν τεκμήριον ποιήσασθαι τῶν παντελῶς ἀψύχων ὡς κλυπτόντων ἐξανάγκης εἰς ἀέρα, τοῦτο γὰρ μόνου σώματος, οὐχὶ δὲ ψυχῆς, τοῦτο ψυχώσεως σημεῖον ἔλαβεν. ἐντεῦθεν δὴ καὶ τὰ τετράποδα, καὶ τὰ πετεινὰ, ὅσα χρήσεις ἀνθρώποις ἔχει τροφῆς, βαρέως αἰτιᾶται τοὺς θύοντας, ὡς ἐκείνης τῆς δυνάμεως τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ ταῦτα ψυχούσης, καὶ ἐν αὐτοῖς κατεχομένης· ὥσπερ σπουδάζων καθυβρίσαι παντοίως, ὃν ἀγαθὸν δῆθεν ἀποκαλεῖ· ἐρωτητέον δὴ τίνος ἐπιτροπῇ ταῦτα ἀνθρώποις ἐξ ἀρχῆς εἰς τροφὴν παραδέδοται; ἆραγε τῆς κακίας, ὡς ὑβριζούσης τὸ ἀγαθόν; ἀλλ' οὐκ ἄν γε ἐκείνη τοσοῦτον συνεῖδε πρᾶγμα, γνῶσιν μὴ κεκτημένη· οὐ γὰρ ἄλλος δημιουργὸς ἂν εἴη, οὐδὲ δημιουργήσας ἐστὶν, ὥς φησιν ὁ Θεὸς, καὶ τὴν δύναμιν ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως προβαλλόμενος, ἐπὶ σωφρονισμῷ τῆς ὕλης.

Συνέστη τοίνυν τὰ ζῶα σύμπαντα, βουληθέντος τοῦ δημιουργήσαντος, τά τε εἰς τροφὴν ἀνθρώποις ἐπιτήδεια, καὶ τὰ μή· ἐπέτρεψεν ἄρα οὐδεὶς ἕτερος, ἢ ὁ ποιήσας ἀνθρώποις εἶναι ταῦτα τροφήν· οὐ γὰρ ἂν ἐπέγνω καθόλου ἡ φύσις τὸ χρήσιμον ἑαυτῇ, μὴ οὕτω νομοθετήσαντος τοῦ πεποιηκότος αὐτήν· αὐτίκα καὶ πλοῦτος φύσει ταῦτα γεγένηται, ὡς μηδέποτε τῆς αὐτῶν χρήσεως διαλειπούσης· καὶ ἴσω γε μᾶλλον ἔνια τῇ χρήσει διαπανᾶται, τοσούτω πλέον πολυγονώτερα τυγχάνει· καὶ τὰ μὲν τρέφει μόνον ἀνθρώπους, τὰ δὲ καὶ ἐνδύει, ἄλλα δὲ καὶ ἄλλας χρήσεις παρέχει, δοῦλα φύσει πρὸς τοῦ δημιουργήσαντος ἀνθρώπῳ κατεσκευασμένα· ὅθεν καὶ ὑποτέτακται καὶ τὰ μεγάλα τῷ ὄγκῳ πράως εἴκοντα, καὶ τὰ ἐν ἀέρι τέχνῃ τοῦ λογισμοῦ καθελκόμενα, καὶ τὰ ἐν ὕδασιν ἀναγόμενα, καὶ μᾶλλον ἐκεῖνα, ὅσα γε τὸ χρήσιμον ἀνθρώποις ἀποπληροῖ· οὕτω δῆλον, ὡς οὐκ ἄνθρωποι ἑαυτοῖς ἐβιάσαντο, παρὰ τὸ βούλημα τοῦ δημιουργήσαντος τὰ ἄλογα· ἀλλὰ καὶ νόμος αὐτοῖς ὑπέταξε τοῦ ποιήσαντος ταῦτα.

Φαίη δ' ἂν ὁ Μάνης, ὡς οὐδὲ βοῦν εὐσεβὲς ἀρότῳ παραβεβλῆσθαι τῆς γῆς, ἵνα μὴ καὶ πάνυ καταδουλοῦσθαι δόξειεν ἡ πρὸς τοῦ ἀγαθοῦ πεμφθεῖσα ψυχή· καὶ πῶς ἂν γεωργία συσταίη; πῶς δ' ἂν τὸ γένος παραμείνειε τὸ τῶν ἀνθρώπων διαγινόμενον; οὕτω παρὰ τοὺς κοινοὺς λογισμοὺς, πάντα κατὰ τῆς δημιουργίας, ὁ παντοίως Μανεὶς ἐπλάσατο· δοῦλα γὰρ φυσικῶς ἀνθρώπου τὰ ἥμερα ζῶα γεγένηται, καὶ τῇ τούτου χρήσει παραβέβληται· δοῦλα δὲ καθ' ἕτερον λόγον καὶ τὰ ἀνήμερα, πρὸς τῇ ῥηθείσῃ αἰτίᾳ, ὥστε λογισμῷ τὸν ἄνθρωπον, πάντων τῶν ἀλόγων κρατιστεύειν· Θεοῦ δὲ ἐπιτρέποντος, διὰ ποικίλας αἰτίας, οὐ λέων μόνον τὸ ἀλκιμώτατον

SÆC. IV. ANNO 360.

τοῦτον θηρίον, ἤ τι τῶν ἄλλων θηρίων ἢ ἑρπετῶν, ἀνθρώπου κρατήσειεν ἄν, ἀλλὰ καὶ κώνωψ, ἤ τι τῶν ἄλλων βραχυτάτων περιγένοιτο· πλὴν θηρίων φύσις καὶ ἄλλως τὸν εἰρημένον τρόπον εἰς ὄψεις ἐστὶν, ὅτι καὶ εἰς πεῖραν ἀνθρώποις, κατὰ διαφόρους αἰτίας ἀναγκαία.

Ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς ἕκαστον ὧν ἐκεῖνος ἀδολεσχεῖ τε καὶ πλάττεται, λῆρος ἂν δόξειεν εἶναι τὸ λέγειν τι καὶ ἀπαντᾶν, θεωρητέον καὶ δίχα λόγου τῷ κεκτημένῳ σύνεσιν, ὅπως μὲν ἑνὸς ἥρμοσε λόγῳ τὰ σύμπαντα· εἷς δὲ νόμος τοῦ δημιουργοῦ κατὰ πάντων κρατεῖ, καὶ οὐδὲν ἐν τοῖς οὖσι διαμάχεται, οὐδὲ πολέμου τεκμήριον, ἢ διχονοίας ἐν τοῖς δημιουργήμασιν ὑποφαίνεται, ἀλλ' εἰρηνεύει, Θεοῦ γε συμπλέκοντος τὰ πάντα πρὸς ἄλληλα, ὡς ὑφ' ἑνὸς λαβόντα τὸ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ἡσυχίας τὸ σύνθημα, παρ' οὗ καὶ τὸ εἶναι τὴν ἀρχὴν τούτοις ὑπῆρξε· συμπνεῖ τε γὰρ τοῖς ἐπὶ γῆς πράγμασιν οὐρανὸς ὕων, ὅταν καιρὸς ἀπαιτῇ, καὶ αὖθις ἀνέχων τὸν ὑετὸν, ὅταν δέῃ θερμότητι μόνῃ τελεσφορεῖσθαι τὰ φυτά· ἥλιος δὲ μεταβαίνων νόμῳ τοῦ ποιήσαντος τὰς ὥρας ἐργάζεται, ἐναλλάττων οὐδέποτε ταύτας, μίαν δὲ τὴν τάξιν αὐτῶν ἀπαράβατον δεικνύων, καὶ ἐμμένει γε τῇ φύσει τὸ διάφορον· μία δὲ καὶ ἡ αὐτὴ φαίνεται σύμπνοια, τῶν ἄνω τε καὶ τῶν κάτω πρὸς ἀκρίβειαν· νὺξ δὲ πρὸς ἡμέραν ἀστασίαστος διέμεινε τὸν αἰῶνα σύμπαντα, οὐκ ἀλόγῳ φορᾷ τὴν διαδοχὴν πρὸς τὴν ἡμέραν ἔχουσα, ἀλλὰ σοφίᾳ τοῦ δημιουργοῦ, προσθήκαις τε καὶ ἀφαιρέσεσι μετρουμένη, καὶ οὐδὲ ταύταις ἄλλο τι ἄλλως, ἀλλὰ δῆλος μὲν προσθήκης, δῆλος τε τῆς ἀφαιρέσεως ὁ καιρός· αὖθις δὲ ἥλιος οὐ βαρύνεται τὴν νυκτὸς τὴν διαδοχὴν, οὐδὲ ὕβριν ἡγεῖται τὸν νόμον τοῦ δημιουργήσαντος, ἀλλ' ἀγαθοῦ δούλου τρόπον τελέσας, ἀπνευστὶ τῆς ἡμέρας τὸν δρόμον, ἀναχωρεῖ γε ᾗ νόμος αὐτῷ σπουδῇ κρυπτόμενος, ὡς ἂν τὸ οἰκεῖον μέτρον ἡ νὺξ ἀπολάβῃ.

Τί δ' ἂν εἴποις περὶ γῆς τε καὶ θαλάττης, ὡς ἕκαστον αὐτῶν ὅρῳ τινὶ περιγέγραπται; ἀλλ' ἔστιν ἰδεῖν τὴν θάλατταν κυρτουμένην μὲν τοῖς κύμασι, νόμῳ δὲ τῆς ἐφόδου κωλυομένην· καὶ ὑπὸ μὲν πνευμάτων βιαίων κατὰ γῆς ὠθουμένην, φόβῳ δὲ τοῦ νόμου εἰς τοὐπίσω ἀνακλωμένην· καὶ τοίγε οὐκ ἀδαμάντινον τεῖχος αὐτῇ βοηθεῖ πρὸς τὸ μὴ ῥεῦσαι κατὰ τῆς γῆς, καὶ ἀπειθῆσαι αὐτῷ τῷ ποιήσαντι, ἀλλ' ἀρκεῖ περίβολον εἶναι τῇ γῇ πρὸς τὴν θάλατταν ὁ λόγος τοῦ ποιήσαντος, καὶ ψάμμος κατέχει, μᾶλλον δὲ νόμος ἐπέχει, καὶ βίαν τῶν ἔξωθεν πνευμάτων, καὶ ῥύσιν ὑδάτων, ὥστε καὶ μηδὲν τῆς γῆς κατακλυσθῆναι, καὶ φίλα γε ὡς ἀλλήλοις εἶναι ἀδελφὰ δημιουργήματα, ἕνα πρὸς

tum, fera fortissima, aut aliqua alia hujusmodi bestia, aut serpens hominem vinceret, sed culex etiam, aut aliud ex minimis. Verùm natura ferarum aliter etiam quàm dictum est, ad aspectum & experientiam hominibus diversis de causis necessaria est.

Sed quia ad singula, quæ ille nugatur & fingit, respondere & occurrere delirum esse videtur, contemplandum est intelligentiam sine disputatione, quomodo unius verbo omnia aptata sunt. Una lex Creatoris in omnibus dominatur, & nihil in rebus pugnat, neque belli indicium, vel dissensionis in creaturis apparet; quin potius omnia (a) (homine quidem peccante) pacem inter se habent, ut quæ ab uno pacis & quietis statutum acceperunt; à quo hoc ipsum, quod sunt, à principio habent. Conspirat enim cum rebus, quæ in terra sunt, cœlum pluens, cùm tempus postulat; ac rursus pluviam sustinet, cùm opus est solo calore ad maturandum: sol autem suo circuitu lege auctoris constituto efficit tempestates, nunquam eas commutans, quin immò unum ordinem earum immutabilem tenet, perseveratque in natura varietas: atque una & eadem summa conspiratio suprà & infrà cernitur. Nox autem omni sæculo permansit sine inconstantia adversus diem, non motu fortuito, & carente ratione diei succedens, sed sapientia auctoris addendo & subducendo temperata, idque non aliàs aliter, quin potius manifestum ac certum est tempus accessionis; manifestum item & certum tempus subductionis. Rursus sol non gravatur nocti succedere, neque contumeliam ducit legem Creatoris; sed potius more probi servi, confecto sine cessatione ulla cursu diei, recedit, ut ei lex imposita est, diligenter se abdens, ut nox spatium sibi dimensum recipiat.

Sapientia Creatoris in mundi fabrica.

Quid verò de terra & mari dices? quomodo ambo terminis circumscripta sunt? licet videre mare fluctibus elatum, lege autem ab impetu prohibitum, & vi ventorum impulsum in terram, metu autem legis retrorsum reflexum. Quamvis non murus adamantinus auxilio est ei, ne mare effluat & inundet terram, & non obediat auctori suo. Quinimmò satis est propugnaculum terræ adversus mare verbum ejus, qui fecit, coërcetque arena; quin potius lex cohibet & foris flatus ventorum violentos, & intus fluxionem aquarum, ut nullam partem terræ inundet aqua maris; & creaturæ quidem amicæ, & tanquam inter se germanæ unum verè auctorem sibi ascribunt ac

(a) *Hæc verba de suo addidit Turrianus; desunt in Græco, & reverâ sensum turbant potius quàm elucidant.* BASN.

Sæc. IV. Anno 360.

ac profitentur. Quis enim unquam Historicus scripsit, in cœlo motum stellæ in stellam factum esse? aut in terra animalia alterum genus oppugnasse, ut ipsum delerent, aut ipsa contrà delerentur? sed potius quæcunque aliud in aliud incurrunt & invadunt, sapientiâ Creatoris statutum est hoc, ut quæ abundant, consumantur; quæ & esse, & consumi, utrumque hominibus prodest.

Si quis autem ad ipsa principia corporum consideranda veniat, & quatuor elementa contempletur, quemadmodum eorum conspiratio ac concentus ex contrariis pendeat, magis stupebit consensum rerum; ut quæ ab uno & solo hoc ipsum, quod sunt, habeant: in his enim quatuor elementis, id quod contrarium est, amicitiæ causa est; & quod in eis natura pugnat, summam pacem facit; quæ quidem quatuor numero sunt, unum verò conflatu ac concursu. Quin potius se ipsis inter se indigent, ut sint; & ipsa naturâ contrarii se vicissim adjuvant, & in se ipsis inter se abdita sunt, & per se ipsa inter se apparent; &, ut paulum dicam, neque calidum frigidi frigore frigescit, nec humore humidi extinguitur: neque siccum ab igne combustum est; nec ab humido humore perfusum. Ex his enim inter se constituta sunt, & consistunt: & in se ipsis mirabiliter insunt: ac putabis quidem solum ignem esse, non tamen absque humido & sicco, quibus quidem alitur & splendet. Sicut alia in se ipsis inter se insunt, tactu tantùm contrarium indicantia, sic tamen sibi inter se amica, ut nullam discordiam habere videantur. Hæc autem silentio prædicant admirabilem unius Ingeniti sapientiam, à quo facta posteà concreta ac mista sunt: non enim corpus ex uno quopiam & simplici elemento fieri potest; mistione enim & concretione conflatur corpus. Quæ autem concretio ac mistio esse possit sicci tantùm? quæ humidi solùm?

Varietas in creaturis necessaria.

Igitur necessaria est varietas ad mistionem corporis: necessaria item natura contrariorum, quæ in auctoris admirationem ad coagmentationem unius urget, quæ quidem non primum per se sola constituta sunt, atque ita coierunt ortum pariter inter se capientia; & simul ut facta sunt, sensibus sunt dijudicata. Cùm enim corpus per se extitit, ratio & mens conjuncta & concreta, sensu discernit. Quamobrem natura contrariorum posteà deprehensa est sensu corporis, quod ex ipsis concretum & temperatum est. Quæ quidem non prius sunt, quàm corpus ipsum; sed simul cum eo incipiunt esse. Quis dignè ac meretur, admirari potest Creatoris & concordiam ac concentum creaturarum? quàm in pace & sine pugna omnia, exceptâ injustitiâ hominum.

Sæc. IV. Anno 360.

ἀλήθειαν τὸν δημιουργὸν ἐπιγραφόμενα; τίς γὰρ ἱστόρησε πώποτε, ὡς ἐν οὐρανῷ μὲν ἀστὴρ ἀστέρι ἐπανέστη, ἐπὶ γῆς δὲ ζῶα ἑτέρῳ γένει διεμαχέσατο, ὡς ἐξαλεῖψαι τοῦτο; ἢ τοὐναντίον ἐξαλειφθῆναι; ἀλλὰ καὶ ὅσα ἄλλα ἄλλῳ ἐπέρχεται, καὶ ταῦτα σοφίᾳ τοῦ δημιουργοῦ νενομοθέτηται, τὸ πλεονάζον αὐτῶν παραναλίσκεσθαι, ὧν καὶ τὸ εἶναι τὸ δαπανᾶσθαι ὑπὲρ ἀνθρώπων ἑκάτερα.

Εἰ δέ τις ἔλθοι τῷ λόγῳ καὶ πρὸς αὐτὰς τῶν σωμάτων τὰς ἀρχὰς, καὶ τέσσαρα μὲν στοιχεῖα καθίδοι, τῇ δ' ἐναντιότητι πρὸς συμφωνίαν κεραννύμενα, πλέον ἂν ἐκπλαγείη τῶν ὄντων τὴν συμφωνίαν, ὡς ἀφ' ἑνός γε ἐχόντων, καὶ μόνου τὸ εἶναι· τούτοις γὰρ ἡ ἐναντιότης φιλίας ἀφορμή· καὶ τὸ μαχόμενον τῆς φύσεως αὐτοῖς, εἰρήνης τῆς ἀνωτάτω παραίτιον· ἃ δὴ τέσσαρα μὲν ἐστὶν ἀριθμῷ, ἓν δὲ συνερχόμενον· μᾶλλον δὲ καὶ ἀλλήλων ἐπιδεόμενα πρὸς τὸ εἶναι αὐτήγε τῇ ἐναντιότητι ἀλλήλοις ἐπικουροῦντα, καὶ ἐν ἀλλήλοις κρυπτόμενα, καὶ δι' ἀλλήλων φαινόμενα· μικρὸν μὲν οὖν εἰπεῖν, ὡς οὐκ ψυχρίζεται τὸ θερμὸν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ, οὐδὲ ἐσβέσθη ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ οὐδὲ κατεφλέχθη μὲν τὸ ξηρὸν ὑπὸ τοῦ πυρὸς, κατελύθη δὲ ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ· σύστασις γὰρ ἀλλήλων ταῦτα θαυμασίως ἐνδιαιτοῦνται· καὶ δόξαι ἂν πῦρ μόνον ὂν, οὐ μέντοι δίχα ὑγροῦ καὶ ξηροῦ, ὥς γε τρεφόμενον διαλάμπει, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ἀλλήλοις ἔνεστιν ἀφῇ μόνον ἐμφαίνοντα τὴν ἐναντιότητα, οὕτω μέντοι φιλάλληλα, ὡς οὐδεμίαν διαφωνίαν ἔχειν δοκοῦντα· ταῦτα δὲ τὴν ἄρρητον σοφίαν κηρύττει καὶ σιωπῶντα τοῦ ἑνὸς ἀγενήτου, ὑφ' οὗ δὴ καὶ γενόμενα συνεκράθη· οὐ γὰρ δὴ σῶμα γένοιτ' ἂν ἐξ ἑνός τινος καὶ ἁπλοῦ στοιχείου· κράσει γὰρ συσταίη ἂν σῶμα· ποία δὲ κρᾶσις ξηροῦ καὶ μόνου; ποία ὑγροῦ, εἰ καθ' ἑαυτὸ τυγχάνει.

Οὐκοῦν ἀναγκαία ἡ ποικιλία πρὸς τὴν ἑνὸς σώματος κρᾶσιν· ἀναγκαία δὲ ἡ τούτων ἐναντιότης ἐπειγομένη πρὸς ἑνότητα, εἰς θαῦμα τοῦ δημιουργήσαντος· ἅτινα οὐ πρῶτον καθ' ἑαυτὰ συνέστη, καὶ οὕτως συνῆλθεν, ἀλλὰ τὴν γένεσιν σὺν ἀλλήλοις λαβόντα, καὶ ἅμα γενόμενα ταῖς αἰσθήσεσι διεκρίθη· σώματος γὰρ ὑποστάντος, καὶ λόγος καὶ νοῦς διέκρινεν αἰσθήσει τὰ συνημμένα, ὥστε τούτων ὕστερον ἡ ἐναντιότης ἐφωράθη, τῇ αἰσθήσει τοῦ γενομένου σώματος, ὅπερ ἐξ αὐτῶν πρὸς τὸ εἶναι λαβόντων· τίς ἂν πρὸς ἀξίαν θαυμάσειε, τήν τε δύναμιν τοῦ δημιουργοῦ, καὶ τὴν συμφωνίαν τῶν γινομένων, ὡς ἄμαχα καὶ εἰρηναῖα τὰ πάντα, πλήνγε ἀνθρώπων ἀδικίας.

Ἐςίκει

Sæc. IV. Anno 360.

Ἑστήκει οὖν ἡ δημιουργία σύμπασα, κινουμένη μὲν τὴν ἰδίαν καὶ εὔτακτον κίνησιν, ἀκίνητον δὲ διατηροῦσα τὸν ἐφ᾽ ἑαυτῇ τοῦ πεποιηκότος νόμον· καὶ τίς ἂν θέλοιτο, εἰ τὰς αἰσθήσεις ὑγιαίνοι τῆς ψυχῆς, τούτων οὕτως ἐχόντων, καὶ ἔτι ἀναριθμήτων ἄλλων, ἃ πάντα νοῦν ὑπερβαίνει, ἄλλην μὲν ἀρχὴν τῷ λόγῳ πλάσαι, ἀντεγεῖραι δὲ ταύτην ἀπεναντίας τοῦ μόνου ἀγεννήτου Θεοῦ; σύμφωνον μὲν γὰρ καὶ ἀπαράλλακτον ἀρχὴν ὀνειροπολῆσαι, περιττὸν, τῆς μιᾶς ἀρκούσης, ἐναντίαν δὲ ὑποπτεῦσαι, πάντη μανικὸν, τῶν ὅλων συμφωνούντων, καὶ ποικιλίᾳ μὲν κεκοσμημένων, σοφίᾳ δὲ τοῦ ποιήσαντος, τὸ χρηστὸν, καὶ τι γαληνὸν μετ᾽ ἐμβριθείας ἐμφαινόντων, ὡς ἅπασα μὲν χρηστότης ἄκρατος λίαν, ἐπιβλαβής τι καὶ ἄλογος· ἐμβρίθεια δὲ καὶ αὐστηρότης καθ᾽ ἑαυτὴν, χρηστότητος ἀμοιροῦσα, πρὸς ἀγριότητα καὶ ἀπανθρωπίαν ὁρᾷ· ἑκάτερα δὲ παιδεύει τε καὶ ἡδύνει, τέρπει τε καὶ ἐκφοβεῖ· ἐπαγγέλλεται χρηστότητα, καὶ ἀπειλεῖ φοβερά· προτείνει δώρων ἐλπίδα, καὶ παραδείκνυσι τιμωριῶν κίνδυνον· ὡς ἂν ὁ λογισμὸς τῶν ἐπὶ γῆς πολιτευομένων, μήτε χαυνότητι τῶν ἡδέων καταβαπτισθῇ πρὸς ἄμετρον ῥᾳστώνην, μήτε ἀδιαλείπτῳ δέει τῶν φόβων διεκπλαγεὶς πληρωθῇ· ἀλλ᾽ ἑκατέρωθεν μετρίως παιδαγωγηθῇ πρὸς εὐλάβειαν τε καὶ ἀρετήν.

Permanet igitur ac perseverat omnis fabrica in suo & ordinato motu, conservans in se immutabilem legem auctoris. Ecquis velit, si sensus animæ sanos habeat, cùm hæc ita sint, & infinita alia, quæ omnem mentem superant, aliud principium cogitatione fingere, & hoc soli Deo ingenito opponere? concors enim & consentiens principium somniare supervacuum est, cùm unum sufficiat; contrarium verò suspicari, furiosi prorsus est, cùm universa inter se consentiant, varietate quidem ornata, in quibus sapientiâ veri auctoris factum est, ut sanitas & tranquillitas cum austeritate appareat, quia omnis suavitas nimis mera, nocens est & ratione aliena. Severitas verò & austeritas sola, suavitatis expers, ad feritatem & inhumanitatem spectat. Utrumque autem corrigit & delectat, exhilarat & deterret. Promittit suavitatem, & minatur terrorem. Protendit spem donorum, & subostendit periculum suppliciorum, ne ratio eorum, qui in terris versantur, molliciâ & laxitate propriarum rerum in ignaviam demergatur; neque perpetuo metu percussa cæca fiat. Sed potius ex utraque parte & ad timorem Dei, & ad virtutem instituatur.

PRÆFATIO
IN
LIBRUM TERTIUM
TITI BOSTRENSIS
CONTRA
MANICHÆOS.

ΤΑ μὲν οὖν ἔμπροσθεν ἔκ τε τῶν πραγμάτων αὐτῶν, καὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν εἰρημένα, πάντων ἂν ἴσως καὶ τῶν ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας τὸν νοῦν ἀσφαλίσαιτο, μηδαμῶς προσίεσθαι τὴν Μάνεντος τὴν κατὰ τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων βλασφημίαν· ἐπειδὴ δὲ θήραν ἑτέραν κατὰ τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας μεμελέτηκε δεινήν τε καὶ χαλεπὴν, ῥήσεις τινὰς τῶν ἁγίων γραφῶν ἐκβιαζόμενος πρὸς τὴν αὐτοῦ ψευδολογίαν· ὥρα δὴ καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν ἐλέγχους κατ᾽ αὐτοῦ κινῆσαι, πρὸς ἀσφάλειαν τῶν πιστευόντων, ταῖς ἀλλοκότοις καὶ λίαν ἀπιθάνοις ἑρμηνείαις ἔστιν ὅτε πρὸς τῆς ἐκείνου πλανωμένων· ποικίλως γὰρ μεθοδεύων, ἣν ἐπενόησε, συνεργείᾳ τοῦ διαβόλου πλάνην, ἰσχύειν ἐπιχειρεῖ, παρ᾽ ἕλλησι μὲν



UÆ superioribus Libris tum ex rebus ipsis, tum ex communibus notionibus dicta sunt, fortassis omnium, qui extra Ecclesiam sunt, mentem munire possunt, ut blasphemiam Manichæi in auctorem Universi non admittant. Quia verò aliam venationem contra eos, qui intra Ecclesiam sunt, gravem quidem illam & periculosam meditatus est, quædam in Scripturis Sanctis dicta ad suam falsam doctrinam per vim detorquens, tempus est, ut ex Divinis Scripturis confutationes contra eum agitemus, ad muniendum eos, qui ipsis Scripturis Sanctis credunt, qui absurdis & improbabilibus earum interpretationibus interdum ab illo decipiuntur; vario enim fallendi artificio errorem, quem adjutore Diabolo excogitavit, firmare nititur;

SÆC. IV. ANNO 360.

titur; apud Gentiles quidem non refellens illorum dogmata, quæ verò minora mala sunt, in majorem molem impietatis extollens, perversiorem Hellenismum introducit.

Quibus ferè ad omnia consimili opinione malarum & falsarum doctrinarum circumvectus, accessionem fictionum suarum immittit: apud Christianos verò scilicet quæ Christianorum sunt, aggressus, & probabilitate nominis Christi, & verborum Scripturæ, & modestiæ specie, lupum quidem qui est ipse, intus tegit, pellem verò ovis extrinsecus indutus, efficitur falsa stella gregi; atque ita imprudentioribus & minus cordatis nocet, cui propositum est, impietatem maximè omnium novam tum à se, tum ab aliis colligere. Ut autem nullus Christianus novitatem eorum malorum, quæ collegisset, expendere saltem, & considerare aggrederetur, Paracletum se appellavit, usu nominis, quod non solùm supra hominem, sed supra Angelum est, fallaciam suam tegens ac dissimulans, ut auctoritate appellationis probabili, homines alioqui stulti, nullo adhibito judicio, quæ dicit, amplecterentur. Aliquando etiam tanquam Apostolus Jesu Christi, barbaris genere, idem genere & mente barbarus impietatem per Epistolas tradit. Sed de his posteà.

Ex Scripturis, quæ sunt Veteris Testamenti, illas ascribit Nequitiæ, quam vocat, Legem scilicet, & Prophetas; Euangelia verò & reliqua Novi Testamenti à Bono data esse dicit, ut putat. Sed nec hæc quidem iste inventor blasphemiæ affirmat esse ex toto à contrario Dei vacua & pura, sed esse in his multa à Materia, quam vocat, admista, oportereque his ablatis sola relinquere, quæ ad partem boni reputat pertinere.

Sic correctionem Sanctarum Scripturarum, ut opinatur, solus aggrediens, & hac potissimum ratione ausus videri Paraclitus, plurima quidem tollit, pauca verò Novi Testamenti relinquit, quæ concentum, ac concordiam cum cognatis sermonibus desiderant.

Putat quidem omnem blasphemiam eis imposuisse, ut qui illa solum reliquerit, quæ ad illa monstra, quæ fingit, trahi possint, nihilo verò minus etiam hæc ipsius amentiam, & furorem summum coarguunt, ut juvante Deo apertè disputatio, cùm in eis versabitur, docebit.

Ostendendum igitur primò est quàm dementer in Sanctas Scripturas veteres blasphemus est, consentiens hactenus cum se antiquioribus, viris pravis & ab Ecclesia ejectis; impietate verò om-

οὐ τὰ ἐκείνων ἀνατρέπων, τὰ δὲ ἐλάττω κακὰ πρὸς μείζονα ἀσεβείας ὄγκον ἐξαίρων, κακοηθέστερον ἑλληνισμὸν ἐφηγεῖται.

Οἷς σχεδὸν πρὸς ἅπασαν συμπεριαγόμενος φάσιν, ὁμοδοξίᾳ κακῶν σφαλερῶν μαθημάτων τὴν προσθήκην τῶν ἑαυτοῦ πλασμάτων παρεμβάλλει· παρὰ δὲ Χριστιανοῖς τὰ Χριστιανῶν δῆθεν μετιὼν, καὶ πιθανότητι ὀνόματός τε Χριστοῦ καὶ ῥημάτων τῆς γραφῆς ἐπιεικείας ἐμφάσει, τὸν μὲν λύκον, ὅπερ αὐτός ἐστιν ἔνδοθεν σκέπων, τὸ δὲ κώδιον ἔξωθεν περιτεθειμένος, ἀπάτη ἀστέρος τῷ ποιμνίῳ γίγνεται, καὶ οὕτω δὴ τοὺς ἧττον ἔμφρονας καταλάμπει, καὶ δὴ προθέμενος καινοτάτην ἀσέβειαν ἐρανίσασθαι παρ' ἑαυτοῦ τε καὶ παρ' ἄλλων. ὡς ἂν μηδεὶς τῶν Χριστιανῶν ἐπεγνωκότων· ἐξετάζειν γοῦν ἐπιχειροίη τὴν καινότητα τῶν ἠρανισμένων ὑπ' αὐτοῦ κακῶν, παράκλητον προσεῖπεν ἑαυτὸν, ὀνόματος οὐχ ὑπὲρ ἄνθρωπον μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἄγγελον, χρήσει τὸ ἀπατηλὸν σκέπων· ἵνα τῷ ἀξιοπίστῳ τῆς προσηγορίας, ἀδιακρίτως οἱ καὶ ἄλλως ἀνόητοι δέχωνται τὰ λεγόμενα· ἔστι δ' ὅτε καὶ ὡς ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, βαρβάροις τὸ γένος, ὁ βάρβαρος καὶ γένος, καὶ γνώμην τὴν ἀσέβειαν ἐπιστέλλει· καὶ περὶ μὲν τούτων ὕστερον.

Τῶν δὲ γραφῶν τὰς μὲν παλαιτέρας ἀνατίθησι τῇ πρὸς αὐτοῦ λεγομένῃ κακίᾳ, νόμον τε καὶ προφήτας· τὰ δὲ εὐαγγέλια, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς καινῆς διαθήκης μαθήματα, παρὰ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ, ὡς οἴεται δεδόσθαι φησίν· οὐδὲ ταῦτα μὴν ὁ τῆς βλασφημίας εὑρετὴς διισχυρίζεται δι' ὅλου καθαρεύειν, τοῦ, ὡς φησιν ἐναντίου Θεοῦ· ἐνυπάρχειν δὲ καὶ τούτοις, ὥσπερ κατά τινα μίξιν, πολλὰ τῆς ὑπ' αὐτοῦ καλουμένης ὕλης· καὶ χρῆναι ταῦτα περιελόντα μόνα καθ' ἑαυτὰ καταλιπεῖν, ἃ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ (a) μερίδι λογίζεται.

Οὕτω τῶν ἁγίων γραφῶν τὴν διόρθωσιν, ὡς οἴεται καθ' ἑαυτὸν μεταχειριζόμενος, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα τολμῶν παράκλητος εἶναι δοκεῖν, τὰ μὲν πλειόνα περιγράφει· βραχέα δὲ καταλιπὼν, καὶ τῆς καινῆς διαθήκης ποθοῦντα τῶν συγγενῶν λόγων τὴν συμφωνίαν.

Οἴεται μὲν πᾶσαν ἀσφάλειαν (b) περιτεθεῖσθαι, ὡς μόνα δὴ τὰ δυνάμενα προσέλκεσθαι, πρὸς ἃ τερατεύεται καταλελοιπὼς, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ταῦτα σαφῶς αὐτοῦ διελέγχει τὴν ἄμετρον μανίαν, ὡς, ἐπειδ' ἂν περὶ αὐτὰ γένηται, Θεοῦ παρέχοντος, δείξει σαφῶς ὁ λόγος.

Δεικτέον δὲ πρῶτον, ὅπως ἄλογον ποιεῖται τὴν κατὰ τῶν ἀρχαιοτέρων ἁγίων γραφῶν βλασφημίαν, παλαιτέροις μὲν αὐτοῦ πονηροῖς ἀνδράσι καὶ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀπο-

(a) Hæc fuit sententia Manichæorum: repudiabant scilicet Legem, Propheras & Deum qui Judæis imperaverat, utpote qui bella foveret & sæpius agitaret. Evangelia verò dicebant ante Manetem natum corrupta & vitiata fuisse; ideòque ipsum è cœlis missum, ut depravata emendaret, & omnia, etiam prius ignota Christianos doceret: ideò Paracleti à Christo promissi nomen usurpabat. BASN.

(b) Malè Turrianus; nullus enim est sensus, si reddas, *blasphemiam*. Sed interpretandum, *securitatem*, vel potius, *cautionem*; id enim significat ἀσφαλεία, & postulat argumentum Titi. ID.

Sæc. IV. Anno 360.

ἀποκηρυχθεῖσι· κατὰ τοῦτο συνενεχθεὶς, τῇ δ' ἀσεβείᾳ πάντας ἐκείνους ὑπερβαλλόμενος· εἰ μὲν οὖν καθάπερ Ἕλληνες ἀπιστοῦσι παντελῶς ταῖς ἱστορίαις τῶν γραφῶν, οὕτω δὴ κἀκεῖνος ἀπιστῶν ἔφασκε, μηδαμῶς, ἢ ὡς ἔτυχε τὰ αὐτόθι ἱστορούμενα γεγονέναι, οὔτ' ἂν ἡμεῖς τι πρὸς αὐτὸν περὶ τούτων ἐκινοῦμεν, οὔτ' ἂν αὐτὸς μείζω τὸν ἔλεγχον διὰ τούτων ὑπέμεινεν.

Ἐπεὶ δὲ τὴν μὲν ἀλήθειαν αὐτοῖς τοῦ ὄντος γεγονέναι προσομολογεῖ, αἰτίαν δὲ τούτων εἶναι τὴν μὴ οὖσαν κακίαν φησὶν, φέρε καὶ νῦν ἀποδείξωμεν, ὅπως τὰς μεγάλας ἐνεργείας ἀνατίθησι, καὶ τὰ μείζω θαύματα τῇ διαβαλλομένῃ πρὸς αὐτοῦ κακίᾳ, μὴ νοῶν, ἅτε δὴ τὸν λογισμὸν τυφλώττων, τὰς παραδόξους ἐν ταῖς ἱστορίαις τοῦ Θεοῦ, τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων οἰκονομίας.

Φησὶ δὲ πρὸς λέξιν αὐτὴν ἐκεῖνος, ἢ ἕτερός τις τῶν ἀπ' ἐκείνου, ἐπιγράψας τὸ κεφάλαιον περὶ τῆς ἀνθρωπίνης πρωτοπλασίας· ἐπειδὴ γὰρ ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες, ὡς ἐκ τοῦ παραιρεῖσθαι τὸ ἀπαξαπλῶς ἐμπίπτον εἰς αὐτοὺς μέρος τοῦ φωτὸς, ταχὺς ἐπ' αὐτοὺς ὁ θάνατος ἥξει, τὴν εἰς τὰ σώματα τῆς ψυχῆς κάθοδον ἐμηχανήσατο, ἀναδραμεῖν μὲν αὐτὴν μηδόλως ζητοῦντες, ἀνελθοῦσαν δὲ μηδὲ τῆς ἄνωθεν λήξεως ἀξίαν εὑρίσκεσθαι, μιάσματι τῆς σαρκὸς ἀνεχομένην.

Καὶ μετ' ὀλίγα· διὸ ἕκαστος αὐτῶν φησὶ τῶν τῆς ὕλης ἀρχόντων, ὃν τρόπον προείπομεν, τῆς γενομένης κινήσεως ἕνεκεν, καὶ τοῦ φανέντος πρῶτον, ἐπὶ τὴν λύτρωσιν τῆς ψυχῆς, τῆς θύρας πρῶτον ἀνοιγείσης, ὑπ' ἐκπλήξεως ἄκων καταπέμψας τὴν ἐν αὐτῷ δύναμιν, ἐμόρφωσεν ἑαυτὸν εἰς θήραμα τῆς ψυχῆς, καὶ μίμημα αὐτοῦ ἔπλασεν ἐπὶ τῆς γῆς, οὗ δυσαποσπάστως ἔχειν ἠνάγκασεν τὰς ψυχὰς κατακηλουμένας· καὶ πλάσμα αὐτῶν ἐστὶ πρῶτον ὁ Ἀδὰμ, ὄργανον ἐπιθυμίας καὶ δέλεαρ τῶν ἄνωθεν ψυχῶν, καὶ μηχάνημα τοῦ αὐτὰς εἰς σώματα ἐμπίπτειν.

Σκοπητέον μὲν δὴ πρῶτον, ὅσην σοφίαν προσμαρτυρεῖ τοῖς ἄρχουσιν ὡς αἰτίαι τῆς ὕλης, ἣν ἐπ' ἀγνοίᾳ πάντη κακίζει· ὡς ἵνα μὴ ἀφαιρεθῶσι τοῦ προσμιγέντος αὐτοῖς φωτὸς μεμηχανημένοις διὰ σαρκὸς τὴν εἰς αὐτοὺς κάθοδον τῆς ψυχῆς, ἀναδραμεῖν μὲν αὖθις αὐτὴν οὐκ ἐῶντες· εἰ δὲ καὶ ἀναδράμοι, ἀναξίαν ἀποφαίνεσθαι τῆς ἄνω μεμιασμένην σαρκί· ὡς ἀδύνατον εἶναι πάντη τῷ ἀγαθῷ τὴν παρ' ἑαυτοῦ ψυχὴν ὁλόκληρον διασώσασθαι, ταῖς μηχαναῖς τῶν ἀρχόντων τῆς ὕλης ἡττώμενον· καὶ περὶ μὲν τούτων ἔτι καὶ λέγειν, πῶς μὴ γέλως ᾖ.

Ἐπειδὴ φησὶν ὅτι πλάσμα πρῶτον ἐστὶ τῶν ἀρχόντων τῆς ὕλης ὁ Ἀδὰμ, ὄργανον ἐπιθυμίας, καὶ δέλεαρ τῶν ἄνωθεν ψυχῶν, τέως μεμαθήκαμεν, ὅτι σα-

nes illos superans. Si igitur sicut Gentiles Historiis Scripturarum penitus non credunt, sic etiam ille non credens Scripturis, nequaquam, aut fortuitò facta esse, quæ in eis narrantur, diceret, neque nos quicquam contra eum de his disputaremus; nec ipse majorem confutationem per hæc subiret.

Sæc. IV. Anno 360.

Sed quia veritatem Dei in eis fuisse attestatur, causam verò horum esse ait nequitiam, quæ nihil est; Age, doceamus nunc, quomodo magna opera, ac magis admiranda nequitiæ, quam ipse accusat, attribuit, quippe qui cæcâ ratione non intelligit admirabiles Dei Creatoris universorum gubernationes, ac providentias, quæ in Historiis feruntur.

Ait igitur ad verbum sive ille, sive alius quispiam ejus discipulus, qui caput inscripsit de prima formatione humana. Quia cognoverunt magistratus materiæ, quòd si omnino pars luminis, quod in eos incidit, omnino auferretur, mors eis adventura esset, machinati sunt descensum animæ in corpora, quæ quidem ne ullo modo rediret, unde descendisset, ipsi curarent; reversa verò, ut non reperiretur digna habitatione superâ, utpote fœditate carnis inquinata, & polluta.

Et paulò pòst: Quamobrem unusquisque eorum, qui sunt magistratus materiæ, sicut diximus prius, propter motum factum, & propter eum, qui primùm apparuit ad redemptionem animæ, janua primùm aperta, præ terrore invitus dimissa virtute, quæ in eo erat, formavit se ipsum ad venandam animam, & imitationem sui finxit in terra, coëgitque animas delinitas, ut difficile ab ea imitatione abstraherentur. Ac primum quidem Adam ab eis formatus, ac fictus est instrumentum cupiditatis, & esca animarum è cœlo descendentium, & Machina ad trudendum eas in corpora.

Primùm autem considerandum est, quantam sapientiam opinione suâ asscribit, & attestatur magistratibus materiæ, quam omnino de ignorantia condemnat & vituperat, tanquam machinatis per carnem descensum animæ ad eos, ne privarentur lumine eis admisto, qui rursus redire animam non sinerent. Sin verò rediret, indigna superna habitatione tanquam sordibus carnis polluta declararetur, quasi non posset Deus animam à se creatam integrè servare victus Machinis magistratuum materiæ. Ac de his quidem adhuc dicere an non est ridiculum?

Quia verò ait, primum, quod Magistratus materiæ formaverunt, esse Adam instrumentum cupiditatis, & escam supernarum animarum; didicimus hinc clarè eum dicere, esse hominem

Sæc. IV. Anno 360.

minem formatum à materia (a), *quæ minimè est, qui materiæ, & nequitiæ ubique plus tribuit simulatione accusationis. Nunc autem ipsam dicit hominem fecisse, animal omnium animalium, quæ in mundo corporeo sunt, præstantissimum, ac maximè regium, utpote ratione præditum, & admirabile tùm ratione naturæ, tum institutis, atque exercitationibus. Quæstionem autem ponit de universo mundo, quare factus est?*

De homine autem, dum nititur demonstrare, non esse à Deo formatum, movet alias quæstiones dementes. Quomodo, *inquit*, dedit Deus Adæ mandatum? alterum enim ex duobus necesse est, aut cognoscebat, quod transgressurus esset, & sic non solum frustra & inaniter dedit, sed ipse est in culpa, & reus peccati illius; aut si dicatur ignorasse, necesse est dicere, Deum ignorantiâ præditum esse, ut jam mandatum quidem à nequitia, ut opinatur, datum fuerit ad insidiandum homini, & non ad alium usum. *Adjutum verò magnoperè fuisse, & liberatum hominem, cùm credidit consilio Serpentis, quem Angelum Dei esse decernit. Cæcus enim, inquit, erat.* Cùm autem gustasset vetitum, cognovit se esse nudum, & tegumento invento usus est; cognovitque bonum, & malum. *Sic magnam cepit utilitatem.*

Quomodo, *inquit*, Deum decet, ut dicat, Ecce Adàm factus est tanquàm unus ex nobis, sciens bonum & malum. Nunc autem ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum? Si enim poterat recuperare immortalitatem, invidus fuit, qui ex paradiso virum ejecit, & à participatione ligni vitæ exclusit, quo participato semper immortalitatem habere poterat.

φῶς πεπλάσθαι πρὸς τῆς μὴ οὔσης ὕλης τὸν ἄνθρωπον λέγει, ὁ πανταχοῦ τῇ ὕλῃ καὶ τῇ κακίᾳ τὸ πλέον νέμων προσποιήσει διαβολῆς· καὶ νῦν δὴ ἄνθρωπον αὐτὴν πεποιηκέναι λέγει, τὸ βασιλικώτατον καὶ ἀρχικώτατον πάντων δὴ τῶν ἐν τῷ σωματικῷ κόσμῳ ζώων, ἅτε δὴ μόνον λογικὸν ὑπάρχον, καὶ θαυμάσιον τῷ τε λογισμῷ τῆς φύσεως καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν· ἐπαπορεῖ μὲν δὴ καὶ περὶ τοῦ παντὸς κόσμου, τοῦ χάριν ἐγένετο.

Περὶ δὲ ἀνθρώπου δεικνύειν ἐπιχειρῶν, ὡς οὐκ ἔστι πλάσμα Θεοῦ· κινεῖ μὲν ἀνοήτως καὶ ἕτερα· πῶς δὲ καὶ ἐντολὴν ἐδίδου φησὶν, ὁ Θεὸς τῷ Ἀδάμ; δυοῖν καὶ θάτερον, ἢ ἐγίνωσκεν ὡς παραβήσεται, καὶ οὐ μάτην μόνον ἐδίδου, ἀλλὰ καὶ αἴτιος αὐτός, ἢ ἀγνοοῦντα λέγειν, ἀνάγκη τὸν Θεὸν ἀγνοίᾳ περιβεβλῆσθαι· ὡς τὴν ἐντολὴν δεδόσθαι μὲν, εἰς ἐπιβουλὴν δὲ τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τῆς κακίας ὡς οἴεται, καὶ οὐδενὸς ἑτέρου· ὠφελῆσθαι δὲ τὰ μέγιστα καὶ ἐλευθερῶσθαι τὸν ἄνθρωπον πεισθέντα συμβουλῇ τοῦ ὄφεως, ὃν ἄγγελον εἶναι τοῦ ἀγαθοῦ διορίζεται· τυφλὸς μὲν γὰρ ἦν φησὶ· γευσάμενος δὲ τοῦ ἀπηγορευμένου, εἶδεν ἑαυτὸν, ὅτι γυμνὸς ἦν· καὶ σκέπῃ τῇ εὑρεθείσῃ κατεχρήσατο· καὶ ἔγνω τ' ἀγαθόν τε καὶ τὸ κακόν· οὕτως μάλιστα ὠφέληται, (b) παραβεβηκὼς τὸ πρόσταγμα τοῦ ἐπιβούλως πλάσαντος.

Πῶς δὲ, φησὶ, πρέποι Θεῷ λέγειν· ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, καὶ νῦν μήποτε ἐκτείνας τὴν χεῖρα λάβῃ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· εἰ γὰρ ἐνῆν ἀθανασίαν ἀπολαβεῖν, φθονερὸς δὲ ὁ ἐξελαύνων τοῦ παραδείσου τὸν ἄνδρα· καὶ ἀποκλείων αὐτῷ τὴν μετουσίαν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, οὗ μετέχων ἐς ἀεὶ τὴν ἀθανασίαν ἔχειν οἷός τε ἦν (c).

Sæc. IV. Anno 360.

(*a*) Intelligit Titus Manichæos, dum materiæ detrahere videntur, ipsamque malorum omnium causam prædicant nimias ipsi vires & potentiam tribuere. Basn.

(*b*) Desinit hìc *Præfatio*; sed plurima desiderantur tam in Græcis quàm in Latinis. Quippe argumentum suum conficiebat Manes adversus Deum Veteris Testamenti ex variis Patrum actionibus, quæ rationi aut pietati minus consentaneæ illi videbantur. Criminabatur Deum, quòd Abelem innocentissimum cruentâ morte perire sivisset. Diluvium, quo genus humanum fuerat absorptum, negabat unquam evenisse, cæteraque similia prosequebatur. Id probatur ex paucissimis verbis, quæ in Græco Codice supersunt, & in Latinis non leguntur. Sic verò se habent: Ὀνειδίζει δὲ καὶ τὸν φόνον τοῦ Ἄβελ καὶ ἐπιὼν τὸν κατακλυσμὸν προβάλλεται ὡς οὐκ ἂν ἐπισυχθέντα: *Cædem Abelis exprobrabat, dein instabat, & diluvium protrudebat quasi numquam evenisset.* Id.

(*c*) Omisit Interpres hæc verba, quæ Titi argumentum conficiunt: *Cùm transgrederetur mandatum Dei, qui ipsum tantâ cum sapientia creaverat.* Ridet scilicet Titus Manichæos, qui utilitatem ex peccato fluxisse autumabant. Id.

TITI, EPISCOPI BOSTRENSIS, CONTRA MANICHÆOS

LIBER TERTIUS.

Sæc. IV. Anno 360.

Ἐξεργασώμεθα δὲ καὶ τὸν περὶ τοῦ νόμον μετρίως, εἰς τὸν περὶ τῆς ἀρχῆς κεκινημένοι λόγον· ἀποδέχεσθαι γὰρ νενομίκασι τὸ εὐαγγέλιον, μέμφεσθαι δὲ ἐσπουδάκασι τῷ νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις· καὶ πᾶσαν μὲν διαβεβλήκασι τὴν παλαιάν, τιμήσειν δὲ ὑπονενοήκασι τὰ εὐαγγέλια· σχηματιζόμενοι μᾶλλον τὴν τῶν εὐαγγελίων τιμήν· ἵνα τὸν σχηματισμὸν δέλεαρ τῶν ἀπατωμένων λάβωσιν· οὐ δὲ γὰρ ἐπειδὴ συντέθεινται τοῖς εὐαγγελίοις, τιμᾶν ὁμολογοῦσι τὰ εὐαγγέλια· ἀλλ' ἐπειδὴ τετίμηται τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ, προσποιοῦνται· ἔδει γὰρ αὐτοὺς, εἴγε τὰ εὐαγγέλια ἐτίμων, μὴ περιτέμνειν τὰ εὐαγγέλια, μὴ μέρη τῶν εὐαγγελίων ἐξυφελεῖν, μὴ ἕτερα προσθῆναι, μήτε λόγῳ, μήτε ἰδίᾳ γνώμῃ τὰ εὐαγγέλια προσγεγράφειν· οὐδὲ γλῶσσα ἔχει τὰ εὐαγγέλια ταῦτα, καὶ ἀναγνώσει παραπέμπουσι· προσγεγραφήκασι γοῦν ὅσα βεβούληνται, καὶ ἐξυφείλαντο ὅσα κεκρίκασι· καὶ λοιπὸν ὀνόματι, καὶ ἐν τούτῳ ψεύδονται· καλοῦσι τὸ εὐαγγέλιον, τὸ σῶμα τοῦ εὐαγγελίου, μή τε τετηρηκότες σῶμα· ἀλλ' ἕτερον σῶμα γραμμάτων, μέχρι τοῦ ὀνόματος τοῦ εὐαγγελίου φθάνον, πεποιηκότες ταῖς ἰδίαις βουλήσεσι· μεῖζον γὰρ τῶν ἄλλων ἠτιμάκασι τὰ εὐαγγέλια· οἱ μὲν γὰρ οὐ δέχονται, καὶ μὴ δεχόμενοι οὐ διαφθείρουσιν, ἀλλὰ μόνον ἀποσείονται, οὐ μὲν καὶ ἐμβατεύουσι τοῖς γράμμασι, οἱ δὲ εἰληφέναι δοκοῦντες, ἐνεβάτευσαν, ἐνεχώρευσαν, ἐνεκαπήλευσαν τοῖς γράμμασι· καὶ γοήτων ἔργα καὶ πονηρῶν δεδράκασιν· ἐκεῖνοι ἠπίστησαν, ψιλῇ τῇ ἀπιστίᾳ κέχρηνται· ἃ μὴ πιστεύουσι φιλολογῆσαι οὐκ ἠνέσχοντο· οὗτοι ἐν μέσῳ γενόμενοι, λύειν τὴν ἁρμονίαν ἐπικεχειρήκασι· καταλύειν τὸν ῥυθμὸν τετολμήκασι, τεχνασμένοις μαθήμασιν· ὑπόθεσιν ἀπάτης τὸ ὄνομα τοῦ

Sæc. IV. Anno 360.

Postquam (a) autem de principio breviter disseruimus, pertractemus quæstionem de Lege. Decreverunt enim amplecti Euangelium, Legem verò, & Prophetas reprehendere studuerunt; ac totum quidem Vetus Testamentum calumniati sunt, Euangelia verò honorare se suspicati sunt, honorem potius Euangeliorum simulantes; ut esset simulatio invitamentum eorum, quos deciperent. Nec enim quia assentiuntur Euangeliis, honorare se Euangelia confitentur: quin potius quia honorant nomen Jesu, fingunt honorem Euangeliorum: oportebat autem eos, si quidem Euangelia honorabant, non circumcidere Euangelia; non demere de Euangeliis; non alia apponere, neque verbis, & propriâ sententiâ Euangelia adscribere. Nec enim eorum lingua hæc Euangelia habet, & eorum lectionem prætermittunt. Adscripserunt itaque quæcunque voluerunt, & detraxerunt quæcunque judicaverunt (b); & posteà nomine appellant Euangelia qui corpus Euangelii non servaverunt, sed potius aliud corpus litterarum, quod usque ad nomen tantùm Euangelii pertingit, propriâ voluntate fecerunt. Plus enim quàm (c) Gentiles Euangelia inhonoraverunt; illi non recipiunt, & non recipiendo non corrumpunt, sed solùm rejiciunt; non tamen calcant litteras: hi verò cùm recepisse videbantur, calcaverunt, insultarunt, & adulteraverunt litteras; & quod præstigiatores & improbi faciunt, fecerunt. Illi non crediderunt solùm, & quibus non crediderunt, de eis à se differi non patiuntur: hi verò in medium prodeuntes conati sunt concentum solvere; modulationem doctrinis artificio fabricatis tollere ausi sunt, præparato nomine Euangelii, ut esset

Manichæi Vetus Testamentum calumniantur.

Euangelia circumcidunt.

(a) *Hæc & quæ sequuntur, legebantur in Græco Codice in Libro primo, cujus partem maximam faciebant, deesseque videbatur Liber tertius. Illum in pristinum ordinem reposuimus; fuit enim Titi Bostrensis mens & consilium, ut in tertio Libro vindicaret tum Legem, tum Novum Testamentum.* Basn. (b) *Sic autem Græca se habent:* in eo decipiunt quòd appellant Euangelii corpus, quanquam non servaverint corpus Evangelii, sed aliquod aliud corpus litterarum. Id. (c) Plus enim quàm Gentiles.] *In Græco non indicantur speciatim Gentiles, sed* alii *omnes qui Euangelia rejiciebant; Judæi scilicet ut & Gentiles ipsa repudiabant.* Id.

Sæc. IV. Anno 360.

set fallaciæ causa: si enim Euangelium cognovissent, Legem non ignorassent: quòd si Legem ignoraverunt, quomodo Jesum receperunt? sine Lege enim Christus non recipitur; nam qui finem desiderat, principium investigat: contrà verò, qui est principii contemptor, vanus est, vanè loquitur, non potest in finem evadere.

Lex necessaria Christianis.

Si autem finis Legis est Christus, frustra laborant, qui Legem fugiunt, & cognitionem Jesu se habere profitentur. Nisi Lex loquatur, Dominus non agnoscitur; taciturnitas enim Legis, ignoratio est prædicati: rursus verò cognitio Legis, notitia est prænunciati. Si enim Moysem audirent, crederent in eum, qui venit. Sanè quidem neque suscitato creditur, nisi Lex fidem faciat audientibus. Etsi quidam dicat, *Mitte Lazarum, ut nunciet fratribus meis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormenti; & respondente Abraam, Habent Moysem & Prophetas, dicat, Nisi quis ex mortuis resurgat, non credent; audiet tamen iste, Si Moysem & Prophetas non audierunt, neque si quis à mortuis resurgat, audient.* O rem miram! neque si quis à mortuis excitatus (a) nuncium afferat, ei creditur sine Lege, & Prophetis, immò neque Dominus Jesus Apostolis apparere voluit transfiguratus, nisi adhibitis Lege, & Prophetis; & qui potuit testimonium à Patre ferre, non inhonoravit consortionem Sanctorum, quin potius cùm vellet certissimam fidem in conspectu Apostolorum facere, quod in montem eos adducebat, & transfigurabatur, ostendebat Moysem & Eliam, ut testimonio esset consociatio sanctitatis illorum: & ut is, qui Jesum recipit, socios ejus ne dedecoret; ne si ejus stipatores & ministros parvifaciat, regem ipsum inhonoret.

Legem perfecit Christus.

Denique tantam curam Legis & Prophetarum Salvator habuit, ut nihil ex Lege non perfecerit; omnia autem, quæ scripta erant, patraverit, clamaretque; *Non veni solvere Legem, sed adimplere:* ingrederetur autem in templum, & turpes inde administrationes domûs Dei ejecerit, ut reddens domum puram, re ipsâ plenissimè persuaderet se suorum, ac paternarum rerum procurationem suscipere. Clamat enim, *Domus Patris mei domus orationis vocabitur; vos autem fecistis eam speluncam latronum:* & quia sunt infinitæ Scripturæ, quibus illorum absurda opinio redargui potest, nos ne prolixè scribentes librum in longum producamus, permittemus aliis uti verborum analogiis, nos autem brevitate usi ad ea, quæ contra Scripturas dicunt, pergemus. Recipientes Euangelium non recipiunt Legem; quia non totum & integrum Euan-

ἐπαγγελίου παρεσκευακότες· εἰ γὰρ ᾔδεισαν τὸ εὐαγγέλιον, οὐκ ἠγνόουν τὸν νόμον· εἰ δὲ ἠγνόησαν τὸν νόμον πῶς τὸν Ἰησοῦν παρεδέξαντο; δίχα γὰρ νόμου Ἰησοῦς οὐ παραλαμβάνεται· ὁ γὰρ τὸ τέλος ποθῶν τὴν ἀρχὴν περιεργάζεται· ὁ δὲ τῆς ἀρχῆς γινόμενος ὑπερόπτης κενοπαθεῖ, κενολογεῖ, πρὸς τέλος ἄφιξιν οὐκ ἔχει.

Εἰ δὲ τέλος νόμου Χριστὸς ματαιοποιοῦσι· νόμου μὲν φυγάδες ὄντες, Ἰησοῦν δὲ εἰδέναι ἐπαγγελόμενοι· εἰ μὴ νόμος λαλήσει, ὁ κύριος οὐκ ἐπιγινώσκεται· ἡ γὰρ σιωπὴ τοῦ νόμου ἄγνοια τοῦ κηρυττομένου· ἡ δὲ τοῦ νόμου μάθησις, ἐπίγνωσις τοῦ προκαταγγελομένου· εἰ γὰρ Μωϋσέως ἤκουον, ἐπίστευον εἰς τὸν παρεληλυθότα· ἀμέλει οὐ πιστεύεται ὁ ἐγηγερμένος, εἰ μὴ πίστιν ὁ νόμος τοῖς ἀκούουσιν ἐμποιήσει· κἂν γάρ τις λέγῃ, πέμψον Λάζαρον, ἵνα ἀναγγείλῃ τοῖς ἀδελφοῖς μου, μὴ ἐλθεῖν εἰς τὸν τόπον τῆς βασάνου ταύτης· καὶ λέγοντος Ἀβραὰμ, ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας· εἴπῃ ἐὰν μή τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ, οὐ μὴ πιστεύσουσι, ἀκούσεται, εἰ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν οὐκ ἤκουσαν, οὐδὲ ἐάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ, ἀκούσονται· βαβαὶ, οὔτε γὰρ ἡ τοῦ ἐγηγερμένου παραγγελία τῇ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν . . . ὁ Ἰησοῦς δίχα τῆς συνουσίας αὐτῶν οὐ δὲ τοῖς ἀποστόλοις φαίνεσθαι ἠξίωσε· καὶ δυνάμενος ὑπὸ τοῦ πατρὸς μαρτυρεῖσθαι, οὐκ ἠτίμασε τὴν συνουσίαν τῶν ἁγίων· ἀλλὰ ταῖς ὄψεσι τῶν ἀποστόλων πίστιν ἀκριβεστάτην βουλόμενος παρασχέσθαι, ὡς ἀνῆγεν ἐν τῷ ὄρει καὶ μετεμορφοῦτο, ἐδείκνυε Μωϋσέα καὶ Ἠλίαν, ἵνα ἡ συνουσία τῆς ἁγιότητος γένηται μαρτυρία· καὶ ἵνα ὁ δεχόμενος τὸν Ἰησοῦν, τοὺς συνόντας μὴ ἀτιμάσῃ, ἵνα μὴ τοὺς δορυφόρους καὶ ὑπηρέτας εὐτελίζων αὐτὸν ἀτιμάζων ᾖ τὸν βασιλέα.

Τοσαύτην γοῦν ἐπιμέλειαν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν πεποίηται ὁ σωτὴρ, ὡς μηδὲν ἀτελὲς ποιῆσαι τοῦ νόμου· πάντα δὲ ἀνύειν τὰ γεγραμμένα, βοᾶν δὲ, οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι, εἰσιέναι δὲ ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τὰς ἀτόπους οἰκονομίας ἐξωθεῖν, ἵνα τὸν οἶκον καθαρὸν ἀποδοὺς, πίστιν ἀκριβεστάτην τῷ πράγματι παράσχῃ, ὡς οἰκείων καὶ πατρῴων ἐπιμελούμενος πραγμάτων· βοᾷ γὰρ, ὁ οἶκος τοῦ πατρός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται, ὑμεῖς δὲ αὐτὸν πεποιήκατε σπήλαιον λῃστῶν· καὶ ἐπειδὴ μυρία ἐστὶ λόγια δυνάμενα δυσωπεῖν τὴν ἄτοπον ἐκείνων δόξαν, ἡμεῖς ἵνα μὴ λόγοις πλείοσι χρώμενοι εἰς μῆκος ἐξαγάγωμεν τὸν λόγον, τοῖς μὲν ἄλλοις ἐπιτρέψωμεν τῇ ἀναλογίᾳ τῶν ῥημάτων χρῆσθαι· ἡμεῖς δὲ συμμέτρως χρησάμενοι, πρὸς αὐτὰς τὰς ἀντιθέσεις τῶν λογίων χωρήσωμεν· τὸ εὐαγγέλιον παραδεχόμενοι τὸν νόμον οὐ παρα-

(a) *Verba desunt aliquot in Græcis; sed sensum implevit Turrianus optimè.* Basn.

Sæc. IV. Anno 360.

παραδέχονται· οὐ γὰρ οὐ δὲ ὁλόκληρον τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον παραδέχονται· ἢ γὰρ ἂν καὶ τὸν νόμον ἐλάμβανον, εἰ ὁλόκληρον τὸ εὐαγγέλιον ἐδέχοντο· νῦν δὲ πρῶτον τὸ εὐαγγέλιον καπηλεύσαντες, εἰκότως τὸν νόμον οὐ παραδέχονται· ἐλέγχονται οὖν διὰ τὸ λεληστευκέναι τὸ εὐαγγέλιον, εἰ δὲ τὸ εὐαγγέλιον μαρτυρεῖ, καὶ οὐ τιμῶσι τὸν νόμον, ἠτιμάκασι τὴν μαρτυρίαν· οὐκέτι γὰρ ἡ ἀτιμία * τοῦ νόμου, ἀλλ' ἡ ἀπιστία τοῦ μαρτυροῦντος· καὶ εἰ μὲν ἓν τῶν εὐαγγελίων ἐμαρτύρει, ἕτερον δὲ ἐσιώπα, καὶ καθ' ἑνὸς μόνου ἐγίγνετο ἡ ἀτιμία, οὐκ ἂν ἐσιώπα τὰ ἄλλα εὐαγγέλια, κοινὴν ἀτιμίαν τὴν τοῦ ἑνὸς ἀτιμίαν ἡγούμενα.

* Aliàs, μαρτυρία.

Εἰ δὲ Μάρκος λέγει· ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καθὼς γέγραπται ἐν Ἠσαΐᾳ τῷ προφήτῃ, ὁ δὲ Ματθαῖος· Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβίδ, υἱοῦ Ἀβραάμ· καὶ ὁ μὲν προπάτορα τὸν κατὰ σάρκα γεννήσεως οἶδε τὸν Ἀβραάμ, καὶ τιμᾷ τὸν Δαβίδ· ὁ δὲ συνάπτει τὸ εὐαγγέλιον τῷ νόμῳ· καὶ τοῦ εὐαγγελίου ἀρχὴν τὸν νόμον νενόηκεν, ἀληθεύει ὁ σωτὴρ λέγων· ὁ ὑμᾶς ἀθετῶν, ἐμὲ ἀθετεῖ· οὐκέτι γὰρ μέχρι τοῦ νόμου ἵσταται ἡ ἀτιμία, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν ἀναβαίνει τὸν σωτῆρα· καὶ οἱ μὲν Ἰουδαῖοι ἀκουέτωσαν· εἰ Μωσέως ἠκούετε, ἠκούετε ἂν ἐμοῦ, περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν· οἱ δὲ Μανιχαῖοι ἀκουέτωσαν· εἰ τοῦ εὐαγγελίου ἠκούετε, τοῦ νόμου ἠκούετε, περὶ γὰρ τοῦ νόμου τὸ εὐαγγέλιον γεγράφηκεν· ἀλλ' Ἰουδαῖοι μὲν κάλυμμα λαμβάνοντες, οὐδὲ τὸν νόμον νενοήκασιν, οὐδὲ τὸν καταγγελλόμενον ἐπέγνωσαν· οἱ δὲ αἱρεσιῶται ὀφθαλμοὺς ἔχουσιν οὐ βλέποντας, ὦτα ἔχουσιν οὐκ ἀκούοντα, διὰ τὸ μὴ παρακύψαι εἰς τὰ εὐαγγέλια, τῷ νόμῳ ἐμαχέσαντο· ἰδοὺ γὰρ ὁ μὲν Ἰωάννης βοᾷ· ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ, ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης· οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός· οἶδε τὸν μάρτυρα, καὶ οἶδε τὸν μαρτυρούμενον· καὶ τὸν μάρτυρα προγράφει· ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται μέχρις Ἰωάννου· οὐκοῦν ὁ Ἰωάννης μαρτυρεῖ, καὶ ὁ νόμος μάρτυς, καὶ μαρτυρεῖται ὁ νόμος.

Ὅρα ἡλίκον ἄτοπημα ἡ περὶ τὰς μαρτυρίας ἀπιστία νομίζει· καὶ τοιαῦτα τούτων φθεγξαμένων, οὐδὲ ὁ Λουκᾶς σιωπᾷ· φησὶ γὰρ τὴν αὐτὴν φωνὴν καὶ συνῳδὰ τοῖς ἄλλοις φθέγγεται, καὶ διηγεῖται, ὅτι ἄρτι μὲν ὁ Γαβριὴλ τῇ Μαρίᾳ φανεὶς ἠφίει οὐράνιον ἀσπασμὸν λέγων· χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ· ὡς δὲ ἐκείνη ἐπὶ τῷ λόγῳ ἐταράττετο, καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῇ λέγουσα, ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος, ἔλεγε· μὴ φοβοῦ Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· καὶ ἰδοὺ συλλή-

gelium recipiunt; alioqui Legem reciperent, si universum Euangelium tenerent: nunc autem primò cauponati (a) Euangelium, consentaneè Legem non recipiunt. Convincuntur igitur non tenere Legem, propter latrocinium in Euangelio. Si autem Euangelio testimonium tribuunt, & Legem non honorant, testimonium inhonorant: non jam enim est hoc Legem inhonorare, sed potius non credere testanti: ac si unum quidem Euangelium testaretur, aliud verò taceret, & unius tantum dedecoratio esset, non tacerent alia Euangelia, quæ dedecorationem unius communem ducerent.

Lex & Euangelium de Christo consentiunt.

Si verò Marcus ait, *Principium Euangelii Jesu Christi*, sicut scriptum est in Esaia Propheta; Matthæus autem, *Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraam*; & hic quidem progenitorem Jesu secundum carnem scit esse Abraam, & David honorat, conjungit Euangelium cum Lege, & Legem cognovit esse principium Euangelii. Fatetur verum Salvator, cùm ait; *Qui vos spernit, me spernit*: non enim usque in Legem evadit dedecus, & ibi residet, sed in ipsum Salvatorem redundat. Ac Judæi quidem audiant, *Si Moysem audiretis, audiretis utique me; de me enim scripsit ille.* Manichæi verò audiant: *Si Euangelium audiretis, & Legem audiretis; de Lege enim scripsit Euangelium.* Verum Judæi quidem velo oculis adhibito, neque Legem intellexerunt; neque nunciatum agnoverunt. Hæretici verò oculos habent cœcos, & aures surdas. Quia non introspiciunt in Euangelium, Legem oppugnaverunt. Joannes enim clamat: *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joannes; hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine.* Cognovit testem, & cognovit de quo erat testimonium, & testem præscribit inquiens: *Lex & Prophetæ usque ad Joannem:* Joannes igitur testatur; & lex testis est; & testimonium Legi perhibetur.

Vide, non credere testimoniis, quantum absurdi afferat; atque hi quidem cùm talia dixerint. Neque Lucas silet; eâdem (b) enim voce usus est, & aliis Euangelistis consona loquitur narratque quod Gabriel quidem apparuit Mariæ, & cœlestem salutationem ei attulit, inquiens: *Ave gratiâ plena, Dominus tecum*; quæ cùm audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat, qualis esset ista salutatio; & ait Angelus ei, *Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: ecce con-*

(a) *Illi cauponantur Euangelium, qui in fabulam illud vertunt, & cogitata sua cum gratia miscent. Sic Theodor.* 2. Cor. c. 2. *interpretatur* cauponari *verbum.* Turr. *In Græco* καπηλεύσαντες, *vox deducta à mercatoribus qui merces adulterant & prostituunt.* Pollux, Onomast. Basn. (b) *Eadem voce, patris scilicet, quia David patrem Christi vocavit sicut Matthæus.* Turr.

Sæc. IV. Anno 360.

concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus sedem David patris ejus, & regnabit in (a) *domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis.* Honoratur David, & pater ejus esse conceditur, & stat ac durat principatus ejus, traditurque Domino, & finem non habet, cujus gloria perpetua est; atque hæc quidem sunt principia Euangeliorum. Oportebat enim, ut ex principiis sermonem texeremus. Post quæ, qui ponè gradiatur, consecutionem & concentum sermonum ex universis Euangeliis intelligat.

Quia verò etiam Apostoli ministri Euangelii stilum Euangelicum servant, & Paulus quoque eum novit, & ministerium passionum suarum in parte Euangelii metitum. Ait enim: Secundum Euangelium meum per Jesum Christum. Nos neque principia Apostoli prætermittemus: quin illa commemoremus; ut omnes Scripturas, & principia Scripturarum percurrentes, una earum voce Legem dispensemus. Scribens igitur Hebræis sic ait: *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, novissimè diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem universorum, per quem & sæcula fecit.* Hoc in loco Patrem Filii cognovit, & Patrem Filii cognoscens, non partitam rem: non tacet de antiquis, non adscribit alios Prophetas, sed Deum Prophetarum, & Patrem Filii. Paulus non partitus est, neque divisit; immò totum prædicat, illum quidem à Prophetis adoratum, hunc verò partu editum, atque hujus quidem patrem, qui illos habuit adoratores, & sibi supplices. Cui enim supplices sunt illi Prophetæ, hujus Filius est Christus. Si autem Filium honoras, eos verò, qui Patri supplicant, accusas, & conviitiis insectaris, ore effers quæ vis. Succenset Filius, non patitur contumeliâ Patrem affici. Si enim Pater Filii inhonorationem suam ducit, quantò magis Filius contumeliam Patris vilitatem suam esse reputabit?

Variæ Hæreses circa Legem.

Sed ut sensim pergentes, paulatim ad erubescendum compellamus, sic aggrediemur argumentari: Si Dei est Lex, quare Legem non tenent? Sin verò Legem criminaris, cujus verba, ac vox Lex est? cujus potestate, quæ scripta sunt, locuta est Lex? Hîc partitæ sunt hæreses; nec jam uno modo sermocinantes, sed sibi repugnantes: ac Valentiniani quidem sic; Manichæi verò aliter; secus Marcion. Sputa non verba testimonium sunt contra Legem. Valentiniani quidem,

ψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ κύριος τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας. καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος· καὶ τιμᾶται Δαβὶδ, καὶ πατὴρ ὁμολογεῖται σωτῆρος, καὶ μένει ἡ ἀρχὴ, καὶ παραδίδοται τῷ κυρίῳ, καὶ τέλος οὐ δέχεται, τῆς ἀρχῆς ἐν τῷ ἀτελευτήτῳ σεμνυνθείσης· καὶ ταῦτα μὲν αἱ τῶν εὐαγγελίων ἀρχαί· ἔδει γὰρ ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἀρχῶν τὸν λόγον ὑφᾶναι, ἵν' οὕτω κατόπιν τις βαδίζων τοῦ λόγου, καὶ τὴν ἀκολουθίαν καὶ τὴν ἁρμονίαν τῶν λόγων καταvοῇ, ἐξ ὅλων τῶν εὐαγγελίων.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ ἀποστολικὴ διακονία χαρακτῆρα σώζει εὐαγγελικὸν· καὶ ὁ Παῦλος οἶδε. καὶ τὴν διακονίαν ἑαυτοῦ τῶν παθημάτων ἐν μέρει εὐαγγελίου μετρεῖ· φησὶ γὰρ, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἡμεῖς μηδὲ τὰς ἀρχὰς τοῦ ἀποστόλου παραλείψωμεν· ἀλλὰ κἀκείνων εἰς μνήμην ἔλθωμεν· ἵνα πάσας τὰς γραφὰς, καὶ ἀρχὰς τῶν γραφῶν παρελθόντες, τῇ ὁμοφωνίᾳ τοῦ νόμου οἰκονομήσωμεν· γράφων μὲν τοῖς Ἑβραίοις, οὕτως λέγει· πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων, ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ ἐποίησε τοὺς αἰῶνας· ἐνταῦθα πατέρα οἶδεν υἱοῦ, καὶ πατέρα ἐπιστάμενον υἱοῦ· οὐ μερίζει τὸ πρᾶγμα, οὐ σιωπᾷ περὶ τῶν παλαιῶν, οὐ προφήτας ἑτέρους προσγράφει, ἀλλὰ Θεὸν προφητῶν, καὶ πατέρα υἱοῦ· καὶ ὁ μὲν Παῦλος οὐ μεμέρικεν, οὔτε διεῖλεν, ἀλλ' ἕνα ἢ τὸν αὐτὸν κηρύττει, ὑπ' ἐκείνων μὲν προσκυνηθέντα, τοῦτον δὲ τεχθέντα· καὶ τούτου μὲν γεννήτορα, ἐκείνοις δὲ προσκυνηταῖς καὶ οἰκέταις χρησάμενον· οὗ γάρ εἰσιν οἰκέται οἱ προφῆται, τούτου ἐστὶν υἱὸς ὁ Χριστός· εἰ δὲ τὸν υἱὸν τιμᾷς τοὺς δὲ οἰκέτας (b) διαβάλλεις, καὶ λοιδορεῖς, τῷ στόματι φθέγγῃ ἃ βούλει· ὁρᾷς ὅτι ἀγανακτεῖ ὁ υἱός; οὐκ ἀνέχεται πατρὸς ὑβριζομένου· εἰ γὰρ ὁ πατὴρ τὴν τοῦ υἱοῦ ἀτιμίαν ἰδίαν ἀτιμίαν λελόγισται, πόσῳ μᾶλλον ὁ υἱὸς, τὴν τοῦ πατρὸς ὕβριν, ἰδίαν εὐτέλειαν λογίζεται.

Ἵνα δὲ καὶ κατ' ὀλίγον φοιτῶντες, κατὰ βραχὺ δυσωπήσωμεν, οὕτως ἐπιχειρήσωμεν· εἰ Θεοῦ ὁ νόμος, διατί οὐ παραδέχονται τὸν νόμον; εἰ δὲ διαβάλλεις τὸν νόμον, τίνος ῥήματα καὶ φωνὴ ὁ νόμος; τίνος δυνάμει τὰ γεγραμμένα παρὰ τοῦ νόμου λελάληται; ἐνταῦθα γὰρ αἱ αἱρέσεις διαιροῦνται, καὶ οὐκέτι ὅμοια διαλέγονται, ἀλλ' ἑαυταῖς μαχόμενα· καὶ Οὐαλεντιανοὶ μὲν, ὧδε, Μανιχαῖοι ὧδε· ἑτέρωθι δὲ Μαρκίων, πτύσματα καὶ οὐ ῥήματα κατὰ τοῦ νόμου μαρτυροῦσι· καὶ Οὐαλεντιανοὶ

(*a*) Hæc verba, *in domo Jacob*, desunt in Græcis. Basn. (*b*) Sic propriè reddenda sunt hæc verba: *Quicunque Filium colit, eos verò qui supplices Patrem adeunt, criminatur & conviitiis lacessit, is potest effutire quæcunque vult.* Gallicè: *Il peut dire tout ce qui lui plaît.* Id.

Sæc. IV. Anno 360.

λεντινιανοὶ μὲν, δίκαιος φασὶν ἦν ὁ τοῦ νόμου Θεὸς· καὶ δίκαιος ὢν, οὐ πατὴρ ἦν τοῦ υἱοῦ· Ἰησοῦς φασιν ἀγαθὸς, ἀγαθὸς δὲ καὶ ὁ πατήρ· καὶ ὁ μὲν τοῦ υἱοῦ πατὴρ ἀγαθὸς, καὶ ἀγαθὸν τὸ γεννώμενον, ὁ δὲ τοῦ νόμου δίκαιος· καὶ ταῦτα διαλεγόμενοι, οἵαν σχέσιν τὸ δίκαιον πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἔχει οὐ νενοήκασι· (a) καὶ ἔτι, εἴ τι δίκαιον καὶ ἀγαθὸν, καὶ εἴ τι ἀγαθὸν, δίκαιον, οὐδ' ἐν φαντασίᾳ εἰλήφασι· μὴ δυνάμενοι δὲ τοιαύτας φαντασίας ἔχειν, τοῦτο μόνον ἐρωτάσθωσαν· εἰ δίκαιος ὁ τοῦ νόμου Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστι πατὴρ τοῦ υἱοῦ, οὐκ ἔστι δίκαιος ὁ Ἰησοῦς· καὶ πῶς τὴν δικαιοσύνην ἀπὸ τοῦ υἱοῦ ἀπαιτοῦμεν; εἰ οὐ γεγέννηται ἀπὸ τοῦ δικαίου, πῶς κρίνει; πῶς δικάζει; πῶς τὸ βῆμα ἐγκεχείρισται ἀπὸ τοῦ πατρὸς; πῶς ἑκάστῳ ἀποδίδωσι πρὸς ἃ ἔπραξε; πῶς ἀληθεύει Παῦλος, λέγων, τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ ζητοῦσι ζωὴν αἰώνιον· ὁ Θεὸς συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν· τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας πειθομένοις τῇ ἀδικίᾳ, ὀργὴ καὶ θυμός· θλίψις, καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου, τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν; λέλυται γὰρ τὰ ῥήματα· εἰ ὁ τοῦ δικαίου ὅρος τῷ υἱῷ οὐκ ἀποδίδοται· εἰ δὲ τιμωρία μὲν κατὰ τῶν πεπταικότων κεῖται, καὶ μέτρον τιμωρίας, ἡ τοῦ δικαίου ἐπιστασία γίγνεται· τιμαὶ δὲ καὶ δωρεαὶ τοῖς εὐδοκιμοῦσιν ἀποταμιεύονται· καὶ σταθμίζεται ἡ τιμὴ τῇ τοῦ δικαίου ἐπικρίσει· πῶς διαστέλλονται καὶ οὐ συστέλλονται τὴν προπέτειαν; εἰ δὲ ὁ μονογενὴς μὲν τοιοῦτος, οὐ τοιοῦτος δὲ ὁ πατὴρ, οὐκέτι ὅμοιος ἐξ ὁμοίου γεγέννηται· οὐκέτι εἰκὼν τοῦ γεγεννηκότος· οὐκέτι χαρακτήρ· οὐκέτι ἀπαύγασμα· οὐκέτι ὁ βλέπων τὸν υἱὸν βλέπει τὸν πατέρα· εἴγε μὴ, ὅσα ἔχει ὁ υἱὸς ἔχει ὁ πατήρ· καὶ βοᾷ ὁ σωτὴρ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, πάτερ δίκαιε καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω, ἐγὼ δὲ σε ἔγνων· τί πράξωμεν; νῶτα δῶμεν τῷ ῥήματι τοῦ σωτῆρος; ἀπιστήσομεν τῷ γεγραμμένῳ; ἢ τὸ μὲν ῥῆμα θαυμάσομεν· τὸ γὰρ ἀληθείας ἐστὶ ῥῆμα· Οὐαλεντίνους δὲ ὡς μεμηνότας καὶ δαιμονιῶντας ἔξω τῶν θεοπρεπῶν καὶ ἱερῶν συνεδρίων στήσομεν.

Ἀλλ' ἐπειδὴ ἄτοπόν τι πάσχομεν τὸν κατὰ τῶν αἱρεσιωτῶν μηκύνοντες λόγον μὴ ταύτης τῆς ὑποθέσεως ἡμᾶς ἑλκούσης, ἀνακαλεσώμεθα τὸν λόγον, καὶ ἐπὶ τὴν ὑποκειμένην ὑπόθεσιν χωρήσωμεν, καὶ ταῦτα τοῦ λυσιτελοῦς ἕνεκεν ἐσκεμμένοι, ἵνα μήτε οὗτος ὁ λόγος πάντη σεσιωπημένος ἡμῖν ὑπάρχῃ· τριχῇ γὰρ ἡ πονηρία διῃρημένη κατὰ τοῦ νόμου ἐφθέγξατο· καὶ τοσαύταις χρησάμενοι διαιρέσεσι, τοσούτοις

Justus, inquiunt, erat Deus Legis, & cùm justus esset, non erat Pater Filii. Jesus, inquiunt, bonus, bonus autem & Pater, ac Pater quidem bonus, & bonum, quod genitum est; Deus verò Legis justus. Taliter differentes non intellexerunt, qualem habitudinem habeat justum ad bonum; neque de eo cogitaverunt: cùm autem hujusmodi cogitationes concipere non potuerint, hoc solum eos interrogemus: Si justus est Deus Legis, & non est Pater Filii, non est justus Jesus: quomodo justitia à Filio requirimus, si non est genitus à justo? Quomodo judicat? quomodo judicio decernit? quomodo commissum est ei à Patre tribunal? quomodo unicuique reddit secundum opera sua? quomodo verum est quod ait Paulus, *Iis* (b) *qui secundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam: iis autem, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum?* Soluta enim sunt & evanuerunt hæc verba, si definitio justi non accommodatur, & redditur Filio. Si autem iis, qui deliquerunt, constitutum est supplicium, & justus qui præest, supplicium metitur; contra verò honores, & munera servantur bene meritis, & honor delectu ac dijudicatione justi ponderatur, quomodo non discindunt & comprimunt petulentiam? Si autem talis quidem est Unigenitus, Pater verò non est talis, non jam ex simili similis genitus est. Non jam est imago ejus, qui genuit; *non figura* (c), *non splendor*. Non jam qui videt Filium, videt Patrem, si non *quæcunque habet Filius, habet Pater:* & clamat Salvator in Euangelio: *O Pater juste, mundus te non novit, ego verò te novi.* Quid agemus? terga demus verbo Salvatoris, ne credamus scripto; aut habeamus in admiratione verbum, est enim verbum veritatis. Valentinos verò tanquam insanientes, & à dæmone actos extra conventus, ac consessus sanctos, & Deum decentes collocabimus.

Sed quia aliquid indecorum nobis accidit, dum sermonem contra Hæreticos longè protrahimus, cùm nos negotium susceptum non eò trahat, revocemus sermonem, & ad propositum & institutum pergamus. His hactenus utiliter consideratis, ut sermo de istis non omnino nobis præteritus sit. Tripartita enim nequitia contra Legem locuta est, totidem mi- Tres Hæretici vituperant Legem.

(a) *Hæc verba Græca omisit Interpres. Sic autem sunt reddenda:* Neque cogitaverunt quomodo justum est bonum, & bonum est justum. Basn.

(b) *Malè omninò hunc locum reddidit; primò enim omisit hæc verba, quæ leguntur tum apud Paulum, tum in Græcis:* ὁ Θεὸς συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθὸν, Deus coöperatur in bonum, *quæ apertum planumque faciunt Apostoli sensum. Deinde loquentem inducit Paulum, quasi vita æterna concederetur iis qui boni operis gloriam, & honorem & incorruptionem quærunt: at alia planè mens est tum Apostolo, tum Tito Bostrensi. Sic igitur legendum:* iis qui per patientiam boni operis quærunt vitam æternam, Deus coöperatur. Id. (c) *Melius*, character: *sic in Græco.* Id.

Sæc. IV. Anno 360.

ministris, & præfectis blasphemiæ usa, Valentino quidem ad minuendam & extenuandam Legem, & separandum Euangelium; Marcione verò ad tradendum esse Scripturam Legis abortionem quandam; Manichæo autem ad mentiendum, esse Legem cujusdam mali, splendore carentis, & ex toto tenebricosi. Talia enim agit, talia verba componit; vana loquitur; aures rudes & inexercitatas compositione verborum in admirationem traducens.

Adventus Filii cognitus Malitiæ.

Quamobrem percontari oportet, si malus ille sine splendore, & totus, & ex toto tenebræ, Legem scripsit, quomodo non (a) cognovit adventum Filii? quomodo eum adesse? Quomodo ante eventum rerum intellexit quæ Deus consilia ceperat, & prænunciavit ea, & prædixit? Manifestæ enim sunt Scripturæ Legis, quæ à principio adventum Filii testantur. Si enim dicent contra ea, quæ in manifesto sunt, loquentes, non prænunciasse Legem, neque Prophetas præsignificasse, redarguentur non à nobis nostris confutationibus, sed ab ipsis Euangeliis apertis verbis, cùm ubique clamant, nunc quidem, ut impleatur quod dictum est per Esaiam Prophetam, nunc verò, *non veni solvere Legem, sed implere.* Si verò ex his convicti consentiunt, quid ad hoc respondebunt? *Si enim nemo novit, quæ sunt hominis, nisi spiritus Dei;* qui autem Legem scripsit, novit quæ erant in Deo, & sciebat quæcunque Deus volebat, & idcircò scripsit, accuratè & scienter, erat *igitur ex Deo, & Deus, & in Deo;* & ideò quæcunque volebat Deus, locutus est, sciens quæ in Deo erant, & non ignorans. Si autem nemo cor nostrum novit, sed solus novit, qui eum fecit, & latet cor nostrum alios, non potest tamen latere Deum. Quæ autem volebat Deus, non ignorabat nequitia, sed sciebat, & hic quidem volebat (b), illa verò cognoscebat: quomodo non tribuunt nequitiæ magnam amplitudinem, quam non potuit celare Deus de consiliis & voluntate sua? Quomodo non detrahunt Deo, qui non potuit celare nequitiam? ac ridemus quidem viros, qui cùm aliquid contra hostes moliuntur & machinantur, consilium excogitatum in apertum efferunt.

Consilia Dei incognita Angelis.

Qui talia loquuntur, & hujusmodi sermonem serunt, non vident facere se, ut ludibrio sit Deus, qui cùm militet tanquam dux exercitûs adversus nequitiam, consilia sua non occultè servaverit, ne nequitiæ patefierent. Quòd si divinæ & angelicæ potestates non possunt intelligere, quid consilii capiat Pater, solusque Filius intelligit, & enarrat; *Deum*

κέχρηται, καὶ τοῖς ὑπηρέταις τε προστάταις τῆς βλασφημίας ἡρημένη τοὺς ὑπηρετῆσαι δυναμένους· καὶ διὰ Οὐαλεντίνου μὲν σμικρύνειν τὸν νόμον, καὶ χωρίζειν τὸ Εὐαγγέλιον· διὰ δὲ Μαρκίωνος, ἐκτρώματός τινος εἶναι τὴν τοῦ νόμου γραφήν· διὰ δὲ Μανιχαίου πονηροῦ τινὸς, ἀφεγγοῦς, ὅλου σκότους· τοιαῦτα γὰρ πλάττει· τοιαῦτα ῥημάτια συντίθησι, κενολεκτεῖ, διὰ συνθέσεως ῥήματα, καταπλήττειν ἀκοὰς ἀγυμνάστους.

Sæc. IV. Anno 360.

Διὸ τοιαῦτα ἐρωτῆσαι δεῖ· εἰ ὁ πονηρὸς τὸν νόμον ἔγραψεν ὁ ἀφεγγὴς ἐκεῖνος, καθόλου καὶ διόλου σκότος ὤν, πῶς ᾔδει ἔλευσιν Ἰησοῦ; πῶς ᾔδει ἄφιξιν αὐτοῦ; πῶς μήπω τῶν πραγμάτων πεπραγμένων συνῆκεν, ἃ ἐβουλεύσατο ὁ Θεὸς, καὶ προκατήγγειλε, καὶ προεδήλωσε; φανεραὶ γὰρ αἱ τοῦ νόμου γραφαὶ, ἄνωθεν μαρτυροῦσαι τὴν ἄφιξιν τοῦ υἱοῦ· εἰ μὲν γὰρ ἐροῦσιν, ὁ νόμος οὐκ ἐδήλωσεν, οὔτε προφῆται προεσήμαναν, κατὰ τῶν προφανῶν φθεγγόμενοι ἐλεγχθήσονται, οὐχ ἡμῶν πλεκόντων τὸν ἔλεγχον, ἀλλ' αὐτῶν τῶν εὐαγγελίων φανερῶς φθεγγομένων, καὶ ἄνω καὶ κάτω βοώντων· πῆ μὲν ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· πῆ δὲ, οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι· εἰ δὲ ἐκ τούτου σαφῶς ἐλεγχόμενοι συντίθενται, τί ἀποκρινοῦνται; εἰ γὰρ οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ὁ δὲ τὸν νόμον γράφων ᾔδει τὰ ἐν τῷ Θεῷ, καὶ ἠπίστατο ὅσα ἐβούλετο ὁ Θεὸς, καὶ διὰ τοῦτο γεγράφηκεν ἐξ ἐπιστασίας καὶ ἐπιστήμης ὁ γράφων, ἄρα Θεοῦ ἦν, καὶ Θεὸς ἦν, καὶ ἐν τῷ Θεῷ ἦν· καὶ διὰ τοῦτο ὅσα ἐβούλετο ὁ Θεὸς λελάληκε, νοῶν τὰ ἐν τῷ Θεῷ, καὶ οὐκ ἀγνοῶν· εἰ δὲ τὴν ἡμετέραν καρδίαν οἶδεν οὐδεὶς, μόνος δὲ οἶδεν ὁ ποιητής· καὶ λανθάνει μὲν ἡ ἡμετέρα καρδία τοὺς ἄλλους, οὐ δύναται δὲ λανθάνειν τὸν Θεόν· ἃ δὲ ἐβούλετο ὁ Θεὸς, οὐκ ἠγνόει ἡ πονηρία ἀλλ' ᾔδει· καὶ οὗτος μὲν ἐβουλεύετο, ἐκείνη δὲ ᾔδει, πῶς οὐ μέγα μέγεθος διδόασι τῇ πονηρίᾳ, δυναμένῃ μηδὲ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἀπόκρυφον ἔχειν; πῶς δὲ οὐ διαβάλλουσι τὸν Θεὸν, μὴ δυνάμενον μήτε πονηρίαν κρύπτειν; καὶ γελῶμεν μὲν τοὺς ἄνδρας, ὅτε τι πράττοντες κατὰ τῶν πολεμίων, εὐφώρατον ποιοῦσι τὸ σκέμμα.

Τοιοῦτον δὲ πλέκοντες λόγον, οὐχ ὁρῶσιν ὅτι χλεύην κατὰ τοῦ Θεοῦ σκευάζουσιν· ὅτι στρατηγῶν κατὰ τῆς πονηρίας ὁ Θεὸς, τὰ σκέμματα τὰ ἴδια ἀφανῆ οὐ τετήρηκεν· ἀλλ' εἶχεν αὐτὰ εὐφώρατα τῇ πονηρίᾳ γινόμενα· εἰ δὲ καὶ αἱ θεῖαι δυνάμεις καὶ ἀγγελικαὶ οὐ δύνανται νοῆσαι τί βούλεται ὁ πατὴρ, μόνου νοοῦντος καὶ ἐξηγουμένου τοῦ υἱοῦ· Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε·

(a) *Dele* non; *affirmativam enim propositionem habent Græca, & eam postulat series argumentorum Titi.* Basn. (b) *Malè* volebat, *nam legitur in Græcis* ἐβουλεύετο, *hoc est*, consilium capiebat. *Sic ipse Turrianus reddidit; interius legerat forsan hic* ἐβούλετο. Id.

Sæc. IV. Anno 360.

πώποτε· ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο· πῶς αἱ πονηραὶ δυνάμεις ᾔδεισαν τὰ ἐν τῷ Θεῷ; οὐδὲ τῶν θείων δυνάμεων ταῦτα δυναμένων εἰδέναι, εἰ μὴ παράδοσις μαθημάτων ἐκ τῆς τοῦ μονογενοῦς ἐξηγήσεως παραδοθῇ; ὅτι δὲ αὐτὸς ὁ νόμος πάντα τὰ τῆς ἀφίξεως αὐτοῦ προλαβὼν διηγεῖται· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν· ἕτερος δὲ προφήτης τὸν τόπον οὐκ ἀγνοεῖ· καὶ σὺ Βηθλεὲμ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἕτερος καὶ τὸν ὅρον τῆς θέσεως· ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· ἕτερος δὲ, καὶ τὴν εἰς Αἴγυπτον φυγὴν καὶ τὴν ἀπ' Αἰγύπτου ἐπάνοδον· ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου· ἄλλος τὴν οἴκησιν τὴν ἐν τῇ νέᾳ ἡλικίᾳ αὐτῷ γενηθεῖσαν· γῆ Ζαβουλὼν, γῆ Νεφθαλεὶμ, ὁδὸν θαλάσσης πέραν τοῦ Ἰορδάνου· ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει φῶς εἶδε μέγα· ἕτερος δὲ καὶ τὸν πρόδρομον οὐκ ἀγνοεῖ· φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου· εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ· καὶ ὅλως εἰ βουληθείη τις ἀναλεγόμενος τὰς ἐκ τοῦ νόμου προφητείας ὅλον τὸ εὐαγγέλιον συνθεῖναι τὰ ὧδε πεπραγμένα, ῥήμασι προφητικοῖς συγγράφων, φανήσεται φιλομαθής τις καὶ φιλόλογος μὴ δίχα πνεύματος ἐξηγούμενος, παιδεύματα αὐτοῦ, διδασκαλίας αὐτοῦ, βάπτισμα αὐτοῦ, σημείων ἐπιτελέσεις, τὸ γεγονὸς κρίμα, τὴν προδοσίαν τοῦ Ἰούδα, τὴν ἐπὶ τοῦ ἰκρίου οἰκονομίαν, τὴν χολὴν καὶ τὸ ὄξος τὸ ἐν δίψῃ δεδομένον αὐτῷ, τὴν ταφὴν αὐτὴν καὶ τὸ μνημεῖον, τὴν οἰκονομίαν τὴν ἐν τῷ ᾅδῃ, τὴν ἔγερσιν αὐτὴν, τὸ τελευταῖον καὶ τὴν ἀνάληψιν· τότε γὰρ λοιπὸν καὶ βοήσεται· ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης· τότε τοῦτο προσθήσει καὶ τὸ γεγραμμένον παρὰ τοῦ Δαβίδ· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· εἰ οὖν ὁ νόμος οὕτως ἠκρίβωσε τὴν ἄφιξιν τοῦ υἱοῦ καὶ μακρόθεν προήγγειλεν, οὐκέτι διαβάλλεται, οὐκέτι ἄλλῳ προσγράφεται· ὁ γεννήσας προελάλησεν· ὁ βουλευσάμενος λόγῳ προέλαβε τὰ πράγματα· Θεὸς ἐγέννησε· Θεὸς λέγει, υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· Θεὸς ἀπέστειλε· Θεὸς διὰ Μωσέως ἐλάλησε· προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ Θεὸς, ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, αὐτοῦ ἀκούσεσθε πάντα, ὅσα ἐὰν λαλήσῃ ὑμῖν· ὁ Θεὸς ἐβουλεύσατο, καὶ ὁ βουλευσάμενος οὐκ ἐσιώπησε

nemo vidit unquam, unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit. Quomodo malæ potestates ea, quæ in Deo erant, cognoverunt, cùm neque divinæ potestates hæc scire possint, nisi ea tradente & enarrante Unigenito discant? Quòd autem ipsa Lex omnia, quæ ad adventum ejus pertinent, prius narret, *Ecce*, inquit, *virgo in utero habebit, & pariet filium.* Alius Propheta non ignorat locum, *Et tu Bethleem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda.* Alius locum definit, ubi positus: *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui.* Alius fugam in Ægyptum, & reditum ex Ægypto: *Ex Ægypto vocavi Filium meum.* Alius habitationem in ætate puerili: *Terra Zabulon & terra Nephtalim viam maris ultra Jordanem, populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam.* Alius etiam præcursorem non ignorat: *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.* Denique si quis vellet Prophetias ex Lege colligere, totum Euangelium componere videretur conscribendis rebus in eo gestis Propheticis (a) verbis, narrans studiosè, & φιλολόγος non sine spiritu ejus disciplinas, ejus doctrinas, ejus baptisma, ejus miracula, judicium factum, proditionem Judæ, quæ in patibulo facta, fel, acetum in siti porrectum, ipsam sepulturam, & monumentum, descensum ad inferos, ipsam resurrectionem, & ad extremum assumptionem. Tunc enim, quod superest, clamabit; *Tollite portas, principes, vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ;* tunc adjunget hoc, quod à David scriptum est: *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Si igitur Lex adeò diligenter adventum Filii descripsit, & longinquo tempore antequam res evenirent, eas prænunciavit, non jam accusatur; non jam alteri adscribitur. Qui genuit, prædixit. Qui deliberavit, res dicto anticipavit. Deus genuit. Deus dicit: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Deus misit me. Deus per Moysem locutus est: *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus vestris; ipsum audietis, quæcunque loquetur vobis.* De iis ipsis omnibus Deus deliberavit; & cùm deliberasset, non tacuit, consilium ac deliberationem præ-

Sæc. IV. Anno 360.

(a) *Non satis accuratè mentem Titi aperit Turrianus; is enim sensus est, si quis vellet omnia, quæ in Evangelio acta sunt narrare, posset illa verbis propheticis narrare, & videretur ille studiosus & philologus non quidem sine auspiciis Spiritûs Christi instructiones, dogmata, baptisma, &c.* verbis propheticis *referre: ita ut totum Evangelium & singula quæ Christo evenerunt, in Lege & Prophetis legantur. Hoc argumentum tanquam validissimum vibrat adversus Manichæos, qui Legem repudiabant. Si enim Lex & Prophetæ prænunciaverunt quidquid Christus docuit, & fecit Vetus Testamentum, à malo principio non potuit proficisci. Cæterùm malè reddit Turrianus* perditionem *Judæ; vertendum enim* proditionem Judæ, omnia quæ in cruce acta sunt, fel, *&c.* Basn.

Sæc. IV. Anno 360.

prænunciavit, per prænunciata fidem faciens: *Vocatur*, inquit, *nomen ejus, magni consilii Angelus, admirabilis, consiliarius, princeps pacis, pater futuri sæculi.* Atque hæc quidem confutatio sic habet.

Lex bona jubet.

Quia verò Legem attribuunt malo, quid dicturi sunt, siquis eos percunctetur, si malus mala suadet; & non potest non suadere mala, si quandoque bona suadebit, etiam bona consilia dabit? Si enim dicant, aptum esse natura ad suadendum bona, ad dandum bona consilia, rursus definitionem suam solvunt. Non enim jam malus est, qui bona dat consilia. Sin autem nulla bona voluntas ac deliberatio à malo proficiscitur, cujus ordinis dicent esse illas suasiones, ac monitiones; *Non fornicaberis; Non adulterabis; Non furtum facies; Non falsum testimonium dices.* Cujus ordinis dicent esse illud, quod scriptum est; *Non facies tibi idola, nec ullius similitudinem, neque quæcunque in cælo, neque quæcunque in terra, neque quæcunque in aquis?* Cujus partis esse illa dicturi sunt; *Non concupisces bovem fratris tui, aut subjugale, aut uxorem, aut omne jumentum?* Si enim hæc honesta, & divina, atque amabilia esse dixerint, ipsæ monitiones efficient, ut se ipsi erubescant, qui amplitudinem ejus, qui monuit, ignoraverunt. Sin verò dixerint prava esse hæc & in crimine, & pravum est non scortari, & pravum ac vitiosum est non concupiscere aliena, & hujusmodi sunt, quæ mala sunt, adverte, qualia bona esse intelligunt; & quomodo prostitutores sunt voluntatum, & conciliatores idolorum, ac turpium cupiditatum inventores. Qui enim Legem accusant, pro * vitio à Lege alieno obeunt legationem.

* ὑπὲρ ἀνομίας, pro peccato.

Basn.

Qui Legem, quæ voluptates tollit, quæ fallaciam evertit, quæ superstitionem extinguit, relegant, quid aliud faciunt quàm voluptates domum introducunt, & cupiditates accersunt? Ut autem voluptas licenter in mentes irrumpat, Legem ex habitationibus ejecerunt, ne Lege usi, à Lege pudore afficerentur. Sed quomodo Lege ejectâ aures suas venales præbent cupiditatibus, apparet Lex esse interfectrix nequitiæ: hi autem indoctè & ineruditè aggressi sunt accusare Legem: ac Lex quidem nequitiam odit, hi verò Legem oderunt. Evertit quidem superstitionem Lex, hi verò audent Legem evertere. Opponamus igitur res. Si Lex nequitiæ contraria est, hi autem Legem oppugnant, succensent propter nequitiam, quia Lex nequitiam criminatur: etenim quia non patiuntur, ut accusetur nequitia, idcircò Legem ipsi accusaverunt, ut accusatio nequitiæ nullas vires haberet Lege in crimen vocatâ. Si Lex idola tollit, & multitudinem deorum solvit, hi autem tela in

τὴν βουλὴν προεμήνυσε, πίστιν ἐμποιῶν διὰ τῶν προμηνυθέντων· καλεῖται, φησὶ γὰρ, τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Καὶ τοιοῦτος μὲν ὁ τοιοῦτος ἔλεγχος.

Ἐπειδὴ δὲ τῷ πονηρῷ προσγράφουσι τὸν νόμον, τί φήσουσιν ἐάν τις αὐτῶν πύθηται, εἰ ὁ πονηρὸς πονηρὰ παραινεῖ, καὶ οὐ δύναται μὴ παραινεῖν πονηρὰ, εἴποτε καὶ καλὰ παραινέσει, καὶ ἀγαθὰ συμβουλεύσει; εἰ μὲν γὰρ ἐροῦσιν, ὅτι πέφυκε καλὰ παραινεῖν, καὶ ἀγαθὰ συμβουλεύειν, λύουσι πάλιν τὸν ἑαυτῶν ὅρον· οὐκέτι γὰρ πονηρὸς, ὁ μὴ πονηρὰ παραινῶν· οὐκέτι πονηρὸς ὁ ἀγαθὰ συμβουλεύων· εἰ δὲ οὐδεμία προαίρεσις ἀγαθὴ ἀπὸ πονηροῦ προσέρχεται, ποίας τάξεως ἐροῦσιν ἐκείνας τὰς παραινέσεις, οὐ πορνεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις; ποίας τάξεως ἐροῦσιν ἐκεῖνο τὸ γεγραμμένον, οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλα, οὐ παντὸς ὁμοίωμα, οὔτε ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ, οὔτε ὅσα ἐν τῇ γῇ, οὔτε ὅσα ἐν τοῖς ὕδασι; ποίας μερίδος φήσουσι τὰ προστάγματα, οὐκ ἐπιθυμήσεις τοῦ βοὸς τοῦ ἀδελφοῦ σου, ἢ τοῦ ὑποζυγίου, ἢ τῆς γυναικὸς, ἢ παντὸς κτήνους; εἰ μὲν γὰρ σεμνὰ, καὶ θεῖα καὶ ἐράσμια τὰ τοιαῦτα φήσουσιν, ἐντραπήσονται ὑπὸ τῶν παραινέσεων τὸ μέγεθος τοῦ συμβεβουλευκότος ἠγνοηκότες· εἰ δὲ φαῦλα αὐτὰ ἐροῦσι καὶ διαβεβλημένα, καὶ φαῦλόν ἐστι τὸ μὴ πορνεύειν, καὶ φαῦλον ἐστὶ τὸ μὴ ἐπιθυμεῖν ἀλλοτρίων, καὶ τοιαῦτα ἐστὶ τὰ φαῦλα, σκόπει οἷα νοήσουσιν ἀγαθά· σκόπει ὅτι προαγωγοί εἰσι τῶν ἡδονῶν, καὶ πρόξενοι τῶν εἰδώλων, καὶ αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας εὑρεταί· οἱ γὰρ τὸν νόμον διαβάλλοντες ὑπὲρ ἀνομίας πρεσβεύουσι.

Οἱ τὸν νόμον τὸν τὰς ἡδονὰς ἀναιροῦντα, τὸν τῆς ἀπάτην καταλύοντα, τὸν δεισιδαιμονίαν καταργοῦντα ἐξοστρακίζοντες, τί ἕτερον, ἢ εἰσοικίζουσι τὰς ἡδονὰς, καὶ εἰσφέρουσι τὰς ἐπιθυμίας; ἵνα δὲ ἡδονὴ ἀνέδην εἰσβάλλῃ ἐν ταῖς διανοίαις, τὸν νόμον ἐκ τῶν οἰκήσεων ἤλασαν, ἵνα μὴ νόμῳ χρησάμενοι ὑπὸ νόμου ἐντραπῶσιν· ἀλλὰ πῶς τὸν νόμον ἀποσεισάμενοι ἀναπεπταμένας ἑαυτῶν τὰς ἀκοὰς παρέχονται ταῖς ἐπιθυμίαις· φαίνεται δὲ ὁ νόμος κακίας ἀναιρέτης· οὗτοι δὲ ἀμαθῶς καὶ ἀπαιδεύτως διαβάλλειν τὸν νόμον ἐπικεχειρήκασιν· καὶ ὁ μὲν νόμος κακίαν μισεῖ, οὗτοι δὲ νόμον μισοῦσι· καὶ καταλύει μὲν τὴν δεισιδαιμονίαν ὁ νόμος· οὗτοι δὲ λύειν τὸν νόμον τολμῶσιν· ἀντιθῶμεν οὖν τὰ πράγματα· εἰ ὁ νόμος κακίᾳ ἀντίκειται, οὗτοι δὲ νόμῳ μάχονται, ἀγανακτοῦσι διὰ κακίαν, ὅτι ὁ νόμος κακίαν διαβάλλει· μὴ φέροντες γὰρ τὴν τῆς κακίας διαβολὴν, τὸν νόμον διαβεβλήκασιν· ἵνα ἡ κατὰ τῆς κακίας διαβολὴ μὴ ἰσχύσῃ, τοῦ νόμου διαβεβλημένου· εἰ ὁ νόμος τὰ εἴδωλα ἀναιρεῖ, καὶ τὴν πολυθεΐαν κατα-

Sæc. IV. Anno 360.

SÆC. IV. ANNO 360.

καταλύει, οὗτοι δὲ ὅπλα κατὰ τοῦ νόμου κεκινήκασιν, εἰκότως πολυθεΐαν κατήγγειλαν· ἵνα γὰρ ὁ τῆς πολυθεΐας ἰσχύσῃ λόγος, τὸ τοῦ νόμου παρ' αὐτοῖς κεκώλυται παράγγελμα τὸ λέγον· ἄκουε Ἰσραήλ, κύριος ὁ Θεός σου, κύριος εἷς ἐστι· καὶ ἀγαπήσεις κύριον τὸν Θεόν σου· καὶ μὴ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἰδὼν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην προσκυνήσεις αὐτοῖς· πρὸς ταῦτα τὰ ῥήματα ὅπλα κεκινήκασι, πρὸς ταῦτα τὰ παραγγέλματα τραχυθέντες, ὡς μάχαιραν τὴν γλῶσσαν ἠκόνισαν· διὰ τοῦτο δαιμονῶσι, καὶ πάντα τιμῶσι, καὶ οὐδὲν ἴσασιν, εἰ μὴ πάντα προσκυνεῖν· καὶ ἀεὶ πίπτουσι χαμαὶ καὶ γνώμην ἔχουσιν ἐπηρμένην· καὶ πλανῶνται καὶ ῥέμβονται τῇ διανοίᾳ· πάντα τεθεοποιήκασιν ἐπ' ἐξουσίας· καὶ τὴν πλάνην ἰσχήκασι· νενικήκασι τοὺς ἕλληνας τῷ πλήθει, καὶ τῇ κενότητι ἕλληνες ἑλλήνων γεγονότες, καὶ τῷ μεγέθει τῆς αὐτῶν ἀτοπίας τὰς ἐκείνων ἀμβλύνοντες ἀγνοίας.

Ἵνα δὲ μή τις ἀπατηλοτάτῃ τέχνῃ χρησάμενος ἐπιτηδευμένως λέγῃ, ἐσχηματίσατο ὁ νόμος, καὶ ἔνια τῶν καλῶν σεσυληκὼς, ὡς ἴδια προσηνέγκατο, σεμνῦναι τὰς ἑαυτοῦ ἀτοπίας βουλόμενος, καὶ μόρια τῶν καλῶν ἐνέσπειρε, διὰ τῶν μορίων τῶν καλῶν, τὰ ἄλλα κατακρύψαι ἐσπουδακώς· φέρε, πρῶτον γυμνάσωμεν, μή τι ἄτοπον παρὰ τῷ νόμῳ φανείη, καὶ οὕτως ἔλεγχος τῆς ἀτοπίας αὐτῶν γιγνέσθω· δεύτερον, εἰ ἔνια τῆς κακίας μέρη ἐπεξελθὼν ἀπεσκέδασεν· ἐλευθέρους τοὺς πιστεύοντας παντὸς μέρους κακίας ἀποδείξας, οὐκέτι ἐσχηματισμένος ὁ νόμος φανείη, ἀλλ' ἐχθρὸς καὶ τῆς κακίας πολέμιος· τρίτον δὲ εἰ ἔνια τῶν καλῶν περιέσπειρε, καὶ οὐ πᾶν εἶδος τῆς ἀρετῆς τοῖς γράμμασι συνῆψεν· ἵνα εἰ μὲν ἔνια φανείη γεγραφηκὼς, πλείονα δὲ ἀπολελοιπὼς, ἔχῃ τινὰ δύναμιν ὁ ἔλεγχος· εἰ δὲ ὅλα διόλου τὰ καλὰ τοῖς γράμμασιν ἐπετέθη τοῦ νόμου, θαυμάσωμεν τὸν νόμον, καὶ Θεοῦ νόμον ὁμολογήσωμεν· καὶ πατρὸς ὁμιλίαν φήσωμεν· τούτους δὲ παραγραψώμεθα, κίβδηλον γνώμην, καὶ παρακεχαραγμένην ἐσχηκότας· ὅτι μὲν οὖν οὐδὲ ἓν μόριον κακίας ἐπεσπαρμένον ἔχει, οὐδὲ μόριον κακίας ἀφῃρηκὼς, ἑτέρου ἐφείσατο· ἀλλὰ καθαρὸς μὲν ὁ νόμος, καὶ ἅγιος, καὶ Θεοῦ νόμος, ὁ Παῦλος βοᾷ· ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία, καὶ δικαία, καὶ ἀγαθή· καὶ, οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ μὲν νόμος πνευματικός ἐστι· τὸ γὰρ ἅγιον, καὶ πνευματικὸν, καὶ ἀγαθὸν πάσης ἀτοπίας ἀπολέλυται, καὶ οὐδεμιᾷ ἀτοπίᾳ ἀνέχεται· σεμνύνεται ταῖς ἀρεταῖς, καὶ διαλέγεται τῷ

Legem torserunt, consentaneum erat, ut multitudinem deorum denunciarent. Ut igitur multitudo deorum confirmaretur, Legis præceptum apud eos vetitum est, quod ait: *Audi Israël, Dominus Deus tuus Dominus unus est, & diliges Dominum Deum tuum: & ne fortè aspiciens in cælum, & videns solem, & lunam, & stellas, adores ea.* Contra hæc verba tela jecerunt; contra hæc præcepta exasperati linguam tanquam gladium acuerunt: idcircò à dæmonibus aguntur, & omnia venerantur, nec aliud sciunt quàm omnia adorare: ac semper se humi sternunt, & mentem habent elatam; errantque ac vagantur sensu animi: omnia pro sua licentia verterunt in deos: (a) vicerunt Gentiles & multitudine, & vanitate, Gentiles ex Gentilibus oriundi, & magnitudine flagitii Gentilium ignorantias illorum superantes.

Nihil flagitiosum in Lege

Nequis autem arte fallacissimâ studiosè & accuratè usus dicat, Simulavit Lex, & quædam pulchra furata, tanquam sua protulit, cùm vellet sua flagitia honestare, & (b) partes honestatis inseruit studio obtegendi turpitudinem aliarum partium. Age excutiamus primò, utrum aliquid absurdum, & flagitiosum apud Legem appareat, atque ita flagitium istorum redarguatur. Secundò, si quasdam partes vitii ulciscendo (c) dissipavit, reddens eos, qui credebant liberos ab omni parte vitii, non jam Lex simulata apparebit, quin potius inimica, & hostis vitii & nequitiæ. Tertiò, si quædam honesta circumseminavit, & non omnem speciem virtutis cum littera Legis conjunxit, ut quædam videatur scripsisse, plura verò reliquisse; habeat vim aliquam refutatio Legis. Sin verò universa, quæ honesta & decora sunt, omninò in litteris Legis posita sunt, admiremur Legem, & Dei Legem confiteamur, dicamusque sermonem Dei esse; in hos verò accusationem à Lege transferamus, quorum sententia adulterina & depravata est. Quòd igitur nullam partem vitii Lex habet inseminatam, neque partem abstulit aliam, & alii pepercit, sed potius pura est Lex, & sancta, & Dei Lex; Paulus clamat: *Lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & justum, & bonum.* Et: *Scimus enim, quòd Lex spiritualis est:* quod enim sanctum est, & spirituale, & bonum, ab omni turpitudine liberatum est, & nulla culpa in eo hæret, gloria-

(a) Καὶ τὴν πλάνην ἰσχήκασι, *hæc verba omisit Interpres:* in errorem inciderunt. BASN.
(b) Ἔνια τῶν καλῶν σεσυληκώς. Aliqua honesta subripiens, ut turpia obtegeret. ID.
(c) *Desunt aliqua tam in Græcis, quàm in Latinis; voluit enim probare Titus, Legem non modò aliqua damnasse,* (*Turrianus Græco tenaciter addictus,* dissipasse) *sed nulla peccata omisisse, omnemque speciem vitii averruncasse; ita ut qui credunt, fiant liberi immunesque ab omni labe peccati. Hoc enim si jubebat Lex, nec mala esse, nec à malo principio potuit progredi. Sic inferius:* Universa quæ honesta & decora sunt, *Legem docere probabit.* ID.

SÆC. IV. ANNO 360.

riaturque virtutibus, & cum Deo loquitur. Sermocinatio enim cum Deo non patitur, ut alterius ordinis sit; sed gubernatione Spiritûs Sancti temperatur; *Deus enim spiritus est; & qui eum adorant, in spiritu & veritate oportet adorare.* Lex autem cùm spiritualis sit, sermocinationem cum Deo parat: & si potest spiritualis alia quidem judicare, ipse autem à nemine judicatur, quantò magis Lex spiritualis potest quidem aliorum omnium sermones judicare, ipsa verò à nemine judicabitur.

Omnem Lex vitii speciem abstulit.

Quòd autem omnem speciem vitii sustulit, & nullam partem prætermisit, aut neglexit, sed potius omne genus vitii vindicavit, tollens & exscindens illud, constat ex Legibus ac regulis de vitio constitutis, cujus sunt species quatuor, imprudentia, intemperantia, timiditas, & injustitia. Siquid autem pravi Lex reticuisset, imperfecta esset Lex. Sin verò ut omnes species nequitiæ præcideret, eas vindicavit, & retractavit, sequitur vitium à Lege coërceri, & reprimi, quæ neque reliquias ejus patitur. Ubi igitur valet & viget Lex, & suasioni nervos adhibet, ibi neque humor vitii reperitur: ubi autem debilitatur, obambulat nequitia compilans, & depascens, licenter gradiens, & licentiam nacta propter custodiam animæ neglectam. Clamat enim Lex: *Si populus meus audisset me, Israël in viis meis si ambulasset, pro nihilo inimicos ejus humiliassem.* Cùm enim Lex persuadet, nervos amittunt vitia humi jacentia, quæ nec animam ex adverso intueri possunt. *Si enim lucerna pedibus meis Lex tua, & lumen semitis meis*, omnis offensio sublata est, illuminato corde & splendente; etsi enim quis ætate illâ adolescentiæ lubricâ sit, custodiam tamen verborum conservet perseverans erectus, clamabit, *In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.* David comparatis sibi viribus ad non labendum, abdendo in mente disciplinas Legis ajebat; *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.*

Atque ita qui Legem pro custode adhibuerit, intelligit, quomodo Lex singulas species vitii abigit, & ejicit. Imprudentiam quidem per Scripturam, quæ ait, *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Timiditatem verò per Scripturam, quæ dicit, *Ne timueris, cum dives factus fuerit homo, ne timeas probrum hominum, & vituperatione eorum ne vincaris; & time Deum, & valebis, præter ipsum autem ne alium timeas.* Timiditate hîc ejectâ & extrusâ, & robore imposito ac fortitudine immissâ Lex clamat, *Justus tanquam leo confidit*, qui non timet, neque horret jumentum. Duabus partibus vi-

Θεῷ· ἡ γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν ὁμιλία, ἄλλης μὲν τάξεως οὐκ ἀνέχεται, τῇ δὲ τοῦ πνεύματος ῥυθμίζεται ἐπιστασίᾳ· πνεῦμα γὰρ ὁ Θεὸς καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν· πνευματικὸς δὲ ὢν ὁ νόμος, τὴν πρὸς Θεὸν ὁμιλίαν παρασκευάζει· καὶ δύναται ὁ πνευματικὸς τὰ μὲν ἄλλα κρίναι, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται· πόσῳ μᾶλλον ὁ νόμος ὁ πνευματικὸς, αὐτὸς μὲν πάντων τῶν ἄλλων τοὺς λόγους ἀνακρῖναι δύναται, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακριθήσεται.

Ὅτι δὲ καὶ πᾶν εἶδος κακίας ἀνεῖλε, καὶ οὐδὲ ἓν μόριον παρεῖδεν, ἀλλ' ἐπεξῆλθε πᾶν εἶδος κακίας ἀναιρῶν, ἀνακόπτων· δῆλον ἐκ τῶν περὶ τῆς κακίας ὅρων, τεσσάρων εἰδῶν ὄντων τῆς κακίας, ἀφροσύνης καὶ ἀκολασίας, καὶ δειλίας, καὶ ἀδικίας· εἰ μέν τι φαῦλον εἴη ὁ νόμος σεσιωπηκὼς, ἀτελὴς ὁ νόμος· εἰ δὲ ἐπεξῆλθε καὶ ἐπεξειργάσατο, πᾶν εἶδος κακίας περιαναιρῶν, εἰκότως ἡ κακία συστέλλεται ὑπὸ τοῦ νόμου, μηδὲ λείψανον ἔχειν συγκεχωρημένη· ὅπου γοῦν ἰσχύει νόμος, καὶ τῇ πειθοῖ τὰ νεῦρα δίδωσιν, οὐδὲ νοτίδα κακίας ἐστὶν εὑρεῖν· ὅπου δὲ ἀτονεῖ, περιέρχεται ἡ πονηρία σκυλεύουσα καὶ κατανεμομένη ἐπ' ἐξουσίας βαδίζουσα, τῷ ἀφυλάκτῳ τῆς ψυχῆς τὴν ἐξουσίαν εὑραμένη· βοᾷ γὰρ ὁ νόμος· εἰ ὁ λαός μου ἤκουσέ μου, Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη, ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐταπείνωσα· ὅτε γὰρ πείθει νόμος, ἄνευρα γίνεται τὰ κακὰ, χαμαὶ κείμενα: καὶ μηδὲ ἀντωπῆσαι τῇ ψυχῇ δυνάμενα· εἰ γὰρ λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου, πᾶν τὸ πρόσκομμα ἀνῄρηται, πεφωτισμένης καὶ διαυγοῦς τῆς καρδίας εὑρεθείσης· κἂν γὰρ τὴν νέαν ἐκείνην καὶ ὀλισθηρὰν ἔχῃ ἡλικίαν, φυλακὴν δὲ τῶν ῥημάτων τηρήσῃ, ἀδιάπτωτος διατελῶν βοήσεται· ἐν τίνι κατορθώσει νεώτερος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ; ἐν τῷ φυλάξασθαι τοὺς λόγους σου· δύναμιν δὲ τοῦ μηδέποτε σφάλεσθαι πορισάμενος ἑαυτῷ, τῷ κρύπτειν τὰς τοῦ νόμου μαθήσεις ἐν τῇ διανοίᾳ, φησίν· ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὰ λόγιά σου, ὅπως ἂν μὴ ἁμάρτω σοι.

Καὶ οὕτω τὸν νόμον ἀντὶ φρουροῦ καὶ φύλακος θέμενος, συνήσει πῶς ἕκαστον τῶν εἰδώλων τῆς κακίας ὁ νόμος ἀπελαύνει· ἀπελαύνων μὲν τὴν ἀφροσύνην, διὰ τοῦ λέγοντος γράμματος· μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις· ἐξοστρακίζων δὲ τὴν δειλίαν, διὰ τοῦ λέγοντος λογίου, μὴ φοβοῦ ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, μὴ φοβοῦ ὀνειδισμὸν ἀνθρώπων, καὶ τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν μὴ ἡττῶ· καὶ φοβοῦ τὸν Θεὸν, καὶ ἰσχύσεις, πλὴν αὐτοῦ μὴ φοβοῦ ἄλλον· ἐνταῦθα γὰρ τὴν δειλίαν ἀποσεισάμενος, καὶ τὴν ῥώμην ἐνθεὶς, καὶ τὴν ἀνδρείαν ἐμβαλὼν, βοᾷ· δίκαιος ὡς λέων πέποιθεν, ὃς οὐ φοβεῖται, οὐδὲ καταπτήσσει κτηνός· καὶ τὰ δύο εἴδη τῆς κακίας

SÆC. IV. ANNO 360.

SÆC. IV. ANNO 360.

κίας ἀνῃρηκὼς, ἀφροσύνην τε καὶ δειλίαν, συναναιρεῖ καὶ τὴν ἀκολασίαν, λέγων· οὐ πορνεύσεις, οὐ μοιχεύσεις· ὅπου τὰ πάθη συστέλλεται, χαλινὸς σωφροσύνης ἐν τῇ διανοίᾳ εὑρίσκεται· καὶ τῶν τριῶν συνανῃρημένων, ἀναιρεῖ καὶ τὴν ἀδικίαν, οὐ ποιήσεις σεαυτῷ σταθμία μικρὰ καὶ μεγάλα· σταθμία δίκαια καὶ ἴσα ἔσονταί σοι.

Καὶ οὕτω τῶν τῆς κακίας ἀνῃρημένων, ἡ πονηρία λέλυται, μηκέτι ἐμβατεῦσαι τῇ διανοίᾳ δυναμένη· ποῖα οὖν ἤδη ἀτοπίας οὐκ ἀνῄρησεν ὁ νόμος; ποῖα μέρη ἡδονῆς οὐ λέλυκε; ποίας δειλίας; ποίας ἀφροσύνας, οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον ἐπεξῆλθε τὴν ἡδονὴν ἀναιρῶν, ὡς καὶ τῶν ὀμμάτων ἐπιμελήσασθαι, καὶ τῆς ἀκοῆς μὴ φείσασθαι, καὶ τῆς γλώσσης μὴ ἠμεληκέναι; ἐθέμην γὰρ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου φυλακὴν, καὶ οὐ μὴ συνήσω ἐπὶ παρθένον· ὁ ἅγιος μέχρι τῶν ὀμμάτων φθάνει· ἵνα μὴ γαργαλίζουσα τὴν ψυχὴν ἡδονὴ, εἰς σκελισμὸν τῆς ἐπιθυμίας ἀναγάγῃ· ἕτερος τῶν ἁγίων ἐβόα· μὴ περίβλεπε κάλλος ἀλλότριον, ἵνα μὴ ἡδονὴ μηδὲ τὰ πρόθυρα τῆς ψυχῆς λαβοῦσα ἐλπίδα τῆς εἰσόδου λαμβάνῃ· ἀλλὰ καὶ τῶν θυρῶν ἀπελαθεῖσα ἀνέλπιστον τὴν ἐπιβουλὴν ἔχῃ· φθάνων δὲ ἐπὶ τὰς ἀκοὰς, καὶ εἰς τὰς γλώττας, φρουροὺς καὶ φύλακας καὶ τοῖς μέλεσιν ἐπέθηκε, τόπον ἴδιον μὴ διδοὺς, ἀλλ' ἐβόα· θοῦ, κύριε, φυλακὴν τῷ στόματί μου· ἵνα μηδὲ ἄτοπος λόγος δίχα τοῦ ὠφελίμου προεξελθὼν ἡδονῆς δέλεαρ τῷ τὰ αἰσχρὰ φθεγγομένῳ προξενήσῃ· ἐπιμελόμενος δὲ καὶ τῆς ὀσφύος, ὥστε μὴ ὧδε κἀκεῖ σεισθεῖσαν τὴν διάνοιαν δεσμίαν εἶναι, προενοήσατο παραγγέλλων· οὕτω φάγεσθε τὸ πάσχα, αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι· ἵνα μὴ δὲ τὰ μέλη ἄζωστα ἔχοντες τῇ ῥᾳδίᾳ κινήσει κατεπιχειρήσωμεν, ἀλλ' οὕτω διεζωσμένοι τάξιν τὴν πρὸς τὰ πράγματα ἀρίστην εὑρώμεθα.

Καὶ οὕτω τῶν εἰδῶν τῆς ἡδονῆς περιανῃρημένων, ἐπεξῆλθε καὶ κατὰ τῶν εἰδῶν τῆς διανοίας, καὶ κατὰ τῶν εἰδῶν τῆς ἀδικίας· εἰ γὰρ τὸ τὰ ἑτέρου λαβεῖν, καὶ βίᾳ λαβεῖν, καὶ ἄκοντος λαβεῖν, ἀδικία ἐστὶ καὶ τὸ λαβόντα τὰ ἑτέρου, ἢ ἑταίραις διδόναι, ἢ ἀσώτως καταδαπανῆσαι, εἶδός ἐστιν ἀδικίας, ἄδικος ὁ τὴν τιμὴν τοῦ Θεοῦ ἀφαιρῶν, ξύλοις δὲ καὶ δαίμοσιν αὐτὴν ἀποδιδοὺς, καὶ καταδαπανῶν τὴν τιμὴν, καὶ ἀσωτευόμενος ἐν τῇ διανοίᾳ· οὐδὲ γὰρ οὕτως ἄσωτος ὁ καταδαπανῶν τὴν οὐσίαν, ὡς ἄδικος ὁ τὴν μεγάλην περιουσίαν, τὴν τιμὴν τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῆς διανοίας ἐξαφανίζων· ἐφ' ὅσον γὰρ συνέστηκεν ἡ περιουσία τῆς γνώσεως τῇ ψυχῇ, ἡ πρὸς τὸν Θεὸν διάθεσις ἀποδίδοται· ὅταν δὲ πᾶσα καταπονηθῇ καὶ καταναλωθῇ καὶ πτωχεύσῃ· τότε λοιπὸν τὴν ἐκείνου τιμὴν εἰς ξύλα καὶ τέχνην καταφέρει· διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἀπόστολος τὴν ἀδικίαν δεισιδαιμονίαν ἐπιστά-

tii ſublatis, imprudentiâ & timiditate, ſimul tollit intemperantiam, inquiens, *Non fornicaberis, non mœchaberis.* Ubi cohibentur perturbationes, frænum temperantiæ in mente reperitur; ac tribus extinctis, extinguit etiam injuſtitiam: *Non facies tibi pondera parva & magna; pondera juſta & æqualia ſint tibi.*

Atque ita ſingulis partibus nequitiæ deletis ſoluta eſt nequitia, quæ non poteſt amplius obambulare in mente. Quas igitur vitii ſpecies non ſuſtulit Lex? quas partes voluptatis non deſtruxit? quas timiditates, quas imprudentias non uſque adeò vindicavit tollens voluptatem, ut etiam curam oculorum habuerit; auditioni non pepercerit, & linguam non neglexerit? *poſui enim oculis meis cuſtodiam, & non intelligam ſuper virginem.* Sanctus uſque ad curam oculorum procedito, ne voluptas animam titillans, eam ad concupiſcendum adducat. Alius Sanctus clamabat, *Ne circumſpicias pulchritudinem alienam, ne voluptas cùm veſtibulum animæ ceperit, ſpem ingreſſus concipiat, quinimmò à januis repulſa inſidias ſuas deſperet.* Progrediens autem ad aures, & ad linguas, vigiles, & cuſtodes membris præfecit, non cedens loco ſuo; quin potius clamat, *Pone, Domine, cuſtodiam ori meo,* ne ſermo turpis ſine utilitate emiſſus invitamentum voluptatis turpia loquenti adjungat. Habens præterea curam lumborum, præcavit, ne mens huc & illuc agitata vincta eſſet. Præcepit enim: *Sic comedetis paſcha, lumbi veſtri erunt præcincti,* ne ſi membra habeant diſcincta, facili motu prehendere poſſimus; rurſus verò in ſic præcinctis optimum ordinem ad res gerendas, & ad negocia reperiamus.

Ad hunc modum partibus voluptatis ſublatis, in ſpecies vitiorum partis ratione præditæ, & in ſpecies injuſtitiæ invaſit. Si enim tollere, quæ ſunt alterius, & per vim tollere, & invito domino, injuſtitia eſt, & tollentem, quæ aliena ſunt, dare ea meretricibus, vel luxurioſè conſumere, ſpecies injuſtitiæ eſt, injuſtus eſt, qui honorem Deo eripiens, lignis & dæmonibus eum adhibet; & honorem Dei conſumit, & in mente luxurioſus eſt. Nec enim ita luxurioſè vivit, qui opus conſumit, ut eſt injuſtus, qui magnas & affluentes divitias honoris Dei ex animo delet, quamdiu enim divitiæ cognitionis Dei in animo permanent, reſpondet in ea charitas erga Deum. Cùm autem omnes divitiæ dilapſæ, & conſumptæ ſunt, & ad inopiam redacta eſt anima, relinquitur tunc, ut honorem Dei lignis, & arti pictoris & ſculptoris deferat. Unde Apoſtolus, cùm ſciret ipſam injuſtitiam eſſe culturam falſæ religionis, dixit,

SÆC. IV. ANNO 360.

Sæc. IV. Anno 360.

dixit, *& avaritiam, quæ* (a) *est idolorum servitus.*

Ergo quia teterrima pars injustitiæ est ignorantia in Deum, levius autem est delictum in homines, & in partes duas dividitur injustitia, in ignorantiam in Deum, & in delictum in homines, ab utrisque principium sumpsit Lex scripta. Ac primum quidem clamat; Non *facies tibi idoli ullius similitudinem* (b), ne scilicet si in honorem ejus, qui te fecit, luxuriosus sis, totum honorem Dei funditùs labefacias. Iratus est autem populo justè, cùm facto vitulo clamabat: *Hi sunt Dii tui, Israel, qui te eduxerunt ex terra Ægypti.* Etenim quia dona Dei illi assignabant & attribuebant, qui movere se non poterat, eratque flagitiosissima injustitia divitias beneficiorum sui auctoris arti & sculpturæ attribuere. Idcircò veritas excitata & Lex scripta, & injustitia vetita est; & qui discebat, erudiebatur. Atque ita sublata prius injustitia, quæ iram Dei provocavit, injustitiam quoque in hominem sustulit.

Ac primum quidem noluit, ut amor divitiarum in anima insideret, quoniam amor divitiarum parit injustitias, & cupiditas habendi divitias generat avaritiam. Radix enim malorum est cupiditas divitiarum; erunt autem rami, & surculi cupiditatis pecuniarum injustitia, & avaritia: & quoniam à cupiditate pecuniarum incipit avaritia & injustitia, præoccupat Lex, prius tollit, prius denunciat, *divitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Ne divitiæ mentem cum fluxu divitiarum confluentem, fluxis divitiis capiant. Si enim opes fluunt, & non stant, meritò resistit mens, quæ statum suum fluxis divitiis non violat: & quia tum avaritia molesta est, tum cupiditas gloriæ, cujus flos in anima prædatur, erudivit, inquiens; *Vidi impium superexaltatum, & elevatum sicut cedros Libani: transivi, & ecce non erat.* Ut mens nulli gloriæ quamlibet magnæ facilè flaccescenti magnitudinem suam illecta vendat, quin potius supra hæc omnia se erigens amore veritatis teneatur. Idcircò moderationem honorat, & injustitiam expellit, & divina loca ad habitandum rependit & assignat iis, qui modestiam servaverunt.

Sic autem clamat; *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur justitiam: qui loquitur veritatem in corde suo,* ut omni specie avaritiæ relegatâ, locum injustitiæ non relinquat; atque ita omnem speciem injustitiæ sustulit Lex. Idcircò qui secundum Legem loquitur, pro veritate loquitur. Idcircò qui sunt operarii veritatis, non excandescunt,

(a) *Dixit*, avaritiam esse idololatriam. Basn.
(b) *Non facies tibi idola, nec ullam similitudinem*: οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλα, παντὸς ὁμοίωμα. Id.

μένος, ἔλεγε· καὶ τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρία.

Ἐπεὶ οὖν τῆς ἀδικίας τὸ χαλεπώτατον ἐστὶ μέρος, ἡ εἰς Θεὸν ἄγνοια; βραχυτέρα δὲ ἐστὶν ἡ εἰς ἀνθρώπους πλημμέλεια, καὶ εἰς δύο διαιρεῖται ἡ ἀδικία, εἴς τε τὴν εἰς Θεὸν ἄγνοιαν, καὶ τὴν εἰς ἀνθρώπους πλημμέλειαν· γραφόμενος ὁ νόμος ἀμφοτέρων ἤρξατο· καὶ πρῶτον μὲν βοᾷ· οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλα, παντὸς ὁμοίωμα· ἵνα μὴ τὴν τοῦ πεποιηκότος τιμὴν κατασωπυόμενος πᾶσαν ἄρδην διαφθείρῃς· ἐχαλέπαινε δὲ εἰκότως καὶ περὶ τοῦ λαοῦ, ὅτε μοσχοποιήσας ἐβόα· οὗτοι οἱ θεοί σου Ἰσραὴλ, οἵτινες ἐξήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ἐπειδὴ γὰρ τὰς τοῦ εὐεργέτου δωρεὰς τῷ μὴ δυναμένῳ κινηθῆναι προσαπένειμαν· καὶ ἦν ἀδικία χαλεπωτάτη, τὴν περιουσίαν τῆς εὐεργεσίας τοῦ πεποιηκότος τέχνῃ καὶ γλύμματι ἀποδιδόναι· καὶ ἡ ἀλήθεια κεκίνηται, καὶ ὁ νόμος γέγραπται, καὶ ἡ ἀδικία κεκώλυται, καὶ ὁ μανθάνων ἐπαιδεύετο· καὶ οὕτω τοῦ θυμοῦ τῆς ἀδικίας προαναιρουμένου, καὶ τὴν πρὸς ἄνθρωπον ἀδικίαν συνανεῖλεν.

Καὶ πρῶτα μὲν ἔρωτα χρημάτων ἐγγενέσθαι τῇ ψυχῇ οὐ βεβούληται· ἐπεὶ ἔρως χρημάτων τίκτει τὰς ἀδικίας· καὶ ἡ πρὸς τὰ χρήματα ἐπιθυμία γεννᾷ τὰς πλεονεξίας· ἡ γὰρ ῥίζα τῶν κακῶν ἐστὶν ἡ φιλαργυρία· ἔσονται δὲ κλάδοι καὶ κλῶνες τῆς φιλοχρηματίας, αἱ ἀδικίαι, αἱ πλεονεξίαι· καὶ ἐπειδὴ ἀπὸ φιλοχρηματίας ἄρχεται ἡ πλεονεξία, καὶ ἀδικία προκαταλαμβάνει, προαναιρεῖ, προαπαγγέλλει· πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ μὴ προστίθεσθε καρδίαν· ἵνα μὴ τῷ ῥεύματι τῶν χρημάτων συῤῥεύσαν τὴν διάνοιαν τῷ ῥευστῷ χρήματι λαμβάνῃ· εἰ γὰρ ῥεῖ τὰ χρήματα, καὶ στάσιν οὐκ ἔχει, εἰκότως ἀντίσταται ἡ γνώμη τὴν οἰκείαν στάσιν τῷ ῥευστῷ χρήματι μὴ διαφθείρουσα· καὶ ἐπειδὴ, πῇ μὲν ἡ φιλοχρηματία λυπεῖ, πῇ δὲ φιλοδοξία συλῶσα τὴν διάνοιαν, τῷ νέῳ καὶ ἀνθηρῷ τῆς δόξης ἐσχεδίασε καὶ τοῦτο τὸ πάθος· εἶδον τὸν ἀσεβῆ ἐπαιρόμενον καὶ ὑπερυψούμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν· ἵνα μηδεμιᾷ ἀκμῇ ῥᾳδίως μαραινομένῃ ὑπηγμένη ἡ διάνοια τὸ ἑαυτῆς μέγεθος πιπράσκῃ· ἀλλ᾽ ὑπερκύπτουσα ταῦτα τοῦ ἔρωτος τῆς ἀληθείας ἔχηται· καὶ διὰ τοῦτο τὴν συμμετρίαν τιμᾷ, καὶ τὴν ἀδικίαν ἐξωθεῖ· καὶ τὰ θεῖα οἰκητήρια ἀποδίδωσι τοῖς τὴν συμμετρίαν τετηρηκόσι.

Καὶ οὕτως βοᾷ· κύριε τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου; ἢ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου; πορευόμενος ἄμωμος, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην· λαλῶν ἀλήθειαν ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· ἵνα πᾶν εἶδος φιλοχρηματίας ἐξορίσας τόπον τῇ ἀδικίᾳ μὴ παρέχῃ· καὶ οὕτω πᾶν εἶδος ἐπεξελθὼν ἀνεῖλεν ὁ νόμος· διὰ τοῦτο ὁ κατὰ νόμον φθεγγόμενος ὑπὲρ ἀληθείας φθέγγεται· διὰ τοῦτο οἱ τῆς ἀληθείας ἐργάται, οὐκ

Sæc. IV. Anno 360.

οὐκ ἀγανακτοῦσι τῷ νόμῳ κατὰ κακίας φθεγγομένῳ· ἐλάλει ποτὲ κατὰ φιλοχρηματίας ὁ σωτὴρ, ἐτραχύνοντο οἱ Ἰουδαῖοι· ἡ γὰρ φιλία τῶν χρημάτων τραχύτητα κατὰ τοῦ λέγοντος ἐργάζετο· ἀμέλει ὅταν παιδαγωγὸς ῥαθύμῳ παιδὶ περὶ ῥαθυμίας διαλέγηται, μισεῖται παρὰ τοῦ παιδαγωγουμένου· πᾶς γὰρ ὁ τῆς νέας ἡλικίας τὸ πάθος ἐκκόπτων, μισεῖται διὰ τὴν φιλίαν τῶν ἡδονῶν· διὰ τοῦτο μεμίσηται παρὰ τῶν αἱρεσιωτῶν ὁ νόμος, ἐπεὶ κατὰ τῶν παθῶν ἐχώρει, κατὰ τῶν ἁμαρτημάτων ἐβάδιζε, κατὰ τῶν φιλουμένων διελέγετο· οὐκ ἤνεγκαν τὸ πρᾶγμα.

Ἵνα δὲ ἔτι μεγαλοπρεπέστατοι γένωνται ἡμῖν οἱ λόγοι, καὶ φανῇ ἡ τῶν αἱρέσεων ἀτοπία, κατὰ τοῦ νόμου ἀδίκως βεβαδικυῖα, μὴ μόνον, ὅτι πᾶν εἶδος κακίας ἀνεῖλεν ὁ νόμος, προσγράφωμεν τῷ λόγῳ· ἀλλ' ὅτι καὶ πᾶν εἶδος ἀρετῆς ὑφηγεῖται καὶ ἐξηγεῖται, προσαποδῶμεν τῇ ὁμιλίᾳ· εἰ μὲν γὰρ τὰς κακίας πάσας ἀνεῖλεν ὁ νόμος, οὐ πάσας δὲ τὰς ἀρετὰς ἐνέθηκεν, ἐνέλιπεν ὁ νόμος, λειπόμενος τὴν τῶν ἀρετῶν κατασκευήν· καὶ τὰς μὲν κακίας πάσας ἐξορίσας, μηκέτι δὲ τὰς ἀρετὰς πάσας τῇ ψυχῇ μνηστευόμενος· ἐὰν δὲ παρὰ τοῦ λόγου φανῇ, ὅτι παρὰ τῷ νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις πᾶσαι κεῖνται αἱ ἀρεταὶ, πῶς οὐ θαυμάζειν δεῖ καὶ ἀποδέχεσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον; τεττάρων γὰρ οὐσῶν ἀρετῶν, φρονήσεως, σωφροσύνης, ἀνδρείας, καὶ δικαιοσύνης, ὅλαι παρὰ τῷ νόμῳ φαίνονται αἱ ἀρεταί· διὰ τοῦτο ὁ βουλόμενος εἶναι σώφρων, ἔχει τὰ μαθήματα· ὁ σπουδάζων εἶναι φρόνιμος, τὰς ἀφορμὰς τοῦ νόμου λαβὼν, ἀριστεύσει ἐν τῷ πράγματι· ὁ βουλόμενος εἶναι ἀνδρεῖος, ἀλειφέσθω ταῖς παραγγελίαις· ὁ σπουδάζων δικαιοσύνης ἅψασθαι, τὸ στάθμιον τῆς δικαιοσύνης κρατείτω, καὶ οὐδὲν ἄνισον πράξει, σταθμῷ δικαιοσύνης τὰ πάντα πράττων· καὶ φρονήσεως μὲν ἐν μετέξει γιγνόμενος, λεγέτω· ὁ Θεὸς ἐδίδαξέ με σοφίαν, καὶ φρόνησις ἀνθρώπων οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοί· ἵνα τὴν πεπλασμένην ταύτην καὶ πεπλανημένην ἐξωθήσας τὴν ἀρίστην καὶ θείαν ἀσπάσηται.

Σωφροσύνης δὲ ὑποδείγματα μυρία εὑρήσει ζηλῶν ὁ ἀναγινώσκων, τὰ ὑποδείγματα ἐκτυπῶν, καὶ ἄλειμμα σωφροσύνης τὰ παλαιὰ ὑποδείγματα δεχόμενος· τὸν νεανίαν ἐκεῖνον τὸν ἀκμαῖον, τὸν ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν δεδομένον, καὶ ἀπὸ τοῦ Αἰγυπτίου ἐωνημένον, τὸν τὴν ἐλευθερίαν τῆς ψυχῆς διετήρησε διατετηρηκότα· τὸν ἀποδυσάμενον τὰ ἱμάτια, ἵνα μὴ τὴν σωφροσύνην ἀποδύσηται· τὸν βίᾳ μὲν τὰ ἱμάτια ἀφαιρεθέντα, ἐξ ἀνάγκης δὲ σωφροσύνης μὴ ἀποσπασθέντα· τὸν παθεῖν ἑλόμενον, ἵνα μὴ τῷ πάθει τῆς ἡδονῆς πέσῃ· τὸν ἀντὶ πάθους τῆς ἡδονῆς ἐν τάξει τῶν δεσμίων γεγονότα· τὸν ἑλόμενον δεσμώτην εἶναι, ἵνα μὴ δέσμιος τῆς

cùm Lex adversus vitium loquitur. Loquebatur aliquando Dominus adversus avaritiam, exasperabantur Judæi, & moleste ferebant; amor enim divitiarum asperos & duros eos adversus loquentem efficiebat. Ita profectò est, cùm pædagogus cum puero ignavo & pigro disserit: odio habetur ab eo, quem instruit. Omnis enim qui motus adolescentiæ à ratione aversos exscindit, in odio est propter amorem voluptatum; ob hanc causam Lex in odium venit Hæreticis. Quia contra perturbationes tendebat, contra peccata ambulabat, contra adamata disserebat, rem æquo animo non tulerunt.

Ut autem sermo, & disputatio nostra amplissima sit, & scelus hæresis, quæ injustè ad Legem vituperandam se contulit, appareat, non solùm quòd omnes species & formas vitii sustulit, dicamus, sed reddamus insuper sermonem, quod omnem speciem virtutis Lex enarrat, & exponit. Si enim omnia vitia Lex sustulisset, non autem omnes virtutes inseruisset, manca esset Lex relictâ virtutum exstructione, quæ quidem omnia vitia cùm relegasset, non jam omnes virtutes animæ despondisset. Sin verò in disputatione nostra apparent, apud Legem & Prophetas omnes virtutes positæ, an non oportet Legem Dei admirari, & amplecti? Cùm enim sint quatuor virtutes prudentia, temperantia, fortitudo, & justitia, omnes virtutes apud Legem cernuntur. Unde qui vult esse temperatus, habet in Lege disciplinas. Qui studet, ut sit prudens, adhibitis subsidiis Legis, præclarè se in rebus geret. Qui vult esse fortis, instruat se præceptis Legis. Qui vult justitiam assequi, pondus justitiæ teneat, & nihil inæquale faciet, faciens omnia ad perpendiculum justitiæ; & qui factus est particeps prudentiæ, dicat, Dominus docuit me sapientiam, & prudentia hominis non est in me, ut hac fictâ & errante ejectâ & repudiatâ, optimam & divinam amplectatur.

Lex omnem speciem virtutis exponit.

Prudentia.

Pudicitiæ verò exempla infinita reperiet, qui legendo quæret, ut exempla pudicitiæ exprimat, & antiqua exempla ad firmamentum, & robur castitatis complectatur, ut illius adolescentis in ipso flore ætatis, qui fuit à fratribus venditus, & ab Ægyptio emptus, qui libertatem corporis mutavit, libertatem verò animæ immutabilem conservavit; qui exuit pallium, ne pudicitiâ exueretur: cui vis quidem pallium abstulit, necessitas verò non eripuit castitatem: qui maluit affligi, quàm in morbum voluptatis incidere. Maluit esse in vinculis, quàm capi voluptate; qui invidiam turpi actioni præposuit; qui existimari,

Pudicitia.

SÆC. IV. ANNO 360.

mari, & non esse voluit; melius enim judicavit, haberi turpis, quàm esse, & latere: si enim esset, & lateret, metuebat testem Deum. Sin verò haberetur, contentus erat teste facta inspectante: atque pudicitiæ quidem hoc sit exemplum.

Fortitudo. Fortitudinis verò multa quidem sunt alia, satis verò nunc sit illud Judith, quæ muliercula erat, & infirma erat, & non audax erat, quia muliercula erat. Audax tamen fuit & fortis, quia credibile ei fuit, quæ expectatione hominum fieri non possunt, posse fortitudine, quæ cum fide mista ac temperata, ad fidem & spem adduxit insperata; muri enim aperti sunt, & exivit adolescentula, & cum sola ancilla exivit non formidans, quod erat in pulchritudine suspectum, non metuens gladios, non timens, ne in libidine esset, ne vis inferretur pudicitiæ: non formidans, ne quid repentinum ex gladio accideret: quin potius terrorem gladii fortitudine vincens, formositatem verò Deo commendans. Deum enim custodem pulchritudinis dignum, cui fideret, existimabat esse, gladios verò sarmenta, & papyrum ducebat, animi fortitudine formidinem superans; transivit mulier, & non est judicatum temerarium, quod ausa est. Non fuit in ea criminatio duritiæ (a); nec enim imperfecta fuerunt, quæ fuerant judicata & decreta, ut duritia accusetur. Perfecit ea, de quibus deliberatum fuerat, ad finem perducta sunt considerata. Idcircò in admiratione est, quia prudentiam fortitudini admiscuit, quia omne consilium cœptum ad exitum perduxit.

Justitia. Hoc fortitudinis exemplo sumpto, justitiæ etiam exemplum sumamus. Cùm Abraam injuriâ affectos ulciscens pro eis pugnavit, & cùm post auxilium allatum audiret à liberatis, Accipe tibi equitatum, & omnia, non in quæstum aspexit, sed justitiam attendit, quomodo conscius se gratis cepisse, non debebat vendere donum, quia gratia non patitur, ut venumdetur, siquidem injusti sunt, qui dona vendunt, & non justè quis venalia, & beneficia venundat. Vestis, & res preciosa vendatur in foro, beneficium verò, ne habeatur vendibile, quod magno animo gratis indigenti dari debet, tale exemplum habemus; dona, & beneficia non oportere multâ pecuniâ vendere, sed servare quemque honorem suum, & non prius pecunia corrumpi.

Concordantia Legis & Euangelii. Atque hæc quidem hactenus persecuti, probavimus utrumque esse in Lege, & vitii extirpationem, & virtutis officium, atque exercitationem: atque hæc quidem satis esse, ut

(a) *Duritia enim stupori similis patientiam imitatur.* TURR.

ἡδονῆς εὑρεθῇ· τὸν φθόνον τῆς αἰσχρᾶς πράξεως προκρίναντα, τὸ νομισθῆναι ὃ μὴ ἦν βουληθέντα· κάλλιον γὰρ ἐλογίσατο τὸ νομισθῆναι αἰσχρὸν, ἢ εἶναι καὶ λανθάνειν· γινόμενος γὰρ καὶ λανθάνων, ἐδεδίει μάρτυρα τὸν Θεόν· νομισθεὶς δὲ ἠρκεῖτο τῷ ἐπόπτῃ μαρτυροῦντι τοῖς γιγνομένοις· καὶ τῆς μὲν σωφροσύνης ὑπόδειγμα τοῦτο.

Τῆς δὲ ἀνδρείας πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα· ἱκανὸν δὲ τὸ τῆς Ἰουδὶθ, ὅτι γύναιον ἦν, καὶ ἀσθενὲς ἦν, καὶ ἄτολμον ἦν, ἐπεὶ γύναιον ἦν, εὔτολμον δὲ καὶ ἀνδρεῖον, ἐπεὶ πιστὸν ἦν· ὅτι τὰ ἀδύνατα ταῖς προσδοκίαις τῶν ἀνθρώπων, δυνατὰ τῇ ἀνδρείᾳ ἀποδέδωκεν· ὅτι τὰ ἀπροσδόκητα εἰς πίστιν καὶ ἐλπίδα ἤγαγεν, ἀνδρείᾳ πίστει κεκερακυῖα· τὰ γὰρ τειχία ἀνεῴγοντο, καὶ ἐξῄει ἡ νεᾶνις· καὶ μετὰ παιδίσκης μόνης ἐξῄει, οὐ τὸ ὕποπτον τοῦ κάλλους δειλιῶσα, οὐ τὰ ξίφη εὐλαβουμένη, οὐ φοβηθεῖσα μὴ λαγνεύσῃ, μὴ βίᾳ ἀκολασίαν ὑπομείνῃ· μὴ δειλιῶσα μήτι ἀπὸ ξίφους ἐξαπίναιον πάθῃ· ἀλλὰ τὸ μὲν φοβερὸν τοῦ ξίφους, τῇ ἀνδρείᾳ νικῶσα, τὸ δὲ κάλλος τῷ Θεῷ παραθεμένη· ἀξιόπιστον γὰρ τὸν Θεὸν φύλακα ἡγεῖτο τοῦ κάλλους· φρύγανα δὲ καὶ πάπυρον τὰ ξίφη ἐλογίζετο, πεπατηκυῖα τῷ φρονήματι τῆς ἀνδρείας τὴν δειλίαν· καὶ παρῆλθεν ἡ γυνὴ, καὶ τολμηρὸν οὐκ ἐκρίθη· οὐδὲ τραχύτητος ἔγκλημα ὑπέμεινεν· οὔτε γὰρ ἀτελῆ τὰ κριθέντα ἵνα τραχύτητος ἐγκληθῇ· πεπεραίωκε τὰ βεβουλευμένα· εἰς πέρας ἤχθη τὰ ἐσκεμμένα· διὰ τοῦτο θαυμάζεται, ὅτι φρόνησιν ἀνδρείᾳ ἔμιξεν· ὅτι ὅσα ἐβουλεύσατο εἰς πέρας ἠγάγετο.

Καὶ τῆς ἀνδρείας ταύτης, ὑπόδειγμα λαβόντες καὶ τῆς δικαιοσύνης ληψόμεθα· ὅταν ἀμύνηται μὲν Ἀβραὰμ, καὶ ὑπερμαχήσηται τῶν ἀδικουμένων, καὶ βοηθήσας ἀκούσῃ παρὰ τῶν ἐλευθερωθέντων· λάβε τὴν ἵππον καὶ πάντα σεαυτῷ, καὶ ταῦτα ἀκούων μὴ πρὸς τὸν χρηματισμὸν βλέπων, ἀλλὰ πρὸς τὸ δίκαιον ἀτενίζων, καὶ συγγινώσκων ὅτι δωρεὰν ἔλαβε, καὶ πῶς πωλῆσαι τὴν δωρεὰν οὐκ ὀφείλει, ὅτι χάρισμα πιπράσκεσθαι οὐκ ἀνέχεται· ὅτι ἄδικοι οἱ τὰς δωρεὰς ἀποδεδομένοι εἰσίν· ὅτι οὐ δικαίως τὰ ὤνια καὶ τὰς εὐεργεσίας πωλεῖ τις· ἱμάτιον καὶ κειμήλιον ἐπ᾽ ἀγορᾶς πιπρασκέσθω, ἄπρατος δὲ ἡ εὐεργεσία μενέτω τῷ μεγαλοψύχῳ τῆς διανοίας, προῖκας τῷ δεομένῳ διδομένη· καὶ τοιοῦτον ἔχον μὲν τῆς διανοίας ὑπόδειγμα, ὅτι τὰς δωρεὰς καὶ τὰς εὐεργεσίας μεγάλου χρήματος πιπράσκεσθαι οὐ δεῖ, ἀλλὰ τηρεῖν τὴν ἑκάστου τιμὴν, μὴ προδιαφθειρόμενον τῇ δόσει τῶν χρημάτων.

Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἐπεξελθόντες κατεσκευάσαμεν· ὅτι πάντα ἐν νόμῳ κεῖται, καὶ κακίας ἀναίρεσις, καὶ ἀρετῆς κατόρθωσις· καὶ τούτων ὄντων ἱκανῶν πρὸς ἐντροπὴν καὶ δυσώπησιν, καίτοι τὸ ὅμοιον

ἀποδί-

SÆC. IV. ANNO 360.

ἀποδίδομεν· εἰ γὰρ μηδὲν εἶχεν ὁ νόμος ἴσον τοῦ εὐαγγελίου, τοῦ ἀνομοίου ἡ κατηγορία ἦν· εἰ δὲ ὁμοιότης ἐστὶ, τί ἐπὶ τῆς ὁμοιότητος διαφερόμεθα, τῆς ὁμοιότητος διαφέρεσθαι μὴ ἀνεχομένης; βοᾷ ὁ χαρακτὴρ τὴν συγγένειαν. ἡ ὁμοιότης τὴν ἀδελφότητα σημαίνει· πρὸς ἕνα τῶν ἄλλων ἁπάντων αἴτιον, πατέρα δὲ τοῦ σωτῆρος ἐφέλκουσι τὴν διάνοιαν· εἶπεν ὁ νόμος· ἄκουε Ἰσραήλ· κύριος ὁ Θεός σου κύριος εἷς ἐστιν· εἶπε τὸ εὐαγγέλιον· οὐδεὶς ἀγαθὸς ἢ μὴ εἷς ὁ Θεός· ἐβόησεν ὁ Παῦλος· εἷς Θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ νενόηται ὁ ἀγέννητος καὶ ἀπάτωρ, ἐκ νόμου, καὶ σωτῆρος, καὶ τοῦ ἀποστόλου· γέννημα δὲ ἦν καὶ γέννημα ἐκ κόλπων, καὶ υἱὸς τοῦ γεγεννηκότος· καὶ συνῳδὰ πάλιν τὰ γράμματα· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, ὁ νόμος λέγει· ὁ μονογενὴς υἱὸς Θεὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς ἐκεῖνος ἐξηγήσατο, τὰ εὐαγγέλια διηγοῦνται· κόλπος ἀπὸ τῶν εὐαγγελίων, καὶ γαστὴρ ἀπὸ τοῦ νόμου λελάληται, καὶ υἱὸς γνήσιος ὅμοιος τῷ γεγεννηκότι, ἐκ γαστρὸς καὶ κόλπων καταγγέλλεται· καὶ μαρτυρεῖ μὲν ἡ τοῦ κυρίου φωνή· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ μονογενὴς καὶ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ ἐγὼ εὐδόκησα· μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ ψαλμῳδός· υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· καὶ μία φωνὴ καὶ τότε καὶ νῦν προσενεχθεῖσα, καὶ εἷς λαλήσας· φθεγξάμενος μὲν τότε, ἄρτι δὲ ὡμιληκώς· καὶ οὐκ ἐναλλάττεται ὁ εἰρηκώς· ὀψὲ γάρ ποτε τὴν τοιαύτην ἀφεὶς φωνὴν, ἤδη προφθάσας καὶ προειρηκὼς ἐν τοῖς ψαλμοῖς ηὑρίσκετο· καὶ ἡ παραγγελία μὲν ἀπὸ τοῦ πατρὸς πρὸς τὰς θείας δυνάμεις ὑπηρετεῖν τῷ υἱῷ, καὶ τὸ σέβας καὶ τὴν προσκύνησιν αὐτῷ ἀποδιδόναι· γέγραπται γὰρ καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ· συγκεχώρηκε δὲ τῇ παραγγελίᾳ ὁ Παῦλος, μᾶλλον δὲ ταύτην ἐπεξεργάζεται, καὶ διερμηνεύει, καὶ σπουδάζει τοῦ προειρημένου καὶ προγεγραμμένου γίνεσθαι ἑρμηνεύς· ὅταν γὰρ εἰσάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην λέγει· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ· καὶ ὄψει τὸν ἀπόστολον ἐσπουδακότα ἑρμηνεύειν τὰ παλαιὰ, διηγεῖσθαι τὰ ἐν τῷ νόμῳ μὴ ἀμελοῦντα· ἀλλὰ ποτὲ μὲν λέγοντα (a), ὑπέταξεν ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ· εὐθὺς δὲ ἐπεξηγούμενον, ὅταν δὲ εἴπῃ, ὅτι πάντα ὑποτέτακται, δῆλον, ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα οὐδὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον, ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι· ποτὲ δὲ λέγοντα· ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

Καὶ ἑρμηνεῖς μὲν οἱ ἀπόστολοι τῶν παλαιῶν· σύμφωνα δὲ τῶν τὰ παλαιὰ τοῖς νέοις· ἀλλ᾽ ὅσοι μὲν ἀπόστολοι ἑρμηνεύουσιν, ὅσοι δὲ οὐκ ἀπόστολοι διαβάλλουσι· μὴ ποιοῦντες γὰρ, ὃ ποιοῦσιν οἱ ἀπόστολοι,

isti erubescant. Aliquid simile reddimus in Evangelio, & Lege. Si enim essent Evangelia, & esset Lex, & nihil Lex haberet æquale Evangelio, crimini daretur dissimilitudo. Sin autem similitudo est, quid de similitudine contendimus? cùm similitudo non patiatur, ut controversia sit. Proclamat cognationem stylus, similitudo germanitatem significat. Ad unam causam aliorum omnium, Patrem autem Salvatoris Lex, & Euangelia ducunt mentem. Lex dixit: *Audi Israel, Dominus Deus tuus Dominus unus est.* Dixit Euangelium: *Nemo bonus nisi unus Deus.* Clamavit Apostolus Paulus: *Unus Deus, ex quo omnia:* ex Lege, & ex Salvatore, atque ex Paulo cognitus est ingenitus, & sine Patre. Genitus verò ex sinu, & filius ejus, qui genuit. Rursus hìc Scripturæ consentiunt: Lex ait: *Ex utero ante Luciferum genui te;* Euangelium verò, *Unigenitus, qui est in sinu Patris, ille enarravit.* Sinum dicit Euangelium, & uterum Lex: & Filius legitimus similis ei, qui ex utero & sinu genuit, denunciatur; ac testimonium quidem perhibet vox Euangelii: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Testatur etiam David in Psalmo: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Una vox & tunc, & nunc missa est, & unus, qui misit, locutus quidem tunc est, nunc autem nobiscum sermocinatus, non mutatur, qui tunc locutus. Qui enim serò tandem hanc vocem misit, jam ante in Psalmis eam prænunciasse reperitur, fuitque facta denunciatio Sanctis Angelis, ut inservirent Filio, & religionem venerationis, atque adorationem ei adhiberent: scriptum est enim: *Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Astipulatus est huic denunciationi Paulus, immò hanc retractat, & interpretatur; studetque, ut sit interpres ejus, quod prius dictum, & prius scriptum est: *Quum enim introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes Angeli* Dei. Videbisque Apostolum studuisse, ut vetera interpretaretur, & non neglexisse Legis explanationem; aliquando enim dicit, *Omnia subjecit sub pedibus ejus*, & statim enarrat inquiens, Cùm autem dicat, *Omnia subjecta sunt ei, sine dubio præter eum, qui subjecit ei omnia, nihil reliquit non subjectum illi, ut sit Deus omnia in omnibus.* Quandoque dicit: *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem; Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christum & in Ecclesiam.*

Atque Apostoli quidem interpretes sunt veteris Legis, consonantque vetera novis. At verò, qui sunt non Apostoli, accusant vetera, quidem cùm non faciunt, quod Apostoli,

V sed

(a) *Restituenda hìc vox* πάντα, *quam Amanuensis incautus omisit.* BASN.

Sæc. IV. Anno 360.

sed potius cum eorum scripto pugnant, mentiuntur Apostolatum, facti Pseudo-Prophetæ. Explanatores enim veritatis, qui Legem honoraverunt, iidem Legem exposuerunt. Hi verò qui Legem criminati sunt, Legem feriunt, & eos, & qui Legem explanaverunt, pungunt. Parem similitudinem Euangelii atque Legis cognoscunt Apostoli: qui cùm Legem sumunt, Euangelium aspiciunt; cùm Euangelium aspiciunt, Legem non tollunt. Isti verò dum, quæ sunt similia, semper dissimilia esse putant, & quæ sibi inter se amica & germana, inimica & adversaria esse profitentur, non quidem effugiunt, quin malitia eorum convicta sit: disjungere verò, & dirimere similia dum student, neque tamen possunt. Siquidem Lex ab Evangelio dividi non potest, invidiæ suæ fructum perceperunt objurgationem. Quæcunque enim de Patre in Lege scripta sunt, hæc etiam sunt in Euangeliis: quæcunque de Filio, hæc in utrisque; quæ de Spiritu Sancto, hæc quoque in ambobus reperire poterimus, neutra enim Scriptura non meminit de Spiritu Sancto: immò in Euangelio est donum, ibi est petitio & aliquando dicit David: *Spiritum Sanctum ne auferas à me.* Interdum dicit Euangelium: *Accipite Spiritum Sanctum*; ut quod quidem habet David ne auferatur ei rogat: quod verò hic donat, id cùm ille acceperit, habeat. Familiaritate etiam Spiritus Sancti animæ honorantur, nec à familiaritate ejus avulsæ, neque sine ejus familiaritate permanentes.

Ad eundem modum poterit quis elaborando, de Angelis, & Archangelis, & aliis potestatibus, & de cælo, ac terra, aliisque creaturis similitudinem Legis & Euangelii contemplari; atque ita investigando usque ad minimum devenire: nos verò tantam molem recusantes, & principio tantum usi, provocantesque studiosos, ut suscepto ad tractandum argumento ad omnia theoremata procedant. Id solum ad librum adjungemus, quod Hæretici cum quadam reprehensione accusant, ut eorum accusationem dissolvamus, Legis dispositiones perspiciamus. Si enim illi legentes, quæ contra Scripturam objiciunt, ore contumelioso usi sunt: at nos amentiam similitudine redarguemus, & quæ in crimine objiciunt, apponere non dubitabimus.

Acerbitas Legis vindicatur.

Accusant enim veterem Legem tanquam acerbam & crudelem; accusant præterea veteres ministros tanquam austeriores, & magis ad objurgationem propensos, & ab affectione misericordiæ alienos, non intelligentes, quod scriptum est: *Misericordiam, & judicium cantabo tibi, Domine*; neque scientes, perfectio-

ἀλλὰ μαχόμενοι τῷ ὑπ' ἐκείνων γεγραμμένῳ, ψεύδονται τὴν ἀποστολὴν, ψευδοπροφῆται ὄντες· ἰδοὺ γὰρ οἱ τῆς ἀληθείας εἰσηγηταὶ τὸν νόμον τετιμηκότες τὸν νόμον ἐξηγήσαντο· οὗτοι δὲ τὸν νόμον διαβεβληκότες τῷ νόμῳ διαπληκτίζονται, καὶ πρὸς τοὺς ἐξηγησαμένους τὸν νόμον· καὶ ἴσην μὲν οἱ ἀπόστολοι τὴν ὁμοιότητα τοῦ εὐαγγελίου καὶ τοῦ νόμου γινώσκουσι· καὶ τὸν νόμον λαβόντες τὸ εὐαγγέλιον βλέπουσι· καὶ εἰς τὸ εὐαγγέλιον παρακύπτοντες τὸν νόμον οὐκ ἀναιροῦσιν· οὗτοι δὲ τὰ ὅμοια ἀεὶ ἀνόμοια ἡγησάμενοι, καὶ τὰ φίλα ἑαυτοῖς καὶ ἀδελφὰ, ἄφιλα καὶ ἄσπονδα ὁμολογοῦντες, κακίας μὲν ἔλεγχον οὐ φεύγουσι· διϊστᾷν δὲ καὶ διαιρεῖν τὰ ὅμοια ἐσπουδακότες, μὴ δυνάμενοι δὲ διαιρεῖν, ἐπεὶ οὐκ ἀνέχεται ὁ νόμος τοῦ εὐαγγελίου διαιρεῖσθαι, τῆς βασκανίας ἑαυτῶν τὴν ἐπιτιμίαν ἐκαρπώσαντο· ἰδοὺ γὰρ ὅσα περὶ πατρὸς ἐν νόμῳ, ταῦτα καὶ ἐν εὐαγγελίοις κεῖται· ὅσα περὶ υἱοῦ, ταῦτα ἐν ἀμφοτέροις εἴρηται· ὅσα περὶ πνεύματος ἁγίου ταῦτα ἐν ἀμφοτέροις εὑρεῖν δυνησόμεθα· οὐδὲ ὁπότερον γὰρ γράμμα τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀμνημονεῖ· ἀλλ' ἐν μὲν τῷ εὐαγγελίῳ ἡ δωρεά, ἐκεῖ δὲ καὶ ἡ αἴτησις· καὶ ποτὲ μὲν λέγει ὁ Δαβίδ· τὸ (a) πνεῦμα σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ· ποτὲ δὲ εὐαγγέλιον· λάβετε πνεῦμα ἅγιον· ἵν' ὃ μὲν ἔχει μὴ ἀφαιρεθῇ, ὃ δὲ χαρίζεται οὗτος ἔχῃ λαβών· καὶ τῇ συνουσίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος τιμῶνται αἱ ψυχαὶ, μήτε ἀποσπώμεναι τῆς συνουσίας, μήτε δίχα τῆς συνουσίας διαπλοῦσαι.

Καὶ δυνήσεταί τις περὶ ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων καὶ τῶν ἄλλων ἐξουσιῶν, καὶ περὶ ἀνθρώπου, καὶ γῆς, καὶ τῶν ἄλλων δημιουργημάτων, ἐπεξεργασάμενος τὴν ὁμοιότητα, τοῦτε νόμου, καὶ τοῦ εὐαγγελίου θεωρῆσαι, καὶ οὕτω καταιχνεύων μέχρι τοῦ ἐλαχίστου φθάσαι· ἡμεῖς δὲ τὸν τηλικοῦτον ὄγκον παραιτούμεθα, μόνον τῇ ὑποθέσει χρησάμενοι, καὶ τοὺς φιλομαθεῖς ἐκκαλούμενοι τῆς ὑποθέσεως ἀψαμένους, ἐπὶ πάντα τὰ θεωρήματα χωρεῖν· ὅπερ δὲ μετά τινος κατηγορίας καταιτιῶνται οἱ αἱρεσιῶται· τοῦτο μόνον προσγράψωμεν τῷ λόγῳ, ἵνα καὶ τὴν αἰτίαν ἐκείνων λύσωμεν, καὶ τοῦ νόμου τὰς διαθέσεις κατοπτεύσωμεν· εἰ γὰρ ἐκεῖνοι τὴν αἰτίαν τῶν γραμμάτων ἀναγινώσκοντες ὑβριστικῷ στόματι κέχρηνται, ἀλλ' ἡμεῖς καὶ τῇ ὁμοιότητι δυσωπήσωμεν αὐτῶν τὴν ἄνοιαν· καὶ τὴν αἰτίαν παραθέσθαι μὴ παραιτησώμεθα.

Ἐγκαλοῦσι γὰρ τῷ παλαιῷ νόμῳ, ὡς τραχεῖ καὶ ἀπηνεῖ· ἐγκαλοῦσι καὶ τοῖς παλαιοῖς ὑπηρέταις ὡς αὐστηροτέροις, καὶ μᾶλλον πρὸς τὴν ἐπιτιμίαν ῥέπουσι, καὶ στοργῆς ἐλέους ἀπηλλαγμένοις, μὴ νοοῦντες τὸ γεγραμμένον· ἔλεον καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι κύριε· μήτε εἰδότες, ὅτι ἡ τελειότης

τῆς

(a) *In Hebræo legitur*, רוח קדשך, Spiritum Sanctitatis tuæ, *quod LXX. reddiderunt* Spiritum Sanctum. Basn.

Sæc. IV. Anno 360.

τῆς οἰκονομίας, ἐξ ἐλέους καὶ ἐπιτιμίας ἤρτηται· καὶ διὰ τοῦτο ἀμβλυωποῦντες, σιωπῶσι τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ νόμου· μᾶλλον δὲ τῶν ἐπιτιμήσεων μνημονεύουσι· καὶ ἄνω καὶ κάτω βοῶσιν· οὐχ ὁρᾶτε φησὶν, ἵνα παιδία λοιδορήσωσι τὸν Ἐλισσαῖον κατηρᾶτο· καὶ δύσιν ἄρκτοις ἔκδοτα παρεδίδου τὰ νήπια, βορὰν καὶ θοίνην παρασκευακὼς τοῖς ἄρκτοις τὰ παιδία· οὐχ ὁρᾶτε φησὶν, ἵνα τινὲς ἄκοντες στρατιῶται ἀπὸ τοῦ ἐπιτάττοντος ἀποσταλῶσι καλέσαι τὸν Ἡλίαν, βαδίσαι μὲν ὤκνησε, καὶ φθάσαι παρῃτήσατο, πῦρ δὲ κατήνεγκε, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐδαπάνα καὶ ἀνήλισκε· λέγων, εἰ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ εἰμὶ ἐγὼ, καταβήσεται πῦρ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ καὶ καταφάγεταί σε καὶ τοὺς πεντήκοντά σου; καὶ ἐπειδὴ τοιαύτας αἰτίας, καὶ τοιαύτας ἐπιτιμίας ἐν τάξει πονηρίας καὶ κακίας τιθέντα, τί ἐροῦσι περὶ Παύλου· ὅστις ποτὲ τὸν λεγόμενον Βαριησοῦν τὸν μάγον, ἐπὶ Σεργίου Παύλου ἀνθυπάτου, ὡς κακοτεχνίαις τοῦ λόγου στρεφομένην τὴν διάνοιαν τῶν παιδευομένων ἑώρα οὐκ ἤνεγκεν, ἐπετίμησε, στέρησιν τῶν ὀφθαλμῶν εἰργάσατο, ἐβόησεν, ὦ πλήρες δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας, υἱὲ διαβόλου· οὐ παύσῃ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς κυρίου τὰς εὐθείας; καὶ ἰδοὺ χεὶρ κυρίου ἐπὶ σὲ, καὶ ἔσῃ τυφλὸς μὴ βλέπων τὸν ἥλιον, ἄχρι καιροῦ.

Τὶ δὲ ἐροῦσι περὶ τοῦ Πέτρου; ὅτε Ἀνανίας καὶ Σάπφειρα πωλήσαντες κτημάτιον ἐνοσφίσαντο μέρος· μέρος δὲ κεκομίκασιν· ὅτι κρίνας καὶ ἐλέγξας, τὸν μὲν Ἀνανίαν νεκρὸν ἔδειξε, τὴν δὲ Σάπφειραν τῷ αὐτῷ μνηματίῳ παραδέδωκεν; ἔκειντο γὰρ νεκροὶ λόγῳ ἀνῃρημένοι· κακεῖ μὲν τὸ πῦρ κομισθὲν ἀνήλισκε τοὺς ἀφικομένους· ὧδε δὲ λόγος προελθὼν, ἐν ὄψεσι τῶν μαθητευομένων, νεκροὺς ἔδειξε τοὺς τὴν πίστιν κεκαπηλευκότας· κακεῖ μὲν Ἐλισσαῖος θηρσὶ τὰ σώματα τῶν νηπίων ἐδίδου· ὧδε δὲ Παῦλος ἀφῄρει τὴν βλέψιν τῶν ὀμμάτων, καὶ τυφλὸν τὸν βλέποντα εἰργάζετο· καὶ τοιαῦτα πράττοντες τὰς ἐπιτιμίας δεδώκασιν· εἰ οὖν ἐπὶ ἀτόποις ἡ ἐπιτιμία λαμβάνεται, ἄτοπος Πέτρος καὶ Παῦλος· εἰ δὲ καλοὶ εἰσὶν, ὅτι ἀπόστολοι εἰσὶ, καὶ καλοὶ εἰσὶν ὅτι ἐπιτετιμήκασι, τί διαβάλλεις τὰς ἐπιτιμίας, καὶ τῶν ἀποστόλων ἐπιτιμίαις χρησαμένων; εἰ τοὺς μὲν ἀποστόλους ἀποδεχόμεθα, τὰς δὲ ἐπιτιμίας μεμφόμεθα, οὐ κατὰ πρόσωπον οἱ νόμοι κρίνουσι τὰ πράγματα, ἢ δικάζουσιν· οὐ πρὸς τὰ πρόσωπα ἀφελκοῦσι, τῇ δὲ τῶν πράξεων ὁμοιότητι συντρέχουσιν.

Ἀλλὰ φησὶν ἐλεήμων ὁ υἱὸς, ἐλεήμων ὁ τὰ εὐαγγέλια γεγραφηκώς· καὶ ὁ ἐλεήμων, γέννημα ἐστὶ τοῦ ἐλεήμονος· ὁ δὲ νόμος τραχὺς, οὐ συγγινώσκων τοῖς ἡμαρτηκόσι· σπλάγχνον δὲ ἔχει τὸ εὐαγγέλιον, συστέλλον μὲν τὰς πλημμελείας, κηρύττον δὲ τὰς μετανοίας· ἰδοὺ γὰρ ὁ σωτὴρ, λέξουσι, καὶ Πέτρου ἀρνησαμένου ἐφείσατο, καὶ ἁμάρτημα τηλικοῦτον πεπλημ-

nem ratione gubernationis ex misericordia & vindicatione pendere. Idcircò cæcati, miserationes Legis tacent; & vindicationum potius meminerunt; & ubique clamant: Non videtis, quia pueri parvi convitium fecerunt Elizæo, maledixit eis, & duobus ursis tradidit pueros ad devorandum (a)? Non videtis, quia quibusdam militibus missis à Rege ad vocandum Eliam invitis, noluit ire cum eis, ignem jaculatus est, & viros consumpsit, inquiens, *Si vir Dei ego sum, descendet de cælo ignis, & devorabit te, & quinquaginta tuos?* Si hujus mali accusationes & vindictas inter vitiosa & prava referunt, quid dicturi sunt de Paulo, qui cùm videret aliquando Bar-Jesu magum, qui erat cum Sergio Paulo Proconsule, differentem, & artificiosâ machinatione orationis mentem eorum, qui veritatem didicerant, depravantem, non est passus, increpavit, punivit, privavit oculis, clamavit, *O plene dolo & omni fallaciâ, fili diaboli, non desinis subvertere vias Domini rectas? & nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus, non videns solem usque ad tempus.*

Quid de Petro dicent, quando Ananias & Sapphira venditâ possessiuncula partem pretii sibi averterunt, partem attulerunt? cùm Ananiam judicatum, & mendacii convictum morte affecit, Sapphiram autem eidem sepulchro tradidit? Jacebant enim mortui, verbo interfecti. Illic ignis allatus consumpsit ad Eliam profectos; hic verbum emissum in conspectu discipulorum efficit, ut qui fidem cauponati erant, morerentur. Illic Elizæus corpora puerorum bestiis dedit; hìc Paulus aspectum oculorum ademit, & eum, qui videbat, cæcavit, & qui talia patraverunt, pœnas dederunt. Si igitur pœna ac vindicta in malis numeratur, mali sunt Paulus & Petrus: sin autem boni sunt, quia Apostoli sunt, boni sunt, quia pœnas exegerunt. Quid pœnas accusas, idque Apostolis irrogatione pœnarum usis? quod si Apostolos quidem approbamus, pœnas verò improbamus, non decernunt, vel jus dicunt Leges secundum personam de factis; non disceptant contra personas, sed astipulantur similitudini factorum. Deus parcit & plectit in Veteri & Novo Testamento.

Sed rursus aiunt; Misericors est Filius; misericors, qui Euangelia scripsit, & qui misericors est, Filius est misericordis. Lex verò dura & aspera est, non parcens delinquentibus: misericordiam autem continet Euangelium, quod delicta quidem coërcet, pœnitentias verò prædicat. Ecce, dicent, Petrus negavit, & Salvator pepercit & eum, qui tam grave Euangelium misericordiâ plenum.

 pec-

(a) *Additur in Græco:* infantes escam & convivium ursis præparaverat. BASN.

Sæc. IV. Anno 360.

peccatum commiserat, dissimulat, & minas clementiæ subjecit, ut esset omnibus per universam vitam exemplum, & imago clementiæ Salvatoris. Quid igitur Lex? an caret imitatione exempli, & non habet imaginem parem, & huic respondentem? ac Petrus quidem studio virtutis deditus, & lapsus, veniâ & condonatione honoratus est: in Lege autem nemo post peccatum & quidem magnum veniam sibi per pœnitentiam conciliavit? Si enim ignorant, recitabimus quod scriptum est: *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam, & à peccato meo munda me. Tibi soli peccavi, & malum coram te feci.* Si autem non ignorant, sed sciunt, silentium tenent in malo sermone.

Cognatæ igitur & germanæ sunt res, similes imagines: atque hîc quidem Petrus, illîc verò David, ut magnorum virorum lapsus magnâ etiam veniâ curentur; & iis, qui graviter deliquerunt, magna etiam misericordia tributa sit. Si igitur admirantur Euangelia, quia Petrus misericordiam consecutus est, admirentur etiam Legem, quia & David misericordiam adeptus est. Si autem Legem accusant, quia post tanta delicta non est David data venia; neque Petrus opinione eorum, querelam, & accusationem effugiet; & videbitur quidem contra solum David facta accusatio; sed reipsâ eâdem accusatione accusabitur Petrus. Si autem dixerint, bonam quidem esse veniam, sed veniam veteris Legis usque ad unum pertigisse, in Euangelio autem multam esse veniam, & pelagus condonationis; & clamat ibi Salvator: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Legant vetera, & subeat admiratio eorum, quæ scripta sunt.

Si autem propter desuetudinem exercitationis nolunt legere scripta, etiam hîc desinant accusare. Salvator dicit: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos;* neminem prætermisit, neminem reliquit, omnes complexus est. David verò ait: *Omnes gentes plaudite manibus.* Et rursus, *Auribus percipite omnes, qui habitatis orbem, quique terrigenæ, & filii hominum, simul in unum dives, & pauper.* Omnes in Euangelio excitati sunt; omnes in Lege. Neminem reliquit Euangelium; neminem Lex omisit. Clamavit Euangelium, Agite pœnitentiam, appropinquavit enim Regnum cœlorum. Omnibus dimisit hanc sermocinationem; cum delinquentibus loquebatur, cum lapsis sermonem habebat, cum iis, qui jam erant rei mortis, loquebatur, libertatem per prædicationem præconciliabat.

μεληκότα πορίησι, καὶ ἁπλὴν τὴν φιλανθρωπίαν προσπεποίηται, ὑπόδειγμα τὸν ἄνδρα παντὶ τῷ βίῳ καταλελοιπὼς, ἵνα τῆς ἑαυτοῦ φιλανθρωπίας εἰκόνα ἐκεῖνον παράσχῃ· τί οὖν ὁ νόμος; ἆρα ἀπορεῖ τῆς μιμήσεως; καὶ κατάλληλον εἰκόνα οὐκ ἔχει; καὶ Πέτρος μὲν σπουδαῖος ὢν, καὶ σφαλεὶς ἀφέσει καὶ συγχωρήσει τετίμηται· οὐδεὶς δὲ ἐν τῷ νόμῳ πλημμελήσας, καὶ μέγα πλημμελήσας, τῇ μετανοίᾳ τὴν ἄφεσιν ἐμνηστεύσατο; εἰ μὲν γὰρ ἀγνοοῦσιν, ἐροῦμεν τὸ γεγραμμένον· ἐλέησόν με ὁ Θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου· ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου, καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με· σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα· εἰ δὲ ἴσασι, τῇ κακομυθίᾳ ἐχεμυθοῦσιν.

Ἀδελφὰ οὖν τὰ πράγματα· ὅμοιαι αἱ εἰκόνες καὶ ὧδε μὲν Πέτρος, ἐκεῖ δὲ ὁ ἱεροψάλτης· ὅπως καὶ μεγάλων ἀνθρώπων πτώματα, μεγάλαις καὶ συγχωρήσεσιν ἰαθῇ· καὶ τοῖς μεγάλα ἡμαρτηκόσι μέγας καὶ ὁ γινόμενος ἔλεος· εἰ μὲν οὖν θαυμάζουσι τὰ εὐαγγέλια, ὅτι Πέτρος ἠλεήθη θαυμαζέτωσαν, ὅτι καὶ Δαβὶδ ἠλέηται· εἰ δὲ αἰτιῶνται, ὅτι μετὰ τόσα δὲ οὐκ ἀφείθη ὁ Δαβὶδ, οὐδὲ φεύξεται δι' αὐτοὺς τὴν αἰτίαν οὐδὲ ὁ Πέτρος· καὶ δόξει μὲν κατὰ μόνου Δαβὶδ, εἶναι ἡ αἰτία, τῇ δὲ δυνάμει κατηγορηθήσεται καὶ ὁ Πέτρος τῇ αὐτῇ κατηγορίᾳ· εἰ δὲ φήσουσιν, ὅτι καλὴ μὲν ἡ συγχώρησις, μέχρι δὲ ἑνὸς ἡ συγχώρησις τοῦ παλαιοῦ νόμου ἔφθασε, πλῆθος δὲ ἐνταῦθα συγχωρήσεως, καὶ πέλαγος ἀφέσεως, καὶ φωνὴ ἐστὶ βεβοηκυῖα. Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· ἀναγνώτωσαν τὰ παλαιὰ, καὶ θαῦμα τῶν γεγραμμένων λαμβανέτωσαν.

Εἰ δὲ δι' ἀμελετησίαν τοῖς γράμμασιν ἐντυχεῖν οὐκ ἀνέχονται· κἂν ταύτης τῆς αἰτίας ταύτης ἀπαλλαττέτωσαν· ὁ σωτὴρ λέγει. Δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, οὐδένα παρεὶς, μηδένα ἀπολιπὼν, πάντας περιλαβών· ὁ δὲ ἱεροψάλτης λέγει· πάντα τὰ ἔθνη κροτήσατε χεῖρας· καὶ πάλιν, ἐνωτίσασθε πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην· οἵ τε γηγενεῖς καὶ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐπὶ τὸ αὐτὸ πλούσιος καὶ πένης· πάντες ἐξ εὐαγγελίου, πάντες ἐκ νόμου κεκίνηνται· οὐδένα παραλέλοιπε τὸ εὐαγγέλιον· οὐδένα ἀφῆκεν ὁ νόμος· ἐβόησε τὸ εὐαγγέλιον· μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· πρὸς πάντας ἀφῆκε τὴν ὁμιλίαν ταύτην, πταίουσι διελέγετο· ἐσφαλμένοις ὡμίλει· ἤδη θάνατον ὀφείλουσιν ἐφθέγγετο· ἐλευθερίαν διὰ τοῦ κηρύγματος προεμνηστεύετο.

Sæc. IV. Anno 360.

Ἐπεδήμησε καὶ Ἰωνᾶς ἐν τῇ Νινευΐ, ἐν πόλει οὐ μικρᾷ, ἐν ἔθνει πολυανθρώπῳ· τὴν ἀπειλὴν ἔδειξε· τὴν ἐπιτιμίαν οὐκ ἐσιώπησεν, ἐβόησε πληκτικῶς τῷ λόγῳ· εἶδε τοὺς ἄνδρας· εἰς μετάθεσιν ἤνεγκεν· ἀπολύτους τῆς ἁμαρτίας εἰργάσατο· ἡ προκαταγγελθεῖσα ἐπιτιμία ᾤχετο· ἔλεος διεδέχετο· τὸ ζητούμενον γέγονεν· οὐ γὰρ ἡ τῶν ἀνθρώπων ἀναίρεσις ἐζητεῖτο, ἀλλ' ἡ τῶν τρόπων μεταβολὴ ἠρευνᾶτο· καὶ ἐπειδὴ γέγονε τὸ ζητηθὲν, καὶ μετεβλήθησαν οἱ ἄνδρες, ἐφάνη τοῦ φιλανθρώπου ἡ δωρεά· ἐβόησε συνηγορῶν ὁ δικάζων· εἶπε τῷ ἑαυτοῦ οἰκέτῃ· εἰ σὺ ἐφείσω ὑπὲρ τῆς κολοκύνθης ὑπὲρ ἧς οὐκ ἐκακοπάθησας, ἣ ὑπὸ νύκτα ἐγένετο, καὶ ὑπὸ νύκτα ἀπώλετο, ἐγὼ δὲ οὐ φείσομαι ὑπὲρ Νινευῒ τῆς πόλεως τῆς μεγάλης, ἐν ᾗ κατοικοῦσι πλείους ἢ δώδεκα μυριάδες ἀνδρῶν καὶ κτήνη πολλά· καὶ φειδοὺς ἦν Θεὸς, καὶ φανερὸς ἦν ὁ φθεγγόμενος· ὁ νῦν μὲν ταῦτα εἰρηκὼς, ἐν δὲ ἑτέρῳ προφήτῃ βεβοηκὼς, οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν· ὁ ὑπὸ τῶν ἐπισταμένων ὑμνεῖν δοξολογούμενος, οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ὁ κύριος, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος· τηλικοῦτον γὰρ πέλαγος ἐστὶν οἰκτιρμῶν παρὰ τῷ Θεῷ, ὡς καὶ τὴν ἐλαχίστην καὶ βραχυτάτην, καὶ τῶν πάνυ φαυλοτάτων πρὸς μετάνοιαν ῥοπὴν, μὴ ἀτίμητον ἐᾶσαι· σχεδὸν γὰρ εἰς πέρας κακίας ἐληλακότος τοῦ Ἀχαὰβ, καὶ ὀλίγως πῶς κατανυγέντος τετίμηκεν ὁ Θεὸς, καὶ ἔδειξε τῷ οἰκέτῃ τὸ πρᾶγμα, καὶ συνέστειλε τὴν ἀπειλὴν, χρόνον τῆς ἐπιτιμίας μεταξὺ καταλιμπάνων· εἶδες, φησὶ, πῶς κατενύγη Ἀχαάβ; οὐ μὴ ἐπάξω τὰ κακὰ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν ἡμέραις ἄλλαις, ἵνα καὶ τὴν ἐλαχίστην ῥανίδα τῆς μετανοίας τιμήσῃ τῇ πρεπούσῃ τιμῇ ὁ Θεός.

Καὶ ταῦτα μὲν μέχρι τούτου προειρηκότες κατελέξαμεν, ἵνα καὶ ὁ περὶ νόμου λόγος μὴ παντελῶς ἀγύμναστος καταλελειμμένος ὑπάρχῃ· μόνον τοῦτο προσγεγραφηκότες, ὅτι σκιὰ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· καὶ γὰρ παιδαγωγὸς συμπράττει τῷ παιδὶ καὶ τῇ νέᾳ ἡλικίᾳ, μέχρις οὗ ὁ διδάσκαλος τὴν ἕξιν παραλαβὼν τοῖς μαθήμασι τοῖς μείζοσι παραδῷ· καιριώτερον γάρ τις δυνήσεται, ταύτην ἰδίαν ὑπόθεσιν θέμενος κατασκευάσαι, πῶς μὲν διὰ Μωσέως ὁ νόμος· ἀπὸ δὲ κυρίου ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια ἐγένετο· ἡμεῖς δὲ καὶ τῶν ἑτέρων ἐπιχειρήσεων τοῦ ἐκτρώματος ἐφαψώμεθα τὴν ἄλλην ἄτοπον αὐτοῦ δόξαν ἐν τοῖς λογίοις παρατιθέντες, καὶ ταῖς ἐξετάσεσι γυμνοῦντες, ὅπως, εἴγε οἷόν τε ἐστὶ τὰς αἱρεθείσας διανοίας τῆς ἀλόγου δόξης ἐξυφαιρῆσαι δυνηθῶμεν.

Ἐξέτεινε γὰρ ἑαυτὸν, καὶ μέχρι τοῦ δημιουργήματος, καὶ τοῦτο τὸ φαινόμενον ποίημα τοῦ ἀπατεῶνος εἶναι ποίημα βούλεται· καὶ εἶναι τὸν ἄνθρωπον πλάσμα τοῦ πονηροῦ· καὶ εἶναι μὲν τὴν ψυχὴν ἀπὸ Θεοῦ, εἶναι δὲ παρὰ τοῦ πονηροῦ ἡρμοσμένην· καὶ γεγονέναι

Profectus est Jonas Ninivem, quæ erat civitas non parva & magnâ gentium frequentiâ habitata. Edidit comminationem, non reticuit pœnam, clamavit, perterruit sermone. Vidit viros, ad mutationem vitæ impulit, fecit ut peccatum repudiarent. Prænunciata comminatio abiit, successit misericordia. Factum est, quod ut fieret, curabatur: non enim interitus quærebatur, sed mutatio morum indagabatur. Postquam factum est hoc, & viri mutati sunt, apparuit donum Dei, clamavit Judex patrocinium suscipiens, dixit ministro suo: *Si tu tristatus es pro cucurbita, pro qua non laborasti, quæ sub una nocte nata est, & sub una nocte periit; ego verò non parcam pro Ninive civitate magna, in qua habitant plusquam centum viginti millia hominum, & multa jumenta?* & pepercit Deus, qui nunc quidem hæc dixit; in alio autem Propheta clamavit, inquiens: *Nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur, & vivat,* qui ab iis, qui sciunt laudes ejus canere, in laudibus vocatur miserator, & misericors, patiens, & multæ misericordiæ; tam ingens enim pelagus miserationum apud Deum est, ut minimam, & brevissimam etiam flagitiosissimorum ad pœnitentiam inclinationem non relinquat inhonoratam. Achab enim fermè ad extremum nequitiæ processerat, & cùm paulùm compunctus esset, honoravit eum Deus, & rem ministro ostendit, & minas repressit, ac cohibuit, protrahens interim tempus supplicii, *Vides*, inquit, *quomodo compunctus est Achab? non inducam mala in diebus ejus, sed in aliis diebus*, idque ut minimam aspersionem pœnitentiæ decenti honore Deus honoraret.

Lex umbra bonorum.

Sed hæc hactenus, ne disputatio de Lege omnino præteriretur non tractata & excussa. Hoc solum addemus, fuisse Legem umbram futurorum bonorum, pædagogum verò adjuvare puerum, & ætatem pueritiæ, quousque magister susceptâ grandiore ejus habitudine, majoribus disciplinis eum tradat: commodius enim & aptius hoc principio tanquam fundamento jacto, poterit quis confirmare, quomodo *Lex per Moysem data, gratia verò & veritas à Christo facta sit.* Nos autem alias argumentationes abortionis istius attingamus propositâ aliâ hujus opinione in Scripturis absonâ, & absurdâ, ut eâ excussâ & evolutâ, quoad fieri potest, mentes illaqueatas ex opinione amente eripere possimus.

Creatio à diabolo secundum Manichæos.

Porrexit enim se usque ad fabricam mundi, & hoc, quod cernitur creatum, à diabolo creatum esse vult; esseque hominem à diabolo formatum; atque animam quidem à Deo, esse tamen corpori à diabolo aptatam, & fa-

ctum hominem, qui substantiam quidem corporis ex substantia diaboli acceperit, substantiam verò animæ tanquam spolium & exuvias ex Deo sumpserit: ut anima quidem sumpta sit ex Deo, traxerit verò de Deo spolium diabolus (a), atque ita ex substantia diaboli, & spolio Deo detracto fabricatum esse hominem ex corpore & anima constantem; atque animæ quidem non esse auctorem diabolum, neque substantiam ejus fecisse, sed solius ingressus animæ in corpus effectorem esse; detractam enim tanquam spolium, ut ipsi ajunt, in carnem immisit, carnem verò ipsam, & formationem, & figuram, & talem formam, ac totam substantiam opus esse & formationem diaboli. Fatentes igitur factum esse hominem ex contrariis, neque quæ sit contrariorum ratio sciunt; neque sciunt, esse quædam contraria, quæ inter se commisceri non possunt, quia nullam inter se communionem, neque mistionem habere queunt, quin potius causa sunt interitûs sui in illa, quæ putatur, communione, quia non possunt simul esse, immò aliud tollitur, quia aliud dominatur.

Corpus non est à diabolo, & anima à Deo.

Ecce, in uno cubiculo dies & nox inveniri non potest, quia solum lumen inventum prius sustulit tenebras. Ecce, in una anima pudicitia & scortatio non possunt cerni, quia sola pudicitia, si apparuerit, fugat, & amandat scortationem. Ecce, pietas & impietas in homine uno nunquam erit, ubi enim pietas cernitur, neque stilla impietatis apparebit. Confirmat autem Apostolus, & signat, quæ dicta sunt. *Quæ*, inquit, *societas luci ad tenebras? Quæ pars Christo cum Belial?* Quæ enim sunt sibi contraria, non possunt esse sibi amica, & unus concentus non poterit facere, ut quæ sunt unius concentûs discrepent: nec enim ex numeroso, & non numeroso unus concentus, & una modulatio efficitur, nec ex silentio & locutione una compositio fit. Unum enim solum esse oportet, altero sublato, quod non patitur, ut simul sit. Si autem corpus esset diaboli, & anima Dei, quomodo unus concentus hominis ex eis conflatus esset? Quomodo una amicitia, & affectio? en, aptatus & factus est unus homo, & concentu ac convenientiâ unus est. Ecce anima copulata est cum corpore, & illud amat, & affectione complectitur; *Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fovet eam.* Si autem alterum alterius curam habet, & dolorem corporis suum ducit anima, & non disjungitur affectionibus, sed adjungit se ad vulnera, adjungit se ad affectiones; & cùm corpus dolet propter vulnera, in tristitia & molestia est anima, quæ potest esse expers doloris.

τὸν ἄνθρωπον, τὴν μὲν οὐσίαν τοῦ σώματος ἀπὸ τῆς οὐσίας εἰληφότα τοῦ πονηροῦ, τὴν δὲ οὐσίαν τῆς ψυχῆς, ὡς σκῦλον ἢ λάφυρον ἀπὸ Θεοῦ ληφθεῖσαν, ὑπὸ δὲ τοῦ πονηροῦ λαφυραγωγηθεῖσαν· οὕτως ἔκ τε τῆς λαφυραγωγηθείσης, καὶ τῆς οὐσίας τοῦ πονηροῦ γεγονέναι τὸν ἄνθρωπον, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος· καὶ τῆς μὲν ψυχῆς μὴ αἴτιον εἶναι τὸν πονηρὸν, μήτε πεποιηκέναι οὐσίαν ψυχῆς, τῆς δὲ εἰς κράσεως μόνης τῆς ἐν σώματι ἐνεργὸν εἶναι· σκυλέσας γὰρ ὥς φασιν εἰσέκρινε τῇ σαρκί· τὴν δὲ σάρκα αὐτὴν, καὶ τὴν πλάσιν αὐτὴν, καὶ τὸν χαρακτῆρα, καὶ τὴν τοιαύτην δὲ μορφὴν, καὶ τὴν οὐσίαν ὅλην, ἔργον εἶναι καὶ πλάσιν τοῦ ἀπατεῶνος· ἐξ ἐναντίων γοῦν γεγονέναι τὸν ἄνθρωπον ὁμολογοῦντες, οὐδὲ τὸν τῶν ἐναντίων ἴσασι λόγον· οὐδὲ ὅτι ἐστὶ τινὰ τῶν ἐναντίων, ἅτινα ἀμιγῆ ἐστιν ἐν αὐτοῖς, μηδεμίαν πρὸς ἑαυτὰ μίξιν καὶ κοινωνίαν δέξασθαι δυνάμενα, ἀλλὰ τῇ νομιζομένῃ κοινωνίᾳ ἀναιρέσεως ἑαυτῶν ὄντα αἴτια, μὴ δυνάμενα ὁμοῦ εἶναι· ἀλλὰ τοῦ ἑτέρου ἀναιρουμένου, διὰ τὴν τοῦ ἑτέρου ἐπικράτησιν.

Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἑνὶ κοιτωνίσκῳ, ἡμέρα καὶ νὺξ οὐκ ἂν εὑρεθείη· ἐπεὶ μόνον φῶς εὑρεθὲν προαναιρεῖ τὸ σκότος· ἰδοὺ ἐν μιᾷ ψυχῇ σωφροσύνη καὶ πορνεία οὐκ ἂν φανείη· ἐπεὶ μόνη σωφροσύνη φανεῖσα, ἐκ ποδῶν γενέσθαι τὴν πορνείαν ποιεῖ· ἰδοὺ θεοσέβεια καὶ ἀσέβεια ἐν ἑνὶ ἀνθρώπῳ οὐκ ἂν γένοιτο, ὅπου γὰρ εὐσέβεια φαίνεται, οὐδὲ ῥανὶς ἀσεβείας φανείη· ἐπικρίνει δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος, καὶ σφραγίζει τὰ εἰρημένα· τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; τίς μερὶς Χριστῷ πρὸς Βελίαλ; τὰ γὰρ ἑαυτοῖς ἐναντία, φίλα ἑαυτοῖς οὐκ ἂν γένοιτο· καὶ μίαν ἁρμονίαν οὐκ ἂν ποιοῖ τὰ ἑαυτῶν διεστηκότα· οὐδὲ γὰρ ἔκ τε ῥυθμοῦ καὶ ἀρρυθμίας μία γίνεται ἁρμονία, οὔτε ἐκ σιωπῆς καὶ λαλιᾶς μία γίγνεται σύστασις· μόνον γὰρ τὸ ἓν εἶναι ὀφείλει, τοῦ ἑτέρου συστῆναι οὐκ ἀνεχομένου· εἰ δὲ τὸ σῶμα ἦν τοῦ πονηροῦ, καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ Θεοῦ, πῶς εἰς μίαν ἁρμονίαν τοῦ ἀνθρώπου ἀποδέδοται; πῶς εἰς μίαν διάθεσιν καὶ φιλίαν; ἰδοὺ γὰρ ἥρμοσαι, καὶ γέγονεν εἷς ἄνθρωπος· καὶ τῇ ἁρμονίᾳ ἐστὶν εἷς· ἰδοὺ ἡ ψυχὴ ἐστὶ τοῦ σώματος, καὶ φιλεῖ καὶ στέργει· οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν· ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτήν· εἶδε δὴ τῷ ἑτέρῳ μέλει περὶ τοῦ ἑτέρου, καὶ τὴν ἀλγηδόνα τοῦ σώματος, ἰδίαν ἀλγηδόνα ἡγεῖται ἡ ψυχή· καὶ οὐ διαιρεῖται τῶν παθημάτων, ἀλλ' οἰκειοῦται πρὸς τὰ τραύματα οἰκειοῦται πρὸς τὰ παθήματα· καὶ ὅτε μὲν ἀλγῇ τραυμάτων ἕνεκεν ἀνιᾶται, ἀνώδυνον εἶναι μὴ δυναμένη.

Ὅτε

(a) *Græca ferunt:* Enim illa animam quidem à Deo homines accepisse; sed deprædatam & spoliatam à dæmone, *non* à Deo, *ut vult Turrianus.* Basn.

Sæc. IV. Anno 360.

Ὅτι δὲ ἡδυπαθῇ καὶ ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἐρεθίζεται, μετέχει τῶν κινημάτων καὶ ἡ ψυχή, καὶ συνεφάπτεται τῶν ἐρεθισμῶν, καὶ λήγει μὲν ὁμοίως, λαμβάνει δὲ ἐπίδοσιν ὡσαύτως· καὶ ληγούσης μὲν ψυχῆς ἀπὸ τῶν κινημάτων τῶν παθῶν, συλλήγει καὶ τὸ σῶμα, καὶ καθησυχάζει· ἐπιτριβομένης δὲ τῆς ἐπιθυμίας ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τῶν ἐρεθισμῶν ἐπιτριβομένων, ἡδύνει καὶ τὸ σῶμα, καὶ φλεγμαίνει· καὶ γίγνονται ἴσως μὲν οἱ ἐρεθισμοί, ἴσως δὲ καὶ τῶν ἐρεθισμάτων αἱ ἀποθέσεις καὶ ἐκλείψεις· εἰ δὲ ἐξ ἐναντίων ἦν, καὶ τὸ μὲν σῶμα τοῦ πονηροῦ ἦν, ἡ δὲ ψυχὴ τοῦ Θεοῦ, πρῶτον μὲν οὐκ ἂν ἐγεγόνει σύνοδος, οὔτε αὐτὴ ἡ μακρὰ κρᾶσις ἐπετελεῖτο· δεύτερον δὲ τὸ ἕτερον τὰ τοῦ ἑτέρου οὐκ ἂν προσεδέχετο· ἀλλ' ἑκάτερον ἴδια μὲν τὰ ἑαυτοῦ, ἀλλότρια δὲ τὰ τοῦ ἑτέρου ἐλογίζετο· καὶ οὔτε ἡ ἡδονὴ τῶν σωμάτων ἡδονὴ ψυχῆς ἐγίγνετο, οὔτε τὰ τραύματα τῶν σωμάτων, ἀλγηδόνες ψυχῆς ἐγίγνοντο· ἀλλ' ἑκάτερον καθ' ἑαυτό, καὶ τὴν ἡδονὴν ἑαυτῷ, καὶ τὰ τραύματα ἐμερίζετο· πῶς δὲ καὶ ὁ διάβολος ἴσχυσε τὸ μὴ ἴδιον ἐκεῖθεν λαβεῖν; πῶς δὲ καὶ ἡ ψυχὴ μὴ τούτου οὖσα, ἀλλὰ ἄλλου οὖσα, καὶ μηδεμίαν ἐπιμιξίαν ἔχουσα πρὸς τὸ χωρίον τοῦτο, ἀλλ' οὖσα ἑτέρας οὐσίας καὶ πάντῃ ἠλλοτριωμένη τῆς οὐσίας τοῦ πονηροῦ, ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις ἐστὶ καὶ ξένοις; καὶ τὴν τοῦ σώματος ἐπιμιξίαν φέρει δεσμὸν πονηροῦ, καὶ δέδεται οὐκ ἐν ἰδίῳ καὶ ἰδιοποιεῖται τὴν σάρκα, καὶ ἁγίαν αὐτὴν ποιεῖ, καὶ πρὸς ἀρετὴν αὐτὴν παρασκευάζει, ὡς ἀφομοιοῦσθαι κατὰ τὸ δυνατὸν τῷ κρείττονι; ὅταν γὰρ ἁγνὸν ᾖ καὶ ἀρρύπαρον καὶ ἀκηλίδωτον, ὅταν ἅγιον ᾖ καὶ σεμνόν, ὅταν ἁγίας ἔχῃ τὰς λαλιάς, ὅταν δεξιὰς ἔχῃ τὰς λαλιάς, ὅταν δεξιὰς ἔχῃ τὰς βλέψεις, ὅταν θείας ἔχῃ τὰς κινήσεις, τί ἕτερον, ἢ ἀφομοιοῦσθαι τῷ κρείττονι; (a) καὶ ἐξεικάζεται τῷ καλῷ, καὶ ἀναφέρει χαρακτῆρα τοῦ κρείττονος; καὶ ταῦτα μὲν οὕτως εἰρήσθω.

Ὀλίγα δὲ καὶ τῶν λογίων παραθώμεθα, ἵνα καὶ ἡ τῶν λογίων παράθεσις ἐντροπὴν μὲν ἐκείνοις, ἡμῖν δὲ πίστεως ἀκρίβειαν ποιήσῃ· ὁ γὰρ σωτὴρ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τῆς πλάσεως μεμνημένος ἀνδρὸς καὶ γυναικός, καὶ τὴν πλάσιν ἀναφέρων ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, καὶ ποιητὴν τοῦ παντὸς ἔλεγεν· ὁ κτίσας ἀπ' ἀρχῆς, ἄρσεν, καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· καὶ εἶπεν, ἕνεκεν τούτου, καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα· καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ· καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω· καὶ τὸν ὅρον τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς, αἴτιον ὁμολογῶν εἶδε. καὶ πατέρα ὁμολογεῖ, καὶ ἐπέχει τὰς ἀνθρωπίνας ἐπινοίας, ἀχώριστα εἶναι τὰ πεποιημένα βουλόμενος, καὶ μὴ ἀνθρωπίνῃ γνώμῃ χωρί-

Cùm verò voluptatem percipit, & à voluptate titillatur, anima etiam motus corporis participat, & titillationes simul attingit: ac similiter quidem desinit, accipit verò similiter incrementum. Cùm anima, inquam, desinit perturbationibus moveri, simul desinit corpus, & conquiescit. Cùm verò cupiditas in anima remoratur, titillationibus etiam in corpore remoratis, corpus suavitate perfundit, & inflammat; fiuntque æqualiter titillationes, & æqualiter titillationum abjectiones, & defectiones. Si autem ex contrariis esset homo, ac corpus quidem diaboli esset, anima verò Dei, primùm quidem non facta fuisset conjunctio utriusque, nec ipsa diuturna mistio perficeretur. Secundò, quamvis alterum ab altero reciperetur, & utrumque tamen, quæ sua essent, propria, & privata duceret; quæ verò alterius, aliena: & neque voluptas corporis, animæ voluptas fieret; neque vulnera corporis dolores animæ essent; sed utrumque per se voluptatem, & dolorem sibi impertiret. Quomodo diabolus illinc, quod suum non erat, sumere potuit? quomodo anima, quæ non est hujus, sed alterius, & nullam admistionem ejus habet, sed est alterius substantiæ, & substantiæ omnino à diabolo alienæ; quomodo, inquam, in alienis & externis est? & admistionem corporis diaboli, tanquam vinculum patitur, & tolerat, & ligata est in non suo? quomodo carnem propriam esse ducit, & sanctam facit, atque eam ad virtutem præparat, ut quoad fieri potest, similem Deo efficiat? cùm enim corpus castum est, & non sordidatum, neque maculatum; cùm sanctum est, & honestum, cùm sermo ejus sanctus, & rectus, cùm aspectus justus, cùm motus ejus divini sunt, quid aliud est hoc quàm similem esse Deo? Ac de his quidem hæc dicta sunt.

Testimonia Scripturæ de creatione corporis & animæ à Deo.

Pauca autem ex Scripturis apponamus, ut appositio Scripturarum illos ad erubescendum se adigat, & nobis fidem majorem conciliet. Salvator enim cùm in Euangelio de formatione viri & mulieris meminit, formationem ad Patrem suum, & Conditorem Universi referens, ajebat: *Qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos, & dixit: Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carnem unam: itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.* Novit cujus esset corpus, & cujus anima confitendo auctorem utriusque, & Patrem confitendo; & retinet, ac cohibet humanas cogitationes, volens, ut non possint disjungi, quæ facta sunt, non concedens, ut ullâ

(a) *In Græco adjiciuntur hæc verba, quæ desunt in Latinis:* ἐξεικάζεται τῷ καλῷ, καὶ ἀναφέρει χαρακτῆρα τοῦ κρείττονος: Æquiparatur igitur bono, & refert characterem melioris. Basn.

Sæc. IV. Anno 360.

ullâ humanâ sententiâ, ac voluntate, quæ bene aptata sunt, separare liceat: in Euangelio autem iis, qui falsò videbantur eodem studio & curâ teneri, occulta tamen, & quæ intus erant in homine, negligebant. Ajebat, *Stulti, nonne qui fecit, quod foris est, quod intus est, fecit?* Si autem, quod intus est, anima est, quod autem foris, corpus, & qui fecit, quod intus est, animam fecit, & qui fecit, quod foris est, corpus fecit; igitur qui est animæ auctor & effector, corporis auctor & effector est, & Deus est, qui utrumque fecit, & aptavit, & conjunxit, qui hanc harmoniam decentissimam coagmentavit. Ipse autem Salvator quam accurationem corpori in sermonibus suis adhibet, cùm ait: *Sunt eunuchi, qui se castraverunt propter regnum cœlorum. Qui poterit capere, capiat.* Adhibens enim hanc diligentiam, & studium corpori, & efficiens ipsum sanctum, & perturbationibus, ac voluptatibus vacuum, & omnem cupiditatem verbo amputans, & detondens, procurationem corporis demonstrat, & curam carnis providam significat. Solicitudine autem, & accuratione suam esse prædicat, progrediens usque ad curam aspectûs; ne si aspectus fortuitò, ac temerè moveatur, omni labe & maculâ impleatur; quinimmò si constanter, & graviter cietur, in apta modestia perseveret: ait enim in Euangelio: *Omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est in corde suo.* Commotionem in corpore cum corde commetitur, & aspectum curans, communem curam adhibet cordi, commotionem aspectus commotionem cordis reputans esse, & accurationem aspectus, accurationem mentis. Nec enim aliter nocebit oculus, quàm ut nocebit mens, quia non potest oculus depravari, non depravatâ animâ; si enim anima est in æquitate, & rectè videt, aptè & convenienter oculi cernent.

Christus habuit corpus.

Hic igitur repudians turpem aspectum oculorum, sanctum aspectum inducit. Ut oculi, inquit, recta videant, & palpebræ justa intueantur; erigit enim & extollit oculos, non permittens simul, ut flectantur, sed potius excitat, & ut erecti sint, facit. Idcircò Salvator gerens magnam providentiam, & procurationem corporum corpus gestavit, & in corpus venit. Si igitur non venit in corpore, quid dicturi sunt de cruce, & fixura clavorum, & lanceæ, & monumento, ac sepultura? Sin autem his convicti corpus sumpsisse Salvatorem confitentur, quid dicent, si non sunt dicturi ipsum quoque à diabolo formatum esse? & non jam solum corpus humanum esse diaboli, sed etiam corpus Salva-

ζειν τὰ καλῶς ἡρμοσμένα ἐπιτρέπων· ἐν δὲ τῷ εὐαγγελίῳ, τοῖς δοκήσει τῆς αὐτῆς ἐπιμελείας ἐχομένοις, ἠμεληκόσι δὲ τῶν κρυπτῶν, καὶ τῆς ἔνδον ἐπιμελείας, φησίν· ἄφρονες, οὐχ' ὁ ποιήσας τὸ ἔξωθεν καὶ τὸ ἔνδοθεν ἐποίησεν; εἰ δὲ τὸ μὲν ἔσωθεν ἐστὶν ἡ ψυχή, τὸ δὲ ἔξωθεν τὸ σῶμα, καὶ ὁ ποιήσας τὸ ἔσω, τὴν ψυχὴν πεποίηκε, καὶ ὁ ποιήσας τὸ ἔξω, τὸ σῶμα πεποίηκεν· ὁ ψυχῆς ποιητής, καὶ σώματος ἂν εἴη ποιητής· καὶ Θεός ἐστιν ὁ ἀμφότερα ποιῶν καὶ ἁρμόζων καὶ συνάπτων, ὁ τὴν ἁρμονίαν ταύτην τὴν ἱεροπρεπεστάτην ἡρμοσμένος· αὐτὸς δὲ ὁ σωτὴρ ἐν ταῖς ἑαυτοῦ διαλέξεσιν, οἵαν ἐπιμέλειαν ποιεῖται τοῦ σώματος; ὅταν λέγῃ· εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ὁ δυνάμενος χωρεῖν χωρείτω· ταύτην γὰρ ἐπιμέλειαν τῷ σώματι ἀποδεδωκώς, καὶ ἀγνεύειν αὐτὸ καὶ ἀπαθὲς καὶ ἀνήδονον παρασκευάζων, καὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν ὑποτέμνων καὶ ὑποκείρων τῷ λόγῳ, τὴν πρὸς τὸ σῶμα ἐπιμέλειαν δείκνυσι, καὶ τὴν πρὸς τὴν σάρκα κηδεμονίαν σημαίνει· (a) κηδόμενος δὲ καὶ φροντίζων τὴν ἰδιότητα ἐκ τῆς κηδεμονίας κηρύττει, μέχρι τοῦ βλέμματος φθάνων· ἵνα μὴ τὸ βλέμμα ὡς ἔτυχε κινούμενον, ῥυπαρίας καὶ κηλῖδος ἐμπιμπλῆται, ἀλλὰ τὴν εὔτονον ἔχον κίνησιν ἡρμοσμένον διατελῇ· λέγει γὰρ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· καὶ τὸ ἐν τῷ σώματι πάθος τῇ καρδίᾳ συμμετρεῖ· καὶ τοῦ βλέμματος ἐπιμελούμενος, κοινὴν τὴν ἐπιμέλειαν τῆς καρδίας ποιεῖται· πάθος βλέμματος, πάθος καρδίας εἰσηγησάμενος, καὶ ἐπιμέλειαν ὀμμάτων ἐπιμέλειαν τοῦ διανοητικοῦ θέμενος· οὐδὲ γὰρ ἑτέρως βλάψει τὸ ὄμμα, ἢ ὡς βλάψει ὁ νοῦς· οὐδὲ γὰρ οἷόν τέ ἐστι τὸ ὄμμα διαστρέφεσθαι, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ διαστρέφεσθαι· ἐπιεικῶς γὰρ ψυχῆς καὶ ἁπλῶς ἐρρωμένης, ἐπιτηδείως ὄψεται τὰ ὄμματα.

Ἐνταῦθα γοῦν τὴν ἄτοπον βλέψιν παραβλεψάμενος, τὴν ἁγίαν παρεισάγει, ἵνα οἱ ὀφθαλμοὶ ὀρθὰ βλέπωσι, καὶ τὰ βλέφαρα νευέτω δίκαια· ἐπαίρει γὰρ τὰ ὄμματα, κάτω αὐτὰ κεκάμφθαι μὴ ἐπιτρέπων, ἀλλὰ διανιστῶν αὐτὰ καὶ διεγείρων, καὶ ἐπηρμένα αὐτὰ παρασκευάζων· διὸ πολλὴν ἐπιμέλειαν τῶν σωμάτων ποιούμενος, καὶ σῶμα πεφόρηκε, καὶ εἰς σῶμα ἦλθεν· εἰ μὲν οὖν οὐκ ἦλθεν ἐν σώματι, τί φήσουσι περὶ τοῦ σταυροῦ; καὶ τοῦ τύπου τῶν ἥλων; καὶ τοῦ τύπου τῆς λόγχης; καὶ τοῦ μνημείου, καὶ τῆς ταφῆς; εἰ δὲ ἐκ τούτων ἐλεγχόμενοι ὁμολογοῦσι σῶμα τὸν σωτῆρα εἰληφέναι, τί ἐροῦσιν; εἰ μήτι καὶ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ πονηροῦ πεπλάσθαι φήσουσι, καὶ μηκέτι μόνον τὸ ἀνθρώπινον σῶμα εἶναι τοῦ πονηροῦ, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα τοῦ εὐερ-

Sæc. IV. Anno 360.

(a) *Hæc paulò obscuriora sunt, & ita mihi reddenda viderentur:* Homo providens & curans carnem suam, eâ sollicitudine & curâ eam sibi propriam prædicat. Basn.

SÆC. IV. ANNO 360.

εὐεργέτου· οὐ φείσονται καὶ μέχρι καὶ ταύτης τῆς ἐπινοίας φθάσαι, καὶ τὴν γλῶτταν ἐκτεῖναι κατὰ τοῦ σωτῆρος· ὁ γὰρ μελετῶν κατὰ τῶν ἐκείνῳ διαφερόντων διαλέγεσθαι, οὗτος ἀκονήσας τὴν γλῶτταν, καθ' αὐτοῦ διαλεχθήσεται. ὁ δὲ σωτὴρ καὶ βαπτίσματι διελούετο, ἐν τῷ Ἰορδάνῃ· ὕδασι περιερραίνετο, τίς ὤν, καὶ τυγχάνων; εἰ μὲν γὰρ οὐ σῶμα φέρων, οὔτε σῶμα ἔχων; τί κοινὸν πνεύμασι καὶ ποταμοῖς; τίς ἀγγέλων; ποία δύναμις; ποία κυριότης; ποία ἀρχή; ποία ἐξουσία, καταβέβηκεν εἰς λουτρὸν; καὶ πεῖραν ὑδάτων ἔσχεν; εἰ δὲ δύναμις μὲν, οὐδὲ ἐξουσία, οὔτε θρόνος οὐδεὶς εἰς ὕδατα κατῆλθεν, ἀζήτητον γέγονε τὸ πρᾶγμα καὶ σαφές· καὶ δῆλον γέγονε τὸ ζητούμενον· ἀλλὰ ἀνῄει ἀπὸ τῶν ὑδάτων· ἐπειράζετο ὑπὸ τοῦ διαβόλου· ἐπείνα, ἐδίψα, ἔπλει, ἐκοιμᾶτο, ὥδευεν, ἐκοπία, ἐβάδιζε· πεινῶν ἐπὶ τὴν συκῆν ἦλθε· τὸ τελευταῖον ἐκρίνετο, ἐσταυροῦτο· τίς ταῦτα ἐβόα; τίς ταῦτα ἐμαρτύρει; σιωπάτωσαν αἱ γλῶσσαι· λαλείτωσαν αἱ πράξεις· στόμα ἔχουσι τὰ πράγματα· μηκέτι τὸν ἀέρα κρούοντες τὸν ἦχον ἀποπέμψωμεν· στόμα ἔχουσι τὰ γεγραμμένα· κἂν ἡμεῖς σιωπήσωμεν, οὐ σιωπᾷ τὰ πράγματα· κἂν ἡμεῖς μὴ λαλήσωμεν, οὐκ ἀνέχεται, μὴ λαλεῖν τὰ γεγραμμένα.

Ἐπειδὴ οὖν ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ πισταί εἰσιν αἱ πράξεις, καὶ τῶν πράξεων δυνάμεις, ὅτι σῶμα εἶχεν ὁ σωτὴρ, καὶ σῶμα θνητὸν, καὶ σῶμα ἐφόρεσε διὰ τὰ ἡμέτερα· τὸ ὅμοιον λοιπὸν ζητεῖ· ἧκε δι' ἡμᾶς ὁ ἐκείνου ποιητὴς, καὶ τῶν ἡμετέρων ποιητής· εἰ γὰρ ἕτερον ἦν, οὐκ ἂν περὶ ἑτέρων ἐκείνου πρόνοιαν ἐποιεῖτο· εἰ δὲ πεποίηται ὑπὸ Θεοῦ, πεποίηται δὲ ὑπὲρ ἡμῶν, ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἐποιεῖτο· ἵνα γὰρ τὰ ἴδια ἑαυτοῦ σώσῃ, ἐκεῖνο ἐποίησε· τῇ ἐκείνου ποιήσει πάντων τῶν ἰδίων τὴν ἐλευθερίαν ἐργασάμενος· χάρις οὖν τῷ πεποιηκότι τὰ ἡμέτερα σώματα, τῷ προνοησαμένῳ καὶ ἐρραθυμηκότων αὐτῶν, καὶ ἀποστείλαντι τὸν ἴδιον υἱὸν ἐν σώματι, καὶ δεδωκότι ἐνέχειρον τοῖς ἡμετέροις σώμασιν, ἵνα μηκέτι κάμπτωμεν, καὶ χαμαὶ ὁρῶμεν, ἀλλὰ ὦμεν ἐπηρμένοι τῇ κοινωνίᾳ τῶν σωμάτων.

Εὐτελίσωμεν οὖν καὶ ἐν τούτῳ τοὺς ἀπατεῶνας ἐκείνους, ὅτι καὶ κατὰ τῶν σωμάτων βεβαδίκασι, καὶ κατὰ τοῦ πλάστου κεχωρήκασι, καὶ κατὰ τῆς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ τὴν γλῶτταν ἐξέτειναν, καὶ κατὰ τῆς ἐλευθερίας ἡμῶν λαλεῖν οὐ παρῃτήσαντο, ἀγύρται τινὲς ὄντες καὶ ἀγοραῖοι ἄθροισμα λόγων πονηρίας συναγηοχότες· ἔστι γὰρ τὸ ἓν ἐχόμενον τὸ ἕτερον

toris benefici nostri? non enim parcent, nec abstinebunt se, quin usque in hanc cogitationem evadant, & linguam in Salvatorem protendant. Qui enim contra ea, quæ ad illum pertinent, disputat, hic linguam acuens contra ipsum disputabit. Salvator autem baptismo etiam in Jordane abluebatur, & aquis aspergebatur; quis erat? & quid erat? si enim corpus non gestabat, neque corpus habebat. Quid commune est spiritibus cum fluminibus? Quis Angelus, quæ virtus, quæ dominatio, quis principatus, quæ potestas ad lavacrum descendit, & aquas experta est? Quod si neque virtus, neque potestas, neque thronus in aquas descendit, extra quæstionem posita est res: factum est perspicuum, quod quærebatur. Immò ascendit ab aquis, tenebatur à diabolo, esuriebat, sitiebat, navigabat, dormiebat, iter faciebat, defatigabatur, ambulabat, esuriens venit ad ficum: postremò judicatus est, & crucifixus. Quis hæc proclamabat? quis hæc testabatur? Taceant linguæ, loquantur acta. Os habent res, res amplius aërem pulsantes, sonum emittamus; os habent scripta: & si nos taceamus, non tacent res; & si nos non loquamur, quæ scripta sunt, non possunt non loqui.

Igitur quia sic sunt hæc, & acta fidem habent, & narratio actorum vera est, & clamant ipsæ actiones vi suâ, habuisse corpus Salvatorem, & corpus mortale, & quod propter nostra corpora corpus gestavit, quod reliquum est, simile quærit, propter nos venit illius corporis sui effector, & nostrorum effector. Si enim aliud fuisset (a) illud, curam aliis non adhibuisset corporibus. Si autem factum est, & factum à Deo, factum verò est propter nos, igitur propter propria fiebat, ut quæ propria erant, salva essent. Illud fecit, illius effectione omnium suorum libertatem operatus; gratiæ igitur debentur ei, qui corpora nostra fecit: qui eorum ignaviæ, atque pigritiæ prospexit, & consuluit: qui misit Filium suum in corpore, & nostris corporibus pignus dedit, ut non jam amplius flectamur, & humi cernamus, sed simus elati, & erecti communitate corporum.

Illos igitur deceptores & fallaces in hoc etiam attenuemus, quod in corpora invaserunt, & in corpus auctoris processerunt, ac contra œconomiam, & dispensationem Dei linguam extenderunt, ac contra libertatem nostram ad usum & exercitationem linguæ loqui non dubitaverunt circulatores quidam, & circumforanei. * Congessimus acervum verborum pravitatis istius; licet enim ex uno aliud accusare,

(a) *Id est, si non fuisset ejusdem naturæ corpus, scilicet humanum animâ intelligente præditum.* TURR.

Sæc. IV. Anno 360. accusare, immò omnia deinceps persequentes, omnia inutilia, & aliena existimare; idcircò nos omnem sermonem ipsorum huc usque delapsi, ne magnitudinem libro præbeamus, his hactenus dictis terminemus, factâ ex paucis aliorum indicatione, & ex dictis prius eorum confutatione confectâ. Opus autem est diligentiâ studiosis, ut omnes præstigias prætervecti aures servent, ne à pravitate capiantur, ut sint custodes suarum aurium; partim eas aperientes, cùm verus sermo pulsat; partim claudentes, cùm falsus, & dolosus, veritatem simulans laborat, ut in conclave mentis irrumpat; multi enim ficti, & simulati pulsant aures, dicentes, *Ego sum Christus*, & multos decipient. *Unus autem solus Christus, qui est Liberator*, præses victoriæ, beneficus, qui dispositione pulsat, qui libertatem in ipso aditu conciliat, qui simul ut ingreditur, peccata excludit, qui in ingressu amicitiam cum Patre tribuit, qui mox ingrediens trophæa in anima ponit.

αἰτιᾶσθαι· ἀλλὰ μὴ πάντα ἐφεξῆς ἐπεξιόντας, πάντα ἀχρεῖα καὶ ἔκφυλα ἡγεῖσθαι. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εἰς ἅπαντα λόγον αὐτῶν κατιόντες μὴ πολὺ μῆκος παρέχωμεν τῷ λόγῳ, μέχρι τούτων στῶμεν, διὰ τῶν ὀλίγων καὶ τὰ ἄλλα ὑποδείξαντες, καὶ διὰ τῶν προλεχθέντων τὸν ἔλεγχον κατασκευάσαντες· ἐπιμελείας δὲ τοῖς σπουδαίοις χρεία, ἵνα πᾶσαν γοητείαν ὑπερβεβηκότες ἀλήπτους τὰς ἀκοὰς ἀπὸ τῆς πονηρίας διαφυλάξωσιν· ὅπως κλειδοφύλακες ὦσι τῶν ἑαυτῶν ἀκοῶν καὶ πῇ μὲν ἀνοιγνύντες ὅτε κρούει ὁ ἀληθὴς λόγος· πῇ δὲ ἀποκλείοντες ὅτε ὁ ψευδὴς καὶ πεφενακισμένος σχηματιζόμενος τὴν ἀλήθειαν εἰσβάλλειν ἐν τῷ ταμείῳ τῆς διανοίας σπουδάζει· πολλοὶ γὰρ πεπλασμένοι καὶ ἐσχηματισμένοι τὰς ἀκοὰς κρούουσι, λέγοντες· ἐγώ εἰμι ὁ Χριστὸς, καὶ πολλοὺς πλανήσουσιν· εἷς δὲ μόνος ἐστὶν ὁ Χριστὸς ὁ ἐλευθερωτὴς, ὁ τροπαιοῦχος, ὁ εὐεργετικὸς, ὁ διαθέσει κρούων, ὁ ἐλευθερίαν τῇ εἰσόδῳ μνηστευόμενος· ὁ ἅμα τῷ εἰσβάλλειν ἐξοικίζων τὰς ἁμαρτίας, ὁ ἐν τῇ εἰσόδῳ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς τὸν πατέρα ἀποδιδοὺς, ὁ παραχρῆμα τῇ εἰσόδῳ τῇ ἑαυτοῦ τρόπαια. Sæc. IV. Anno 360.

SANCTI

SANCTI ORESII ABBATIS, DE SEX COGITATIONIBUS SANCTORUM LIBELLUS.

CANISIUS AD LECTOREM.



Anctum Oresium, accepi à Melchiore Haiminsfeldio Goldasto, qui S. Oresium exscripsit ex codice, anno sexto Caroli Junioris exarato, ut ait. Dignus sanè est Auctor, quem vel nominis ergo refert non perire. Interpres Oresii quis fuerit, non constat. Nam Oresium Græcè scripsisse, facilè deprehenditur ex Hellenismi reliquiis: & quod in MS. subjunctus erat, S. Basilii admonitionibus, ex Græco in Latinum conversis. Quis Oresius, & quo tempore vixerit, non habeo quod affirmem. Orenti Abbatis monte Sina *mentio apud Sophronium, seu Joannem Moschum in Prato Spirituali.* Oriesiesis (*quem Goldastus in MS. suo Gennadii reperit* Oriensem *vocari*) Abbas, *discipulus S. Pachomii, scripsit* de instructione Monachorum *libellum, qui circumfertur. Uter sit noster Oresius, non facilè dixerim; imò nec divino; nam fortè alius est. In hoc genere licet conjecturis uti, dummodò nihil temerè. Ego quærendum censeo:* Oriesiesis (*inquit Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis*) Monachus & discipulus S. Pachomii, & ejus successoris Theodori collega, vir in divinis Scripturis ad perfectum instructus, & tam vitâ quàm eruditione spectabilis. Scripsit pro ædificatione Monachorum opus divino sale conditum, totiusque monasticæ disciplinæ instrumentis constructum, quod prænotare possumus, *de instructione Monachorum*, lib. 1. Si quid amplius scripserit, nescio. Claruit sub Honorio & Theodosio Principibus, anno CCCCXX. *Hæc Trithemius.*

SÆC. IV. ANNO 360.

Sæc. IV. Anno 360.

JACOBI BASNAGII ANIMADVERSIONES DE *VETERIBUS*, QUI ORESII, ORESIESIS ET ORIENTII NOMINA PRÆTULERUNT.

I. Sententia Cardinalis de Aguirre circa Oresios.

I. „ NEgari non potest, quin persuadere arduum sit, tria hæc, *Oresius*, *Orientius* & *Orentius* unius hominis esse nomina. Oresii Abbatis Librum „ *de sex Cogitationibus Sanctorum* vulgavit Canisius. Oresii seu Oresiesii Mo„nachi Gennadius meminit, libri *de Institutione Monachorum* Auctoris, qui „ inter Patrum scripta editus est. De cætero ad hæc duo tempora, & id, quo „ scripta fuit Sidonii Epistola, & id quo habitum fuit Concilium, unum eun„demque hominem pertinuisse, nil absonum continet; Sidonius enim anno „ CCCCLXXXIV. Epistolam dedit ad Oresium nondum Episcopum, quod „ ex nuncupatione constat, quem annum inter & DXVI. quo Tarraconæ, & „ DXVII. quo Gerundæ conventum ad Concilium fuit, triginta duo vel tres „ anni numerantur, quos quid impedit eum superfuisse, qui juvenis potuit cum „ Sidonio commutare litteras? „ * Hæc habet Vir eminentissimus, Cardinalis de Aguirre, qui eâ methodo, quanquam incertus & dubitans, omnes Orentios & Oresios Genti suæ vindicat. Nos ipsos distingui debere credimus.

* Bibl. Hisp. l. 4. c. 1. p. 107.

II. De Orientio Auxitano & Auctore Commonitorii.

II. Primò non meminit Purpuratus, Orientii Auxitani Præsulis, cujus Acta leguntur in Bibliotheca Labbeana. Fertur ipsum vixisse tempore, quo Gothi Galliam depopulabantur; & adversus ipsos missi sunt Æëtius & Littorius, pacis Legati & Duces exercitûs. Stabat ab Arrianorum partibus Orentius, & Tholosam ipsis addictam, obsidione cædeque cruentâ liberavit, pœnas luente Littorio supremi Numinis vindictâ, eò quòd Orentii legationem despexisset. Hunc eruditissimus D. Martenne autumat fuisse Authorem *Commonitorii*. Conjecturam suam tuetur duplici ratione; quòd laudetur in Actis Orentius Auxitanus, qui *Paganorum perversitatem destruxerat*, & Auctor *Commonitorii* se Paganum fuisse confiteatur his versibus:

Et nos à fece Ethnicorum emersimus,
Eamque tandem rupimus caliginem,
Dum spiritales exaudimus Angelos.

Deinde verò strages & incendia Gothorum apud Gallos describit:

Mors, dolor, excidium, strages, incendia, luctus;
Uno fumavit Gallia tota rogo.

Vixit igitur apud Gallos Orentius, Author *Commonitorii*, dum Gothi strages ederent circa annum CCCCL.

Sed

Sed vix merentur fidem ullam Acta Labbeana, ipso Martennio judice; quippe fabulis sunt referta. Littorii clades indicata in Actis, aliter planè memoratur à Prospero; sic enim ille: * „Theodosio XVII. & Festo Consulibus Littorius, qui secundâ ab Ætio Patricio potestate Hunnis auxiliaribus præerat, „Æetii gloriam superare appetit, dumque Aruspicum responsis & dæmonum „significationibus fidit, pugnam cum Gothis imprudenter conseruit, fecitque „intelligi, quantum illa, quæ cum eodem periit, manus prodesse potuerit, „si potioribus consiliis quàm suâ temeritate uti maluisset: quando tantam ipse „hostibus cladem intulit, ut nisi inconsideranter prælians, in captivitatem incidisset, dubitandum foret, cui potius parti victoria asscriberetur, & eodem „anno *pax cum Gothis facta*, cùm eam post ancipitis pugnæ lachrymabile „experimentum humilius quàm unquam anteà poposcissent. „ Nihil hîc de Orentio, ejusque ad Littorium spretâ legatione; nec alia fuit cladis causa, quàm Littorii temeritas & erga præsagia dæmonesque fiducia. Omitti debet igitur futile testimonium & autoritas Actorum †, quibus nemo niti possit. Deinde in *Commonitorio* Paganum se dicit Orentius: at nihil tale in Actis Præsulis Auxitani; quippe narrat tantummodò Narveiam fuisse montem immensâ proceritate conspicuum, qui ex fano, à Paganis quondam dæmonibus consecrato, hoc nomen acceperat; & hujus montis fœcundissimas radices incolas Auxii non potuisse laborare, quia Dæmonum infestatione nullum iter pervium habebat. Orientius autem ibi pergens, præeunte crucis vexillo, dæmones fugavit. Non agitur hîc de Paganismo Orientii, sed de fano *quondam à Paganis* dæmonibus consecrato: nec indicatur plebis conversio, sed dæmonum fuga. Tertiò, nemo dixit Auxitanum Episcopum, paucis notum, fuisse Poëtam, aut aliqua edidisse opuscula; quod non siluisset ejus Encomiastes. Denique carmina barbariem labentis ætatis sapiunt: ideò potius Orentio, Illiberitano Episcopo, qui Conciliis Tarraconensi & Gerundensi adfuit, tribuenda crederem; nec obstat, Orientium,

SÆC. IV. ANNO 360.

* Prosperi Chronicon.

† Acta Sancti Orientii apud Labbe, Bibl. N. MS. pag. 597.

Dum enumerat labentis funera mundi,

Galliam præ cæteris indicasse; quippe ineunte sæculo sexto sub extremis Chlodovei bella stragesque apud Gallos, & in prælio Arelatensi *fumavit tota rogo*. Præliorum pars magna fuerunt Visigothi, ipseque Theodoricus, eorum Imperator. Nihil mirum igitur, si malorum sibi proximorum meminerit Orentius. Subjiciebatur Arelate & ea pars Galliæ Gothis: potuit igitur Hispanus Præsul excidia his in terris intentata narrare: indeque malè probatur, Auctorem *Commonitorii* fuisse Gallum.

III. Alius est Oresius, ad quem scribit Sidonius Apollinaris. Hunc fuisse posteà Episcopum Illiberitanum, Orentium dictum, & Authorem *Commonitorii* creditur; ‡ *proxima enim sunt duo nomina, idemque studium Poëseos; petit enim à Sidonio, nova quædam sibi mitti carmina, qui Poëtæ proprius amor.* Reprehenditurque Vossius, qui tempora satis convenire negabat, cùm Sidonius decessisset septennio antequam Zenoni succederet Anastasius. Fallitur reverà Vossius; potuit enim Oresius Sidonio amicus anno CCCCLXXXIV. ad annum DXVII. vitam protrahere, ut optimè notavit Cardinalis à nobis laudatus. Sed differunt reverà nomina Oresii, ad quem scripsit Sidonius; & Orentii, qui Tarraconensi Concilio subscripsit. Deinde ejus ad Sidonium Epistola indicat amorem Poëseos; sed nullatenus probat, ipsum fuisse Poëtam: quot enim amant carmina, eaque summa cum animi voluptate legunt, quos nascentes torvo lumine respexit Apollo, quique de iis componendis nequaquam

III. Oresius alter, Episcopus Illiberitanus.

‡ De Aguirre Bibl. Hisp. pag. 206.

Sæc. IV. Anno 360.

quam cogitaverunt! Alia deberent argumenta proferri, quibus probaretur, illum Oresium Sidonii fuisse vel Abbatem aut Monachum, de quo Canisius; vel Episcopum Illiberitanum, vel Poëtam, vel etiam Authorem *Commonitorii.* Cùm de his omnibus sileat Sidonius, hoc unum nobis constare debet, vixisse tunc temporis Oresium aliquem Tarraconensem, Sidonii amicum, & de cætero posteris ignotum.

IV. *An.* DXVI. & DXVII. Orontius Illiberitanus, Autor *Commonitorii.*

IV. Tertius est nobis Orontius, Illiberitanus Præsul, qui duobus Conciliis, Tarraconensi scilicet & Gerundensi subscripsit, & cui *Commonitorium* restituendum conjecimus; idem enim est nomen. Deinde sæculo sexto florere debuit ille Poëta, à nemine prius indicatus; sed postmodum à Venantio Fortunato, qui labente illo sæculo scripsit, laudatus:

Paucaque perstrinxit florente Orientius ore.

Tertiò nullus est alius præter ipsum, cui possit vindicari; differunt enim Oresius Sidonii, & Orontius, cujus nomen bis in subscriptionibus apparet. Ille Laicus, hic Episcopus: ille Tarraconensis, hic Illiberitanus. Mirabere forsan quòd inter argumenta nostra apposuerimus barbariem stili, cùm Venantius Fortunatus *os florens* Oresio tribuat, & Sigebertus multo pòst tempore asserat, ipsum scripsisse *Fidelibus metro heroïco, ut mulceat legentem suavi breviloquio.* Observandum tamen, immutatam sæculo sexto Latinitatem, præcipuè apud Gallos & Hispanos, imperantibus Gothis. Deinde verò quidquid sentiant Scriptores laudati de *suaviloquio & florente ore*, illum Poëtam esse constabit unicuique legenti. Præcepta quidem optima, sed versus inelegantes; quinimò sæpius Author adversus metra peccavit, qui Filium ita describit:

* *De Trinit. pag.* 30.

* *Cum Patre qui solus, cùm Pater & Deus solus.*

Laudationem sic orditur:

† *Laudat. pag.* 34.

† *Denique, ne multis tam multa & magna moremur,*
Est oculus; agnosco Deum; videt omne Deus cor.

Non aliorum judicio, qui dum ad deteriora vergerent sæcula, vixerunt, standum, cùm nos ipsi judicare possimus. Erravit ipse Sigebertus, qui Orontium heroïco carmine scripsisse asserit; pentametris enim & hexametris constat *Commonitorium:* quinimò *disticis permiscetur.* Hæc disticha supposita conjiciebat Barthius, authoritate Sigeberti; sed eâdem ratione deleri debuissent & pentametra omnia: quippe Sigebertus *heroïco carmine* Orentium cecinisse credidit. Vulgavit illud *Commonitorium* doctissimus Martenne. Cùm plurima superessent menda, medicam manum adhibuit, Orentio elegantior multò Poëta Commirius, nobis olim amicissimus; deinde verò cum Notis Variorum editus est Lipsiæ.

V. Oresius Tabennensis, Author *sex Cogitationum.*

V. Ab Orontiis diversus est planè Oresius, aut Oresiesis, Ægyptius, Tabennensium Monachus, vel Abbas, qui scripsit *Regulas de Institutis Monachorum*, & *sex Cogitationes sanctas*, de quibus hîc agitur. Priorem *Librum Testamenti vice circa diem obitûs sui fratribus reliquerat*, teste Gennadio, qui monasticæ disciplinæ instrumentis instructum, & in quo totum penè Vetus & Novum Testamentum compendiosis dissertationibus expositum asserebat. Nescio quâ ratione hoc opus periisse dicat eruditissimus Cave in Historia litteraria; quippe liber ille à Gennadio memoratus idem est ac *Regulæ Monasticæ*, in

in Bibliothecis Patrum sæpius editæ. Ibi monastica disciplina illustratur; ibi series operis integra ferè, ex locis tum Veteris, tum Novi Testamenti consarcinata componitur. Facilè probatur, Oresiesim illum Ægyptium fuisse Monachum ab enumeratione vestium, quas describit; *bina enim levitonaria* unicuique tribuit. At, secundum Hieronymum, Monachi Tabennenses nihil habent in cellulis *præter psiatium & duo lebitonaria, quod Ægyptiis Monachis genus est vestimenti absque manicis.* Cæterùm Oresiesis paupertatis studium ad scrupulum usque promovebat; ipsi enim lebitonaria servare in cellula non licebat, hancque legem sibi & cæteris imposuit: *sic enim levitonaria nostra, quando lavamus & sicca non fuerunt usque ad vesperam, non habemus potestatem apud nos tenere, domûsque præposito, cui crediti sumus, vel ei, cui creditum est cellarium, ut deferat ad eum locum, ubi vestimenta omnium pariter reservantur, & manè nobis dantur, ut expandamus illa ad solem; & cùm sicca fuerint, non apud nos tenemus, sed damus in commune servandum juxta præcepta majorum. Quantò magis ea, quæ propriè visus es possidere, si alteri commendaveris, aut in tua volueris esse potestate, peccas in Monasterii disciplinam,* &c. * Fuit igitur Tabennensis Monachus Oresiesis, Pachomii coævus, aut ejus in regimine Monasterii successor sæculo quarto. Nescio quâ ratione annus CCCCXX. sub Theodosio & Honorio Trithemius ipsi assignetur; nam multò senior fuit Pachomius, vitæ monasticæ primus institutor, cui suppar fuit Oresiesis; ideò ad annum CCCLX. reposuimus. Sed an ipse est Author *sex Cogitationum Sanctorum*, quas Latinitate donatas vulgavit Canisius? id equidem arbitror; quippe conveniunt nomina; convenit scopus admodum pius; convenit & stylus: quanquam enim brevissima sit illa sententiarum collectio, attamen ibi plurima Veteris & Novi Testamenti loca colliguntur, quorum ope fides firmari, & Sanctorum pietas innutriri possit. Hellenismos subodoraverat Canisius, ut alii Titi Livii Patavinitatem; ego verò tantùm rudem impolitamque Latinitatem Interpretis. Quid sibi velit, ignoro, dum fideles non cœlorum, sed Angelorum cives facit, nisi *concives* potius sit legendum. Sed de his satis, quæ prorsus omisissem, nisi Orentiis & Oresiis distinguendis inservire aliquatenus credidissem; fuerunt enim quatuor Orentii, vel Oresii, ut volunt; prior Auxitanus Episcopus, secundus Oresius, qui cum Sidonio Litterarum habuit commercium; tertius Illiberitanus Præsul, Author *Commonitorii;* quartus denique Oresius, qui cæteros antiquitate superat, Pachomii coætaneus, *Regularum Monasticarum* & *sex Cogitationum*, quas hîc post Canisium edimus, Author.

SÆC. IV. ANNO 360.

* Oresi. de Inst. Mon. Bibl. Pat. t. 5. pag. 679.

SANCTI

SANCTI ORESII *ABBATIS*, DE SEX COGITATIONIBUS SANCTORUM LIBELLUS.

I.

SÆC. IV. ANNO 360.



E Domino cogitare debemus, ut delectemur in illo sperare, ad eum recordare, ut beatus David: *Seculi homines consolantur se omnium dolorum, pergunt & considerant agnos, & equis equitant, aurum & argentum pensant, hominibus tradunt: ego autem memor fui Dei, & delectatus sum, & me omnium adversitatum consolabor.*

II.

De passione Christi, ut sustineamus pro illo, adsiduè * cogitando atque recolendo, quòd omnipotens Dominus, ac æternus Dei Filius descendit de alta cœlorum altitudine in humanum corpus, † in quo sancto corpore sursum in crucem elevatus est, revocavit eò omnia superna regna ad pacem nostram: fudit preciosum sanguinem in terram; eò nobis terrestribus sursum viam fecit, ut fieremus Angelorum cives.

* *MS. cogitandum atque recolendum.*

† *MS. in quo Sanctorum cor sursum in cruce elevatur.*

III.

De hora transitûs, ut simus parati. Omnis ‡ vita hominis, omnis sapientia, meditatio est mortis, de qua uno die omnes sapientes trepidabunt.

‡ *MS. vita hominis sapientium mediam esse mortem, de quo uno die omnes sapientes trepidabunt.*

IV.

De die judicii, ut rationem reddamus. Magnus est ille dies ad cogitandum, & memoriæ dignus; in qua die Dominus franget creaturam, quam in principio creavit. Ecce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam. Cœlum & terra transibunt, & revelabit Dominus faciem ejus, id est, aperiet terram, & procedent mortui de sepulchris suis, & omnia opera hominum proferentur in publicum. Omnes ex æquo stabunt ante tribunal Christi. Nihil opertum, quod non revelabitur; nec occultum, quod non scietur. Tamen peccata, quæ antè emendantur, sciendo in judicio abscondet. In illa die magnam iram Dei nullus impiorum evadet; ideò recordari antè debemus, quod beatus David dicit: *Jocundus homo in die judicii, qui miseretur & commodat, insuper disponit quotidiè sermones suos in judicio, quod in æternum non commovebitur.*

V.

De Inferno, ut timeamus terribile, quod Esaias dixit: *Vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur.* Vermis, id est, conscientia, eò quòd sciunt, quòd meriti omnia mala sustinent.

VI.

De Vita æterna, ut desideremus, ubi gaudium, & lætitiam tenebunt Sancti, & fugiet dolor & metus. De his sex Cogitationibus vincit anima justi inimicum, & his custoditur sæpè & assiduè cogitare de Domino & recolere, & super omnia diligere, ut post sæculum in æternum eum cum Angelis & Archangelis, & cum omnibus Sanctis diligere valeamus, per eum qui vivit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

S. BASILII MAGNI (a) RATIONES SYLLOGISTICÆ CONTRA ARIANOS.

QUOD FILIUS IN DIVINIS SIT DEUS.

INTERPRETE

FRANCISCO TURRIANO, S. J.

I.



SI Filius est naturâ Deus, & Pater est naturâ Deus, non est alius Deus Filius, alius verò Deus Pater. Sin autem non est naturâ Deus Filius; Deus dicitur, sicut, qui falsò dicuntur Dii, & non est Deus. SÆC. IV. ANNO 370.

II. Si unus Dominus Filius naturâ, Dominus autem etiam Pater naturâ; manifestum est, quod non aliâ naturâ. Quòd si unus Deus Pater, dicitur autem Deus etiam Filius, non aliâ naturâ, sed unâ.

III. Si unus Dominus naturâ, cùm multi θέσει, hoc est, positione seu adoptione vocentur Domini; & unus Filius naturâ, cùm multi nominentur Filii, qui vocatur positione Dominus vel Filius ad imitationem ejus, qui naturâ, vocatur: positione enim nihil dicetur, nisi antecedat, quod naturâ. Si igitur nos sumus Filii Dei θέσει, id est, adoptione, necesse est prius esse naturâ Filium.

IV. Quæ verè sunt nomina substantiæ, ea notæ sunt eorum, quorum sunt nomina. Propriè autem & verè Pater est Deus & Filius & Spiritus Sanctus; eadem igitur substantia, sicut & nomina.

V. Si non est generationis unigenitum, sed propter incomparabilem excellentiam est unigenitus, Pater etiam est unigenitus, quia incomparabilis est, & omnis creatura non similis, sed dissimilis erit unigenita; multi igitur Unigeniti erunt, sicut Filius est Dei Unigenitus.

VI. Filius non simpliciter est unigenitus, sed à Patre unigenitus; Filius igitur unigenitus est, & non creatura unigenita.

VII. Si κατὰ μετάβασιν, id est, dimissionem, & permissum Patris, & non secundùm naturam creat Filius, nihil aliud quàm minor creaturis ab ipso factis, etiam secundum naturam est; quorum enim non est Creator secundum naturam, quomodo creata secundum naturam?

VIII. Si Deus operatur, sicut nullus alius, & generans, sicut nullus alius generabit; Deus enim in omnibus, & ad omnia est incomparabilis ut Deus.

IX. Quod fit, non est ex substantia facientis; quod generatur, ex substantia generantis est; non est igitur idem facere, & gignere.

X. Si Filius est ex Deo, non est autem tanquam ex Patre, sed tanquam ex causa, causa autem ut simus etiam nos, Deus est, ex ipso enim sunt omnia; non igitur aliter Pater Filii, & aliter noster, sed potius similiter; & quomodo non est hoc absurdum?

XI. Si nihil est simile, & æquale Deo præter Filium, & non est filius, neque Deo, neque creaturis erit similis.

XII. Quod est in forma Dei, in substantia Dei est, non enim est aliud forma, & aliud substantia Dei, ne compositus sit; igitur qui est secundum formam æqualis, & secundum substantiam erit.

XIII. Si genitus minor est eo, qui genuit, non est accusandus, qui genitus est; infirmitas autem est genitoris, aut enim invidens, non fecit æqualem, aut quia non potuit, non genuit similem.

Y XIV. Si

(a) *Illa argumenta non digessit ipse Basilius, sed ex ipsius operibus ducta sunt & in ordinem redacta.* BASN.

SÆC. IV. ANNO 370.

XIV. Si Pater ante Filium erat, omnino Pater alterius erat; sine Filio enim non diceretur Pater.

XV. Si qui Filium cognovit secundum substantiam, cognovit etiam Patrem, *Si me enim*, inquit, *cognosceretis, & Patrem meum cognosceretis;* igitur ὁμοούσιος est Patri Filius; nihil enim incorporeum ex dissimili substantia cognosci potest.

XVI. Si credere Christum esse Filium Dei habet vitam; non credere, necessariò habet mortem.

XVII. Quorum sunt eædem ἐνεργείαι, id est, operationes, horum etiam substantia una: operatio autem Patris & Filii una, ut illud, *faciamus hominem*, & rursus, *quæ facit Pater, hæc & Filius similiter facit;* una igitur substantia Patris & Filii.

XVIII. Si cognitio Patris & Filii vita æterna est, necesse est, unius etiam naturæ esse; quæ enim diversæ substantiæ sunt, non unâ cognitione percipiuntur, neque similiter vivificare possunt.

XIX. Si imago Patris verè est Filius, omnis autem imago vel substantiæ est, vel formæ, vel figuræ, vel speciei, vel coloris imago: Deus autem in nullo horum est, sed in substantia solum; Filius igitur cùm sit imago substantiæ, ejusdem substantiæ est cum Patre.

XX. Si Pater omnino non potest conferri cum Filio, in omnibus autem etiam conferri non potest cum creatura, non aliter cum Filio, aliter autem cum creatura, sed similiter; non igitur est dissimilis Patri, sed & similis creaturæ: & quomodo non est hoc absurdum?

XXI. Si cùm dicunt Filium esse creaturam, non tanquam unam ex creaturis dicunt, quare cùm nos dicimus esse γέννημα, id est, germen, tanquam unum ex germinibus intelligunt?

XXII. Si non gignit Deus, ne fluxionem subeat, neque κτίσει, id est, creat sive facit, ne defatigetur; sin autem creat nihil patiendo, multò magis nihil patiendo gignit.

XXIII. Si sicut splendor ex omni lumine generatur, sic ex Patre quidem, lumine autem non quandoque, sed sine intercapedine temporis, & coæternè cum illo, non enim est lumen sine splendore; Filius igitur, cùm sit splendor Patris, non aliquando, sed coæternus est: cùm sit Deus & Pater lumen, sicut ait David *, *In lumine tuo videbimus lumen:* & Daniel, *Et lumen ipsius est;* & Apostolus †, *qui cùm sit splendor gloriæ*, &c.

* *Psalm.* XXXVI. *vers.* 9.

† *Hebr.* I: *v.* 3.

XXIV. Si germen substantia est, ipsorum opinione, sicut ingenitum; germen autem Dei est Filius; est igitur substantia Dei.

XXV. Si voluntate, non naturâ Deus Filium genuit, vel cùm voluit semel, deinceps non potuit velle, vel iterum voluit, & iterum genuit. Si autem non est una voluntas ejus, sed diversa, non est simplex; nec unius auctor, sed, ut vult, facit.

XXVI. Si Deus non generat, aut quia non potest omnino; aut quia non vult; sed siquidem non potest, non solùm non potest, sed superat eum generativa & perfecta natura, infirmior inquam est, quàm natura generans & perfecta. Sin autem cùm alioqui posset, noluit tamen; quod naturâ potuit, voluntate cohibuit. Quare etsi nondum genuit, igitur volens generabit aliquando.

XXVII. Si aliquando non fuit Filius, ipsum illud, aliquando, erit post illum, qui generavit, non autem antequam genitus sit; non igitur ante omnia Filius sine Patre, sed post illud, aliquando, reperietur: & quomodo non hoc absurdum est?

XXVIII. Cùm nos dicimus Patrem semper, necesse est etiam semper esse Filium. Ajunt illi, igitur quia semper est Filius, Creator, & creatio semper, atque ita erit creatio coæterna Patri, & Filio. At qui dicit Creatorem, non simul dicit creationem; non enim cum ædificatore simul est ædificium, neque cum opifice navigii simul est navigium. Creatio enim in Creatore est: quod autem creatur, post Creatorem est: Patrem autem dicere, non posito Filio, impossibile est: & qui Patrem dixit, non simpliciter dixit, sed alicujus Patrem dixit.

XXIX. Deus, & Dominus, & omnipotens, & Sabaoth, & Adonai, & Eloi dicitur in Scripturis Deus, ingenitus verò nequaquam. Si quis verò hoc concedet, ut ingenitus, & aliis nominibus propositis dicatur, accommodabit hæc Judæis, & omnibus; solis verò Christianis accommodabit dicere Patrem Christi. Si igitur, quod solum nos ab aliis separat, falsum est, & non verum; & nomen est θέσει, id est, positione, & non res naturâ, falsa est fides; vana est spes. Cujus enim principium est infirmum, etiam finis est debilis.

XXX. Rursus interrogant Arriani, existensne, an non existens genitus est Filius? Obscura, & rudis interrogatio; quia enim pudet interrogare quando, & in tempore, dicunt

dicunt τὸ ὢν, id est, existens. Vicissim igitur interrogandi sunt: Existensne Deus Pater SÆC.
Filium genuit, an non existens Pater? Si enim existens Pater, existentem genuit; sin IV.
verò non existens, genitus, & non naturâ Pater est. Omnem autem contentionem ex- ANNO
cludunt divinæ Scripturæ; cùm Moyses clarè dicat *, QUI EST, *misit me.* Et Euan- 370.
gelium †, *In principio erat Verbum*, & non semel erat, sed quater: & rursus aliàs, *Qui* * Exod.
est ex Deo: & ‡, *Qui est in sinu Patris.* Et in alio loco ‡, *Qui est in cælo.* Et in Apo- 3: v. 14.
calypsi β, *Qui est, & qui erat, & qui venturus est.* Et Beatus Paulus γ, *Qui est splen-* † Joan.
dor gloriæ: & δ: *Cùm in forma Dei esset.* Et iterum de Filio ζ, *Qui est super omnia Deus,* 1: v. 1.
qui est benedictus in secula. Amen. ‡ Ibid.

XXXI. Si verus est Deus, & lumen, & immutabilis, & bonus, & sanctus, & v. 18.
Dominus, & Filius, hæc autem cùm Pater etiam sit, non similiter est hæc, sed μειζόνως, ‡ Cap. 3:
id est, magis; erit ergo talis non propter substantiæ præstantiam & excellentiam, sed v. 13.
qualitatis exsuperationem: substantia enim non dicitur magis, aut minus alia substantia; β Apoc.
bonus verò bono, & justus justo magis dicitur; igitur eorum, qui geniti sunt, eadem 1: v. 4.
est natura cujus est, qui genuit, etsi aliter genitus habeat τὸ εἶναι; nec enim Abel, qui γ Hebr.
ex conjunctione viri & mulieris genitus est, diversæ naturæ fuit quàm Adam, qui non 1: v. 3.
est genitus, sed formatus. δ Phil. 2:

XXXII. Si quod est causa est majus, & differens substantia ab eo, cujus causa est, v. 6.
omnis autem pater est causa, & omnis filius est ex causa: patres igitur majores, & dif- ζ Rom. 9:
ferentes substantiâ sunt à filiis, & non unius substantiæ; at non est verum hoc. v. 5.

XXXIII. Interrogant Arriani, an Pater generato Filio, desierit generare; si respondetur, desiisse, inferunt, cœpisse igitur generare; omne enim quod finem habet, inquiunt, etiam habet principium. Quibus respondebimus, si necesse est, quod desinit principium habere; & quod principium habet, necesse item habere finem: igitur Angeli, & omnia incorporea, quæ cœperunt esse, necesse est desinere esse: at hoc absurdum est. Potest igitur quod cœpit esse, non desinere; & quod desinit, non cœpisse. Quod si non, ipse etiam Filius, si principium habet, & finem habebit, ipsorum opinione.

XXXIV. Eadem est natura eorum, quæ genita sunt, & generantis, quamvis aliter cœperit esse, qui genitus est; non enim Abel natus ex conjunctione alia natura fuit præter naturam Adæ non generati, sed formati.

XXXV. Quod in incorporeis est unum operatione, & voluntate, dicitur substantiâ unum. Salvator cùm dixit; *Ego & Pater unum sumus*, uno quopiam eorum, quæ antè scripta sunt, dixit. Igitur si operatione unum dicunt, necesse est, substantiâ unum dicant; eorum enim, quæ sunt diversæ substantiæ, nunquam erit operatio similis: sin autem voluntate unum, non solum quæcunque Pater vult, necesse est & Filium velle; sed etiam quæcunque Filius vult, necesse est & Patrem velle. Jubebit ergo Filius Patri, de quibus vult, & de quibus jubetur, sin autem solum jubetur, coactus, & non volens ministrat. Si verò neque voluntate, nec operatione sunt unum, sequitur ipsorum opinione, esse unum substantiâ, id est, ὁμοούσιον Patrem, & Filium, quod ipsi dicunt, impossibile esse.

EJUSDEM

S. BASILII contra EUNOMIUM,

quod ingenitum non substantiam, sed ὕπαρξιν, id est, existentiam declarat.

I.

SI ingenitum est substantia, & genitum est substantia, & idcircò non sunt ejusdem substantiæ Pater & Filius, necesse est penitùs omnia genita unius substantiæ esse. Sunt igitur genita ὁμοούσια, id est, ejusdem substantiæ cum Filio Dei; & quomodo non est blasphemum?

II. Si ingenitum πρὸς τὸν γεννητὸν υἱὸν ἀντιδιαστελλόμενον est substantia, & increatum πρὸς τὴν κτίσιν ἀντιδιαστελλόμενον substantia est; est igitur ingenitum substantia, & increata.

CÆTERA DESUNT.

EUNOMII CONFESSIO FIDEI, APOLOGIA ET SCHOLION, SEU DISPUTATIO CUM ORTHODOXO.

JACOBI BASNAGII ANIMADVERSIONES CIRCA EUNOMIUM, ET EJUS SCRIPTA.

I.

SÆC. IV. ANNO 370.

I. Hæreticorum scripta rarissima.



Arissima sunt veterum Hæreticorum scripta; pleraque enim Amanuensium incuriâ & doctorum vigilantiâ perierunt. Reformidant multi, ne Hæreses jamdiu sepultæ revocentur, detrimentumque fiat veritati, si fundamenta, quibus potissimùm nitebantur errantes, in lucem protrudantur. At dedecet Theologos ita meticulosos esse, & Religioni parum consulunt, qui eam ita facilè labefactari putant. Hæreticorum nomina, quinimò ipsas Hæreses posteritati mandarunt Historici, earumque meminere Patres. Quâ igitur ratione tantis animis Hæreticorum scriptis bellum indicitur, cùm noti sint errores? Revelatâ eorum sententiâ & detectis, quibus utuntur, argumentis, facilius refelli poterunt; nec ulla Lectoribus remanebit suspicio, quin turpiter erraverint, ubi ex eorum scriptis elicientur tum Hæreses, tum argumenta, quibus illas tueri solebant. Sæpius mens hæret suspensa; dubitatur an errorum monstra docuerint Hæretici, & Veteribus illud asserentibus vix habetur fides. Suspicione laboramus apud plerosque, qui sectarum parentes multò subtiliores sibi fingunt, ipsisque argumenta novissima, de quibus ne quidem cogitaverant, tribuunt. Latitare amant Hæretici; eorum igitur fraudes debent aperiri, ne fucum faciant Lectoribus; quod nisi legantur eorum scripta, tutò fieri non potest. Palleat vulgus Christianorum, ubi Hæreticorum nomen audit, eorumque libros fugiat! sed Doctoribus ea manibus terere licitum, ut quidquid intricatum est revelent, & quidquid objicitur refellant. Alia occurrit ratio momentosissima. Novitati student homines nostri sæculi; sublatâ inventionis gloriâ, friget animus: ideò finguntur aut saltem fingi creduntur Hæreses & sententiæ planè novæ. *Nihil tamen dicitur quod non dictum fuerit prius.* Privarentur igitur gloriâ, quam aucupari conantur nostri temporis Hæretici, si Veterum tum dicta, tum argumenta, quibus utebantur, omnibus revelarentur. Ideò *Hæreseon Historiam*

riam non modò nobis scribendi est animus, sed donec tantæ molis opus perficiatur, Eunomii varios tractatus, qui variis in locis dispersi latitabant, colligere studuimus. Subjicitur primò hîc *Eunomii Confessio Fidei*, quam ipse Theodosio obtulerat, quæque genuina est, cùm pleraque, quæ in eâ leguntur, apud Gregorium Nyssenum in Orationibus adversus Eunomium occurrant. Deinde verò adjicimus *Apologiam* hujus Confessionis, vel saltem Apologiæ fragmenta. Hæc debentur tum Valesio, tum Caveo, Viris de Republica literaria optimè meritis. Denique *Disputatio Eunomii cum Orthodoxo*, quam publici juris fecerat Canisius, hîc denuò editur. Ita ut Eunomii sententia & subtilitas nunc facilè dignosci possint. SÆC. IV. ANNO 370.

II. De Eunomii patria ambigitur inter Veteres. D. Basilius ipsi vicinus, & cujus Majores Eunomii parentes agricolas libertate donaverant, eum *Galatam* appellat. Reclamavit Eunomius, tanquam de fide ageretur, & scelus aliquod fuisset admissum à Basilio, qui memoriâ tantùm lapsus erat, aut incautus erraverat. Ille *me dicit Galatam, qui sim Cappadox*. Ut Basilium fratrem ab errore vindicet Gregorius Nyssenus, titubans & incertus tamen, negat se hoc legisse in codice suo: sed reverà hoc dixerat Cæsariensis Præsul: Εὐνόμιος οὗτος ὁ Γαλάτης, *Eunomius iste Galata Hæresim perfecit*. Ipse Nyssenus asserit, Eunomium fuisse *Oltisenum*; sed ille è Dacora, urbeculâ monti Argæo proximâ, natus erat, ut testatur ipsius Encomiastes Philostorgius. Deinde verò Theodosius Imperator Legem * sanxit, *ut Eunomiani ad proprias, unde oriundi erant, terras redirent; & ne quis eorum commeandi ad alia loca aut emigrandi ad urbes haberet potestatem*. Hac Lege coactus Eunomius, qui pleraque Orientis loca peragraverat, Dacoræ remansit, ibique diem suum obiit. Dacoram aliquando Galatiæ, aliàs verò Cappadociæ vindicari tuetur Gothofredus †, eâque ratione deceptum Basilium, *Galatam* Eunomium dixisse probat. Sed errat Vir doctissimus; urbecula enim illa à finibus Galatiæ fuit dissita, nec huic Provinciæ potuit asseri, inter quam erat Nazianzum cum plurimis aliis vel urbibus, vel pagis. II. Eunomius Cappadox. * *Cod. Theod. l. 11. de Hær.* † *Gothof. ad Philost. l. 3. c. 6. p. 261.*

III. Leprosus fuisse dicitur Eunomius. Erroris occasionem præbuit Philostorgius, affirmans *vitiliginem, quæ faciem quasi notis quibusdam deformaverat, ornamentum ori illius attulisse:* ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀλφοὺς οἳ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ κατεμάστιζόν τε καὶ κατέστιζον κόσμον ἐκποιεῖν τῷ ‡ σώματι διατείνεται. Valesius ἀλφοὺς interpretatur *vituliginem, quæ dicta est à vitulis, eò quòd leprosi vitulinæ carnis albedinem referant.* Omitto violentam etymologiam; sed absurdum est, Eunomium, qui Episcopatu functus est, potentiorum limina in Aula Constantinopolitana obsidebat, plurimumque apud Imperatorem valuit, fuisse leprâ infectum. Absurdius multò, maculas illas ornamentum *corpori* attulisse, quod Philostorgius asserit. Eliminabantur è societate hominum leprosi; quâ ratione igitur Eunomius in Aula & Ecclesia tandiu versari potuisset, quamquam leprosâ albedine distinctus? Ego potius Eunomio pustulatum fuisse vultum autumarem, vel impetigine laborasse; id enim Medicorum filiis significat vox ἀλφός. Nec obstabant lichenes, quibus fuit obnoxius Eunomius, quin inter gregales suos degeret. Non dissimulandum tamen Ruffino, fuisse *virum corpore & animâ leprosum; interius exteriusque morbo regio correptum*. III. An leprosus. ‡ *Gothof. interpretatur* ori; *legerat igitur* σώματι. *Valesius,* σώματι, corpori.

IV. Litterarum imperitus fuit; quippe patrem tantùm habuit Præceptorem, qui dum sæviret hyems, nec agros serere sineret sæva anni tempestas, pueros suos pro captu instituebat. Sed Æëtii famâ permotus, impellente & promovente Secundo, Ptolemaidis Episcopo, ipsi se socium adjunxit, & non modò discipulus, sed & Amanuensis factus est anno CCCL. Ab eo didicit aliqua, & quâ pollebat subtilitate, illa cum arte posteà disseminavit. Commentatus est Episto- IV. Ejus imperitia.

 lam

Sæc. IV. Anno 370. lam D. Pauli ad Romanos; sed ab Apostoli scopo sæpius aberrasse contendunt Veteres. Tantam meditatione, Divinitatis cognitionem adeptum esse credidit, ut supra mortales omnes Deum se non fide solâ, sed propriâ quâdam sibi scientiâ comprehendere jactaret. *Tam Deum quàm me ipsum intelligo*, inquiebat. Inde nata de cognitione Dei disputandi occasio. Orthodoxos comparabat Eunomius virgini vitiatæ, quæ muta, surda, cæcaque foret; cùm cæca hominem videre, nec nôsse poterat; surda nomen ab eo prolatum non inaudiverat; & quanquam audivisset, muta proferre non poterat: quasi nihil de Deo videre, inaudire, & disserere possent homines. Hoc refellens Chrysostomus, in diversam partem abiit; quippe Angelos ipsos Dei essentiam non videre, sed lumine quodam emanante perstringi tuetur; quod Scholasticis minus arridet, quorum magna pars Chrysostomum, vim ipsius verbis inferentes, ab omni noxa liberare conantur. Ab altera parte inde fluxit nomen, quo Euzoius Arrianus Eunomianos voluit insigniri; ipsos enim appellabat, respiciens ad eorum Ecclesias, ἰνοβόσας. Cùm vox illa nullibi reperiatur, legit Valesius ὑρανοβάτας: loquebatur scilicet ironicè *ob audaciam, quòd instar gigantum in cœlum conscendere tentarent, & de Divinitate temerè garrire præsumerent.* Venerat in mentem Gothofredi hæc conjectura, sed illam deseruit ut infeliciorem multò arriperet; emendavit enim ὑρανοβοσκὰς, quasi *cœlestia pascua* incolentes. Sed forsan aliter legendum; observat enim Philostorgius, hac ironiâ indicari Eunomianorum Ecclesias. At Ecclesiæ non tentabant in cœlum conscendere, nec dici poterant *cœli pascua*; sed ipsas appellabat Euzoius ridendo ὀνόβοσκας, *asinorum pascua*; sic enim deprimebatur superbia tum sectæ parentis, tum ipsius consecraneorum, qui omnia se scire autumabant, cùm essent ignarissimi, ipseque Eunomius vix studiis operam impendisset. Alio nomine vocantur *Spadones* in Lege Theodosiana, quâ testamenta condere vetantur. Sed cùm nihil de voto castitatis aut uxorum abstinentia apud Eunomianos legatur, eorumque nullus Origenem imitatus sit, emendabat Petitus *, *Pseudiones*, hoc est; *mendaces*; quia *sophismatibus & pseudomenis* sæpius utebantur. At multò melius Gothofredus reposuit, *Histapodes*; quippe illi Hæretici Arrianos ad sectam suam concedentes rebaptisabant unâ tantùm immersione capite inverso & pedibus rectis, ut in Martyrio D. Petri factum asserunt multi. Sic enim Epiphanius †: Διαβεβαιώσαντο τίνες ὅτι κατὰ κεφαλῆς τοὺς ἀναβαπτιζομένους βαπτίζει τοὺς πόδας ἄνω καὶ τὴν κεφαλὴν κάτω. Sed de Eunomii Baptismate & nominibus fusius aliàs.

* Obs. l. 1. c. 7. p. 219.

† Epiph. Hær. 76.

V. Ejus dissidia cum Arrianis.

V. Diu militaverat Eunomius in Arrianorum castris, Eudoxio, qui sedem Constantinopolitanam tenebat, gratissimus; ejus enim autoritate apud Constantium Episcopus Cyzicenus creatus est ‡ Eunomius.

‡ Anno CCCLX.

Deinde verò cùm anno sequenti CCCLXI. commoveretur plebs, tumultusque oboriretur maximus adversus Eunomii doctrinam; sive Constantinopoli, impellente Presbytero quodam Hesychio, ut narrat Philostorgius; sive Cyzici, ut multò verisimilius Socrates; fugit Constantinopolim Hæresiarcha, ibique concionem habuit, in qua Filium Patri similem prædicavit, plaudente ipsi Eudoxio.

Denique ⸸ cùm in festo Theophaniarum Josephum cum B. Virgine post Christi partum consuetudinem habuisse prædicaret, illum non reprehendit Eudoxius præsens, sed è contrà dictum probavit. Ex quibus concluditur, ipsos non modò amicitiæ, sed etiam doctrinæ vinculis fuisse conjunctissimos. Ab eo tamen & Arrianis ὁμοιούσιον tenentibus postmodum discessit Eunomius. Varias dissidii causas refert Philostorgius, Eunomii Panegyrista: ut Eudoxio schismatis odium conflare possit.

⸸ Philost. l. 6. c. 1. 2. Anno CCCLXI. alii sub Valente hoc narrant.

Primò,

Primò, inquit * ille, voluit Eudoxius, Eunomium tempori servire, ipsumque Æëtii abdicationi & formulæ Ariminensi subscribere. Favebat Semi-Arrianis Constantius Imperator, & ab eo repulsam patiebantur, qui Filium Patri dissimilem asserebant: ideò voluit Eudoxius, ut Æëtii Præceptoris propriæque sententiæ renunciaret Eunomius. Hoc facinus indignum ipsi visum est, eò magis quòd Cyzicenum Episcopatum receperat eâ conditione, ut Æëtius restitueretur. Indignatus igitur & irâ fervens adversus Eudoxium, Episcopatui renuntiavit, & in Cappadociam patriam reversus est. Secundò, cùm revocatus ab exilio foret Æëtius, imperante Juliano ajunt Eudoxium de Hæresiarchæ restitutione negligenter egisse; sed Constantinopolim pergentibus tum Æëtio, tum Eunomio, Synodus ibi habita fuit, in qua quæcunque adversus illum sub Constantio gesta fuerant, revocantur anno CCCLXII. Tertiò, sub Joviano † iræ denuò exarserunt. Querebatur Eunomius, quòd tum Eudoxius, tum Euzoius Æëtianam fidem in tomo quodam ex Decreto Concilii Antiocheni pro more solito promulgassent, sed quod etiam moris erat, nihil adjecissent, quo probaretur illa fides ad eamque ambabus ulnis amplectendam commoverentur Orthodoxi. Ideò Æëtius & Eunomius à Juliani temporibus Constantinopoli commorantes ab Eudoxio, sive Arrianis planè secesserunt, novos instituerunt cœtus, Episcopos ordinarunt, ut sedes ipsis assignatas variis in locis, quorum seriem habet Philostorgius, occuparent. Scissione verò factâ exacerbati sunt animi. Ab una parte querebantur Eunomiani, Eudoxium fidem datam violare, & cùm plurimùm polleret apud Valentem, qui tunc temporis imperabat, de Æëtio nullatenus esse sollicitum. Ab altera parte Eunomianis exprobrabat Eudoxius, quòd à fide aberrarent, & essent generis humani pestes & impii: λοιμοὶ καὶ ἀσεβεῖς. His itaque rationibus inter Hæreticos conflatum fuisse schisma credidit Philostorgius.

SÆC. IV. ANNO 370.

* Philost. ibid. c. 3.

† Anno CCCLXIII.

VI. Sed ut rem paucis aperiam, 1. non est omnino fides habenda Philostorgio, Eunomianam Hæresim profitenti, quique Magistro tenaciter adhærens, in ejus laudes sæpius exspatiatur, multaque tum Concilia, tum eventus cæteris ignotos in ejus gratiam memorat aut fingit. 2. Tres fuerunt inter Theologos illius ævi partes: Filium Patri ὁμοούσιον confitebantur Orthodoxi; Semi-Arriani verò ὁμοιούσιον, hoc est, similis substantiæ; Eunomius verò ἀνόμοιον cum Æëtio Præceptore, hoc est, Filium dissimilis cum Patre substantiæ tuebantur. Unde nata est Anomæorum secta. Medium tenentes Arriani, Orthodoxos & Anomæos æquo pede pulsabant. Eudoxius igitur, tum Euzoius, Arrianorum primipili, Eunomio non favebant, nisi quatenus dissimularet, Filiumque similem Patri prædicaret, vel ratio rerum & temporum id postulabat, ut mox probaturi sumus. Nec mirum si dissiderent animis, qui diversas in sententias abibant. Eò devenerat Eunomius, ut Semi-Arrianos ad se confugientes rebaptisaret, nolens ut Patri Filius & Spiritus, quos *creaturas* & *servos* appellabat, in Sacramento conjungerentur. Veteres hymnos & ritus abrogabat, novos inducens. Denique non modò arte, sed & violentiâ, ubi licitum, homines ad fidem suam inducebat. Hæc potissima schismatis inter Hæreticos fuit causa. Denique varii tunc temporis fuere Imperatores, ad quorum nutum leves & penduli Hæretici sententiam mutabant.

VI. Ejus Historia.

Semi-Arrianus fuit Constantius; Æëtio deinde infensissimus, quòd Galli rebellantis partes tenuisset. Nil mirum igitur, si Æëtium neglexerit Eudoxius, nec Eunomium receperit, nisi coram plebe Constantinopolitana concionantem Filium esse Patri similem.

Hæreticorum fautor fuit Julianus; omnes enim sectas Catholicis oppositas libertate uti voluit, ut inter se manus consererent. Sed & Æëtium Galli fratris causâ

Sæc. IV. Anno 370. causâ exulantem revocavit. Eo igitur imperante prævaluit Eunomius, & Æëtianorum ordinationi consentire coacti sunt Eudoxius, Euzoius, cæterique ipsorum consecranei.

Sub brevissimo Joviani imperio Æëtius & Eunomius Constantinopoli commorantes, Episcopos ordinaverunt, nec refragari ausus est Eudoxius; quippe Orthodoxo Imperatore, quamvis bellis longinquis distracto, motus facere non ausus est.

* Anno CCCLXV. Valente * ad imperatoriæ dignitatis fastigium evecto, arma movit Procopius, qui se Juliani consanguineum dicebat. Ad ipsum Cyzici agentem missus est Eunomius, ut libertatem plurimorum Valenti addictorum obtineret. Hanc legationem obierat Eunomius, cognatorum precibus, quam feliciter confecit. Ipse verò cum Æëtio Constantinopolim perrexit. Sed Imperatore Marcianopoli degente anno CCCLXVII. ex urbe regia à plebe sunt expulsi. Commoratus est Eunomius Chalcedone in horto, quam prope muros urbis sibi comparaverat. Eudoxium compellarunt Hæretici, ut quâ pollebat autoritate apud Imperatorem, uteretur, ipsique in pristinum restituerentur honorem. Sed precibus parum attentus Eudoxius, horum iras & odia jam effervescentia in se concitavit. Accusatur anno CCCLXIX. Eunomius apud Imperatorem, quasi Procopium in agro suo occultasset, cùm tyrannidem affectaret; iratus Valens ipsi exilium indixit; sed precibus aliquot Episcoporum commotus ipsi pepercit. Eudoxius verò, à quo multa speraverat, nullam ipsi præstitit opem, sed & variis artibus impedivit, quominus Eunomius ab exilio revocatus Imperatori se sisteret & congrederetur, quod optaverat Valens. Ita geminæ schismatis inter Arrianos causæ. Intereà Æëtio mortuo, Eunomium ducem & sectæ parentem agnoverunt Anomæi, ita ut ab ejus nutu penderent, nihilque nisi ipso consulto & probante tentarent.

VII. Dogmata. † Cyrill. Thes. l. 7. VII. Parum accuratè sententiam Eunomii refert Cyrillus † Alexandrinus, dum ipsum Patribus aliquot Ante-Nicænis inserit, quasi credidisset Deum invisibilem & ingenitum habuisse Verbum ἐνδιάθετον, intus inclusum, quod foras produxit, ubi res universas è nihilo voluit educere. Alia quippe fuit Eunomio mens; docuit enim Filium ante sæcula creatum, inferiorem & planè dissimilem esse Patri. A Filio productum esse Spiritum Sanctum, qui ipsi Verbo inferior erat, ut Verbum Patri. Hac positâ sententiâ, quam mordicitùs tenebat, nisi ubi temporum necessitate cogebatur, ὁμοιούσιον prædicandi fucum facere Lectoribus tentabat; multa, eaque maxima, ut creationem animarum, redemptionem, regenerationemque Filio & Spiritui Sancto tribuens, ut ejus *Fidei Confessionem*, quam hîc subjicimus, unicuique legenti constabit. *Hunc Filium Dei, & unigenitum Deum agnoscimus*, inquit; *sed & similem, ut Filium Patri; quippe qui sit imago & sigillum omnis operationis paternæ. Hic leges tulit juxta æternum mandatum Dei, & tempore Prophetarum locutus est ad priscos*, &c. Spiritus verò Sanctus ipsi est, *docens veritatem, Sanctos sanctificans; qui dividit omne donum, qui dat gratiam, qui animas luce cognitionis illustrat, purgat cogitationes, dæmones abigit, errantes reducit in viam*, &c. Ut errorem probaret, utebatur potissimùm argumentis è natura Dei desumptis, eum impartibilem, immutabilem, generationis illius impotentem asserens; ut inde concluderet, malè ab Orthodoxis de generatione Filii æterna philosophari; nec posse Verbum è divina substantia elici. Huic objectioni pessimè, ni fallor, respondebat Gregorius Nyssenus, dum filios à parentibus generari probat sine ulla partitione substantiæ, quod confirmat exemplo tum Abrahæ, qui totus remansit genito Isaaco & Ismaële; tum Jacobi, qui in duodecim Patriarchas non est dispertitus: aliter enim se res habet in

in generatione divina ac in humanis, & cùm inter eas res tantum occurrat dis- SÆC.
crimen, ab una ad alteram ratiocinari non licet. Occluderetur os Hæreticis, IV.
si de verbis parum solliciti, mysterium abstrusissimum tueri, & è Sacris Codi- ANNO
cibus, in quibus æternitas, Divinitas, Divinitatisque perfectiones & opera Filio 370.
tribuuntur, probare conaremur. Multò melius argumentabatur Gregorius * ex
cultu & adoratione, quam Christo præstabat Ecclesia: *Quis enim quod vertitur & mutatur, quod fato obnoxium est, & interitui, sibi venerandum esse judicarit?* Τίς γὰρ τὸ τρεπόμενον καὶ μεταβαλλόμενον καὶ τὸ ἐπίκηρον καταδέξεται σεβάσμιον ἑαυτῷ κρῖναι.

* *Greg. Nyss. ad Eunom. Or. 1. p. 16.*

VIII. Obtulit hanc *Fidei Confessionem* Eunomius Theodosio Magno, qui anno CCCLXXXIII. tam diversarum sectarum duces, sententiam suam apertè profiteri jussit. *Cùm imperialia præcepta hanc* CONFESSIONEM *requirant, alacri animo confitemur*, &c. Sed postmodum †, anno scilicet CCCLXXXIV. in exilium missus est. Hanc profert exilii causam Philostorgius, quòd Imperator reperisset quosdam è cubiculo suo Eunomianam Hæresim sequentes, quos ex palatio expulit. Sed accuratius multò Socrates hanc pœnam ipsi irrogatam narrat, quòd sub Orthodoxo Imperatore privatos conventus contra Leges agitaret in urbe Regia; quòd libros plurimos edidisset, & multos in sententiam suam traduceret. Halmyrida, urbem Scythiæ, locum exilio assignatum petiit; sed urbe captâ à Barbaris, Cæsaream petiit, cujus cives adversus Eunomium commoti, quòd contra Basilium scripsisset, ipsum expulerunt. Dacoram jussu Imperatoris venit, ibique in agris paternis obiit ‡. Fallitur Gothofredus, qui credat, Philoponium ibi commorantem Eunomium adiisse, & cum ipso fœdus & amicitiam iniisse; quippe multò prius Constantinopoli contracta fuerat illa amicitia, hocque indicat ipse Philostorgius.

VIII. *Confessio Fidei, exilium & mortis tempus.*

† *Anno* CCCLXXXIV.

‡ *Anno* CCCXCIV.

IX. Hæc paulò fusius de Eunomio, hujus Hæresiarchæ Historiam satis intricatam elucidantes, & ad sua tempora referentes, hoc unum adjiciemus, adversus *Apologiam*, quam hîc edimus, scripsisse D. Basilium: negavit ille Eunomium veritatem profiteri, dum se scripsisse asserit ut à criminibus ipsi intentatis sese liberaret, accusatoresque repelleret. *Nunc interrogetur, nunc respondeat*, inquit Basilius, *qui sunt qui eum incusarunt: qui sunt qui prius detrahendo necessitatem respondendi fecerunt?* At vereor ne ipse extra veri limites se transferri passus sit venerandus Præsul; quippe ex iis, quæ superius narravimus, patet, ante mortem Basilii tum Cyzici, tum Constantinopoli, tum aliis in locis commotos fuisse tum plebem, tum Theologos adversus Eunomium, nec eos motus sedari tam facilè potuisse. Opus Basilii refellere tentavit Eunomius, & huic operi per multos annos incubuit. Ajunt Basilium cùm primum refutationis librum legisset, præ dolore in morbum, ex morbo in mortem incidisse. Fabulam à Philostorgio excogitatam asserunt recentiores; eò quòd opus suum, donec vixit Basilius, occultaverit Hæresiarcha, nec nisi mortuo jam Episcopo Cæsariensi vulgaverit. At illi humillimum faciunt Eunomium, qui arrogantiâ cœlum ipsum petebat, nec verisimile fit, Theologum, qui Deum ut Deum ipsum nôsse prædicabat, quique cæteros Theologos, Orthodoxos præcipuè, velut cæcos, surdos, mutosque natos despiciebat, Basilium ita reformidasse, ut partum suum *velut alter Saturnus devoraverit*, aut tegendum curaverit. Occultus diu potuit esse tractatus ille, qui quinque libros, non tres, ut voluit aliquando Photius, non satis sibi constans, comprehendit; Eunomius enim illud per longum tempus refricavit. Potuit tamen in Basilii manus pervenire, quanquam ejus mortis causam fuisse dolorem, ex ea lectione natum, dicere nolim.

IX. *Ejus Apologia mortem Basilio an intulerit?*

EUNOMII CONFESSIO FIDEI,

INTERPRETE HENRICO VALESIO.

Sæc. IV. Anno 370.

Τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ δικαίαν κρίσιν φήσαντος ὁμολογεῖν ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τοὺς ὁμολογοῦντας αὐτὸν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀπαρνεῖσθαι τοὺς ἀρνουμένους αὐτόν· καὶ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας προτρεπούσης ἡμᾶς, ἑτοίμους εἶναι πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ ἐπερωτῶντι λόγον· καὶ τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων ταύτην ἐπιζητούντων τὴν ὁμολογίαν, προθύμως ὁμολογοῦμεν ἃ φρονοῦμεν, καὶ ὅτι πιστεύομεν εἰς τὸν ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν Θεόν, κατὰ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν, οὐκ ἐψευσμένῃ φωνῇ τιμῶντες· ἐστὶ γὰρ ἀψευδής· ἀλλ' ὄντως ὄντα φύσει τὲ καὶ δόξῃ Θεὸν ἕνα· ἀνάρχως, ἀϊδίως, ἀτελευτήτως μόνον· οὐ τὴν οὐσίαν καθ' ἥν ἐστιν εἷς χωριζόμενον ἢ μεριζόμενον εἰς πλείους· ἢ ἄλλοτε ἄλλον γινόμενον, ἢ τοῦ εἶναι ὅ ἐστι μεθιστάμενον· οὔτε ἐκ μιᾶς οὐσίας εἰς ὑποστάσεις τρεῖς σχηματιζόμενον· πάντη γὰρ καθάπαξ ἐστὶν εἷς, καὶ κατὰ τὰ αὐτά τε καὶ ὡσαύτως διαμένων μόνος· οὐ κοινωνὸν ἔχων τῆς θεότητος, οὐ μεριστὴν τῆς δόξης, οὐ σύγκληρον τῆς ἐξουσίας, οὐ σύνθρονον τῆς βασιλείας· εἷς γάρ ἐστι καὶ μόνος Θεὸς παντοκράτωρ, Θεὸς Θεῶν, Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων· ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ὕψιστος ἐν οὐρανοῖς, ὕψιστος ἐν ὑψίστοις, καὶ τοῖς ἐπουρανίοις· ἀληθινὸς ἐν τῷ εἶναι ὅ ἐστιν ἀεὶ καὶ διαμένει· ἀληθινὸς ἐν ἔργοις, ἀληθινὸς ἐν λόγοις· ἀρχὴ ἁπάσης ὑποταγῆς, ἐξουσίας, βασιλείας· ἀνώτερος τροπῆς, καὶ μεταβολῆς ἐλεύθερος, ὡς ἀκήρατος· οὐκ ἐν τῷ γεννᾶν τὴν ἰδίαν οὐσίαν μερίζων, καὶ ὁ αὐτὸς γεννῶν καὶ γεννώμενος, ἢ ὁ αὐτὸς πατὴρ γινόμενος καὶ υἱός· ἐστὶ γὰρ ἄφθαρτος· οὐκ ἐν τῷ ποιεῖν (a) ἡμέρων ἢ φυσικῶν ὀργάνων προσδεόμενος· ἐστὶ γὰρ πάντων ἀπροσδεής· Πιστεύομεν καὶ εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ υἱόν, τὸν μονογενῆ Θεόν, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, Χριστὸν ἀληθινὸν Θεόν, οὐκ ἀγέννητον· οὐκ πρὸ τοῦ εἶναι γεννήσεως ὀνομαζόμενον υἱόν, πρὸ πάσης κτίσεως γενόμενον· οὐκ ἄκτιστον, ἀρ-


Um Deus ac Servator noster Jesus Christus justissimâ sententiâ dixerit, confessurum se coram Deo Patre eos, qui ipsum confiterentur coram hominibus, & negaturum eos qui ipsum negarent: cùmque Apostolica doctrina hortetur nos, ut prompti paratique simus ad reddendam rationem cuilibet eam poscenti: cùm denique Imperialia Præcepta hanc Confessionem requirant, alacri animo confitemur ea quæ sentimus, & quòd credimus in unum ac solum verum Deum, juxta ipsius doctrinam, neutiquam falsâ voce eum honorantes. Est enim expers mendacii. Quippe qui & naturâ & gloriâ reverà est unus Deus; sine principio, semper & indesinenter solus: substantiâ secundum quam unus est nequaquam divisus, aut partitus in plures: aut alius atque alius subinde existens, aut ab eo quod est recedens: Nec ex una substantia in tres hypostases figuratus. Omnino enim & semel unus est, uno semper atque eodem modo permanens solus: nullum habens socium Divinitatis, nullum gloriæ participem, nullum consortem potentiæ, nullum regni assessorem. Unus enim est ac solus Deus omnipotens, Deus Deorum, Rex Regum, & Dominus Dominantium: altissimus super omnem terram: altissimus in cælis: altissimus in altissimis ac cælestibus: verus in existendo id quod est & manet semper: verus in operibus, verus in sermonibus: principium omnis subjectionis, potestatis, Imperii. Superior conversione, & expers mutationis, utpote illibatus. Propriam substantiam non partiens in generando: nec idem generans & generatus, aut idem Pater existens & Filius. Est enim incorruptus. In faciendo nequaquam indigens materiâ, aut membris, aut naturalibus instrumentis. Nullâ enim re opus habet. Credimus etiam in Filium Dei, unigenitum Deum, primogenitum omnis creaturæ, Christum verum Deum, non ingenitum: non antequam esset, sine generatione Filium nominatum: genitum ante omnem creaturam: non increatum: principium viarum

Sæc. IV. Anno 370.

(a) *Nescio quâ ratione Valesius, eruditissimus, ut omnes nôrunt, reddiderit* ἡμέρων *per* materiâ; *quippe intelligit Eunomius* dies, *asseritque Deum non egere* tempore, *vel instrumentis materialibus, ut creare vel agere possit.* Basn.

Sæc. IV. Anno 370.

χὴν ὁδῶν ἐργῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν ἀρχῇ ὄντα λόγον· οὐκ ἄναρχον· σοφίαν ζῶσαν, ἀλήθειαν ἐνεργοῦσαν, δύναμιν ὑφεστῶσαν, ζωὴν γεννητήν· ὡς υἱὸν Θεοῦ ζωοποιοῦντα τοὺς ζῶντας· καὶ ζωοποιοῦντα τοὺς νεκρούς· φῶς ἀληθινόν, φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐισερχόμενον εἰς τὸν κόσμον· ἀγαθὸν καὶ χορηγὸν ἀγαθῶν· ὡς ἀγαθότητι καὶ δυνάμει γεννηθέντα τοῦ πατρός· οὐχὶ τῷ μερίσαντι συμμερισάμενον τὴν ἀξίαν, οὐκ ἄλλῳ τινὶ τὴν πατρικὴν οὐσίαν, οὐ τὴν βασιλείαν· ἀλλὰ γενόμενον ἐκ γεννήσεως ἔνδοξον, καὶ τῆς δόξης κύριον· καὶ λαβόντα παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν δόξαν, οὐ τῆς ἐκείνου μεταλαβόντα δόξης· ἀμετάδοτος γὰρ ἡ δόξα τοῦ παντοκράτορος, καθὼς, εἶπε, τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω· δεδοξασμένον ὑπὸ τοῦ πατρὸς πρὸ τῶν αἰώνων· δεδοξασμένον ὑπὸ τοῦ πατρὸς δι' αἰῶνος, καὶ πάσης λογικῆς καὶ γεννητῆς οὐσίας· δορυφορούμενον ὑπὸ πάσης ἐπουρανίου στρατιᾶς· κύριος γὰρ ἐστὶ καὶ βασιλεὺς τῆς δόξης, ὡς υἱὸς Θεοῦ καὶ Θεός· δημιουργὸς ἀθανάτων καὶ θνητῶν, δημιουργὸς τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκός· πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν· βασιλεὺς καὶ κύριος πάσης ζωῆς καὶ πνοῆς τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων· πάντα γὰρ αὐτῷ παρεδόθη παρὰ τοῦ πατρὸς, κατὰ τὴν ἁγίαν αὐτοῦ φωνήν, καὶ πάντα δέδωκεν ὁ πατὴρ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· ὑπήκοος πρὸς τὴν τῶν ὄντων δημιουργίαν καὶ γένεσιν· ὑπήκοος πρὸς πᾶσαν διοίκησιν· οὐκ ἐκ τῆς ὑπακοῆς προσλαβὼν τὸ εἶναι υἱὸς ἢ Θεός· ἀλλ' ἐκ τοῦ υἱὸς εἶναι καὶ γεννηθῆναι μονογενὴς Θεὸς γενόμενος· ὑπήκοος ἐν ἔργοις· ὑπήκοος ἐν λόγοις· μεσίτης ἐν δόγμασι· μεσίτης ἐν νόμοις· τοῦτον ἴσμεν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ μονογενῆ Θεόν· τοῦτον ὅμοιον τῷ γεννήσαντι μόνον καθ' ἐξαίρετον ὁμοιότητα καὶ τὴν ἰδιάζουσαν ἔννοιαν· οὐχ ὡς πατρὶ πατέρα· οὐ γὰρ εἰσὶ δύο πατέρες· οὐδὲ ὡς υἱῷ υἱόν, οὐκ ὄντων δύο υἱῶν· οὐδὲ ὡς ἀγέννητον ἀγεννήτῳ· μόνος γὰρ ἐστὶν ἀγέννητος ὁ παντοκράτωρ· καὶ μόνος υἱὸς ὁ μονογενής· ἀλλ' ὡς υἱὸν πατρί· ὡς εἰκόνα καὶ ὡς σφραγῖδα πάσης τῆς τοῦ παντοκράτορος ἐνεργείας καὶ δυνάμεως· σφραγῖδα τῶν τοῦ πατρὸς ἔργων καὶ λόγων καὶ βουλευμάτων· τοῦτον ὁμολογοῦμεν ἕνα τὸν ἐν ὕδασιν ἐπικλύσαντα τὴν γῆν· τὸν πυρὶ καταφλέξαντα Σοδομίτας· τὸν ἐπιθέντα δίκην Αἰγυπτίοις· τὸν θέμενον τοὺς νόμους κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ· τὸν ἐπὶ τῶν προφητῶν ὁμιλήσαντα τοῖς παλαιοῖς· τὸν καλέσαντα τοὺς ἀπειθοῦντας· τὸν λαβόντα πᾶσαν τοῦ κρίνειν τὴν ἐξουσίαν· ὁ γὰρ πατὴρ κρίνει οὐδένα· τὴν γὰρ κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ· τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν γενόμενον ἐν σαρκί· γενόμενον ἐκ γυναικός· γενόμενον ἄνθρωπον ἐπὶ ἐλευθερίᾳ καὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν· ἀναλαβόντα τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον· τὸν διὰ γλώσσης καὶ στόματος εὐαγγε-

rum Dei ad opera, & in principio existentem sermonem: non expertem principii: sapientiam viventem: veritatem operantem: virtutem subsistentem: vitam genitam. Qui, utpote Filius Dei, vivos vivificat, & suscitat mortuos. Lucem veram, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum. Bonum, & suppeditatorem bonorum: quippe qui bonitate ac virtute Patris est genitus. Qui neque cum eo qui ipsi impertitus est dignitatem, neque cum ullo alio paternam substantiam aut regnum participavit. Sed qui ex generatione factus est gloriosus & Dominus gloriæ. Qui à Patre accepit gloriam, non autem participavit gloriam Patris. Nam gloria Omnipotentis est incommunicabilis, sicut ipse dixit: *Gloriam meam alteri non dabo.* Qui à Patre glorificatus est ante sæcula. Qui glorificatur à Patre per sæcula, & per universam rationalem & creatam substantiam. Quem stipat universa cœlestis militia. Est enim Dominus & Rex gloriæ, utpote Dei Filius ac Deus: opifex mortalium atque immortalium: opifex spirituum & universæ carnis. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: Rex & Dominus vitæ omnis ac spiritus eorum quæ per ipsum facta sunt. Omnia enim ei tradita sunt à Patre, juxta sanctissimam ejus vocem, & omnia dedit Pater in manu ejus. Obediens ad opificium & creationem omnium rerum. Obediens ad omnem administrationem. Qui non ex obedientia accepit ut esset Filius aut Deus: sed ex eo quod Filius est, & quod unicus genitus est, factus est Deus. Obediens in operibus, obediens in verbis. Mediator in sententiis, mediator in legibus. Hunc Filium Dei & unigenitum Deum agnoscimus. Solum similem Patri ob præcipuam similitudinem & propriam significationem: non ut Patrem Patri. Neque enim duo sunt Patres. Non ut Filium Filio; quippe cùm non sint duo Filii: neque ut ingenitum ingenito: unus enim ingenitus est, Deus scilicet omnipotens; & unus Filius, unigenitus scilicet. Sed similem, ut Filium Patri: quippe qui imago sit & sigillum omnis operationis ac virtutis paternæ; sigillum omnium operum ac sermonum & consiliorum Patris. Hunc confitemur unum esse eorum qui terram inundarunt, eum qui Sodomitas igne exussit. Qui Ægyptios supplicio affecit. Qui leges tulit juxta mandatum æterni Dei. Qui tempore Prophetarum locutus est ad priscos. Qui vocavit eos qui parere recusabant. Qui omnem judicandi potestatem accepit. Pater enim non judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio. Qui in ultimis diebus factus est in carne, factus ex muliere. Factus est homo ad liberationem & salutem generis nostri. Qui hominem ex anima constantem & corpore adsumpsit.

Z 2

Sæc. IV. Anno 370.

sumpsit. Qui ore & linguâ annunciavit pacem vicinis simul ac remotis. Qui factus est obediens usque ad crucem & ad mortem: & qui non vidit corruptionem, sed surrexit tertiâ die. Et post resurrectionem discipulis suis per compendium exposuit mysterium. Qui sedet ad dexteram Patris, qui venturus est ut vivos judicet ac mortuos. Post hunc credimus in Paracletum, Spiritum veritatis: Doctorem pietatis. Qui factus est ab Unigenito & illi semel subjectus: nec post Patrem, nec cum Patre connumeratus; unus enim ac solus Pater est Deus super omnia. Nec Filio coæquatus; unicus enim est Filius, nullum fratrem habens simul genitum. Nec tamen cum ulla alia re comparatus. Omnia enim quæ per Filium facta sunt opera, transcendit generatione ac naturâ, & gloriâ & cognitione; quippe qui primum sit ac præstantissimum, & maximum ac pulcherrimum opus Unigeniti. Qui cùm unus ac solus sit etiam ipse, primusque & excellentissimus omnium Filii opificiorum, ob substantiam & naturæ dignitatem, operationem omnem ac doctrinam perficit ex arbitrio Filii, missus ab illo & ab eodem accipiens: & renuncians iis qui instituuntur: docens veritatem: Sanctos sanctificans: deducens eos qui ad Sacramentum accedunt: dividens spiritui omne donum ejus qui dat gratiam. Qui cooperatur fidelibus ad intelligentiam & contemplationem eorum quæ mandata sunt. Qui orantibus subsonat. Qui ad id quod utile est præit viam. Qui ad pietatem corroborat. Qui animas luce cognitionis illustrat. Qui purgat cogitationes. Qui Dæmones abigit, ægros curat, sanat languidos. Qui errantes reducit in viam; solatur contritos: titubantes erigit: reficit laborantes. Qui pugnantibus subclamat: timidis addit animos: curator universorum. Qui curam omnem ac solicitudinem adhibet, ut benevoles promoveat, & fideliores quosque custodiat. Posthæc credimus in eam quæ per Servatorem futura est, resurrectionem corporum, horum scilicet ipsorum quæ dissoluta sunt, unà cum propriis membris ac partibus: nullo deficiente aut immutato ex iis quæ uniuscujusque corpus componebant dum viveret. Præterea credimus judicium quod posteà fiet, eorum quæ malè cogitata atque acta fuerint in vita, & omnium pariter operum ac verborum & actuum, cogitationum ac sensuum, qui fuerint in hac vita: ita ut nihil omnino lateat, nec maximum quidquam, nec minimum: nihil negligatur ex iis quæ illegitimè aut injustè gesta sunt ac perpetrata: sed justa & æqua merces rependatur: & ii quidem qui usque ad exitum vitæ impiè se gesserint aut peccaverint, sempiterno tradantur supplicio:

λιπάμενον τὴν εἰρήνην τοῖς ἐγγὺς καὶ τοῖς μακρὰν· τὸν γενόμενον ὑπήκοον μέχρι σταυροῦ καὶ θανάτου· καὶ μὴ ἰδόντα διαφθοράν, ἀλλ' ἀναστάντα τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν· καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀνακεφαλαιωσάμενον τοῖς ἑαυτοῦ τὸ μυστήριον· καὶ καθήμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός· τὸν ἐρχόμενον κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ μετὰ τοῦτον πιστεύομεν εἰς τὸν παράκλητον τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας· τὸν καθηγητὴν τῆς εὐσεβείας· γενόμενον ὑπὸ τοῦ μονογενοῦς καὶ τούτῳ καθάπαξ ὑποτεταγμένον· οὔτε κατὰ τὸν πατέρα· οὔτε τῷ πατρὶ συναριθμούμενον· εἷς γάρ ἐστι καὶ μόνος πατὴρ ὁ ἐπὶ πάντων Θεός· οὔτε τῷ υἱῷ συνεξισούμενον· μονογενὴς γάρ ἐστιν, οὐδένα ἔχων ἀδελφὸν ὁμογενῆ· οὔτε μὴν ἄλλῳ τινὶ συντασσόμενον· ἁπάντων γὰρ ἀναβέβηκε τῶν διὰ τοῦ υἱοῦ γενομένων ποιημάτων γενέσει καὶ φύσει, καὶ δόξῃ καὶ γνώσει: ὡς πρῶτον ἔργον καὶ κράτιστον τοῦ μονογενοῦς, μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον· εἷς δὲ καὶ οὗτος ὢν καὶ πρῶτος καὶ μόνος· καὶ πάντων ὑπερέχων τῶν τοῦ υἱοῦ ποιημάτων κατὰ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φυσικὴν ἀξίαν, πᾶσαν ἐνέργειαν καὶ διδασκαλίαν ἐξανύει κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ υἱῷ, πεμπόμενον ὑπ' αὐτοῦ καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνων· καὶ ἀναγγέλλων τοῖς παιδευομένοις· καὶ τῆς ἀληθείας καθηγούμενος· ἁγιάζων τοὺς ἁγίους· μυσταγωγῶν τοὺς προσιόντας τῷ μυστηρίῳ· διανέμων πᾶσαν δωρεὰν τῷ πνεύματι τοῦ διδόντος τὴν χάριν· συνεργῶν τοῖς πιστοῖς πρὸς κατανόησιν καὶ θεωρίαν τῶν διατεταγμένων· ὑφηχῶν εὐχομένοις· ὁδηγῶν πρὸς τὸ συμφέρον· κρατύνων πρὸς εὐσέβειαν· φωτίζων τὰς ψυχὰς τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως· καθαίρων τοὺς λογισμούς· δαίμονας ἀπείργων, καὶ νοσοῦντας θεραπεύων· τοὺς νοσοῦντας ἰώμενος· πλανωμένους ἐπιστρέφων· θλιβομένους παρακαλῶν· ὀκλάζοντας ἀνορθῶν· πονοῦντας ἀνακτώμενος· ἀγωνιζομένοις ὑποφωνῶν· δειλαιδροῦντας θαρσύνων· ἁπάντων κηδεμόνα· πᾶσαν φροντίδα καὶ πρόνοιαν εἰσφερόμενον εἰς προσαγωγὴν τῶν εὐνουστέρων καὶ φυλακὴν τῶν πιστοτέρων· πιστεύομεν ἐπὶ τούτοις εἰς τὴν γενησομένην ἀνάστασιν διὰ τοῦ σωτῆρος· αὐτῶν τῶν διαλυθέντων σωμάτων, μετὰ τῶν οἰκείων καὶ μερῶν καὶ μορίων· οὐδενὸς ἐλλείποντος οὔτε ἐνηλλαγμένου τῶν τὸ ἑκάστου σῶμα συμπληρούντων κατὰ τὸν παρόντα βίον· ἔτι μὴν καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις κρίσιν τῶν ἐπὶ κακῶς δοξαζομένων, ἢ βεβιωμένων· καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν γινομένων ἔργων καὶ λόγων καὶ ἐνεργειῶν, πράξεων, ἐνθυμημάτων, νοημάτων· μηδενὸς τὸ παράπαν λανθάνοντος τῶν μεγίστων ἢ τῶν ἐλαχίστων· μηδενὸς περιορωμένου τῶν ἀθέσμως ἢ παρανόμως εἰργασμένων, ἢ πεπραγμένων· τῆς συμμέτρου καὶ δικαίας ἐπιμετρουμένης δίκης· καὶ τοὺς μὲν εἰς τέλος ἀπειθήσαντας ἢ ἁμαρτήσαντας, πρὸς τὴν ἀπελεύτητον κόλασιν παρα-

πεμ-

Sæc. IV. Anno 370.

Sæc. IV. Anno 370.

τιμωρούσης· τοὺς δὲ ὁσίως καὶ δικαίως βιώσαντας πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀναφερούσης· ταῦτα καὶ φρονοῦμεν παρὰ τῶν ἁγίων μαθόντες, καὶ φρονοῦντες πιστεύομεν· οὐδὲν ὑπ' αἰσχύνης ἢ δέους παρέντες ὧν ἐμάθομεν· οὔτε μὴν ἐπ' αἰσχύνης ἢ φιλονεικίας προστιθέντες πλεῖον ἢ διαστρέφοντες· οὐδὲ συνειδότες οὐδὲν ἀπηχὲς ἢ δύσφημον, ὁποῖα πλάττουσι καθ' ἡμῶν οἱ συκοφαντοῦντες ἢ διαβάλλοντες· ὧν τὸ κρίμα ἔνδικον ἐστιν.

ii verò qui justè ac piè vixerint, ad æternam vitam perducantur. Hæc sentimus, prout à Sanctis accepimus; & sentientes credimus: nihil eorum quæ accepimus, præ pudore aut præ metu obmittentes: sed neque per impudentiam aut pervicaciam aliquid amplius addentes, aut pervertentes: nec nobis conscii ullius impietatis ac blasphemiæ, cujusmodi adversus nos confingunt calumniatores, quorum justa est condemnatio.

Sæc. IV. Anno 370.

EUNOMII APOLOGIA,

INTERPRETE H. WHARTONO.

PROLOGUS.

Τὸ μὲν συκοφαντεῖν καὶ διαβάλλειν τινὰς ἐξακολάστου γλώττης καὶ γνώμης ἀγνώμονος μοχθηρῶν καὶ φιλαπεχθημόνων ἔργον εἰδότες, τὸ δὲ τοὺς ἐκ διαβολῆς εἶναι δοξαντας πονηροὺς πάσῃ προθυμίᾳ πειρᾶσθαι τὸ ψεῦδος τοῖς ἐλέγχοις ἀποτρέπειν ἀνδρῶν σωφρόνων, καὶ μετὰ τῆς ἰδίας εὐβουλίας τὴν τῶν πολλῶν ἀσφάλειαν περὶ πολλοῦ ποιουμένων, ηὐχόμεθα μὲν λόγῳ τὴν γνῶσιν ἀμφοῖν ἔχοντες, μήτε τῆς προτέρας ποτὲ γενέσθαι μοίρας, καὶ τῆς ὑστέρας τὴν πεῖραν διαφυγεῖν· ἐπειδὴ δὲ μὴ κατὰ σπουδὴν συνέβη ἐκβῆναι τὸ τέλος, ποικίλως καὶ πολυτρόπως διά τε λόγων καὶ πράξεων παρὰ πολλοῖς κατασκευασθείσης ἡμῶν ψευδοῦς δυσφημίας, ἀλγεινῆς μὲν ἡμῖν, βλαβερᾶς δὲ τοῖς πιστεύουσι, ὑπὸ τινῶν πονηρῶν καὶ μηδὲν ὀκνούντων λέγειν ἢ πράττειν ἀνδρῶν, καὶ τῶν ἀκεραιοτέρων ταῖς τῶν διαφόρων κατηγορίαις τὴν ἀλήθειαν μετρούντων, οὐ κρίσει τὰς καθ' ἡμῶν διαβολὰς προσιεμένων, ἡμῖν τε αὐτοῖς λυσιτελεῖν ᾠήθημεν πρὸς ἀπολογίαν, καὶ τοῖς ἀβασανίστως λεγομένοις πρὸς ἀσφάλειαν, ἔγγραφον εἰς ὑμᾶς ἐκθέσθαι τῆς ἑαυτῶν δόξης τὴν ὁμολογίαν. Εἴπως διὰ ταύτης τήν τε προλαβοῦσαν ἀποτρεψαίμεθα βλασφημίαν, καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν τοὺς μὲν πονηροὺς ἀτολμοτέρους, τοὺς δὲ λίαν εὐχερεῖς ἀσφαλεστέρους παρασκευάσαιμεν, τοῖς μὲν τὸ ψευδῆ λέγειν ἐπιδεὲς, τοῖς δὲ τὸ πιστεύειν ἀσφαλὲς ἀποδείξαντες, συναποδεικνυμένης τῇ παρ' ἡμῶν ἀληθείᾳ τῆς κατ' ἀμφοῖν κολάσεως· ἡ γὰρ πρὸς τὸ ψεῦδος κοινωνία κοινὴν ἀμφοτέροις κατεργάζεται τὴν τιμωρίαν. Αἰτοῦμεν δὲ πρὸ πάντων ὑμᾶς τούς τε νῦν

Quandoquidem probè conscii sumus, calumnias & convicia alicui inferre effrœnis esse linguæ & impotentis animi, quin & pravorum ac rixosorum esse; calumnias verò ac mendacia quæ ignominiam nobis inferrent, argumentis avertere summo studio conari prudentis esse viri, ejusque qui suæ pariter famæ ac multorum in judicando rectitudini consuleret; jucundum quidem nobis fuisset, solâ speculatione utramque veritatem tenentes, neque in priorem incidisse sortem, neque posteriorem unquam expertes esse. Cùm verò res minimè ex voto cesserit, multisque ac diversis modis tam verbis quàm factis falsa nobis à multis congesta fuerit calumnia, luctuosa quidem nobis, nec minùs credentibus nociva, idque à pessimis quibusdam, quique nihil aut dicere, aut facere erubescerent, homunculis; cùm etiam sinceriores viri rei veritatem ex multorum criminationibus metirentur, non autem rectâ ratione calumnias nobis illatas perpenderent, & defensioni nostræ conducere, & rebus temerariè dictis lucem allaturum esse duximus, scripto consignatam evulgare dogmatis nostri Confessionem. Siquidem ratione istâ & præteritam averruncari possimus calumniam, & in posterum malos quidem minùs audaces, nimis credulos verò magis certos in judicando redderemus illis, quidem falsa dicendi timorem incutientes, his autem certum aliquid quod tutò credi possit subindicantes; demonstratis pariter causæ nostræ justitiâ, & utrorumque quam meruerunt, pœnâ. Mendacio enim accedere atque assentire communem tam dicentibus quàm credentibus

Sæc. IV. Anno 370.

pœnam attrahit. Ante omnia verò obtestamur & vos impræsentiarum audituros, omnesque in posterum lecturos; ut ne verum ac falsum ex calculorum multitudine dijudicare velitis, majori parti palmam concedentes; neque dignitatem vel jactationes quorumcunque curantes mentem vobis obscurari sinatis, neque demum primo vos docentibus loco cœcum præbentes assensum, sequentibus præceptoribus aures occludatis; Servatoris autem nostri Jesu Christi doctrinam omni hominum multitudini, omni ambitioni, vel contentioni, partium etiam favori, quin & cognationi, & (ut verbo dicam) omnibus quæcunque mentis aciem offuscare solent, præponatis. Maximè enim ad veritatem inveniendam confert, si quis depositis præjudiciis assimiletur illi. Cæterùm ne mihi succenseatis velim, si postpositâ inanis gloriæ & pœnæ curâ, spe verò bonorum futurorum certâ præsenti favori ac securitati præpositâ; minasque contra impios denunciatas pœnâ omni terrenâ ac temporali morte magis timendas esse ratus, veritatem omni involucro spoliatam in medium proposuerim. Neque enim, ut Apostoli verbis utar, dignæ sunt præsentis temporis afflictiones, quæ gloriæ olim revelandæ comparentur, neque totus mundus si unius possessioni ac dominio subderetur, animæ singulorum jacturæ æquiponderare possit; cùm quæ à nobis expectantur, seu præmia seu pœnas spectes, præsentia longè superent. Ne verò his diutiùs immorati sermonem, supra quàm par est, producamus, ad ipsam jam convertamur fidei nostræ Confessionem, ex qua facilis ac citissima fidei nostræ cognitio ab omnibus volentibus comparari queat. Inprimis verò necesse est, ut qui de rebus hujusmodi verba faciunt, propriique dogmatis rationem reddunt, non receptæ apud vulgum sententiæ semet oscitanter tradant; acceptam verò successionis ordine à Patribus traditionem sacram tanquam judicem ac regulam sibimet adhibentes, illo demum ad dijudicandam rerum dictarum veritatem utantur criterio.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, à quo omnia; & in unum unigenitum Filium Dei, Deum Verbum, Dominum nostrum Jesum Christum, per quem omnia; & in unum Spiritum Sanctum Paracletum, in quo omnis gratiæ distributio unicuique Sanctorum pro ratione necessitatis suæ datur. Ista igitur (ut summatim & compendio dicam) simplicior est Confessio & communis omnibus quicunque Christiani esse vel haberi volunt. Supersunt tamen adhuc alia quædam ordinis secundi, de quibus hucusque dubitatum est, *&c.*

ἀκουσομένους, καὶ τοὺς εἰς ὕστερον ἐντευξομένους μὴ τῷ πλήθει διακρίνειν ἐθέλειν τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος, τῇ πλείονι μοίρᾳ τὸ κρεῖττον συνάπτοντας, μήτε μὴν ἀξιώμασιν ἢ τινῶν ἀλαζονείᾳ προσέχοντας ἀμαυροῦσθαι τὴν διάνοιαν, ἢ τῇ τάξει τῶν προλαβόντων τὸ πλεῖον νέμοντας, ἀποφράττειν τὰς ἀκοὰς τοῖς ὑστέροις, τὴν δὲ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διδασκαλίαν παντὸς μὲν ἀνδρῶν ἀριθμοῦ, πάσης δὲ φιλοτιμίας ἢ φιλονεικίας, συνηθείας τ' αὖ καὶ συγγενείας, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν πάντων ὅσα τοῖς τῆς ψυχῆς κριτηρίοις ἐπισκοτεῖν εἴωθεν, προτιμήσαντας· μεγίστη γὰρ μοῖρα πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας διάγνωσιν ἡ πρὸς αὐτὴν οἰκείωσις. Πρὸς δὴ τούτοις μηδ' ἡμῖν χαλεπαίνειν εἰ τύφου μὲν ἀμελήσαντες καὶ φόβου, τῆς δὲ παραυτίκα χάριτος καὶ ἀσφαλείας τὴν ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἄδειαν προτιμήσαντες, καὶ πάσης ἐπιγείου κακοπαθείας θανάτου τε προσκαίρου φοβερωτέραν τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὡρισμένην ἀπειλὴν εἶναι κρίναντες, παντὸς ἐπικαλύμματος γυμνὴν ἐκτιθέμεθα τὴν ἀλήθειαν. Οὔτε γὰρ, κατὰ τὸν ἀπόστολον, εἰπεῖν ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἀποκαλύπτεσθαι δόξαν, οὐδ' ὁ σύμπας κόσμος πρὸς ἀπόλαυσιν, καὶ δεσποτείαν ἰσόρροπον ἀντάλλαγμα τῆς ἰδίας ἑκάστου ψυχῆς, πολὺ καθ' ἑκάτερον ἀπόλαυσιν τε καὶ κόλασιν ὑπερβαλλόντων τὰ παρόντα τῶν προσδοκωμένων. Ἀλλ' ἵνα γε μὴ τούτοις ἐπὶ πλεῖον ἐνδιατρίβοντες περὰ τοῦ μέτρου μηκύνωμεν τὸν λόγον, ἐπ' αὐτὴν ἤδη τρεψώμεθα τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν, ἐξ ἧς εὐμαρὴς καὶ ῥᾳδία γένοιτ' ἂν τοῖς βουλομένοις τῆς ἡμετέρας γνώμης κατανόησις. Ἀναγκαῖον δὲ ἴσως τοὺς περὶ τούτων λόγους ποιουμένους, καὶ δόξης οἰκείας εὐθύνας ὑπέχοντας, μὴ ταῖς τῶν πολλῶν ἀμελῶς ἑαυτοὺς ἐκδιδόναι γνώμαις, τὴν δὲ κρατοῦσαν ἄνωθεν ἐκ τῶν πατέρων εὐσεβῆ παράδοσιν ὥσπερ τινὰ γνώμονα καὶ κανόνα προεκτιθεμένους ἀκριβεῖ τούτῳ συγχωρεῖν χρῆσθαι κριτηρίῳ πρὸς τὴν τῶν λεγομένων ἐπίκρισιν.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἰς ἕνα μονογενῆ, υἱὸν Θεοῦ Θεὸν λόγον τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ εἰς ἓν πνεῦμα ἅγιον τὸν παράκλητον, ἐν ᾧ πάσης χάριτος διανομὴ κατὰ τὴν συμμετρίαν πρὸς τὸ συμφέρον ἑκάστῳ δίδοται τῶν ἁγίων. Ἡ μὲν οὖν ἁπλουστέρα καὶ κοινὴ πάντων, ὅσοις τὸ δοκεῖν ἢ τὸ εἶναι Χριστιανοῖς ἐπιμελὲς ὡς ἐν ἐπιδρομῇ κεφαλαιωδέστερον εἰπεῖν αὕτη· λειπομένων ἔτι τῶν δευτέρων, ὧν διὰ τὸ τινὸς ἀμφισβητεῖται, &c.

EPILO-

EPILOGUS.

Sæc. IV. Anno 370.

Τούτων δὴ πάντων σαφῶς μὲν καὶ πλατύτερον ἐν ἑτέροις ἡμῖν ἀποδεδειγμένων, ἐν βραχεῖ δὲ νῦν πρὸς ὑμᾶς ὁμολογουμένων, εὐχόμεθα τοὺς τε παρόντας ὑμᾶς, καὶ πάντας τοὺς τῶν αὐτῶν ἡμῖν μυστηρίων κοινωνοῦντας, μὴ ψόγον ἀνδρῶν δεδοικότας, μήτε σοφίσμασιν ἀπατωμένους ἢ κολακείαις ὑπαγομένους, κατὰ τὴν ἀληθῆ καὶ δικαίαν κρίσιν ἐπιψηφίσασθαι τοῖς εἰρημένοις· κρατούσης δηλαδὴ παρὰ πᾶσι τῆς βελτίονος μοίρας, τόν τε λογισμὸν τῶν ἐνοχλούντων προστησαμένους πάντα θήρατρα καὶ δίκτυα διαφυγεῖν, ἃ τῷ διαβόλῳ κατ' ἀνδρῶν μεμηχάνηται, πολλοὺς φυγεῖν ἢ δελεάζειν μεμελετηκότι τοὺς μὴ πρὸ τῶν ἡδέων τὸ συμφέρον αἱρουμένους, ἢ τὰ παρόντα τῶν μελλόντων ἀσφαλέστερα λογιζομένους· εἰ δ' ἄρα καὶ παρά τισι νικήσαι τὰ χείρω, ἀποστρέψαι δ' ὁ Θεὸς τοῦ λόγου τὴν πεῖραν, πρὸς μὲν τὸ ψεῦδος τῶν πολλῶν συμπνεόντων, πρὸς δὲ τὴν ἀλήθειαν διϊσταμένων τῶν τ' ἀρεσκόντων τῷ Θεῷ καὶ κοινῇ συμφερόντων τὴν πρὸς τὸ παρὸν ἀσφάλειαν καὶ δόξαν περὶ πλείονος ποιουμένων. Τοὺς γοῦν ἑπομένους ἀσάλευτον καὶ παγίαν διαφυλάξαι τῷ παραδεδωκότι τὴν πίστιν, περιμένοντας τὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ κριτήριον, οὗ τῦφος μὲν καὶ δόξα καὶ ψεῦδος πρόρριζος ἠφάνισται. Γυμνοὶ δὲ πάσης ἀρχῆς ἢ θεραπείας, ἢ κολακείας οἱ κρινόμενοι· πολυχειρία δὲ καὶ πλοῦτος ἀσθενὴς πρὸς δυσώπησιν, κἂν λίαν παρ' ἀνθρώποις εὐδόκιμος. ἀνδρῶν γὰρ ἐνδόξων πλῆθος ἑνὸς πένητος εὐσεβοῦς οὐκ ἀντάξιον εἰς παραίτησιν παρ' ἀληθείᾳ δοκιμαζούσῃ, συναγωνιζομένης μὲν εὐσεβείας κατὰ δικαίαν ἀμοιβὴν τῶν νῦν δι' αὐτὴν καὶ τὸ θανεῖν κέρδος ἡγουμένων, ἀποδιδόντος δὲ τὰ τῶν ἀγώνων ἆθλα τοῦ πάλαι καὶ νῦν ἀθλοθετοῦντος Χριστοῦ, τοῖς μὲν ὑπὲρ ἀληθείας πονήσασι τὴν ἀληθινὴν ἐλευθερίαν, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν. Τοῖς δὲ διὰ κακόνοιαν ταύτην ἀτιμήσασι τιμωρίας ἀπαραιτήτους. Ταῦτ' εἰρήσθω μὲν ἀμφότερα πρὸς ὑμᾶς, ἐκβαίη δὲ πρὸς τὴν βελτίω μοῖραν τὸ τέλος.

Istis verò omnibus clarè ac latiùs alibi à nobis demonstratis, nunc verò vobis breviter propositis, & vos præsentes & omnes nobis eorundem sacrorum societate conjunctos, exoratos velim, neque vituperium hominum timentes, nec fallaciis seductos, aut adulationibus deflectos, secundùm verum justumque judicium calculum hisce dictis apponere; præponderante scilicet apud omnes meliori causâ; rationemque præjudiciis præponentes, cunctas effugere insidias & retia, quæ humano generi fabricatur Diabolus, multos fugare vel inescare cupiens, qui utile jucundo non anteponunt, vel præsentia futuris certiora esse putant. Siquidem pejora, quod avertat Deus, nonnullis potiora videantur, multis in mendacii partes conspirantibus, & veritati repugnantibus quicunque præsentem securitatem ac gloriam rebus Deo gratis & verè utilibus majoris æstimant. Mei igitur sequaces firmam & immotam Christo illam olim tradenti fidem conservare velim, Servatoris nostri Christi expectantes judicium, à quo pompa inanis, & gloria, & mendacium funditùs removetur; nudique astant judicandi omni imperio, & famulitio, & adulatione privati; astutia verò & divitiæ ad judicem flectendum necquicquam valent, utcunque apud homines multùm possint. Quòd si veritas enim locum habet, ne multitudo quidem illustrium virorum uni pauperi pio in judicando æquari debet. Cæterùm religio secundùm justam retributionem ab illorum stat partibus, qui mortem pro illa nunc oppetere lucrum æstimant; Christus autem certaminum præmia & olim & nunc distribuit, pro veritate quidem laborantibus veram libertatem & regnum cœlorum, illam verò præ stultitia floccifacientibus pœnas ineluctabiles. Et ista quidem vobis utrinque dicantur, in meliorem verò partem cadat exitus. Sæc. IV. Anno 370.

EUNOMII

EUNOMII CONFESSIO FIDEI,

Apologiæ suæ calci subjecta.

SÆC. IV. ANNO 370.

UNus est Deus ingenitus & principio carens, qui neque aliquid ante seipsum existens habet, (nihil enim ante ingenitum existere potest) neque ipsi coëxistens, (unicus enim & solus Deus ingenitus est) neque in seipso existens, (simplex enim & incompositus est Deus) cum verò unus, & solus, & idem, semper existat; omnium rerum est Deus & Creator & Conditor; primùm quidem & præcipuè unigeniti *Filii*, propriè verò omnium per ipsum conditorum. Filium enim solum, ante omnia omnemque creaturam, potentiâ suâ atque operatione genuit, & creavit, & fecit; nil quidem substantiæ propriæ genito communicans (immortalis enim & impartibilis, & indivisibilis est Deus; immortale autem quid substantiam propriam alteri nequaquam communicat) neque aliam sui similem producens. Solus enim ipse est ingenitus; secundum ingenitam autem illius substantiam alium generari est impossibile. Neque igitur substantiâ suâ *in generando Filium* usus est, sed voluntate solâ; neque secundùm sui ipsius substantiam, sed qualem voluit, generavit. *Quo facto*, per ipsum primum quidem omnium ac majus (a) omnibus, Spiritum Sanctum fecit, propriâ quidem potentiâ & jussu, operatione tamen & potestate Filii. Post Spiritum Sanctum reliqua omnia, tam in cœlis quàm in terris, visibilia & invisibilia, corporea & incorporea, per Filium creavit. Unus enim est Deus, à quo sunt omnia (ut Apostoli verbis utar) & unus Dominus Jesus Christus, per quem sunt omnia. Unus igitur est Deus ingenitus, increatus, non factus; unusque Dominus Jesus Christus Dei Filius, genitum ingeniti, non tamen tanquam unum ex genitis, creatura increati, non tamen tanquam una ex creaturis, factum non facti, non tamen tanquam unum ex factis. Sicut habet Sacra Scriptura, Dominus creavit me principium viarum suarum, ante sæculum fundavit me: ante omnes colles genuit me. Unus est pariter Spiritus Sanctus, primum & maximum ex omnibus unigeniti *Filii* operibus, jussu quidem Patris, operatione autem & potestate Filii productus.

Εἷς ἐστὶ Θεὸς ἀγέννητος καὶ ἄναρχος, οὔτε πρὸ ἑαυτοῦ ἔχων τινὰ ὄντα, οὐδὲν γὰρ πρὸ τοῦ ἀγεννήτου εἶναι δύναται, οὔτε σὺν αὐτῷ, εἷς γὰρ καὶ μόνος Θεὸς ὁ ἀγέννητος, οὔτε ἐν αὐτῷ, ἁπλοῦς γὰρ καὶ ἀσύνθετος. Εἷς δ' ὢν, καὶ μόνος ὢν, καὶ ἀεὶ ὁ αὐτὸς ὢν, πάντων ἐστὶ Θεὸς καὶ κτίστης, καὶ δημιουργὸς, πρώτως μὲν καὶ ἐξαιρέτως τοῦ μονογενοῦς, ἰδίως δὲ τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων· τὸν μὲν γὰρ υἱὸν πρὸ πάντων καὶ πρὸ πάσης κτίσεως μόνον τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ ἐγέννησέ τε καὶ ἔκτισε, καὶ ἐποίησεν, οὐδὲν τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως μεταδοὺς τῷ γεννηθέντι· ἄφθαρτος γὰρ καὶ ἀδιαίρετος, καὶ ἀμέριστος ὁ Θεὸς, ὁ δ' ἄφθαρτος τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας οὐ μεταδίδωσιν, οὔτε καθ' ἑαυτὸν ἄλλον ὑποστησάμενος. Μόνος γὰρ αὐτὸς ἀγέννητος, κατὰ δὲ τὴν ἀγέννητον οὐσίαν γεννηθῆναι ἀδύνατον. Οὔτε οὖν τῇ ἑαυτοῦ οὐσίᾳ ἀπεχρήσατο ἀλλὰ τῇ βουλήσει μόνῃ, οὔτε κατὰ τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν, ἀλλ' οἷον ἐβουλήθη ἐγέννησε. Καὶ διὰ τούτου πρῶτον μὲν πάντων καὶ μεῖζον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐποίησεν, ἐξουσίᾳ μὲν ἰδίᾳ καὶ προστάγματι, ἐνεργείᾳ δὲ καὶ δυνάμει τοῦ υἱοῦ, μετὰ δὲ τοῦτο τὰ λοιπὰ πάντα τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, καὶ σωματά τε καὶ ἀσώματα, διὰ τοῦ υἱοῦ ἐποίησεν. Εἷς γὰρ Θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα κατὰ τὸν ἀπόστολον, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. Εἷς οὖν Θεὸς ἀγέννητος, ἄκτιστος, ἀποίητος, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, γέννημα τοῦ ἀγεννήτου, οὐχ ὡς ἓν τῶν γεννημάτων, κτίσμα τοῦ ἀκτίστου, οὐχ ὡς ἓν τῶν κτισμάτων, ποίημα τοῦ * ποιητοῦ, οὐχ ὡς ἓν τῶν ποιημάτων. Καθὼς εἴρηται ὑπὸ τῆς ἁγίας γραφῆς, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. Καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, πρῶτον καὶ μεῖζον πάντων τῶν τοῦ μονογενοῦς ἔργων, προστάγματι μὲν τοῦ πατρὸς, ἐνεργείᾳ δὲ καὶ δυνάμει τοῦ υἱοῦ γενόμενον.

* Lege ἀποιήτου.

(a) *Non videtur Interpres satis accuratè percepisse mentem Eunomii; non enim vult Hæreticus dicere, Christum, per quem S. Spiritus factus est, esse* primum ac majus omnibus; *sed indicat per ipsum, scilicet Christum, factus est Spiritus Sanctus, qui est prior & major cæteris entibus creatis. Quod facilè probatur ex sequentibus:* πνεῦμα ἅγιον, *inquit ille,* πρῶτον καὶ μεῖζον πάντων τῶν τοῦ μονογενοῦς ἔργων. *Vult igitur, à Christo factum Spiritum ante creaturas, quas post ipsum è nihilo omnes eduxit Christus.* BASN.

SCHOLION

SCHOLION EUNOMII,

ET DISPUTATIO ORTHODOXI CONTRA EUM,

INTERPRETE FRANCISCO TURRIANO, S. J.



Uòd voluntas non est idem quod substantia Dei; voluntas enim incipit, & desinit. Substantia autem non incipit, & desinit: quod autem incipit, & desinit, non potest idem esse cum eo, quod nec incipit, neque desinit. Aliter. Si idem esset substantia Dei atque voluntas, oporteret, si una est substantia, unam esse voluntatem; at reperitur secundum doctrinam Scripturarum non una voluntas, sed multæ: cùm Scriptura dicat, *Omnia, quæcunque Dominus voluit, fecit.* Multa (a) enim voluit, & non unum. Clarè licet hoc videre in fabrica mundi; voluit enim esse mundum, & extitit secundum voluntatem ejus, & permanet factus. Aliud autem præter voluntatem fabricationis est permanere. Promisit mutaturum se mundum in aliam formam, & voluntate mutat. Non solùm autem multæ, sed diversæ voluntates sunt: voluit enim cœlum, & solem, & voluit terram. Cùm autem diversa sunt ea, quæ voluit, necesse est diversas esse voluntates de eis. Similiter dicendum est de iis, quæ incorporea sunt, & sub intelligentiam cadentia. Sæc. IV. Anno 370.

ORTHODOXUS. Si igitur opinione tuâ, non est idem substantia, & voluntas, omnia autem quæ facta sunt, opera voluntatis ejus sunt, fatere Filium esse ex substantia; sic enim Unigenitum esse confiteberis, quia solus sit ex substantia Dei genitus. Etenim si ipse etiam est Filius voluntatis, non est unigenitus, cùm sint multi secundum voluntatem geniti; scriptum est enim: * *Voluntariè genuit nos verbo veritatis.* Multæ autem voluntates non sunt, ut existimasti: non enim quia sunt differentes creaturæ, omnino sunt differentes voluntates. Quin potius sicut unâ voluntate fecit hominem, & ex diversis membris, & partibus eum fecit: fecit enim oculos, nares, capillos, & viscerum atque intestinorum compositionem, & quæcunque in nobis sunt, sic totum mundum unâ voluntate fabricavit.

* *Jacob.* 1: 18.

ANOMÆUS. Si Pater major est Filio, secundum quid major? mole corporis, an secundum naturam ingeniti? & utrum ingenitum substantia est, an nihil?

Quomodo Pater est major Filio.

ORTHOD. *Pater major Filio est*, ut scriptum † est; non tamen major mole, neque tempore, neque naturâ; sed tanquam Pater Filii, qui factus est homo. Propter humanitatem enim dicit Apostolus factum esse Angelis minorem: *Eum autem*, inquit ‡, *qui modico, quàm Angeli, minoratus est, videmus, Jesum propter passionem mortis gloriâ & honore coronatum.* Propter hanc autem humanitatem assumptam, Mariæ & Joseph erat subditus. *Erat enim subditus illis*, ait ⸸ Euangelium.

† *Joan.* 14: 28.

‡ *Hebr.* 2: 7. 9.

⸸ *Luc.* 2: 51.

ANOM. At major dicitur, quatenus ingenitus. Ingenitum autem est aliquid, ant nihil? Si nihil, ut dixisti, non enim est substantia: igitur secundum nihil est major: qui autem secundum nihil est major, per omnia est æqualis; non enim Pater minor est Filio. Æqualem igitur dicit ingenitum genito; & quomodo verum dicit, cùm ait; Pater, *qui misit me, major me est?*

ORTHOD. Ingenitum in Deo Patre non est substantia, sed significat, Deum non habere Patrem. Nemo autem, quia non habeat Patrem, major est alio. Nec enim Adam patrem

(a) *Pessimum Hæretici argumentum; una eademque voluntas potest multos elicere actus, nec satis distinguit actus voluntatis à facultate ipsa. Facultas una est, actus verò diversi.* BASN.

SÆC. IV. ANNO 370. patrem habuit, nec Eva; sunt tamen nobis consubstantiales. Quomodo verò tu de ingenito philosophatus tanquam oblitus tui, induxisti: *Pater major me est?* Oportebat enim, ut tecum consentiens, potius induceres, ingenitus, qui misit me, major me est. At non sic scriptum est, idcircò rectè non sic dicis. Ne sis multum sapiens, ἵνα μὴ ἐκπλαγῇς; non enim es sapientior Daniele, neque Spiritu Sancto, qui Patrem nos docuit, ingenitum verò minimè.

ANOM. Si secundum molem Pater major est, erit compositus ingenitus, cùm tamen simplex sit, & figurâ carens; moles enim aliquid compositum, & partibile est. Siquidem omnis moles composita est ex partibus, & partium compositionem habet, quod in Deo dicere absurdum est.

ORTHOD. Absurdum sanè est dicere in Deo compositionem, & molem; Filius enim quamvis nolis, Deus est expers compositionis, & figuræ, & simplex; quod si hoc verum est, non reperietur in his major Pater. Filius autem æqualiter simplex, & sine compositione, atque figura, & Deus assumptâ humanitate dicit majorem esse Patrem, honorans Patrem suum. Audis enim dicentem *: *Ego honoro Patrem, & vos inhonoratis me;* & Pater honorat Filium collocans eum ad dexteram suam, & omnes ad eum trahens; ipse enim Filius ait, † *Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum.*

* Joan. 8: 49.
† Cap. 6: 44.

Si Filius est ingenitus, est pars aut totum Deus.

ANOM. Prætereà, si est aliquid ingenitum, aut est totum hoc, aut pars. Si pars, rursus sui dissimilis est, siquidem pars aliqua ejus est ingenita, & alia non: sin autem tota natura est ingenita, & Pater est universè sive ex toto major, recidit sermo in variationem substantiæ. Si enim tota substantia est ingenita, & quatenus est ingenitus Pater, dissimilis est genito: igitur secundum totam substantiam dissimilis est. Quomodo igitur dicis, πλὴν τῆς ἀγεννησίας, id est, æqualis, præterquam quod est ingenitus? Si autem in ingenito antecellit Filio, & ingenitum nihil est, nihilò major est Filio, quod quidem nihilum extra substantiam Patris esse dicunt. Quod si id, in quo antecellit, est extra substantiam Patris, æqualitas erit in substantia; majus autem est ingenitum Filio, quod quidem omnibus est nihil, & æqualitas erit in Filio, illud quidem ingenitum, hæc verò genita.

ORTHOD. Rapere oportet non quæ non sunt scripta, sed regnum cœlorum. Quid igitur rapis, quod neque Scriptura tibi dat, neque nos? nemo enim nostrûm tibi concedit, Patrem esse majorem, quatenus est ingenitus. Nec enim Filius dixit: Ingenitus est major me, sed Pater, ad quem iturus erat. Sic enim ait ‡, *Si diligeretis me, gauderetis utique; quia dixi, Vado ad Patrem meum, quia Pater major me est.* Vadit autem tanquam qui formam servi assumpserat: tanquam Deus enim in se habet Patrem, sicut ait ‡: *Ego in Patre, & Pater in me est: qui vidit me, vidit & Patrem. Pater in me manens, ipse facit opera.* Ne igitur insuper semines zizania in agro Scripturæ divinæ ingenitum, & dissimile. Quin potius si vis philosophari, philosophare his ipsis verbis in incorruptibili, & immortali; hæc enim sunt semina agri Scripturæ. Verbi gratiâ, si est aliquid immortale, aut totum est, aut pars: at si pars, rursus sibi inæqualis erit, siquidem pars ejus est immortalis, reliqua verò non: sin autem tota natura immortalis est, & incorruptibilis, ex toto autem immortalis Pater, & incorruptibilis, continuò Filius totus in eadem substantia reperietur. Si enim tota substantia immortalis, & incorruptibilis est, & nulla in eo pars contraria, igitur secundum totam substantiam est idem ipsum. Quomodo igitur audet ullus dicere dissimilem?

‡ Joan. 14: 28.
‡ Ib. v. 9, 10.

Filius imago substantiæ.

ANOM. Dicitur, ajunt, imago operationis; operatio autem idem est atque substantia: erit igitur Filius imago substantiæ. Interrogemus igitur, genuitne, an non? Ajunt, genuit. Ex substantiâ ne, an ex voluntate? Non ex substantia, inquit, sed ex voluntate. Aliudne dicis bonitatem, & voluntatem præter substantiam, an eandem? Si enim eandem dicis, ex voluntate autem & bonitate genuit, consubstantialem dicis Patrem Filio, quod quidem non vis. Ais verò omnia ex voluntate Dei facta esse per Filium: voluntas autem idem est atque substantia: ejusdem igitur substantiæ erunt omnia cum Deo, sive serpentes sint, sive aquatilia, & reliqua omnia, quæcunque voluit, fecit in cœlo, & in terra. Sic igitur si imago operationis est, ex quibus ipse ais, non efficietur, ejusdem substantiæ sine ulla variatione esse.

ORTHOD. Si quidem homines opinionis tuæ refellere studeres, sic fortasse collegisses. Sin autem verum dicere, nec auditor veri mihi fuisse videris. Quòd enim Filius sit

imago

imago substantiæ, Apostolus ait: * *Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus*, quæ nihil aliud est, quàm imago substantiæ; & quod non est idem substantia & voluntas, hoc nos profitemur. Idcircò Filium dicimus ex substantia genitum; nos verò natos ex voluntate. Est autem opinione tuâ non idem substantia atque voluntas. Substantia autem neque cœpit, neque desinit; non igitur cœpit imago Dei: voluntas autem & incipit, & desinit. Eos igitur, qui dicunt, idem esse substantiam & voluntatem, illos habe: nos autem & volumus & confitemur esse Patri Filium; idcircò enim credimus esse eum unigenitum, quoniam solus ipse ex substantia genitus est, sicut ante dictum est: alii verò omnes ex voluntate. Cùm autem dicimus Filium Patri consubstantialem, non ipsum sibi ipsi consubstantialem dicimus; nemo enim sibi consubstantialis est. Sin autem verè confiteris omnia ex voluntate Patris per Filium facta esse; inter omnia autem dicis Filium factum esse, ipsum etiam per seipsum dabis factum esse: quod si hoc absurdum est, non est igitur Filius voluntatis, sed substantiæ. Si autem ipse est creatura, ut tu putas, dicit autem ipse, † *Omnia, quæcunque facit Pater, hæc similiter facit Filius;* faciet etiam Filius alium filium, ut omnia faciat similiter atque Pater. Si autem non fecit, neque faciet, non est igitur creatura; verùm enim dicit, qui ait; *Omnia, quæcunque facit Pater, hæc similiter facit Filius*, non autem facit se ipsum, non est igitur factus.

Sæc. IV.

Anno 370.

* Heb. 1: 3.

† Joan. v: 19.

Sed dices, Non dixit: omnia quæcunque fecit, sed *quæcunque facit*. Scito consuetudinem Scripturæ esse, ut præteritum dicat in præsenti tempore, ut illud, *Qui facit Angelos suos spiritus;* &, *Qui fundat terram super stabilitatem ejus;* &, *Qui facit Pleiada, & Luciferum, & Arcturum, & austri ταμεῖα.*

Anom. Ante omnia, & supra omnia oportet interrogare, quid significet ingenitum. Si enim significat substantiam, quod quidem est verum, tanta erit variatio, & differentia.

Orthod. Nos ante omnia interrogamus, quid significat, genitum. Si enim significat substantiam, quod quidem est falsum, omnia genita sunt ejusdem substantiæ. Sin autem non sunt omnia genita ejusdem substantiæ, neque genitum est substantia.

Anom. Si genitum non est substantia, genita sunt sine substantia.

Orthod. Quid ais, ἄνομε? nos Filium dicimus genitum, non autem factum; genitum enim esse, est, habere Patrem; factum verò est, habere auctorem, sive creatorem.

EXPOSITIO
SANCTORUM PATRUM NOSTRORUM
MAGNI BASILII,
ET
GREGORII THEOLOGI,
DE SANCTA ET ORTHODOXA
FIDE.

SÆC. IV. ANNO 370.

De Trinitate.



Credo in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, Trinitatem ὁμούσιον, inseparatam, indivisam, inconfusam, & incomprehensam unam naturam, & substantiam, & regnum, tres personas. Si autem interrogeris, quid declarent personæ, sive hypostases? respondebis: quod personas interpretamur mentem, verbum, & spiritum. Mens generat verbum, & verbum sine spiritu non egreditur; in eo enim agnoscitur Deus vivere, quod generat verbum ἀπαθῶς. Quod si vis exemplis clarius hoc discere, audi: Homo habet mentem, & verbum insitum, sive naturale, & spiritum vitalem: egrediens verbum ab homine facit voluntatem ejus, & ab ipso non separatur: sic & Deus Verbum genitus à Patre sine tempore fecit quæcunque voluit Pater tanquam ὁμοούσιος illi, & ab ipso non est separatus; aut sicut sol est circulus, & habet medium lumen, & ex lumine procedit radius; & neque unus homo dicitur tres homines, quia sit mens, & verbum, & spiritus; neque unus sol tres soles, quia sit circulus, & lumen, & radius; sed potius unus homo, & unus sol; sic unus Deus est, id est, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, tres unus, & unus tres indivisè, & inconfusè. Hæc est autem indivisibilitas, quòd Filius non separatur à Patre, sicut neque ab homine separatur verbum, λόγος, sive ratio; aut à sole lumen. Et ut lumen egrediens ex sole illuminat mundum, sic unigenitus Filius, & Verbum non separatus à Patre operatus est admirabilia opera; cœlum, & terram, & quæcunque in eis sunt: item opus incarnationis supra omnia admirabile; manens enim in Patre, nec separatus ab eo Deus Verbum divino condescensu venit ad nos, & salvavit Israël, & gentes secundum veras promissiones Dei, quas Lex, & Prophetæ prædicarunt, & doctrina Apostolorum, & Sanctorum Patrum tradidit. Inconfusio autem est hæc, primùm quidem, quia Pater non est Filius, neque unquam erit, neque Filius Pater, neque Spiritus Sanctus est Filius, vel Pater, quoniam proprietas cujusque personæ sanctæ, & beatæ Trinitatis immota manet, & servatur, id est, in Patre quidem proprietas ingeniti, in Filio autem proprietas geniti, quoniam genitus est à Patre sine tempore, sicut lumen à sole. Simul enim Pater, simul Filius, simul Spiritus Sanctus, servatâ immotâ cujusque personæ proprietate. Ac de divina quidem, & immortali natura sic sentimus; non enim dicimus, ut fatui Gentiles, solem esse Deum, sed tanquam imaginem assimilamus incircumscriptè, & incomprehensè: quoniam Deus est infinitus, & à nemine potest comprehendi. Illud autem dicitur comprehendi non posse, quod experientiâ cognitionis non potest percipi, ut est Divinitas propriè, ut ex universa Scriptura didicimus tum vetere, tum nova: nullus enim à sæculo Sanctorum potuit dicere, quæ substantia sit Deus; tametsi insanus Eutolmius hoc ausus est nugari, qui non solùm à sanctis Doctoribus redarguitur, sed ab ipsa natura & consequentia.

De Incarnatione.

De Incarnatione verò confitemur Dominum nostrum Jesum Christum unum ex indivisa, atque inconfusa Trinitate duas naturas, & duas energias, duasque naturales voluntates habere, & Mariam Virginem, quæ eum peperit, propriè, & verè Dei matrem esse; neque

neque posse explicari modum Incarnationis præter hoc solum, quod ex Virgine natus est per Spiritum Sanctum; Pater enim misit Filium Salvatorem Mundi; Filius autem unigenitus, & Dei verbum beneplacito Patris, & propriâ voluntate, & Spiritûs Sancti cooperatione carnem sumpsit mente, & animâ, ac ratione præditam, & univit eam cum propria sua persona divina; non enim Pater incarnatus est, neque Spiritus Sanctus, sed Verbum, & Filius Dei in propriâ persona, qui deificavit genus hominum. Caro alioqui corruptibilis, quam sumpsit Dominus noster Jesus Christus, incorrupta mansit per mortem crucis, & resurrectionem; etsi enim cibum gustavit post resurrectionem, non tamen lege corporis, sed œconomicè, ut probaret carnem illam esse, quæ erat ante resurrectionem, & non aliam; non enim in ventrem, & intestina, atque in secessum ibat; absit. Immò caro divina post resurrectionem mutata est à materiali in immaterialem, & à passibili in impassibilem; non tamen incircumscriptam, aut intangibilem, vel invisibilem, alioqui quomodo visus esset discipulis post resurrectionem? Quomodo dixisset Thomæ, *Tange me?* Cibus verò, quem sumpsit coram discipulis, si quis quærat, quò abierit, respondemus, sicuti cera appropinquans igni liquefit, & desinit esse; sic cibus ille adhibitus carni incorruptibili & πυρφόρῳ Dei resuscitati. Post resurrectionem verò conversatus spacio quadraginta dierum cum discipulis, *assumptus est in cœlum, videntibus illis*, ut Euangelium testatur, *& sedit ad dexteram Dei.* Sedere autem ad dexteram Dei non declarat aliquid corporeum; Deus enim corporis, & figuræ, & speciei expers est; sed potius honorem, & gloriam in cœlis significat; hanc enim habuit assumptus in cœlum homo Dei, id est, caro sumpta: illic enim sancta ejus anima conversationis suæ in terra recordatur, estque rationalis, & intelligens: insunt prætereà sancto corpori ejus suæ proprietates naturales, ut triplex dimensio longitudinis, latitudinis, & profunditatis, item species, qualitas, & quantitas, & alia hujusmodi; non enim amisit hæc assumptus Christus: non ergo locum habet hîc fabula Manichæorum, qui aiunt, quod assumptus Christus in sole posuit suum corpus, & Deus nudus ascendit: id autem stultè probant auctoritate David dicentis: *In sole posuit tabernaculum suum.* Quibus nos respondemus, O insani, & vani! non appellat Propheta tabernaculum solis carnem à Verbo Dei sumptam; quæ cum ipso Filio Dei in cœlum ascendit, sed potius tabernaculum solis appellat speciem, & qualitatem orbis solaris, id est, lumen, quod quarto die Deus mundi fabricator in eo posuit: non enim Propheta loquebatur hîc de assumptione, sed de creaturis Dei, quemadmodum perpetuò gloriam Dei narrent. Posteà verò veniet in novissimo die resurrectionis omnium, quando tuba canet magno clangore, & tanquam ex somno surgent omnes, & aderit Judex animarum justorum & peccatorum, sive adhuc viventium tunc, sive jam mortuorum: *veniet* autem *quemadmodum viderunt eum ascendentem in cœlum*, sicut nos docet beatus Lucas, *ut reddat unicuique secundum opera sua;* regnum quidem cœleste, id est, Dei visionem iis, qui purgatam habuerint mentem, perpetuum verò supplicium, & æternas tenebras, id est, alienationem à Deo iis, qui cœcam. *Regni* autem *ejus non erit finis, neque terminus*, ut ait Vir desideriorum *. Ipsi gloria in sæcula, Amen.

SÆC. IV. ANNO 370.


* Daniel.

EPISTOLA S. GREGORII NYSSENI CONTRA APOLLINARIUM, AD THEOPHILUM, *ALEXANDRINUM ARCHIEPISCOPUM.*

INTERPRETE *FRANCISCO TURRIANO*, S. J.

CANISIUS LECTORI.

Sæc. IV. Anno 375.



ANTE *paucos annos ex tenebris in lucem prodiit Græcè & Latinè hæc* D. Gregorii Nysseni Epistola. *Sed quia in schedis Turriani jam pridem eam ab eodem Turriano ex Græco in Latinum translatam reperimus; nefas visum est, tanti viri, deque antiquitate tam benè meriti laborem publici juris non facere; quia hæc editio fortassis eò perveniet, quò aliæ non pervenerunt.*

JACOBI BASNAGII ANIMADVERSIO IN S. GREGORII NYSSENI EPISTOLAM.

LEgitur hæc Epistola inter opera Gregorii Nysseni, à Frontone Ducæo Parisiis edita, tomo 2. pag. 693. & ex ejus editione Græca hîc reposuimus. Habetur alius ejusdem Nysseni Tractatulus adversus Apollinarem, tomo primo, pag. 879. quem Lector, si per otium liceat, consulere poterit. Duo hîc occurrunt observatione, ne dicam animadversione dignissima, utpote quæ Fidem Catholicam lædere videantur. Objiciebat Apollinaris, geminos Filios ab Orthodoxis induci, unum Deum, alterum hominem perfectum, si verum foret Christum Humanitatem integram & corpus cum anima rationali induisse. Huic argumento ut respondeat Gregorius, confugit ad varias illas

Veteris

Veteris Testamenti apparitiones, quibus Filius Dei Incarnationem futuram veluti penicillo Patribus delineabat. Hoc ipsi fuit licitum, quanquam illæsus hoc responso remanebat Apollinaris: quippe illas non negabat apparitiones, in quibus Filius Dei corpus tantùm, aut corporis figuram, ipsamque momentaneam gestaverat. Sed inde concludit Gregorius illas apparitiones moribus hominum tunc temporis viventium fuisse adaptatas, rationemque fidei tum Mosis, tum Esaïæ Deum habuisse: *Ita ut si omnes potuissent, sicut Moses, esse intra caliginem; aut sicut Paulus, elevari supra tertium Cœlum, aut sicut Elias zelotes simul cum igne in sublime ferri, necesse non fuisset ut Deus noster in carne appareret, si tales fuissent omnes.* Genuina igitur Incarnationis causa fuit hominum stupiditas, qui tam altum sapere ac Moses & Elias non potuerunt. *Si Sodomitis tolerabiliores* fuissent Judæi, Christi coævi; aliter planè se res habuisset. Quod non modò falsum est, sed Hæreticis necessitatem mortis & satisfactionis Christi negantibus admodum favet. Caveat igitur Lector, ne Gregorii Nysseni authoritate moveatur, ejusque fides vacillet. Deinde verò Humanitatis affectus in proprietates divinas fuisse conversas probat, quæ saltem benignissimâ interpretatione indigent.

Sæc. IV. Anno 375.

GREGORII NYSSENI EPISTOLA AD THEOPHILUM, *ARCHIEPISCOPUM ALEXANDRINUM,* DE INCARNATIONE, CONTRA (a) APOLLINARIUM.

Οὐ μόνης ἐστὶ τῆς κοσμικῆς σοφίας εὔφορος ἡ μεγάλη τῶν Ἀλεξανδρέων πόλις, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀληθινῆς τῆς ὄντως σοφίας παρ' ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς βρύουσιν αἱ πηγαί· διό μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν, παρ'



Non solùm ubertate (b) sæcularis sapientiæ abundat magna civitas Alexandrina, sed à principio etiam ea, quæ apud nos vera sapientia est, scatent fontes. Quocirca, ut mihi videtur, ab iis oportet,

Hortatur Theophilum ut scribat adversus Hæreses.

(a) *Adversus Apollinarem Hæreticum scripsisse quondam Gregorium Nyssenum, discimus ex eo loco Synodi* V. *œcumenicæ collatione 5. fol. 530. & 542. edition. Coloniens. in quo hæc Epistolæ istius verba proferuntur:* Qui Apollinaris dogmatibus, *&c. usque ad illa*, neque prædicari. *Accedit Joannes Cyparissiota, qui decadis 6. c. 6. ostendens omnes luminis divini apparitiones personæ unius Filii Dei effectus esse, alterum ejusdem Epistolæ locum subjicit*, Neque enim inquit, quia auctor sæculorum novissimis diebus visus est, *quem tibi exhibet p. 694. b.* Non enim propterea quod in novissimis diebus. *Exscripsimus eam ex codice manuscripto Ægidii Davidis, J. C. Parisiensis, atque ante annos novem ad Davidem Sartorium misimus Latinitate donatam, cùm nondum nobis innotuisset in lucem editam jam eam fuisse Græcè tantum Lugduni Batavorum. Itaque Latinè tantùm ab eo cum aliis quatuor Nysseni opusculis Græco-Latinis est publici juris facta, Ingolstadii an. 1596. Addidimus & duo fragmenta ex alio Nysseni opere adversus eundem Apollinarem, quorum unius sententia propemodum est eadem, quæ illius apud Euthymium tit. 13. pag. 526. edit. Lugdunens.* Quamobrem si lux à sole splendens cognationem habet cum sole, & hominis figura substantiam declarat humanam: *sic enim habes col. 106. d. hujus editionis:* Ut enim radius cognationem habet cum sole & cum lucerna lumen, *&c. scripsit & Anathematismos contra Apollinarem Gregorius Nazianzenus, & Basilius Nysseni frater Epistolâ suâ 74. Damasum Papam rogavit, ut eum damnaret, quod & in Romana Synodo fecit circa an. 373.* FRONTO DUCÆUS. *Errare mihi videtur Vir eruditissimus, qui credat anno* CCCLXXIII. *habitum esse Romæ Concilium, in quo damnatus est Apollinaris; quippe anno tantùm præcedenti serpere cœperat Hæresis illa, nec potuit tam citò à Patribus jam profligata, Romæ damnari. Convocatum est illud Concilium anno* CCCLXXVII. *& cùm adversus bujus Synodi sententiam rebelles Hæretici dogmata sua protelarent, aliam habuit Pontifex Damasus, in qua Epistolam, quæ primo Concilio Romano tribuitur, scripsit, & non modò Apollinarem, sed & Timotheum cæterosque ipsi suffraganeos anathemate percussit.* BASN.

(b) *In edit. Lugdunensi Raphel. legitur οὐ μόνης ἐστὶ, in codice quo usi sumus οὐ μόνον. Porro floruisse quondam Alexandriæ studia disciplinarum, testatur etiam in vita Gregorii Thaumaturgi noster Auctor, cùm ait* in

Sæc. IV. Anno 375.

oportet, veritatem mysterii Incarnationis defendi, quibus major est ad hoc faciendum facultas: ait enim alicubi sublime Euangelium; *Cui multum datum est, plus ab hoc* (a) *exigetur.* Æquum igitur est, ut omnes vires tuas, & Ecclesiæ tuæ ex gratia Dei profectas opponas falsi nominis scientiæ eorum, qui semper aliquid novum contra veritatem excogitant, à quibus scinditur quidem consensus, ne idem dicamus secundum Deum; tacetur verò magnum, & veneratione dignum nomen Christianorum, & in appellationes ab hominibus sumptas Ecclesia partitur: & quod omnium gravissimum est, gaudent homines nominibus eorum appellari, quos duces, & magistros erroris habent.

Calumnia Hæreticorum in Orthodoxos.

Si igitur fieri posset, ut quod Propheta optabat, universè perduceretur ad exitum, & deficerent peccatores à terra & scelerati, ut non essent ipsi superstites, esset quidem hoc unicuique præponendum; sed quia sermones scelestorum valentiores sunt, & in operatione Satanæ vires contra veritatem habent, contenti esse debemus, si saltem mala imminuamus; prohibeamusque, ne ulterius malorum concretio progrediatur. Quid igitur hoc est, quod volo dicere? Quid dogmata Apollinarii defendunt, conantur accusando nos sua confirmare, verbum, & auctorem sæculorum, Filium hominis dico, facientes carneum, & divinitatem Filii mortalem. Proferunt enim, quasi quidam secundum Catholicam Ecclesiam duplicem Filium in dogmate profiteantur unum naturâ, alterum positione posteà ascitum. Nescio à quonam hoc audierunt, neque contra quem pugnent; nondum enim intellexi, quis hæc falsò dixerit.

Unicus est Filius.

Cæterùm quia qui huic causæ contra nos defendendæ præsunt, opinationes suas confirmant, quia videmur illis hoc absurdo teneri, rectè (b) fiet, si sicut Spiritus Sanctus in animum tuum induxerit, exscindas occa-

οἷς πλείων ἡ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐστὶ δύναμις, παρὰ τούτων γίνεσθαι τὸ τὸ μυστήριον ἀληθείας τὴν συμμαχίαν· φησὶ γάρ που καὶ τὸ ὑψηλὸν εὐαγγέλιον, ὅτι ᾧ τὸ πολὺ ἐδόθη, οὗτος τὸ πλέον ἀπαιτηθήσεται· ἐκοινοῦ δίκαιος ἂν εἴης πᾶσαν τὴν ἐκ τῆς θείας χάριτος προσοῦσαν σοί τε καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ σου δύναμιν ἀντιστῆσαι τῇ ψευδωνύμῳ γνώσει τῶν κατὰ τῆς ἀληθείας ἀεί τι καινὸν ἐφευρισκόντων, δι' ὧν τέμνεται μὲν ἡ κατὰ Θεὸν συμφωνία, σιγᾶται δὲ τὸ μέγα καὶ σεβάσμιον ὄνομα τῶν Χριστιανῶν, πρὸς δὲ τὰς ἀνθρωπίνας προσηγορίας ἡ ἐκκλησία καταμερίζεται· καὶ τὸ πάντων δεινότατον, ὅτι χαίρουσιν οἱ ἄνθρωποι τοῖς πρὸς τὴν πλάνην καθηγουμένοις ἐπονομάζεσθαι.

Εἰ μὲν οὖν ἦν δυνατὸν καθόλου τὴν προφητικὴν εὐχὴν εἰς πέρας ἐλθεῖν, καὶ ἐκλείπειν ἁμαρτωλοὺς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ τοὺς ἀνόμους, ὥστε μὴ ὑπάρχειν· ἐμφανῶς ἦν ἂν τὸ τοιοῦτον τῷ παντὶ προτιμότερον· ἐπειδὴ δὲ οἱ λόγοι τῶν ἀνόμων περιισχύουσιν ἐν τῇ τοῦ ἀντικειμένου συνεργίᾳ, τὴν κατὰ τῆς ἀληθείας ἔχοντες δύναμιν, ἀγαπητὸν ἂν εἴη ἐλαττῶσαι οὖν τὰ κακὰ, καὶ κωλῦσαι πρὸς τὸ πλέον προϊοῦσαν τὴν τῶν χειρόνων ἐπαύξησιν. τί οὖν ἐστιν ὅ φημι; οἱ τοῖς τοῦ Ἀπολιναρίου δόγμασι συνιστάμενοι, διὰ τῆς καθ' ἡμῶν μέμψεως κρατύνειν ἐπιχειροῦσι τὰ ἴδια, σαρκικὸν τὸν λόγον καὶ δημιουργὸν τῶν αἰώνων τὸν τοῦ ἀνθρώπου υἱὸν, καὶ θνητὴν τοῦ υἱοῦ κατασκευάζοντες τὴν θεότητα· προφέρουσι γὰρ ὡς τινῶν τῶν κατὰ τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν δύο πρεσβευόντων υἱὸς ἐν τῷ δόγματι, τὸν μὲν, κατὰ φύσιν ὄντα· τὸν δὲ, κατὰ θέσιν ὕστερον προσγενόμενον· οὐκ οἶδα παρ' ὅτου τὸ τοιοῦτον ἀκηκοότες, καὶ πρὸς ποῖον διαπληκτιζόμενοι πρόσωπον· οὔπω γὰρ ἔγνων τὸν ταῦτα παραφθεγξάμενον.

Πλὴν ἐπειδὴ ταύτην προστησάμενοι καθ' ἡμῶν τὴν ὑπόθεσιν, διὰ τοῦ δοκεῖν τῇ ἀτοπίᾳ ταύτῃ συμπλέκεσθαι, τὰς ἑαυτῶν ὑπολήψεις κρατύνουσι· καλῶς ἂν ἔχοι τὴν σὴν ἐν Χριστῷ τελειότητα, καθὼς ἄν σοι

Sæc. IV. Anno 375.

in magnam Alexandri urbem ex omnibus regionibus philosophiæ ac medicinæ studiosam juventutem confluxisse, atque Ammianus Marcellinus, dum scribit medicis ad commendandam artis auctoritatem suffecisse, si dicerent se Alexandriæ eruditos, tanta erat loci dignitas & æstimatio, ut & κατ' ἐξοχὴν nuncuparetur πόλις, *id est, civitas, sicut* ἄστυ *dicebantur Athenæ peculiari ratione, ideòque Apuleius eruditos appellat Ægyptios. Euseb. quoq. l. 5. hist. c.* 10. *Pantænum tradit Stoicorum disciplinâ institutum & omni humaniori literaturâ præstantem institutioni Christianorum præfectum fuisse, quo in loco consuetudine ab antiquis temporibus ducta Sacrarum Literarum schola habebatur. Pantæni discipulus fuit Clemens Alexandrinus, ut idem addit c.* 11. *& Clementis Origenes, qui & ipsi successit in eo munere, ut Hieronymus auctor est Epist.* 65. FRONTO DUCÆUS.

(a) *In Cod. MS. scriptum erat* ἀπαιτηθήσεται, *rectius quàm in Lugd.* ἀπαιτήσεται plus repetetur ab eo: *Luc.* 12: 48. περισσότερον αἰτήσουσιν αὐτόν. *Paulò pòst*, res ea foret, *in Cod. MS. deerat adverbium* ἐμφανῶς, *quod exhibet editio Lugd.* res ea proculdubio foret. *Usus est autem verbis Psalmi* 103. *versu* 35. Deficiant peccatores à terra & iniqui, ita ut non sint. ID.

(b) *Omisit Turrianus in versione hæc verba, quæ in Græco leguntur:* τὴν σὴν ἐν Χριστῷ τελειότητα, tuam in Christo perfectionem, *qui titulus pietatem Theophili commendat. Illum reposuit Fronto Ducæus, animadvertitque se olim vitiosè legisse in Cod. MS.* BASN. *Vitiosè legebatur in Cod. MS. & in Lugd.* τὴν σὴν εὐχῶν τελειότητα, *corrigendum* τὴν σὴν ἐν Χριστῷ τελειότητα, *ut constat ex Cod. Bavarico & ex Interprete Synodi* 5. *collat.* 5. *sic hac ipsâ Epistolâ, pag.* 698. *b.* αἰτοῦμεν καὶ παρὰ τῆς σῆς ἐν Χριστῷ τελειότητος: à tua in Christo perfectione exigimus. *Jam enim tum invaluerat hic mos abstractis ejusmodi, ut vocant, utendi cum honorifica compellatione quadam, ut in Epist. de Pythonissa* 871. *d.* ad tuam reverentiam transmittemus, ἀποστέλλομεν σοῦ τῇ τιμιότητι· *& apud Nazianzenum Epist.* 136. ἐκεῖθεν προσειπεῖν σου τὴν τιμιότητα, præstantiam

SÆC. IV. ANNO 375.

σοι ἐπὶ νῦν ἀγάγοι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκκόψαι τὰς ἀφορμὰς τῶν ζητούντων τὰς καθ᾽ ἡμῶν ἀφορμὰς, καὶ πεῖσαι τοὺς ταῦτα συκοφαντικῶς ἐπικαλοῦντας τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, ὅτι οὔτε ἐστὶ δόγμα τοιοῦτον ἐν Χριστιανοῖς, οὔτε κηρύττεται· οὐδὲ γὰρ, ἐπειδὴ ὁ τῶν αἰώνων ποιητὴς ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνεστράφη, διὰ τοῦτο δύο υἱοὶ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν ἀριθμοῦνται, εἷς ὁ ποιητὴς τῶν αἰώνων, καὶ ἄλλος ὁ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων διὰ σαρκὸς φανερωθεὶς τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ· εἰ γάρ τις τὴν οἰκονομίαν τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ διὰ σαρκὸς ἐπιφανείαν εἰς ἑτέρου υἱοῦ κατασκευὴν λαμβάνοι, οὗτος ἀριθμήσας καὶ πάσας τὰς τοῖς ἁγίοις γενομένας θεοφανείας πρὸ τῆς κατὰ σάρκα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ φανερώσεως, καὶ τὰς μετὰ ταῦτα πάλιν τοῖς ἁγίοις γεγενημένας κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῆς θεϊκῆς ἐπιφανείας, υἱῶν πλῆθος εἶναι κατασκευάσει· καὶ ἔσται αὐτῷ εἷς μὲν υἱὸς, ὁ τῷ Ἀβραὰμ χρηματίσας· ἕτερος δὲ, ὁ ἐπιφανεὶς τῷ Ἰσαάκ· καὶ ὁ τῷ Ἰακὼβ συμμαχήσας, ἕτερος· καὶ ἄλλος, ὁ τῷ Μωϋσῇ φανεὶς ἐν διαφόροις ἐπιφανείαις ἐν φωτὶ, ἐν γνόφῳ, ἐν στύλῳ νεφέλης, ἐν τῇ κατενώπιον ὄψει, ἐν τοῖς ὀπισθίοις· ἄλλος πάλιν υἱὸς, ὁ τῷ διαδόχῳ τοῦ Μωσέως συμπαραταξάμενος· καὶ ἄλλος, ὁ διὰ λαίλαπος τῷ Ἰὼβ χρηματίσας· καὶ ὁ ἐπὶ ὑψηλοῦ θρόνου τῷ Ἡσαΐᾳ φανεὶς, καὶ ὁ ἀνθρωπίνῳ σχήματι παρὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ τῷ λόγῳ ὑπογραφείς· καὶ ὁ μετὰ ταῦτα ἐν φωτὶ καταστράψας τὸν Παῦλον· καὶ πρὸ τούτου, ὁ ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῖς περὶ τὸν Πέτρον ἐν ὑψηλοτέρᾳ δόξῃ φανείς· εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, καὶ παντελῶς ἀσεβὲς, τὰς ποικίλας τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ θεοφανείας εἰς ἀριθμὸν υἱῶν καταμερίζειν· τὴν ἴσην ἀτοπίαν ἔχει, καὶ τὴν διὰ σαρκὸς ἐπιφάνειαν, ἀφορμὴν εἰς ἑτέρου υἱοῦ κατασκευὴν ποιεῖσθαι.

Οἰόμεθα γὰρ, ὅτι κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἑκάστου δυνάμεως τῶν δεχομένων τὴν θείαν ἐπιφανείαν, ἀεὶ γέγονε τῆς ὑπερεχούσης φύσεως ἡ ὀπτασία· μείζων μὲν καὶ θεοπρεπεστέρα τοῖς δυναμένοις καθικέσθαι τοῦ ὕψους· ἐλάττων δὲ καὶ σμικροπρεπεστέρα τοῖς ἀχωρήτοις τοῦ μείζονος· οὗ χάριν οὐχ ὁμοίως ταῖς προλαβούσαις ἐπιφανείαις ἐν τῇ διὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ τῇ τῶν ἀνθρώπων ζωῇ ἐπιφαίνεται· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πάντες, καθώς φησιν ὁ προφήτης, ἐξέκλινάν τε καὶ ἠχρειώθησαν· καὶ οὐκ ἦν, καθὼς γέγραπται,

SÆC. IV. ANNO 375.

siones (a) eorum, qui contra nos occasiones quærunt, & eis, qui per calumniam, Ecclesiæ Dei hæc in crimine objiciunt, suadeas nec esse neque prædicari apud Christianos hoc dogma. Nec enim quia auctor sæculorum novissimis diebus in terra visus, & cum hominibus conversatus est; idcircò duo Filii in Ecclesia numerantur, unus auctor sæculorum, & alter qui in fine sæculorum per carnem in vita humana apparuit. Siquis enim apparuisse unigenitum Filium Dei per carnem in mysterio dispensationis, ad fabricandum alterum Filium valere intelligit, is quidem, cùm numeraverit, quoties Deus Sanctis apparuit, antequam unigenitus Dei Filius in carne appareret, & quoties posteà iis, qui digni habiti sunt, Deus ante Incarnationem Filii Dei visus est, secundum numerum hujusmodi apparationum Dei multitudinem filiorum faciet: eritque ei unus quidem Filius, qui Abraæ respondit; alius verò, qui apparuit Isaac; alius, qui cum Jacob luctatus est; alius, qui Moysi variè apparuit in lumine, in caligine, in columna nubis, facie ad faciem, in posterioribus; alius rursus Filius, qui adsuit in acie Josue successori Moysis; alius qui per procellam respondit Job; & qui Esaiæ in sublimi solio apparuit; & qui humano habitu ab Ezechiele verbis descriptus est; & posteà in lumine circumfulsit Paulum; & qui antè Petro, & iis, qui cum Petro erant, in monte in celsiore gloria visus est. Si verò hoc absurdum est, & penitùs impium varias unigeniti Filii Dei visiones in numerum filiorum Dei partitè referre, æquè absurdum est, quod in carne apparuit, inde occasionem sumere alterum Filium fabricandi.

Arbitramur enim secundum mensuram facultatis cujusque eorum, quibus apparet Deus, apparuisse semper, magis quidem & divinius iis, qui possunt penetrare in altum; minus autem, & tenuius iis, qui non possunt majus capere. Quamobrem non similiter ut antè, in dispensatione per carnem facta hominibus apparuit, sed potius quia omnes, sicut ait Propheta *, *Declinaverunt, & inutiles facti sunt, & non erat*, sicut scriptum est, * *Psalm. XIV. 3.*

tiam tuam salutandi desiderio tenebar, & 147. γινώσκω τὴν σὴν τιμιότητα, excellentiam tuam cognitam habeo, & 179. αἰσχύνομαι κατηγορεῖν ἐπὶ τῆς σῆς ὀρθότητος Pudet apud tuam integritatem accusare, & 87. τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς σῆς εὐλαβείας τοιαῦτα. Atque ista quidem de tua pietate. FRONTO DUCÆUS.

(a) *Ne cui fortè videatur inepta hujus vocis repetitio, notandum est hac uti locutione solere Scripturam*, προφάσεις ζητεῖ. *Proverb. XVIII.* 1. προφάσεις ζητεῖ ἀνὴρ βουλόμενος χωρίζεσθαι ἀπὸ φίλων. Occasiones quærit, qui vult ab amicis separari. *Danielis VI.* 4. οἱ σατράπαι ἐζήτουν πρόφασιν εὑρεῖν κατὰ Δανιὴλ Satrapæ quærebant invenire occasionem contra Danielem. 4 *Reg. V.* 7. ἴδετε, ὅτι προφασίζεται. Videte, quia occasionem quærit. *Deuteron. XXII.* 14. καὶ ἐπιθῇ αὐτῇ προφασιστικοὺς λόγους. Et imposuerit illi occasionis verba. *Itaque usus voce ex veteri Testamento deprompta rursus contrariam opponit ex novo* ἐκκόψαι ἀφορμὰς, *ex Apostolo*, 2 *Cor. XI.* 12. ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν τῶν θελόντων ἀφορμήν. Ut ampùtem occasionem eorum, qui volunt occasionem. ID.

Sæc. IV. Anno 375.

est, *qui posset intelligere, & exquirere altitudinem divinitatis.* Idcircò unigenitus Dei Filius apparens generationi magis carni deditæ, caro fit contrahens se ipsum, pro parvitate recipientis; quin potius, sicut ait Scriptura, *exinaniens* *; ut quantum natura capere possit, tantum recipiat; fuisse enim generationem illam magis damnatam, quàm superiores, ex ore Domini apertè intelleximus, cùm ait †, *tolerabiliores esse Sodomitas, quàm ipsos; & Ninivitas, ac Reginam Austri condemnaturos esse in resurrectione generationem illam*, Dominus pronunciavit. Si ergo omnes potuissent sicut Moyses, esse intra caliginem (a), in qua vidit Moyses inaspectabilia; aut sicut Paulus elevari supra tertium cœlum, & doceri in paradiso de rebus sublimibus, quæ dici non possunt; aut sicut Elias zelotes simul cum igne in sublime ferri, & corpore deorsum trahente non deprimi; aut sicut Ezechiel, & Esaias in solio gloriæ videre vel elevatum supra Cherubin, vel glorificatum à Seraphin; planè (b) necesse non fuisset, ut Deus noster in carne appareret, si tales fuissent omnes. Quia verò sicut Dominus dixit ‡, *prava & adultera erat generatio illa;* prava quidem, quoniam sicut ait Scriptura, ‡ *totus mundus in maligno (c) erat tunc positus;* adultera verò, quia separata à bono sponso, cum (d) eo, qui per vitium adulterat animas, se miscuerat; ob hanc causam verus medicus, qui curat eos, qui malè habent, quam curationem requirebat morbus, hanc adhibuit ægroto, quodammodo simul infirmatus cum infirmitate nostræ naturæ, & factus caro; quæ in natura sua concretam habet infirmitatem, sicut divinus Sermo docet, cùm ait *: *Spiritus promptus est, caro autem infirma.*

* Philipp. 2: 7.
† Luc. X: 12. XI: 31, 32.
‡ Matth. XVI: 4.
‡ 1 Joan. III: 19.
* Matth. XXVI: 41.

Non dividitur Christus.

Si igitur cùm divinum fuit in humano, & immortale in mortali, & potens in infirmo, & immutabile atque incorruptibile in mutabili, & corruptibili permisit remanere mortalitatem in mortali, & corruptibilitatem in corruptione, & alia similiter in aliis, rectè & convenienter duplicia contraria posset quis contemplari in Filio Dei, numerans utrumque contrariorum separatim in ipso. Sin verò mortale in immortali, immortalitas effectum est; & similiter corruptibile in incorrupti-

Sæc. IV. Anno 375.

ὁ δυνάμενος συνιέναι καὶ ἐκζητῆσαι τὸ τῆς θεότητος ὕψος· διὰ τοῦτο τῇ σαρκωδεστέρᾳ γενεᾷ ἐπιφαινόμενος ὁ μονογενὴς υἱὸς, σὰρξ γίνεται, κατὰ τὴν βραχύτητα τοῦ δεχομένου ἑαυτὸν συστείλας· μᾶλλον δὲ, καθὼς φησιν ἡ γραφὴ, ἑαυτὸν κενώσας· ἵνα ὅσον χωρεῖ ἡ φύσις, τοσοῦτον δέξηται· τὸ γὰρ εἶναι τὴν γενεὰν ἐκείνην, παρὰ τὰς προλαβούσας, κατάκριτον, σαφῶς παρὰ τῆς τοῦ Κυρίου φωνῆς μεμαθήκαμεν, ἐν οἷς Σοδομίτας τε αὐτῶν ἀνεκτοτέρους εἶναί φησι, καὶ Νινευΐτας, καὶ τὴν τοῦ νότου βασίλισσαν κατακρίνειν ἐν τῇ ἀναστάσει τὴν γενεὰν ἐκείνην, ὁ Κύριος διωρίσατο· εἰ μὲν οὖν πάντες κατὰ τὸν Μωϋσέα δυνατῶς εἶχον ἐντὸς γενέσθαι τοῦ γνόφου, ἐν ᾧ εἶδεν ὁ Μωϋσῆς τὰ ἀθέατα· ἢ κατὰ τὸ ὑψηλὸν Παῦλον, τριῶν οὐρανῶν ὑπεραρθῆναι, καὶ ἐν τῷ παραδείσῳ περὶ τῶν ὑπὲρ λόγον πραγμάτων διδαχθῆναι τὰ ἄρρητα· ἢ κατὰ τὸν ζηλωτὴν Ἠλίαν τῷ πυρὶ πρὸς τὸν αἰθέριον χῶρον συνεπαρθῆναι, καὶ μὴ βαρυνθῆναι τῷ ἐφολκίῳ τοῦ σώματος· ἢ κατὰ τὸν Ἰεζεκιὴλ τε καὶ Ἡσαΐαν ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς δόξης ἰδεῖν, ἢ ὑπὸ τῶν Χερουβὶμ ἐπαιρόμενον, ἢ ὑπὸ τῶν Σεραφὶμ δοξαζόμενον· οὐδ᾽ ἂν ἐγένετο πάντως χρεία τῆς διὰ σαρκὸς τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπιφανείας, πάντων τοιούτων ὄντων· ἐπεὶ δὲ, καθὼς ὁ Κύριος λέγει, γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς ἦν ἡ γενεὰ ἐκείνη· πονηρὰ μὲν, διὰ τὸ (καθώς φησι τὸ εὐαγγέλιον) ὅλον τότε τὸν κόσμον ἐν τῷ πονηρῷ κεῖσθαι· μοιχαλὶς δὲ, διὰ τὸ, ἀποστᾶσαι αὐτὴν τοῦ ἀγαθοῦ νυμφίου, καὶ τῷ διὰ κακίας μοιχεύοντι τὰς ψυχὰς ἀνακραθῆναι· τούτου χάριν ὁ ἀληθινὸς ἰατρὸς, ὁ τοὺς κακῶς ἔχοντας θεραπεύων, ὡς ἐπεζήτει τὴν θεραπείαν ἡ νόσος, οὕτω προσήγαγε τῷ ἀρρωστοῦντι τὴν ἐπιμέλειαν, τρόπον τινὰ συνασθενήσας τῇ ἀσθενείᾳ τῆς ἡμετέρας φύσεως, καὶ σὰρξ γενόμενος, ἥτις ἐν τῇ αὐτοῦ φύσει συνουσιωμένην ἔχει τὴν ἀσθένειαν, καθὼς διδάσκει ἡ θεία φωνὴ, ὅτι τὸ μὲν πνεῦμα, πρόθυμον· ἡ δὲ σὰρξ, ἀσθενής.

Εἰ μὲν οὖν τὸ θεῖον ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ γενόμενον, καὶ ἐν τῷ θνητῷ τὸ ἀθάνατον, καὶ τὸ δυνατὸν ἐν τῷ ἀσθενεῖ, καὶ ἐν τῷ τρεπτῷ τε καὶ φθειρομένῳ τὸ ἀναλλοίωτόν τε καὶ ἄφθαρτον, ἀφῆκεν ἐπιμεῖναι τῷ θνητῷ τὸ θνητὸν, ἢ τῇ φθορᾷ τὸ φθαρτὸν, καὶ τὰ ἄλλα τοῖς ἄλλοις κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον· εἰκότως ἄν τις δυάδα τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ ἐνεθεώρησε, τῶν κατὰ τὸ ἐναντίον θεωρουμένων ἑκάτερον, ἰδιαζόντως ἐφ᾽ ἑαυτοῦ ἀριθμῶν· εἰ δὲ τὸ θνητὸν ἐν τῷ ἀθανάτῳ γενόμενον, ἀθανασία ἐγένετο· ὁμοίως καὶ τὸ φθαρτὸν εἰς ἀφθαρ-

(a) *Sicut scriptum est Exod. XX: 21.* Moyses autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus. *Ita & in lib. de Vita Mosis Auctor noster, p. 220. b.* τί δὲ δὴ βούλεται τὸ ἐντὸς τοῦ γνόφου γενέσθαι τὸν Μωϋσέα. Quid autem significat, quod in caliginem seipsum prius Moyses intromisit? FRONTO DUCÆUS.

(b) *Nullâ ratione habitâ ad pravos mores stupiditatemque hominum tunc temporis viventium, debuit Christus in has terras descendere, ut pateretur, morte suâ paternæ justitiæ satisfaceret, peccataque nostra sanguine suo dilueret. Hoc Religionis Christianæ fundamentum concutere videtur Gregorius, dum diversam planè causam, hac penitùs omissâ, tribuit Incarnationi.* BASN.

(c) *Reddendum potius*, in vitio positus erat; *vel*, totus mundus malus fuit. ID.

(d) *Corrigenda est edit. Lugd. in qua legitur, pag. 172.* ἀποστάσης αὐτῆς τοῦ ἀγαθοῦ, *ex cod. ms.* διὰ τὸ ἀποστᾶσαι αὐτὴν τοῦ ἀγαθοῦ νυμφίου καὶ τῷ διὰ κακίας. *Ita posteà in Epist. de Pythonissa, p. 869. b.* ὥστε ἀποστάντας τοὺς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ· προσέχειν τῇ θεραπείᾳ τῶν δαιμόνων. FRONTO DUCÆUS.

Sæc. IV. Anno 375.

ἀφθαρσίαν μετέβαλε, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὡσαύτως πρὸς τὸ ἀπαθές τε καὶ θεῖον μεταπεποιήθη· τίς ὑπολείπεται λόγος τοῖς εἰς δυϊκὴν διαφορὰν τὸ ἓν διασχίζουσιν. ὁ γὰρ λόγος καὶ πρὸ τῆς σαρκὸς, καὶ μετὰ τὴν ἐν σαρκὶ οἰκονομίαν, λόγος καὶ ἦν, καὶ ἔστι· καὶ ὁ Θεὸς καὶ πρὸ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, καὶ μετὰ ταύτην ὁ Θεός ἐστι· καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν πρίν τε ἐλλάμψῃ τῇ σκοτίᾳ, καὶ μετὰ ταῦτα φῶς ἐστιν ἀληθινόν· εἰ οὖν ἄτρεπτος καὶ ἀμετάθετος πᾶσα θεοπρεπὴς ἔννοια διὰ παντὸς περὶ τὸν μονογενῆ ὁρᾶται. καὶ ὁ αὐτὸς ἔστιν ἀεὶ πρὸς ἑαυτὸν ὡσαύτως ἔχων· πῶς τίς ἡμᾶς ἀναγκάζει τὴν διὰ σαρκὸς γενομένην αὐτοῦ ἐπιφάνειαν, υἱῶν δυάδα κατονομάζειν· ὡς τοῦ μὲν προαιωνίου ὄντος υἱοῦ· τοῦ δὲ διὰ σαρκὸς τῷ Θεῷ γεννηθέντος, ἄλλου υἱοῦ. ἡμεῖς γὰρ σωθῆναι μὲν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἑνωθεῖσαν τῷ λόγῳ, παρὰ τοῦ μυστηρίου καὶ μεμαθήκαμεν, καὶ πιστεύομεν· υἱὸν δὲ Θεοῦ σάρκινον ἰδιαζόντως ἐφ' ἑαυτοῦ θεωρούμενον, οὔτε μάθομεν, οὔτε ἐξ ἀκολουθίας τινὸς νοεῖν ἐναγόμεθα. οὔτε γὰρ ἁμαρτία καὶ κατάρα δι' ἡμᾶς, καθὼς ὁ ἀπόστολος λέγει, γενόμενος, καὶ τὰς ἡμετέρας λαβὼν ἀσθενείας, κατὰ τὴν Ἡσαΐου φωνὴν, ἀφῆκε περὶ ἑαυτὸν ἀνιάτρευτον τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὴν κατάραν, καὶ τὴν ἀσθένειαν, ἀλλὰ τὸ μὲν θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς κατεπόθη· ὁ δὲ σταυρωθεὶς ἐξ ἀσθενείας, ζῇ ἐκ δυνάμεως. ἥτε κατάρα εἰς εὐλογίαν μεταπεποιήθη, καὶ πᾶν ὅσον ἀσθενὲς τῆς φύσεως ἡμῶν καὶ ἐπίκηρον ἀνακραθὲν τῇ θεότητι, ἐκεῖνο ἐγένετο, ὅπερ ἡ θεότης ἐστί.

Πόθεν οὖν ἄν τις τὴν δυάδα τῶν υἱῶν ἐννοήσειεν, ὡς ἀνάγκῃ τινὶ διὰ τῆς κατὰ σάρκα οἰκονομίας πρὸς τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν ἐναγόμενος; ὁ γὰρ ἀεὶ ἐν τῷ πατρὶ ὤν, καὶ ἀεὶ ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα, καὶ ἡνωμένος αὐτῷ· ὡς ἦν καὶ πρότερον, οὕτω καὶ ἔστι, καὶ ἔσται· καὶ ἄλλος παρ' ἐκεῖνον υἱὸς οὔτε ἦν, οὔτε ἐγένετο, οὔτε ἔσται· ἡ δὲ προσληφθεῖσα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀπαρχὴ ὑπὸ τῆς παντοδυνάμου θεότητος, ὡς ἂν εἴποι τις εἰκόνι χρώμενος, οἷόν τις σταγὼν ὄξους ἀπείρῳ πελάγει κατακραθεῖσα ἔστι, μὲν ἐν θεότητι, οὐ μὴν ἐν τοῖς ἰδίοις αὐτῆς ἰδιώμασιν· οὕτω γὰρ ἂν ἡ τῶν υἱῶν δυὰς ἀκολούθως ὑπενοεῖτο, εἰ τῇ ἀφράστῳ τοῦ υἱοῦ θεότητι ἑτερογενής τις φύσις ἐν ἰδιάζουσι σημείοις ἐπεγινώσκετο· ὡς εἶναι τὸ μὲν ἀσθενὲς, ἢ μικρὸν, ἢ φθαρτὸν, ἢ πρόσκαιρον· τὸ δὲ, δυνατὸν, καὶ μέγα, καὶ ἄφθαρτον, καὶ ἀΐδιον. ἐπειδὴ δὲ πάντων τῶν τῷ θνητῷ συνεπι-

bilitatem mutatum est, & alia eodem modo conversa sunt in impassibile, & divinum, quæ jam ratio relinquitur dividendi unum in duplicem differentiam? siquidem verbum & ante carnem; & post carnem verbum erat, & est: & Deus ante formam servi, & cum forma servi Deus est; & verum lumen priusquam luceret in tenebris, & posteaquàm luxit, verum lumen est. Si igitur omne quod Deum decere intelligitur, immutabile semper in Unigenito esse cognoscitur, & idem semper est, & eodem modo se habet, quomodo ullus cogit nos, eum qui per carnem apparuit, duplicem Filium nominare? tanquam unus sit Filius ante sæculum; & alter Filius per carnem Deo generatus. Nos enim naturam (a) quidem humanam servari unitam verbo in mysterio Incarnationis & didicimus, & credimus; Filium verò Dei carneum separatim in se ipso spectatum neque didicimus, nec ullâ consequentiâ ad intelligendum hoc inducimur: nec enim, *qui factus est propter nos peccatum* *, *& maledictum* †, sicut Apostolus ait, & *qui infirmitates nostras*, sicut ait Esaïas ‡, *suscepit*, reliquit circa seipsum sine medicina peccatum, & maledictum, atque infirmitatem; quin potius mortale absorptum est à vita; & qui crucifixus est ex infirmitate, vivit ex virtute; & maledictum mutatum est in benedictionem; & quicquid nostræ naturæ infirmum est, & caducum, unitum divinitati illud factum est, quod est divinitas (b).

* 2 Cor: V: 21.
† Gal. III: 13.
‡ Esaiæ LIII: 4.

Unde igitur potest ullus cogitare duos Filios, tanquam necessitate quapiam propter Incarnationis mysterium ad hanc opinionem ductus? Qui enim semper est in Patre, & semper habet in se ipso Patrem, & unitus est ei, sicut antè erat, sic est, & erit; & alius præter eum Filius nec erat, nec factus est, nec erit. Primitiæ autem humanæ naturæ, quæ ab omnipotente divinitate assumptæ sunt, quæ sunt, ut hac similitudine utar, instar guttæ aceti immenso pelago admistæ; sunt quidem in divinitate, sed non in proprietatibus ejus. Sic enim duo Filii cogitari potuissent, si diversa natura in divinitate Filii (c), in propriis separatim signis agnosceretur, ita ut esset hoc quidem infirmum, vel parvum, vel mortale, vel caducum; illud verò potens, & magnum, & immortale, atque æternum. Sed quia omnibus, quæ simul cum mortali spectantur, in proprietates divi-

(a) *Exscripsit hunc locum Euthymius tit.* 13. *Panopliæ suæ, cujus Interpres ista sic effert, pag.* 524. Nos autem naturam quidem humanam Verbo conjunctam servatam esse ex mysterio didicimus, & credimus. Dei autem Verbum ex carne constare, & privatim in seipso vivere neque didicimus, neque unde id colligi possit, intelligimus. Fronto Ducæus.

(b) *Scilicet, secundum hypostasim; sunt enim divinitas & humanitas unum hypostasi.* Canisius.

(c) *Proprietates individuantes seu personalitatem intelligit.* Id.

Sæc. IV. Anno 375.

divinitatis conversis, in nulla re differentia conspicitur: quicquid enim Filii cognosci potest, divinitas est, sapientia, potestas, sanctificatio, indolentia, quomodo unum dividi potest in duplicem significationem, cùm nulla differentia numerum partiatur? Divinitas enim id, quod erat humile, superexaltavit; & ei, quod more humano nominabatur, * *Donavit nomen, quod est super omne nomen*; quod erat subjectum & servum: Dominum & Regem fecit, sicut Beatus Petrus ait, † *Dominum eum, & Christum fecit Deus*; Regem enim intelligimus, cùm Christum dicit; & propter perfectam & summam unionem carnis assumptæ, & divinitatis assumentis commutantur nomina, ut quod humanum est, divino nomine, & quod divinum, humano appelletur; unde crucifixus, *Dominus gloriæ* à Paulo vocatur ‡; & qui ab omni creatura cœlestium, terrestrium, & infernorum Jesus nominatur. His enim nominibus vera & quæ dirimi non potest, unio declaratur, ex eo, quod appellatione Filii gloria divinitatis, quæ exprimi non potest, significatur, siquidem omnis caro & lingua confitebitur, quod Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris, ita ut qui passionem crucis sustinuit, & clavis perforatus est, & latus ejus lanceâ transfixum, Dominus gloriæ à Paulo appelletur.

* Phil. II: 9.

† Actor. II: 36.

‡ I Cor. II: 8.

Si igitur quod humanum est, in (*a*) proprietatibus naturæ non ostenditur, sed est Dominus gloriæ, nunquam ullus duos Dominos gloriæ dicere audebit, cùm sciat esse unum Dominum Jesum Christum, per quem omnia. Unde igitur nos accusant, quasi duos Filios ponamus, qui hanc criminationem speciosam occasionem ad fabricandas opiniones suas faciunt & objiciunt? Hactenus nostra contra istos defensio: à te autem, qui in Christo perfectus es, majus & absolutius subsidium veritatis requirimus; ut nullam contra veritatem tendiculam ad accusationem habeant, qui suas opiniones objectâ contra nos reprehensione firmare volunt.

θεωρουμένων ἐν τοῖς τῆς θεότητος ἰδιώμασι μεταποιηθέντων, ἐν οὐδενὶ καταλαμβάνεται ἡ διαφορά· ὅπερ γὰρ ἄν τις ἴδοι τοῦ υἱοῦ, θεότης ἐστὶ, σοφία, δύναμις, ἁγιασμὸς, ἀπάθεια· πῶς ἂν διαιροῖτο τὸ ἓν εἰς δυϊκὴν σημασίαν, μηδεμιᾶς διαφορᾶς τὸν ἀριθμὸν μεριζούσης; ἡ γὰρ θεότης τὸ ταπεινὸν ὑπερύψωσε, τῷ κατωνομασμένῳ ἀνθρωπικῶς τὸ ὑπὲρ πᾶν εἶναι ὄνομα ἐχαρίσατο· τὸ ὑποχείριον καὶ δοῦλον, Κύριον καὶ Βασιλέα ἐποίησε· καθὼς ὁ Πέτρος φησὶν, ὅτι Κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε. νοοῦμεν γὰρ διὰ τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν, καὶ διὰ τὴν ἀκριβῆ ἑνότητα τῆς τε προσληφθείσης σαρκὸς, καὶ τῆς προσλαβομένης θεότητος, ἀντιμεθίστανται τὰ ὀνόματα, ὥστε καὶ τὸ ἀνθρώπινον τῷ θείῳ, καὶ τὸ θεῖον τῷ ἀνθρωπίνῳ κατονομάζεσθαι· διὸ καὶ ὁ ἐσταυρωμένος, Κύριος τῆς δόξης ὑπὸ τοῦ Παύλου καλεῖται· καὶ ὁ προσκυνούμενος ὑπὸ πάσης κτίσεως τῶν τε ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, Ἰησοῦς ὀνομάζεται· διὰ τούτων γὰρ ἡ ἀληθής τε καὶ ἀδιαίρετος ἕνωσις ἑρμηνεύεται ἐκ τοῦ καὶ τὴν ἄφραστον τῆς θεότητος δόξαν τῇ τοῦ υἱοῦ προσηγορίᾳ σημαίνεσθαι, ἔταν πᾶσα σὰρξ ἐξομολογήσηται καὶ γλῶσσα, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ· ὥστε τὸν τὰ πάθη τοῦ σταυροῦ καταδεξάμενον, καὶ περονηθέντα ἥλοις, καὶ διαπαρέντα λόγχῃ, Κύριον δόξης ὑπὸ τοῦ Παύλου προσαγορεύεσθαι.

Εἰ οὖν καὶ τὸ ἀνθρώπινον οὐκ ἐν τοῖς φύσεως ἰδιώμασι δείκνυται, ἀλλὰ Κύριος τῆς δόξης ἐστίν· οὐκ ἂν δέ τις εἰπεῖν δύο Κυρίους δόξης τολμήσειε, μαθὼν ὅτι εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα· πόθεν ἡμῖν ἐπικαλοῦσι τῶν υἱῶν τὴν δυάδα, οἱ τὴν καθ' ἡμῶν κατηγορίαν εὐπρόσωπον ἀφορμὴν εἰς κατασκευὴν τῶν ἰδίων ὑπολήψεων προβαλλόμενοι; τὰ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν εἰς ἀπολογίαν, τοιαῦτα. ζητοῦμεν δὲ παρὰ τῆς σῆς ἐν Χριστῷ τελειότητος μείζονα καὶ τελειοτίραν τῆς ἀληθείας τὴν συμμαχίαν, ὡς ἂν μηδεμίαν ἔχοιεν κατὰ τῆς ἀληθείας εἰς κατηγορίαν λαβὴν, οἱ διὰ τῆς καθ' ἡμῶν μέμψεως τὰς ἰδίας ὑπολήψεις κρατυνόντες.

(a) *Non ostenditur in proprietatibus naturæ humanæ separatim, id est, in proprietatibus, quas individuantes seu personales vocant; hoc est, in hypostasi humana.* CANISIUS.

DIDYMI

DIDYMI ALEXANDRINI LIBER CONTRA MANICHÆOS: GRÆCE ET LATINE.

INTERPRETE

FRANCISCO TURRIANO, S. J.

S. HIERONYMUS LIB. DE VIRIS ILLUSTRIBUS.

Didymus Alexandrinus captus à parva ætate oculis, & ob id SÆC. *elementorum quoque ignarus, tantum miraculum sui omnibus* IV. *præbuit, ut Dialecticam quoque & Geometriam, quæ vel maxi-* ANNO *mè visu indiget, usque ad perfectum didicerit. Is plura Opera* 380. *& nobilia conscripsit:* Commentarios in Psalmos omnes; Commentarios in Euangelium Matthæi & Joannis, & de Dogmatibus, & contra Arianos libros duos, & de Spiritu Sancto librum unum, *quem ego in Latinum verti:* In Esaiam tomos decem & octo; in Osee *ad me scribens*, Commentariorum libros tres; & in Zachariam, *meo rogatu*, libros quinque; Commentarios in Job, *& infinita alia, quæ digerere proprii judicis est.* [*Inter quæ* infinita, *à S. Hieronymo silentio præterita, numerandus est etiam liber iste adversus Manichæos.* CANISIUS.]

JACOBI BASNAGII ANIMADVERSIONES IN DIDYMUM, ET EJUS OPERA.

I. Vixit Didymus sæculo quarto, & grandævam senectutem attigit. Quinquennis luminis usum perdidit: at, inquiebat illi Anachoretarum parens Antonius, *si oculis, quibus culices & muscæ videre possunt, orbatus es, illos habes, quibus Angeli vident, quibus Deus ipse cernitur, & lux ejus comprehenditur.* Et reverà non modò Philosophorum Hæreticorumque sententias, sed Geometriam Matheseosque theoremata perceperat. Divinarum Littera- I. Didymi eruditio.

SÆC. IV. ANNO 380.

Litterarum interpretationem assiduâ meditatione consecutus est: quin imò Origenis discipulus & imitator, delitescentes mysticosque sensus perscrutabatur. ὁ μέγας καὶ γνωστικὸς διδάσκαλος Δίδυμος τῆς θειάς γραφῆς μεμάθηκεν οὐ μόνον τὰ γράμματα, ἀλλὰ καὶ τὰ τούτων νοήματα: *Magnus ille & gnosticus Magister Didymus non modò Scripturæ Litteras, sed & illarum sensum didicit*, ut testantur Socrates * & Theodoretus † ; & *hujus orbis non vulgare miraculum* appellatur à Sozomeno ‡.

II. Didymi laudes & fama.

II. Scholæ Alexandrinæ Præfectus Didymus Sacras Litteras maxima cum fama docuit. Monachorum in Ægypto tunc temporis degentium agmina ipsum summis laudibus extollebant: alii ex longè dissitis regionibus advolarunt, ut tantum Præceptorem haberent. Hieronymus *cùm jam canis spargeretur caput, perrexit Alexandriam, Didymum audivit, & in multis gratias agebat; didicerat enim quod nesciebat, & quod sciebat non perdiderat.* Sunt Critici qui illud Hieronymi iter in Ægyptum negent; putant enim detrahi famæ tanti Viri, si concedatur illum notum fuisse Prospero, qui jocis & cavillationibus ipsum carpebat. Attamen præfractè negandum non est, Hieronymum ansam derisoribus aliquam præbuisse ob frequentissimam, quam cum matronis aliquot consuetudinem habuit. Illæ longissimas peregrinationes ipsius visendi causâ susceperant: suspicionem movebat tantus amor: hanc repellere charitas jubet. Attamen nihil mirum, si Prosper mordaci dicacitate illum reprehenderit. Deinde verò credendum & Hieronymo ipsi, asserenti se Ægyptum petiisse, & multa à Didymo hausisse, quæ prius illi fuerant ignota. Verum est, Hieronymum erubuisse, quòd Didymum olim velut Doctorem Orthodoxum suscepisset; sed mutaverat ille sententiam, & quod honori prius habebatur, opprobrium ipsi postmodum visum fuit: nec tamen inde concludi potest, illum *Alexandriam non perrexisse* ⊥. Tantum igitur fuit Didymi nomen, ut eum non modò Ægyptii, sed Græci, Latinique inter hujus sæculi Theologos; tum Orthodoxos, tum celeberrimos recenserent. Quinimò Deus futura aperuisse dicitur, & mortem Juliani Imperatoris ipsi revelasse; ita ut non modò doctrinâ, sed miraculis, dum viveret, claruerit; eumque inter Sanctos reposuerit Supremum Numen.

III. Damnatur à Conciliis.

III. Sed mirare variam hominum, nequidem Sanctis exceptis, sortem. Didymus, qui per ducentos annos tum in cœlis, tum in terris, tum apud superos, tum apud homines famam habuerat maximam, ab eo dignitatis culmine præceps agitur. Jam Hieronymus ab eo desciverat, & Præceptorem ab ipso laudatum ob aliquot Origenis sententias à Didymo disseminatas exagitaverat: sed ab Ecclesiæ sinu vel Dypticis expelli non potuit. At *oblatis quintæ Synodo* Oecumenicæ Didymi Alexandrini blasphemiis, ab ea tanquam *Hæreticus* diu post mortem damnatus est. Ipsum posteà anathematisavit Martinus Pontifex in Synodo Lateranensi; nec dum malorum finis: quippe Concilium sextum Oecumenicum, illum, ut pravissimæ doctrinæ, Origenianæ scilicet, *defensorem fœdissimum* notavit. Observabat illud Concilium præcipuè Didymum Gentilium fabulas de Circuitione animarum & corporum, credendas populo propinasse. Ipsum denuò atro lapillo notavit Concilium Quinisextum *. In Concilio Nicæno secundo tanquam fabularum renovator anathemate perculsus est. Denique Zonaras † sic Deiparam orat: „ Cum Didymo rursum docet „ Evagrius animarum præexistentiam, ex Origene acceptâ absurdâ opinione: „ *at nobis pium dogma conservetur illæsum tuis intercessionibus, Regina om-* „ *nium.* Eorundem sententia est, rursum & Dæmones restitutionem in pristi- „ num statum accepturos, atque homines qui nefaria commiserint cum Ange- „ lis, completuros unitatem quam insanâ mente fabulantur. „ Verebatur pro fide

* Socrat. l. 4. c. 23. p. 237.

† Theodor. H. l. 4. c. 29. p. 192.

‡ Sozom. l. 3. c. 15.

⊥ Hieron. ad Pamm. Ep. 66. p. 709.

* Conc. V. Fragm. t. 5. p. 589. Conc. Later. an. 649. Secret. 4. c. 18. p. 356. Conc. VI. Act. 11. p. 889. & 1138. Conc. Nic. II. Act. 7. p. 555.

† Zonaræ Canon in Deiparam, apud Coteler. Mon. Eccl. Gr. t. 3. p. 468.

fide suâ Zonaras, ni auxilio divinitùs misso firmaretur. Unde facilè concludas, errores Didymi periculosissimos & gehennâ dignissimos ipsi fuisse visos.

Sæc. IV.
Anno 380.

IV. Didymi errores.

IV. Quin plurima veritati minus consentanea docuerit Didymus, ab eaque incautus recesserit, à nemine negari potest. Origenem Præceptorem nactus, ejus errores amplexus est & docuit in Schola Alexandrina, inseruitque *Commentariis*, qui ipsius nomen præferunt. Prædestinationem ex prævisione fidei & operum tuetur. * *Prævidens enim Deus fidem & actus hominum, qui aguntur per Evangelicam doctrinam, præscienter eligit eos in Christo ante mundi originem.* Libertatem arbitrii tàm ad bonum quàm ad malum homini lapso tribuit: nec mirum; omnes enim adversus Manichæos disputantes, ne Augustino quidem excepto, hanc sententiam propugnaverunt, Deumque à criminis noxa vindicari non posse autumabant, nisi anima ab omni necessitate liberaretur, possetque ipsa motus suos quòcunque vellet flectere. Peccatum originale negasse videtur; dum enim naturæ jura, quam *malam* asserebant Manichæi, tueri conatur, objicit sibi Apostolum docentem, nos esse *naturâ filios iræ.* Hanc difficultatem ut removeat, confugit ad interpretationem, à mente Divi Pauli prorsus alienam: quippe homines asserit denominatos ab actionibus vel studiis, quibus operam impendebant; cùmque peccata ipsos iræ divinæ prorsus obnoxios facerent, illos *filios iræ* † fuisse appellatos; additumque *naturâ esse filios iræ*, hoc est, *verè.* At φύσει nequaquam significat *verè*, & Apostolus voluit nos ab ipsa nativitate peccatores esse, Deique vindictam ob peccatum originale mereri; ideòque *naturâ iræ filios* esse: quod quantum à Didymi Commentario distet, nemo non viderit. Origenianam animarum præexistentiam tenuisse asserunt omnes. Leviter tamen rem attigit, aliisque hunc errorem tribuit: ‡ *Licet enim quidam dicant, quoniam semper & ante mundum rationabilium substantia sit.* At homines pravos, & jam æterno damnatos supplicio pœnitentiam olim acturos, ut & Dæmonas, credidit: *Nam licet*, inquit ⸸, *quidam Angeli sint pravi, attamen detenti supplicio resipiscent unde ceciderunt.* Quinimò de conversione Diaboli, quasi jam facta, loqui videtur: * *Ostenditur enim ex communi sensu quem habemus de cunctis animabus, quoniam cùm sint liberi arbitrii, & conversio sit facta Diaboli, quòd non sit Malus.* Judam optimum fuisse cùm eligeretur à Christo, sed posteà à recto tramite deviasse probabat ex eo, quòd Christus *miserit oves inter lupos.* Judæi enim fuerunt illi rapaces lupi; oves verò Apostoli: Judas fuit ovis; debuit igitur inter bonos recenseri. Nuptias sub Veteri Testamento, & donec Christus venerit, ut malas, damnavit; attamen Patres qui sub pristina vixerunt œconomia, ab Apostolis ipsis differre negabat. *Quomodo minor videbitur Abraham, qui Deum vidit, & in cujus sinum requiescunt omnes qui secundum Christum moriuntur? Quomodo minores erunt Moyses & Elias, qui Jesui in gloria transformato simul apparuerunt; licet non viderint sensibiliter eum de Virgine procreatum?* Cùm Manichæi multum detraherent Veteri Testamento, Moysique Prophetisque, in diversa planè transvolabat Didymus; quamquam ex ore Christi ipsius discere potuisset, Johannem Baptistam Apostolis cæterisque Christianis multò minorem, majorem tamen esse Prophetis Testamenti Veteris. Denique nescio quos Evangelistas carpit †, quasi Antiquæ Legi nimis addicti præcepta nova repudiarent.

* *In 1 Pet. p. 57. Bibl. B. t. 9.*
† *Did. contra Manich.*
‡ *Com. in 1 Pet. 1. p. 57.*
⸸ *Ibid. p. 59.*
* *In Ep. Judæ, p. 88.*
† *In 1 Joh. p. 71.*

V. Commentarii in Epistolas Catholicas an sint Didymi?

V. Hæc sunt dogmata, quæ in Didymo reprehendas, quæque ipsum damnandi sæpius occasionem præbuerunt. Fuere qui ut illum à crimine liberarent, asseruerunt *Commentarios in Epistolas Catholicas*, qui Didymi nomen præferunt, spurios esse. Sed primò vetustissimus est ille Commentator, qui Prophetas de Phrygia procedentes, *novos* appellat, & Hæreticos indicans, Simonia-

Sæc. IV. Anno 380.

nianorum, Valentinianorum, Sethianorum (ſic enim legendum) Manichæorumque tantum meminit. Secundò Manichæos ille ſæpius oppugnat in *Commentariis*, adverſus quos ſcriptum ediderat. Tertiò ſubtilis nimium videtur Commentator ille, qui ſæpius circa voces & verba ſcrupulos movet; indeque myſteria eruere conatur, quæ fuit Didymi Alexandrini methodus, ut ex initio fragmentorum adverſus Manichæos unicuique legenti conſtabit. Denique obſervantur in illis Commentariis quæcunque Patres & Concilia in Didymo damnaverunt. Fateor Criticos, quos hîc refello, parum ſollicitos eſſe de Veterum fide, qûos autumant in Concilio congregatos, Didymum perdere voluiſſe, & undiquaque argumenta propoſito ſuo faventia conquiſiviſſe. Sed nos aliam penitùs ſumus adituri viam, dum rationes, ob quas Theologus ille per vitam celeberrimus, poſt mortem, ubi ceſſat invidia, inter Hæreticos recenſeatur, ſcrutari tentabimus.

VI. Origenis fama apud Ægyptios.

VI. Neminem latet, tantam fuiſſe in Ægypto tota, Origenis famam, ut non modò ſolitariam vitam agentes, ſed & Præſules qui clavum Eccleſiæ tenebant, ipſi faverent. Verebatur Athanaſius ne ipſi Origenis teſtimonia & autoritas ab Arianis objicerentur, ideòque ejus dicta emollire, & ad rectum ſenſum retrahere totis viribus contendebat. Quippe Hæreſim noviſſimam appellare non potuiſſet Athanaſius, ſi jam prius ab Origene, Hieraca, Dionyſio Alexandrino, cæteriſque Doctoribus celeberrimis fuiſſet recepta. Nec mirum fuiſſet, Arium de Divinitate Chriſti malè ſenſiſſe, ſi tot tantoſque viros in Eccleſia ipſa Alexandrina Præceptores & Anteſignanos erroris habuiſſet. Deinde maximum inde emergebat periculum, quòd omnes in Origenis, tanquam probatiſſimi celebratiſſimique Doctoris ſententiam pedibus irent, ſolus excipitur Pachomius, qui libros Origenis in aquam demerſit. Quinimò in cineres redigendos igni commendaſſet, niſi nomen *Dei* in chartis illis ſæpius deſcriptum veneratione quadam coluiſſet. Sed vereor ne illa à Pachomii Biographo, qui poſt intentatas Origeni ejuſque doctrinæ lites hæc ipſi tribuit, ficta ſint. Quippe veriſimile non videtur, Origenem, quem deſcribebant & mirabantur omnes Anachoretæ tanquam ſummum in Eccleſia Doctorem, à Pachomio ſolo fuiſſe tantâ injuriâ affectum. Deinde ipſi pepercisse dicitur ridendâ prorſus ratione; nullum enim penitùs diſcrimen occurrit, ſi liber in aquis vel igne pereat; nec major exhibetur nomini divino cultus, ſi charta comburatur vel in undis deleatur.

De Origene in Concilio Nicæno nulla lis orta, quamquam ageretur de Divinitate Filii; nec in Concilio Conſtantinopolitano, in quo agitabatur cauſa Spiritûs Sancti. Sed poſtmodum exacerbati ſunt animi adverſus ipſum ejuſque diſcipulos; plurimi ejus partibus nimiò cum ſtudio addicti priorem ſententiam revocaverunt. Objiciebatur Hieronymo præſertim, quòd ſæpius Origenem in Commentariis ſuis deſcripſiſſet: *ſed ſi Origenem*, inquiebat, *numquam ſecutus ſum, fruſtra infamare me quæritis. Si diſcipulus ejus fui, imitamini Pœnitentem, credidiſtis Confitenti, credite & neganti.* Objiciebatur demum illi cum Didymo commercium litterarum habuiſſe: * „Audet quidam „litteras meas ad Didymum, quaſi ad Magiſtrum grande crimen diſcipuli, ſi „hominem eruditum & ſenem Magiſtrum dixerim; & tamen volo inſpicere „ipſam Epiſtolam, quæ tanto tempore in calumniam reſervata eſt; nihil præ„ter honorem & ſalutationem continet.„

* Hier. Epiſt. 65. ad Pamm. p. 709.

Mutatis igitur temporibus mutari debuit Doctorum mens & judicium. Mirari licebat olim Origenem, Didymum cæteroſque ipſius defenſores; poſteà verò illa negare, & pœnitentiam agere neceſſe fuit, criminiſque loco habebantur tum conſuetudo, tum Epiſtolarum commercium, quibus uſi fuerant celebra-

celebratissimi Doctores. Quin imò Hieronymus se Didymi tractatum *de Spiritu Sancto* Latinè reddidisse, fateri non ausus est, cùm de Epistola ipsi crimen intentaretur.

VII. An duo fuerint Didymi?

VII. Baronium impulit in errorem sinistra sors Didymi; non enim potuit sibi fingere, unum eundemque Ecclesiæ Doctorem fuisse celebratissimum, Antonio, Athanasio, cæterisque Sanctis charissimum, deinde verò anathemate perculsum. Autumavit * igitur, duos esse Didymos, quorum alter Traditiones Ecclesiæ conculcans, sui jacturam fecerat; quod ipsi lachrymas excutiebat amarissimas: *Cùm enim intueretur profundam voraginem, in quam se præcipitem merserat, vix dabatur deorsum inspicere acutioribus mentis obtutibus.* Denique cùm malorum plurimorum author ipsi videretur prior Didymus, illum ad inferos protrudit.

* Bar. an. cccxciii. pag. 680.

Alter verò ejusdem nominis Didymus fuit sanctus Anachoreta, quem tum Evagrius in Vitis Patrum, tum Socrates in Historia laudaverunt. Miraculis, revelationeque divinâ insignis ad cœlum in Beatorum numerum relatus est.

Sed primò errat Baronius, qui Evagrium asserit *Vitas Patrum* scripsisse; in illis enim *Vitis* laudatur Evagrius ab Anonymo, qui ipsas adornavit. Deinde verò cùm Evagrius esset Origeni addictissimus, potuit Didymum sibi socium laudare. Sed in eo potissimùm peccat Purpuratus Annalista, quòd binos fecerit Didymos; unus enim idemque est, qui duplicem habuit sortem, à Socrate † inter *Gnosticos* & magnos Doctores repositus, quòd mysticos sensus secundum Origenis methodum eruere conaretur: quod & ipsum innuit Theodoretus ‡ secundum Valesii Notas & interpretationem. Ille etiam monasticam vitam professus fuerat, & inter Anachoretas famosissimus fuit. Ille denique per longum temporis spatium maximo in pretio habebatur, nec nisi post multas Origeni illatas injurias, exacerbatosque animos, à tanto honoris, famæque fastigio delapsus est.

† Socrat. l. 3. c. 23.

‡ Theodor. H. l. 4. c. 29. pag. 192.

VIII. Errores Origenis.

VIII. Multi quidem sunt errores apud Origenem, qui damnari debuerunt; nec culpâ vacat Athanasius, cæterique, qui Origenem à crimine liberare tentaverunt; pondus enim Origenianis dogmatibus maximum adjiciebant. Autoritate ducuntur homines, cùmque legerent tantos viros Origenis adversus Arianos fuisse vindices, nulla potuit ipsis esse suspicio, celebratissimum Doctorem de Verbo aut Spiritu Sancto, cæterisque momentosissimis fidei capitibus malè sensisse. Et eo potissimùm argumento nititur Jesuita Binetus ⊥, qui *de Salute Origenis* sæculo præterito scripsit. Periculum quidem videbatur majus, cùm Monachi has sententias erroneas in Ecclesiam protrudere, easque velut dogmata haberi voluerunt. Aliæ enim sunt vices Doctoris mortui, qui aliqua in scriptis incautus sparsit; aliæ verò Doctorum viventium, qui ea mordicitùs tuentur, discipulisque inculcant. Attamen nimia cum vehementia Origenem jam defunctum cineresque sepultos agitarunt quàm plurimi: damnari debuerunt errores, quos Monachi tuebantur, omisso tanti Doctoris nomine. Quippe inde summum oritur scandalum, ubi constat, partem Ecclesiæ maximam, eamque florentissimam, Origenem vindicasse, & laudibus summis ejus coluisse memoriam, ne Arianis viam monstrasse videretur; quæ fuit Athanasii politica nimis sagacitas: alteram verò Ecclesiæ partem ipsum ut Hæreticum periculosissimè errantem damnasse.

⊥ Binet, du Salut d'Origene, 1629. in 12.

IX. Didymi apologia.

IX. Eò major animum subit admiratio circa Didymum, qui quamvis in aliquibus à recto tramite deviaret, attamen nihil peccavit, quòd tanto Viro condonari non potuerit. De animarum præexistentia aliorum sententiam potius quàm suam retulit. Cùm sciret hanc fuisse mentem Origenis, quem venerabatur, eam atro carbone notare ausus non est; ipse verò mentem suam non aperuit.

SÆC. IV. ANNO 380.

De Epiſtola Petri an in Canonem recipi deberet, multi ante ipſum & cum ipſo dubitaverunt, qui damnati non ſunt, & forſan aliquis pauciſſima verba illa ad finem Commentarii adjecit; non enim cum cæteris cohærere videntur. De Prædeſtinatione & Libero Arbitrio cum cæteris, qui Manichæos oppugnabant, eadem docuit. Non equidem crimine liberatur, qui multos erroris ſui fautores recenſere poteſt; illud tamen obſervandum, Eccleſiam in alios, qui eandem fovebant ſententiam, non ſæviiſſe. Sed, quod præcipuum eſt, circa Trinitatis fidem, à qua deviabat Origenes, fuit orthodoxus.

X. Ejus orthodoxia.

X. Edidit ille tractatum *de Spiritu Sancto*, compulſus frequenti exhortatione Fratrum, ut ea, quæ Doctores aliqui circa Spiritum Sanctum jactabant, quæ neque in Scripturis lecta, neque à quoquam Veterum uſurpata erant, refelleret *. Hæc ſunt verba Didymi. Ad Hieronymum, Didymi Interpretem, hæc referre volunt aliqui; & reverà illum Damaſus Pontifex ad hoc opus conficiendum impulerat: ſed cùm tunc temporis *Babylonis & purpuratæ Meretricis*, hoc eſt, urbis Romæ *colonus eſſet*, obſtitit *ipſi Phariſæorum Senatus*; & *olla*, de qua Jeremias, *cœpit ardere*. Poſtmodum tamen oraverunt Hieronymum Paulinianus, Paula & Euſtochium ad opus perficiendum. Illa igitur quæ Didymo tribuimus, de ſeipſo potuiſſe dicere Hieronymum fatemur, quippe plura mutata fuiſſe mox probabimus. Incerta tamen eſt conjectura; potuit enim Didymus etiam amicorum precibus hoc annuere, & Divinitatem Spiritûs Sancti vindicare, quanquam ab Origene ſæpius oppugnatam. Primò Spiritum Sanctum ab Angelis diverſæ planè naturæ aſſerit; Spiritus enim incircumſcriptam habet ſubſtantiam; *Angelus autem, qui adfuit*, verbi gratiâ, *Apoſtolo* † *in Aſia oranti, non poterat ſimul eodem tempore adeſſe aliis Apoſtolis in cæteris partibus mundi conſtitutis. Angelus deſerens locum in alium migrat*, quod non contingit Spiritui Sancto. Deinde Angeli de propria ſubſtantia non ſunt Sancti, ſed ex participatione Trinitatis: ſunt igitur alterius ſubſtantiæ ac Spiritus, qui ipſos Sanctos efficit. Secundò, Baptiſmum in nomine Trinitatis conferri debere probat; alioqui ſine perfectione baptiſat, qui unum de præceptis nominibus prætermittit, & peccato liberare non poterit, quos à ſe baptiſatos exiſtimaverit; quippe eſt *contrarius Legiſlator Chriſti* ‡.

Denique Spiritum Sanctum implere creaturas; eſſe indiviſibilem, impaſſibilem, ὁμοούσιον, ejuſdem naturæ & ſubſtantiæ ac Pater & Filius, ubique docet.

XI. Hieronymus, Didymi Interpres.

XI. Hoc iterum objici poſſet, Hieronymum, qui hunc tractatum Latino idiomate reddidit, ipſum erroribus & mendis purgaſſe; multa enim quæ Didymo non conveniunt, inſeruiſſe, negari non poteſt: quippe ſæpius utitur vocibus ὁμοουσίου & ἀνομοουσίου, quæ diſcipulis Origenis aliena erant. Deinde verò aliquoties confugit ad textum Hebraïcum, Didymo penitùs ignotum. Objiciebant Hæretici verba Amoſi: * *Ego creans Spiritum & adnuncians in homines Chriſtum ſuum.* Videbatur ipſis †, creari Spiritum Sanctum, ut hominibus adnunciaret Chriſtum. Obſervabat optimè Hieronymus hæc in Hebræo non legi: *In Hebræo habetur: Adnunciat in hominem loquelam ſuam.* Unde concludit ille, Deum per Prophetas indicare voluntatem ſuam, refellens ex hoc loco Hæreticos, qui alium extra Creatorem, Patrem Chriſti inducebant. Erraverunt circa hunc locum Interpretes, ne quidem LXX. exceptis, qui χριστὸν habent; Propheta enim non de Spiritu, ſed de *vento*; nec de Chriſto, ſed *meditatione* Dei שיחו mentionem fecit, ita ut feliciter ex Hebræo illos emendaret Hieronymus, aliàs etiam voces Hebraïcas interpretatur. An ideò tamen dixeris, illum novam penitùs ſententiam Didymo tribuere, & quæ prius heterodoxa ſcripſerat, in ſenſum orthodoxum commutaſſe? Hæc cum aliqua veritatis ſpecie fingi non poſſunt, ita ut hac in re orthodoxus, & à cæteris Origeniſtis

* Didym. de Spiritu Sancto, l. 1. p. 25.

† L. 1. p. 27. l. 2. pag. 38. & l. 1. p. 28.

‡ Ibid. l. 2. p. 37.

* Amoſ. IV. verſ. ult.

† Did. l. 2. p. 33.

nistis distingui planè debuerit Didymus. Stupeo igitur cùm ipsum toties Anathematismis fuisse percussum video: pleraque enim quæ supersunt ejus Opera sunt orthodoxa; & nævi, qui in cæteris apparent, facilè mortuo potuerunt condonari. Sed exacerbatis in Origenem animis, Magistri sortem subire debuerunt ejus discipuli, præsertim famosissimi, ne nomen, autoritatemque sectæ conciliarent, aut partam servarent.

XII. Tractatus adversus Manichæos an sit Didymi?

XII. Fragmenta Didymi adversus Manichæos quod attinet, ea Possevinus primùm Latino *Apparatui* suo inseruerat: Canisius, cùm ipsi transmissa fuissent manu Possevini scripta, non dubitavit quin ea ut nova & prorsus incognita publici juris facere posset. Erroris, in quem incautus inciderat, veniam postulavit. Deerant Græca: hæc Emericus Bigotius, quem malè Combefisius *Abbatem* finxit, ex Italia redux attulit; Vir de Republica litteraria meritissimus, cujus memoriam summa cum veneratione colo, utpote qui mihi à prima juventute ad mortem usque fuit amicissimus: Codicem, quem descripserat, amicis tradidit: hunc Combefisius vulgavit, cum opusculo Alexandri Lycopolitæ adversus eosdem Manichæos, in *Auctario novissimo Bibliothecæ Patrum*. Videtur tamen ipse dubitasse, an ille Didymus, qui scripsit contra Manichæos, ipse sit, quem Athanasio coævum fecimus; vel an Tractatulus ipsi debeat vindicari *. Suspicio inde movebatur, quòd Maximus plurima Didymi loca excerpserit in Sermonibus, quæ in hoc opusculo frustra quæras. Conjecturam firmabat Damascenus, cui nihil ex isto libro acceptum est. Quin imò habetur Venetiis Codex MS. Parallel. Damasceni, in quo citatur illud Didymi: Διδύμου κατὰ Μανιχαίων· φιλοῦσι τὰ ἁμαρτήματα ἐκ πλήθους ὄχλων καὶ ἐυθυνίας τῶν ἀναγκαίων τίκτεσθαι, *qui locus non extat in hoc opusculo, & argumento est, vel non esse integrum, quod hîc repræsentatur; vel aliud opus in Manichæos elucubrasse Didymum.*

* Combefis. Prolusio, p. 2.

XIII. Probatur adversus Combefisium.

XIII. Non observavit Vir eruditus, 1. Maximum laudare tantùm sex aut septem sententias, quæ ethicam spectant: nec potuerunt ex Tractatu contra Manichæos excerpi, sed potius ex alio quopiam opusculo, quod nomen Didymi præferebat. Inter eas sententias legitur una vix admittenda, quam tamen Maximus sibi propriam facit: † *Peccata non ex voluntate, Lex condonat, & Deus penè despicit, ut qui sit clemens ac misericors, nec vel eorum, quæ voluntaria sunt, immitis ultor existat.* Sive probetur, sive rejiciatur ea Lex, certum est, aliundè quàm ex Tractatu contra Manichæos, ut & cæteras, fuisse depromptas. 2. Damasceni Codex MS. consulendus foret antequam conjectura Combefisii posset admitti; nec enim scimus, an antiquus sit ille Codex, an textum vel Damasceni, vel Didymi accuratè referat. 3. Nihil occurrit in illa Disputatione adversus Manichæos, quod Didymo non conveniat: omnia sibi quadrant. Subtilis est Autor circa vocem naturamque *ingeniti*, quemadmodum fuit aliis in Operibus. Hæreticos ex principiis, quæ tunc à Theologis admittebantur, refellit. Imò videtur Opus suis constans partibus. Græca Bigotii cum versione Latina Turriani, quam Canisius vulgaverat, hîc edimus. Alteram quidem fecisse videbatur Combefisius; sed sæpissimè easdem voces, eandemque contexturam verborum retinet. Si alicubi discrepet, & majorem Didymo lucem afferat, hæc in Notulis ad marginem inferiorem appositis sumus observaturi.

† Max. Serm. 55. p. 660.

DIDYMI ALEXANDRINI LIBER CONTRA MANICHÆOS.

Sæc. IV. Anno 380.

Οὐδεμία ἀντίθεσις ἐναντίων ἐξ ὅλων ἀντίκειται, τῷ καὶ κοινά τινα ὑπάρχειν τοῖς ἐναντίοις· οἷον τὸ λευκὸν, ἐναντίον ὂν τῷ μέλανι, κατὰ μόνας τὰς διαφορὰς ἔχει τὴν ἐναντίωσιν, ὄντων αὐτοῖς κοινῶν χρώματος καὶ ποιότητος· οὐδὲν δὲ τῶν τοιούτων, τὴν περὶ αὐτὰ ἐναντιότητα προτέραν ἔχει· πάντα γὰρ μετὰ τὰ κοινά· ἐν δὲ τοῖς κοινοῖς οὐκ ἔστιν ἐναντιότης, δεῖ γὰρ κοινὸν χρῶμα καὶ ποιότητα εἶναι, ἵνα οὕτω τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν ᾖ, ὡσαύτως μετὰ τὸ ποιὸν καὶ διάθεσιν ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ κακία. εἰ τοίνυν ἀγέννητοι δύο ἀρχαὶ καὶ αὗται ἐναντίαι, ἢ ἐξ ὅλων εἰσὶν τὴν ἐναντιότητα ἔχουσαι, ἢ ὑπάρχει τινὰ αὐταῖς κοινά· ἀλλ' οὐδὲν ἐξ ὅλων δέχεται ἐναντιότητα· ἔχουσι ἄρα καὶ αὗται κοινὰ, τὸ εἶναι, τὸ οὐσίαι εἶναι, καὶ εἴ τι ἕτερον εὑρίσκεται περὶ αὐτὰς κοινόν· ἐναντίας δὲ ποιεῖ αὐτὰς, τὸ τὴν μὲν ἀγαθὸν, τὴν δὲ κακόν· καὶ τὴν μὲν φῶς, τὴν δὲ σκότος εἶναι· προεπινοεῖται δὲ τὸ εἶναι αὐτὰς οὐσίας, ἢ τὸ ἀγαθὸν καὶ κακὸν ὑπάρχειν· ἡ ἐναντιότης ἄρα οὐ κατὰ τὰ κοινὰ, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἰδιότητα· τίθενται δὲ αὐτὰς ἀγεννήτους εἶναι, οὐδὲν δὲ πρὸ ἀγεννήτου· πρὸ τούτων δέ τι ἐστὶν, αὐτὸ ὃ εἶπον κοινῶς αὐταῖς ὑπάρχειν, οὐκ ἄρα ἀγέννητοι αἱ ἀρχαί· αὗται γὰρ ἀγέννητοι αἱ ἐναντίαι· τὸ δὲ κοινῶς αὐταῖς ὑπάρχειν πρὸ αὐτῶν· οὐκ ἄρα ἀγέννητοι αἱ ἀρχαὶ, οὐδὲν γὰρ πρὸ ἀγεννήτου.

Εἰ δὲ λέγοιεν, Μὴ κατὰ τὸ ἀγέννητον ἔχειν αὐτὰς τὴν ἐναντιότητα· καὶ τοῦτο κοινὸν αὐτῶν εὑρεθήσεται· ἀλλ' ἐπεὶ ἀγεννήτως τὸ κακὸν κακὸν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀγαθὸν, κοινὸν εὑρεθήσεται τὸ



Nulla oppositio contrariorum fit ex toto, quin (*a*) sint in eis aliqua contrariorum communia. Verbi gratiâ, album quod est contrarium nigro, & nigrum in iis tantùm, quibus differunt, contraria sunt, cùm habeant alioqui communem colorem & qualitatem: nihil enim eorum, quæ talia sunt, priorem oppositionem, quàm (*b*) communitatem habet. Omnia enim post illa, quæ habent prius communia, oppositionem sortiuntur. (*c*) In communibus autem non est contrarietas; oportet enim colorem esse, & qualitatem esse, ut sit album, similiter in nigro. Ad eundem modum virtus & vitium prius conveniunt in communi ratione qualitatis & affectionis, quàm sint contraria. Si igitur duo Principia ingenita sunt, & hæc sunt contraria; vel ex toto sunt contraria, vel sunt aliqua eorum communia: at nihil ex toto recipit contrarietatem, habent igitur hæc communia, τὸ esse scilicet, & substantias esse; & si quid aliud in eis commune reperitur. Contraria verò ea facit esse alterum bonum, alterum malum: esse item alterum lumen, alterum tenebras. Prius autem cogitatur esse ea substantias, quàm cogitentur esse bonum & malum. Contrarietas igitur non est circa communia, sed circa propria. Positum autem est esse ea ingenita: nihil autem est ante ingenitum: at est ante hæc contraria aliquid, id scilicet, quod dixi esse in eis commune. Ergò non sunt Principia ingenita; quia hæc ingenita sunt contraria. Quod autem inest eis commune, ante ipsa contraria est; non sunt igitur ingenita Principia, quia ante ingenitum nihil est.

Duo Principia contraria non possunt esse ingenita.

Sin verò dixerint, non esse contraria ratione ingeniti, reperietur igitur commune eorum hoc. Sed rursus quia malum ingenitè est malum, & bonum ingenitè bonum, reperietur ingenitum malum commune amborum;

(a) *Clariùs multò Combefis:* Nulla contrariorum oppositio ex integro est; eâ scilicet ratione, quod & contrariis quædam sint communia. Basn.

(b) *Melius adhuc Combefis:* Nihil autem eorum, quæ ejus generis sunt, circa se prius habet, quod contrarium est. *Sensus enim est, in illis nullam esse oppositionem præter nigredinem, quæ differt ab albo, & hæc accuratius respondent Græco.* Id.

(c) *In Græcis desunt illæ voces,* ἐναντία εἰσὶν, *quæ restitui debent, ut planus sit sensus.* Id.

SÆC. IV. ANNO 380.

ἀγέννητον κακὸν ἀμφοτέρων, καὶ τὸ ἀγένητον ἀγαθὸν ἀμφοτέρων· εἰ γὰρ ἀγαθὸν ἄνευ τοῦ ἀγεννήτου οὐ δύναται, κοινὸν δὲ τὸ ἀγένητον, κοινὸν ἄρα καὶ τὸ ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενον τῷ ἀγεννήτῳ· τοῦτο δὲ ἐστὶν τὸ ἀγαθόν.

Εἰ δὲ λέγοιεν, Μὴ κοινὸν αὐτῶν τὸ ἀγένητον εἶναι, ᾗ θατέρῳ ὑπάρχει, τῷ λοιπῷ οὐχ ὑπάρχει· ἔσται τοίνυν ἀγένητον, ἢ τὸ ἀγαθὸν, ἢ τὸ κακὸν, οὐ τὸ ἀγαθὸν καὶ κακόν· εἰ οὖν εὑρεθείη τὸ ἀγαθὸν ἀγένητον, τὸ κακὸν γενητόν.

Ἄλλως τε· πᾶν κακὸν κολαστέον· οὐδὲν κολαστέον ἄφθαρτον, οὐδὲν ἄρα κακὸν ἄφθαρτον, τῷ μὴ ἀφθάρτως ὑπάρχειν φθαρτόν.

Οὐδὲν φθαρτὸν ἀγένητον· ἔστι δὲ τὸ κακὸν φθαρτόν, τὸ ἄρα κακὸν οὐκ ἀγένητον.

Οὐδὲν κατ' οὐσίαν κακὸν, τῷ τὸ κακὸν ποῖον εἶναι· οὐδὲν δὲ ποιὸν οὐσία, τὸ ἄρα κακὸν οὐκ οὐσία.

Πάντα τὰ ἐναντία ἀλλήλων φθαρτικά· τὰ δὲ ἀγένητα ἄφθαρτα, οὐκ ἄρα ἐναντία· τὰ γὰρ ἐναντία οὐκ ἄφθαρτα.

Οὐδὲν ἀγένητον τρεπτόν· τέτραπται δὲ τὸ ἀγαθὸν κρατηθὲν ὑπὸ τοῦ κακοῦ· τὸ ἄρα ἀγαθὸν οὐκ ἀγένητον.

Τὸ ἀγένητον οὐκ ἔστιν ὀρεκτικὸν φθορᾶς τινος, οὐδέ γε φθαρτικόν· τὸ δέ γε κακὸν ὀρεκτικὸν φθορᾶς· τὸ ἄρα κακὸν οὐκ ἀγένητον.

Αἱ θεῖαι γραφαὶ κολάσει παραδίδοσθαι οὐ τοὺς * ἄλλους κακοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν διάβολον, λέγουσιν· πᾶν δὲ τὸ κολάσει παραδιδόμενον τρεπτόν· οὐδὲν δὲ τρεπτὸν ἀγένητον, οὐδὲν ἄρα τῶν κακῶν ἀγένητον.

* Ἄνυς· ἀνθρώπους. Hanc vocem non agnoscit Turrianus. COMBEF.

Τῶν δὲ ὅλων ἐναντιουμένων οὐδὲν κοινόν· ὥστε πᾶσα ἀνάγκη τὸ θατέρῳ ὑπάρχον, τῷ λοιπῷ μὴ ὑπάρχει· ὑπάρχει δὲ τῷ ἀγαθῷ τὸ εἶναι ἀγένητον, τῷ ἄρα κακῷ οὐδέτερον τούτων ὑπάρχει· μὴ ὂν ἄρα τὸ κακόν.

Πᾶς ὁ εὐλόγως ὀρεγόμενός τινος, ἐπιτευγμένην ἔχει τὴν ὄρεξιν, εἰ εὐλόγως ὀρέγεται· Θεὸς δὲ τοῦ φθεῖραι τὴν κακίαν ὀρέγεται· τῶν φθαρτῶν ἄρα ἐστὶ ἡ κακία· τῶν δὲ φθαρτῶν οὖσα, ἀφανισθήσεται· ἀφανιζομένη δὲ, οὐκ ἔστιν ἀγένητος.

rum; & ingenitum bonum commune item amborum. Si enim bonum sine ingenito non potest reperiri, commune autem est ingenitum, commune rursus erit, quod necessariò sequitur ingenitum; hoc autem est bonum (*a*).

Si verò dicant non esse commune eorum, esse ingenitum; nam quatenus alterutrum est ingenitum, non est alterum ingenitum; erit igitur ingenitum vel bonum, vel malum, non autem bonum & malum. Quare si reperietur bonum ingenitum, malum erit genitum.

Aliter (*b*). Omne malum est puniendum: nihil, quod puniendum est, est incorruptibile: nullum igitur malum est incorruptibile, quin (*c*) sit incorruptibiliter corruptibile.

Principium malum non est ingenitum, quia corruptibile.

Nihil corruptibile est ingenitum: est autem malum corruptibile: malum igitur non est ingenitum.

Nullum (*d*) est malum secundum substantiam: malum autem esse, est affectum esse qualitate malitiæ scilicet. At affectum esse qualitate non est substantia; malum igitur non est substantia.

Omnia contraria se vicissim interimunt. Quæ ingenita sunt, non intereunt: non sunt igitur contraria; contraria enim non sunt ab interitu libera.

Nihil ingenitum est mutabile: mutatur autem hoc bonum à malo superatum. Bonum igitur hoc non est ingenitum.

Quod est ingenitum non expetit ullius interitum (*e*): malum autem expetit interitum: malum igitur non est ingenitum.

Scripturæ divinæ non solùm malos, (*f*) sed etiam ipsum diabolum dicunt afficiendum esse supplicio: quod autem supplicio afficiendum est, id omne mutabile est: nihil autem mutabile ingenitum est; nullum igitur ex malis ingenitum est.

Eorum, quæ ex toto sunt contraria, nihil est commune; quare omninò necesse est, ut quod uni inest, alteri non insit; inest autem bono esse ingenitum, malo igitur neutrum horum inest; quare malum non est ingenitum (*g*).

Quicunque rectè aliquid expetit, si rectè expetit, expetito potitur: expetit autem Deus malitiam delere; igitur malitia deleri potest. Quod si deleri potest, delebitur; deleta autem non est ingenita.

Εἰ

(a) *Nescio cur hæc verba omiserit Combefis; nam leguntur in Græco: τοῦτο δὲ ἐστι τὸ ἀγαθὸν: quæ aliter ille:* istud verò sic illi comes ingenitum est. BASN. (b) *Melius*, prætereà. COMBEFIS.

(c) *Clarius:* Ne sit incorruptibiliter corruptibile. ID.

(d) *Melius*, malum nihil est secundum substantiam, *quia malum est qualitas.* BASN.

(e) *Additur in Græcis: οὐδέ γε φθαρτικὸν*, nec habet potestatem corrumpendi. ID.

(f) *Hic error ciebat. Omisit Turrianus vocem aliquam, quam non intelligebat, forsan quòd fuisset abbreviata: ex ἄνυς alter fecit ἄλλους: sed legendum, ἀνθρώπους: distinguuntur enim ἄνθρωποι κακοὶ,* homines mali, *à Diabolo. Non inquit Didymus: Damnantur tantùm* homines mali, *sed & Diabolus.* ID.

(g) Malum itaque nihil est, μὴ ὂν ἄρα τὸ κακόν: *sic Combefisius, qui litteram sequitur: sed mens Autoris est, malum non esse ingenitum, ut hic redditur.* ID.

Sæc. IV. Anno 380.

Si malum est ingenitum, natura ei inest esse malum: at nemo operans secundum naturam peccat: igitur malum ingenitum non peccat: quod autem non peccat, non est in culpa, & reus non est: reus autem, & in culpa est Satanas; Satanas igitur non est ingenitus.

Homines filii iræ. Divina Scriptura homines vocat suarum actionum, & studiorum (a) filios, & fœtus; ut iracundos, aut alio peccato obstrictos, ita ut propter peccatum obnoxii sint iræ supplicii de eis sumendi: & *filios iræ* nominat (b). Paulus itaque de se, & de similibus Sanctis ait: * *Eramus naturâ filii iræ, sicut & cæteri homines*, qui hucusque in peccatis fuerunt. Illud autem quod appositum est, naturâ non secundum naturam significat, sed *verè*: *Eramus* enim, inquit, *naturâ filii iræ*, ut declaret, verè esse obnoxios iræ eos, qui peccant. Sicut ergò filius iræ efficitur, qui admittit peccatum, sic qui ab eo se ad virtutem transtulit, filius veritatis ac virtutis. Sic dictum est de quibusdam à Salvatore †, *Justificata est sapientia à filiis ejus*; filios sapientiæ appellat sapientes. Etenim quia, qui sunt filii alicujus, ab eo, qui generavit, habent ut sint: habent autem quòd qualitate affecti sunt, à qualitate ipsa, ut tales sint, quales sunt: idcircò rectè & convenienter filii qualitatis nominantur. Sicut enim sapientes quosdam Dominus filios sapientiæ appellavit, sic alios filios pacis nominavit, cùm dixit ‡ discipulis: *Si ingressi fueritis in civitatem vel domum, & ibi fuerit filius pacis, pax vestra*, data scilicet civitati, vel domui, *requiescet* super filium pacis, qui ibi erit (c).

* Ephes. II: 2.
† Matth. XI: 19.
‡ Luc. X: 5, 6.

Prudentia filiorum hujus sæculi. Rursus idem Salvator: ⊥ *Prudentiores*, inquit, *sunt filii hujus sæculi, quàm filii lucis in generatione sua*; filios lucis vocat illuminatos cognitione veritatis, & operibus virtutis, quibus dicit tanquam luminibus, quia facti sunt filii lucis; *Vos estis lux mundi*: eos autem, qui dilexerunt hanc vitam, & ad eam quæcunque faciunt, referunt, *filios sæculi* hujus nominavit. Sed licet dixerit prudentiores esse hos filiis lucis, non simpliciter dixit esse prudentiores, *sed in generatione sua*, id est, in rebus ad hoc sæculum accommodatis, prudentiores sunt filiis lucis. Sunt enim sapientes ad malefacien-

⊥ Luc. XVI: 8.

Εἰ ἀγέννητον τὸ κακὸν, κατὰ φύσιν αὐτῷ ὑπάρχει τὸ κακὸν εἶναι· οὐδεὶς δὲ τὸ κατὰ φύσιν ἐνεργῶν ἁμαρτάνει· τὸ ἄρα κακὸν οὐχ ἁμαρτάνει· τὸ δὲ μὴ ἁμαρτάνον, οὐχ ὑπαίτιον· ὑπαίτιος δὲ ὁ Σατανᾶς, οὐκ ἄρα ἀγέννητος.

Ἡ θεία γὰρ γραφὴ τῶν πράξεων καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ὧν ποιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, λέγει αὐτοὺς εἶναι υἱοὺς καὶ γεννήματα· τοὺς γοῦν ὀργίλους καὶ τὴν ἄλλην ἁμαρτίαν ἔχοντας, ὡς διὰ τοῦτο ὑποκεῖσθαι τῇ κατὰ κόλασιν ὀργῇ, τέκνα ὀργῆς ὀνομάζει, ᾗ φησὶν ὁ Παῦλος, καὶ ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί· οὗτοι μεταβάλλειν δύναντες, ὡς μηκέτι εἶναι τέκνα φύσει ὀργῆς· Παῦλος γοῦν περὶ ἑαυτοῦ, καὶ τῶν παραπλησίως Ἁγίων γεγενημένων, λέγει, Ὅτι ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι. οἱ εἰσέτι δεῦρο ἐν τῷ ἁμαρτάνειν ὄντες· προσκείμενον δὲ τὸ φύσει, οὐ τὸ κατὰ φύσιν σημαίνει, ἀλλὰ τὸ ἀληθείᾳ· τὸ γὰρ, Ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς λέγει, δηλῶν ὅτι ἀληθείᾳ ὑπεύθυνοι ὀργῇ τυγχάνουσιν οἱ ἁμαρτάνοντες· ὥσπερ δὲ κατὰ φύσιν τέκνον ὀργῆς γίνεται τῷ συνεῖναι αὐτῇ κακίαν· οὕτω μεταβαλὼν ἀληθείας γίνεται τέκνον καὶ ἀρετῆς· εἴρηται γοῦν περί τινων ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος τοιαῦτα, Ἐδικαιώθη ἡ Σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς· τέκνα σοφίας τοὺς σοφοὺς λέγων· ἐπεὶ γὰρ οἱ τέκνα τινὸς ὄντες, ἐκ τοῦ τεκόντος ἔχουσιν τὸ εἶναι· ἔχουσι δὲ καὶ οἱ ποιοὶ τὸ εἶναι ἐκ τῆς ποιότητος τῆς προσγινομένης αὐτοῖς, εἰκότως οἱ ποιοὶ τέκνα καὶ υἱοὶ τῆς ποιότητος ὀνομάζονται· ὡς γὰρ εἴρηται ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος τοιαῦτα, Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ σοφοὶ σοφίας τέκνα, οὕτω καὶ ἄλλους υἱοὺς εἰρήνης προσηγόρευσεν, φάσκων τοῖς μαθηταῖς, Ἐὰν εἰσέλθητε εἰς πόλιν ἢ εἰς οἰκίαν, καὶ ᾖ ἐκεῖ υἱὸς εἰρήνης, ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἡ διδομένη τῇ πόλει ἢ τῇ οἰκίᾳ, ἐπαναπαύσεται ἐπὶ τὸν ὄντα ἐν αὐτῇ υἱὸν εἰρήνης.

Πάλιν ὁ αὐτὸς Σωτὴρ φησιν, Φρονιμώτεροί εἰσιν οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς, ἐν τῇ γενεᾷ τῇ ἑαυτῶν· υἱοὺς φωτὸς λέγων, τοὺς πεφωτισμένους τῇ γνώσει τῆς ἀληθείας καὶ τοῖς ἔργοις τῆς ἀρετῆς· πρὸς οὓς καὶ φῶς γεγεννημένους, διὰ τὸ τυγχάνειν φωτὸς υἱοὺς, λέγει, Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου· τοὺς δὲ ἀγαπήσαντας τὸ παρὸν ζῆν, καὶ πρὸς αὐτὸ πάντα ἃ ποιοῦσιν ἀναφέροντας, Υἱοὺς αἰῶνος τούτου ὠνόμασεν· ἀλλ' εἰ καὶ εἶπεν τούτους φρονιμωτέρους ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς, οὐ καθ' ἅπαξ αὐτοὺς εἶπεν φρονιμωτέρους, ἀλλ' ἐν τῇ ἑαυτῶν γενεᾷ, τουτέστιν ἐν τοῖς πράγμασιν τοῖς οἰκειωθεῖσιν τούτῳ τῷ αἰῶνι, Φονιμώτεροι τῶν τοῦ φωτὸς υἱῶν τυγχάνουσιν· σοφοὶ γάρ εἰσι

τῷ

Sæc. IV. Anno 380.

(a) Studiorum quibus homines se impendunt; *sic in Græco*: ὧν ποιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι. Basn.

(b) *Omisit periodum Turrianus; sic enim in Græcis*: ᾗ φησὶν ὁ Παῦλος, καὶ ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί· οὗτοι μεταβάλλειν δύναντες, ὡς μηκέτι εἶναι τέκνα φύσει ὀργῆς: quemadmodum ait Paulus, *Et eramus naturâ filii iræ, sicut & cæteri.* Hos mutari nihil vetat, ut non sint amplius naturâ filii iræ. Id.

(c) *Aliter paulò hæc verba Christi referuntur à D. Luca; sed leve est discrimen: quippe Didymus mentem Salvatoris aperit.* Id.

SÆC. IV. ANNO 380.

τοῦ κακοποιῆσαι· τὸ δὲ καλῶς ποιῆσαι, οὐ συνῆκαν· καὶ περὶ τοῦ Ἰούδα δὲ γέγραπται, ὡς εἴη υἱὸς ἀπωλείας· ὁ γὰρ Κύριος περὶ αὐτοῦ εἶπεν, Ὅτι οὐδεὶς ἀπώλετο ἐκ τῶν μαθητῶν μου, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας· ἀπωλείας δὲ υἱὸν αὐτὸν εἶπεν, τῷ τὰ τῆς ἀπωλείας πεπραχέναι· οὐ γὰρ ὅτε εἷς ἦν τῶν Ἀποστόλων, καὶ διηκόνει ἅμα ἐκείνοις τῷ Σωτῆρι, ἦν τοιοῦτος· ἀλλ' ὅτε προδότης γέγονε τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Διδασκάλου, ἀγαπήσας τὰ τῆς ἀπωλείας ἀργύρια. Καὶ ὅτι κατὰ φύσιν οὐκ ἦν κακὸς, ἅμα πᾶσι τοῖς μαθηταῖς ὢν ἤκουσεν, Ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων· εἰ δὲ λύκους τοὺς ἁμαρτάνοντας λέγει, πρόβατα δὲ τοὺς πρακτικοὺς τῆς ἀρετῆς, εἴπερ ὁ Ἰούδας φύσει κακὸς ἦν, οὐκ ἦν πρόβατον Χριστοῦ· ἐπεὶ μὴ πρακτικὸς τῆς ἀρετῆς ὁ κατὰ φύσιν κακός· ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ὁ Διάβολος κατὰ φύσιν κακὸς, ἀλλ' ἐκ τροπῆς τοῦ ἰδίου αὐτεξουσίου.

Ὥσπερ οὖν οὐ τῶν φαύλων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν σπουδαίων ἐπιτηδευμάτων καὶ πραγμάτων υἱοὶ καλοῦνται καὶ τέκνα, οἱ ἐπιτελοῦντες τῷ προειρημένῳ τρόπῳ· καθ' ὃν ἐλέγετο γεννήματα ποιοτήτων εἶναι τοὺς λαμβάνοντας ἀπ' αὐτῶν τὸ εἶναι, ὅπερ ἔχουσιν ἐκ τῆς ποιότητος· εἰκότως σὰρξ ἁμαρτίας, καὶ σῶμα ἁμαρτίας οὐ καθ' ἅπαξ λέγεταί τις, ἀλλὰ τῷ ὑπηρετεῖν τῇ ἁμαρτίᾳ· ὁ γὰρ ἄνθρωπος τῷ σώματι καὶ τῇ σαρκὶ εἰς λαγνείαν καὶ τὰς ἄλλας τοιαύτας ἐνεργείας καταχρώμενος, ποιεῖ τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἁμαρτίας σῶμα· καὶ τὴν σάρκα, σάρκα ἁμαρτίας· ὥσπερ ὁ σπουδαῖος διὰ σωφροσύνης καὶ τῆς ἑπομένης ἀρετῆς, τὸ σῶμα ἑαυτοῦ καὶ τὴν ψυχὴν ἁγιάζει· ἡ Παρθένος γοῦν ἁγία γίνεται σώματι καὶ πνεύματι, ὅ ἐστι ψυχὴ, ὡς γράφει Παῦλος, λέγων, Ὅτι τὴν Παρθένον δεῖ ἀπερίσπαστον εἶναι τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, ἵνα ᾖ ἁγία σώματι καὶ πνεύματι· ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἐπιστολῇ τῇ Κορινθίων γράφει· Δοξάσατε τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν· εἰ δὲ δοξάζεται ὁ Θεὸς ἐν τῷ σώματι τῶν ἀνθρώπων, οὐ δοξάζεται δὲ Θεὸς ἐν κακῷ, οὐ κακὸν τὸ σῶμα τῇ φύσει, κἂν κακὸν αὐτὸ ποιεῖ ὁ ἁμαρτωλὸς, ἁμαρτητικῶς αὐτῷ χρώμενος.

Καὶ μετ' ὀλίγον πάλιν, τοῖς αὐτοῖς προσφωνεῖ· Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ; εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός· ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινες ἐστὲ ὑμεῖς.

Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ πρὸς Θεσσαλονικέας ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος γράφει· ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς, καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διατηρηθείη· πῶς γὰρ ὁλοτελῶς ἁγιασθῆναι, καὶ ὁλόκληρον

SÆC. IV. ANNO 380.

dum: ut autem benè agerent, intelligere noluerunt; & de Juda scriptum est, quòd esset filius perditionis. Sic enim Dominus de eo dixit: *Nemo ex discipulis meis periit, nisi filius perditionis. Filium perditionis* vocavit, quia fecit, quæ digna interitu erant; non enim cùm erat unus ex Apostolis, & unà cum illis ministrabat Salvatori, talis erat; sed cùm factus est proditor Filii Dei, & Magistri, amans argentum perditionis. Et quia non erat naturâ malus (*a*), pariter cum aliis discipulis omnibus audivit: * *Ecce ego mitto vos tanquam oves in medio luporum.* Si lupos dicit eos qui peccant; oves verò eos, qui virtuti operam navant; Judas autem naturâ malus erat, non erat ovis Christi, quia non est aptus ad vacandum virtuti, qui naturâ malus est. Immò nec ipse diabolus secundum naturam malus est, sed ex mutatione liberæ voluntatis.

* Matth. X: 16.

Corpus peccati quomodo fiat.

Sicut igitur non solùm pravarum actionum & studiorum, sed honestorum filii vocantur, qui ea, ut diximus, exercent, sicut dicebantur fœtus qualitatum, qui ab eis accipiunt, ut tales sint, quales sunt, quod quidem ab ipsa qualitate proficiscitur: sic caro peccati, & corpus peccati non simpliciter dicitur, sed quia homo servit peccato. Homo enim corpore & carne ad libidinem & alias hujusmodi operationes abutens, *corpus suum* † *corpus peccati* facit; & carnem, carnem peccati. Sicut rursus studiosus & honestus per temperantiam & virtutem, quæ inde sequitur, corpus suum & animam sanctificat. Virgo itaque sancta efficitur corpore & spiritu, qui est anima, sicut Paulus scribit ‡, cùm ait: *Oportere virginem esse à rebus vitæ hujus expeditam & liberam, ut sit sancta corpore & spiritu.* Immò etiam in Epistola ad Corinthios scribit ⊥: *Glorificate Deum in corpore vestro.* Si autem glorificatur Deus in corpore hominum, & Deus non glorificatur in malo, non est igitur corpus naturâ malum: quamvis malum esse faciat peccator, cùm ipso utitur peccando.

† Rom. VIII: 3.

‡ 1 Cor. VII: 34.

⊥ 1 Cor. VI: 20.

Si corpus naturâ malum non recipit sanctificationem.

Et paulò pòst eosdem rursus alloquitur, inquiens, Ac nescitis, quòd corpora vestra templum sunt Spiritus Sancti, quem à Deo habetis? * *Si quis templum Dei violaverit, disperdet eum Deus.* † *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.*

* 1 Cor. VI: 19.

† 1 Cor. III: 17.

Et in Epistola ad Thessalonicenses scribit idem Apostolus ‡: *Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur.* Quomodo autem potest quis per omnia sanctificari, & corpus

‡ 1 Thessal. V: 23.

(a) *Nimis ille tribuit naturæ viribus, cùm nos naturâ malos esse negat: quippe* homines naturâ filios iræ *appellat ipse Paulus. Sed ea fuit Origenis sententia, quam discipulus sibi propriam fecit.* BASN.

corpus suum habere integrum, cùm corpus non sit aptum ut sanctificetur, si malum est. Si enim naturâ malum est, non potest recipere sanctificationem. Si verò recipit, liquet non esse naturâ malum, cùm bonitatem recipiat. Quod enim naturâ malum est, non potest capere bonum; sicut rursus quod naturâ bonum, non potest capere malum.

In altera Epistola scribit idem Apostolus ad quosdam: * *Emundemus nosmetipsos ab omni inquinamento carnis & spiritûs, perficientes sanctificationem in timore Dei.* Hac voce *emundemus* declaravit, esse carnem aptam natam, ut repurgetur à contaminationibus, quæ ex peccato ad eam accedunt; similiter in spiritu & anima. Quod si caro secundum substantiam esset mala, & spiritus secundum substantiam esset bonus, neque spiritus inquinaretur, neque ab inquinatione mundaretur. Præcipit autem utrumque ab inquinatione mundare, exprimens etiam modum mundationis, *perficientes enim*, inquit, *sanctificationem in timore Dei* †. Illud verò etiam rectè, quod ait, *in timore Dei*, ut doceat, habere homines è se, ut obediant, non autem ex necessitate. Quòd si perficientes sanctificationem in timore Dei carnem nostram & spiritum ab inquinatione mundamus, perspicuum est fieri hoc accessione sanctitatis: sicut enim ab ignorantia & injustitia anima repurgatur, cùm scientia & justitia adest; fuga enim vitii aditum virtutis efficit; sic adveniente sancticatione, caro & spiritus ab inquinamento mundantur. Spiritus autem in his animam significat. Sicut in Actis etiam Apostolorum Stephanus, cùm lapidabatur & erat propè moriens, preces Deo adhibens, *Domine Jesu*, inquit ‡, *accipe spiritum meum*, nihil aliud hic dixit spiritum suum quàm animam suam.

* 2 Cor. VII: 1.

† Ibid.

Corpus potest sanctificari.

‡ Act. VII: 59.

Si igitur caro & corpus quandoque peccati, aliquando sanctificationis dicitur, & ad glorificandum Deum adhibetur, nihil horum naturâ malum vel bonum est; sed potius utrumque libera voluntatis potestate recipere potest, & usus ejus, qui carnem & animam habet, facit, ut nunc sit caro peccati, nunc caro sanctificationis. Quòd si ita putant, qui non intelligunt quod scriptum est, unde proferunt, esse carnem peccati, nos tamen id ipsum integrè recitantes, sententiam perspicuam reddemus. Sic enim habet:

Deus Filium suum mittens in similitudine carnis peccati, de peccato peccatum damnavit in carne ‡: hujusmodi est, quod dicit: Caro omnium hominum ex conjunctione viri & fœminæ existit, exceptâ carne primi parentis, & eâ, quam Christus assumpsit: non enim aliter corpus hominis fit, nisi corpora

Christus cur ex Virgine natus?

‡ Rom. VIII: 3.

ἔχειν τις τὸ σῶμα ἑαυτοῦ δύναται, εἰ τὸ σῶμα μὴ πέφυκεν, κακὸν ὂν, ἁγιάζεσθαι· εἰ γὰρ κακὸν τῇ φύσει τοῦτο οὐ δεκτικὸν ἁγιασμοῦ· εἰ δὲ δέχεται τὸ ἀγαθὸν, δῆλον ὅτι οὐ φύσει κακὸν, δεκτικὸν ὂν ἀγαθοῦ· τὸ γὰρ τῇ φύσει κακὸν, ἀνεπίδεκτον ἀγαθοῦ· ὥσπερ τὸ φύσει ἀγαθὸν, ἀνεπίδεκτον κακοῦ.

Γράφει ἐν ἑτέρᾳ Ἐπιστολῇ ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος πρός τινας· Καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ· δεικνὺς καὶ διὰ ταύτης τῆς λέξεως, ὡς πέφυκεν καὶ ἡ σὰρξ καθαίρεσθαι τῶν προσαπτομένων αὐτῇ ἐξ ἁμαρτίας μολυσμῶν· ἀλλὰ καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ψυχή· εἰ δὲ ἡ σὰρξ κατ᾽ οὐσίαν ἦν κακὸν, καὶ τὸ πνεῦμα κατ᾽ οὐσίαν ἀγαθὸν, οὐδ᾽ ἂν τὸ πνεῦμα μολυσμὸν εἶχεν, οὔτε μὴν ἡ σὰρξ ἀπὸ μολυσμοῦ ἐκαθαίρετο· προστάττει δὲ ἑκάτερα καθᾶραι ἀπὸ μολυσμοῦ, λέγων καὶ τὸν τρόπον τῆς καθάρσεως· Ἐπιτελοῦντες γάρ φησιν, ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ· εὖ δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν· Ἐν φόβῳ Θεοῦ, δεικνὺς τὸ ὑπήκοον ἔχειν ἐξ αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης· εἰ δὲ ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ καθαίρομεν τὴν ἑαυτῶν σάρκα ἀπὸ μολυσμοῦ καὶ τὸ πνεῦμα, δῆλον ὅτι ἐγγινομένης ἐν ἡμῖν τῆς ἁγιωσύνης τοῦτο γίνεται· ὥσπερ γὰρ καθαίρεται ἀγνοίας ψυχὴ καὶ ἀδικημάτων παρουσίᾳ ἐπιστήμης καὶ δικαιοσύνης, ἡ γὰρ ἀποφυγὴ τῆς κακίας, ἀρετῆς εἴσοδον ἐργάζεται ἐκ τοῦ ἐναντίου· οὕτως παρουσίᾳ ἁγιασμοῦ καθαίρεται ἡ σὰρξ μολυσμοῦ καὶ τὸ πνεῦμα· πνεῦμα δὲ ἐν τούτοις τὴν ψυχὴν λέγει, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς Πράξεσιν τῶν Ἀποστόλων Στέφανος ὁ Ἀπόστολος καταλιθοβολούμενος, καὶ μέλλων ἀποθνήσκειν εἶπεν εὐχόμενος, Κύριε Ἰησοῦ δέξαι τὸ πνεῦμά μου· οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι ἐν τούτοις ἔλεγε τὸ πνεῦμα ἑαυτοῦ, ἢ τὴν ψυχήν.

Εἰ οὖν διὰ πλειόνων ἡ σὰρξ καὶ τὸ σῶμα ὁτὲ μὲν ἁμαρτίας, ὁτὲ δὲ ἁγιασμοῦ· καὶ πρὸς τὸ δοξάζειν τὸν Θεὸν ἔχοντα λέγεται, οὐδὲν τούτων φύσει κακὸν ἢ ἀγαθόν ἐστιν· ἀλλ᾽ αὐτεξουσίως ἑκατέρων δεκτικόν· ἡ παρὰ τὴν χρῆσιν τοῦ ἔχοντος ἀνὰ μέρος δέχεται, ὁτὲ μὲν ἁμαρτίας εἶναι, ὁτὲ δὲ ἁγιασμοῦ; εἰ δὲ καὶ τὸ ῥητὸν ἀγνοοῦντες, ἀφ᾽ οὗ προφέρουσιν ἁμαρτίας εἶναι τὴν σάρκα, τοῦτο νομίζουσιν, ἀλλ᾽ ἡμεῖς ὅλον αὐτὸ θέμενοι, τὴν διάνοιαν φανερὰν ποιήσομεν· ἔχει δὲ οὕτως.

Ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν ἑαυτοῦ πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, περὶ ἁμαρτίας κατέκρινεν τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί, ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ἡ πάντων ἀνθρώπων σὰρξ, ἐκ συνδυασμοῦ ἔχει τὸ εἶναι, δίχα τοῦ Πρωτοπλάστου, καὶ οὗ ἀνέλαβεν ὁ Σωτήρ· οὐκ ἂν γὰρ ἄλλως σῶμα ἀνθρώπου γένοιτο, μὴ ἐπιπλακέντος τῷ

θήλει

Sæc. IV. Anno 380.

θήλει τοῦ ἄῤῥενος· ἐπεὶ οὖν ὁ Σωτὴρ ἐκ μόνης τῆς παρθένου ἔλαβε σῶμα, τὴν ἀρχὴν οὐκ ἔχον ἐκ συνουσίας, ὁμοίωμα τὴν σάρκα τὴν Κυριακὴν εἶπε τῆς σαρκὸς τῆς ἐκ συνουσίας. οὐ γὰρ καθ' ἅπαξ εἶπεν, Ὁμοίωμα σαρκὸς αὐτὸν ἔχειν, ἀλλ' ὁμοίωμα σαρκὸς ἁμαρτίας. τὸ δὲ ὁμοίωμα τῆς σαρκὸς ἁμαρτίας, σάρξ ἐστιν, μόνῳ τούτῳ λειπομένη τῶν ἄλλων σαρκῶν, τὸ ἄνευ ἀνδρὸς ἐσχηκέναι τὴν ὕπαρξιν. ἔδει γὰρ τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐρχόμενον, μὴ ἐκ συνδυασμοῦ σῶμα λαβεῖν, μήδ' αὖ ἔξωθεν τῆς τῶν ἀνθρώπων διαδοχῆς, ὥσπερ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ἵνα μὴ ἑτερογενὲς αὐτοῦ νομισθῇ τὸ σῶμα. εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς γῆς ἐπέπλαστο, ὡς ὁ ἀρχηγὸς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ὑπόνοιαν ἐλάμβανον οἱ διὰ φαντασίας τὴν δόκησιν εἰσάγοντες, μήπη ἄρα οὐ κατ' ἀλήθειαν ἔφερεν ἀνθρώπου σῶμα.

Πάλιν, εἰ ἐκ συνδυασμοῦ ἀνειλήφει σῶμα, οὐκ ἔχων τὸ παρηλλαγμένον, ἐνομίσθη ἂν καὶ αὐτὸς ὑπεύθυνος εἶναι ἐκείνῃ τῇ ἁμαρτίᾳ, ἧπερ καὶ οἱ ἐκ τοῦ Ἀδὰμ πάντες κατὰ διαδοχὴν ὑπῆρχον. εἰ δὲ λέγοιεν, Εἰ σὰρξ ἁμαρτίας ἐστὶν, ἡ ἐκ συνουσίας ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς τεχθεῖσα, κακὸς ὁ γάμος· ἀκουέτωσαν, Ὅτι πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας, τοῦ ἄραντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, εἰ πάντες οἱ ἄνθρωποι ὥσπερ τὰ ἄλλα μετὰ κακίας ἔπραττον, οὕτω καὶ τὸν γάμον ἁμαρτητικῶς εἶχον. δι' ὃ τὰ ἐκ τοῦ γάμου γεννώμενα σώματα νοητέον. καὶ οὕτως ἐπεὶ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἡ σύνοδος γέγονεν τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας, διὰ τοῦτο σὰρξ ἁμαρτίας εἴρηται. ἄφθαρτος γὰρ ὢν πρὸ τῆς παραβάσεως, φθαρτὸς γεγένηται παραβάς· καὶ οὕτως ἡ διαδοχὴ τὸ φθαρτὸν ἔχει. ὁμοίωμα οὖν τῆς σαρκὸς ταύτης εἶχεν ὁ Σωτὴρ, εἰ καὶ μὴ εἶδεν ἡ σὰρξ αὐτοῦ διαφθοράν. ἀλλ' ἐπιδημήσαντος τοῦ Σωτῆρος, ὡς ἀπὸ τῶν ἄλλων πραγμάτων ἀφαίρεσις ἁμαρτίας γέγονεν, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ γάμου. νῦν γοῦν οἱ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον βιοῦντες ἔχειν δύνανται τίμιον γάμον καὶ κοίτην ἀμίαντον, ὡς γράφει Παῦλος τοῖς πιστοῖς, Τίμιος ὁ γάμος καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός. διαστέλλων γὰρ τὸν τίμιον γάμον καὶ τοὺς χρωμένους αὐτῷ ἀπὸ πόρνων καὶ μοιχῶν, οὐ πορνείαν, οὐ δὲ μοιχείαν τοῦτον βούλεται εἶναι. ὅθεν οὐδὲ ἁμαρτία ὁ γάμος.

Καὶ ἑτέρως δὲ φυσικώτερον λεχθήσεται. Ἡ παρθενία θεῖόν τι χρῆμα τυγχάνει, καὶ ὡς ἐν ἀρεταῖς ὑπάρχει· εἴ τις οὖν

maris & fœminæ misceantur. Igitur quia Salvator ex sola Virgine corpus assumpsit, quod non duxit principium ex coïtu, idcircò carnem Domini similitudinem carnis, quæ ex coïtu existit, vocavit; non enim simpliciter dixit, habere eam similitudinem carnis, sed similitudinem carnis peccati. Similitudo autem carnis peccati caro est, hoc solum ei ex aliis carnibus defuit, quod exstitit sine viri semine: oportebat enim, ut qui ad salutem hominum veniebat, non acciperet corpus ex (*a*) conjunctione viri; neque rursus extra successionem hominum, sicut primus homo, ne corpus ejus alterius generis esse putaretur. Etenim si ipse etiam ex terra formatus fuisset, sicut fuit princeps generis humani, suspicionem cepissent, qui apparitionem per fictionem introducunt, non gestasse re & veritate corpus hominis.

An nuptiæ malæ.

Rursus, si corpus ex conjunctione sumpsisset nullâ differentiâ, existimatus utique esset obnoxius esse illi peccato, cui per successionem erant omnes ex Adam profecti & orti. Si verò dixerint, *si caro peccati est*, quæ ex conjunctione viri & fæminæ nata est, malæ sunt nuptiæ: audiant isti, quod ante adventum Salvatoris, qui abstulit peccatum mundi, si omnes homines, sicut alia cum peccato agebant, sic etiam (*b*) nuptias cum peccato habebant. Vide similiter de corporibus ex connubio natis, intelligendum est, quia post peccatum facta fuit conjunctio Adæ cum Eva; idcircò dicta est caro peccati. Qui enim erat ante peccatum immortalis, factus est per peccatum mortalis: atque ita successio mortalitatem habet. Similitudinem igitur hujus carnis habebat Christus, tametsi caro ejus non vidit corruptionem: veruntamen per adventum Christi, sicut ab aliis rebus ablatum est peccatum, sic etiam à nuptiis. Itaque nunc, qui secundùm Euangelium vivunt, habere possunt honorabiles nuptias, & torum immaculatum, sicut Paulus scribit * fidelibus, *Honorabiles nuptiæ, & torus immaculatus: fornicatores autem & adulteros judicabit Deus;* distinguens enim nuptias honoratas, & eos qui eis utuntur, à scortatoribus & adulteris, non scortationem, nec adulterium vult esse nuptias: ex quo fit, ut neque peccatum sit conjugium.

* *Heb. XIII: 4.*

Virginitatis encomium.

Aliter etiam dici potest magis physicè, Divina quædam res est virginitas, & tanquam in virtutibus (*c*) existit. Si quis igitur

(a) *Vult probare, Christum non debuisse corpus accipere ex copula sive legibus matrimonii, quod* συνδυασμὸς *indicat.* Basn.

(b) *Alia cum peccato agebant, id est, nondum peccato per Christum Redemptorem ablato, similiter nuptias cum peccato habebant; etsi etiam homines ante Christum & agere, & nuptias sine peccato habere poterant, & justi reipsâ quoque habebant, sed beneficio Christi venturi.* Turrianus.

(c) Καὶ ὡς ἐν ἀρεταῖς ὑπάρχει, & potest inter virtutes recenseri. *Aliter Combefis*, in virtutum censu splendida. Basn.

Sæc. IV. Anno 380.

tur nuptias cum virginitate conferens, ipsas dicat peccatum esse, non absolutè sunt peccatum; malum enim non comparatione boni malum est, siquidem per se tale est. Si quando igitur aliquid malum dicatur cum bono collatum, ipsum etiam sic collatum, minus bonum fuerit infra bonum antelatum. Qui igitur ad Euangelium accedunt, ad id inprimis ac præcipuè accedunt, ut Deum colant, & secundùm Deum sapientes evadant, hos sequitur oppugnari ab aliquibus; siquidem oportet firmè Christianam Religionem suscipere. Comparatur autem firmitas exercitatione contra tentationes susceptâ, unde necesse est eos subire certamina: & sicut qui præmia in certaminibus proponunt, si quod ratio postulat, curant, non fortuitò hunc pugilem cum illo committunt & conserunt, sed proportione virium cujusque valdè diligenter animadversâ & consideratâ; sic nostri certaminis & præmii judex, non omnes cum eisdem adversariis copulat, sed potius pro ætate & viribus cujusque adversarium exhibet. Corinthiis igitur, cùm essent pueri, scribit Paulus, adhuc teneri eos passionibus carnis. *Tentatio*, inquit *, *vos non apprehendit, nisi humana;* horum enim tentationes & certamina ad res humanas referuntur: de se autem, & de similibus, & æqualibus, & æquè robustis scribit †, *Non est nobis colluctatio adversus sanguinem & carnem, sed adversus Principes, & Potestates, & Rectores mundi tenebrarum harum:* quæ perinde sunt, ut si diceret, Vobis, qui altius ascendistis, non est pugna adversus carnem & sanguinem, id est, adversus humana, sed adversus superiores ordines adversariorum. Hi autem sunt species rationalium (a) pravorum, qui voluntate tales evaserunt. Nemo verò existimet, cùm diximus species rationalium pravorum, substantiam pravam nos dicere. Sunt enim species & genera, etiam eorum, quæ voluntate fiunt. Dicimus igitur esse species honesti, justum, temperantem, prudentem, fortem: quia enim virtus, quæ genus est, in species distribuitur, justitiam, temperantiam, & reliquas; necesse est, qui genus participat, id est, honestus, genus sit eorum qui participant species virtutum. Similiter cùm scientia genus sit Grammaticæ, Musicæ & aliarum, quæ nominantur à genere scientiæ, necesse est, scientem genus esse, quod species, quæ à scientia nominantur, continet. Cùm igitur species pravorum rationalium dicimus, omnes, qui subter has species referuntur, voluntate pravos esse dicimus: ita fit, ut nomi-

* 1 Cor. X. 13.

† Ephes. VI. 12.

Voluntates non sunt substantiæ malæ.

συγκρίνων ταύτῃ τὸν γάμον, λέγοι αὐτὸν ἁμαρτίαν εἶναι, οὐκ ἀπολελυμένως ἁμαρτία ἐστίν· τὸ γὰρ κακὸν οὐ συγκρίσει τοῦ ἀγαθοῦ κακόν ἐστι, καθ' ἑαυτὸ ὂν τοιοῦτο· εἴ ποτε γοῦν ὡς πρὸς ἀγαθὸν λέγοιτό τι κακὸν, καὶ αὐτὸ ἀγαθὸν εἴη ὑποδεέστερον τοῦ προκρινομένου αὐτοῦ ἀγαθοῦ· οἱ τοίνυν τῷ Εὐαγγελίῳ προσερχόμενοι, προηγουμένως προσέρχονται αὐτῷ ἐπὶ τῷ θεοσεβεῖν, καὶ κατὰ Θεὸν γενέσθαι σοφοί· οὗτοι ἑπομένως ἔχουσι τὸ πολεμεῖσθαι ὑπό τινων, καὶ γὰρ δεῖ τούτους βεβαίως ἀναλαβεῖν τὸν χριστιανισμόν· προσγίνεται δὲ ἡ βεβαιότης ἐκ τῆς κατὰ τοὺς πειρασμοὺς γυμνασίας· ὅθεν ἀνάγκη ἀγῶνας αὐτοὺς ὑπομένειν, καὶ ὥσπερ οἱ ἀγωνοθετοῦντες, εἰ τοῦ εὐλόγου φροντίζοιεν, οὐχ ὡς ἔτυχεν τὸν δε μετὰ τοῦ δε συμβάλλουσιν ἀθλητὴν, ἀλλὰ σὺν ἀκριβείᾳ πολλῇ εἰς τὴν ἀναλογίαν τῆς ἑκάστου δυνάμεως σκοποῦντες· οὕτως καὶ ὁ ἡμέτερος ἀθλοθέτης Χριστὸς, οὐ πάντας τοῖς αὐτοῖς ἀνταγωνισταῖς συζεύγνυσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν δύναμιν ἑκάστου τὸν ἀντίπαλον δίδωσιν. Κορινθίοις γοῦν νηπίοις οὖσιν ἔτι, τῶν παθημάτων τῆς σαρκὸς περιέχεσθαι Παῦλος γράφει· Πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν, εἰ μὴ ἀνθρώπινος· οἱ γὰρ πειρασμοὶ τούτων καὶ οἱ ἀγῶνες πρὸς τὰ ἀνθρώπινα πράγματα τὴν ἀναφορὰν ἔχουσι· περὶ ἑαυτοῦ δὲ καὶ τῶν παραπλησίων, ἰσορρόπων τε καὶ ἰσοσθενῶν, γράφων φησὶν, Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς Ἀρχὰς καὶ τὰς Ἐξουσίας, καὶ τοὺς Κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου· μονονουχὶ τοῦτο λέγων, Ἡμῖν τοῖς ὑπεραναβεβηκόσιν, οὐκέτι πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, τοῦτ' ἔστιν ἀνθρώπινα, ἡ πάλη, ἀλλὰ πρὸς τὰ ὑπεραναβεβηκότα τάγματα τῶν ἀντιπάλων· εἰσὶν δὲ ταῦτα εἴδη λογικῶν, πονηρῶν γενομένων προαιρετικῶς· μηδεὶς δὲ ὑπολάβῃ, ὅτι εἴδη λογικῶν πονηρῶν εἰρηκότες, οὐσίαν πονηρὰν λέγομεν· ἔστιν γὰρ εἴδη καὶ γένη καὶ τῶν προαιρετικῶν ὑπαρχόντων· λέγομεν γοῦν εἴδη σπουδαίου εἶναι, δίκαιον, σώφρονα, φρόνιμον· ἐπεὶ γὰρ ἡ ἀρετὴ γένος, εἰς εἴδη μεριζομένη, εἰς δικαιοσύνην, σωφροσύνην καὶ τὰ λοιπὰ, ἀνάγκη τὸν τοῦ γένους μετέχοντα, σπουδαῖον ὄντα, ὡσανεὶ γένος εἶναι τῶν μετεχόντων τῶν κατ' εἶδος ἀρετῶν· ὡσαύτως καὶ τῆς ἐπιστήμης γένους οὔσης, γραμματικῆς, μουσικῆς καὶ τῶν λοιπῶν, τὸν παρονομαζόμενον ἀπὸ τοῦ γένους ἐπιστήμονα, γένος εἶναι τῶν παρονομαζομένων ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης εἰδῶν φαμέν· κἂν τοίνυν πονηρῶν λογικῶν εἴδη λέγομεν, προαιρετικῶς πάντας τοὺς ὑπὸ τὰ εἴδη ταῦτα λέγομεν εἶναι τοιούτους· ἀμέλει γοῦν τὰ ὀνόματα τὰ προαι-

Sæc. IV. Anno 380.

(a) *Turrianum, qui hic obscurus est, emendavit Combefis: sic reddens:* sunt verò hi animorum species, qui voluntatis arbitrio pravi evaserunt. Basn.

Sæc. IV. Anno 380.

προειρημένα πονηρά, οὐκ οὐσιῶν, ἀλλὰ προαιρετικῶν ἐστιν ἐμφανιστικά· τὸ γὰρ διάβολος ὄνομα, οὐκ οὐσίαν, ἀλλὰ προαίρεσιν δηλοῖ· αὐτίκα γοῦν καὶ τὸν Ἰούδαν ἄνθρωπον ὄντα διάβολον ὁ Κύριος, οὐ διὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν προαίρεσιν ὠνόμασεν, λέγων πρὸς πάντας ἅμα τοὺς Μαθητὰς, συναριθμῶν καὶ τὸν Ἰούδαν ἐν αὐτοῖς, Οὐχὶ τοὺς δώδεκα ὑμᾶς ἐξελεξάμην, καὶ εἷς ἐξ ὑμῶν διάβολός ἐστιν; ᾧ ἐπιφέρει συγγραφεύς. Τοῦτο δὲ εἶπεν περὶ Ἰούδα, τοῦ μέλλοντος προδιδόναι αὐτόν· εἰ γὰρ διὰ τὴν μέλλουσαν προδοσίαν διάβολος εἴρηται, οὐ τότε διάβολος ἦν, ὅτε ἅμα πᾶσιν ἐκλογῆς ἔτυχεν· ἐκλεκτὸς μὲν γὰρ ἅμα πᾶσιν γέγονεν, διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ τότε ἀρετήν· διάβολος δὲ τότε ἐχρημάτισεν, ὅτε τὰ τῆς προδοσίας εἰργάσατο· εἰ τοίνυν ἐπὶ τοῦ Ἰούδα τὸ διάβολος ὄνομα πράξεως προαιρετικῆς δηλωτικόν ἐστιν, οὕτως κἂν ἐπ' ἄλλου τινὸς ἡ φωνὴ λέγοιτο, προαιρετικόν τι σημαίνει· οἶδεν δὲ καὶ ἡ συνήθεια τὴν χρῆσιν τοῦ ὀνόματος τούτου· διαβόλους γοῦν καλοῦμεν τοὺς κατηγοροῦντας τοὺς δὲ τοῖς δε, κἀκείνους τούτοις· ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ διάβολος Θεὸν ἀνθρώποις διαβάλλει, καὶ ἀνθρώπους Θεῷ, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀνθρώπους ἀλλήλοις, ταύτης ἔτυχεν τῆς ὀνομασίας· εἰ δὲ καὶ τὸ σατανᾶς ὄνομα κατηγοροῖτο αὐτοῦ τοῦ διαβόλου, ἴστωσαν ὅτι καὶ αὐτὸ τοῦτο προαιρετικοῦ τινὸς ἐστὶ δηλωτικόν· Ἑβραϊκὴ γὰρ οὖσα ἡ φωνὴ, οὐχ ἕτερόν τι σημαίνει καθ' Ἑλλάδα φωνὴν, ἢ τὸ ἀντικείμενον· τὸ δὲ ἀντικείμενον ἐπ' ἀνθρώπου λαμβανόμενον, ἴσον ἐστὶ τῷ ἐχθρὸς βλαβερός. ὡς οὖν ὁ ἐχθρὸς προαιρέσει ἐστὶ τοιοῦτος, οὕτως καὶ ὁ ἀντικείμενος· ὥσπερ καὶ τὰ τούτων ἐναντία· τὸ γὰρ φίλος καὶ εὐνοῶν καὶ ὁμονοῶν καὶ ὁμοφρονῶν, ὀνόματα προαιρέσεών ἐστι δηλωτικά· λέγεται γὰρ αὐτὸς οὗτος φίλος καὶ εὐνοῶν, ὥσπερ διάβολος καὶ σατανᾶς καὶ πονηρός· ὡς ἐν Εὐαγγελίῳ ὁ Σωτὴρ πρὸς ἑτέροις καὶ τοῦτο λέγειν διδάσκει ἐν τῇ εὐχῇ τοὺς μαθητὰς, Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· καὶ γὰρ καὶ τὸ τοῦ πονηροῦ ὄνομα προαιρέσεως ἐστὶ δηλωτικόν.

Εἰ τοίνυν διὰ πάντων ὧν σημαίνει ὁ ἀρχέκακος καὶ πρῶτος ἀποστάτης τῆς ἀρετῆς προαιρετικῶς ἐστὶ τοιοῦτος, οὐ δύναται καθ' οὐσίαν εἶναι κακός· εἰ δὲ λέγοιεν τοῦτο, ὅτι τῇ οὐσίᾳ κακὸς ἂν ἔτυχεν, καὶ τὰ προαιρετικὰ, δι' ἃ οὕτως ὠνόμασται· ἴστωσαν, ὅτι ἐν τοῖς οὐσιώδεσιν, οὐ παραλαμβάνεται προαίρεσις· οὐδεὶς γὰρ λέγει προαιρετικῶς ζῶον εἶναι ἢ λίθον· ταῦτα γὰρ οὐσιώδη· ὅθεν οὐ δὲ προαιρετικόν τι· ἐν ἐκείνοις γὰρ τὰ προαιρετικὰ, ἐν οἷς καὶ ἡ προαίρεσις.

Sæc. IV. Anno 380.

na prava, quæ diximus, non ſubſtantias declarent, ſed voluntates: Diaboli enim nomen non ſubſtantiam, ſed voluntatem declarat. Ac Judam quidem, cùm homo alioqui eſſet, Diabolum Dominus nominavit non propter ſubſtantiam, ſed propter voluntatem, cùm numerans Judam in diſcipulis, dixit eis, * *Nonne duodecim vos elegi, & unus ex vobis Diabolus eſt?* Et ſubjungit Euangeliſta, † *Hoc autem dixit de Juda, qui eum proditurus erat.* Si enim propter futuram proditionem Diabolus vocatus eſt, non jam tunc *Diabolus erat*, quando cum omnibus electus eſt; electus enim cum omnibus eſt propter virtutem, quæ tunc in eo erat; tunc autem appellatus eſt Diabolus, quando quæ ad proditionem ſpectabant, operabatur. Si ergò in Juda nomen Diaboli actionem ex voluntate declarat, ſimiliter etſi de alio quopiam dicatur, aliquid voluntatis ſignificat: novit autem conſuetudo uſum nominis hujus. Diabolos itaque vocamus eos, qui accuſant, hi illos, & illi hos: unde quia Diabolus Deum accuſat apud homines, & homines apud Deum, & homines apud eos ipſos inter ſe, hoc nomen ſortitus eſt. Quòd ſi nomen Satanæ etiam de ipſo Diabolo dicitur, ſciant, hoc ipſum nomen aliquid etiam voluntatis declarare, vox enim Hebraica *Sathanas* nihil aliud ſignificat, quàm ἀντικείμενον Græcè, id eſt, *adverſarium.* Adverſarius autem ſi de homine accipiatur, idem eſt, quod inimicus nocens. Sicut igitur inimicus voluntate eſt inimicus; ſic etiam adverſarius; ſicut etiam horum contraria. Amicus enim, & benevolus, & concors, & idem ſentiens, nomina ſunt, quæ voluntatem declarant: dicitur enim hic amicus, & benevolus, ſicut dicitur Diabolus, & Sathanas, & malus. Sicut Salvator in Euangelio præter alia, hoc etiam docuit diſcipulos precari ‡, *Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo:* etenim & nomen mali voluntatem declarat.

Si igitur in omnibus nominibus, quibus ſignificatur princeps malorum, & primus, qui à virtute defecit, voluntate talis eſt, non poteſt ſecundùm ſubſtantiam eſſe malus. Quòd ſi dixerint, cùm eſſet ſubſtantiâ ac naturâ malus, voluntate etiam habuiſſe illa ipſa, quibus ſic nominatus eſt; ſciant iſti, quòd in iis, quæ ad ſubſtantiam pertinent, non aſſumitur voluntas (a): nullus enim dicit, voluntate eſſe animal, aut lapidem; hæc enim οὐσιώδη ſunt, id eſt, ad ſubſtantiam pertinentia. Quare nihil hîc voluntatis eſt; in illis enim ſunt ea, quæ ad voluntatem ſpectant, in quibus eſt voluntas (b).

* Joan. VI. 70.

† Ibid. verſ. 71.

Diabolus accuſator.

‡ Matth. VI. 13.

Voluntate malus eſt Diabolus.

Sed

(a) *Illud quod eſt liberæ voluntatis*, κατὰ προαιρετικά. Basn.
(b) *Sicut ad ſubſtantiam pertinent ea, in quibus ſubſtantia eſt, ſic ad voluntatem ea, in quibus voluntas.* Turrianus.

Sæc. IV. Anno 380.

Sed fortasse dicent, cur eum, qui futurus erat perniciosus & pestifer, bonus Deus produxit? Sciant qui hoc dicunt, non solùm nobis repugnare, sed omnibus, qui providentiam Dei ponunt. Multi enim alii, qui providentiam ponunt, omnes animantes rationis participes ex Deo esse dicunt, in quibus vitium oritur. Si igitur hæc de Diabolo dicunt, de omnibus etiam ratione præditis coguntur hoc dicere. Nos tamen, qui istos non sequimur, dicimus, non esse auctorem vitii, qui eum fecit, qui potest suâ propensione ac nutu ad vitium venire. Animal enim rationis particeps fecit Deus, quod volebat, ut voluntate suâ bonum esset, liberâ alioqui potestate præditum, quâ posset in utramque partem flecti: volebat enim ut homo esset bonus, eligendo sponte bonum; nemo enim invitus potest esse bonus, quin potius omnes boni volentes sunt boni. Quare oportebat, ut qui voluntate suâ futurus esset bonus, potestatem haberet, quâ idoneus & aptus esset ad capiendum, quod bonum & honestum esset. Consentaneum verò erat, ut quod bonum capere poterat, posset item malum. Sic fabricato rationis participe, ut ad capiendam virtutem & vitium vim insitam haberet, datum est mandatum, ut virtutem haberet actu; vitium verò non actu, sed solâ aptitudine. Lex enim Creatoris hortatur, & roborat atque adjuvat ad virtutem, dehortans naturam à vitio. Quamvis igitur insit potestas in compote rationis ad capiendum vitium, non propter potestatem est malus iste: utrorumque enim, virtutis scilicet & vitii, sunt potestates & electiones: eligimus enim habere potestatem virtutis, ut eam actu capere possimus; eligimus etiam habere potestatem vitii: tunc enim habemus eam, cùm actu virtutem habemus. Neque nostra solùm est hæc opinio, sed omnium, qui rectè de animalibus ratione præditis philosophati sunt.

Cur Deus Diabolum fecit?

Liber creatus est Diabolus.

Licet igitur substantiam, quæ Diabolus nominatur, Deus fecit, non tamen fecit, ut esset Diabolus, sed ut virtutem suscipere posset, ut eam haberet; & vitium item suscipere, ut ab eo abstineret. Etenim quia non potest virtus cum vitio simul arripi, est autem amica Deo virtus, utriusque potestatem immisit utenti ratione, ut potestatem quidem virtutis ad suscipiendum actum illius participaremus; potestatem verò vitii ad abstinendum à fine potestatis, qui est actus. Quare omnis particeps rationis factus est, ut esset probus, & non pravus. Si quis igitur ratione utentium, viâ auctori, & gubernatori contrariâ ingressus est, non est culpa Fabricatoris & Legislatoris, sed eorum, qui contra leges sancitas, & earum providentiam vires intenderunt.

Deus non est autor peccati.

Ἀλλ' ἴσως ἐροῦσιν, Διὰ τί τὸν οὕτω μέλλοντα ἔσεσθαι βλαβερὸν ἢ λυμεῶνα εἰς τὸ εἶναι ἤγαγεν ὁ ἀγαθὸς Θεός· ἴστωσαν δὲ τοῦτο λέγοντες, ὅτι οὐχ ἡμῖν μόνοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς τιθεμένοις πρόνοιαν ἀντιπίπτουσιν· πολλοὶ γὰρ καὶ ἄλλοι τιθέμενοι πρόνοιαν, ἐκ Θεοῦ λέγουσιν εἶναι πάντα τὰ λογικὰ ζῶα, ἐν οἷς φύεται καὶ ἡ κακία· εἰ οὖν περὶ τοῦ Διαβόλου ταῦτα λέγουσιν, καὶ περὶ πάντων τῶν λογικῶν ἀναγκάζονται εἰπεῖν τοῦτο· ὅμως δὲ ἡμεῖς οὐκ ἐκείνους μιμούμενοι, φαμὲν, Οὐ κακίας αἴτιος ὁ ποιήσας τὸ δυνάμενον ἐξ ἰδίας ῥοπῆς εἰς κακίαν ἐλθεῖν· λογικὸν γὰρ κατεσκεύασεν ζῶον, ὃ ἐβούλετο εἶναι ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως ἀγαθὸν, ἔχον εἰς ἑκάτερα ῥέπειν τὸ αὐτεξούσιον· ἀγαθὸν γὰρ αὐτὸν ἐβούλετο εἶναι, ἑκουσίως αἱρούμενον τὸ ἀγαθόν· οὐδ' εἷς γὰρ γυμνῶν ἄκων ἀγαθὸς εἶναι δύναται· ἀλλὰ πάντες οἱ ὄντες ἀγαθοὶ, ἑκουσίως εἰσὶν τοιοῦτοι· ἔδει τοίνυν τὸν προαιρέσει τῇ ἑαυτοῦ ἀγαθὸν ἐσόμενον, δύναμιν ἔχειν τὴν αὐτὴν τῇ ἐπιτηδειότητι πρὸς ἀνάληψιν τοῦ ἀγαθοῦ· εἰκὸς δὲ τὸ δεκτικὸν τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ κακοῦ δεκτικὸν εἶναι· οὕτω κατεσκευασμένῳ τῷ λογικῷ, πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν δύναμιν ἔχειν, ἐντολὴ δέδοται ὅπως τὴν μὲν ἀρετὴν κατ' ἐνέργειαν, τὴν δὲ κακίαν κατ' ἐπιτηδειότητα μόνην ἔχει· ὁ γὰρ τοῦ Δημιουργήσαντος νόμος προτρέπει, καὶ ἀλείφει καὶ συνεργεῖ πρὸς ἀρετὴν, ἀποτρέπων τὴν φύσιν τῆς κακίας· κἂν τοίνυν ἐνυπάρχῃ δύναμις κακίας ἐν τῷ λογικῷ, οὐ διὰ τὴν δύναμιν φαῦλον τοῦτο· ἀμφοτέρων γὰρ, ἀρετῆς καὶ κακίας λέγω, αἱ δυνάμεις καὶ προαιρέσεις· αἱρούμεθα γὰρ ἀρετῆς ἔχειν δύναμιν, ἵνα καὶ ἀναλαβεῖν κατ' ἐνέργειαν δυνώμεθα· αἱρούμεθα καὶ κακίας ἔχειν δύναμιν· τότε γὰρ αὐτὴν ἔχομεν, ὅταν ἐν ἐνεργείᾳ τὴν ἀρετὴν ἔχωμεν· καὶ οὐκ ἡμῶν μόνων ἡ δόξα αὕτη, ἀλλὰ καὶ πάντων ὀρθῶς περὶ τῶν λογικῶν ζώων φιλοσοφησάντων.

Κἂν τοίνυν τὴν οὐσίαν τὴν καλουμένην διάβολον ὁ Θεὸς ἐποίησεν, οὐχὶ διάβολον αὐτὴν ἐδημιούργησεν, ἀλλὰ δεκτικὴν ἀρετῆς, ἵνα ταύτην ἔχῃ, καὶ δεκτικὴν κακίας, ἵνα ταύτης ἀπέχηται· ἐπεὶ γὰρ * ἀσυνάρπακτος ἡ ἀρετὴ τῇ κακίᾳ, φίλη δὲ τῷ Θεῷ ἡ ἀρετὴ, ἀμφοτέρων τὰς δυνάμεις ἐνιεὶς τῷ λογικῷ, διὰ τοῦτο ἐνῆκεν αὐτὰς, ἵνα τὴν μὲν εἰς ἐνέργειαν μεταλάβωμεν, τῆς δὲ ἑτέρας δυνάμεως τοῦ τέλους, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἐνέργεια, ἀπεχώμεθα· ὥστε γέγονεν πᾶν λογικὸν ἐπὶ τῷ σπουδαῖον εἶναι, καὶ μὴ φαῦλον· εἴ τινα οὖν τῶν λογικῶν τὴν ἐναντίαν δεδράμηκεν τῷ πεποιηκότι καὶ προνοουμένῳ, οὐ τοῦ ποιήσαντος καὶ νομοθετήσαντος ἡ αἰτία, ἀλλὰ τῶν ἀντιτεινάντων πρὸς τοὺς δοθέντας τοὺς προνοουμένους νόμους.

* ἀσυνδύαστος. Combefis.

Ὁρῶμεν

Sæc. IV. Anno 380.

Sæc. IV. Anno 380.

Ὁρῶμεν γοῦν καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς, ἀεὶ ταῦτα γινόμενα, ἃ παιδεύομεν τὰ τέκνα κατ' ἐπιστήμην αὐτὰ ἀνάγειν βουλόμενοι, ἵνα καὶ ταύτην ἐνεργῶσιν· οὐ πάντως δὲ οὕτως ἐνεργοῦσιν, ὡς ἐδιδάχθησαν· ἀλλ' ἔστιν ὅτε ἐναντίως πολλοὶ υἱοὶ παρὰ πατέρων ἰατροὶ ἀνατραφέντες, οὐ δεόντως χρῶνται τῇ ἰατρικῇ, τὰ νοσοποιὰ ἀντὶ τῶν ὑγιεινῶν τοῖς κακουμένοις προσάγοντες· καὶ οὐ δήπου ἡ ἰατρικὴ, ἢ ὁ ταύτην παιδεύσας, αἴτιος· οὐ γὰρ οὕτως ἐδίδαξεν, ἵν' οὕτως ποιῇ· πράττει γὰρ οὐχ ὡς ἔμαθεν ποιεῖν· πάλιν νόμους παιδεύομέν τινας, ἵνα συνιστῶνται τῷ δικαίῳ, καὶ τὴν ἀδικίαν παραιτῶνται· ἀλλὰ κακοήθως ἔνιοι αὐτῶν τοῖς νόμοις προσιόντων, τὸ ἀνάπαλιν ποιοῦσιν· καὶ οὔτε τὸν νόμον, οὔτε τὸν νομοθέτην αἰτιώμεθα· εἰ γὰρ αὐτοὶ τῆς ἀδικίας αἴτιοι ἦσαν, οὐκ ἂν ἐκόλαζον τοὺς ἀδίκους· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τοῦ βουλήματος αὐτῶν ὑπάρχει, τὸ κολαστέον τὸν ἄδικον εἶναι· καὶ ὁ Θεὸς κολάζει τὸν σατανᾶν, καὶ τοὺς παραβάντας τοὺς ἀπὸ Θεοῦ τεθέντας νόμους· τισὶν γὰρ φαύλοις λέγει, Ὑπάγετε εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.

Ἴστωσαν τοίνυν οἱ τούτοις ἀντιλέγοντες, μαχόμενα ἑαυτοῖς λέγοντες· εἰ γὰρ κατ' οὐσίαν κακὸς ἦν ὁ διάβολος καὶ ἀλλότριος τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ, δυνάμενος αὐτῷ ἰσοσθενὴς εἶναι, οὐδὲ κόλασιν ἡτοίμαζεν αὐτῷ, οὐδὲ βαλεῖν αὐτὸν εἰς τὴν κόλασιν ἠδύνατο· λέγει δὲ ἡτοιμάσθαι πῦρ τῷ διαβόλῳ· καὶ τοῦτο δὲ ῥητέον, Εἰ ἄτρεπτος ὁ ἀγαθὸς Θεός ἐστιν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν, καὶ ἀεὶ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, ὡς μὴ ἄλλοτε ἄλλως ἰσχύειν, καὶ ἄλλοτε ἄλλως· ἔμελλε δὲ μετὰ πολλὴν βλάβην καὶ ἀπώλειαν πολλὴν πυρὶ αἰωνίῳ παραδιδόναι τὸν σατανᾶν, διὰ τί μὴ ἐξ ἀρχῆς τοῦτο ἐποίει, ὅτε ἐπανήλθεν αὐτῷ, καὶ μέρος ἔλαβεν αὐτοῦ· δικαιότερον γὰρ τότε μᾶλλον τιμωρίαν ὥριζεν κατ' αὐτοῦ, ὡς κατὰ μείζονος πλημμεληθέντος· νῦν μὲν γὰρ ἀνθρώπους βλάπτει, τότε κατ' αὐτοὺς αὐτὴν ἔβλαψεν τὴν θεότητα, ὥσπερ καὶ φρονοῦσιν· νόμος δὲ καὶ ἀγανάκτησις δικαία ἐστὶ μᾶλλον ἡ κατὰ τῶν κατὰ βασιλέως τολμώντων, ἢ τινων τῶν ὑπηκόων· εἰ γὰρ ταῦτα οὕτως φρονητέα, ἢ ἄγνοιαν προσάψουσι τῷ Θεῷ τότε, τοῦ πῶς τιμωρήσηται καὶ ἐμποδίσῃ τὸ κακὸν, ἢ ἀδυναμίαν· ἀλλ' οὐδέτερον τούτων περὶ τὸν ἀγαθὸν Θεόν· οὐκ ἄρα ἀγεννήτως ἐχθρὸς ἂν Θεοῦ ἐπανέβη κατ' αὐτοῦ· ἀλλὰ γενόμενος ἐπὶ τῷ εἶναι ἀγαθὸς, τὴν μὲν δύναμιν τῆς ἀρετῆς ἀτελῆ ἐφύλαξεν· τὴν δὲ τῆς κακίας ἐπιτηδειότητα εἰς ἐνέργειαν ἤγαγεν, δι' ὃ καὶ κολαστέος, καὶ εἰκότως μετὰ πολὺ τιμωρίᾳ ὑπεβλήθη.

Εἰ δὲ κἀκεῖνο προφέροιντο, τὸ λεχθὲν ὑπὸ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου τοῖς μεθ' ὑπο-

Videmus hæc ſemper in nobis ipſis accidere; quæ enim filios docemus, cùm volumus eos ſecundum diſciplinam inſtituere, ut diſciplinâ utantur, non ſic tamen utuntur, ut inſtituti à nobis ſunt: immò contingit aliquando, ut multi filii à patribus in arte medicinæ eruditi, non ut oportet arte utantur, ſed potius pro ſalubribus, quæ morbos inducunt, ægrotis adhibeant; non eſt tunc accuſanda medicina, nec eſt in culpa qui eam docuit; non enim ſic is docuit, ut ſic iſte faceret: facit enim non ut didicit. Rurſus leges quoſdam docemus, ut juſtitiam defendant, & injuſtitiam repellant. Sed tamen vitioſè aliqui ex iis, qui ad ſtudium legum acceſſerunt, contra, atque didicerunt, faciunt: neque tamen continuò leges aut Legiſlatorem criminamur: ſi enim leges & Legiſlatores injuſtitiæ rei eſſent, non punirent injuſtos. Siquidem hæc eſt legis & Legiſlatoris voluntas ac ſententia, puniendum eſſe injuſtum: & Deus punit Satanam, & eos, qui leges à Deo latas tranſierunt; quibuſdam enim pravis dicit *, *Mittite* (a) *in ignem æternum, qui præparatus eſt Diabolo, & angelis ejus.*

* Matth. XXV. 41.

(a) Ite, ὑπάγετε. Basn.

Sciant igitur qui contra hæc dicunt, dicere eos ſecum pugnantia. Si enim ſecundum ſubſtantiam Diabolus malus erat, & à bono Deo alienus, & par viribus eſſe poterat; neque præparaſſet ei Deus ſupplicium, neque mittere eum in ſupplicium potuiſſet: dicit tamen præparatum eſſe ignem Diabolo. Hoc etiam dicendum eſt, ſi bonus Deus immutabilis eſt, ut quidem eſt, & eaſdem vires ſemper habet, & non aliud alius poteſt, & alius aliter, futurum autem erat, ut poſt multam noxam, multamque cladem eum igni ſempiterno traderet, quare non hoc à principio fecit, cùm ſe in Deum extulit, & partem ejus occupavit? juſtiores enim tunc pœnas in eum decreviſſet, utpote in eum, qui in majorem peccaſſet. Nunc enim hominibus nocet; tunc autem iſtorum opinione ipſi Divinitati nocuiſſet, ſicut ipſi ſentiunt; lex autem & indignatio juſtior eſt contra eos, qui in regem audent, quàm qui in aliquos, qui regi obediunt. Si enim ſic ipſis de his ſentiendum eſt, aut dicturi ſunt ignorare tunc Deum quomodo ulturus eſſet, & malum impediturus; aut non potuiſſe; at neutrum horum bono Deo tribuendum eſt. Non igitur inimicus Dei ingenitè, contra eum ſe extulit, ſed potius factus alioqui ut eſſet bonus, poteſtatem virtutis capiendæ imperfectam & mancam ſervavit: poteſtatem verò vitii ſuſcipiendi ad actum perduxit; unde puniendus fuit & merito pòſt ſupplicio affectus eſt.

Diabolus ab æterno plecti debuit.

Si verò illud objecerint, quod à Joanne Baptiſta dictum eſt, † *Serpentes, genimina vipera-*

† Luc. III. 7.

Sæc. IV. Anno 380.

viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergò fructus dignos pœnitentiæ, & nolite dicere in vobis ipsis, Patrem habemus Abraham; potens enim est ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Jam securis posita est ad radicem arborum; omnis arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur; audiant isti, non posse eos Joannem Baptistam objicere, qui fuit Veteris Testamenti, quod non recipiunt; nihilominus tamen hìc contra istos dicendum est, per totum contextum negare Joannem esse naturâ bonos, aut naturâ malos; ait enim illis: *facite igitur fructum dignum pœnitentiæ.* Pœnitentia autem & fructus ejus non cadit in malum secundùm substantiam, nec in bonum naturâ. Quomodo enim qui semper bonus est, pœnitentiâ indigeat? aut quomodo naturâ malus bono pœnitentiæ utetur? Qui enim secundum substantiam malus est, non potest à peccato dimoveri, nec utilis esse ei pœnitentia: tum etiam ex lapidibus ostensis dicit excitandos esse filios Abrahæ, lapides vocat obstinatos, & adhuc in peccato permanentes. Si namque eos pœnituerit, & Deo crediderint, erunt filii Abrahæ, qui ideò (a) homo Dei appellatus est, quia in Deum credidit, *ita ut fidès ei reputata sit ad justitiam* *.

* Rom. IV: 3.

Posteri Abraham genimina viperarum.

Quia verò illud etiam ab istis dici audivimus contra eos, qui ex Abraham, & aliis sanctis viris generati sunt, quod dictum est, *serpentes & genimina viperarum*, Abraham & Abramæos significare; intelligant isti dicere se, quæ cum consequentia capitis pugnant: arguit enim eos, quòd non essent filii Abraham, sed potius *genimina viperarum*, dissimulata, & frustra se ex Abraham ortos gloriarentur; ait enim illis Salvator in alio capite: † *Abraham non fecit, quem vos patrem vestrum dicitis mentientes. Si enim filii Abrahæ essetis, faceretis utique opera Abrahæ: sed vos ex patre vestro estis diabolo, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio; & in veritate non stetit.* Benè habet, quod dixit, non stetit, quod quidem declarat, stetisse ipsum prius in veritate. Patrem autem eorum vocavit diabolum propter similitudinem mutationis & qualitatis. Quare non Abraham & Sanctos cum eo viperas appellavit; ut enim filii viperarum essent, ex mutatione habuerunt, quia malis magistris usi sunt volentes, sicut diximus. Ait igitur illis Joannes, quandoquidem aversi à

† Joan. VIII: 40.

(a) Homo Dei; *in nostro exemplari* amicus Dei *legitur.* Turrian.

κρίσεως εἰς τὸ βάπτισμα ἐλθοῦσιν, οὕτως ἔχον· Ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; ποιήσατε οὖν καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας, καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, ὅτι πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. δύναται γὰρ ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. ἤδη δὲ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. ἀκουέτωσαν, ὅτι οὐ δύνανται προφέρειν, ἀφ' ἂν μὴ παραδέχονται. οὐ γὰρ δέχονται τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην, τυγχάνοντα ἕνα τῆς παλαιᾶς γραφῆς. ὅμως δὲ καὶ οὕτως ῥητέον πρὸς αὐτούς, διὰ πάσης τῆς συμφράσεως ἀναιρεῖ τὸ φύσει ἀγαθοὺς ἢ φύσει εἶναι κακούς. λέγει γὰρ πρὸς αὐτούς, Ποιήσατε οὖν καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας. μετάνοια δὲ καὶ καρπὸς αὐτῆς οὐ πίπτει, οὔτε πρὸς τὸν κατ' οὐσίαν κακόν, οὔτε πρὸς τὸν φύσει ἀγαθὸν ὄντα. πῶς γὰρ ὁ ἀεὶ ἀγαθὸς χρήζει μετανοίας· ἢ πῶς ὁ φύσει κακὸς χρήσηται τῷ ἀγαθῷ τῆς μετανοίας· ὁ γὰρ κατ' οὐσίαν ὢν κακός, ἐκτραπῆναι τῆς ἁμαρτίας οὐ δύναται. ἀλλ' οὐδὲ ἐπ' ὠφελείᾳ μετάνοια γίνεται τοῦ ἀγαθοῦ. ἔτι μὴν καὶ ἐκ τῶν λίθων τῶν δεικνυμένων ὑπ' αὐτοῦ λέγει τέκνα ἐγερθήσεσθαι τῷ Ἀβραάμ. λίθους δὲ λέγων, τοὺς ἠλιθίους καὶ ἔτι ἐμμένοντας τῇ κακίᾳ ἀνθρώπους. εἰ γὰρ μετανοήσαιεν οὗτοι καὶ πιστεύσαιεν τῷ Θεῷ, τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἔσονται, ὃς διὰ τοῦτο ἄνθρωπος Θεοῦ ἐχρημάτισεν, ὅτι ἐπίστευσεν εἰς αὐτὸν τὸν Θεόν, ὡς τὴν πίστιν αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην λογισθῆναι.

Ἐπεὶ δὲ κἀκεῖνο ἠκούσαμεν λεγόμενον ὑπ' αὐτῶν πρὸς τοὺς ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων ἀνδρῶν γεγεννημένους, τό, Ὄφεις γεννήματα ἐχιδνῶν λεγόμενον, ἐχίδνας τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀβραὰμ δηλοῖ, ἴστωσαν μαχόμενα τῇ ἀκολουθίᾳ τοῦ κεφαλαίου λέγοντες· ἐλέγχει γὰρ αὐτούς, ὡς μὴ τοῦ Ἀβραὰμ ὄντας, ἀλλ' ἐχιδνῶν γεννήματα, προσποιουμένους καὶ μάτην αὐχοῦντας εἶναι τοῦ Ἀβραάμ. λέγει γὰρ ἐν ἑτέρῳ κεφαλαίῳ ὁ Σωτὴρ πρὸς αὐτοὺς τοῦτο· Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησεν, ὃν λέγετε πατέρα ὑμῶν εἶναι ψευδόμενοι· εἰ γὰρ τέκνα ἦτε τοῦ Ἀβραάμ, ἐποιεῖτε ἂν τοῦ Ἀβραὰμ τὰ ἔργα· ἀλλ' ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν ἐστε τοῦ διαβόλου, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ Πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. ἐκεῖνος γὰρ ἀνθροποκτόνος ἐστὶν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν. εὖ δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν, οὐχ ἕστηκεν, δεικνὺς αὐτὸν πρότερον ἱστάμενον ἐν τῇ ἀληθείᾳ, πατέρα δὲ αὐτῶν λέγει τὸν διάβολον, διὰ τὴν ὁμοίωσιν τῆς τροπῆς καὶ τῆς ποιότητος· ὥστε οὐ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ Ἁγίους ἐχίδνας εἶπεν. ἐκ μεταβολῆς γὰρ ἔσχον τοῦτο, τὸ υἱοὺς ἐχιδνῶν εἶναι, διὰ τὸ αὐτοὺς πονηροῖς κεχρῆσθαι διδασκάλοις, ὡς εἴρηται, κατὰ ἰδίαν προαίρησιν. λέγει τοίνυν ὁ Ἰωάννης αὐτοῖς,

SÆC. IV. ANNO 380.

αὐτῆς, ἐπεὶ κατὰ μεταβολὴν τὴν ἐξ ἀρετῆς ὄφεις ἠθελήσατε γενέσθαι. οὐδὲ γὰρ κατ' οὐσίαν ἦσαν τοιαῦτοι, παύσασθε τοῦ εἶναι ἐχιδνῶν γεννήματα, ὧν ἠθελήσατε τὴν ποιότητα ἔχειν. πονηροὶ γὰρ ἐκ πονηρῶν, καὶ ἄδικοι ἐξ ἀδίκων ἐσπουδάσατε εἶναι. ἀλλ' ἐπεὶ διὰ τὸ ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἔρχεσθαι μετανοίας λέγετε σημεῖον φέρειν, προσποιήτως δὲ τοῦτο ποιεῖτε, λέγω ὑμῖν, Τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς· ὁ γὰρ μετανοῶν διὰ τοῦτο μετανοεῖ, ἵνα μηκέτι ἁμαρτάνων φύγῃ τὴν ἐσομένην κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων ὀργήν. πυνθάνεται δέ τις, Τίς ὑμῖν ὑπέδειξεν, ἵνα εἴπῃ ὁ γνησίως ἀποδεικνὺς κακίας ἀναχωρεῖν, οὐ προσποιήσεται τοῦτο γίνεσθαι. Ὑμεῖς δὲ τοῦτο ποιεῖτε μεθ' ὑποκρίσεως, ἐπὶ τὸ βαπτίζεσθαι ἐρχόμενοι. οὐκ ἄρα καθαρθήσεσθε· ὁ γὰρ ἀληθῶς καθαρθῆναι βουλόμενος, ἀφίσταται ἁμαρτημάτων, καὶ τῆς τοιαύτης μετανοίας καρπὸν φέρει, τὰ τῆς ἐναντίας τῇ ἁμαρτίᾳ ἕξεως ἔργα ποιῶν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὑμεῖς οὐ πεποιήκατε, ἑαυτοὺς κατακρίναντες, φάσκοντες πατέρα τὸν Ἀβραὰμ ἔχειν· ἀλλ' οὐ τοῦθ' ὑμᾶς ὠφελήσει, τὸ οἴεσθαι τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ εἶναι, ἀλλὰ τὸ εἶναι αὐτοῦ τέκνα, καὶ τῇ πίστει καὶ τῇ ἀπὸ εἰδώλων φυγῇ· κἂν τοίνυν ποτὲ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ γεγόνατε, οὐ τοῦτο ὑμᾶς σώσει. καὶ γὰρ τοὺς νῦν μὴ ὄντας αὐτοῦ τέκνα, δύναται ὁ Θεὸς τέκνα αὐτοῦ ποιῆσαι· ὥστε σώζεται ὁ ὢν τοῦ Ἀβραὰμ τέκνον κατὰ τὴν ἀρετήν, οὐχ ὁ γινόμενος αὐτῷ τέκνον κατὰ σάρκα μόνον· κἂν δὲ γένηται, μὴ μέγα φρονείτω· μετάπτωτον γὰρ τὸ τοιοῦτο· ἀμέλει γοῦν καὶ οἱ μὴ ἔχοντες αὐτό, κτήσασθαι αὐτὸ δυνήσονται· καὶ γὰρ ὁ Παῦλος, οὓς τῇ σαρκὶ οὐ γεγέννηκεν, λέγει, Ἐν γὰρ Χριστῷ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα.

Ἀλλὰ ταῦτα ἀκούοντες μὴ καταφρονεῖτε, ὡς βραδυνούσης τῆς κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων ὀργῆς, ἤδη γὰρ δι' αὐτοῦ τοῦ ἁμαρτάνειν ὁ φαῦλος παροῦσαν ἔχει τὴν κόλασιν, κολασθεὶς ὑπάρχων· δι' ὃ ἐστι τὴν ἀξίνην ἤδη ταῖς ῥίζαις ἐγγίζουσαν τῶν δένδρων· δένδρα δὲ οὐκ αἰσθητὰ λέγει, ἀλλ' ἀνθρώπους κατὰ κακίαν πεποιημένους. ῥίζα δὲ τῶν δένδρων τούτων ἡ χειρίστη ἕξις, ἀφ' ἧς καρπὸς οὐκ ἐδώδιμος, ἀλλὰ δηλητήριος γίνεται: αὐτὸν οὖν οὐ καλὸν καρπὸν εἶπεν· κἂν τοίνυν ἡ ἀξίνη τὴν κόλασιν σημαίνει, τὸ δὲ κακὸν δένδρον τὸν ἁμαρτάνοντα ἄνθρωπον, οὐ μαχόμεναι φύσεις αὗται· ἀπειλεῖται γὰρ ἡ κόλασις ἐπὶ τῷ μεταβαλεῖν τὰ δένδρα. ὁ γὰρ ἀπειλῶν τοῖς ἁμαρτάνουσιν, δι' αὐτῆς τῆς ἀπειλῆς μετανοῆσαι βούλεται. εἰ τοίνυν διὰ τῆς ἀπειλῆς τῆς ἀξίνης τῆς μελ-

virtute, serpentes fieri voluistis, (non enim natura tales erant) desinite esse fœtus viperarum, quarum qualitatem habere voluistis; quandoquidem pravi ex pravis, & iniqui ex iniquis studuistis esse: sed quia dicitis ferre vos signum pœnitentiæ eò, quòd ad baptismum venitis, hoc autem simulatè facitis; idcircò dico vobis, quis *ostendit vobis fugere à ventura ira?* Quem enim peccasse pœnitet, ideò pœnitet, ut non amplius peccando ab ira in peccantes futura fugiat. Rogat autem inquiens; *quis vobis ostendit?* ut sit perinde, ac si diceret; Qui legitimè ostenderit se à vitio recedere, non simulabit fieri hoc, vos autem hoc facitis simulatè, cùm ad baptismum venitis; non igitur mundabimini. Qui enim vult verè mundari, à peccatis desistit, & hujusmodi pœnitentiæ fructum affert, faciens opera habitus (*a*) peccato contrarii. Hoc vos non fecistis, qui vos condemnastis, cùm diceretis, habere vos patrem Abraham: sed hoc non juvabit, putare habere vos patrem Abraham, sed esse ejus filios fide, & fugâ idolorum. Quamobrem tametsi aliquando filii Abrahæ fuistis, non hoc vos salvos faciet: eos namque qui nunc non sunt filii Abrahæ, potest Deus filios ejus facere. Quare salvus evadit, qui est filius ejus secundùm virtutem, non qui secundùm carnem. Quod si fuerit secundùm carnem filius Abrahæ, ne glorietur, & se jactet; potest enim quod hujusmodi est excidere, & transferri. Sanè quidem, & qui non poterunt hoc nancisci, ut filii scilicet Abrahæ essent secundùm carnem, potuerunt nihilominus esse filii Abrahæ. Etenim Paulus, quos non generavit carne, dicit, *In Christo per Evangelium ego vos genui* *. * 1 *Cor.* IV. 15.

Verùm cùm hæc auditis, ne contemnatis, quia ira in eos, qui peccant, retardetur: jam enim in eo ipso, quod peccat nequam, præsens habet supplicium, quo afficiendus est. Quamobrem scitote jam securim radicibus arborum propinquare. Radices vocat non eas, quas videmus, sed homines qualitate vitii affectos. Radix enim harum arborum est pessimus habitus, ex quo fructus non idoneus ad vescendum, sed venenatus & pestifer nascitur. Ipsum igitur vocavit fructum non bonum. Itaque quamvis securis supplicium significat, arbor verò hominem peccantem, non sunt hæ naturæ pugnantes: proponuntur enim minæ supplicii ad mutandum arbores. Qui enim minatur delinquentibus, per minas ipsas mutare vult. Quare si per comminationem secu-

(a) *In Græco*, τὰ τῆς ἐναντίας τῇ ἁμαρτίᾳ ἕξεως ἔργα ποιῶν· *quod Turrianus verbo ad verbum reddidit; melius tamen:* Faciens opera habitui vitioso contraria. BASN.

Sæc. IV. Anno 380.

securis, quâ sunt arbores putres exscindendæ, suadet ipsis, ne malum fructum ferant, sed bonum, non est naturâ mala arbor, neque naturâ malum supplicium.

Promissio & supplicium sunt bona.

Sed fortasse dicent, Si ultio mutat malos, bonum est ultionem esse; si autem bona est animadversio & supplicium, contraria autem supplicio est promissio, & contraria non possunt simul esse bona: promissio igitur mala est; at promittit Deus hanc: non est igitur mala. Quòd si promissio non est mala, sed bona, supplicium est malum. Quod si malum est supplicium, non Deus, sed Satanas illud infligit. Infligit autem non suis; sunt enim & ipsi mali, & necesse est ipsum etiam Satanam subire supplicium. Restat igitur, ut bono & non malo infligat: at fieri hoc non potest: non igitur Satanas illud infligit, sed Deus. Omne autem, quod à Deo infligitur, utiliter infligitur, cùm sit bonum, vel efficiens bonum, vel prohibens malum. Deus igitur volens prohibere malum, supplicium constituit: non autem aggrederetur prohibere malum, nisi malum prohiberi posset. Hòc verò prohibitum, non potest esse natura, & ingenitum: lapsi verò etiam in hoc sunt ineruditi, qui animadversionem contrariam esse promissioni putaverunt. Utraque est enim remuneratio; promissio quidem remuneratio bonorum, quæ mercedem illis affert; animadversio verò malorum, quæ mercedem (a) solvit iis, qui voluntate divinas leges violaverunt.

(a) Pœnam, τιμωρίαν. Basn.

Sæc. IV. Anno 380.

λούσης ἐκκόπτειν τὰ σαπρὰ δένδρα πείθει αὐτοὺς παύσασθαι τοῦ μὴ κακὸν καρπὸν φέρειν, ἀλλὰ καλὸν, οὐ φύσει κακὸν τὸ δένδρον, οὐ δὲ φύσει κακὴ ἡ κόλασις.

Ἀλλ' ἴσως ἐροῦσιν, Εἰ μεταποιεῖ φαύλους ἡ κόλασις, ἀγαθὸν αὐτὴν εἶναι· εἰ δὲ ἡ κόλασις ἀγαθὸν, ἐναντία δὲ ταύτῃ ἡ ἐπαγγελία, τὰ δὲ ἐναντία οὐ δύναται ἅμα ἀγαθὰ εἶναι, ἡ ἄρα ἐπαγγελία κακόν, μὴ κακῆς δὲ τῆς ἐπαγγελίας, ἀλλ' ἀγαθῆς οὔσης, ἡ κόλασίς ἐστι κακόν· εἰ δὲ κακὸν ἡ κόλασις, οὐχ ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὁ σατανᾶς αὐτὴν ἐπιφέρει· ἐπιφέρει δὲ ὁ σατανᾶς τὴν κόλασιν οὐ τοῖς ἑαυτοῦ· εἰσὶν γὰρ ὡς αὐτὸς πονηροὶ, καὶ ἀνάγκη καὶ αὐτὸν ὑποπίπτειν τῇ κολάσει, τῷ ἄρα ἀγαθῷ ποιήσει αὐτήν· ἀλλ' ἀδύνατον τοῦτο· οὐκ ἄρα ὁ πονηρὸς αὐτὴν ἐπιφέρει, ἀλλὰ Θεός, πᾶν δὲ τὸ ὑπὸ Θεοῦ ἐπιφερόμενον, χρησίμως ἐπιφέρεται, τυγχάνον ἢ ἀγαθοῦ ποιητικὸν ἢ κωλυτικὸν κακοῦ· ὁ ἄρα Θεὸς κωλύειν τὸ κακὸν βουλόμενος, ἐπιφέρει τοῦτο· οὐκ ἂν δὲ ἐπεχείρει κωλύειν τὸ κακὸν, εἰ μὴ δυνατὸν ἦν κωλύεσθαι τὸ κακόν· κωλυόμενον δὲ τοῦτο, οὐ δύναται εἶναι φύσει καὶ ἀγέννητον· ἐσφάλησαν δὲ καὶ ἐν τούτῳ οἱ ἀμαθεῖς, νομίσαντες ἐναντίον εἶναι τὴν κόλασιν τῇ ἐπαγγελίᾳ· ἑκατέρα γὰρ ἀνταπόδοσίς ἐστιν· ἡ μὲν, τοῖς ἀγαθοῖς μισθὸν φέρουσα· ἡ δὲ, τιμωρίαν κατὰ τῶν ἑκουσίως παραβεβηκότων τοὺς θείους νόμους.

D. JOAN.

SÆC. IV. ANNO 390.

D. JOAN. CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

BREVIS INTERPRETATIO

IN

S. EVANGELIUM. SECUNDUM JOANNEM.

LECTORI

STEWARTIUS.

D*Octissimus* Gerardus Vossius, *pervetus amicus & popularis meus,* SÆC.
cùm aliis libris evulgatis, tum editione Operum S. Ephræmi non IV.
incognitus, habebat Codicem manuscriptum Græcum, in quo ANNO
inerat ἑρμηνεία σύντομος, brevis expositio *S. Joannis Chrysostomi,* 390.
non solùm in Euangelium S. Joannis, sed & S. Lucæ. Hoc Opus in Latinam linguam vertere aggressus erat D. Vossius *Romæ, sub Gregorio XIII. Pontifice Maximo: cæterùm ultra primum caput versio non processit. Causam suâ manu ad calcem adscripsit ipsemet* Vossius *his ipsis verbis:* Incepit *Gerardus Vossius* hoc Opus S. Joannis Chrysostomi, & aliis piis ac doctis viris prosequendum reliquit, ætate jam ingravescente, & valetudine ipsi minus serviente. *Hæc ille.*

Ne autem optimi Viri labor primo capiti impensus periret, hoc Tomo eum cavere, simulque Lectori Operis illius Chrysostomiani hactenus inediti gustum præbere volui. Nescio quî factum sit, ut cùm non ita pridem omnia S. Chrysostomi Opera diligentissimè per omnes fermè Europæ Bibliothecas conquisita, & posteà elegantissimè typis Græcis publicata fuerint, Commentarius *iste in Voluminibus istis locum non invenerit. Quod accidere potuit, tum quia Collectores & Editores Operum Chrysostomianorum in exemplar hujus Commentarii non inciderunt; tum quia quidam ex eruditis vix adduci queunt, ut Opus hoc ex S. Chrysostomi officina prodiisse credant. Utcunque sit, utinam Latinè exstaret! Legeretur cum fructu & emolumento.*

SÆC. IV. ANNO 390.

JACOBI BASNAGII ANIMADVERSIO IN HUNC COMMENTARIUM, QUI MALE TRIBUITUR CHRYSOSTOMO.

An sit Opus Chrysostomi.

MIratur Stewartius, cur inter edita Chrysostomi Opera non recenseatur *Commentarius in Johannem* ab ipso editus. Id eâ ratione factum, quòd *Commentarius* ille non sit Johannis Chrysostomi. Habentur in editione Parisiensi LXXXVII. Homiliæ disertissimi Patris in Johannem, quæ quantum diversæ sunt à *Commentario*, de quo nunc agitur, nemo non viderit. Nescio unde hauserit hic Commentator *: Hierosolymâ dirutâ, teste Josepho, ob Johannis Baptistæ necem infandam; id enim nequaquam à Josepho dictum. *Apud Judæos, inquit, fuit opinio, justâ ultione Numinis deletum Herodis exercitum propter* Johannem, *qui* Baptista *cognominatus est; hunc enim Tetrarcha necavit virum optimum, Judæos excitantem ad virtutum studia, simulque ad Baptismi lavacrum.* Hæc Josephus, *Ant. Jud. lib.* XVIII. *cap.* 7. *pag.* 626. bellum intra Herodem & Aretam referens, de clade Hierosolymitana planè silens. Aliud peculiare habet hic Author, dum *Castellum* † tribuit Philippo. Quamvis autem non sit Chrysostomi *Commentarius* ille, ne injuriam facere videremur tum Vossio, tum Stewartio, illum sub tanti viri nomine reponi voluimus.

* Vide pag. 221.

† Vide pag. 224.

D. JOAN. CHRYSOSTOMI, *ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,* BREVIS INTERPRETATIO IN S. EVANGELIUM SECUNDUM JOANNEM.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt; & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum; & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo ‡ missus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum, &c.]

‡ Matth. III. 1, 2. Marc. I. 2.

Joannes à Divinitate Christi orditur.

Homil. I. II. III.



Uid caussæ est, cùm reliqui Euangelistæ ab humanitate Christi suum exorsi sint Euangelium; Joannes hoc quidem breviter prosequens posteà, dixit: *Et Verbum caro factum est.* Reliqua verò omnia, uti conceptionem, partum, educationem, incrementum præteriens, statim de sempiterna generatione nobis enarret? Cùm reliqui Euangelistæ magis in his, quæ secundùm carnem sunt, sermonem conterant, timendum erat, multos humi serpentes nihil altiùs illis rebus, quæ hominibus præsentes sunt, de unigenito Dei Filio consideraturos. Idcircò illa prætermittens, ab æterna atque divina essentia Historiam suam orditur. Oportet autem hoc nosse, quòd neque hìc ad sublimiorem sermonem seipsum remittens, dispen-

pensationis mysterium neglexerit; neque illi hujusce studiosi, enarrationem de æterna essentia silentio presserint, idque jure optimo; cùm unus sit omnium corum movens Spiritus. Quare dixit: *In principio?* Eò quòd noverit, hominem sensisse, & antepofuisse Deum omnibus. Patrem autem omittens de Filio disserit, quia manifestus ille erat omnibus, quamvis non sicut Pater, sed sicut Deus; Unigenitus autem ignorabatur. Hoc verò, *erat*, nullum aliud est; sed aut ejus, quod est semper esse, aut inscienter esse declarativum. *Verbum* autem ipsum vocavit, ne patibilem ipsius generationem credamus, tum, ut annuntiet nobis quæ Patris sunt: neque verò simpliciter ipsum Verbum dixit; sed cum articuli additione, ut à reliquis hoc Verbum & in eo separet: siquidem multa sunt Dei verba, at nullum illorum, Deus est: cuncta autem illa prophetiæ sunt atque mandata. Cæterùm hoc *Verbum*, substantia quædam est in persona, ex ipso Patre absque passione proveniens. Porro quòd Deum & Deum dixerit; *Et Deus erat*, inquiens, *Verbum*, non esse quid medii sive discriminis ipsius Trinitatis, nobis commonstrat, cùm non minus sit Deus, ipse Filius. Dixit enim hoc, tanquam ipsius generationis divinæ ac sempiternæ significativum, per hoc, *In principio erat*. Coæternitatem verò nobis ostendit, per istud, *Hoc erat in principio apud Deum:* ac si diceret: Ne arbitreris essentiam Patris antiquiorem; cùm nunquam solus, & absque Verbo fuerit Pater. Verùm si dixerit quis, (*a*) Quo pacto fieri potest, ut Filius non sit minor Patre; cùm quod ex aliquo est, eo à quo fit, omninò necesse sit posterius esse? Anne splendor solis ex ipsius solis natura emanat an aliunde? Num posterius sole ipsius radios dixerimus exoriri? Nequaquam; necesse enim est & in hoc convenire sensibus orbatum; neque enim absque radiis Sol illuminavit unquam. Ecce quomodo ex ipso, & ipso non posterius: sic igitur & in Patre & Filio arbitremur, quin potius & magis, Deoque convenienter. Idcircò enim Paulus ita eum appellavit. Quoniam autem Moyses minimam creaturæ partem comprehendit, nihil enim nobis de invisibilibus virtutibus disseruit; meritò Euangelista uno brevi verbo universa complectens, inquit; *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est*, hoc est, eorum quæ facta sunt, sive visui, sive intellectui subjecta; nihil absque Christi virtute, ad esse, productum conditumque fuit. Neque verò dum asserimus sine ipso factum esse nihil, id perfecto puncto, quod volunt Hæretici, notabimus; quoniam ipsi ita loquuntur, volentes Spiritum Sanctum creaturam dicere. Cæterùm cùm agit de creatione, inducit & de providentia sermonem, & ne quis dubitaret, quo pacto tanta ac talia per ipsum facta sunt, intulit, quòd *in ipso vita erat*, id est: In ipso vivunt omnia, & in ipso provident; quod enim de Patre dictum est, & de ipso propriè dicitur; quia * *in ipso vivimus, & movemur, & sumus.* Quod verò adduxit: *Et vita erat lux hominum;* non talis lux sensu perceptibilis est, sed sub intelligentiam cadens, ipsam mentem illuminans. Et non dixit, Lux Judæorum, sed omnium hominum: non enim Judæi solùm, sed etiam Græci ad illam cognitionem venerunt. Resplendet autem lux illa mente perceptibilis *in tenebris*. Tenebras verò dicit, aut mortem, aut errorem. Nam prædicatio inter errorem relucet, & in morte ipse ad nos pervenit, uti eos qui morte detinebantur, liberaret. *Tenebræ autem ipsum non comprehenderunt;* cùm neque mors neque error ipsam lucem evicerint, quæ tametsi inexpugnabilis existat, non tamen illorum mentes, qui illuminari nolunt, inhabitat; non enim necessitate ac vi, sed cùm volumus atque assentimur, Deus ad nos accedit.

Verbum Dei quid?

Æternitas Filii.

* Actor. XVII. 28.

Christus lux hominum.

Posteaquam autem satis nobis de Verbo Dei disseruit, viâ ac ordine progrediens, ad ipsius Verbi præconem Joannem pervenit. Cùm verò audimus, *eum à Deo missum*, nihil deinceps humanum esse eorum, quæ dicta annuntiataque sunt cogitemus: non enim suorum quidquam, sed mittentis omnia loquitur; quare & † Angelus sive nuntius appellatus est. Nuntii autem officium est, nihil proprii ex se dicere. Fuit verò hoc in loco non ad esse transitus, sed ipsius Apostolatus est significativum. Nam, *fuit missus*, pro, missus est, dixit. Illud autem, *ut testimonium perhiberet de lumine*, non ut digniorem, cui fides adhibeatur, Filii Dei naturam reddat, aut ut Domino quid dignitatis addat; sed hoc adductum est, ut omnes ejusdem generis per ipsum credant: ipse enim Deus est, & unigenitus Dei Filius, substantiæ immortalis & beatæ; neque testimonio cujusquam indiget, cùm mortalium salus ei curæ sit. Atque hac de caussa in illam descendit humilitatem, ut & hominis testimonio seipsum subjiceret.

Joannes Baptista, nuntius.

Homil. V.

Nuntii officium.

† Malach. III. 1. Matth. I. 10. Marc. I. 2. Luc. I. 17. & VII. 27.

Non

(a) *Contra Arianos adserentes Patrem Filio esse majorem, alludit ad illud Gen.* 1. In principio creavit Deus cœlum & terram, *&c. Cùm enim Moyses in principio suæ Historiæ ea, quæ sensu percipiuntur, nobis fusius enarret, spiritualium productionem prætermisit: Joannes autem non item contra Hæreticos.* CANIS.

SÆC: IV. ANNO 390.

Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt: quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri; his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro ‡ factum est, & habitavit in nobis, (& vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis.]

‡ Matth. I. 25. Luc. I. 7.

Homil. VI. Quamobrem dixit; *Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine?* Quandoquidem apud nos, ut plurimùm, major est testimonium perhibens eo, de quo perhibetur. Et ne quis de Joanne illud ipsum existimaret, malam hanc suspicionem tollens, hoc inquit. Deducens iterum sic cogitationem nostram ulterius, ad universi principii substantiam nusquam quiescentem aut cessantem, ait: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Et si omnem hominem illuminat, quomodo tam multi absque lumine permanserunt? Ad hanc quidem quicunque venerunt, cunctos illuminare voluit. Quòd si verò quidam sponte suâ oculis mentis conniventes, hujusce lucis radios admittere noluerint, non ex luminis natura in tenebris perstiterunt, sed ex malitia propria, tales seipsos salute privarunt.

Homil. VII.

Christus mundo ignotus. *In mundo erat*, sed non quasi mundo σύγχρονος, id est, contemporaneus; idcircò enim istud addidit: *Et mundus per ipsum factus est.* Omnino enim velit nolit necessariò confiteri cogetur omnis homo, etiamsi hostis sit gloriæ Dei, ante opera sua, eorum extitisse Creatorem. *Mundus autem ipsum non cognovit;* hîc Mundum, popularem multitudinem dicit, stultumque ac abjectum & turbulentum vulgus mundo incumbens, rerumque mundanarum satagens: (a) Omnes siquidem Dei amici ipsum cognoverunt, non post ipsius in carne adventum tantummodò; sed etiam ante Incarnationem: sicuti Abraham, Moyses, & David, ac cuncti Prophetæ, qui inde à Samuële cognoverunt ipsum, quemadmodum Petrus ait.

Homil. VIII. & IX. Hoc verò, *In propria venit, & sui eum non receperunt*, de Judæis dicit tamque de populo peculiari, sub quo & universi penè homines comprehenderentur; cùm hominum amator sit Deus, cogit quidem neminem. Suadet autem cunctis, eosque ad seipsum allicit & trahit. Itaque cùm in mundum venisset, *hi eum receperunt;* alii verò non admiserunt. *In propria venit*, non aliquâ necessitate compulsus, (cùm omnibus bonis affluens sibi sufficiens sit Divinitas) verùm suorum gratiâ venit. Sed unde venit, qui universa implet, quique ubique est præsens; quem locum reliquit vacuum; qui omnia continet, universaque sustinet? Locum quidem nullum commutavit. At quomodo id ipsum suo ad nos descensu effecit; & seipsum nobis ostendit nostrâ vestitus carne. Hanc autem apparitionem atque descensum, adventum vocat, licet Judæi cuncti ipsum recipere noluerint.

* Galat. III. 28. 29. Quid significat, *Quotquot autem receperunt eum?* hoc est, sive servi *, sive liberi, sive Græci, sive Barbari, sive insipientes, sive sapientes, sive mulieres, sive viri, sive pueri, sive senes, sive divites, sive pauperes, sive principes, sive privati, omnes eodem dignati sunt honore: Fides etenim, & Spiritûs Sancti gratia, universorum mortalium diversitatem circumvolvens in unam omnes formam redegit, ad eundemque characterem regium expressit.

Incarnatio. Cæterùm non dixit, fecit illos filios Dei, sed, *dedit illis potestatem;* ostendens multâ opus esse diligentiâ nobis, uti per baptisma impressam adoptionis imaginem integram atque intactam conservemus. Meminit autem carnalium partuum, inquiens: *Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis, &c.* Ut dum abjectum & humilem illum priorem, id est, carnalem partum cum magnitudine & nobilitate alterius per gratiam ex Deo facti, conferimus, magnam quandam de Deo genitorisque beneficio considerationem, tantoque

Homil. X. dono concesso dignam sumamus. Hinc & ineffabilis hujus honoris caussam posuit dicens: *Et Verbum caro factum est;* quasi diceret, hac de caussa Verbum caro factum est, & servi formam Dominus accepit, uti filios hominum filios Dei efficeret. *Factum autem Verbum caro*, non quòd substantia ejus in carnem transierit; siquidem id cogitare extre-

† Phil. II. 8. 9. mæ impietatis est: sed eadem permanens servi † formam adsumpsit. *Factum* verò, inquit, Hæreticorum fauces obstruens adserentium imaginationis ac figmenti esse, quæ de Incarna-

(a) Act. III. 24. *Petrus ait*, Omnes Prophetæ à Samuële & quotquot deinceps loquuti sunt, annunciaverunt dies istos, *&c.* CANIS.

natione dicuntur, neque veræ carnis adsumptionem factam. Atque hoc est quod dicit: *Et habitavit in nobis.* Habitare verò non idem est quod habitatio, sed alterum in altero habitat, quod est, Deus Verbum factus est & unitus carni. Alterum autem secundùm substantiam dicimus; unitate siquidem & conjunctione unum est Deus, Verbum & caro, non confusione factâ neque interitu substantiarum; at arcanâ quadam & ineffabili unione: id quomodo factum fuerit, solus ipse novit.

SAEC. IV. ANNO 390.

Et vidimus gloriam ejus, per socium corpus videlicet: nam si faciem Moysi * non sustinuerunt videre Judæi illo tempore; quo pacto Divinitatem nudam & lucem etiam supernis ipsis virtutibus inaccessibilem, nos è luto & terra facti perferre poterimus? Et quandoquidem multi quoque ex Prophetis glorificati sunt, quorum ipse Moyses unus est; Angeli etiam hominibus † apparentes admirationi habiti, Cherubin & Seraphin multa cum gloria Prophetæ visa sunt. Ab omnibus hisce Euangelista nos abducens, in ipso bonorum culmine nos constituit, dicens: *Gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.* Ipsius, inquit, Regis, ipsius veri unigeniti Filii Patris, ipsius omnium Domini gloriam vidimus. Id autem verbum (*Quasi*) hoc in loco non similitudinis est neque parabolæ, sed confirmationis & indubitatæ definitionis: ac si dixisset: *Vidimus gloriam, qualem conveniebat, & credibile erat unigenitum ac dilectissimum omnium Regis Dei Filium habere.* Atque hæc ipsius erat gloria; quandoquidem eâ potestate, quæ & Regem & Dominum decebat, cuncta operabatur, & non quemadmodum Angeli & Prophetæ jussi. Ipse gratiâ & veritate plenus est, & hanc aliis impertitur.

Gloria unigeniti Filii. *Homil. XI.*

* *Exod. XXXIV. 30. 2 Cor. III. 13.*

† *1 Tim. VI. 16. Exod. XXXIV. 5. Genes. XVIII. 1, 2. & XIX. 1. Isaie VI. 1, 2. Joan. XII. 29.*

Joannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat, quem dixi, qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia; *quia Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Jesum Christum facta est, &c.*]

Qua de caussa toties Euangelista testimonium Joannis circumfert: quemadmodum & hìc dicit: *Joannes testimonium perhibet de ipso?* Non simpliciter, sed admodum prudenter; siquidem plurimùm omnes Judæi hunc hominem admirabantur: nam & (a) Josephus propter hujus vitæ exitum, Judæorum civitatem bello vastatam censet, laudesque ejus longâ oratione enarrat. Hujus caussa ab ipso Judæos rubore suffundere volens, continenter ipsos hujusce Præcursoris testimonii admonet, non ut à servo Dominum fide digniorem reddere studeat; sed ad stultorum Judæorum imbecillitatem condescendat. Quod autem (*clamabat*) dicit; ejus libertatem ostendit, quodque citra omnem timiditatem Dei adventum prædicarit. Per id verò, quod ait, *Hic est, quem dixi:* commonstrat sese adnuntiasse Christum etiam, priusquam apparuisset; hoc autem faciebat, uti ejus testimonium redderetur acceptabilius. Ceterùm hoc; *Qui post me venturus est,* significat, qui post me prædicaturus est, non qui post me factus est. Sed illud, *Ante me factus est*, id est, splendidior & honorabilior. At istud, *quia prior me erat*, siquidem non ex successu quopiam me prius existentem; posterius fecit esse; nam semper prior erat, licet posterior factus sit.

De Præcursore cur loquitur Joannes. *Homil. XII.*

Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus; quoniam non communicabilem gratiam habet; sed ipse fons est & radix omnium bonorum, ipse vita, ipse lux, ipse veritas, non in seipso divitias continens, sed in omnes alios ipsas effundens, iisque effusis plenus permanens. *Gratiam pro gratia*, quam pro qua, pro veteri novam accepimus. Nam & gratiâ Judæi salutem sunt consecuti, sicuti scriptum est: ‡ *Quia non ut multiplicem vos, sed propter patres vestros elegi vos.* Et nos rursus gratiâ salvi facti sumus; verùm non similiter, at magnificentiùs, dono Spiritûs Sancti, & ob fiduciam à reconciliatione factam. Et hoc quidem erat Legem gratiæ accipere, sicuti subjecit: *Quia Lex per Moysen data est;* siquidem figura erat Lex illa, sed misericordiam ac commiserationes Dei non commonstrabat; nam *ostendit vias ipsius Moysi*, quemadmodum ait David ⸸: Quia gratia & veritas per Jesum Christum facta est, & quod nobis hoc majora dona attulit, patefacit; ille etenim cùm servus esset, inferiorum rerum factus est minister; hic verò Dominus & Rex, Regisque filius semper Patri præsens longè præstantiora nobis attulit.

Gratia ex Christo. *Homil. XIII.*

‡ *Deut. IV. 37. & VII. 7, 8.*

⸸ *Psalm. CIII. 7.*

Deum

(a) *Joseph. lib. XIX. Antiq. c. 7. Puto* [illegible] *esse, quia propter Joannis exitum non dicit Josephus civitatem Judæorum bello vastatam, sed Herodis, qui dictus fuit Antipas, exercitum, ab Areta Rege deletum fuisse. Vide &* Egesippum *lib. II. c. 5. & 12. de Excidio Urbis.* Niceph. Call. *lib. I. Hist. Eccles. c. 20.* CANIS.

SÆC. IV. ANNO 390.

*Deum nemo vidit unquam, unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit. Et hoc est testimonium Joannis, quando miserunt Judæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Levitas ad eum, ut interrogarent eum: Tu quis es? & confessus est, & non negavit. Et confessus est, Quia non sum ego Christus. Et interrogaverunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? & respondit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es tu, ut responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait: Ego vox clamantis in deserto; dirigite viam Domini, sicut dixit Esaias * Propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Et interrogaverunt eum & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? Respondit eis Joannes, dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrûm stetit, quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est, cujus ego non sum dignus ut solvam ejus corrigeam calceamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans, &c.*]

* Esaiæ XL. 3.

Deus invisibilis. Hom. XIV.

Deum nemo vidit unquam inquiens Euangelista, patefecit nobis quòd quæcunque dixissent Prophetæ, velut Esaias †, qui dixerat se vidisse Dominum sedentem in throno, & cæterorum quidam ex ipsis de sua contemplatione differentes, cuncta illa permissionis fuisse, & non puræ ipsius substantiæ aspectus. Nam si eam contuiti essent, haud differenter eam vidissent; cùm simplex quædam sit nullâque figurâ expressa, conjunctione carens & incircumscriptibilis, neque sedens neque stans: hæc enim omnia corporum sunt. Neque Angelorum quis ipsum vidit, neque Archangelorum, neque hominum. Illud enim, *Quòd Angeli ‡ ipsorum semper vident faciem Patris mei qui in cœlis est*, perspicuum hoc est: quia per puram vigilantemque illorum naturam aliud nihil quàm Deum semper imaginantur, quemadmodum & ⊥ *mundi corde* per intellectum, aspectu & cognitione hominibus de Deo possibili: neque enim faciem habet Deus, sed neque cœlis circumscriptus est. Etenim hunc ipsum, *Quia Deum nemo vidit unquam*, hinc fide dignum verbum facere volens, inquit: *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.* Cæterùm dum *sinum* audis, nihil suspiceris humile; hoc enim humanum verbum dixit; inseparabilem ipsum ac sempiternum cum Patre ostendere volens, & quæcunque de Patre adnuntiata sunt, quomodoque credatur, non Judæis, verùm universo terrarum orbi enarretur. Ex Hierosolymis hac de caussa Sacerdotes atque Levitas ad Joannem ablegarunt; quòd reliquis honorabiliores essent, cùm & ipsum Joannem honorabilem magnumque habebant, unde pro Præceptore eum requirebant. Hinc & adulatoriè ipsum interrogant, ut scilicet ex hoc eum ad confitendum, an ipse esset Christus, alliciant; quandoquidem quis esset, nondum noverant, tametsi ex ipsius cognitus esset generatione. Et dixerunt tunc multi: * *Quis puer iste erit?* Ob id igitur ipse ad nullam illorum priorem aut posteriorem interrogationem statim respondit, quod stultæ simplicitatis ac complacentiæ erat dicere; *Ego sum vox clamantis in deserto;* sed quod suspicabantur illi; *Quia non sum Christus.* De Helia postquam illum venturum sperabant, interrogant, nunquid ipse esset? & dicit, *Non sum.* Quare non dixerunt, *Quia Propheta es tu*, sine articulo, sed cum articuli additione, *Hic Propheta es tu?* & istud vafrè. Nam cùm audissent à Moyse dictum: † *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus de medio fratrum vestrorum, tanquam me audite;* hic autem erat Christus; ideò sic interrogant, ut illum ad adsentiendum cogerent. Ipse cognoscens illorum malitiam, dixit: *Non sum*, eorum interrogationi insistens. Tunc inquit: *Ego vox clamantis in deserto:* ad Prophetam confugit, sermonem suum magis fide dignum faciens: nam & Esaias ‡ hoc dicit.

† Es. VI. 1, 2.

‡ Matth. XVIII. 10.

⊥ Matth. V. 8.

Joannes honoratus à Judæis. Hom. XV.

* Luc. I. 66.

† Deut. XVIII. 15.

‡ Esaiæ XL. 3.

Illud autem, quod ipsi rursus dicunt, *Quid igitur baptizas, si tu non es Christus?* cogentium erat; uti seipsum Christum esse confiteretur. Medium autem ipsorum Baptista Christum stetisse dicit: etenim decens erat, ipsum tanquam unum ex multis existentem admisceri populo, ut ubique humilitatem ac mansuetudinem doceret. Quare dixit, *quem vos nescitis?* Iccircò quòd ipsi veram notitiam atque scientiam de ipso non haberent, uti, quis esset & unde? Istud autem, *post me venturus est*, continuò ponit; ostendens ipsius Baptisma non esse perfectum, sed umbram atque imaginem & præparationem, tanquam alio post ipsum veritatem allaturo. Sed hoc, *Ante me factus est*, id est, honorabilior, ut neque inter ultimos hujus ministros sese adnumerari profiteatur dignum, siquidem infimæ est servitutis calceamenta solvere. Quamobrem dicit, *Hæc in Bethania facta sunt, & reliqua?* Ut magnanimi præconis ostendat fiduciam; quia non in domo, neque in angulo, neque in solitudine, sed apud Jordanem sese abdidit, in medio tantæ multitudinis Christi mysteria

mysteria adnuntians. Oportet verò nosse, quod certiora quædam exemplaria continent, *In Bethabara*: nam Bethania non trans Jordanem, sed prope Judæos non procul ab Hierosolymis est.

Alterâ die vidit Joannes Jesum venientem ad se, & ait: Ecce Agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic est, de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat: & ego nesciebam eum, sed ut manifestetur in Israel, proptereà veni ego, in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Joannes, dicens: Quia vidi spiritum descendentem, quasi columbam de cælo, & mansit super eum, & ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto. Et ego vidi & testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei.]

Et hoc quidem ignorare non convenit, quòd quæ ante Baptisma enarrat Matthæus, & Joannem prius posuisse qui tempora abbrevians ad reliqua properat. His autem potissimùm immoratur Joannes, quæque per descensum è monte factum consecuta sunt, recenset. Hæc verò, *Ecce Agnus Dei*, inquit Baptista, eò quòd multi persæpè de ipso percontarentur. *Agnum* * autem ipsum nuncupat, prophetiæ memor Esaiæ, & umbræ per Moysen; ut ex figura eos amplius ad veritatem alliciat. Eum autem *tollere peccata mundi ait*, siquidem nullius omnino peccatum ille Agnus suscepit; hic verò totius mundi peccata; quoniam totum hunc orbem periclitantem, quàm primùm ne perderetur, ab ira Dei liberavit. Sed hoc, *Ante me factus est*, hic dicit, eò quòd baptizet in Spiritu Sancto, mundique peccata tollat. Nam meus adventus, inquit, aliud nihil continet, quàm communem orbis terrarum Dominum, ejusque beneficium prædicare: etenim Domini erat totum humanum genus purgare, & Paracleti operationem elargiri. Ad quid dicit, *Et ego nesciebam eum?* Omni suspicione testimonium reddere vult vacuum, quandoquidem non humanæ familiaritatis, sed divinæ revelationis ipsum erat: caussam autem ostendit atque tuetur, proprium ejus baptisma asserens. *Sed ut manifestetur in Israel*, id est, ut reliquis omnibus ad fidem Christi viam muniat: *Ideò ego veni in aqua baptizans*. Sui ipsius verò testimonium credibilius reddere volens; illud ad Patrem & ad Spiritum Sanctum refert, sic inquiens: *Quia vidi Spiritum descendentem sicut columbam*, & sequentia.

Christi Baptisma. Homil. XVII.

* Esaiæ LIII. 7. 11. Exod. XII. 3.

Frequenter autem hoc dicit, *Et ego nesciebam eum*, eò quòd ei sanguine secundùm carnem junctus erat: † *Ecce enim*, inquit Angelus ad Mariam, *Elisabeth cognata tua*; ut non videretur ad gratiam loqui ob illam cognationem, inquit: unde & tempus omne secundùm dispensationem Dei in eremo transegit. ‡ Descendit autem Spiritus Sanctus super Dominum nostrum Jesum Christum & Deum nostrum: non quòd illo quemadmodum nos opus haberet, sed ad ipsum solum annuntiandum, sicuti de eo loquitur Baptista: *Quia qui misit me baptizare in aqua, ipse mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem*, & reliqua. Nosse autem oportet, quòd non solus Joannes viderit Spiritum Sanctum in specie columbæ, sed & omnes qui ibi aderant, licet non omnes crediderint: talia siquidem non solùm corporeis oculis, sed mentis aspectu magis (ne inanis videretur esse species) indigebant. Qua de caussa Joannes Jesum ambulantem videns dixit: *Ecce Agnus Dei?* Ut scilicet dupliciter, & oculis & voce eos, qui hactenùs propter nimium somnum nondum advenerant, de cætero ad Salvatoris cognitionem excitaret.

† Luc. I. 36.

‡ Luc. III. 22.

Alterâ die iterum stabat Joannes, & ex discipulis ejus duo. Et respiciens Jesum ambulantem, dixit: Ecce Agnus Dei. Et audierunt illum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Jesum. Conversus autem Jesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, (*quod dicitur interpretatum* Magister) *ubi habitas? Dicit eis: Venite & videte. Venerunt & viderunt, ubi maneret: & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas, frater Simonis Petri, unus ex duobus, qui audierant à Joanne, & secuti fuerant eum. Invenit hic primùm fratrem suum Simonem, & dicit ei: Invenimus Messiam, quod est interpretatum*, Christus. *Et adduxit eum ad Jesum. Intuitus autem eum Jesus dixit: Tu es Simon, filius Jonæ, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.*]

Duo ex discipulis Joannis secuti sunt Jesum, non quòd suum Doctorem despicerent, sed ipsius testimonio magis persuasi essent. Neque verò statim accedentes Jesum interrogarunt, sed secuti sunt, neque de publicis simpliciter, & quasi admodum necessariis magnisque rebus potiti essent præsentibus absentibus, sed de propriis disserere studebant.

Homil. XVIII.

Inter-

SÆC. IV. ANNO 390.

Interrogat autem illos: *Quid vultis?* non uti discat; quomodo enim, qui scrutatur corda hominum? sed, ut interrogando ipsos magis sibi conciliet, ipsosque majori fiduciâ donet. Conveniens enim erat eos subvereri ac formidare, cùm rudes essent, & talia Magistri de eo testificantis audissent. Neque verò ex eo, quòd sequebantur, suum tantummodò ostendebant desiderium: sed Magistrum (hoc siquidem interpretatum est *Rabbi*) eum appellando, licet nihil adhuc magni abs illo didicissent, audissentque. Illud autem, *ubi habitas?* ex magna prudentia dixerunt. Siquidem in otio, aliquid ei dicere, & quævis abs eo audire cupiebant. Non dicit autem locum, neque domûs signa; sed ut veniant & videant, ut scilicet eos magis ad sequendum alliciat.

Auditorum ardor. Quamobrem Euangelista tempus denotavit, inquiens: *Quia hora erat quasi decima?* ut eorum ad audiendum ostenderet studium, neque enim quòd tarda esset hora, (inciderat enim in occasum Sol) ipsius Domini benignitatem dimiserunt, quandoquidem non dixerat ipse, importunum esse jam audire, cras si quid volueritis audietis; verùm ut amicos, & longo ei tempore conjunctos alloquitur. Etsi verò alibi quoque dicat: ‡ *Filius hominis non habet ubi caput inclinet;* hîc autem, *venite & videte;* per hoc, *non habet ubi caput inclinet*, eum non proprium possedisse hospitium significat; non autem, quòd domum non habitaret: nam & illud vulpium ac volucrum vult parabola.

‡ *Matth. VIII. 20.*

Andreas solus memoratur à Christo. Quòd autem alterius nominis non meminerit, sed Andreæ duntaxat; hoc ideò, ut loquuntur quidam, quòd ipsemet qui hæc scripsit, incitator fuerit; quidam autem non ob id, sed quòd ex insignibus ille non esset, neque nominis illius cognoscendi ullum foret lucrum. Andreæ verò meminit, & hinc eum insignem demonstrat, fideique primordia per Simonem ejusque fratrem jacienda: unde quoque cùm primum audisset*: *Quia faciam vos piscatores hominum;* super admirabili promissione minimè dubitavit, sed persuasus Simon statim est secutus, hæc autem Andreæ erga Simonem operatio ex eo est perspicua, quòd doctrinæ Salvatoris thesaurum apud sese non absconderit, sed è vestigio hanc & fratri suo impertiturus cucurrerit.

* *Matth. IV. 19.*

Messias inventus. Quod ostendit, dicens: *Invenimus Messiam; quod est interpretatum, Christus.* Hoc verbum, *Invenimus*, Animæ est Christi præsentiam atque adventum maximè exspectantis; unde & gaudio ob ejus adventum adeò exspectatum perfunditur. Atque ob id alios etiam Euangelii reddere participes admittitur. Neque verò simpliciter Messiam dicit, sed cum articuli (τὸν) adjectione, hunc Messiam, tanquam unum Christum nihil commune cum aliis Christis habentem præstolantes. Adduxit autem è vestigio eum ad Jesum, tanquam ad credendum facilem, atque obedientem; tum ob ejus fervorem vehementemque amorem, quo ab initio Petrus possessus erat, neque ex facilitate aut simplicitate incidenter accurrit, (ne quis de ipso quid simile suspicetur) sed multa cùm quæsivisset fratremque examinasset, sic sermonem admisit, & suscepit. Cæterùm Euangelistæ, breviloquentiæ studiosi, hoc abbreviant: cùm non minus signa, quàm prophetiæ moveant. Incipit deinceps Divinitatis mysteria revelare, & paulatim ipsam Prophetarum oraculis aperire. *Intuitus autem Jesus*, inquit: *Tu es Simon, filius Jonæ:* ex præsenti etiam futura credit; etenim qui patrem nominat, clarum est eum & futurum providere, & honorificè de eo prædicere, quod tamen non adulantis, sed futurum prædicentis est. *Tu vocaberis Cephas*, quod est interpretatum Petrus: non dixit, *quia ego te denominabo;* quod majoris potestatis erat; eò, quòd statim ab initio non voluerit cuncta, quæ suæ erant auctoritatis manifestare, verùm intereà humiliora loquitur. Quamobrem hunc quidem Petrum, Jacobi autem *filios tonitrui* nominat? uti ostendat, quòd & vetus Testamentum ipse dederit, qui & nomina quemadmodum & tunc & nunc adaptat, siquidem Abram †, Abraham vocavit, & Sarai Saram.

† *Gen. XVII. 5, 15.*


In crastinum voluit exire in Galilæam, & invenit Philippum. Et dicit ei Jesus: Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaida, civitate Andreæ & Petri. Invenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem scripsit Moyses in Lege & Prophetæ, invenimus Jesum filium Joseph à Nazareth. Et dixit ei Nathanaël: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni & vide. Vidit Jesus Nathanaël venientem ad se, & dixit de eo: Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanaël; Unde me nosti? Respondit Jesus & dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis: majus his videbis. Et dicit ei: Amen amen dico vobis, videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes supra Filium hominis.]

Homil. XIX. Andreas audito Præcursore secutus est Christum, & Petrus audito Andreâ. Philippus autem unde? A nullo quidquam didicerat, sed hoc solùm, Christo dicente: *Sequere me,*

me, quam primùm credidit, & minimè retrocessit, sed aliis prædicator factus est; currens enim ad Nathanaël, *Quem scripsit*, inquit, *Moses in Lege*, & *Prophetæ*, invenimus, &c. Primùm quidem ideò, quòd vox Christi aliquid in ipso operaretur, quódque mentem sollicitam haberet, tùm, quòd assiduus dictorum Moysis meditator esset, ipsiusque adventus exspectator: Nam & verbum illud, *Invenimus*, quærentium est semper. SÆC. IV. ANNO 390.

Castellum etiam Philippi nominat Evangelista; ut hinc Christi discamus potentiam, siquidem ex sterili terrâ discipulorum præcipuos elegit; Philippus verò ad Moysen & Prophetas remisit Nathanaël, ut fide dignam suam prædicationem redderet, siquidem in perscrutandâ Lege diligentissimus erat Nathanaël, quemadmodum & Christus ipse de eo testatus est, ipsumque opus edocuit. Filium autem Joseph, inquit, cùm adhuc puer reputaretur. Dicit verò: * *A Nazareth potest aliquid boni esse?* Ideò quia ex Scripturis cognoverat, † *ex Bethleem debere Christum venire.* Quod autem, *Veni & vide*, inquit Philippus, placuit & doctrinam Christi gustare, cùm sciret reliquum eorum sermonem non differre. A Christo autem commendatur & in admiratione habetur, *tanquam verè Israëlita, in quo dolus non est*: neque enim ad gratiam neque ad odium quidquam est locutus: siquidem non diffidentis, sed incorrupti judicii verba erant: unde & à principio de eo opinionem habebat, quòd ex Nazareth non esset, quam & retinebat. Sed quo pacto *Nazarenum* nuncupant eum Prophetæ? Ab educatione, & conversatione ibidem factâ. Illud autem dicere: *Unde me nosti?* illum hominem constantem optimèque confirmatum ostendit, quandoquidem neque laudibus intumuit, neque encomiis obviam factus est, sed de eo perscrutatur, ut quid certius intelligat, cùm apertius aliquid perdiscere cupiat. Quid isto significatur: *Priusquam te Philippus vocaret, cùm esses sub ficu, vidi te*: hoc ipsâ eâdem horâ, nam sub ficu, nemine præsente, solus Philippus seorsum cum Nathanaël de Christo sermonem commiscebat, priusquam accederet Philippus, inquiens, *Ecce vir Israëlita*, ne videlicet suspectum reddatur ejus testimonium, sicut & Philippi de Christo præloquentis; de ficuum copiâ locuti sunt: hinc ille tum à tempore tum à loco & arbore ejus mentem exploravit cum diligentiâ. Cognoscens autem quis esset, respondit dicens: *Rabbi, tu es Filius Dei, tu Rex Israël.* Atque hæc magno perfusus gaudio eloquutus est, quasi diceret: Tu es ille quem exspectamus, quem quærimus. Rationi autem consentaneum est, quærere. Cùm filium Dei dixerit Nathanaël, tamen ante signa & ante doctrinam non fuerit beatus judicatus, quemadmodum & Petrus; quoniam non cum eâdem mente uterque verba illa protulit. Nam Petrus ‡ *Filium Dei* confessus est tanquam Deum verum; Nathanaël tanquam hominem purum: Et id ex eo clarum est, quod inquit: *Tu es Rex Israël.* Filius autem Dei non solùm Rex Israël est, sed universi terrarum Orbis. Per hoc verò quod ait Christus: *A modo videbitis Cœlum apertum*, & reliqua, a terra ipsum paulatim diducit, efficitque, ne amplius ipsum tanquam hominem purum imaginetur, sed & Angelorum Dominum ipsum confiteatur. Quomodo enim hic, in quem Angeli adscendunt & descendunt, homo tantum esse potest? Atque hæc, de Angelorum adscensu & descensu, in Cruce & adscensione eventura erant.

* *Joan. I. 46.*
† *Mich. V. 1. Matth. II. 5.*
Homil. XX. & ult. cap.
‡ *Matth. XVI. 16.*



Sæc. IV. Anno 390.

IN EPISTOLAM JOAN. CHRYSOSTOMI AD CÆSARIUM MONACHUM ANIMADVERSIO HISTORICA JACOBI BASNAGII,

Cum Notis & Obſervationibus criticis Viri doctiſſimi *Scipionis Maffei*, editis in Firenze anno 1721.

Hiſtoria Epiſtolæ, à P. Martyre Chryſoſtomo vindicatæ, in Locis communibus.

AN genuina ſit Epiſtola Chryſoſtomi ad Cæſarium, quam ſpurio in Johannem Commentario cohærentem publici Juris facimus, per ſæculum integrum & ulterius agitata fuit Controverſia inter Theologos, qui etiam Criticos agebant.

Laudaverat P. Martyr, *Excenobita* Dominicanus, hæc verba tanquam Chryſoſtomi, ex quibus argumenta Transſubſtantiationi oppoſita educebat adverſùs eos, qui ſibi Chryſoſtomum hac in re teſtem & defenſorem fidei ſuæ propugnabant. *Sicut enim* (hæc ſunt verba Chryſoſtomi quæ controverſiæ locum dederunt) *antequàm ſanctificetur Panis, Panem nominamus; Divinâ illum ſanctificante Gratiâ, mediante Sacerdote, liberatus eſt appellatione Panis: dignus autem eſt habitus* DOMINICI CORPORIS APPELLATIONE, ETSI NATURA PANIS IN EO PERMANEAT.

Conjiciet facile Lector, quid Theologos moverit, ut dicam falſitatis impingerent P. Martyri; Ipſis occaſionem aliquam præbuerat, cùm nec Codicem MS. nec Dominicanorum Florentinorum Bibliothecam, in quâ latebat Codex MS. revelaſſet. Augebat dubium caſus, qui humanam Martyris prudentiam effugiebat: Exemplar ex Codice Florentino à ſe deſcriptum depoſuerat in Bibliothecâ Crammeri, tanquam fidei ſuæ monumentum, quò confugere poſſent eruditi, qui propriis oculis eam firmare vellent; ſed in cineres redacta aut direpta Crammeri Bibliotheca ſub Regno Mariæ. Hanc arripuerunt anſam Theologi, non modò Martyrem, ſed & Præſides Anglicanos, qui Martyrem tuebantur, tanquam fraudis conſcios & vindices exagitandi. Invaluit ab eo tempore hæc ſententia apud omnes Catholicos, Chryſoſtomum talia nequaquam ſcripſiſſe, & Martyrem non modò deceptum, ſed fraudis authorem, opus ſpurium, & forſan, Annii Viterbienſis impoſtorumque plurimorum arte & methodo, hanc Epiſtolam finxiſſe, ut fucum inimicis faceret. Et revera latuit Epiſtola, donec Emericus Bigotius, mihi à teneris annis ad mortem uſque amiciſſimus, qui an eruditione vaſtiſſima, aut morum integritate potius laudari debeat, in dubio reliquit, hanc ex eodem codice apud Dominicanos latitanter deſcripſit & in Galliam attulit. Artes Monachorum qui noverat, eos, Martyris exemplo, celavit, & frequenter eorum Bibliothecam pervolvens, plura ex aliis Codicibus deſcripſit, ut intentum obtineret; & ne, dilacerato Codice, fraudis accuſari poſſet apud eruditos, integrum reliquit. Hoc Opuſculum in lucem erat proditurum cum vitâ Chryſoſtomi à Palladio ſcriptâ, & Scriptis Patrum, quæ Bigotius itinerando transſcripſerat: ſed Cenſores librorum ei litem intentaverunt circa locum ſuperiùs à nobis indicatum, metuentes ſcilicet triumphos, quos ex verbis Doctoris

ris

ris Ecclesiæ vetustissimi sibi pollicebantur Reformati, Autoritatem Regiam interpellaverunt. Jussit Rex Epistolam ad Cæsarium, jam editam, dilacerari. Argumentum habes in lacuna, quæ post Palladii Vitam Chrysostomi observatur à paginâ 235. ad 245. Pœnituit postmodum D. Faure, amicum Bigotii, & tamen consilii tam iniqui autorem; quippe qui maluerit P. Martyrem à crimine falsitatis olim objecto vindicari, quàm Chrysostomum Transsubstantiationi oppositum, hâc iniquitate publicâ, confiteri: Sed latam à pauco tempore sententiam impulsu Censorum Rex noluit revocare. Periérat ergo denuò hæc Epistola, & æterno fuisset damnata silentio, nisi nostras in manus incidisset Exemplar aliquod Bigotianum, quod publici juris fecimus ab anno 1687. Illam deinde edidit eruditissimus Harduinus, & subtilissimâ dissertatione circa Sacramentum Altaris, Chrysostomum à sententiâ quam ferebant ipsius verba, vindicare tentavit; his potissimùm argumentis, quòd φύσις, aut *natura*, panis significet non substantiam, quæ percipitur oculis & manu tangitur, sed mera accidentia: Et ex eo quòd Natura Divina Christi immanens Humanitati, Corpus ejusdem Christi debeat inhærere Pani, & per consequens Transubstantiari, ut comparatio valere possit. Nos à controversiâ penitùs alieni hæc observaturi sumus: Primò, miramur, quanta fides haberi debet iis, qui anticipatis opinionibus tenaciter addicti, nec periculis imminentibus sese objicere audentes, præfractâ fronte negant quæ verissima sunt, & metu perculsi Regem ipsum adeunt, ne veritati lux aliqua possit affulgere: deinde, ubi subeundum est periculum, sententiam mutant, & interpretationibus alienis verborum usum immutare conantur, ut fidem Patris ab iis alienissimi declinare possint. Nunc indubitata est Epistola Chrysostomi, confitentibus ipsis, qui majori partium studio tenebantur. Deinde qui prima Elementa linguarum norunt, confiteri debent, & apud Græcos φύσιν, & *naturam* apud interpretes Latinos significare, non accidentia, sed *substantiam* ipsam, sive naturam panis quæ *remanet*. Denique, si Chrysostomus audiatur, Elementum liberatur solummodò *appellatione Panis*: Mutatur nomen & substantia remanet. Sic penitùs ruit Transsubstantiatio; & Consubstantiationi faveret multò potius Chrysostomus, nisi Eucharistiæ Sacramentum cum Apollinaris sententiâ de Animâ Christi, quam Divinitas absorbuerat, aliter conciliare non liceret. Sæc. IV. Anno 390.

I. Fuit Apollinaris, doctissimo parente natus, Laodiceæ apud Syros Episcopus, Veritatis defensor acerrimus, utpote qui Celsum & Porphyrium, Christianæ Religionis hostes infensissimos, triginta confutaverit libris. Julianum Imperatorem secus ac decet sentire demonstraverat in Tractatu de *Veritate.* Injuriam illi faciunt, qui veterum & recentiorum, præjudiciis obsequentes, Hæreses singulas autorum vitiis infamare conantur, ambitionem & repulsam Episcopatus, vindictæ studium, aut auri sacram famem errorum omnium genitrices faciunt; quasi Cœlum ipsum non peteretur hominum audacia, & errori subjecta mens sine motivis externis in devia transgredi non posset. Apollinarem non movit vesana Episcopatus ambitio, quippe qui jam Laodicenam sedem, Antiochiæ magnæ æmulam, teneret; & quod ajunt plurimi, Georgium, Arianorum è principibus unum, ipsum communione privasse, eò quod Athanasii partes tueretur, probat tantummodò Apollinarem Arianis infensum ab iis semper distingui debere. II. Non sibi finxit Apollinaris in Christo consubstantiale Divinitati corpus, quippe qui sic loquatur in Epistola ad Serapionem: *Eorum autem, qui dicunt carnem Deo consubstantialem, magnam insaniam damnavimus* Præceptorem sequitur passibus æquis Valentinus, Apollinaris Discipulus. *Polemius*, inquit, *& Timotheus non solum*

De Apollinari & ejus erroribus.

Leont. in B. Pat. T. 4. p. 2. p. 1031.

Ibid. p. 1035.

SÆC. IV. ANNO 390.

solum Hæretici, sed Calumniatores declarati sunt; Beatissimus enim Magister Apollinarius blasphemos & insanos scripto vocavit eos qui dicunt, corpus esse Divinitati Homousion, quicunque igitur in hac fide vera & Apostolica & simplici noluerint incedere, sint Anathema. His calculum addit Jobius Episcopus, alter Apollinaris Discipulus. III. Non existimavit Hæresiarcha noster confusas esse in Christo naturas, ut ex ipso patet Theodoreto; *Si homo*, inquit Apollinaris apud Theodoretum, *habet animam & corpus, manentque in illâ unione, multo magis Christus, Divinitatem habens cum corpore, utraque habet permanentia & inconfusa.* IV. Non affirmavit Divinitatem fuisse crucifixam; nam inter impatibilitatis fautores numeratur à Theodoreto, qui refert hæc ejus verba: *Cum in carne passiones essent, impatibilitatem suam habuit potentia; quare impius est qui passionem ad potentiam*, hoc est ad Divinitatem, *refert.* V. Non corpus Christo cœleste finxit, è contra illud è virgine formatum asserens; Hæc enim habes ejus verba apud Leontium, *Concessum est, ut certum, corpus esse ex Virgine, Divinitatem è Cœlo: Corpus formatum est in ventre, Divinitas non creata, æterna; in compositione perseverat corpus esse corpus, & Divinitas Divinitas.* Et ne quid mihi objiciatur, hæc omnia ex Scriptis Apollinaris in Hæresim jam delapsi, tum à Theodoreto, (alioquin enim fucum fecisset Eranistæ) tum à Leontio elicita fuisse Lectorem monitum velim.

Theod. Dial. 2. t. 4. p. 112.

Id. Dial. 3. t. p. 171.

Leon. Bibl. Pat. t. 4. p. 2.

Genuina Dogmata Apollinaris.

Docuit Apollinaris primò, Christum corpus ut stolam & amictum induisse, ut sensibus nostris occurrere posset, & corpus illud per divinitatem fuisse animatum. 2.° Platonis vestigia premens, animatum dixit Corpus, sed huic animæ facultates tantum motivam & vegetativam, quas animales vocant, tribuebat, dum rationem & mentem illi denegaret. 3.° Asserit Hieronymus, Apollinaris auditor, eadem credidisse de origine Animarum cum Tertulliano, qui volebat eas ex traduce generari, & animas ex animabus propagari, ut corpora ex corporibus; Aliter enim Deus *non requievisset ab omni opere* ineunte die Sabbathi, si novæ animarum creationi implicitus esset ad finem sæculorum. Sed priori sententiæ potissimùm adhæsit Apollinaris, & tuebantur ejus discipuli, Vitalis, Jobius & Valentinus, omnes Episcopi. Inde tot eorum argumenta ad vindicandum errorem, quem notavimus, ab illis congeruntur. *Divinitas*, inquiebant, *mentis loco sufficiebat: duo perfecta continere non poterat Christus: peccatricem & damnatam animam quî Christus induere potuit? Si Christus totum hominem induit, vos estis anthropolatræ.* Cui Argumento reponebat Gregorius Nazianzenus: *Si ego sum* ANTHROPOLATRA, *tu es* SARCOLATRA. Hicque Sarcolatrarum titulus Apollinaristas distinxit à cæteris errantibus. Denique hæc est Apollinaris sententia, quam impugnat Chrysostomus in Epistolâ quæ hîc subjicitur.

Epistola di Scipio Maffei ad Jac. Basnage. 12. Agosto in Firenze 1721. nella Stamperia di sua A. R.

Illa jam Typographo transmittenda curabam, cùm pervenit ad manus meas *Lettera di S. Gio. Chysostomo à Cesario, representata come sta nel Codice Fiorentino all' insigne Letterato il Signor J. Basnage dà Scipione Maffei.*

Viderat Vir illustrissimus Prospectum *Lectionum Antiquarum Canisii*, quarum Editionem meditabar; Cum in eo *Prospectu* legeret ea verba: genuinam ad Cæsarium Monachum Epistolam adjiciemus *è Codice Bigotiano, quam è MS. descriptam dilacerari jussit Princeps Serenissimus*; autumavit, levi sanè conjecturâ, me credidisse Serenissimum Principem, *Magnum Ducem*, prohibuisse, ne Codex ille exhiberetur litteratis, & deinde lacerari jussisse Epistolam; asserit è contra Vir eruditissimus se vidisse Codicem eximium in eodem

Sæc. IV. Anno 390.

eodem loculo qui fuerat indicatus, & ne decipiar Exemplari corrupto, vel supposito, humanissimè transmittit ad me ipsam Chrysostomi Epistolam à se descriptam ex eodem Codice, quem Dominicani tenent ex *Hereditate doctissimi viri Nicolai de Nicolis de Florentia*: ejus enim nomen præferunt plurimi Codices ejusdem Bibliothecæ. Denique monet me genuinum non esse meum Exemplar, si à suo discrepet aliquatenus*. Ignoscat mihi Vir eruditissimus! Nunquam ea mihi fuit temeritas, Magnum Etruriæ Ducem accusandi, quasi hanc Epistolam è manuscripto Codice dilacerari jussisset. *Serenissimus ille Princeps*, quem indicavi, fuit Ludovicus XIV. Galliarum Rex, qui illam jam editam à Bigotio in lucem prodire vetuit: & ea dilacerata lacunam in Opere, quemadmodum superius monui, reliquit. Non enim id factum fuit à *Sorbonicis Doctoribus*, sed jussu Regis ipsius, ut ore proprio sæpius iteravit, dum viveret, Bigotius mihi semper amicissimus. Illam descripserat ex Codice Dominicanorum dum Florentiæ degeret, & ejus Exemplar, quod jam Ultrajecti edideram, ita respondet Exemplari ad me transmisso, ut nec vox nec linea desint. Secutus igitur Editionem primam à me confectam, observationes Viri celeberrimi Maffei ut & Harduini notas nostris adjecimus; ita ut hæc Editio perfecta, quantum fieri potuit, cum Græca desint, nunc censeri debeat.

Accusatio refellitur.

Conjicit Vir celeberrimus Epistolam ad Cæsarium immerito Chrysostomi præferre nomen, idque duplici ratione; primò, propterea quòd notissima fuerit, & tamen cum cæteris Operibus in MSS. Codicibus non occurrit. Deinde monuit Virum celeberrimum *il Signor Abbas Salvini*, esse diversam planè Chrysostomi ad Cæsarium Monachum Epistolam in Bibliothecâ Laurentianâ *Cod. 37. del banco* 31. quam mecum communicatam hîc libentissime subjicimus. Latinam reddidimus, ut & argumenta Viri clarissimi, quippe nihil celare volumus, officia quæcunque nobis præstita paribus pensaturi.

Epistola ad Cæsarium non est Chrysostomi.

Tŝ

* *È stato giudicato dà chiunque ha quì letto il sopra posto paragrafo, volersi obliquamente significare in esso, che il Serenissimo Gran Duca abbia fatto lacerare l'Originale di questa Epistola; trovandomi in Firenze ho creduto di publico interesse il certificar tutto il Mondo del vero, e lo sgombrare un errore, che non fu senza ingiuria della Cattolica sincerità, e del magnanimo costume d'un tanto Principe da prima disseminato. Sappiate dunque, erudito Signor Basnage, che risovvenutomi, nel leggere le sopraccenate parole, di questo MS. osservato già da me anni sono, mentre mi trattenni parimente alcuni mesi in questa Città, mi son portato subito alla Libreria de' PP. Domenicani di S. Marco per farne ricerca; e sappiate, che ho trovato il Codice bello, e lampante nell' istessa nicchia, e l'Epistola bella, e intatta nell' istessa carta; anzi segnato il luogo, per soddisfare con più prontezza alla curiosità degli stranieri, che ricercano di questo monumento, e che dalla somma cortesia de' Padri viene a chiunque sia conceduto. Questo è un fatto, l'accertarsi del quale è libero in ogni tempo, e facilissimo à tutti. Ma perchè osservo nel* Prospetto, *che promettete quest' Epistola* genuina, *acciocchè possiate veramente assicurarvi di darla tale, io ho creduto di farvi cosa grata, trascrivendovela qui dall' originale come sta, e giace, a riserva unicamente de' punti, e virgole; assicurandovi, che se la vostra copia devia da questa in minima parte, essa in quella parte non è genuina. Il MS. è di cartapecora, in foglio piccolo, che si accosta al quadrato, intero, e ben tenuto: ha nel principio:* ex hereditate doctissimi Viri Nicolai de Nicolis de Florentia, *come più altri di questa Libreria, e di quella di S. Lorenzo. E' scritto tutto a due colonne, di carattere stampatello, con pochissime, e facili abbreviature, e con qualchè tenuissimo vestigio in alcuna lettera (come nella* s, *e nella* r) *dell' antico corsivo, detto communemente con generale inganno ora Gotico, ora Longobardo, e anche dell' antico majuscolo in alcun' altra come nella* n. *Ha qualche punto, e altri segni talvolta d'interpunzione fatti da seconda mano: l'inchiostro è per lo più gialliccio: i titoli tutti in majusculetto, alternando righe rosse, e nere. Nome non ci si vede di copista, nè nota di tempo; ma tal modo di scrivere è stato molto in uso dall'* 800. *al* 1200. *e molti n'abbiamo a Verona fra i MSs. Capitolari. Il libro contiene Epistole, e Trattati di Padri, e Scrittori Greci, specialmente di S. Atanasio, del Nazianzeno, e di S. Cirillo, ma tutto in Latino: qualchè parola Greca, che ci cade qua e là per entro, si fa sempre in majusculo. Al numero* XXI. *si vede la nostra Epistola, ch'è la sola di S. Gio. Grisostomo. La rappresento con tutti i suoi errori, e sconcordanze, e falsi raddoppiamenti, e dittonghi omessi, o posti fuor di luogo, e transformazioni di casi, che nascevano dalla pronunzia, e dagl' idiotismi popolari. Noterò sotto le principali diversità dalle passate edizioni, prendendole dall ultima del P. Harduino, delle quali però niuna è di conseguenza al punto di che si tratta; e segnerò parimente alquante emendazioni, lasciando le patentissime, o meno importanti.*

Sæc. IV.
Anno 390.
Epistola alia Chrysostomi ad Cæsarium. nunc primum edita.

Τοῦ Χρυσοστόμου πρὸς Καισάριον·

ΚΑί ἐστιν εὐσεβὲς τὸν θανάτῳ περιβληθέντα Χριστὸν ὁμολογεῖν ἐν Θεότητι τέλειον, [καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειον] ἕνα υἱὸν μονογενῆ, οὐ διαιρούμενον εἰς υἱῶν δυάδα, φέροντα δὲ ὅμως ἐν ἑαυτῷ τῶν ἀχωρίστων δύο φύσεων ἀσυγχύτους τὰς ἰδιότητας, οὐκ ἄλλον καὶ ἄλλον, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Κύριον Ἰησοῦν Θεὸν λόγον σάρκα ἠμφιεσμένον, καὶ ταύτην οὐκ ἄψυχον καὶ ἄνουν, ὡς ὁ δυσσεβὴς εἶπεν Ἀπολλινάριος. ‡ Εἰ δ' ἔτι τισὶν ἀδύνατον δοκεῖ ἐν ἑνὶ δύο εἶναί τινα, καὶ ἅμα μὲν κατέχεσθαι, ἅμα δὲ σταυροῦσθαι καὶ τὸ ἓν τούτων ὑπομένειν τὴν ὕβριν, ἀνθρωπίνῳ ὑποδείγματι ὑποδεῖξαι τοῦτο πειράσομαι. Ἡ βασιλικὴ πορφύρα ἔριον ἦν. Τούτῳ μιγὲν τῆς κοχχύλης τὸ αἷμα χροιὰν πορφυρέαν αὐτῷ παρέσχεν· ὅτε οὖν ἐνήθετο τοῖς δακτύλοις καὶ ἐκλώθετο, στήμων γενόμενον, δῆλον ὅτι τὸ ἔριον καὶ οὐχ ἡ βαφὴ τὴν στρέψιν ὑπέμενεν· ὁμοίωσαι καὶ τῷ ἐρίῳ τὸν ἄνθρωπον, τῇ πορφυρέᾳ χροιᾷ τὸν Θεὸν λόγον· ὃς ἥνωτο ἐν τῷ πάθει καὶ τῷ σταυρῷ, ἀλλὰ τῷ πάθει παντελῶς οὐχ ὑπέπεσε. Πάλιν ἔστω δένδρον ἔχον ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου· ἐν τῷ οὖν τέμνεσθαι τοῦτο, θεωροῦμεν, ὅτι ὁ πλήττων σίδηρος πρῶτος κατὰ τῆς ἐν αὐτῷ ἀκτῖνος ἄνωθεν φέρεται, καὶ ἡ ἀκτὶς πρώτη, πρὶν ἢ τὸ δένδρον πληγῆναι, τὴν πληγὴν ὑποδεχομένη φαίνεται· ὥσπερ οὖν ἡ λαμπηδὼν καίτοι ἐκεῖ οὖσα οὐ τέμνεται, οὔτε διακόπτεται, οὕτω καὶ ἡ Θεότης οὔτε χωρισθῆναι ἠδύνατο, οὔτε τμηθῆναι, καὶ παθεῖν· ἡ δὲ σὰρξ τῷ πάθει ὑπέπεσεν, ἢ τμηθῆναι, καὶ παθεῖν ἠδύνατο, ὡς ἐκεῖ τὸ δένδρον.

Chryſoſtomi ad Cæſarium.

† Hæc ceu omiſſa ſenſus arguit. *Baſn.*

‡ Quæ ſequuntur ex alio Codice ſunt deſcripta.

Pium & valdè pium, Chriſtum, qui morte circumdatus eſt, confiteri in Divinitate perfectum, [& in humanitate perfectum†] *unum filium unigenitum, non dividendum in filiorum dualitatem, portantem tamen in ſemet ipſo indiviſarum duarum Naturarum inconvertibiliter proprietates, non alterum & alterum; abſit! ſed unum eundémque Dominum, Verbum carne noſtrâ amictum, & ipſâ non inanimatâ aut inrationabili, ſicut impius Apollinarius dixit.*

‡ *Si quis autem dixerit impoſſibile fieri, ut duo* quædam *ſint unum, ſimul comprehendantur & ſimul crucifigantur, unumque ſolum ex duobus ignominiam patiatur: id ſum demonſtraturus ſimilitudine ex rebus humanis deſumptâ.*

Purpura Regia fuit lana, ſed ſanguis vermiculi (ſic Hieronymus) *vel cocci immixtus lanam reddit purpuream; at quando fuſos torquebant digiti, circumvolvebatur & texebat artifex, non tinctura, ſed lana patiebatur circumvolutionem & texturam. Similis eſt* homo *lanæ, &* verbum *purpureo colori. Unitæ fuerunt binæ naturæ in cruce, in paſſione; ſed non in omni parte paſſioni ſubjectæ fuerunt.*

Supponamus pariter, arborem quandam habere radium Solis inſitum, quando ſcinditur arbor illa, ferrum percutere videtur Solis radium, antequam ſit arbor percuſſa; attamen radius Solis, quamquam fulgens, nec percutitur, nec ſcinditur, ſed arbor ipſa :. Sic Divinitas nec percuti, nec pati potuit; ſed tormentis ſubjiciebatur caro, quæ percuti & pati potuit, ſicut arbor ſuperius indicata. *

Vide-

* Latinæ Verſioni noſtræ Italicam D. D. Maffei exaratam & nobis transmiſſam addimus, ne quid Viri celeberrimi curis & labori detrahatur.

Del Gryſoſtomo a Ceſario.

E *Pia coſa è confeſſar Criſto circondato dalla morte nella divinità perfetto; unico Figliuolo unigenito, non diviſo in dualità di figliuoli, ma portante in ſe ſteſſo le proprietà inconfuſe delle due inſeparabili nature; non altro, ed altro, lungi ciò; ma uno, e l'iſteſſo Signor Geſu Criſto, Dio Verbo veſtito di carne, e queſta non ſenz' anima, e ſenza mente, come diſſe l'empio Apollinare. Che ſe impoſſible ancora ſembra ad alcuni, due coſe eſſere in una, e inſieme eſſer preſe, e inſieme crocifiſſe, e con tutto ciò una ſola di queſte ſoffrir l'ignominia; mi sforzerò di ciò dimonſtrare con una umana ſimilitudine. La regia porpora fu lana: miſchiato ad eſſa il ſangue della conchiglia, le diede il color purpureo: quando però ſi filava dalle dita, e ſi aggomitolava, fatta ſtame, è chiaro, che la lana e non la tinta ſoffrì quel torcimento. Or ſimile alla lana è l'uomo, ed al purpureo colore Dio Verbo, il quale era unito nella paſſione, e nella croce, ma non in ogni parte alla paſſione ſoggiacque. Parimente ponghiamo un albero ch'abbia in ſe ſteſſo il raggio* del

Sæc. IV. Anno 390.

Videmus, inquit Vir doctissimus, initium Epistolæ, quam hîc protulimus, respondere priori versus finem; Sed desunt binæ comparationes, unde patet descriptorem aliter legisse Epistolam Chrysostomi, quàm in editis & MS. Florentino. Respondebitur forsan, secundam partem alteri parenti tribui debere, aut alterius monumenti esse particulam, quæ tituli omissione cum Epistolâ Chrysostomi conjuncta fuit. Ego nec affirmare, nec negare velim, neque per tempus mihi licet hoc amplius indagare. Sed huic conjecturæ non favet Codex, quippe ubi novum aliquod sese offert Scriptum aut author, novus occurrit semper titulus in fronte. Deinde respondent scopo totius Epistolæ binæ comparationes quæ adjiciuntur, & optime refutantur illi, qui *passionem adponi Deitati imaginabantur*. Dicet aliquis, illud fragmentum non respondere stylo B. Chrysostomi! Sed & prior Epistola ab ejusdem S. Chrysostomi stylo planè diversa mihi videtur. Huc usque Maffei! Cætera, ut in compendium res redigatur, & quæ minoris sint ponderis, legi possunt Italicè. Conclusio D. Maffei.

Nobis, hanc Epistolam Chrysostomo tanquam genuinam vindicaturis, Viro doctissimo hæc reponere licebit brevissimè. Responsa nostra.

Primò, unde venerit, quod illa non occurrat in plurimis Codicibus, qui cætera Chrysostomi Opera continent; rationem nos penitùs latere confitemur. Hoc unum scimus, illud suspicionem movere non debere: Quot enim Patrum Scripta eruuntur è tenebris, in quibus latebant? Nonne Chrysostomi ipsius Homilias in Psalmos & in Danielem interpretationes, quæ per tot sæcula à Chrysostomo labentia videbantur deperdita, ex MS. Regiæ Bibliothecæ Laurentii Scorialensis † à Monacho quodam Hispano descriptæ,* in lucem prodire jussit Vir Litterarum Græcarum peritissimus, Baptista Cotelerius. De Homiliis non dubitat, & si plerisque videatur Interpretatio Danielis prima fronte supposita, ob stylum, censeo tamen, inquit ille, Chrysostomum, quem in universam Scripturam scripsisse Commentarios tradit Antiquitas, *hujusce prolis esse patrem*. Ne plura memorem, diligentissimus Antiquitatum indagator, plurimùm venerandus Montfaucon, nonne S. Athanasio multa nova tribuit? Quot Epistolas ejusdem, fidei causâ ultrà citraque missas, penès se habuit? quot Homilias ad Populum edidit ille, dum præsens Alexandriæ consideret: itemque dum profugus, per otium solitudinis, Populos

† à l'Escurial.
* Anno 1661.

del Sole. Quando vien tagliato, noi veggiamo, che il ferro ond'è percosso, si scaglia prima d'alto contra il raggio, che è in esso, e pare che il raggio prima dell' albero soffra la percossa: ma come il raggio, benchè quivi pur sia, non resta tagliato, nè percosso, così la divinità nè separarsi poteva, nè ferirsi, o patire, ma soggiacque a' tormenti la carne, che patir poteva, ed esser ferita, come l'albero nell' altro caso.

Noi veggiamo qui, che siccome il primo pezzo ben riscontra con la version Latina verso il fine, così nulla abbiamo in essa di tutto il secondo, che contiene le due similitudini, onde pare, che nel Codice, da cui questo compilatore trascrisse, molto diversamente la nostra Epistola si registrasse. Sarà risposto, che forse la seconda parte spetta ad altro Autore, o ad altro monumento, e che fra l'un pezzo, e l'altro dovrebbe framezzare altro titolo, omesso per errore dal copista. Io sopra ciò non ardirei affermare nè il pro, nè il contra, e non ho tempo, nè voglia d'intraprendere una lunga ricerca per questo conto: ma ben posso dire, che da una parte il MS. non favorisce questo sospetto, mentre in esso ogni volta, che si muta Autore, o documento, e si premette nuovo titulo, e si va a capo; e dall' altera, che molto ben legano quelle due comparazioni con l'intenzione dell' Epistola, nel principio della quale si tocca, e si riprova l'error di coloro, che dalla sentenza ortodossa *passionem adponi imaginabantur Deitati*. Forse non parrà a taluno questo stile di S. Gio: Grisostomo; ma ad alcun altro stile di San Gio: Grisostomo non pare nè pur quello dell' altre particelle per avanti stampate. Non lascerò di dire, che molto sospetta si rende presso di me questa Epistola anche dal sapersi, che negl' infiniti Codici continenti l'opere di S. Gio: Grisostomo essa non si inviene: poich' egli è certo, che una sì generale ommissione d'autentico monumento non potrebbe esser nata, che dalla somma rarità di esso: ma noi veggiamo ne' MSs d'Italia, di Francia, d'Olanda, d'Inghilterra, che questa Epistola era notissima e comune, dove un pezzo, dove altro rinvenendosene presso varj raccoglitori di sentenze, e di detti, che l'ebbero a mano; da che pare potersi arguire, che solamente per non farsene conto, e per non venir reputata legitima, da' Copisti tutti, e da' compilatori dell' Opere del Grisostomo sia stata esclusa. E che diremo del farsi in essa chiaramente menzione dell' eresia di Nestorio, il quale non cominciò a seminarla se non più di vent' anni dopo la morte di S. Gio: Grisostomo?


SÆC. IV. ANNO 390.

Collectio nova Patrum & Scriptorum Græcorum à B. Montfaucon 1706. Parif. 2. Vol. fol. Præfat. Tomi fecundi.

los ad pietatem & rectam fidem missis Epistolis informaret? *Non mirum ergo, si nova indies prodeant S. Doctoris Opsuscula, ac etiam si lustratis Italiæ Galliæque Bibliothecis summa curâ studióque quotquot ad manum venerint Codices, evolverem, ut Athanasii* ἀνέκδοτα *eruerem publicique juris facerem. Bene multa adhuc latere, nihil ambigo, eruditosque, non sine spe amplæ segetis, investigandi laborem adire peropto.*

Secundò gratias rependimus maximas Viro doctissimo, qui nobis alterius Epistolæ fragmentum transmisit, ideoque illam Operi nostro inseri voluimus. Binas comparationes Hæreticis refutandis aptissimas, & probare quod Chrysostomus contendebat, non diffitemur. De Codice Abbatis S. Salvini, qui nostris oculis non subjicitur, judicare non licet; sed hæc est sententia nostra, Compilatorem usui suo varia consarcinasse adversus eos, qui passionem Deitati apponi imaginabantur, ut scopum attingeret, fragmentum, quod ad rem faciebat, ex Epistolâ Chrysostomi excerpsit, cæteris omissis: Ex alio fonte comparationes hausit, & simul omnia quæ compilaverat conjunxit; Nec novus exigi debet titulus, siquidem sæpius una serie decurrant testimonia ex variis Scriptoribus compilata.

Tertium Caput habet Vir eruditissimus, quo probare conatur, verba Chrysostomi Transsubstantiationi non adversari, per *che per natura del Pane non altro va inteso, se non le proprietà naturali di esso*, sed cum controversias non agitare polliciti simus, stabimus promissis, & de hoc Articulo Viro doctissimo sum rescripturus.



EPI-

EPISTOLA S. JOHAN. CHRYS.

Multò emendatior ex Cod. MS.

INCIPIT Epiſtola B. *Joannis* Epiſcopi *Conſtantinopolitani*, ad *Cæſarium* Monachum, tempore ſecundi exilii ſui.

* Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου πρὸς Καισάριον, μοναχόν, μετὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ ἐξορίαν. Pag. 236 lit. Gg. part. alt. folii, ed. *Pariſ.*

INSPEXIMUS literas tuæ Reverentiæ: inſpeximus autem (*a*) non (*b*) præter (*c*) lachrymas. Quomodo enim (*bb*) non (*cc*) lachrymabimur, & animam ipſam dolore conficimus, videntes fratrem (*d*) ſingularem vitam à pueritiâ eligentem, & (*e*) ἀκριφνῶς, id eſt, conſummatè circa pietatem ſe habentem, ſubitò autem (*f*) hæreticorum jactibus pulſum. "Et dicas forſitan ab errore ad „ id quod melius eſt veniſſe Te, & gra„ tiam confiteri (*ff*) his, qui (*g*) admirabilem „ illum (*h*) protulerint Librum, quem „ magnum eſſe optima (*i*) tua nominant „ Scripta, qui ſplendidè prædicat [(*k*) con„ curſum eſſentialem & commixtionem ſa„ cram factam ex Divinitate & Carne, u„ nam autem ex hâc perfici naturam.] „ Iſtud mirabitur inſipientis *Apollinarii* in„ conſideratio, iſta eorum qui introdu„ cunt (*l*) contemperationem & (*m*) συναλοιφὴν, id eſt commixtionem impiiſſima „ [(*n*) intentio, quæ] procedens immutat „ quidem *Arrii*, *Apollinarii*, (*o*) & *Sabellii*, (*p*) & (*q*) *Manetis* nihil. Paſſionem „ autem excogitari & adponi ſecundum „ illos Unigeniti (*r*) imaginatur Deitati, „ quod à (*ſ*) Chriſtianis alienum eſt.

Poſſide igitur Temetipſum iterum, Dilectiſſime, & ad priorem regredere ordinem ab abominabili illâ abſtinens [(*t*) opinione, quæ eſt *Apollinaris*, & eorum

Καὶ φήσειας πάντως ἐκ πλάνης πρὸς τὸ κρεῖττον ἐληλυθέναι, καὶ χάριν ὁμολογεῖν τοῖς τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην σοὶ προσκομίσασιν βίβλον, ἣν ἀρίστην τὰ κάλλιστά σου ἀποκαλοῦσιν γράμματα τηλαυγῶς διαγορεύουσαν συνδρομὴν οὐσιώδη, καὶ μίξιν θεσπεσίαν γεγενῆσθαι θεότητός τε καὶ σαρκός· μίαν τε ἐντεῦθεν ἀποτελεσθῆναι φύσιν * τοῦτο † θαυμάσει τοῦ παράφρενος Ἀπολιναρίου τὸ ἀτόπημα. αὕτη τῶν εἰσαγόντων κρᾶσιν καὶ συναλοιφὴν ἡ δυσσεβεστάτη αἵρεσις,

Anaſtaſ. in MS. Colleg. Clarom. Nicephor. C. P. in Antirrhet. MS. Bibl. Colbert.

Pag. 237. Edit. Pariſ. G. g. iij.

qui

Var. lect. MS. M. (*a*) pter. (*b*) N. (*c*) lachrymas. (*bbcc*) lachrymabimur. (*d*) μοναδικὸν βίον vitam monaſticam. (*e*) Codex Florent. leg. ἀκριφνὶς, melius ἀκριφνῆς. *purum* Baſn. (*f*) Hæredicorum. (*ff*) habere (*g*) Ammirabilem. (*h*) Protulerit. (*i*) Optime. (*k*) [Concurſum eſſentialem ſacrum facta ex Divinitate & Carnis unam autem ex hoc perfici naturam.] male. Baſn.

(*l*) MS. M. Contemplatio. (*m*) CYNαΛYΦHN. [(*n*) Intentioque.] (*o*) *Et* deeſt. (*p*) *Et* deeſt. (*q*) al. leg. Mannetis: An Arriani, Sabelliani & Manichæi conveniant cum Apollinariſtis dubitare debet, qui horum ſententias noverit: alienæ mihi videntur, & unusquisque peculiarem ſibi Hæreſim habuit; ſed odio majori voluit Cæſarium laborare Chryſoſtomus, ſi in eandem claſſem cum notiſſimis & prius damnatis Hæreticis redigeretur. Nos æquitati conſulentes ea penitus diſtinguenda credimus. *Chryſoſtomo* ſuffragatur *Harduinus*; Sed neſcio, an æqua lance hæc libraverit. Baſn.

(*r*) emaginatur. (*ſ*) Xρanis. [(*t*) Opinionem & qua *Apollinaris* & quæ eorum qui Synuſiaſte dicuntur ipſa cogitatio aſſiduæ puris, *&c.*]

* Præter Authores à *Bigotio* laudatos, unde fragmenta Græca hujus Epiſtolæ collegit Vir eruditiſſimus; extat alius *Nicephori* liber MS. in Biblioth. *Colbert.* continens quinque diverſos tractatus. Ex ſecundo eorum contra Mamonas, quædam collegit & mecum communicavit reverendus D. P. *Alix.* Titulus autem in illo MS. ita ſe habet, pag. 222. Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, ἐκ τῆς πρὸς Καισάριον μόναχον ἐπιστολῆς, μετὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ ἐξορίαν. Paulò aliter legitur hic titulus in antiquo Codice Bibliothecæ Arundelianæ à R. D. D. *Cave* in Chartoph. Eccleſ. nuper edito, p. 69. Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ἐκ τῆς, &c. uti in MS. *Colbert.*

* Alludit ad hunc locum vetus Author contra Severianos & Acephalos, à Turriano editus, Bibl. Patr. Edit. 4. ad fin. & apud Caniſium, ubi poſt laudatum quendam Ambroſii locum, ſubdit, *Chryſoſtomus* ad *Cæſarium* Monachum. Hæc eſt hæreſis ipſiſſima introducentium Mixtionem & Compoſitionem. Vid Expoſtulationem p. X. † Locus hic corruptus videtur! Quid ſi legamus θαυμάσεις vel θαυμάσειας? ut ſenſus ſit, iſtud admiraberis, vel potius, iſtud admirari debuiſſes inſani *Apollinaris* abſurdum; hæc quippe eſt Hæreſis ipſiſſima, *&c.* Vel potius legendum cum Harduino θαυμάσιε *ô mirabilis*, quippe claudit hanc Epiſtolam Chryſoſt. hac voce θαυμάσιε, quam interpres reddidit *ô magnifice*, & Facundus Lib. IX. utitur eodem verbo *ô mirabilis*. Baſn. ſic & Maffei. p. 9.

SÆC. IV. ANNO 390.

qui *Synusiastæ* (*u*) dicuntur. Impia cogitatio assidua è puris] influens nocere novit, qui secundum nos sunt simplicitati (*x*) conviventes. (*y*) Ductoris enim eorum est Liber, *Apollinarii* (*z*) dico; (*a*) etsi hunc sibi tua Reverentia non rectè faciens negotiata est. Verumtamen nos recordantes tuæ nobiscum conversationis; sentientes autem ex his quæ scripsistis, errorem subsistere erga tuam dilectionem ex illorum insipientiâ non solum erga dispensationis (*b*) mysterium, magis autem & erga Nominum conjunctionem, excogitavimus Deo cooperante nostræ infirmitati de omnibus manifestam (*c*) ostentationem facere, ad redargutionem quidem (*d*) malæ opinionis eorum qui (*e*) hæreticum Tibi protulerunt librum, * correctionem autem tuæ venerationis. (*f*) Deum (*g*) ergo quando dicis, Dilectissime, agnovisti id quod simplex est (*h*) naturæ, quod incompositum, quod inconvertibile, quod invisibile, quod immortale, quod incircumscriptibile, quod incomprehensibile, & istis similia. Hominem autem dicens, significâsti id quod naturæ est (*i*) infirmum, esuritionem, sitim, super *Lazarum* lacrymas, (*k*) metum, sudoris ejectionem, & his similia, quibus id quod divinum est, extra [est. „ (*l*) Christum autem] quan„ do dicis conjunxisti utrumque, unde & „ passibilis dicatur idem ipse & (*m*) im„ passibilis; passibilis quidem carne, im„ passibilis autem Deitate. Eadem ipsa & „ de Filio, & (*n*) Christo, & Jesu, & „ Domino prædicantur. Communia enim „ ista, & [(*o*) susceptibilia duarum] Es„ sentiarum nomina sunt; quarum conjunctio in hæreticis quidem errorem facit, proprio pro communi utentes nomine [(*p*) Christi uno. His autem] communibus istis (*q*) uti oportet Nominibus quando dispensationis confitendum est mysterium. Si enim (*r*) Deum dixeris pertulisse, qualicunque (*s*) cogitatione quod * impossibile est, dixisti, id quod blasphemum est, [(*t*) & in † Manetis, &] in aliorum (*v*) hæresim declinâsti. Impietatem, si iterum hominem dixeris qui pertulit, inveniris purum ædificans Templum.

* Edit. *Parif.* pag. 238.

* Edit. *Parif.* pag. 239.

Χριστὸν δ' ὅταν εἴπῃς συνάψας ἑκάτερα, ὅθεν καὶ παθητὸς λέγοιτ' ἂν ὁ αὐτὸς καὶ ἀπαθής. παθητὸς μὲν σαρκὶ, ἀπαθὴς δὲ θεότητι· ταῦτα δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ Ἰησοῦ, καὶ Κυρίου, κατηγορεῖται. κοινὰ γὰρ ταῦτα, καὶ δεκτικὰ τῶν δύο οὐσιῶν τὰ ὀνόματα·

Anastas. in MS. Clarom.

(*u*) Ex eo quod Christi Carnem Divinitati & illius substantiæ insitam crederent. Basn.

(*x*) Si riconosce il Greco, τῇ ἁπλότητι συζῶντες Maffei lett. al J. Basnage.

(*y*) MS. *M.* Doctoris, utrumque potest legi ex M.S. E à ciascuna delle quali voci corrisponde la Græca καθηγεμὼν. Maffei ibid. (*z*) Dico; abest. Bene tamen legitur in *Cod. Flor.*

(*a*) *Et* si. (*b*) Pare che men propriamente nell edizione ch' ho qui inanzi, si faccia sempre questa voce senza majuscola, mentre significa incarnatione e qui e presso altri padri dal Greco οἰκονομία; onde alcuni anche la chiamarono *Dispositio*. Maffei lettera all J. Basnage.

(*c*) Lege ostensionem ex *Cod. Flor.* Id. Ibid.

(*d*) Male. (*e*) Ereticum. (*f*) Σεμνότητος, venerabilitatis. Maffei Ibid. (*g*) Dominum. MS. S. (*h*) Nature.

(*i*) Infirmum. (*k*) Meum. (*l*) [d ē Xum dn.]

(*m*) Impassibilis, deficit *im*, spatio tamen relicto, olim ubi fuerit. Ben qui Hard. aggiunge *impassibilis*; ma nel M.S. manca. Maffei lett. al J. Basnage.

(*n*) XPO. & Inū & dno.

(*o*) In MS. susceptibili avarum, pro duarum. Sed si quis menda Scribarum ut & Typographorum velit emendare, variarum lectionum finem non faciet. Dum nos miramur correctiones breviter indicatas, miramur etiam quantum valere faciant plurimi emendationes quæ deberent pendere à Typographis potiùs quam à Criticis. Basn. Il Greco ha qui δεικτικά. che da δείκνυμι, e varrebbe *indicativa* non δεκτικά, da δέχομαι *recipio*. Maff. lettera al J. Basn.

(*p*) XPi unos autem.] (*q*) Uti oportet, deest.

(*r*) dm. (*s*) Cogitationem. (*t*) Et immane sed.]

† Sic videtur legendum: & in Manetis, & in aliorum Hæresum declinâsti impietatem. Si iterum, *etc.* (*v*) Hæresum.

* Carnis

plum. Templum * Crucis extra inhabitantem nunquam dicitur, quia jam non est Templum. Et forsitan dicunt, & quomodo (x) Dominus dixit, *Ut quid me vultis occidere, hominem qui veritatem vobis locutus sum quam audivi à (y) Deo?* Benè & omninò sapienter hoc dicendum est. [(z) Neque enim ex hoc ab Inhabitanti defraudabatur:] sed significare volens patientem naturam hominis memoriam fecit, propter quod & (a) Deus & Homo (b) Christus: Deus propter impassibilitatem, Homo propter Passionem. Unus filius, unus (c) Dominus, idem ipse procul dubio unitarum naturarum unam dominationem, unam potestatem possidens, (d) etiamsi non (e) consubstantiales existunt [(f) & unaquæque incommixtam (g) proprietatis conservat agnitionem, propter hoc quod (h) inconfusa sunt, dico.] Sicut enim antequam (i) sanctificetur PANIS PANEM nominamus, divinâ autem illum ‡ (k) sanctificante Gratiâ, mediante Sacerdote, liberatus est quidem (l) APPELLATIONE PANIS, dignus autem habitus est (m) DOMINICI CORPORIS *APPELLATIONE*, etiamsi NATURA PANIS in ipso permansit, & non duo Corpora, sed (n) unum Corpus filii (o) prædicatur: sic & * hic Divinâ (p) ἐνιδρυσάσης, id est inundante corporis naturâ, „ unum filium, unam personam, utraque „ hæc fecerunt. Agnoscendum tamen in„ confusam & indivisibilem rationem, non „ in unâ solùm naturâ, sed in duabus per„ fectis. Si enim unius, quomodo id „ quod inconfusum est, quomodo quod „ indivisibile, quomodo unitio dicitur ali„ quando? [(q) Sibimet ipsi enim uniri „ quæ] una est, aut confundi, aut dividi „ impossibile est. (r) Quod ergo infernum „ evomuit, unam in (s) Christo naturam „ dicere? putamus ** divinam solam nomi„ nantes, non omni modo unam negant, „ (t) nostram, dico, salutem; aut huma„ nam retinentes, (u) non divinæ abnega„ tionem faciunt, (x) dicuntque (y) „ perdidit quod proprium erat. Si enim „ unus est (z) salva nobis est unitio „ (a) omnimodo,

Joan. 8. 40.

‡ Edit. Paris. pag. 240.

Nicephor. Anastas. Joan. Damascen. TO. IV. Var. lect. Canisii. p. 211.

Theorianus in legatione ad Armenios. p. 74.

** Quæ sequuntur extant apud Jo. Damascenum. Vide *Le Quier* Editionem Damasceni. Sed legendum ex eo: *aut enim divinam solam nominantes omni modo humanam negant.* Hard.

† οὕτω κἀνταῦθα τῆς θείας ἐνιδρυμένης τῷ σώματι φύσεως, ἕνα υἱὸν, ἓν πρόσωπον, τὰ συναμφότερα ἀπετέλεσεν γνωριζόμενον μέντοι ἀσυγχύτως, * ἀδιαιρέτῳ λόγῳ οὐκ ἐν ‡ μιᾷ φύσει ἀλλ' ἐν δυσὶν τελείαις· ἐπὶ γὰρ μιᾶς, πῶς τὸ ἀσύγχυτον; πῶς τό ἀδιαίρετον; πῶς ἡ ἕνωσις λεχθείη ποτέ; ἑαυτῇ γὰρ τὴν μίαν ἑνοῦσθαι, ἢ συγχεῖσθαι, ἢ διαιρεῖσθαι ἀδύνατον. * ποῖον οὖν ᾅδης ἐξηρεύξατο, μίαν ἐπὶ Χριστῷ λέγειν φύσιν;

* f. φ. κ.

* Carnis. *Bigotius.*
(x) MS. D. *le Moyne.* Dns. (y) Dō. MS. M.
(z) Neque enim ex inhabitanti defraudabatur deitate]
(a) ds. (b) Est Christus, Martyr l. c. in Tract. de Euchar. Oxon. MS. M. XPS. (c) dns. (d) Etiam si.
(e) Consubstantialiter. Martyr.
(f) MS. M. Et unaquæque in quo mixtam proprietatis conservat agnitionem propter hoc quod inconfusa sunt duo. *Harduinus* ottimamente: l'*agnitionem* verrà forse da *γνωρισμὸν individualità*, *contrassegno* per cui una cosa si distingue da un altra. Maffei lett. a Basnage p. 12.
(g) Incommixta. Martyr. Ib.
(h) Inconfusa sint duo, Id.
(i) MS. M. Scīficetur. (k) Scīficante gra. Id.
(l) Ab Appellatione. Ibid. (m) MS. M. Dominicæ.
(n) Unus. (o) Prædicamus.

* Hic Martyr loc. cit. Hæc. Totum hunc locum post Turrianum in Edit. Damasceni, sic citat Albertinus de Euch. l. 2. p. 532. Sic & hic divinâ ἐνιδρυσάσης insidente corpori natura, *&c.*
(p) MS. M. ENIΔPYCαCHC.
[(q) Sibimet ipsi unirique.] (r) Quid. (s) XPO.
(t) Nam. (u) Expungenda particula negativa, aut in interrogationem mutanda periodus. *id.*
(x) Dicunt que. (y) Dicant que.
(z) Legendum ex Damasceno: *Si enim adhuc.* Salva Græca εἰ γὰρ εἰσέτι. Interpres legit εἰ γὰρ εἷς ἐστὶ.
† Legendum οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Hunc locum ex Epistolâ Chrysost. ad Cæsarium circa naturas Christi retulit Damascenus, quem vide in Editione *Mich. Le Quier*, qui Græca Damasceni adversus Jacobitas protulit. *Basn.*
‡ Alii ἐν μιᾷ μόνῃ φύσει.
** Ποῖος οὖν ᾅδης. Sic Athanasius Ep. ad Epictet. *Harduin.*

SÆC. IV. ANNO 390.

„ (*a*) omnimodo, & ea quæ unitioni „ sunt propria, salvari necesse (*b*) est: „ Si* enim non, nec unitio, sed confusio „ & abolitio. Mox autem ad Interrogationis fluctuantes responsionem, ad aliquid aliud exiliunt, quod non sit proprium ad Interrogationem: & inconstantes emittunt Voces; *Pertulit* (*c*) *Deus & non pertulit*, & si petantur modum dicere, ad ignorantiam recedunt, proferentes: *Quomodo* (*d*) *voluit?* (*e*) Christi apud ipsos memoria fugiente: posthæc (*f*) vituperari in hoc: Mox dicunt, *&* (*g*) *Christus non est* (*h*) *Deus, sed & Homo.* Et iterum dicunt, *Post* (*i*) *Unitionem non oportet dicere duas naturas.* Attende significationem dicti. Unitionem dixisti: unius unitionem non invenis fieri, (*k*) quomodo (*l*) prævenientes diximus, sed *Verbum Caro factum est.* (*m*) & speculare eorum querentur subtilitatem. Intulit enim, *& inhabitavit in nobis.* Nunquid non ibi videtur, (*n*) quia aliud est quod inhabitat præter habitationem. *Si cognovissent, nunquam* (*o*) *Dominum gloriæ crucifixissent.* Dominum iterum quando dixeris, non proprium sed commune (*p*) significatur nomen, Passionis & Impassibilitatis susceptibile. Consueverunt autem & istud * prætendere putamus: (*q*) Non Corpus (*r*) dei & sanguinem accipimus, fideliter ac (*s*) piè suscipiendum, non quia Corpus & sanguinem possidet id quod divinum est naturâ, sed quia (*t*) ea quæ Carnis sunt, propria facit. O inconsideratio! O impia Cogitatio! periclitatur enim apud ipsos dispensationis Mysterium, & iterum Dominicum Corpus, sicut (*u*) verum Corpus confiteri non patiuntur: per cogitationem enim dici conversum (*x*) esse hoc in deitatem imaginantur, unam hinc construentes naturam, & ipsam cujus sit non (*y*) juvantes dicere, ut passionem divinitati, undique secundum Apollinarium excogitantes, decidant à (*z*) præmissis bonis putamus (*aa*) non contremiscent ista dicere audientes. Non cogitant æternum judicium, & (*bb*) Domini vocem dicentis, *Ego sum & non* (*cc*) *immutor. Caro infirma,* (*dd*) *Spiritus autem promptus.** *Pater, si possibile est, transeat à*

me

[Marginal notes: *Edit. Paris. pag. 241. lit. Hh. — Joan. I. 14. — *Edit. Paris. pag. 242. — Malac. III. 6. — Mat. XXVI. 41. — *Ibid. 39.]

(*a*) Omni modo.
(*b*) *Codex Flor.* necessat est.
(*c*) Ds. (*d*) Volunt XPI. MS. D. *le Moyne*
(*e*) ὡς ἠθέλησεν. (*f*) Vituperati. (*g*) XPS.
(*h*) Ds. (*i*) Unitatem
(*k*) ὡς φθάσαντες εἴπομεν, modo usato in Greco. Maffei ubi supra.
(*l*) Prenientes.
(*m*) Est genuina lectio, sed verba quæ sequuntur, aliquam movent difficultatem. Emendat Maffei & legit: *quæ queruntur*; & hæc Emendatio genuinum reddit sensum. Leggo *quæ quæruntur*, τῶν ζητουμένων, secondo il vizio d'omettere le sillabe replicate. Maffei al Basnage p. 14.
(*n*) Qui. (*o*) Dnm. (*p*) Significat.
(*q*) Hic notam habet subtilissimam Vir illustrissimus D. Maffei, Epist. ad me scripta: Hard. *putamus non*, separando con virgoli di poi *accepimus*: ma questo *putamus* è qui tre o quatro volte per *num, nonne*: pare però che il senso sia: *forse non imparammo, non abbiamo avuto per Traditione*: Sed si quis scopum Epistolæ & Latinæ Linguæ stylum studuerit, animadvertet facillime, hanc punctuationem immutatam, & conjecturam quæ inde educitur, toto coelo discrepare à scopo Sti. Chrysostomi. Basn. (*r*) Di. MS. M. (*s*) *Piae.* (*t*) Ea, deest.
(*u*) Unum corpus. (*x*) Eti. (*y*) Invenientes.
(*z*) Pro missis.
(*aa*) Legendum: *an enim non contremiscent ista dicere audentes.* Harduinus.
(*bb*) dni. (*cc*) Inmutor. (*dd*) Sps.
(*ee*) Sps.

me calix iste. † *Tristis est anima mea usque ad mortem.* ‡ *Palpate & videte, quia (ee) Spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere.* Putamus Deitati ista apta sunt. Audiant & *Petrum* dicentem * (*ff*) Christo pro nobis passo *carne*, & non dixit *Deitate*. Et iterum, *Tu es Christus filius Dei vivi*: Viventis dixit, non morientis. Et quæcunque his similia divina nos edocet Scriptura, cui violenti esse Hæretici non desistunt. Horum istas novitates †† vocum declinantes, (*gg*) „ Charissime, (*bh*) ad id quod præjacet, revertamur; pium & valde pium, (*ii*) Christum „ qui morte circumdatus est, confiteri in „ divinitate perfectum, & in humanitate „ perfectum, unum filium unigenitum, non „ dividendum in filiorum dualitatem, (*kk*) „ portantem tamen in semet ipso indivisarum inconvertibiliter proprietates, non „ alterum & alterum, absit.

† Ibid. 38.
‡ Luk. 24. 39.
Edit. Paris. pag. 243. Lit. Hh. ij.
Mat. 16. 16.

„ Sed (*ll*) unum & eundem (*mm*) Dominum, (*nn*) Jesum, (*oo*) Deum, Verbum, „ carne nostrâ amictum, & ipsâ non inanimatâ, aut irrationabili, sicut impius (*pp*) *Apollinaris* dixit. Istis mentem intendamus, „ fugiamus eos qui dividunt. (*qq*) Nam etsi „ duplex natura, veruntamen indivisibilis & „ indissipabilis unitio, in unâ filiationis confitendâ personâ, & una (*rr*) substantia. „ Fugiamus qui unam naturam post unitionem prodigaliter dicunt; unius enim „ cogitatione impassibili Deo passionem adjungere impelluntur, dispensationem abnegantes, & Diaboli Gehennam arripientes. Ista propter mensuram Epistolæ sufficere arbitror, ad confirmationem tuæ „ dilectionis, ô magnifice.

In MS. Collect. Biblioth. reg. Gall. n. 1026. p. 247.
Edit. *Paris.* p. 244.

Τούτων τὰς * κενοφωνίας ἐκκλίνοντες, ἀγαπητὲ, εἰς τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. † Εὐσεβὲς καὶ λίαν εὐσεβὲς τὸν θανάτῳ ‡ περιβληθέντα Χριστὸν *† ὁμολογεῖν, ἐν Θεότητι τέλειον, †* καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειον, ἕνα υἱὸν μονογενῆ, οὐ διαιρούμενον. εἰς υἱῶν δυάδα, φέροντα δὲ ὅμως ἐν ἑαυτῷ ἀχωρίστων δύο φύσεων ἀσυγχύτους τὰς ἰδιότητας, οὐκ ἄλλον καὶ ἄλλον, μὴ γένοιτο.

* Anast. Nicephorus. Καινοφωνίας.

Ἀλλ᾽ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Κύριον, Ἰησοῦν, ** Θεὸν, Λόγον, σάρκα ⸸ ἡμετέραν ἠμφιεσμένον, καὶ [1] αὐτὴν οὐκ ἄψυχον καὶ ἄνουν, ὡς ὁ δυσσεβὴς Ἀπολινάριος [2] εἶπεν. [3] Τούτοις τὸν νοῦν προσέχωμεν, φύγωμεν τοὺς διαιροῦντας, εἰ γὰρ καὶ διττὴ ἡ φύσις, ἀλλ᾽ οὖν ἀδιαίρετος καὶ [4] ἀδιάσπαστος ἡ ἕνωσις· [5] ἐν ἑνὶ τῆς υἱότητος ὁμολογουμένη προσώπῳ, καὶ μιᾷ ὑποστάσει. Φύγωμεν τοὺς μίαν φύσιν μετὰ τὴν ἕνωσιν τερατευομένους, τῇ γὰρ τῆς μιᾶς ἐπινοίᾳ τῷ ἀπαθεῖ Θεῷ πάθος προσάπτειν ἐπείγονται, τὴν οἰκονομίαν ἀρνούμενοι, καὶ τοῦ Διαβόλου τὴν Γέενναν προσαρπάζοντες. Ταῦτα διὰ τὸ μέτρον τῆς ἐπιστολῆς ἀρκεῖν εἰς ἀσφάλειαν ἡγοῦμαι τῆς σῆς ἀγάπης, θαυμάσιε.

(*ee*) Sps. (*ff*) XPO. †† *Cod. Flor.* Suo cum. (*gg*) XPS. (*bh*) Charissimæ. (*ii*) XPm. MS. S. (*kk*) Rectius redditur hic locus: *duarum tamen naturarum inseparabilium minime confusas in se proprietates conservantem.* Hard. (*ll*) Ho servato anche l'andar à capo del MS. Maff. (*mm*) Dnm. (*nn*) Ihm. (*oo*) dm. (*pp*) Apollinarius. (*qq*) Nam etsi enim. (*rr*) Substantia.
† Εὐσεβὲς καὶ deest in MS. A ‡ Περικλυσθέντα, MS. C.

*† Ὁμολογοῦμεν. MS. A.
†* καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειον, ib. deest.
** Al. Χριστὸν Θεοῦ λόγον.
⸸ Ἡμετέραν deest in A.
1 αὐτὸν, ib.
2 εἶπε. ib. 3 τούτῳ pro τούτοις, ib.
4 ἀπερίσπαστος· ib.
5 Alii: ἣν ἐν ἑνὶ τῷ τῆς υἱότητος.

Explicit (*a*) Epistola B. *Joannis* Episcopi *Constantinopolitani* ad *Cæsarium*, Monachum, tempore secundi exilii (*b*) sui. *Amen.* Cyrilli Episc. Alexandriæ ad Accacium (*c*) de Apoponpoeo.

(*a*) Epistula.
(*b*) Nel MS. Florentino: *tempore secundo exiliis suis. amen.* Mà le due false lettere son però abolite col punto sotto, secondo l'antico uso, unde ci venne *expungere* per *cancellare.*

(*c*) Forse dal seguire ne' MS. questo titolo ad *Accacium* nacque l'equivoco di *Eutimio Zigabeno*, che disse esser data ad *Accacium* l'anteriore Epistola ad *Cæsarium*, avendo forse letto: *explicit ad Accacium.* Maffei al J. Basnage p. 19.

JACOBI

Sæc. V. Anno 440.

JACOBI BASNAGII IN BASILII SELEUCIENSIS DEMONSTRATIONEM ADVERSUS JUDÆOS ANIMADVERSIO.

De Demonstratione Basilii, & Versione Turriani.

HAnc Basilii Seleuciensis Demonstrationem cum Canisio communicaverat Turrianus Latinam à se redditam, utpote qui vellet amicam præbere manum erudito Viro, qui in edendis veteribus monumentis sedulam navabat operam. Hoc unum desideratur in Turriano, quòd Græca Latinis non annecteret, nec Codices unde talia hauserat, indicare dignaretur. Quanquam enim laudem maximam mereatur Jesuita vigilantissimus, in eo peccasse videtur. Quicquid sit, latebat in schedis Canisii hæc Basilii Demonstratio, & lucem publicam expectabat, cum diem obiit; Stewartius vero, ipsi amicissimus, ejus Bibliothecam & Codices MS. perlustrans, eam reperit, & novo Volumini, quod edidit, subjecit. Deinde vero Vir Linguæ Græcæ peritissimus, Dausquejus Audomarus, Soc. Jesu, quadraginta Basilii Homilias à se repertas, & Latinè cum Vita S. Theclæ redditas in lucem prodire jussit; inter eas fuit Demonstratio contra Judæos, cui numerum XXXVII. & notas adjecit. De Versione judicium nobis ferre non licet; sunt tamen loca plurima, in quibus præferri debet Turrianus. Quippe qui de verbo ad verbum Græca sit interpretatus. Notas ejusdem Dausquei, ubi res postulabat, adjecimus; Si quando aliam in sententiam eamus, id condonari debet Criticis, qui eadem semper sapere non possunt.

Calculus LXX. Hebdomadarum male contectus à Basilio, & restauratus.

Quin imo parcant nobis Litterati, si desiderio Judæos confundendi forsan abrepti, à Basilio ipso, Ecclesiæ veteris Doctore, & à plurimis sæculis venerando, discedamus. Exempli gratia, tanti sunt momenti in ea controversia diutius agitata LXX. Danielis Hebdomades, ut à calculo Basilium aberrantem revocare audeamus. Illud fateor, Criticos hâc ætate in varias abire posse sententias, illæsa veritate, de tempore adventus Messiæ, quippe non agitur nunc de brevi temporis aut etiam sæculi unius intervallo; Sed in tanto sæculorum & annorum curriculo indubitatum est, quemcunque sequi voluerint calculum Theologi, annorum spatium à Propheta indicatum jam à multis retro sæculis effluxisse. Nondum satis elucidata fuit Basilii tempore Chronologia Regum Persarum & Ægyptiorum, quorum anni debent computari, ut res ad demonstrationem possit redigi. Deinde peccavit à prima fronte Basilius, ubi hebdomadarum ducit initium à Cyro. Nostra Chronologia respondet Canoni Ptolemæi, qui fuit apud Paganos Chronographus celeberrimus; ille autem nec Judæis, nec Christianis suspectus esse debet. Brevi Schemate diversam Regum seriem hìc adnotamus, ab Artaxerxis Edicto, quod plenarium fuit, incepturi.

SCHEMA

SCHEMA.

Reges apud Perſas.		apud Græcos.		Ægyptios.		Romani Imp.	
Alexander Longimanus ab edicto promulgato anno Regni 20. regnavit	29.	Alexander Magnus	8.	Ptolom. Lagi.	23.	Auguſtus	43.
Darius II. Xerxes Sogdianus	19.	Aridæus	7.	Philadelph.	37.	Tiberius, ſub quo paſſus eſt Chriſtus.	19.
Artaxerx. Mnemon.	46.	Alexand. II.	12.	Evergetes I.	25.		
Artax. Ochus	21.			Philopator.	24.		
Arſaces	2.			Philometor.	35.		
Darius. III.	4.			Evergetes II.	29.		
				Soter	36.		
				Auletes	30.		
				Cleopatra	21.		
	121.		27.		270.		62.

Deficiunt anni Interregnorum, qui non accuratè notantur. Deinde ſæpius anni numerantur completi, qui ſunt tantummodo incepti, qui per tantum temporis intervallum poſſunt plus aut minus conficere decem annos, id eſt — Summa 480. — 490.

Aliud adhuc ſumus obſervaturi circa Baſilii Demonſtrationem; Mirum enim nobis videtur talem Virum, Judæorum converſioni laborantem, Argumentorum Theologicorum loco fabulas propinare, ut de cranio Adami &c. Probare quidem conatur Pantenus Tiletanus, Baſilium ſcripſiſſe Vitam Theclæ, in qua multa fabuloſa reperiuntur. Sed 1.° diſcrimen occurrit maximum inter Demonſtrationem Theologicam contra Judæos, & elogia Sanctarum, quibus earum vitæ decorantur. 2.° Vix credam illam Theclæ Vitam Baſilio tribui debere. Dixit quidem Photius Baſilium exaraſſe hanc Vitam μετρίως, id eſt, *Carminibus*; At Vita Theclæ, quam habemus, non eſt poëticè, ſed proſaïcè ſcripta. 3° Conjecturis futilibus nititur Pantenus, dum conjicit μετρίως ſignificare *fuſius* quàm cæteri fecerant, quanquam *illud fecerit moderate, nec ultra veritatis limites & ſcopum.* 4° Quis ferat nugas aniles, quas in hac Vita legere poſſis? Inter D. Paulum & Theclam amantium deliria? & Triphenam, Falconillæ matrem, ab inferis Theclæ precibus revocatam? Adjicit Pantenus, binas à Baſilio Vitas Theclæ compoſitas fuiſſe, unam verſibus, μετρίως, alteram proſa. Quæ conjectura priori multo videtur audacior, omnes enim Photii Codices præferunt Baſilium Theclæ Vitam *Carminibus* adornaſſe. Appoſuit quidem ad Photii marginem Schottus, Theclæ Vitam in Bibliothecis ſoluta oratione reperiri, non *metro*; *ut dixerat Photius*; Sed ſiccine licet dicam falſitatis Photio indicere, ut Legendis auctoritatem concilient Neoterici? *(Fabulas ſequitur Baſilius.)*

Humanitatis ſortem expertus eſt *Baſilius Seleucienſis.* Ille, ut ajunt, *Doctrinæ Chriſtianæ ſuccum in animum demiſerat mature, vitiiſque mentem laborantem expurgare conatus erat*; Attamen *Dioſcorani Latrocinii* fuit unus ex artificibus in Concil. Epheſino, ideòque à Concilio Chalcedonenſi expulſus, ſed priorem animum cum immutaret, quia res aliò vertebant, probata fide ſua, inter Patres Eccleſiæ receptus eſt. *(Sors Baſilii.)*

BASILII

Sæc. V. Anno 440.

BASILII, EPISCOPI SELEUCIÆ,

DEMONSTRATIO ADVERSUS JUDÆOS: DE ADVENTU CHRISTI.

INTERPRETE FRANCISCO TURRIANO.

Judæi exspectant Messiam.

CUm sint multa testimonia tum Legis tum Prophetarum (*a*) de Adventu Domini, quæ Judæi quia negare non possunt, qui ex iis aliquanto meliores sunt, venturum quidem eum esse aiunt, nondum tamen venisse; idcirco conveniens esse existimavi, ex verbis Archangeli Gabrielis, quæ conveniunt cum diligenti ratione temporum, ad Prophetam Danielem dictis, in visione illi facta anno primo Regni Darii, filii Assueri, ex genere Medorum, qui tenuit imperium Chaldæorum, visione scilicet decima; ideo existimavi, inquam, conveniens esse, demonstrare Judæis, quod impletis temporibus sub Augusto, Christus prophetatus (*b*) cum ad nos venit, & crucifixus est, tunc implevit omnia, quæcunque de eo per Angelos & Prophetas prædicta erant; Itaque si testimonia Archangeli venerentur Judæi, cessare debent à vanâ suâ expectatione. Cùm enim Daniel Propheta unus esset eorum, qui desiderabant videre Salvatoris nostri Adventum, de quibus ait Dominus: *Multi Prophetæ & justi cupierunt videre, quæ vos videtis & non viderunt; & audire quæ vos auditis, & non audierunt.* (Matth. XIII. 17.) De quibus Petrus in Epistolâ Catholicâ: *Scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi prænuncians eas, quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias, quibus revelatum est: quia non sibimet ipsis, nobis autem ministrabant ea*: cùm, inquam, Daniel unus esset ex his, diligenter excussa Lege septuaginta annorum Captivitatis illius, quæ in ejus tempus inciderat; & existimans impletum esse tempus Prophetiæ David, de quo tempore ajebat David:

ΕΠΕΙΔΗ γὰρ πολλῆς μαρτυρίας οὔσης, ἔκ τε νομικῶν, καὶ προφητικῶν γραμμάτων περὶ τῆς τοῦ σωτῆρος παρουσίας, ἅπερ ἀρνήσασθαι μὴ δυνάμενοι οἱ Ἰουδαῖοι, οἱ ἀπὸ μέρους αὐτῶν εὐγνώμονες, ἐλεύσεσθαι μὲν αὐτὸν φασὶ, μή πω δὲ ἐληλυθέναι, πρέπον ἡγησάμεθα ἐκ τῶν τοῦ Ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ φωνῶν, κατὰ ἀκρίβειας χρόνων λελεγμένων πρὸς τὸν Προφήτην Δανιὴλ ἐν τῇ ὀπτασίᾳ τῇ γενομένῃ αὐτῷ, ἐν ἔτει πρώτῳ τῆς βασιλείας Δαρείου τοῦ υἱοῦ Ἀασουήρου ἀπὸ τοῦ σπέρματος τῶν Μήδων, ὃς ἐβασίλευσεν ἐπὶ τῆς βασιλείας τῶν Χαλδαίων, ἐν τῇ ὁράσει αὐτοῦ τῇ δεκάτῃ, τὴν ἀπόδειξιν ποιήσασθαι πρὸς αὐτοὺς· ὡς ὅτι πεπληρωμένων τῶν χρόνων ἐπὶ Αὐγούστου, ὁ προφητευθεὶς Χριστὸς ἐπιδημήσας, καὶ σταυρωθεὶς πεπλήρωκε πάντα τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα τῶν ἁγίων ἀγγέλων καὶ Προφητῶν. ὅπως, κἂν τὰς τοῦ ἀρχαγγέλου μαρτυρίας αἰδεσθέντες, παύσωνται τῆς ματαίας προσδοκίας. Τοῦ γὰρ Προφήτου Δανιὴλ ἑνὸς ὄντος τῶν ἐπιθυμούντων ἰδεῖν τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν· περὶ ὧν φησὶν αὐτὸς Κύριος ἡμῶν. Πολλοὶ Προφῆται, καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ὑμεῖς ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν. Περὶ ὧν καὶ Ἀπόστολος Πέτρος ἐν Καθολικῇ φησί· Ἐρευνῶντες εἰς τίνα, ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα Χριστοῦ, προδιαμαρτυρόμενον τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας· οἷς ἀπεκαλύφθη, ὅτι οὐχ ἑαυτοῖς, ἡμῖν δὲ διηκόνουν ταῦτα. οὗτος γὰρ ἀκριβώσας τὸν νόμον τῶν ἑβδομηκονταετῶν τῆς ἐπ' αὐτὸν γενομένης αἰχμαλωσίας, καὶ νομίσας πεπλη-

Ascendens

(*a*) Melius: *tum ex Lege tum ex Prophetis.* Dausquejus ad literam: *ex Legalibus & Propheticis Scriptis* Basn.

(*b*) Melius Dausquejus: *prædictus à Prophetis*; Vox enim *prophetatus* vel προφητευθεὶς, ambigua. *Basn.*

(*c*) sic

Psalm. LXVIII. 19. *Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem.* De qua Captivitate ipse David in spiritu precabatur *: *Converte Domine captivitatem nostram, sicut torrentes in Austro.* (*c*) Similiter Esaias † in Persona Salvatoris dicebat: *Spiritus Domini super me, eò quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum* (*d*). Quæ quidem de captivitate animarum prophetata sunt. In jejunio ergò, & sacco, & cinere supplicabat, tanquam jam impletum esset tempus Novi Testamenti: quippe quod venturus esset Dominus, ut captivitatem, quam subierant, revocaret (*e*).

Danielis revelatio De his igitur per visionem facta est revelatio ipsi Danieli, de rebus & ratione exacta temporum. Sic autem sese habet: ‡ *Et ecce Gabriel, quem videram in visione à principio, volans: & tetigit me, quasi hora sacrificii vespertini. Et docuit me, & locutus est mecum, & dixit mihi: Daniel, nunc exivi imbuere te intelligentia.* (*f*) *In principio obsecrationis tuæ exivit sermo: & ego veni, ut annunciem tibi: quia vir desideriorum tu es. Et cogita in verbo, & intellige in visione. Septuaginta hebdomades breviatæ sunt super plebem tuam, & super civitatem sanctam, ut consummetur peccatum, & signentur peccata, & deleantur iniquitates, & adducatur justitia sempiterna, & signetur visio & propheta, & ungatur Sanctus sanctorum. Et scies, & intelliges ab exitu sermonis ad respondendum & ædificandum Hierusalem, usque ad Christum Ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ. Et revertetur, & ædificabitur platea, & murus, & evacuabuntur tempora. Et post hebdomadas sexaginta duas exterminabitur unctio* (*g*): *& judicium non est in eo: & civitatem, & sanctuarium dissipabit cum duce adveniente: excidentur in diluvio, & usque ad finem belli concisi, ordine, desolationibus. Et confirmabit testamentum multis hebdomada una. Et in dimidio hebdomadis auferetur meum sacrificium, & libamen: & in templo abominatio desolationum: & usque ad consummationem*

* *Psalm. CXXV.*
† *Esa. LXI.*
‡ *Daniel IX.*

ρῶσθαι τὸν καιρὸν τῆς προφητείας τοῦ Δαυίδ, περὶ οὗ ἔλεγεν. ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν. περὶ ἧς αἰχμαλωσίας αὐτὸς ὁ Δαυὶδ ἐν πνεύματι ὢν ἐδέετο λέγων· ἐπίστρεψον Κύριε τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν ὡς χειμάῤῥους ἐν τῷ νότῳ. ὁμοίως δὲ καὶ Ἡσαΐας ἐκ προσώπου τοῦ σωτῆρος ἔλεγε· πνεῦμα κυρίου ἐπ᾽ ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν· ἅπερ περὶ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν προφητευόμενα. ἐν νηστείαις οὖν, καὶ ἐν σάκκῳ, καὶ ἐν σποδῷ ἱκέτευεν, ὡς ἤδη πληρωθέντος τοῦ χρόνου τῆς καινῆς διαθήκης, αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος μέλλοντος ἐπιδημεῖν, καὶ ἐπιστρέφειν τὴν ἐπ᾽ αὐτοὺς γενομένην αἰχμαλωσίαν· περὶ τούτου οὖν δι᾽ ὀπτασίας ἀπεκαλύφθη αὐτῷ, καὶ ἡ τῶν πραγμάτων, καὶ ἡ τῶν χρόνων ἀκρίβεια. ἅπερ κατανοῆσαι ἀναγκαῖον. ἔχει γὰρ τὰ τῆς ὀπτασίας ὧδε· καὶ ἰδοὺ Γαβριὴλ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ὁράσει μου ἐν τῇ ἀρχῇ πετάμενος, καὶ ἥψατό μου [ὡσεὶ] ὥραν θυσίας ἑσπερινῆς· καὶ συνέτισέ με, καὶ ἐλάλησε μετ᾽ ἐμοῦ, καὶ εἶπέν μοι· Δανιὴλ, νῦν ἐξῆλθον συμβιβάσαι σοι σύνεσιν. ἐν ἀρχῇ τῆς δεήσεώς σου ἐξῆλθε λόγος, κἀγὼ ἦλθον τοῦ ἀναγγεῖλαί σοι, ὅτι ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν σὺ εἶ· καὶ ἐννοήθητι ἐν τῷ ῥήματι, καὶ σύνες ἐν τῇ ὀπτασίᾳ. ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες συνετελέσθησαν ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν τοῦ συντελεσθῆναι ἁμαρτίαν, καὶ τοῦ σφραγίσαι ἁμαρτίαν, καὶ ἀπαλεῖψαι τὰς ἀδικίας, καὶ τοῦ ἀγαγεῖν δικαιοσύνην αἰώνιον, καὶ τοῦ σφραγίσαι ὅρασιν καὶ προφητείαν, καὶ τοῦ χρῖσαι ἅγιον ἁγίων. καὶ γνώσῃ, καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι, καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλὴμ ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδες ἑπτὰ, καὶ ἑβδομάδες ἑξήκοντα δύο. καὶ ἐπιστρέψει, καὶ οἰκοδομηθήσεται πλατεῖα, καὶ περίτειχος, καὶ ἐκκενωθῶσι καιροί. καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑξήκοντα δύο, ἐξολοθρευθήσεται χρῖσμα, καὶ κρῖμα οὐκ ἔσται ἐν αὐτῷ. καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὸ ἅγιον διαφθεροῦσι σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ ἐρχομένῳ· καὶ ἐκκοπήσονται ἐν κατακλυσμῷ· καὶ ἕως τέλους πολέμου συντετμημένου τάξει ἀφανισμοῖς. καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία· καὶ ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος [καταπαύσει θυσιαστήρια καὶ θυσίας ἕως πτερυγίου ἀπὸ ἀφα-

nem

(*c*) Sic habent Hebraica: *Domine fac redire captivitatem nostram ut torrentes in meridie.* Basn.

(*d*) Obscure Dausquejus, *cæcis apertionem.*

(*e*) Aliter omnino Dausquejus, quasi jam expleto N. T. tempore ac Salvatore ipso peregre venturo nec non eorum captivitatem aversuro. ἐπιδημεῖν vero non semper *peregrinari*, sed etiam *proficisci*, *migrare* significat, & ἀποστρέφειν *revocationem*, sive *finem captivitatis* indicat. *Basn.*

(*f*) Sic Græca! Dausquejus: ut *docerem & intelligeres.* Accuratius reddidit sequentia: *ab exordio precum tuarum egressus est sermo.* Basn.

(*g*) *Exterminabitur Unctio.* Locus est plane corruptus in Versione LXX. quam secuti sunt Patres; nam in Hebræo legitur משיח *Messias*, nomen *Christo* assignatum à Prophetis. Deinde omittuntur hæc duo verba: ואין לו *Ve en lo, & non ei*; quæ scopum mortis Christi, non sibi, sed pro populo crucifixi, aperiunt. LXX. autem pro verbis istis habent: καὶ κρίμα οὐκ ἔσται ἐν αὐτῷ *judicium non erit in eo*, Chrismate scil. sive Unctione. Quibus alium plane sensum tribuit Dausquejus, *& non erit ejus populus, qui eum negaturus est*; quæ aliena plane sunt à Græcis Basilii. Denique legitur in Græcis periodus integra, quæ paulo aliter est apud Danielem: *in medio* (319) *hebdomadis cessare faciet altaria & sacrificia usque ad pterygium ab exterminio, & usque ad consummationem & libamentum constituet exterminium.* Talia legisse *Tertullianum* scio, sed unde uterque tam *Tertullianus* quàm *Basilius* habuerint, divinare non possum. *Basn.*

(*h*) Illa

SÆC. V. ANNO 440.

nem temporis consummatio dabitur super desolationem.

Necesse est igitur intelligere, quis est sermo, qui egressus est in principio orationis ejus, ut intelligamus, de quo exivit Angelus docturus Danielem, & de quo dicat impleta esse tempora. Habet autem sic Oratio: *Et oravi ad Dominum Deum meum, & confessus sum, & dixi: Domine Deus magne & mirabilis, qui custodis Testamentum tuum & misericordiam tuam diligentibus te & custodientibus mandata tua. Peccavimus, injustè egimus, & recessimus, & declinavimus à mandatis tuis atque a judiciis tuis.* Quia igitur de Testamento erga diligentes Deum & servantes mandata ejus, quod Testamentum per aspersionem sanguinis Christi consummatum est; de quo Apostolus ait: *Et sanguinis aspersionem melius loquentem, quàm Abel:* & non (*b*) de Testamento per Moysen dato Judæis, quod aspersum est sanguine taurorum & hircorum, & cinere vitulæ, & jam antiquato. Quia, inquam, non de hoc, sed de illo supplicabat in principio suæ orationis Daniel; idcirco sermo ex ore Danielis egressus Testamenti fuit, quod pepigit Deus cum diligentibus eum; quod vocavit idem Deus novum, per Prophetam dicens: *Ecce dies veniunt, ait Dominus, & disponam domui Israël & domui Iuda Testamentum novum, non juxta Testamentum, quod disposui Patribus eorum in die, cùm apprehendi ego manum eorum ad educendum eos de terra Ægypti; quia ipsi non manserunt in Testamento meo, & ego neglexi eos, ait Dominus. Hoc enim est Testamentum meum, quod disponam domui Israël post dies illos, ait Dominus: dans dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum scribam eas.* Et paulò post: *Quoniam propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum non recordabor amplius.*

Hebr. XII. *Hebr.* IX. *Hierem.* 37. *secundum* LXX. 38.

LXX. Hebdomada. *Daniel* IX.

De hoc ergò novo Testamento ait Angelus ad Danielem: *In principio obsecrationis tuæ exivit sermo*, scilicet à te; *& ego veni, ut annunciem tibi: quia vir desideriorum tu es.* Cupiens, inquit, adventum Domini videre, *& cogita in verbo tuo*, id est, in sermone, qui exiit ex ore tuo; *& intellige in visione*, id est, spiritualiter intellige captivitatem omnium, à qua captivitate liberaturus est, qui ascensurus est in crucem, de qua captivitate locutus est David; *Ascendens in altum, captivasti captivitatem, accepisti dona in homine.*

Psalm. 67.

νισμοῦ, καὶ ἕως συντελείας, καὶ σπουδῆς τάξει ἀφανισμούς, καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία· καὶ ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος] ἀρθήσεται θυσία, καὶ σπονδή. καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων ἔσται καὶ συντελείας, καιρῶν συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν. ἀναγκαῖον οὖν γνῶναι τίς ὁ λόγος ὁ ἐξελθὼν ἐν ἀρχῇ τῆς δεήσεως αὐτοῦ, ἵνα γνῶμεν περὶ τίνος ὁ Ἄγγελος ἐξῆλθε συνετίσαι αὐτὸν καὶ περὶ τίνος λέγει τοὺς χρόνους συμπληροῦσθαι. ἔχει δὲ οὕτω τὰ τῆς προσευχῆς. καὶ προσηυξάμην πρὸς Κύριον τὸν Θεόν καὶ ἐξωμολογησάμην, καὶ εἶπα· Κύριε ὁ Θεὸς ὁ μέγας, καὶ θαυμαστὸς, ὁ φυλάσσων τὴν διαθήκην σου, καὶ τὸ ἔλεός σου τοῖς ἀγαπῶσί σε, καὶ τοῖς φυλάσσουσι τὰς ἐντολάς σου· ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν. ἐπειδ' οὖν περὶ τῆς διαθήκης τῆς πρὸς τοὺς ἀγαπῶντας τὸν Θεὸν, καὶ φυλάσσοντας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἥτις διαθήκη διὰ τοῦ ῥαντισμοῦ τοῦ αἵματος τοῦ ἁγίου Χριστοῦ ἐτελειώθη. περὶ ἧς καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· καὶ αἵματι ῥαντισμοῦ κρεῖττον λαλοῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ· καὶ περὶ τῆς παλαιᾶς τῆς διὰ Μωσέως δοθείσης τοῖς Ἰουδαίοις· ἥ τις δι' αἵματος ταύρων καὶ τράγων, καὶ σποδοῦ, καὶ δαμάλεως ἐρραντίσθη, τῆς καὶ ἐπιλησθείσης τὴν ἱκεσίαν ἐποιεῖτο Δανιὴλ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς δεήσεως αὐτοῦ. ὁ γὰρ λόγος ἐξελθὼν τοῦ στόματος αὐτοῦ τοῦ Δανιὴλ, τῆς πρὸς τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν ἐγένετο. ἥν τινα καινὴν ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Προφήτου λέγων· ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινήν· οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, λέγει Κύριος. ὅτι αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, λέγει Κύριος, διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν καὶ ἐπὶ καρδίαν αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς. καὶ μετ' ὀλίγα λέγει· ὅτι ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν καὶ τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι. περὶ αὐτῆς οὖν τῆς καινῆς διαθήκης φησὶν ὁ Ἄγγελος πρὸς τὸν Δανιήλ· ἐν ἀρχῇ τῆς δεήσεώς σου ἐξῆλθεν ὁ λόγος, τοῦτ' ἐστὶ, περὶ σοῦ, κἀγὼ ἦλθον τοῦ ἀναγγεῖλαί σοι, ὅτι ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν σὺ εἶ, ἐπιθυμῶν φησὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν θεάσασθαι. καὶ ἐννοήθητι ἐν τῷ ῥήματί σου. τῷ λόγῳ φησὶ, τῷ ἐξελθόντι ἐκ τοῦ στόματός σου. καὶ σύνες ἐν τῇ ὀπτασίᾳ. νοητῶς, φησὶ, σύνες τὴν πάντων κατὰ ψυχὴν αἰχμαλωσίαν, ἣν μέλλει λυτροῦσθαι ὁ ἀνερχόμενος ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. ἣν εἶπεν ὁ Δαυίδ· ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν· ἑβδο-

(*b*) Illa particula *non* desideratur in Græco & Versione Dausquei; Sed eam legerat Turrianus & meritò reposuit. Id enim sensus & sequentia postulant. *Basn.*

(*i*) Anni

SÆC. V. ANNO 440.

homine. Septuaginta hebdomades breviatæ sunt super plebem tuam, & super civitatem sanctam, id est CCCCXC. anni (*i*) statuti sunt Populo Judæorum, ut, si non resipuerint in adventu Servatoris, cum civitate eorum olim sancta pereant: gratiam autem futuram iis, qui in Salvatorem crederent, in iis, quæ sequuntur, declarat Angelus; *ut consummetur peccatum, & signetur peccatum. Consummatum peccatum* vocat peccatum, quod ab Adam usque ad Salvatorem regnavit; quod non potuit lex tollere, sed ipse Salvator ab eo liberavit. *Livore enim ejus sanati sumus.* Quod Paulus docuit, inquiens, *quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem; Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne.* Quod autem peccata reliqua, quæ fecimus post damnationem ex Adam, (*k*) per lavacrum regenerationis deleturus erat, sicut ait Apostolus: *delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis; & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci:* dicit sic Angelus; *ut signetur peccatum, & deleantur iniquitates., & exorentur iniquitates.* (*l*)

Deinde ipsius Salvatoris apparitionem declarat inquiens: *& adducatur justitia sempiterna:* quæ, non alia erat, quàm ipsius Salvatoris, sicut David ait de sancto ipsius templo, quod est ex semine David, & de divinitate unita: *Misericordia & veritas occurrerunt: Justitia & pax osculatæ sunt. Veritas de terra orta est; & justitia de Cœlo prospexit.* Deinceps ait Angelus: *Et signetur visio & Propheta.* Cessaturas dicit visiones & Prophetias de adventu Salvatoris. Deinde rursus ait de Salvatore; *& ungetur Sanctus sanctorum.* Hanc unctionem prophetavit David, inquiens; *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis præ participibus tuis.* Et iterum: *Inveni David servum meum: in misericordia sancta unxi eum;* sicut ipse Dominus de se per Esaiam dixit: *Spiritus Domini super me: propter quod unxit me. Evangelizare pauperibus misit me: prædicare captivis redemptionem.*

Et rursus de Testamento meminit Daniel

μάδες συνετμήθησαν ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν, τουτέστι νϛʹ ἔτη ὡρίσθη τῷ λαῷ τῶν Ἰουδαίων, ἵνα ἐὰν μὴ μετανοήσωσιν εἰς τὴν τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίαν, σὺν τῇ πόλει αὐτῶν, τῇ ποτὲ ἁγίᾳ, ἀπόλωνται. (Daniel. IX.) τὴν δὲ ἐπομένην χάριν τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸν σωτῆρα, ἐφεξῆς διηγεῖται ὁ Ἄγγελος, καὶ λέγει οὕτω· τοῦ συντελεσθῆναι ἁμαρτίαν. καὶ σφραγίσαι ἁμαρτίαν. (Ibid.) τὴν συντελουμένην ἁμαρτίαν, τὴν ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ ἕως τοῦ Σωτῆρος βασιλεύσασαν ἐφ᾽ ἡμᾶς λέγει, ἣν οὐκ ἴσχυσεν ὁ νόμος περιάραι· ἀλλ᾽ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ταύτης ἡμᾶς ἠλευθέρωσε διὰ τοῦ ἁγίου ὑπὲρ ἡμῶν μώλωπος· (I. Pet. 2.) τῷ γὰρ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. (Rom. VIII.) ὅπερ διδάσκων ἡμᾶς ὁ Ἀπόστολος φησί· τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ. ὅτι δὲ καὶ τὰς λοιπὰς ἡμῶν ἀνομίας. καὶ ἀσεβείας, ἃς ἐποιησάμεθα μετὰ τὴν κατάκρισιν τὴν διὰ τοῦ Ἀδὰμ, ἀπαλεῖψαι ἔμελλε διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας, (Coloss. I.) καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἐξαλείψας τὸ καθ᾽ ἡμῶν χειρόγραφον, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῶν· καὶ τοῦτο ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ. (Daniel. IX.) λέγει οὕτως ὁ Ἄγγελος· καὶ τοῦ σφραγίσαι ἁμαρτίαν· καὶ ἀπαλεῖψαι ἁμαρτίαν· (Ibid.) καὶ τοῦ ἐξιλάσασθαι τὴν ἀδικίαν. εἶτα τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἐπιφάνειαν δηλοῖ λέγων· καὶ τοῦ ἀναγαγεῖν δικαιοσύνην αἰώνιον, οὐκ ἄλλην οὖσαν τοῦ σωτῆρος, καθά φησιν ὁ (Psal. 84.) Δαυὶδ περὶ τοῦ ἁγίου αὐτοῦ ναοῦ, ὃς ἔσται ἐκ σπέρματος αὐτοῦ τοῦ Δαυὶδ, καὶ τῆς συναφθείσης τῷ ναῷ θεότητος· ἔλεος καὶ ἀλήθεια συνήντησαν, δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη κατεφίλησαν. (Daniel. IX.) ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλε· καὶ δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν. εἶτα ἐφεξῆς λέγει ὁ Ἄγγελος· καὶ σφραγίσαι ὅρασιν, καὶ προφήτην. (Ibid.) * τὸ δὲ σφραγίσαι, τὸ καταπαῦσαι λέγει (Psal. 44.) τὰς ὁράσεις, καὶ τὰς προφητείας τὰς περὶ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Σωτῆρος. εἶτα πάλιν λέγει περὶ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος, καὶ τοῦ χρῖσαι ἅγιον ἁγίων. ταύτην γὰρ τὴν χρῖσιν περὶ τοῦ σωτῆρος προφητεύων Δαυὶδ ἔλεγεν. (Psal. 88.) ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν, (Esa. 61.) διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. καὶ πάλιν· εὗρον Δαυὶδ τὸν δοῦλόν μου, ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ μου ἔχρισα αὐτόν. καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ περὶ ἑαυτοῦ διὰ τοῦ Προφήτου Ἡσαΐου φησί· πνεῦμα Κυρίου ἐπ᾽ ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με. εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με· κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν. καὶ πάλιν τὰ περὶ τῆς δια-

niel

(*i*) Anni CCCCXC. Græca & Latina Dausq. male *LVI. Anni.* Basn.

(*k*) Aliter paulò Dausquejus: Peccatum intelligit, quod ab Adamo usque ad Salvatorem regnum in nos tenuit, quod lex tollere non potuit &c. quod autem cæteras quoque iniquitates nostras ab Adami condemnatione, & quidquid inique gessimus, lavacro Regenerationis erat obliteraturus &c: Nescio an bene oraculum Danielis interpretetur Basilius, & subtiliter nimis eadem distinxisse videtur. Nam consummatio peccati fuit ejus abolitio per mortem Christi. *Basn.*

(*l*) *Exorentur iniquitates*, legendum *propitietur iniquitas.* *ἐξιλάσασθαι* non significat *exorare*, & vox hæc nullum hic sensum habet. *Basn.*

(*m*) Errat

SÆC. V. ANNO 440.

niel in principio Orationis suæ; Repetens Angelus ait: *Et scies, & intelliges ab exitu sermonis ad respondendum:* id est, ut cognoscas & intelligas novi Testamenti exactam rationem, & alios doceas.

Quomodo sint completæ.

Deinde tempora docet Angelus Danielem diligenter & perfectè. Cùm enim illa Hierusalem, quæ erat tempore Salomonis, destructa à Nabuzardan, Archimagiro, sive coquorum Principe Regis Chaldæorum, ut narrat Hieremias; iterum post LXX. annos captivitatis ædificanda esset, juxta ejusdem Hieremiæ Prophetiam; ideo ait Angelus: *& ad ædificandum Hierusalem:* id est, post ædificatam Hierusalem, *usque ad Christum Ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ.* Ergo sexaginta novem hebdomades annorum dixit Angelus usque ad assumptionem (*m*) Domini, & unam aliam hebdomadam præbuit ad pœnitentiam Judæis, ut videntes signa & prodigia post resurrectionem, vel sic crederent, ut etiam ipse Salvator dicebat Judæis: *nisi signa & prodigia videritis, non creditis.*

Hier. 46. secundum LXX.

Joan. IV.

Ergò postquam quæ usque ad resurrectionem, & quæ post evenerunt, narravit Angelus; deinceps ait sic: *Et revertetur, & ædificabitur platea & murus, & evacuabuntur tempora. Et revertetur*, ait, id est, visitabit. Quod autem * τὸ ἐπιστρέψαι Θεὸν, significet † τὸ ἐπισκέψαι, ἢ ἐπισκέψασθαι in Scriptura, intelligi potest ex Prophetis, maximè ex David; ait enim supplicans pro populo: *Convertere Domine usquequò; & deprecabilis esto super servum tuum.* Et iterum pro vinea deprecans: *Deus*, inquit, *Virtutum convertere vero: respice de Cœlo, & vide, & visita vineam istam.* Sic nunc Angelus: *Et revertetur*, inquit, id est, visitabit; significat quæ acciderunt post captam urbem à Vespasiano: quando Salvator domum cum muro destruxit, ut ipse prædixerat; *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta:* Et, *non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.* Ajunt (*n*) locum quendam esse extra * murum, quem vocabant locum Cranii; in quo mulier quædam (*o*) peperit puerum cornibus præditum: quod symbolum esse ajebant, futuram ibi domum

Daniel. IX.

* *Reverti.*

† *Visitare.*

Psalm. 89.

Psalm. 79.

Matth. 23.

Matth. 24.

* περιτειχίσματος.

θήκης, ἧς ἐμνημόνευσεν ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς δεήσεως αὐτοῦ ὁ Δανιὴλ ἐπαναλαμβάνων, ὁ Ἄγγελος φησί· καὶ γνώσῃ, καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγου σου τοῦ ἀποκριθῆναι. τουτέστιν, ἵνα μάθῃς τὴν περὶ τῆς καινῆς διαθήκης ἀκρίβειαν, καὶ ἑτέρους διδάξεις. εἶτα τοὺς χρόνους αὐτῷ ἀκριβῶς παραδίδωσι. τῆς γὰρ ὑπὸ τοῦ Σολομῶντος οἰκοδομηθείσης Ἱερουσαλὴμ καθαιρεθείσης ὑπὸ τοῦ Ναβουζαρδὰν τοῦ ἀρχιμαγείρου τοῦ βασιλέως τῶν Χαλδαίων, κατὰ τὴν Ἱερεμίου τοῦ Προφήτου διήγησιν, καὶ μελλούσης πάλιν οἰκοδομεῖσθαι μετὰ τὰ ο ἔτη τῆς αἰχμαλωσίας κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Ἱερεμίου προφητείαν, φησὶν ὁ Ἄγγελος· καὶ τοῦ οἰκοδομηθῆναι Ἱερουσαλὴμ. τουτέστι, μετὰ τὸ οἰκοδομηθῆναι Ἱερουσαλὴμ ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου ἑβδομάδες ζ. καὶ ἑβδομάδες ξβ. ἑξήκοντα ἐννέα οὖν ἑβδομάδες ἐτῶν εἰπὼν ὁ Ἄγγελος εἰς τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν, καὶ ἑτέραν μίαν ἑβδομάδα παρέχων εἰς μετάνοιαν τοῖς Ἰουδαίοις· ὅπως ἰδόντες τὰ σημεῖα, καὶ τὰ τέρατα μετὰ τὴν ἀνάστασιν. καὶ οὕτως πιστεύσωσιν. ὅπερ καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἔλεξε τοῖς Ἰουδαίοις· ἐὰν μὴ σημεῖα, καὶ τέρατα ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε. τὰ μέχρις οὖν τῆς ἀναστάσεως διηγησάμενος ὁ Ἄγγελος, καὶ τὰ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐφεξῆς λέγει οὕτως· καὶ ἐπιστρέψει. καὶ οἰκοδομηθήσεται πλατεῖα, καὶ περίτειχος. καὶ ἐκκενωθήσονται οἱ καιροί· τὸ δὲ καὶ ἐπιστρέψει, ἀντὶ τοῦ ἐπισκέψεται λέγει. ὅτι δὲ τοῦ ἐπιστρέψαι τὸν Θεὸν, τὸ ἐπισκέψασθαι σημαίνει ἡ γραφὴ, ἔστι μαθεῖν ἀπὸ τῶν Προφητῶν, καὶ μάλιστα ἀπὸ τοῦ Δαυίδ. λέγει γὰρ οὕτως ἱκετεύων ὑπὲρ τοῦ λαοῦ· ἐπίστρεψον Κύριε, ἕως πότε, καὶ παρακλήθητι ἐπὶ τῷ δούλῳ σου. καὶ πάλιν ὡς περὶ ἀμπέλου, ἱκετεύων περὶ αὐτοῦ λέγει· Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ἐπίστρεψον δὴ, καὶ ἐπίβλεψον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἴδε, καὶ ἐπισκέψαι τὴν ἄμπελον ταύτην. οὕτως καὶ ὁ Ἄγγελος, τὸ ἐπιστρέψει. τὸ ἐπισκέψασθαι λέγων, τὰ μετὰ τὴν ἅλωσιν τὴν ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ λέγει· καταλείψας γὰρ τὸν οἶκον μετὰ τοῦ περιτειχίσματος ὁ Σωτὴρ, κατὰ τὰς ἀψευδεῖς αὐτοῦ φωνὰς, τὸ, ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν. καὶ τὸ, οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον ὧδε, ὃς οὐ μὴ καταλυθήσεται. * τόπον τινὰ ἐκτὸς ὄντα τοῦ περιτειχίσματος, ὃν ἐκάλουν κρανίου τόπον, ἐν ᾧ ἔτεκέ τις γυνὴ παιδίον ἔχον κέρατα. ἀφ' οὗ συμβόλου ἔφασάν τινες βασιλικὸν οἶκον ἐν τῷ τόπῳ ἔσεσθαι. ὅπερ

(*m*) Errat toto cœlo Basilius, quippe sexagesima nona Hebdomada non desinit in assumptionem Christi, nec septuagesima fuit concessa Judæis, ut miraculorum, quæ post Resurrectionem fiebant, testes pœniterent. Sed *in medio septuagesimæ Hebdomadæ*, elapso triennio, quo durante docuit Christus, crucifixus est, & peccata nostra sanguine suo delevit; hoc enim voluit Daniel. Quæ sequuntur non modo sunt intricata, sed alienum habent sensum. *Basn.*

(*n*) In Græco reponendum λέγουσι.

(*o*) Quot Fabulas paucis verbis nobis propinat Basilius? Miror Dausqueium, qui notas adjecit, ut cornua probet esse regni omen, & Historiam Adami ex Paradiso expulsi & in Golgatha sepulti, autoritate Epiphanii firmare conatur. Rejiciendæ potius tales nugæ. Nec unquam natus cornibus armatus; nec locus ubi passus est Christus, fuit ejus regia; quippe qui Cœlos habitat, & ibi regnat. Nec Adam vixit aut sepultus est in Golgatha, & Cranii nomen ab eo non ducit Mons ille, sed à craniis & cadaveribus suspensorum, quæ in valle proxima dejiciebantur. *Basn.*

(*p*) Æliam

SÆC. V. ANNO 440.

domum regiam: quod quidem evenit passo ibidem Christo, sepulto, & resurgente; qui locus vocabatur Golgatha: ubi usque in hodiernum diem ædificata est Ecclesia Crucis & Anastaseos; secundum verò traditiones Judæorum ajunt, ibi repertum fuisse cranium Adæ. Id quod Salomon pro sua magna sapientia non ignoraverit. Idcirco, ajunt, locus ille Cranii locus appellatus est.

Quod autem sequitur; *Et ædificabitur platea & murus*; templi plateam dicit, & murum Æliæ, quem ædificavit Ælius Titus (*p*) in eodem loco post destructionem templi & muri, quem Judæi ædificaverant post captivitatem annis centum: quem destruxit Vespasianus, cum Urbem cepit, ut narrat Josephus. *Et evacuabuntur tempora*; quoniam in hoc statu erunt Judæi, usque ad consummationem temporum.

Passio Christi prædicta ab Angelo.

Deinde Angelus resumens historiam, Passionem Domini narrat, & per passionem, destructionem Arcæ (*q*) & eorum, quæ in ea erant sancta; & cornu, in quo erat oleum, quo ungebantur Reges & Prophetæ, qui judicabant populum, & quid esset eventurum Judæis, qui illum crucifixerant. Sic enim ait: *Et post hebdomadas sexaginta duas exterminabitur unctio: & judicium non erit in eo.* *Cornu* dicit, in quo ungebantur Reges & Prophetæ judicantes populum. *Et civitatem & sanctuarium dissipabit cum duce adveniente:* Salvatorem dicit. De iis autem, qui eum crucifixerunt, ait: *Excidentur in diluvio, & usque ad finem belli concisi, ordine desolationibus:* bellum Vespasiani significat, quod *desolationis diluvium* appellavit. Quia solet Scriptura largam effusionem sanguinis in bello diluvium appellare; quod ex visione Danielis intelligi potest: *Et filii ejus congregabunt turbam inter medium multorum. Et venit adveniens, (r) & inundans.* Et paulò pòst; *Et veniet in tranquillitate, & obtinebit regnum in lucubrationibus; & brachia inundantis inundabuntur.*

Deinde repetens illud de Testamento Novo erga diligentes Deum & custodientes mandata ejus, ait: *Et confirmabit Testamentum multis hebdomada una.* Etenim usque ad septimum annum (*s*) post ascensionem Salvatoris, inter multa illa mala,

καὶ ἐγένετο· ἐκεῖ γὰρ τοῦ Κυρίου καταξιώσαντος σταυρωθῆναι, καὶ ταφῆναι, καὶ ἀναστῆναι τῷ καλουμένῳ Γολγοθᾶ· ἐκεῖ καὶ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθιδρύθη ἐκκλησία, ἐπωνύμως, τὰ σωτήρια τοῦ Κυρίου πάθη φέρουσα μέχρι νῦν· τοῦ σταυροῦ δὴ λέγω καὶ τῆς ἀναστάσεως. κατὰ δὲ τὰς τῶν Ἰουδαίων παραδόσεις, ὥς φασι, τὸν κρανίον τοῦ Ἀδὰμ ἐκεῖσε εὑρεθῆναι· καὶ τοῦτο διεγνωκέναι τὸν Σολομῶντα διὰ τῆς ὑπερβαλλούσης αὐτῷ σοφίας. τούτου χάριν, φασὶ, καὶ κρανίου τόπος ἐκλήθη ὁ τόπος ἐκεῖνος. τὸ δὲ, οἰκοδομηθήσεται πλατεία, καὶ περίτειχος· τὴν τοῦ ναοῦ πλατείαν, καὶ τὸ τεῖχος τῆς καλουμένης Αἰλίας, ὃ ᾠκοδόμησεν Αἴλιος Τίτος ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ, μετὰ τὴν καταστροφὴν τοῦ οἰκοδομηθέντος ναοῦ καὶ τοῦ τείχους μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν, ὃ ᾠκοδόμησαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐν ἔτεσιν ρ΄. * ὅπερ καθεῖλεν Οὐεσπασιανὸς ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἁλώσεως κατὰ τὴν Ἰωσήπου συγγραφήν. τὸ δὲ, καὶ ἐκκενωθήσονται οἱ καιροί. ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ καταστάσει ἔσονται οἱ Ἰουδαῖοι μέχρι συντελείας τῶν καιρῶν. εἶτα ἐπαναλαβὼν ὁ Ἄγγελος τὰ περὶ τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου διηγεῖται, καὶ διὰ τὸ πάθος κατάλυσιν τῆς κιβωτοῦ, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ἁγίων, καὶ τοῦ κέρατος ἐν ᾧ ἐχρίοντο βασιλεῖς, καὶ προφῆται οἱ κρίνοντες τὸν λαόν· καὶ τί συμβήσεται τοῖς Ἰουδαίοις τοῖς σταυρώσασιν αὐτόν. λέγει γὰρ οὕτως· καὶ μετὰ τὰς ξβ΄ ἑβδομάδας, ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα· καὶ κρίμα οὐκέτι ἔσται ἐν αὐτῷ. τὸ κέρας λέγει ἐν ᾧ ἐχρίοντο οἱ βασιλεῖς, καὶ προφῆται οἱ κρίνοντες τὸν λαὸν καὶ τὴν πόλιν· καὶ τὸ ἅγιον διαφθείρουσι σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῶν ἐρχομένων. τὸν ἡγούμενον δὲ τὸν ἐρχόμενον, τὸν σωτῆρα λέγει. περὶ δὲ τῶν σταυρωσάντων αὐτὸν λέγει οὕτως. καὶ ἐκκοπήσονται ἐν κατακλυσμῷ· καὶ ἕως τέλους πολέμου συντετμημένου τάξει ἀφανισμοῦ. τὸν πόλεμον τὸν ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ ἀφανισμοῦ κατακλυσμὸν ὠνόμασεν. ὅτι δὲ ἔθος τῇ γραφῇ τὴν αἱματεκχυσίαν, τὴν πολλὴν τοῦ πολέμου κατακλυσμὸν ὀνομάζειν, καὶ ἐκ τῆς ὁράσεως τοῦ Δανιὴλ ἐπιμάθωμεν. λέγει δὲ οὕτως· καὶ υἱοὶ συνάξουσιν ὄχλον πολὺν δυνάμεως πολλῶν· καὶ εἰσελεύσεται ἐρχόμενος καὶ κατακλύζων· καὶ μετ᾽ ὀλίγα λέγει. καὶ ἥξει εὐθηνία· καὶ κατισχύσει βασιλέα ἐν ὀχυρώμασι, καὶ βραχίονος τοῦ κατακλύζοντος κατακλυσθήσονται· εἶτα πάλιν ἐπαναλαβὼν τὰ περὶ τῆς διαθήκης τῆς πρὸς τοὺς ἀγαπῶντας τὸν Θεὸν, καὶ φυλάσσοντας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, λέγει· καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλῶν. ἑβδομὰς μία. ἕως γὰρ ἑβδόμου ἔτους μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Σω-

Ibid.

Ibid.

Daniel. XI.

Eodem.

Daniel. IX.

(*p*) *Æliam* non ædificavit *Titus*, sed *Adrianus*, qui Jerosolymorum Civitati, quam instauraverat, nomen suum dedit.

(*q*) Arca, deperdita cum Tabulis Lapideis tempore captivitatis, non fuit in Templo Herodiano, nec per ea verba: *peribit Unctio*, intelligenda sunt *Cornu* & *Oleum*, quo ungebantur Reges, sed *Unctus ipse*, sive *Messias*. Basn.

(*r*) In Græco ἐρχόμενος, quod signif. *adveniens*; sed melius reddidit Dausquejus *properans*. Basn.

(*s*) Male, ut supra indicavimus.

(*t*) Græca

Sæc. V. Anno 440.

mala, alia aliis succedentia adversus Judæos, multi cùm viderent vindictam atque supplicium, crediderunt in Salvatorem, & roborati sunt ad Novum Testamentum, dicentes, quod scriptum est: *Si utique est fructus justo; utique est Deus judicans eos in terra.* (*t*) Accedentes ergò ad prædicationem Christo, consummationem peccatorum & deletionem iniquitatum consecuti sunt per Baptismum, ut narravit Angelus. Quos unà cum iis, qui postea in Salvatorem crediderunt, David deprædicans; *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum.*

Psalm. 57.

Psalm. 31.

Deinde ait Angelus: *Et in dimidio hebdomadis auferetur meum sacrificium & libamen, & in templo abominatio desolationum, & usque ad consummationem temporis consummatio dabitur super desolationem.* Quod ait; *in dimidio hebdomadis auferetur meum sacrificium & libamen*; sic factum est. Etenim quarto anno post Ascensionem Salvatoris, mortuo Tiberio, successor Cajus imaginem Augusti (*u*) in Hierusalem posuit; & multis bellis propter hoc gestis à Judæis, cum eos vicisset Cajus, Altaria eorum destruxit, & sacrificia legitima cum pterygio. Sic appellat vestem Pontificis, scilicet diploida. Cùm enim ante Titum illam velut vectigalem facerent, & ut proprium sigillum custodirent, &, qui vellent, eam emerent; Titus hanc sustulit, volens se tantum adorari. Ut autem nulla vana spes relinqueretur Judæis, tanquam hæc essent aliquando renovanda, addidit Angelus: *à desolatione usque ad consummationem.* Vehementiam autem iræ Titi significat addens: *Et † festinationem ponet in desolationem.*

Ad majorem autem confirmationem repetens Angelus illud de hebdomade & dimidio hebdomadis, addit Angelus de statua, quam in eorum Templo posuit & adorare fecit. Hoc enim vocavit *Abominationem desolationum.* Quoniam hoc abominati sunt aliquando Judæi desolati; hoc enim significans, desolationem dixit: sicuti Dominus de hoc loquens; *Cùm videritis*, inquit, *abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta, stantem in loco sancto:* cognoscite, quod appropinquavit desolatio ejus.

Ibid.

Matth. 24.

Matth. 13.

τῆρος, πλειόνων ἀλλεπαλλήλων κακῶν καταλαβόντων τοὺς Ἰουδαίους, πολλοὶ τὴν ἐκδίκησιν θεωροῦντες ἐπίστευσαν εἰς τὸν Σωτῆρα. καὶ ἐνεδυναμώθησαν εἰς τὴν καινὴν διαθήκην, τὸ γεγραμμένον λέγοντες· εἰ ἄρα ἐστὶ καρπὸς τῷ δικαίῳ· ἄρα ἐστὶν ὁ Θεὸς κρίνων αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ. προστεθέντες οὖν τῷ κηρύγματι τῶν Ἀποστόλων, τῆς συντελείας τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ ἀπαλείψεως τῶν ἀδικιῶν ἔτυχον τοῦ βαπτίσματος κατὰ τὴν τοῦ Ἀγγέλου διήγησιν, οὓς καὶ μακαρίζων ὁ Δαυὶδ πάλιν μετὰ καὶ τῶν πιστευσάντων εἰς τὸν Σωτῆρα, ἔλεγε, μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. μακάριος ἀνὴρ ᾧ οὐ μὴ λογίσεται Κύριος ἁμαρτίαν. εἶτα ἐφεξῆς λέγει οὕτως. καὶ ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος καταπαύσει θυσιαστήρια καὶ θυσίας, ἕως πτερυγίου ἀπὸ ἀφανισμοῦ, καὶ ἕως συντελείας καὶ σπονδῆς τάξει ἀφανισμοῦ. τὸ δὲ λέγειν ἡμίσει ἑβδομάδος, ἐν ᾧ κατέπαυσε τὰ θυσιαστήρια, καὶ τὰς θυσίας, ἐγένετο οὕτως τῷ γὰρ τετάρτῳ ἔτει μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος. τελευτήσαντος Τιβερίου, διαδεξάμενος, εἰκόνα Αὐγούστου ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἀνέθηκε, καὶ πολλῶν πολέμων περὶ τούτου γενομένων παρὰ τῶν Ἰουδαίων, ἡττήσας αὐτοὺς ὁ Γάϊος τὰ θυσιαστήρια αὐτῶν κατέσκαψε, καὶ τὰς θυσίας τὰς κατὰ τὸν νόμον σὺν τῷ πτερυγίῳ περιεῖλε. τὸ δὲ πτερύγιον λέγει, τὴν τοῦ ἀρχιερέως στολὴν, ἤτοι διπλοΐδα. τῶν γὰρ πρὸ Τίτου ἐπὶ φόρον αὐτὴν ποιησάντων, καὶ ἐπὶ ἰδίαν σφραγίδα φρουρούντων, καὶ τῶν βουλομένων αὐτὴν μισθούντων, ὁ Τίτος ἐλθὼν καὶ ταύτην ἐξιφάνισε, αὐτὸν μόνον προσκυνεῖσθαι βουλόμενος. ἵνα δὲ μηδεμία ἐλπὶς ματαία τοῖς Ἰουδαίοις καταλειφθῇ ἐπανανεώσεως αὐτῶν ποτὲ, προσέθηκεν ὁ Ἄγγελος· ἐπ' ἀφανισμῷ ἕως συντελείας. τὸ δὲ * λάαρον τοῦ θυμοῦ Τίτου λέγει προστιθεὶς, καὶ σπονδῆς ἀπ' ἀφανισμοῦ. ἐπὶ δὲ πλείονος βεβαιώσεως ἐπαναλαμβάνει ὁ ἄγγελος καὶ τὰ τῆς ἑβδομάδος, καὶ τὰ τοῦ ἡμίσεος τῆς ἑβδομάδος, προσθεὶς περὶ τοῦ ἀνδριάντος, ὅνπερ ἐν τῷ ναῷ αὐτῶν τῷ ἁγίῳ καθίδρυσε, καὶ προσκυνεῖν αὐτοὺς ἐποίησε. τοῦτο γὰρ καὶ βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων ἐκάλεσεν ὁ Ἄγγελος, ὅτι τοῦτο ἐβδελύσσοντο ποτὲ οἱ ἐρημωθέντες Ἰουδαῖοι. τοῦτο γὰρ ἐρήμωσιν ἐκάλεσε, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ περὶ τούτου ἔλεγεν· ὅταν δὲ ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ Προφήτου ἔσται ἐν τόπῳ ἁγίῳ, γινώσκετε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς·

Rursus

(*t*) Græca melius reddidit Dausquejus. *Apostolorum prædicationi adhærentes.* Eo enim munere fungebantur Apostoli post assumptionem Christi.

(*u*) Dausquejus emendat Textum, & pro Αὐγούστου legit ἑαυτοῦ *ipsius*, & rectè; nunquam enim Augusti statuam, sed suam ipsius in Templo reponere voluit Caligula. Errat deinde Basilius, qui vult, illum Imperatorem Altaria Judæorum diruisse: nec etiam per *abominationem* intelligi debet statua, quam erigi voluit; Denique quæ dicit de Tito, se solum adorari jubente, veritati historicæ non consonant. Per *vehementiam iræ Titi*, quam habet Turrianus, *lætum animum* Imperatoris intelligit Dausquejus, ut honorem haberet Tito, cum locus lubricus esset, legere maluit ἱλαρὸν. Sed hic *lætus animus* nullum sensum habet. Viderat procul dubio Turrianus Codicem emendatiorem. *Basn.*

† In Græco est σπονδῆς, *libaminis*, non σπουδῆς.

Sæc. V. Anno 440.

Rursus significans Angelus, quando hæc essent futura; repetit dicens: *Usque ad consummationem temporis consummatio dabitur super desolationem:* consummationem vocans etiam hîc desolatos Judæos. Quia enim cùm Hieremias de priori captivitate sub Nabuchodonosor prophetaret; tempus reditus prædixit Judæis, inquiens: *quando completi fuerint septuaginta anni Babylonis:* Archangelus Gabriel nullam omninò spem vanam Judæis reliquit, dicens: *usque ad consummationem temporis consummatio dabitur super desolationem.* Quæ quidem illis evenerunt à Deo derelictis, propter impietatem commissam in Christum ab ipsis, de qua David prædixit: *Adstiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.* Hanc autem derelictionem eorum propter hoc eorum scelus, deinceps subjunxit: *Dirumpamus*, ajunt, *vincula eorum, & projiciamus à nobis jugum ipsorum. Qui habitat in Cœlis, irridebit eos & Dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua & in furore suo conturbabit eos:* sicut ipse Dominus noster per Hieremiam Prophetam de hac ipsa derelictione dicebat: *Reliqui terram meam, dimisi hæreditatem meam; dedi dilectam animam meam in manus inimicorum ejus.*

Postquam pro viribus demonstravimus, perducta esse ad exitum, quæcunque Angelus prædixit de Adventu Domini Salvatoris nostri, & de iis, quæ post ascensionem evenerunt Judæis; reliquum est, ut demonstremus, id, quod necessarium est cognoscere ex temporibus Regum, qui fuerunt post impletionem septuaginta annorum captivitatis, usque ad ædificationem Hierusalem; & ab ædificatione Hierusalem sexaginta novem hebdomadas Christi Ducis, & unam aliam hebomadam, in qua facta est abbreviatio contra Judæos, & contra Hierusalem, sicut ait Angelus; *septuaginta hebdomades breviatæ sunt super plebem tuam, & super Civitatem sanctam, &c.* Habet autem sic, ut in undecimo de antiquitate Judaica scripsit Josephus. Cyrus, qui fuit post Astyagem, sub quo Bel periit, & Draco interfectus est, in primo anno Regni ejus, cùm liberâsset Judæos & dimisisset, jussit eis ædificare Hierusalem, suppeditatis pecuniis ad ædificium. Hoc anno obiit Daniel Babylone, sicut ei prædixerat Angelus ille indutus byssina. Ait enim; *Et tu Daniel vade, & quiesce. Adhuc enim dies & horæ in completio-*

σημαίνων δὲ ὁ Ἄγγελος ἕως πότε ἔσται τὰ περὶ αὐτούς. καὶ τοῦτο δευτέρου λέγων, ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν. συντέλειαν καὶ ἐνταῦθα καλῶν τοὺς ἐρημωθέντας Ἰουδαίους. ἐπειδὴ γὰρ [ἀπὸ] τῆς προτέρας αἰχμαλωσίας τῆς ἐπὶ Ναβουχοδονόσορ Ἱερεμίας προφητεύων, καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἐπανόδου ἐδήλωσεν αὐτοῖς εἰπών· ὅταν πληρωθῇ Βαβυλῶν ἑβδομήκοντα ἔτη. ὁ μὲν Ἀρχάγγελος Γαβριὴλ οὐδεμίαν ἐλπίδα ματαίαν προσδοκᾶν αὐτοὺς κατέλιπεν, εἰπών· ἕως συντελείας καιρῶν συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν. Daniel. IX. ταῦτα γὰρ αὐτοῖς συμβέβηκε τοῦ Θεοῦ αὐτοὺς ἐγκαταλείψαντος. δι' ἣν ἠσέβησαν εἰς τὸν Χριστὸν ἀσέβειαν· καθὼς καὶ Δαυὶδ προφητεύων Psalm. 2. περὶ τῆς τοιαύτης αὐτῶν ἀσεβείας λέγει· παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. τὴν δὲ ἐγκατάλειψιν αὐτῶν τὴν διὰ ταύτην τὴν ἀνομίαν, ἐφεξῆς λέγει οὕτως· διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν. ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς, καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς. πότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς. καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν διὰ τοῦ Προφήτου Ἱερεμίου προέλεγε· περὶ τῆς τοιαύτης αὐτῶν ἐγκαταλείψεως· Hierem. 12. ἐγκατέλειπον τὴν γῆν μου. ἀφῆκαν τὴν κληρονομίαν μου. ἔδωκα τὴν ἠγαπημένην ψυχήν μου εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῆς.

Reges Judæorum à captivitate.

τῆς ἀποδείξεως γενομένης κατὰ δύναμιν περὶ τοῦ πεπληρῶσθαι πάντα τὰ παρὰ τοῦ Ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ λελεγμένα περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας, καὶ τῶν μετὰ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ συμβεβηκότων τοῖς Ἰουδαίοις, ἀναγκαῖον γνῶναι καὶ ἐκ τῶν χρόνων τῶν βασιλέων τῶν γενομένων μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν ο ἐτῶν τῆς αἰχμαλωσίας ἕως τῆς οἰκοδομῆς τῆς Ἱερουσαλήμ, τὰς ξθ ἑβδομάδας τὰς ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, καὶ τὴν ἑτέραν μίαν ἑβδομάδα, ἐν ᾗ ἐγένετο ἡ συντομὴ ἡ κατὰ τῶν Ἰουδαίων καὶ κατὰ τῆς Ἱερουσαλήμ, καθὰ φησὶν ὁ Ἄγγελος, ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες συνετμήθησαν ἐπὶ τὸν λαόν σου, Daniel. IX. καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν ἁγίαν. καὶ τὰ ἑξῆς. ἔστι δὲ οὕτως καθὼς Ἰώσηπος ἐν τῇ ια βίβλῳ τῶν ἱστοριῶν τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας διηγήσατο. Κῦρος ὁ μετὰ Ἀστυάγην, ἐφ' οὗ ὁ Βὴλ κατεστράφη, καὶ ὁ Δράκων ἀπεκτάνθη, ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἀπολύσας τοὺς Ἰουδαίους τῆς αἰχμαλωσίας, ἐκέλευσεν αὐτοῖς οἰκοδομεῖν τὴν Ἱερουσαλήμ, παρεχόμενος αὐτοῖς καὶ χρήματα εἰς τὴν οἰκοδομήν· τούτῳ ἔτει ἐτελεύτησεν ὁ Δανιὴλ ἐν Βαβυλῶνι κατὰ τὴν τοῦ Ἀγγέλου φωνήν, τοῦ ἐνδεδυμένου τὰ βύσσινα· Daniel. XII. φησὶ γὰρ πρὸς

nem

Sæc. V. Anno 440.

nem consummationis : sicut & in principio tertiæ visionis dicitur de eo : *Et fuit Daniel quasi anno tertio Cyri Regis.* * Hoc igitur anno cœperunt ædificationem, & manserunt ædificantes usque ad mortem ejus, & sunt triginta anni. Regnante autem filio ejus Cambyse, prohibita est ædificatio à finitimis Principibus annis sex. Similiter regnante (v) Maguseo, prohibita est ædificatio, anno uno. Secundo autem anno Regni Darii post Maguseum, hortatu Zorobabel, perfecerunt ædificationem Templi anno nono (x) Darii, mense secundo, vigesimo tertio die. Ut jam sint anni ædificationis omnes, quadraginta sex ; Cyri triginta ; Cambysi sex ; Magusei unus ; Darii novem. Quod cùm scirent Judæi, dicebant Christo: (y) *Quadraginta & sex annis ædificatum est Templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?*

Joan II.

Post ædificationem Templi, superviente Dario, aliis viginti septem annis perstiterunt, ædificantes * muros. Gentes autem finitimæ Hierusalem, non solùm prohibebant ædificationem murorum, & ædificata diruebant, sed etiam frequenter eos spoliabant, & ducebant captivos, & occidebant usque ad vigesimum quintum annum Regni Xerxis. Nehemias autem ex genere Judæorum † pincerna Xerxis Regis, cùm hoc in Perside cognovisset ex Judæis, qui illic peregrinabantur, rogavit Regem Xerxem anno vigesimo quinto Regni ejus, ut ingrederetur, & ædificaret reliquias muri Hierusalem. Et accepta potestate, præsidens locis perfecit muros magna diligentia, anno vigesimo octavo Regis Xerxis, mense nono : Ut jam omnes anni ædificationis Hierusalem sint centum. Sic à primo anno Cyri usque ad nonum Darii, quando Templum perfectum est, quadraginta sex. A decimo Darii usque ad vigesimum octavum Xerxis, anni quinquaginta quinque, & menses tres. Anni omnes ædificationis, secundum Josephum, centum. Anni verò ab ædificatione Hierusalem usque ad Ascensionem Salvatoris, quadringenti nonaginta tres. Sicut ait Angelus : *ab ædificatione Hierusalem usque ad Christum Ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ.* Quæ ita evenerunt. (z)

* Τὰ περιτειχίσματα.

† ἀρχιοινοχόος. *Archipincerna, seu pincernarum Princeps, & primas.* Turr.

Daniel. IX.

Post ædificationem enim Hierusalem regnavit Artaxerxes Longimanus annos quadra-

αὐτόν· καὶ σὺ Δανιὴλ, δεῦρο καὶ ἀναπαύου. ἔτι γὰρ εἰσιν ἡμέραι καὶ ὧραι εἰς ἀναπλήρωσιν συντελείας· καθὼς καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς τρίτης ὁράσεως λέγεται αὐτοῦ· καὶ ἐγένετο Δανιὴλ ὡς ἔτους τρίτου Κύρου τοῦ βασιλέως. τούτῳ οὖν τῷ ἐνιαυτῷ ἀρξάμενοι τῆς οἰκοδομῆς, ἔμειναν οἰκοδομοῦντες ἕως τῆς τελευτῆς αὐτοῦ. καὶ εἰσιν ἔτη λ'. βασιλεύσαντος δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Καμβύσου, κεκώλυται τὰ τῆς οἰκοδομῆς ἐξ ἀναφορᾶς τῶν ἐγχωρίων ἀρχόντων ἔτη ϛ'. ὁμοίως δὲ βασιλεύσαντος καὶ τοῦ καλουμένου Μαγουσέου κεκώλυται ἡ οἰκοδομὴ ἔτος ά. τῷ δὲ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Δαρείου μετὰ Μαγουσέον ἐπιτραπέντες πάλιν οἰκοδομεῖν κατὰ παράκλησιν Ζοροβάβελ, συνετέλεσαν τὸν ναὸν ἔτει θ' Δαρείου μηνὶ δευτέρῳ τρίτῃ καὶ εἰκάδι. ὡς εἶναι ὁμοῦ τὰ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ μϛ'. οὕτω· Κύρου ἔτη λ'· Καμβύσου ἔτη ϛ'· Μαγουσέου ἔτος ἕν· Δαρείου ἔτη θ'. ὅπερ εἰδότες Ἰουδαῖοι ἔλεγον τῷ Σωτῆρι· τεσσαράκοντα καὶ ϛ'. ἔτεσι ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν; μετὰ δὲ τὴν τοῦ ναοῦ οἰκοδομὴν περιζήσαντος Δαρείου ἕτερα ἔτη κζ'. ἐπέμειναν οἰκοδομοῦντες τὰ περιτειχίσματα. τὰ δὲ πέριξ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἔθνη οὐ μόνον ἐκώλυον τὴν οἰκοδομὴν τοῦ περιτειχίσματος, καὶ τὰ ᾠκοδομήματα κατέστρεφον, ἀλλὰ καὶ συνεχῶς αὐτοὺς διήρπαζον, καὶ ἐξηχμαλώτιζον, καὶ ἀπέκτεινον ἕως κε' ἔτους τῆς βασιλείας Ξέρξου. Νεεμίας δέ τις ἐκ γένους Ἰουδαϊκοῦ ἀρχιοινοχόος Ξέρξου τοῦ βασιλέως τοῦτο μαθὼν ἐν Περσίδι παρὰ τῶν Ἰουδαίων τῶν παρεπιδημησάντων ἐκεῖσε, ἐδεήθη τοῦ βασιλέως Ξέρξου ἐν τῷ κε' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ εἰσελθεῖν καὶ οἰκοδομῆσαι τὰ λείψανα τοῦ τείχους τῆς Ἱερουσαλήμ. καὶ λαβὼν ἐξουσίαν, περιστὰς τοῖς τόποις, συνετέλεσε τὸ τεῖχος μετὰ σπουδῆς πολλῆς τῷ κη' ἔτει Ξέρξου τοῦ βασιλέως μηνὶ ἐννάτῳ. ὡς εἶναι τὰ πάντα ἔτη τῆς οἰκοδομῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ ρ'. οὕτως· ἀπὸ μὲν πρώτου ἔτους Κύρου ἕως θ'. ἔτους Δαρείου, ὅτε ὁ ναός συνετελέσθη ἔτη μϛ', ὡς πρόκειται. ἀπὸ δὲ ι' Δαρείου, ἕως κη' Ξέρξου ἔτη νε' παρὰ μῆνας τρεῖς. ὁμοῦ τὰ τῆς οἰκοδομῆς Ἱερουσαλὴμ κατὰ Ἰώσηπον ἔτη ρ'. τὰ δὲ ἀπὸ τῆς οἰκοδομῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ ἕως τῆς ἀναλήψεως τοῦ Σωτῆρος ἔτη υπγ' καθά φησιν ὁ Ἄγγελος ἀπὸ τοῦ οἰκοδομηθῆναι τὴν Ἱερουσαλὴμ ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου ἑβδομάδες ζ'. καὶ ἑβδομάδες ξϛ'. ἅπερ ἐγένετο οὕτως. μετὰ γὰρ τὴν οἰκοδομὴν

* *Alioquin Dan.* I. *ad fin. habetur* : Et fuit Daniel usque ad annum unum Cyri Regis. *Secundo anno adventus, sive reditus Judæorum in Hierusalem, jussu Cyri Regis Babylon, cœpit ædificatio, neque debent numerari anni, quibus ante in Persia regnarat Cyrus, ut vult iste.* Turrianus.

(v) *Maguseus* est *Smerdes Magus.* Dausq.

(x) *Esdras sextum annum dicit, non nonum.* Turr.

(y) *Hoc dicebant Judæi decepti quia* 30. *annos numerabant Imperii Cyri, cum non essent nisi* 3. *Imperii scilicet Babylonis ; quorum tertio anno, id est ultimo, cœpit ædificari Templum,* 27. *enim regnaverat in Persis* Turr.

(z) *Quæ sic explanantur.* Dausq. male, nam legitur in Græco οὕτως ἐγένετο. Basn.

(a) Annos

SÆC. V. ANNO 440.

quadraginta & unum. Secundum Josephum, hic est qui cepit Esther, Mardochæi (ex fratre neptem.) Sub hoc crucifixus est Amanes. Post hunc Xerxes menses duos & dies septem. Sogdianus menses septem. Darius Nothus annis undeviginti: Artaxerxes, Cyri junioris frater, annis quadraginta. Ochus Artaxerxes annis viginti quinque & menses septem. Arses Nothus annis quatuor. Darius, quem destruxit Alexander, annis sex. Anni omnes Regum Persarum post ædificationem Hierusalem, centum triginta sex. Alexander post Darium destructum annis duodecim. Ptolemæus Lagi annis viginti. Hic duxit captivos Judæos in Ægyptum. Philadelphus annis triginta novem. Hic solutis Judæis à captivitate, rogavit verti sibi Græcè Libros Hebræorum. Evergetes annis viginti quinque. Philopater annis septendecim. Epiphanes annis viginti quatuor. Philometor triginta quinque. Evergetes secundus viginti duobus. Soter triginta sex. Dionysius viginti novem. Cleopatra, filia Dionysii, annis viginti duobus. Sunt omnes anni Ptolemæorum cum Alexandro, ex quo destruxit Darium, ducenti octoginta septem.

Imperatores Romanorum (erant) Augustus annis quadraginta tribus; regnante hoc, natus est Christus, anno * vigesimo (*a*) Imperii ejus. Tiberius Cæsar, annis viginti duobus. Hujus Imperii anno † decimo nono, perfecta œconomia, Salvator crucifixus, & resuscitatus, & assumptus est, post quadringentesimum nonagesimum tertium annum ædificationis Hierusalem; secundum Angeli Prophetiam, post hebdomadas annorum sexaginta novem. Sic ab anno primo Cyri post Astyagem, cujus tempore Bel prostratus est, & Draco occisus, usque ad ædificationem Hierusalem anni (sunt) centum! Ab ædificatione Hierusalem usque ad destructionem Darii anni sunt centum triginta sex. Inde usque ad Augustum anni sunt centum nonaginta septem. Augusti, post mortem Cleopatræ, anni quadraginta tres. Ante enim mortem ejus annis tribus tenuit Imperium: idcirco quidam dicunt regnasse illum quadraginta sex annis. Tiberii Cæsaris anni sunt duodeviginti. Anno enim decimo octavo ejus assumptus est Dominus. Sunt itaque ab ædificatione Hierusalem, usque ad assumptionem Domini anni quadringenti octoginta tres: hebdomades annorum sexaginta novem. Post resurrectionem verò Domini, usque ad tertium annum Caji, una alia hebdomas, ut jam sint hebdomades annorum septuaginta, secundum Angeli Prophetiam. Hæc est hebdomas, de qua

τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐβασίλευσεν Ἀρταξέρξης ὁ Μακρόχειρ ἔτη μα΄. κατὰ δὲ Ἰώσηπον, οὗτός ἐστιν ὁ τὴν Ἐσθὴρ λαβὼν τὴν τοῦ Μαρδοχαίου. ἐπὶ τούτου ἐσταυρώθη Ἀμάννης. μετὰ δὲ τοῦτον Ξέρξης μῆνας β΄. ἡμέρας ζ΄. Σογδιανὸς μῆνας ζ΄. Δαρεῖος ὁ νόθος ἔτη ιθ. Ἀρταξέρξης ὁ Κύρου τοῦ νεωτέρου ἀδελφὸς ἔτη μ΄. ὦχος ὁ Ἀρταξέρξης ἔτη κε΄ καὶ μῆνας ζ΄. Ἀρσὴς ὁ νόθος ἔτη δ΄. Δαρεῖος, ὃν καθεῖλεν Ἀλέξανδρος ἔτη ϛ΄. ὁμοῦ βασιλέων Περσῶν ὀκτὼ μετὰ τὴν οἰκοδομὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἔτη ρλϛ΄. Ἀλέξανδρος μετὰ τὸ καθελεῖν Δαρεῖον ἔτη ιβ΄. Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἔτη κ΄. οὗτος αἰχμαλωτίζει εἰς Αἴγυπτον τοὺς Ἰουδαίους. Φιλάδελφος ἔτη λη΄. οὗτος ἀπολύσας τοὺς αἰχμαλώτους τῶν Ἰουδαίων ἐφιλοτιμήσατο μεταγράψασθαι εἰς Ἑλληνίδα γλῶσσαν τὰς Ἑβραϊκὰς βίβλους. Εὐεργέτης ἔτη κε΄. Φιλοπάτωρ ἔτη ιζ΄. ἐπιφανὴς ἔτη κδ΄. Φιλομήτωρ ἔτη λε΄. Εὐεργέτης δεύτερος ἔτη κβ΄. Σωτὴρ ἔτη λϛ. Διονύσιος ἔτη κθ΄. Κλεοπάτρα ἡ θυγάτηρ Διονυσίου ἔτη κβ΄. γίνονται ὁμοῦ τὰ τῶν Πτολεμαίων μετὰ Ἀλεξάνδρου, ἀφ' οὗ καθεῖλε Δαρεῖον ἔτη σπζ΄. βασιλεῖς Ῥωμαίων Αὔγουστος ἔτη μγ΄. τούτου βασιλεύοντος ὁ Χριστὸς ἐγεννήθη κατὰ σάρκα ἔτη κθ΄. τῆς βασιλείας * αὐτοῦ. Τιβέριος Καῖσαρ ἔτη κβ΄. τῷ δὲ ιη΄ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, πληρώσας † τὴν οἰκονομίαν ὁ Σωτὴρ, σταυρωθεὶς, καὶ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ἀνελήφθη μετὰ υπγ΄ ἔτη τοῦ οἰκοδομηθῆναι τὴν Ἱερουσαλὴμ, κατὰ τὴν τοῦ Ἀγγέλου Προφητείαν, μετὰ ἑβδομάδας ἐτῶν ξθ. οὕτως, ἀπὸ α΄ ἔτους Κύρου μετὰ Ἀστυάγην, ἐφ' οὗ ὁ Βὴλ κατεστράφη, καὶ ὁ Δράκων ἀπεκτάνθη, εἰς τὴν οἰκοδομὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἔτη ρ΄. ἀπὸ δὲ τῆς οἰκοδομῆς Ἱερουσαλὴμ ἕως καθαιρέσεως Δαρείου ἔτη ρλϛ, καὶ ἀφ' οὗ καθῃρέθη Δαρεῖος ἕως Αὐγούστου ἔτη σπζ΄. Αὐγούστου μετὰ τὸν θάνατον Κλεοπάτρας ἔτη μγ΄. πρὸ γὰρ τοῦ θανάτου αὐτῆς κατέσχεν ἔτη τρία. καὶ διὰ τοῦτο τινὲς λέγουσιν αὐτὸν βασιλεῦσαι ἔτη μϛ. Τιβέριος Καῖσαρ ἔτη ιη΄. τῷ γὰρ ιη΄ αὐτοῦ ἔτει ὁ Κύριος ἀνελήφθη. ὡς εἶναι ἀπὸ τῆς οἰκοδομῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ ἕως τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως ἔτη υπγ΄. ἑβδομάδες ἐτῶν ξθ΄. μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος ἕως τρίτου ἔτους Γαΐου, ἑτέρα ἑβδομὰς μία. ὡς εἶναι ἑβδομάδας ἐτῶν ο΄ κατὰ τὴν τοῦ Ἀγγέλου προφητείαν. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἑβδομὰς ἣν εἶπεν· καὶ δυναμώσει δια-

* 42.

† 18.

(*a*) Annos Imperii Augusti numerat Basilius ab *Actiaca pugna*: nec tamen consentit cum cæteris Chronologis, nam secundum Eusebium natus est Christus an. 28. ab Actiaca pugna. Secundum *Pagi*, anno 31. *Basn.*

SÆC. V. ANNO 440.

qua dixit: *Et confirmabit Testamentum multis hebdomada una.* Hæ enim sunt LXX. hebdomades dictæ usque ad impletionem peccatorum illorum. Ut, si voluerint audire vocem tubæ Domini nostri Jesu Christi, deleantur illorum peccate omnia & iniquitates; si verò non receperint illius salutarem doctrinam, tunc gratia doni cœlestis transeat ad gentes, quæ obedierunt ejus sanctæ vocationi: sicuti ipse Salvator per Prophetam (*Hierem. 6.*) dicebat: *Audite vocem tubæ! Et dixerunt: non audiemus. Ideo audierunt gentes, & qui pascunt greges suos.* Ante enim impletionem quadringentorum octoginta trium annorum misericordia erga vos utens Salvator, aliquando præcipiebat discipulis, inquiens (*Matth. x.*): *In viam gentium ne abieritis; & in Civitates Samaritanorum ne ingrediamini. Sed potius ite ad oves, quæ perierunt domus Israël.* Matri verò tempus veniam dandi Judæis significans, ajebat (*Joan. 2.*): *nondum venit hora mea.* Aliâs Syrophœnissæ dixit (*Matth. 15.*): *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Aliâs (*Ibid.*); *non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt domus Israël.* Item aliâs lacrimans super Hierusalem (*Luc. 19.*), dicebat illi: *Si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Eorum verò exitum lamentabiliter prædicebat, cùm dicebat (*Matth. 23.*): *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.*

Quod autem cognoverit tempus parcendi illis usque ad horam unam impletum; cum venissent ad eum Ministri cum Juda (*Matth. 26.*): *Tanquam ad latronem*, inquit, *existis cum gladiis & fustis comprehendere me. Quotidie apud vos eram, docens in Templo, & non me tenuistis. Sed hæc est hora vestra & potestas tenebrarum.* Quamobrem & ad patrem dicebat (*Joan. 17.*); *Pater, venit hora, clarifica filium tuum.* Post sanctam enim resurrectionem, quando jam aderat impletio quadringentorum octoginta trium annorum, cùm non egissent Judæi pœnitentiam, præcipiebat discipulis suis, dicens (*Matth. 28.*): *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Quod quidem mysterium temporum impletorum cum nossent discipuli, dicebant Judæis (*Actor. 13.*): *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos ju-*

θήκην πολλοῖς. αὗται γὰρ εἰσιν αἱ ἑβδομάδες αἱ ῥηθεῖσαι πρὸς ἀναπλήρωσιν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. (*Daniel. IX.*) ἵνα ἐὰν μὲν θελήσωσιν ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπαλειφθῶσιν αὐτῶν πᾶσαι αἱ ἁμαρτίαι καὶ αἱ ἀνομίαι. εἰ δὲ μὴ προσδέξωνται τὴν σωτήριον αὐτοῦ διδασκαλίαν, τότε διαβῆναι τὴν χάριν τῆς οὐρανίου δωρεᾶς εἰς τὰ ἔθνη τὰ ὑπακούσαντα τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ κλήσει. καθάπερ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ διὰ τοῦ Προφήτου ἔλεγε. καὶ εἶπα, ἀκούσατε τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος. καὶ εἶπαν, οὐκ ἀκουσόμεθα. καὶ τοῦτο ἤκουσαν τὰ ἔθνη, καὶ οἱ ποιμαίνοντες τὰ ποίμνια αὐτῶν. πρὸ γὰρ τῆς συμπληρώσεως τῶν υπγʹ ἐτῶν συμπαθητικῶς κινούμενος πρὸς αὐτοὺς ὁ Σωτὴρ, ποτὲ μὲν παρακελεύεται τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, λέγων, εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε. πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ισραὴλ. τῇ δὲ ἑαυτοῦ μητρὶ περὶ τοῦ χρόνου τῆς συγγνώμης τῆς πρὸς τοὺς Ἰουδαίους δηλῶν ἔλεγεν· οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου, ποτὲ δὲ τῇ Συροφοινικίσσῃ λέγων. οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις. ποτὲ δὲ λέγων, οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ. ποτὲ δὲ δακρύων ἐπὶ τὴν Ιερουσαλὴμ, ἔλεγε πρὸς αὐτήν· εἰ ἔγνως καὶ σὺ ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ τὰ πρὸς [εἰρήνην σου] νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου. τὸ δὲ ἐσόμενον αὐτοῖς τέλος μετὰ δακρύων θρηνητικῶν μέλει ἔλεγεν. Ιερουσαλὴμ, Ιερουσαλὴμ ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς Προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε. ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν. ὅτε δὲ ἔγνω τὸν χρόνον τῆς πρὸς αὐτοὺς συγγνώμης μέχρις ὥρας μιᾶς πεπληρωμένον, ἐλθόντων πρὸς αὐτὸν τῶν ὑπηρετῶν μετὰ τοῦ Ιούδα, ἔλεγε πρὸς αὐτούς· ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με, καθ' ἡμέραν ὄντος μου ἐν τῷ ἱερῷ, οὐκ ἐπεβάλλετε ἐπ' ἐμὲ τὰς χεῖρας ὑμῶν; ἀλλ' αὕτη ἐστὶν ὑμῶν ἡ ἡμέρα, καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους. διὸ καὶ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ἔλεγε· πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν υἱόν. μετὰ γὰρ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν ὅτε ἡ συμπλήρωσις τῶν υπγʹ ἐτῶν ἐγένετο, μὴ μετανοησάντων αὐτῶν, ἐντέλλεται τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς λέγων· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὅπερ μυστήριον τῶν χρόνων συμπληρωθέντων, ἐπιστάμενοι οἱ μαθηταὶ ἔλεγον πρὸς τοὺς Ιουδαίους· ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λα-

dicatis

dicatis vitæ æternæ, ecce convertimur ad gentes: Cùm igitur demonstratus sit Adventus Uncti ex Archangeli doctrina, relinquant Judæi vanam suam exſpectationem, qua ſimplices decipiunt.

ληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ ἀναξίους ἑαυτοὺς κρίνετε τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη. οὕτω γὰρ ἐντέταλται ἡμῖν ὁ Θεός. τῆς οὖν ἀποδείξεως τῆς παρουσίας τοῦ ἠλειμμένου φανερᾶς γενομένης ἐκ τῆς τοῦ Ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ διδασκαλίας, παυέσθωσαν Ἰουδαῖοι τῆς ματαίας προσδοκίας, δι' ἧς ἀπατῶσι τοὺς ἁπλουστέρους.

SÆC. V. ANNO 440.



SÆC. V. ANNO 450.

TIRONIS PROSPERI AQUITANI CHRONICON INTEGRUM;

Ab Adamo ad Romam captam à Genserico, Wand. Rege.

CANISII PRÆFATIO PRIMA IN PROSPERI AQUITANI CHRONICON.



RÆTER *vulgatum illud Chronicon Prosperi Aquitanici, quod S. Hieronymi Chronico subjungitur, Pithœus * aliud edidit Prospero Tironi Aquitano inscriptum, longè diversum ab illo. Porro nobilissimus & exquisitæ eruditionis ocellus, M. Velserus, Duumvir Augustanus, misit nobis codicem M. S. Augustani Monasterii SS. Afræ & Udalrici: ubi Eusebii & S. Hieronymi Chronicis subjunctus Prosper, hoc Titulo:* Incipit ex Chronicis Tironis Prosperi, Chronicorum Eusebii temporibus prætermissis. *Hic Prosper, novo Tironis nomine auctus, licet cum vulgato illo in multis ne verbo quidem discrepet, tamen in quibusdam minutior est, in multis verò longè auctior, præsertim sub finem, ubi insignis accessio. Quare dignus visus, qui lucem videret, bono historiæ publico. Et ut singula conferre possis, sigillatim damus primo veterem Editionem, Ulricianum secundo loco apographum, tertio Pithœi Tironem: Unum moneo, & præmunio contra id quod occurrere queat docto Lectori: Gennadius, Presbyter Massiliensis, affirmat se legisse Chronicon Prosperi ab Orbe condito usque ad captam à Vandalis Romam. Hoc si verum, dicet quis, necesse est, † Prosperum scripsisse copiosius quoddam Chronicon; cujus initium non à Valentis morte ut hic, sed ab Orbe condito: ita ut hæc tria Chronica vel unum ex his, sint illius membra, hactenus non nisi mutila. Pithœus quidem sui Tironis, quem dedit, Chronicon, putat esse germanum membrum amplioris illius, quod ab Orbe condito ad captam à Vandalis Romam Gennadius se legisse testatur. At quidquid sit de hoc, ut ego pro certo id asseram, Gennadius certè non movet; & quo minùs moveat, facit hoc nostrum Ulricianum Tironis apographum, ubi in fine hæc,* in

* An. 1588. *Scriver. n. MS.*


† Hoc verum est. Et sic sentit infrà in notis. *Id.*

in nulla Prosperi Editione hactenus lecta : Collecta ergo omnis summa annorum ab Adam usque ad Wandalorum perditionem fiunt anni V M. DCC. XXXIII. *Quæ verba respexit procul dubio Gennadius. Neque sine exemplo. Nam (ut notavimus in Victoris Tunnunensis Chronicon, quod nuper cum Biclarensi, Luytprando, & Synodo Bavarica edidimus). Isidorus Lib. de Viris illustrib. cap. 25. dicit, à Victore Tunnunensi scriptam esse historiam ab Orbe condito usque ad primum Justini junioris annum; cùm tamen Victor nullo modo ab Orbis ortu ordiatur; quippe qui testatur ipse, finem Prosperi sibi esse principium scribendi. In fine verò, prorsus eodem modo sicut Prosper colligit numerum annorum ab Adam usque ad Justinum. Et hoc est quod ait Isidorus Victorem, & Gennadius Prosperum scripsisse ab Orbe condito. Neque aliud hic requiras mysterium. Unde etiam patet, illa quibus Ulricianum apographum ceteris auctius est, verè esse Prosperi, quippe (a) quæ Gennadius legit. Adscribam autem verba Gennadii catalog. illustr. Vir.* Prosper, homo Aquitanicæ Regionis, sermone scholasticus, & assertionibus nervosus, multa composuisse dicitur. Ex quibus ego Chronica nominis illius prætitulata legi: continentia à primi hominis conditione juxta Divinarum Scripturarum fidem, usque ad obitum Valentiniani Augusti & captivitatem Urbis Romæ à Genserico Wandalorum Rege factam. (*b*)

SÆC. V. ANNO 450.

(*a*) Cassiodorus de Divinis Lectionibus c. 17. asserit Prosperum Chronicon ab Adamo ad Genserici tempora & urbis deprædationem perduxisse. *Scriverius in not. MS.*

(*b*) Hæc olim Canisius; sed postea priorem emendavit sententiam, & dum Alcuini Epistolas notis suis adornaret, sequentem adjecit in Prosperum.



CANISII PRÆFATIO ALTERA IN PROSPERUM.

Ubi *res agitur conjecturis; ibi, meo judicio, nemo tuto satis quicquam asserit. In Præfatione, Prosperi Chronicis præfixa, fuit conjectura nostra, Prosperum Eusebii historiam tantum continuasse. Quod vero Gennadius dicat, se Prosperi Chronicon legisse ab Orbe condito usque ad captam à Wandalis Romam, id tantum respicere illum computum, quo in fine colligit numerum ab Adamo. Et hoc exemplo Victoris Tunnunensis probavimus. Utut sint hæc; si quis putet, Prosperi Chronica, quæ extant, tantum membra esse amplioris illius, quod Prosper re vera ab Orbe condito scripserit, næ ille meo animo non malam conjecturam habet. Nam emphasim præferre videntur Gennadiana :* Chronica nominis illius prætitulata legi, continentia à primi hominis conditione juxta divinarum scripturarum fidem. *Tum me Titulus etiam Ulriciani m. s. codicis movet :* Incipit ex Chronicis Tironis Prosperi, Chronicorum Eusebii temporibus prætermissis. *Ubi particula* ex *indicio est, non tota exscripta Chronica. Cætera ita accipio, ac si descriptor Lectorem velit monitum, se Prosperi illa prætermisisse, quæ cum Eusebii Chronico coinciderent. Et hanc sane caussam suspicor, cur anteriora Prosperi, & si forte Victoris, interciderint. Considera autem mihi, quæso, (ut hoc obiter moneam) in Chronico Victoris initium :* A 18. consulatu Theodosii Junioris, Victor, Episcopus Tunnunensis Ecclesiæ Africæ, historiam prosequitur, ubi Prosper reliquit. Igitur, &c. *Hæc, inquam, verba, si quis accuratius inspiciat, non videntur esse Victoris, sed addita ab aliquo, qui priora resecuit. Maximè movet Vocula:* Igitur. *Quæ quomodo initium integri Chronici? Confirmat me Isiodorus, Lib. de Viris illustr. cap. 25.* Victor Tunnunensis, Ecclesiæ Africanæ Episcopus, à principio mundi usque ad primum Justini Junioris annum, brevem, &c. nobilissimam historiam promulgavit. *Hæc licet olim in Præfatione Victori præfixa, ad collectionem annorum ab Adamo, quam in fine habet, traxerim; jam tamen malim diserte intelligi de ampliori Chronico: cujus illa pars à principio mundi usque ad* XVIII. *consulatum Theodosii Junioris, ab exscriptoribus sit passim omissa, eò, quod jam ab aliis fuerit pertractata. Solent enim ejusdem argumenti Scriptores alter alterius luminibus officere. Et plane durum est credere, Gennadium scripsisse, ea se Prosperi legisse, quæ nunquam viderit. Sed nec magni hæc disceptatio momenti, & in utramque partem disputari potest.*

JACOBI

JACOBI BASNAGII IN PROSPERI CHRONICON ANIMADVERSIONES;

In quibus ſex Proſperos fuiſſe, atque de variis Chronicis, Proſperorum nomen præferentibus, diſſeritur.

I. CHronicorum diligentiſſimus Indagator, *Joſephus Scaliger*, Proſperi Chronicon olim ediderat & ad calcem *Hieronymi* adjecerat. Illud vindicabat Proſpero, utpote cujus nomen præferebant Codices quos viderat. Sed excidit Viro quantumvis doctiſſimo, ex pluribus Proſperis unum conficere, eosque tres tanquam hujus Operis Authorem laudare. Scopus Animadverſionum.

Prior fuit *Proſper Aquitanus*, qui maximam adeptus fuerat famam Scriptis adverſus Semipelagianos editis. Hunc facit eundem cum Epiſcopo ejuſdem nominis, qui *Vaſionenſi* Concilio ſubſcripſit. Tertium denique adjicit *Regii Lepidi* in Æmilia Præſulem, cujusque hoc refert Epitaphium in æde Carmelitarum repertum:

Hic ſitus eſt Proſper, quo ſancto Præſule gaudet
Regium, & hic cineres oſſaque ſacra jacent.
Marmoreo Monachi condunt pia Buſta Sepulchro;
Namque vetus Turris fregerat alta cadens.

Scal. in Euſeb. p. 53.

Hos tres Proſperos non ſatis accuratè diſtinxiſſe patebit ex inferius dicendis. Nos hic integram eruimus Proſperorum familiam.

II. Sex aut ſeptem fuerunt viri cognomines, circa quorum vitam, ætatem, & ſcripta ſæpius errant adhuc eruditi. Sex Proſperi. Prior eſt *Proſper Aurelianenſis Epiſcopus*, qui anno 455. vixit, & inter Beatos locum obtinuit in Martyrologio Romano, quamvis in Eccleſia vix notus fuerit. Proſper Aurelianenſis. Huic *Voſſius*, eruditionis portentum, in *Hiſtoria Pelagiana* peſſime Libros de *Vocatione Gentium* adſcripſit; quippe qui nihil poſteritati mandaverit. Illum infauſto lumine naſcentem cum reſpexiſſet Apollo, poſtulavit à *Sidonio Apollinari*, ut *Aniani Deceſſoris* Vitam, & obſidionis Aurelianenſis ab *Attila* Hiſtoriam deſcriberet; Votis annuit *Apollinaris* *, & jam ſcribere cœperat; ſed operis arrepti facie perſpectâ, tæduit inchoaſſe. Inter Litterarios igitur & Scriptores Eccleſiaſticos nullatenus recenſeri debet prior ille Proſper, utpote qui alterius opem ad deſcribendas propriæ ſedis calamitates flagitaret.

* Sid. Apoll. L. 8. Ep. 15. p. 146.

III. Alter fuit inter Proſperos ab Hæreſi Manichæorum ad fidem Catholicam converſus. Proſper Manichæus. Hujus habentur *Anathematiſmi* adverſus errores, quibus nuntium remiſerat. Hos Anathematiſmos *Conciliorum Editioni* inſeruit *Sirmundus*, vir poſteris non ſolum eruditione, ſed & probitate morum, in æternum laudandus. Dubitant eruditi, an ejus Anathematiſmi *Concilio* Carpen-

Sæc. V. Anno 450.

Carpentoratensi debeant subjici, ea præsertim ratione, quod Concilium convocatum anno 525. nomen præferat *Olybrii Consulis*, qui, quanquam junior adhuc, fuit Consul anno 491. Vixit igitur Prosper ex Manichæo Orthodoxus quinto sæculo vergente ad extrema. Et sors ejus imposterum ignoratur.

Prosper Aquitanus.

Baron. Notæ ad Martyr. 29. Jul.

IV. Tertius inter Prosperos fuit incertæ sedis Præsul. Episcopum Aurelianensem faciunt *Baronius* & *Binius*; Sed non conveniunt tempora, quippe qui *Leonis magni & Prosperi Regiensis fuerit coævus*. Unde conjicitur nec Carpentoratensi, nec Vasionensi Concilio subscripsisse, ut Viri celeberrimi autumant. Deinde Aurelianensem tunc temporis tenebat sedem *Eusebius*, qui Concilio in eadem urbe habito, sigillum suum apposuisse debuit, aut saltem *Leontius*, qui postmodum ejus obiit vices. Denique nulla lis agitari potest, quippe Epistolam ad *Demetriadem* & Libros *de Vocatione Gentium* jam antea laudaverat *Gelasius Pontifex* ab anno 496. quo obiit.

V. Tres alii Prosperi, ab istis diversissimi, nobis nunc sunt laudandi, & majori famâ Scriptis suis gaudentes. Prior fuit Regii Lepidi in Æmilia Episcopus, cui Cyclum Paschalem à veteribus laudatum tribuit Bucherius. Autumabat ille Christianos, præsertim Latinos, statim à Passione Christi Cyclo 84. annorum usos esse, sed Judaïcam computandi rationem secutos. Cyclus sæculo secundo expirante quinque dierum præcipitatione Lunaris erat. Orta sub Victore controversia de festo Paschatis, novos certioresque Circulos fingere conati sunt Latini. Hyppolitus tunc temporis Heckaëdecaëteridem suam procudebat; sed cum viderent illam stare non posse, rursus ad Cyclum Judaïcum annorum 84. confugerunt, eumque castigatum in usum induxerunt. Sed vix evoluti fuerant duo tales Cycli, annos 168. conficientes, cum veras Cœli Lunas biduo vel triduo antecurrere deprehensum est: ideo nova castigatione fuit opus. Hoc suscepit quidam nomine Prosper, quem Regii Lepidi in Æmilia Episcopum conjiciebat *Bucherius*, & quidem rationibus, quæ ob evidentiam debent hîc subjici.

Bucher. Doctrina Temp. p. 144.

„ Ac ego quidem Chronographo laudem istam lubens adscriberem; „ quem horum tam curiosum & peritum in Chronico manuscripto animadverto: ubi binam binorum Paschatum dubiorum mentionem facit, à „ nobis suprà allatam; & verò Cycli istius, quasi fœtus proprii, capita „ seu principia quinque tam diligenter adnotat. Sed repugnare videtur „ ætas ejus satis nota. Nam cùm Chronicon suum ad annum Christi vulgarem 455. ipso Codice manuscripto Victorióque nostro testibus, perduxerit; si idem Cyclum istum anno Christi 382. aut circiter castigavit „ & edidit, totos 74. annos in scriptionem incubuerit. Tum verò, si vitam ad annum Christi 463. ut Marcellini Chronicon significat, extendit; „ annum ætatis centesimum excesserit. Nam annorum, ut minimùm, „ viginti quinque esse debuisse, ut tam subtilis castigationis opus aggrederetur & expediret, nemo credo negaverit. Ad hæc Gennadius, cùm „ Prosperi hujus Opera recenset, de Cyclo Paschali ne verbum quidem „ infert; tametsi in Victorio, ut dixi, PROSPERO cuidam simile opus „ attribuat. Prosperi Regiensis (de quo nihil Gennadius) paulò obscurior est memoria & ætas: quam si circa annum Christi 380. referre certò possemus, planè Cycli hujus interpolatorem & expansorem diceremus. „ Huc enim nos ducit Paschalis illa 83. Sancti Ambrosii Epistola, anno „ Christi vulgari 381. ad Æmiliæ Episcopos data. Quorsum enim ad „ Æmiliæ Episcopos, & de dubio per idem tempus Latinos inter & Alexandrinos Paschate; nisi quòd tum primùm Canon iste Prosperi, Re-

„ giensis

„ giensis probabiliter in eâ Æmiliâ Episcopi, juxta Latinorum placita pro-
„ diret, & Theophiliano paulò antè edito opponeretur? quem cæteri
„ ejusdem Provinciæ Antistites, ut & Latinorum alii; complecti vel-
„ lent, & quos Ambrosius ad Alexandrinorum sententiam reducere mo-
„ liretur.

Hæc Bucherius; sed postmodum ab eâ sententiâ abductus est Autoritate tum Martyrologii Romani, quod *Hunc Regiensem Episcopum contra Pelagianos quoque scripsisse testatur*; tum *Hymni Regiensis Ecclesiæ*, *qui Prosperum suum canit à S. Leone missum Episcopum, quæ omnia eundem cum Chronographo faciunt. Pilam ceu claudus sustineo & exspecto, dum major aliunde lux affulgeat*, inquit *Bucherius*. Sed nimium commovit Virum doctissimum Hymnus; solent enim, qui Hymnos fingunt, vel Martyrologia condunt, in Beatum quem laudant, plurima, quæ aliis ejusdem nominis conveniunt, congerere. Et fluunt sæpius aliquot sæcula, antequam Hymnus in honorem Beati protrudatur, vel nomen ejus inseratur Martyrologio; tunc temporis incerta prodeunt acta, nec facile falsa à veris distingui possunt; Quot errores erravit Baronius in hunc locum Martyrologii quem commentatus est, quantumvis in Historia Ecclesiastica versatissimus esset? Constat Prosperum, qui adversus Pelagianos scripsit, nunquam fuisse Episcopum: Constat Rhegiensem Episcopum nunquam *à S. Leone in Sedem Episcopalem missum*. Nutat igitur auctoritas Hymni vel Martyrologii illud asserentis, & ea penitus nulla Bucherio debuit esse. Viderat ipse lucem, quam ab aliis incassum expectabat. Nec mihi dubitandum videtur, Cyclum illum Episcopo Rhegiensi in Æmilia restitui debere. Fuit olim tempus, cum autumarem illum non tantummodo *Cyclum Paschalem*, sed & *Chronicon* edidisse, hac potissimum ratione, quod Author *Chronici* sæpius Cyclos illos 84. annorum indicaverit; Sed errorem emendo, quippe non conveniunt tempora.

Doctrina temporum Antverp. fol. p. 144.

Bar. Not. in Martyr. 25. Junii.

Hist. de l'Eglise L. XII. c. IV. p. 725.

VI. Quintus *Prosper* fuit *Africanus*, Carthaginensis, qui an. 399. consecrationi *Templi Cœlestis* præsens adfuit. Ibi vixit usque ad annum 434. quo feliciter pugnatum est adversus *Gensericum*. Sed postea persecutione adversus Orthodoxos sæviente, Vandalis imperantibus, ex Africa in Italiam delatus, ibi egit, Librumque *de Prædicationibus & diversis Promissionibus* scripsit. Hunc Tractatum *Beato Sanctoque Prospero* tribuit *Cassiodorus*, eumque sedula attentione voluit legi: *quia tres Libros totius auctoritatis Divinæ in* 153. *Titulis comprehendit, adinstar piscium, quos Evangelica retia de hujus sæculi tempestuosa profunditate traxerunt*. At Cassiodorus *Prosperum Africanum* non noverat, ejusque Opusculum alteri, *Aquitano* scilicet, asserebat. Hunc enim *Beati Sanctique Titulis decoratum* indicat sæpius, absque ullo discrimine. Ita mirum videri non debet, si à posteris, nec ab ipso Editore Operum Prosperi, non facile distinguantur tot viri cognomines, cùm in eundem lapidem impegerit Cassiodorus, Vir eruditissimus, quique ineunte sæculo sexto vixit. Opera diversorum plane Prosperorum uni soli tribuuntur; at contra Sanctitas unius forsan Prosperis cæteris, qui hoc nomen prætulerunt, vindicatur. Congeruntur Opera plurium in unicum Doctorem, & Sanctitas unius diducitur in plures.

Prosper Africanus.

Cassiod. in Ps. XI. p. 41. & de divin. lect. c. I. p. 539.

VII. Sextus *Prosper*, *Aquitanus*, nunquam fuit *Regiensis Episcopus*, sed in ea civitate natus est ad initia sæculi quinti. *Augustino* fuit amicissimus, ejusque sententiam adversus semi-Pelagianos, tum Massilienses, tum Genuenses, vindicavit; *quanquam Præsulibus impar*, ut ipse loquitur; Socium habuit *Hilarium*, non *Arelatensem*, ut voluit *Baronius*, cùm hic semi-

Prosper Aquitanus.

SÆC. V. ANNO 450.

semi-Pelagianus fuerit, sed alterum Laicum. Ambo Augustinum oraverunt, ut objectionibus, quibus commoti fuerant Præsules, doctrinâ pietateque insignes, ipse satisfaceret.

VIII. Huic *Prospero* multa tribuuntur Opera: Mitto *Epistolam ad Demetriadem*, quam ipsi à *Beda* adscribi falsò, dixit *Baronius*; & nescio, qua ratione genuinis *Prosperi* Opusculis adhuc inseratur? Major est controversia circa *Capitula de Gratia*, quæ alii à *Cælestino Pontifice*, alii ipsius jussu à *Prospero* edita tuentur. Meritò quidem illa *Cælestino* abjudicant non modo *Sirmundus*, *Norisius*, ejusque adversarius, *Bruno Neusser*, *in Prodromo velitari adversus Authorem Historiæ Pelagianæ*. Quippe illa Pontificia autoritate nullatenus firmata videntur, & dubitantem Laïcum potius quàm Pontificem definientem sapiunt; sed nec illa convenire Prospero satis olim probavimus in *Historia* * *Ecclesiastica*. At argumenta nostra adversus Virum doctissimum Anthelmum hîc repetenda non sunt. Altera lis oritur circa Tractatum *de Vocatione Gentium*; Sed hunc Tractatum Prospero tribuit *Anthelmus*, cùm plurimis discrepat Author ille à Prospero, non tantum scopo & fine operis, verùm & doctrina, veneratione erga Augustinum, & denique methodo scribendi. In *Semipelagianos* tela potissimum intendebat *Prosper*: Hic non disputandi causa, sed se exercendi in materia vexatissima, calamum arripuit. Deinde nescio quam *Gratiam omnibus communem* probat, quam *Prosper* profligaverat. Tertio de *Augustino* semper siluit, cujus autoritatem Apostolicam venerabatur *Prosper*. Denique nullum profertur Argumentum, quo probari possit, Tractatum *de Vocatione Gentium* alicujus *Prosperi* fuisse fœtum, præter Editorum aliquot præjudicatas opiniones.

Anthelmus differt. I. p. 9. &c.

* L. XII. c. 4. p. 719.

An sit auctor Chronici?

IX. Sed cæteris omissis, de *Chronico* nunc agendum: Dubitabam an Theologus ille, qui in discutiendis circa gratiam & prædestinationem difficultatibus abstrusissimis tot temporis & otii consumpserat, quique Pontificum amanuensis fuerat, *Chronicon* ab ætate mundi scripsisset. Alia suberat difficultas maxima: acerrimus enim ille Augustinianæ circa gratiam doctrinæ Defensor non potuit in Chronico notare *Prædestinatianam Hæresim*, cujus ipse conscius erat: *Prædestinatorum Hæresis quæ ab Augustino accepisse dicitur initium, his temporibus serpere est orta*. An Augustini Discipulus & fautor Præceptori hanc maculam inurere voluisset? Mollius paulo efficitur dictum varia lectione, quâ ex *male intellectis Augustini Libris* ortam esse Hæresim fertur; Sed an ea sit genuina lectio disputatur. Deinde non omnem Hæreseos suspicionem effugere potuit *Augustinus*, si erroris semina ex ipsius Libris & doctrina eliciantur. Saltem non verisimile fit, talia excidisse *Prospero*, qui *Semipelagianis*, adversus quos totis viribus contendebat, triumphos agendi præbuisset occasionem. Et revera quicunque *Prosperum*, Augustini defensorem, *Chronici* authorem agnoscit, *Pithœanum Fragmentum*, vel Appendicem hujus *Chronici*, ipsi abjudicet necesse est. Quippe differunt Stylo & Methodo genuinus Prosper & Scriptor Pithœanus, qui ejus nomen usurpavit, vel ipsi traditum fuit.

Ap. Labbé p. 58.

Garnerii Sententia.

X. *Garnerius* negat Chronicon *Prospero Aquitano* assignari posse. *Gennadius quidem*, inquit, *legerat Chronica nomine Prosperi prætitulata, sed an verum autorem prætulerint, an alium, adhuc sub judice lis est.* Deinde vero, quamvis detur, *Aquitanum* Chronica scripsisse, ipsi plane fidem negat Garnerius, quia errat sæpius in Chronologicis: Contradicit Prospero Aquitano adversus Semipelagianos disputanti; Denique propter suum Augustini Africanorumque incredibile studium multa attribuere solitus est

Garn. Diss. III. ad Mar. Mercat. p. 242.

Africanis

Sæc. V. Anno 450.

Africanis Patribus velut auctoribus, in quibus gerendis, aut cooperatorum tantum, aut adjutorum partes tenuerunt.

XI. Commovemur auctoritate Veterum plurimorum, Chronica *Prospero Aquitano* tribuentium. Testem non adhibemus *Victorium* vel *Victorinum*, quanquam à cæteris laudetur; quia ille, quis esset Prosper, non indicavit: *cujus tenorem*, inquit, *Vir venerabilis Prosper secutus iisdem Chronicis hæc eadem egregia brevitate composuit, ut eorum initium à mundi inchoaretur exordio.* Constat ex *Victorio*, *Prosperum* Chronicon composuisse, nec falsum titulum præferre Codices. Fuit enim *Victorius* coætaneus Prosperi; sed & ex eo non probatur fuisse *Aquitanum.* At Gennadius dubium omne tollit: *fuit ille Gallus, vixit in Provinciâ Aquitaniæ proximâ, Narbonensi scilicet, eodem sæculo. Gennadius* autem asserit *Prosperum Aquitanum*, sermone Scholasticum, Augustini defensorem, *Chronicum* edidisse & nomen suum titulo apposuisse, quem ipse legerat. Cui fides habebitur, si Scriptori coætaneo, testi oculato, rem sine ullis ambagibus asserenti, derogetur? Semipelagianus fuit Gennadius; at homini doctrinæ suæ infensissimo plura quam debuit tribuere non potuit? Adversarii opera ipsum non latebant. Nullius ponderis sunt argumenta *Garnerii*, quanquam enim Prosper Africanis faveret, aut in annorum aliquot supputatione videatur errasse, an ideo minus dici debet Author *Chronici?* Sed nos in notis vera profiteri *Prosperum*, ipsumque Garnerium errasse, sumus probaturi. Denique *Isidorus Hispalensis* asserit *Prosperum*, *Natione Aquitanum*, & Victorium, post Eusebium &c. plures circulos edidisse.

Prosper Aquitanus est Author Chronici.

Anthelm. differt. VIII. de Chronico Prosperi.

XII. Hoc *Chronicon* ex *Eusebio* & *Hieronymo* excerptum descripsit Prosper; sed à Christi Baptismo Consulum nomina, quæ deerant apud eos, inseruit. Deinde vero ad annum 444. perduxit. Habetur tamen fragmentum, in quo Prosper ad annum 455. quo *Roma* fuit à *Genserico* capta & dilapidata, *Leone* Pontifice, Annales suos perduxisse dicitur. *Sirmundus* etiam autumat, illud Chronicon desinere anno 444. Theodosii XVIII. & Albini consulatu; Quia *Victor Tunnunensis* Historiam *prosequitur, ubi Prosper reliquit.* Incipit autem *Victor* à Consulatu XVIII. Theodosii. Sed obstare videtur autoritas *Cassiodori*, asserentis, *Sanctum Prosperum Chronica ab Adam ad Genserici tempora & Urbis Romæ deprædationem usque perduxisse:*

Chronici Series.

Cassiod. Div. Lect. c. 17. p. 550.

Hanc conjecturam firmat *Gennadius*, qui Chronica *Prosperi Aquitani* ea continere dicit, quæ acta sunt à prima hominis conditione, usque ad obitum *Valentiniani Augusti*, & *captivitatem Urbis Romæ à* Genserico Vandalorum Rege *factam.* Protraxit igitur, secundum plurimos, Prosper Chronicon suum ad annum 455. Sed titulus, *Victoris* ipsius manu appositus, nimis aperte probat desinere ad annum 444.

Gennad. c. 84. p. 68.

XIII. Alteram movet difficultatem Annalista celeberrimus Ecclesiæ Gallicanæ, Le Cointe. Observavit scilicet, Chronicum illud Prosperi, quod velut *integrum* vulgavit *Abbeus*, in duas dividi partes; quarum prior desinit cum *Hieronymi Chronico* anno 378. Altera vero incipit à morte *Valentis*, à *Gothis* concremati, sive potius ab initio *Gratiani & Ausonii & Olybrii* Consulatu. Autumavit ille has diversas Chronici partes diversis plane Scriptoribus vindicari debere: *quia pugnant inter se ambæ illæ partes, ita ut duorum Authorum fœtus esse videantur.* Quippe posterior pars Chronici triennio vel etiam quadriennio abundat, quod ex Eusebio & Hieronymo fluxisse conjicit. Novem ille observat discrimina, quæ tamen ex uno eodemque fonte scaturiunt. In eo scilicet consistit difficultas,

Refelluntur Cointæus & Miræus.

Le Cointe Ann. Eccles. Francorum anno 433. T. I. p. 60. &c.

SÆC. V. ANNO 450. quod posterioris Partis Author crediderit cum Veterum plurimis, Christum passum esse *Geminis Consulibus*, qui fuit Tiberii quintus decimus & Christi trigesimus. At è contra genuinus Prosper, qui Chronicum suum ab eodem anno diducit, narrat Christum eo tempore Evangelium promulgasse. Sed diversam lectionem hoc in loco prius observaverunt eruditi viri; quippe in priori Parte sic legitur: *usitatior Traditio habet, Dominum nostrum XV. anno Tiberii Cæsaris, duobus Geminis Consulibus, fuisse crucifixum: Nos sine præjudicio alterius opinionis, successiones sequentium Consulum à supradictis Consulibus ordiemur.* Credidit igitur *Prosper* 1.° alterutram sententiam se posse sequi, quanquam in posteriorem inclinaret. 2.° Hanc genuinam esse lectionem inde probatur, quod in Chronologicis adhæreat *Prosper* sæpius *Africano*, qui Christum passum anno quinto decimo, item à Judæis cruci affixum Geminis Consulibus asseruit. 3.° Confirmatur ea etiam ratione, quod *Prosper Augustino* fuerit addictissimus; hunc enim veluti Ducem suum venerabatur; & *Augustinus* cum plurimis Patribus annum Passionis Tiberii quinto decimo assignavit. 4.° Non dissimulandum, Prosperum ab exordio Prædicationis Evangelicæ & quinto decimo Tiberii ad eversionem Hierosolymitanam & secundum Vespasiani numerare XLII. annos. Sed idem amanuensis, qui Prosperum in priori loco emendando vitiavit, potuit hæc verba: ab *exordio Evangelicæ Prædicationis*, hîc inserere, ut melius sibi constaret.

Mir. Not. ad Gennad. Ulterius adhuc progreditur *Miræus*, quippe non binas tantum Chronici partes vel editiones, sed tres fuisse conjicit. Prior ipsi anno 433. concludebatur, quandoquidem eo anno priorum omnium annorum Epochas summasque colligat, *quod nonnisi in operum fine fieri consuevit, nisi forte ratio aliqua peculiaris occurrat, quæ hîc nulla apparet: Secunda verò Editio* fuit annis XII. auctior. Tertia denique ad annum 455. protenditur. Levissima videtur *Miræi* conjectura, quippe si Prosper eam secutus fuisset Methodum, quæ ipsi imponitur, summas annorum sæpius colligere fuisset coactus, primò ubi desinebat *Chronicon Hieronymi*; id enim res postulare videbatur. Deinde anno 444. non 445. ut voluit *Miræus*, quo *Sirmundus* priorem claudit Editionem. Denique hunc calculum debuit iterare, ubi ipse Operi coronidem imposuit, quod factum non fuit.

De Authore Chronici Pithœani. XIV. Superest postrema Pars hujus Chronici, quam alii *Imperatoriam*, ob Augustorum annos ibi notatos, alii *Pithœanum*, ob *Pithœum* Editorem, appellant. Incipit illa eodem tempore & iisdem verbis ac Prosperi Chronicon; nempe a *Valentis* concremati morte. Definit etiam iisdem verbis & eodem anno ac Prosper. Longa tamen occurrunt inter eos discrimina in totius Operis serie, tum circa computandi methodum, tum circa res ab ipsis narratas. Hic præsertim indicatur *Prædestinatianæ Hæreseos* nativitas, quæ plurimis scrupulum movet, an septimus non effodiendus sit

Hist. Præd. c. v. p. 411. T. IV. Prosper? Quam conjecturam amplectebatur *Sirmundus*: *Duo*, inquit, *Prosperi fuerunt eadem ætate, eademque in Gallia, Chronicum ambo scripserunt, eundemque ambo ad terminum, hoc est, ad Valentini Aug.* VIII. *Anthemiique Consulatum perduxerunt.* Sed Chronici utriusque hoc est discrimen, quod Prosper Pithœanus *Appendicem* duntaxat Eusebio & Hieronymo videtur adjecisse, hoc est, non amplius composuisse quàm quod à Pithœo in lucem editum est. Tiro autem Prosper ab Adam mundique principio exorsus ad Vandalicam usque direptionem Opus suum deduxerat. Hæc Sirmundus. Sed cum nemini notus fuerit ille Prosper, altumque apud omnes de eo silentium, vix credam hominem novum absque ulla autoritate

inter

inter Ecclesiasticos Scriptores inseri debere. Facile fieri potuit, cum Pythœanus Scriptor plurima à Prospero ipsissimis verbis descripserit, ut amanuensis incautus Operis initio Prosperi nomen apposuerit, deceptus scilicet similitudine verborum quæ in fronte & ad calcem legebantur. Inviti quamvis à Sententia Sirmundi discedere cogimur, Prosperum Pithœani Chronici authorem negantes. Non enim genuina Scriptorum nomina præferunt semper codices, & adhibetur à nobis ratio, qua hic facile vitiari potuit. SÆC. V. ANNO 450.

XV. Quis igitur fuerit qui Chronicon illud brevissimum Pithœanum concinnavit? Gallus procul dubio, quippe qui res plurimas quæ in Gallia evenerant, quasque omiserat genuinus Prosper, narrat. Prosperi Codicem nactus aliqua sibi propria fecit, alia tacuit, plura de novo inseruit. Ita ut diversus censeri debeat Scriptor, quanquam coævus Prosperi. Patriam ætatemque revelavimus, circa nomen ne conjecturis quidem datur locus. Tollitur tamen ab omni parte difficultas. Nec enim contradicentem sibi inducimus Prosperum Augustini Defensorem, ubi duo Chronica bini Scriptoris distinguuntur: Nec, sive deleatur, sive reponatur in posterioris Chronici fronte Prosperi nomen, tanta infamiæ nota defensoribus Augustinianæ Doctrinæ inuritur. Quippe quisquis sit ille parens posterioris Chronici parum curari debet, modo non sit Sanctus ille Prosper, quem posteritas ut doctorem celeberrimum à longa Sæculorum serie veneratur. Nec mirum in Gallia eo sæculo repertum esse Historiographum, qui Prædestinatianos Hæreticos sibi fingeret, cum plurimi non modo inter vulgus Laïcorum Doctorumque, sed in Præsulum ordine starent à Semipelagianorum partibus, florerentque ea ætate Monachi Lirinenses, Hilarius Arelatensis, Maximus, Faustus &c. ea ætate sæculisque posterioribus decantatissimi. Incertus Author Chronici Pithœani.

XVI. Quanquam in Prospero aliqua circa Chronologiam reprehendat Garnerius, multo plura sunt animadvertenda sphalmata in Chronico Pithœano; nisi Imperatorum nomina, amanuensium & librariorum incuria, suo loco mota fuisse cum Viro eruditissimo dicas. Mirari solebat olim Norisius, vir ille si quis unquam in rebus Chronologicis oculatissimus, mirari solebat, inquam, homines eruditos Prospero Tironi adeo confidenter fidem præstitisse, *cum idem non Tiro, sed puer in Chronologia appareat, totus hospes in Historia ac omnium quæ litteris prodidit, imperitissimus.* At *Prosper* ille, cujus supinitatem mirabatur Eminentissimus Cardinalis, non fuit *Aquitanus*, sed, ut jam indicatum est, alter quispiam, qui sibi nomen celeberrimum adscripsit. Is est quem Pithœus ediderat, & nos hic etiam subjecimus, duabus potissimum rationibus impulsi. 1.° Ne Critici sibi aliquid deesse putarent, si Chronici partem, à Viris eruditissimis, ne quidem *Canisio* excepto, semper adjectam, eorum oculis proprio motu subriperemus. 2.° Ne Theologi ipsi, qui de Prædestinatiana Hæresi disputant acerrime, sibi factam autumarent injuriam, si testimonium antiquitate venerandum, omittendum, quasi studio partium impulsi, judicassemus. Menda in Prosperi Chronico plurima. Anthelmus diss. VIII. confutat Garnerium. Pagi Crit. in Baron. Hist. Pel. l. 2. c. 15.

XVII. A Consulatu XVII. Theodosii Junioris *Victor*, Episcopus Tunnunensis, *Ecclesiæ Africæ, Historiam prosecutus est, ubi Prosper reliquit:* usque ad annum primum *Justini Junioris*, qui *Justiniano* successit. Chronicon Victoris & Joh. Biclariensis.

Illius vestigia premens *Johannes Biclariensis Abbas*, deinde *Gerundensis Episcopus, quæ temporibus nostris acta sunt ex parte quod oculata fide providimus, & ex parte quæ ex relatu fidelium didicimus, studuimus ad posteros notescenda brevi stilo transmittere.* Incipit à *Justino primo*, &

 desinit

SÆC. V. ANNO 450.

definit anno octavo † *Mauritii*. Sic ab initio mundi usque ad Æræ Christianæ sæculi sexti finem Historiam secundum seriem sæculorum à Viris celeberrimis, *Eusebio*, *Hieronymo*, *Prospero*, *Victore* & *Johanne Biclariensi* in compendium redactam hic Lector harum rerum studiosus habere potest.

† Qui annus octavus Mauritii incidit in an. 590.

Editio Canisiana horum Chronicorum.

XVIII. Ediderat hæc Chronica *Canisius*, antequam Prosperum descripsisset & *Lectionibus Antiquis* navasset operam. Sic enim ipse ad Lectorem: *Chronica hæc Victoris & Abbatis Biclariensis, antehac nusquam visa, reperit in Bibliotheca Toletana Andreas Schottus S. J. Sacerdos, de litteris & antiquitate optime meritus, qui ea ad Cl. V. M. Velserum, Reip. Augustanæ Duûmvirum, misit, à quo in manus meas pervenerunt, lucemque à me jure suo postularunt.*

Euseb. Chron. ex Edit. Scalig. Victoris Tunnunensis &c. p. 1.

Illa deinde sibi vidicavit *Josephus Scaliger*, qui in Editione Eusebiana contendit Victorem descripsisse ex Chirographo una cum *Joh. Abbate Biclariensi*, *Triennio ante Editionem Ingolstadiensem.*

Cui debeantur honoris primitiæ, an *Scaligero*, qui aliquot ante annos in Codicem paulo accuratiorem inciderat, aut *Canisio*, qui prior transmissa illi à *Velsero* Chronica publici Juris fecit, sub Judice lis sit.

De Victoris Chronico.

XIX. Fuit *Victor* trium Capitulorum Defensor & Vindex acerrimus. Per decennium ex mandato *Justiniani* exilia plurima, carceres & plagas passus est, & cum eadem de causa in Monasterio Urbis Constantinopolitanæ detineretur, diem suum obiit invictus. Fallitur doctissimus *Cave*, dum asserit *Victorem* scripsisse Chronicon ab Orbe condito usque ad annum 565. quo *Justinus Junior* imperium auspicatus est. *Hujus Chronici prima pars interiit, superest posterior, quæ ab anno 444. quo Prosper desiit, exorsa, ad annum 566. progreditur.* Verum est, *Isidorum* tale Chronicum à mundi exordio tribuere *Victori*; Sed fallitur, qui ex computo annorum ab initio Mundi, ad finem Chronici *Victoris* apposito, sibi finxit sæculorum omnium à creatione seriem operi suo inseruisse: Hic genuinus est titulus totius Operis, quem ipsi *Victori* debemus: *Victor Tunnunensis* a XVIII. Consulatu Theodosii Junioris historiam prosequitur, *ubi Prosper reliquit.* Nulla mentione facta Chronici prioris, quod ei falsò tribuitur.

Hist. Litt. p. 415.

De Johannis Biclariensis Chronico.

XX. Natus est *Johannes Biclariensis* in Lusitania ex Gothorum stirpe; sed quanquam Arrianismum cum Regibus suis profiteretur illa Gens, Johannes multa pro *fide Nicæna* passus est integro decennio, quemadmodum *Victor* pro tribus capitulis. Ipsum variis persecutionibus ad Hæresim transducere conati sunt Arriani. *Biclariense Monasterium* condidit ad radices montis Pyrenæi, & cessatâ persecutione *Girundensis Episcopus* creatus est. Chronicon composuit ab anno 565. quo *Victor* desiit, ad an. 590. quo *Mauritius* octavum Imperii annum agebat. Hunc itaque sequimur ordinem in Editione nostrâ:

Ordo Chronicorum in hac Editione.

I. Post Præfationes & Animadversationes nostras editur *Prosperi Chronicon* ab initio Mundi ad mortem *Valentis* usque, ex Bibliothecâ Nova MS. Labbeanâ desumptum. Hoc enim esse Opus genuinum Prosperi probavimus, & huic Notas tum Labbeanas, tum nostras ad elucidationem rerum incertarum subjecimus.


II. Editur Chronici Prosperi *Pars altera* à Morte *Valentis*, anno 378. usque ad annum 444. *Canisium* sequimur; sed Notas diversis in locis adjecimus.

III.

III. Sequitur apud *Canisium* Editio Chronici Augustana, deinde & Pythœana, quas subjecimus.

IV. Ne aliquid deesset, Pagellam, sive fragmentum, quod apud *Labbe* legitur, Appendicis loco posuimus.

V. Cum incipiat *Victor*, ubi desinit *Prosper*, & *Victorem* prosequatur *Johannes Biclariensis* ad annum 590. Mauritii octavum, hæc duo Chronica edi curavimus.



VIRI

VIRI CLARISSIMI TIRONIS PROSPERI AQUITANI CHRONICON INTEGRUM;

AB ADAMO AD ROMAM CAPTAM A GENSERICO WAND. REGE:

IN DUAS PARTES TRIBUTUM.

PRIMA PARS.

AB ORTU RERUM AD MORTEM VALENTIS,

CUM ANNOTATIONE CONSULUM.

Edita ex variis Codicibus calamo exaratis.



Dam cùm esset annorum ccxxx. genuit Seth.
Seth cùm esset annorum ccv. genuit Enos.
Enos cùm esset annorum cxc. genuit Cainan.
Cainan verò cùm esset annorum clxx. genuit Malaleel.
Porrò Malaleel cùm esset annorum clxv. genuit Jared.
Jared autem cùm esset annorum clxii. genuit Enoch.
At Enoch cùm esset annorum clx. genuit Mathusalem.
Mathusalem verò cùm esset annorum cxxcvii. genuit Lamech.
Lamech quoque cùm esset annorum cxxcviii. genuit Noë.
Erat autem Noë d. cùm genuit tres filios Sem, Cham & Japheth.

Post annos verò centum, quando genuit Sem, factum est Diluvium, cùm esset annorum dc.

Ad probandam fidem temporum hæ generationes ab initio retexuntur, quibus annorum adscriptus est numerus. Nam Caini fratricidæ posteritas non fuit digna cum Dei Populo computari. Sed cùm latiùs serpente peccato maxima pars bonorum connubiis se alienigenarum mulierum miscuisset, crimen illicitæ societatis Diluvio meruit expiari, solo Noë justo, cum Uxore & tribus filiis ac totidem nuribus, ad reparationem humani generis reservato.

Fuerunt igitur ab Adam usque ad Diluvium Generationes decem, anni MM. CCXLII. *

Post

* Anni MM. CCXLII.] Effluxerunt à creatione Mundi anni tantum 1656. Sed observandum est, *Prosperum*, quantumvis Gallum, & Pontifici Romano à Secretis, prætulisse LXX. Interpretum numeros Hebræorum calculis. Hanc sententiam tueri conatus est alter Gallus his postremis temporibus. Jactat ille autoritatem Christi & Apostolorum, qui veritatem LXX. viralem sæpius laudaverunt. Illud confirmat testimonio Patrum, quibus Textus Hebraicus Littera fuit penitus ignota & mortua: Contendit Hebræos Chronologiam suam adulterasse in odium Christianorum; Occurrunt enim plurima Veteris Testamenti loca à Judæis vitiata, quia Religioni Christianæ faverent; Quanto magis id in Chronologicis

Post Diluvium succedunt hæ Generationes:

Sem filius Noë, cum esset annorum centum, genuit Arphaxad anno post Diluvium secundo.

Arphaxad autem, cùm esset annnorum cxxxv. genuit Cainan.

* Et Cainan, cùm esset annorum CXXX. genuit Salem.

Deinde Salem, cùm esset annorum CXXX. genuit Heber.

Heber

gicis tentare debuerunt, cum vetustissima ferret Traditio, Messiæ adventum promissum esse *Novissimis temporibus*, hoc est, sexto Mundi Millenario. Si Hebræis credas, advenit Christus ineunte quinta ætate Mundi; Si vero Græcis, qui 1490. annos huic calculo adjiciunt, advenerit in sexto Millenario & *novissimis plane temporibus*. Hac difficultate sese liberarunt Judæi, Chronologiam usque ad* LXX. Interpretum ætatem receptam abbreviando, & centum annos singulis fere Patriarchis detrahendo. Sed artes dolosque Judæorum nobis aperuerunt *Eusebius*, quem sequitur *Prosper*, quibus calculum suum adjecerunt Patres omnes Ecclesiæ Orientalis.

Ne Lector tanto auctoritatum pondere sese abripi patiatur, & Prosperum hìc, & in tota Operis serie errantem, emendare tutius possit, hìc quædam endmonituri sumus. I. Syriace, non Græce, loquebatur Christus. Apostoli quidem ejus verba idiomate Græco retulerunt & descripserunt, LXX. viralem Versionem sequentes, sed an ideo omnia quæ habent illi, ne calculis chronologicis quidem exceptis, probarunt? Legantur Evangelici Scriptores, & videatur quàm parum de annorum serie & Patriarcharum ætate sint solliciti, cum ipsi ne quidem LXX. hebdomadarum Danielis complementum urgeant, quanquam invictissimum sit illud adversus Judæos argumentum. Parum igitur ponderis ex usu quem Apostoli fecerunt, illi Versioni accedit, cum necessitate potius quàm delectu Hebraico Textui renuntiare, & Græcè scribere fuerint coacti. II. Deinde vero sibi ipsi contradicit Vir eruditus, qui ab una parte asserit veteres Patres Hebraicarum Litterarum fuisse prorsus imperitos, ita ut Textus authenticus ipsis fuerit *mortua littera*, ab altera verò parte referat eorum querelas circa Hebraici Textus à Judæis depravationem. Quî enim adulteratum fuisse Textum probare potuerunt, quem non intelligebant & ceu mortuum nihil curabant? Et reverâ fidelissimi fuere Judæi Librorum Sacrorum custodes, & si quæ menda occurrunt, multo plura congeras in Versione LXX. Virorum. Nec Hebræorum malitiæ, sed amanuensium negligentiæ tribui potest depravatio locorum à Viro docto indicatorum. III. *Divus Augustinus* Judæos ab omni erroris labe vindicat: *Absit, ut prudens quispiam vel Judæos cujuslibet perversitatis atque malitiæ, tantum potuisse credat in Codicibus tam multis, tam longe lateque dispersis.* Et reverâ, quâ ratione tot Codices ubique dispersi, qui singulis Sabbatis summa cum veneratione legebantur in Synagogis, potuerunt adulterari, nemine perversitatem illam animadvertente, & Judæis impietatem exprobrante? At, quod multo majus est, quomodo *Samaritani*, Judæorum hostes infensissimi, in tantum scelus potuerunt consentire, ne minima quidem controversia inter eos orta, circa calculos illos à Judæis imminutos? Nihil probat argumentum è monte *Garisim* elicitum, quippe inter Judæs & Samaritanos hac de re summa lis orta est, & à plurimis sæculis agitatur. Agebatur de voce unica, à qua pendere videbatur tota Samaritanorum Religio, nil mirum, si vocem tantillam immutare conati fuerint. In cassum tamen, quia Judæi, de fraude moniti, in Samaritanos insurrexerunt, & hactenus insurgunt. Nihil hìc tale. Plurima loca sunt immutata! Samaritani verò nullatenus, ut nec Judæi, curabant illam immutationem: nulla controversia mota est inter diversas Gentis Hebraïcæ partes: Nulli queruntur de adulteratione à Schismaticis vel inimicis facta: consentiunt omnes Codices, tum Samaritani, tum Judaici, in annis Patriarcharum. Non igitur ab ulterutra parte adulteratus est Textus Hebraicus. IV. Ajunt, Judæos fuisse ad detrahendum Patriarcharum annis impulsos ea ratione; quod ex veteri Traditione Messias debuerit advenire *novissimis temporibus*. Hoc Argumentum urgebant adversus Julianum Toletanum: *Pestilentiosis enim objectibus garriebant, quod annorum supputatio ab initio Mundi secundum Hebræos Codices quintam adhuc Sæculi ætatem insinuet, & nec dum adhuc Christum venisse, quem in sexta credunt ætate Sæculi advenire.* Huic Argumento, quo commoti titubabant fideles aliquot, ut responderet Julianus, postulabat: *numquid aut per Legem aut per Prophetas alicubi specialiter in sexto millesimo anno nasciturus prædictus est Christus!* Sed huic responso diffidens, ad LXX. postmodum confugiebat. E quibus patebat, sextam ætatem Judæos expectare frustra, & sæculum istud in 6000. annis tantum stare fingebant, cum jam transacti fuissent. Hæc fuit igitur Judæorum objectio, quam, nisi in opem & auxilium Christianorum attrahantur LXX. refellere vix possis! saltem si Viro erudito credatur. Sed non animadvertit ille, hanc objectionem non natam nisi sæculo septimo desinente. At quanto prius abbreviata debuit esse à Judæis Patriarcharum Vita? Ut eorum fraus pateret, debuisset Vir eruditus illam objectionem factam probare à Judæis jam ab ipsa nativitate Christi, cum tunc temporis Hebræi Codices non majorem quàm nunc annorum numerum Patriarchis tribuerent. Non modo novissima disputatio antiquissimæ depravationi non potuit occasionem præbere, sed ea est levissima, quippe nulla habent argumenta Judæi, quibus possint demonstrare, debere Christum advenire in sexto Millenario; nec tanti ponderis est superius memorata Traditio, cujus origo delitescit, ut ea vel admitti vel refutari mereatur. E contra *Eliæ* cujusdam dictum venerantur Judæi, tanquam antiquissimum: *duo millia sub Vacuo*, hoc est, *ante Legem, duo millia annorum sub Lege, duo millia sub Messia fluere debere.* Advenit Christus jam elapsis aut circiter, secundum Hebræos, 4000. annis, advenit igitur novissimis temporibus & juxta Traditionem receptissimam Hebræorum; unde facile concludas, nullam habuisse rationem, ut Divinas Litteras adulterarent, annos Patriarcharum præciderent, & *Cainanem*, procul dubio suppostitium, subtraherent. At è contra maxima fuit LXX. Interpretibus ratio, vetustissima tempora protrahendi, ut Ægyptiorum, apud quos degebant, præjudiciis satisfacerent. Illi se multo Judæis antiquiores primosque Orbis colonos venditabant; id monumentis vetustissimis, quibus insculpta fuisse dicebantur priorum regum gesta, demonstrabatur. Falsitatis arguebatur evidenter *Moses*, si vera essent, quæ jactabant, nutabatque penitus fides de Creatione Mundi; Ut sese, Scripturam, Mosemque à tanto discrimine liberarent Judæi, annos 1490. prioribus subjecerunt, quorum ope non se tantum origine coævos, sed multo priores asserebant. Ideo non Judicum, aut Regum posteriorum, sed Patriarcharum Vitas protendebant, in id solum intenti, ut antiquitatem Judaïcæ Gentis & Mundi probarent, nullatenus vero de Messia solliciti; Et revera non Hebræi ex Judæa missi, huic Versioni manum admoverunt, ut gratis fingitur. Quomodo Viri in Judæa commorantes, Chaldaïco idiomati à nativitate assueti, potuissent Græce scribere æque ac Ægyptii, qui Græce loquebantur? Omissis miraculis anilibus, quæ in hanc rem narrantur, verum est, Ægyptios Judæos, Græco idiomate utentes, hanc Versionem concinnasse; Ne periret gloria Gentis, ipsam vetustissimam fecerunt, Ægyptiis hac in re imponentes. Redolet plane fraudem, imò probat Centenarius ille numerus, qui unicuique Patriarcharum adjectus est, ut facilius unmerum componerent. Denique ubi vitia occurrunt, ea potius in Versiones quàm in Textum rejicienda sunt; quippe LXX. viralis Versio ita fuit adulterata, ut vix genuina dignosci posset Hieronymi tempore. Ipse *Augustinus*, quanquam Hebraicæ Linguæ ignarus, autumat Exemplar LXX. Interpretum, quod in Bibliothecâ *Ptolomæi* Regis asservabatur, fuisse corruptum. Id igitur credebant & asserebant Veteres Patres, quod & nos, quanquam Græcorum potius quàm Hebræorum partibus addicti. *Basn.*

* Adest hic *Cainan*, circa quem litigant Critici. Volunt LXX. Virorum Defensores, eorum Versioni inde maximam autoritatem conciliari; quippe *Cainanem* Genealogiæ Christi Divum Lucam inseruisse volunt. Secutus est igitur Scriptor Sacer LXX. Interpretes, & restitui debet ille Patriarcha in Græco & Samaritano Textu obliteratus! At conjicit *Bochartus*, ejusque conjecturam probaverunt eruditi quamplurimi, *Cainanem*, filium Enos, qui indicatur apud Lucam Versu trigesimo septimo Capitis tertii, Scribarum incuriâ, verborum ordine perturbato, translatum fuisse in versiculum trigesimum sextum. Hæc enim menda frequentissima occurrunt in manuscriptis Codicibus. Probatur id non modo ex autoritate Hebræorum & Samaritanorum, qui, quanquam in cæteris infensissimi, conveniunt in rejiciendo illo *Cainane* supposititio; sed major adhuc videtur autoritas tum *Philonis Judæi*, tum *Josephi*, qui quantumvis LXX. Interpretationi, quam solam legebant & intelligebant addicti, *Cainanem* tamen vel repudiaverunt, vel non agnoverunt. Testes sunt Patres plurimi, qui Hebræa nesciebant, *Irenæus*, *Julius Africanus*, *Theophilus Antiochenus*, qui tamen *Cainanem* etiam omisere; Unde facile concludas, nondum tunc temporis fuisse nomen *Cainanis* in Versione LXX. Interpretum, quippe illum audaci temerariaque manu delere non ausi fuissent: Et illum Patriarcham non translatum fuisse à Versione LXX. Interpretum apud Lucam, sed ex Luca vitiate & mendose descripto apud LXX. fuisse repositum. Tanta fuit apud quosdam Lucæ, quantumvis vitiati, autoritas, ut crederent, ex Evangelio depravato emendari debere LXX. Interpretes; & reverâ deest adhuc nomen *Cainanis*, apud ipsos in enumeratione Patriarcharum, quam indicant I. Paralipom. I. υἱοὶ σὴμ αἰλὰμ καὶ ἀρφαξὰδ, σαλὰ, Ἔβερ. Basn.

* Singula

Sæc. V. Anno 450.

Heber quoque, cùm esset annorum CXXXIV. genuit Phalec.

Hoc tempore ad perturbandam superbæ Turris exstructionem divisæ sunt Linguæ, & per orbem terræ facta est gentium Dispersio.

Phalec autem cùm esset annorum CXXX. genuit Rhagau.

Rhagau quoque cùm esset annorum CXXXII. genuit Seruch.

Seruch verò cùm esset annorum CXXX. genuit Nachor.

Porrò Nachor cùm esset annorum LXXIX. genuit Thare.

Thare autem annorum LXX. genuit Abraham: qui cùm esset annorum LXXV. ‡ divino monetur alloquio, ut exeat de terra sua, & de domo Patris sui, ut transeat in Terram Chanaan. Quo tempore promissio ad Abraham facta est, quòd futurus esset gentium Pater.

‡ Anno secundum Hebræos 2083. *Basn.*

Et inveniuntur ab anno LXXV. Abraham, in quo est repromissionis Exordium, usque ad Moysen & egressum Hebrææ Gentis ex Ægypto anni CCCCXXX.

Fiunt itaque à Diluvio usque ad primum annum promissionis MCLXVI. ab Adam verò anni MMM. CCCXXCVIII.

Abraham nonagenarius ex Ancillâ Agar genuerat Ismaël, à quo Ismaëlitæ, qui postea Agareni, ad postremum Saraceni dicti.

In hoc tempore Abraham fide justificatus, quâ credidit in semine suo omnes gentes benedicendas, mandatum circumcisionis accepit: quæ usque ad Nativitatem D. N. Jesu-Christi promissionis corporeum fuit signum, quod in spirituale sacramentum veræ cordis circumcisionis transivit.

Abraham anno ætatis suæ centesimo, repromissionis autem vicesimo quinto, genuit Isaac ex liberâ.

Isaac cùm esset annorum LX. genuit geminos: quorum prior Esaü, qui & Edom, à quo Idumæi.

Hoc tempore apud Argos regnabat Inachus, cuius filia Io, quam Ægyptii Isidem vocitatam divino honore coluerunt.

Sequens Jacob, qui postea Israël, à quo Israëlitæ, qui nunc Judæi.

Erat autem annus repromissionis XXCVI.

A primo verò anno Jacob, usque ad principatum Joseph in Ægypto fiunt anni CXXI.

Cujus temporis anno XV. qui est promissionis C. moritur Abraham annor. CLXXV.

In hæc tempora Niobe, ut Græci perhibent, mixtus est Juppiter, éxque illo concubitu natus est Apis, quem Serapin vocant.

Igitur Abraham, Isaac & Jacob antiquiores Serapide.

Hoc tempore Messana, quæ & Mamertina, condita est.

Jacob autem agens annum LXXVIII. descendit in Mesopotamiam, & servivit apud Laban annis VII.

Jacob cùm esset annorum XCII. genuerat Joseph, qui cùm esset annorum XVII. venditus est à fratribus anno Patris sui Jacob CIX.

Isaac verò moritur anno ætatis suæ CXXC. relinquens filium Jacob habentem annos CXX.

Hoc tempore Memphis ab Api in Ægypto condita.

Joseph Dux Ægypti annis XXC. quorum cúm ageretur vigesimus sextus, Jacob obiit anno ætatis suæ CXLVII. prophetans de Christo & vocatione Gentium.

Anno principatus Joseph IX. qui erat famis annus secundus, ingressus est Jacob in Ægyptum cum filiis suis.

Ipse autem Joseph moritur anno ætatis suæ CX. Hebræorum in Ægypto servitutis CLXIV.

Hujus servitutis anno XX. Atlas Astrologus insignis habebatur frater Promethei.

Hujus servitutis anno LXV. qui est repromissionis annus CCCL. Aram genuit Moysen, cùm esset annorum LXX.

Hoc tempore Epidaurus condita, & Templum Apollinis Delphici ab Erisichthone conditum.

Anno servitutis Hebræorum LXXVII. primus in Thessalia regnavit Hæmon.

Anno verò XXC. Phorbas Rhodum obtinuit.

Anno XXCII. Hercules Antæum luctæ certamine superat. *

Anno

* Singula quæ debent emendari in Chronico Prosperi, notare nobis non est animus; amplissimos enim ea postularent Commentarios. Monendus est tamen Lector, ne se ab eo in errorem, præcipue circa Chronologiam, induci patiatur. Hic male assignat ætatem *Herculis*, quasi durante Populi Judaïci in Ægypto captivitate vixisset, quod falsum est. Varios fuisse *Hercules*, latet neminem. Et Veteres circa ipsorum tempora in diversa plane abeunt, ut notavit Scaliger. *Hercules* tamen ille, *Persei* Nepos, qui tot Monstra profligasse dicitur, non vixit nisi diu post liberatam à Mose plebem Israëlitanam, circa tempora *Gideonis* & *Abimelechi*, Reipublicæ Judaicæ Heroum. In eo autem multò magis miror peccasse

SÆC. V. ANNO 450.

Anno XC. Xanthus Triopas Lesbon condidit.

Anno C. Cecrops regnavit in Attica, sub quo in Arce Oliva nata est, & ex Minervæ nomine, quæ Græcè Athena dicitur, Attici Athenæ vocati.

Anno CXIII. Curetes & Corybantes Cnosson condiderunt: qui modulatam & inter se convenientem in armis saltationem reperiunt.

Moyses octogesimum agens ætatis suæ annum, impletis ab initio promissionis CCCCXXX. (*a*) dux itineris ab Ægypto Hebræorum Gentis efficitur, legem eis in eremo tradens per annos XL.

Hoc tempore Corinthus conditur, quæ priùs Ephyre dicta est.

Cujus temporis anno quinto primus apud Hebræos Pontifex constitutus frater Moysis, Aaron.

Hoc tempore Apollinis Delphici Templum ab Erisichthone fabricatum.

Huc usque quinque Libri Moysis continent gesta annorum MMMDCCX. secundùm LXX. Interpretes. (*b*)

Mortuo Moyse Dux constituitur Josue, qui principatum tenuit annis XXVII. & terram Palæstinorum Judæis sorte distribuit. (*c*)

Hoc tempore apud Hebræos Pontificatum suscepit Eleazar.

Post mortem Josue Hebræos alienigenæ annis octo subjectos habent, qui junguntur temporibus Gothoniel secundùm Judæorum Traditionem.

Hac ætate apud Hebræos Pontifex erat Phinees.

Supputantur itaque omnes anni Gothoniel XL. Fuit autem ipse ex tribu Juda.

Post Gothoniel, Hebræi alienigenis subjecti fuere annis XVIII. qui copulantur temporibus Aod, secundùm Judæorum traditionem.

Supputantur itaque omnes anni Aod Judicis ex tribu Ephrem octoginta.

In fine hujus ætatis Amphion Thebis regnabat.

Debbora cum Barach annis XL. ex quibus sunt anni XXX. quibus post obitum Aod Hebræos alienigenæ habuere subjectos. Fuit autem Debbora ex tribu Ephrem: Barach verò ex tribu Nephtalim.

Hujus ætatis anno XVII. Ilium ab Ilo conditum.

Gedeon ex tribu Manasse annis XL. in quibus sunt anni VII. quibus Hebræos alienigenæ habuere subjectos, juxta Hebræorum traditionem.

Hoc tempore Tyrus condita. Argonautæ his temporibus fuere. Cyzicus hoc tempore condita. Orpheus Thrax clarus habebatur.

Abimelech filius Gideonis annis tribus.

Hæc & Herculis tempora.

Tholam annis XXVI. *vel* XXII. *ex alio codice.*

Huic ætati adscribitur Bellum Lapitharum & Centaurorum. Priamus post Laomedontem regnat. Medea Colchis, Mors Androgei & Minotauri Fabula hoc tempus habuerunt.

Jair

peccasse Prosperum, quod *Eusebius & Hieronymus*, quos describit, eadem fere ac nos dixerint, *Herculis* Olympiacum certamen *Jairo* Judice institutum referant, & 810. annos ab Abrahamo numerent. Et revera sibi contradicit Prosper, qui inferius post Abimelechum ponit Herculem: *Abimelech filius Gideonis annis tribus. Hæc & Herculis tempora.* Basn.

(*a*) Equidem optime; si enim ab anno 75. Abrahami, & secundum Hebræos, mundi 2033. ad Exodum, anno Mosis 80 & mundi 2518. numeraveris, reperias illos 430. annos, quos indicaverat Deus.

Vir eruditus nuperrime transmisit ad me dissertationem, qua probare contendit, Israelitas in Ægypto passos esse annos tantum centum, quippe ab *Amenophe*, hujus nominis secundo, sub quo cœpit persecutio usque ad *Cenchrem Pharaonem*, qui submersus est, Sæculum unicum effluxit. Deinde observat Ægyptiorum annum constare tantum ex tribus mensibus, iisque lunaribus; centum anni conficiunt igitur 1200. menses, qui in tres partes subdivisi faciunt sæculum. Sed miror Virum doctum tandiu exspatiari circa Abrahami Historiam, totque movere scrupulos, quos non solvit, & veluti tantum per transennam loqui de anno trimestri apud Ægyptios, quod fuit caput rei, quodque probari debuit gravissimis argumentis; nullatenus tamen probatur. An Moses induxit Deum Ægyptiace loquentem & eorum computo addictum? An ipse Scriptor sacer jam soluta captivitate calculos Ægyptiorum, à Deo ipso, ut fatetur, immutatos, observavit & indicavit, non monito Lectore, cui tantam erroris ansam præbuit? Novissimam tamen conjecturam hic dissimulare noluimus, ut si cui arrideat, eam possit amplecti. *Basn.*

(*b*) Primo non satis accurate computat Prosper annos ab ortu mundi ad finem Pentateuchi, secundum LXX. Interpretes. Quippe MMMDCCXXX. recenset Hieronymus. Deinde vero numerandi sunt tantum 2553. anni, secundum Hebræos, quorum Chronologia, ut superius probatum est, alteri debent præferri: Effluxerant enim 2513. anni tantum, cum Moses Israëlitas eduxit ex Ægypto; denique si hic æra aliqua esset instituenda; incipi deberet ab exitu Ægypti, & deinde per sæcula distinguenda foret Historia Ecclesiæ Judaicæ, usque ad Christi nativitatem. Facilius enim tempora dignoscerent rerum Chronologicarum Studiosi, si in duas partes tantum divideretur ætas tum Patriarcharum ante legem datam, tum Israëlitarum sub lege; & unaquæque pars divideretur in sæcula, quorum series sine labore percipi posset, ut fit in Chronologia Ecclesiæ Christianæ. Hanc methodum secuti sumus in *Annalibus Mundi & Ecclesiæ*, quos *Historiæ Veteris Testamenti* adjecimus. Primum Sæculum Ecclesiæ Judaicæ incipit igitur non à Josua, sed à Mose, populum liberante. Secundum verò Sæculum ab Othoniele, & sic deinceps quindecim sæcula ad Christum enumeravimus, singulis sæculis quæcunque in Historia profana memoranda fuerunt annectentes. Methodum illam cæteris anteponere nolumus; attamen vix ulla nobis accuratior apparet, quamque sequuntur omnes in describenda Historia Ecclesiæ Christianæ. *Basn.*

(*c*) Vetustissimam, sed falsam Traditionem sequitur hic Prosper, quippe non XXVII. annis Imperium Israeliticum tenuit *Josue.* Scriptura quidem annos, quibus ille præfuit, non computat; Sed ex serie Judicum & annis ipsis ab ea assignatis facile constat, toto decennio debere contrahi tempus quo Josue plebi imperavit. Quin imò, secundum *Petavium*, numerantur tantum anni XIV. quibus elapsis præfuerunt LXX. *Seniores*, vel potius fuit *Interregnum* quippe Synedrium illud, quo nititur *Petavius*, post *Mosem* nullum fuit, ut alibi notavimus. *Basn.*

Eusebius

Sæc. V. Anno 450.

Jair ex tribu Manasse annis XXII.

Hac ætate regnabant Agamemnon Mycenis, Menelaus Lacedæmone.

Horum annorum sexto Carthaginem Tyrii condiderunt.

Hæc ætas habuit Atreum Argis regnantem, eadem Phædram & Hippolytum.

Jephte annis VI. Esbon annis VII.

Hoc tempus fuit raptus Helenæ: Bellum Trojanum.

Labdon XVIII. aliàs VIII. Cujus principatus anno tertio Troja capta, ejusdémque Labdon anno octavo Latinis regnat Ænæas annis tribus.

Samson annis XX.

Cujus anno tertio Ascanius, Æneæ filius, Albam condidit.

Ascanius regnat Latinis annis XXXVII. seu XXXVIII.

Post quem Sylvius, Æneæ postumi filius, annis XXVII. aliàs XXIX. à quo Albanorum Reges Sylvii appellati.

Heli Sacerdos annis XL.

Mortuo Heli Sacerdote arca Testamenti ab alienigenis possidetur.

Samuël & Saül annis XL.

Primus Rex Hebræorum Saül ex tribu Benjamin, cujus regni anno nono Latinis regnat Ænæas Sylvius annis XXXI.

Post quem regnat Latinus Sylvius annis quinquaginta.

Ab initio Principatus Moysis usque ad ortum regni David anni CCCCXXXIX.

David ex tribu Juda primus regnavit annis XL. Quo tempore Abjathar Pontifex clarus habebatur: prophetabant autem Gad, Nathan & Asaph.

Salomon filius David annis XL. qui Templum Hierosolymis ædificare cœpit, consummavitque annis octo. Quo tempore Sadoch Hebræorum Sacerdos clarus habebatur.

Anno Regni Salomonis XL. Latinis regnare incipit sextus Albanus Sylvius annis XXXVIII.

Roboam annis XVII.

Post mortem Salomonis Regnum Hebræorum seditione divisum est, vocabantúrque qui in Samaria erant, Israël, quibus primus regnavit Jeroboam.

Roboam filius Salomonis regnavit in Jerusalem duabus tribubus sibi subjectis, quæ vocabantur Juda, ab Rege Iudæorum ex stirpe Iudæ.

Hoc tempore apud Latinos Ægyptus Sylvius septimus regnat annis XXIII.

Septimo autem anno Regni Ieroboæ Susachin Rex Ægypti contra Judæos dimicans Templum exspoliat.

Abia annis tribus. Hebræorum Pontifex Abimelech illustris habebatur: prophetabant autem Achias, Sameas, Lemoded, Azarias qui & Addo, & Anani.

Asa justus annis XLI.

Iosaphat justus annis XXV. Prophetabant apud Hebræos Abdias, Ienosias, Micheas.

Hujus Regni anno XII. apud Latinos Capys Sylvius regnat annis septem. Deinde IX. Compartus Sylvius annis quinque.

Ioram annis octo: quo tempore prophetabant Helias & Heliseus.

Osias anno uno: Ionadab filius Rechab clarus habebatur.

Gotholia mater annis septem.

Hoc tempore in Græcia Homerus Poëta clarus fuit.

Ioas annis XL. His temporibus apud Hebræos Iojada insignis Pontifex erat, qui solus post Moysen vixit annis CXXX. Hoc tempore Azarias Propheta occiditur: Zacharias quoque Propheta à Rege Joas interficitur.

Latinis XII. Aremulus Sylvius annis XIX. post quem Aventinus Sylvius regnavit annis XXXVII. à quo Mons Aventinus: post quem XIV. Procas Sylvius annis XXVI. post quem XV. Amulius Sylvius annis XLIII.

Amasias annis XXIX.

Azarias, qui & Osias, annis LII.

Hujus Regni sextus agebatur annus, cùm Reges Assyriorum defecerunt, imperio in Medos translato.

Apud Hebræos autem prophetabant Osee, Amos, Esaias & Jonas, cùm esset annus Oziæ vicesimus primus.

* Quadragesimo verò & nono ejusdem anno constituitur Olympias prima, Eliis agentibus

* *Eusebius*, quem descripsit *Prosper*, anno quinquagesimo *Oziæ Olympiadum* initia constituebat, emendatus à *Scaligero*, qui illa ad annum XXXXVII. hujus Principis refert. Sed sibi non constat *Eusebius*, qui aliquando ad *Oziæ*, alias ad *Jothami*, denique ad *Achasi* tempora *Olympiadas* protendit. Nec satis accurate *Scaliger*, ejus Commentator, quippe anno XXXV. *Oziæ* inceperant *Olympiades*, sive æra illa celeberrima Græcorum, à qua calculi chronologici deducebantur. Fuit illa

gentibus quinquennale certamen, quatuor mediis annis vacantibus. Et hoc certaminis tempus Olympiadem vocaverunt, auctore Iphito. SÆC. V.

Joathan annis XVI. Prophetabant Osee, Amos, Esaias, & Johel, qui & Jobeth. ANNO 450.

Achaz annis XVI.

Hujus Regni anno quinto Romulus Româ conditâ regnare orsus est. (a)

Ejusdem autem regni Achaz anno XI. decem tribus gentis Hebrææ, quæ vocabantur Israël & erant in parte Samariæ, victæ à Senacherim, qui & Salmanasar, Rege Chaldæorum, translatæque sunt in montes Medorum, cùm regnatum esset in Samaria annis CCL. Senacherim autem ad custodiendam Regionem Judææ adcolas misit Assyrios, qui æmulatores Judæorum legis facti, Samaritæ nuncupati sunt, quod Latina Lingua exprimitur Custodes. (b)

Ezechias annis XXIX. sub quo apud Hebræos prophetabant Esaias & Osee.

Romulus primos milites sumpsit ex populo, & nobiles centum senes, quos ob ætatem Senatores, ob curam Patres appellavit.

Eodem tempore Syracusæ & Catana in Siciliâ conditæ.

Manasses annis LV.

Cujus regni initio apud Romanos regnabat Numa Pompilius annis XLI. cum post Romulum regnasset Senatus annum unum.

Amon annis XII.

Hujus regni initio Tullus Hostilius Romæ septimum decimum Imperii sui gerebat annum, regnavitque annis XXXII.

Josias annis XXXII. quo regnante Hebræorum Pontifex maximus Chelcias insignis habebatur, & prophetabant eadem tempestate Hieremias & Sophonias & Olda mulier.

Apud Romanos autem regnabat Ancus, qui Ostiam condidit civitatem, regnavitque annis XXIII. post quem regnat Tarquinius Priscus annnis XXXVII.

Josias Rex Iudæorum cum Nechao Ægyptiorum rege congressus occiditur.

Thales Milesius primus Physicus Philosophus agnoscitur.

Anno XXI. regni Tarquinii Prisci Massilia condita.

Ioachaz mensibus tribus.

Ioachim, qui Eliachim, annis undecim.

Anno tertio Ioachim Nabuchodonosor Rex Babyloniæ Judæam capit, & in ditionem suam redactis plurimis Iudæorum, cùm jam partem vasorum templi invasisset, & Ioachim tributarium fecisset, victor ad patriam rediit. (c)

Ioathan seu Ioachin, qui & Iechonias, menses tres.

In Babylone, Daniel, Azarias, Misael clari habebantur.

Hunc Rex Babylonius captum secum pertrahit secundò veniens ad Iudæam.

Sedecias annis XI.

Nabuchodonosor Rex Chaldæorum, Hierosolymis captis, Templum incendit, quod ab initio ædificationis suæ permanserat annos CCCXLII. aliàs CCCCLII.

Captivitatis Iudæorum anni LXX. qui supputantur usque in secundum annum Darii.

Apud Romanos post Tarquinium Priscum regnat Servius annis XXXIV. cui successit Tarquinius Superbus, qui regnavit annis XXXV. Hujus regni anno XXV. prophetabant apud Hebræos Aggæus, & Zacharias, & Malachias, Pontifice Iesu, filio Iosedech.

Hoc tempore Pythagoras Philosophus clarus habebatur.

Da-

illa custos temporum, vindex veritatis historicæ, frænatrix fanaticæ Chronologicorum sententiæ, ut loquitur *Scaliger*. Fuit autem ille annus 3938. Periodi Julianæ, & 715. Ecclesiæ Judaicæ, quem numerare pergimus ab exitu Ægypti. *Basn.*

(a) Male omnino *Prosper* post *Hieronymum* rejicit initium *Romanæ Urbis* & *Romuli* in *Achasi* quintum annum. Mirari licet, quod Veteres tam frequenter erraverint in assignando tempore conditæ illius Urbis. Constat enim vel desinente sexta Olympiade, vel anno primo septimæ jacta fuisse fundamenta hujus imperii. At *Achazi* quintus annus incidit in primum annum Olympiadis undecimæ. Consule *Petavium de Doctrina temporum*. Basn.

(b) Hic multa peccat contra fidem Historiæ *Prosper*. Primò victas dicit X. *Tribus* à *Sennacherin*, qui & *Salmanasar*. At distingui debent omnino illi Principes, nec homines diversi nomine & ætate in unum coagulari. Deinde non à *Sennacherib*, sed à *Salmanasare* victi sunt *Samaritani*; ejus vero Successor, *Sennacherib*, Judæam invadere tentavit, infelici successu; nec sub Regno *Achasi*, ut innuitur, qui Hierosolymam occupabat, sed *Osea*, qui Samaritanum Regnum invaserat. Verum equidem est, illas *Samaritanas Tribus* fuisse apud *Medos* translatas; Sed inde patet, sibi contradicere *Prosperum*, qui paulo antea asseruit *Reges Assyriorum defecisse imperio in Medos translato*; quippe Imperium adhuc tenuere *Assyrii*, quorum Reges *Salmanasar* & *Sennacherib* regni fines armis dilataverunt, ipsisque subjici tunc temporis debuerunt aliquot Medorum Provinciæ, in quos transferebantur captivi ab Salmanasare deducti. Rem ut erat non aperuit Prosper. In libertatem sese asseruerant *Medi* ab Assyriis deficientes; sed avulsâ parte regni quadam non penitus ruebat imperium *Assyriorum*. Quin imo nec Media tota ab imperio avulsa. Jugum adhuc patiebantur aliquot Provinciæ, in quas transvecti sunt *Judæi* tanquam coloni, dum alii in Samaritanorum Regionem migrabant. Hos *Samaritanos*, hoc est, *custodes* asserit Prosper post Hieronymum, quod omnino falsum inde constat, quod Samaritæ dicti fuerint Regionis illius incolæ diu ante translatas ibi Barbaras gentes, & possessoris nomen habuerit ille locus. *Basn.*

(c) Hic incipit sæculum decimum Ecclesiæ Judaïcæ ab exitu Ægypti, quod infelix infaustumque fuit. Ibi deleta civitas, templum in cineres redactum, gens captiva fuit, Religio ubique desiderabatur, cum ab una parte Gentes Idola colerent, & plebs quantumvis electa, ignorantiæ superstitionisque tenebris apud exteros involverentur. Ecclesia vix ulla in toto terrarum orbe. De sæculo decimo Ecclesiæ Christianæ quantas effundant querelas Doctores, omnibus innotuit, ita ut alterum cum altero facile possit conferri. *Basn.*

(a) Er-

SÆC. V. ANNO 450.

A David uſque ad LXX. ann. captivitatis Iudæorum ſupputantur anni DLV. (*a*)

A ſeptuageſimo anno captivitatis Iudæorum ſupputantur Darii Regis Perſarum anni XXXIII.

Cujus regni anno decimo apud Romanos Regii dominatus finis eſt factus: quæ poteſtas apud eos manſit annis CCXL. Hinc apud Romanos à Bruto Conſules eſſe cœperunt, dein Tribuni-plebis ac Dictatores, & rurſum Conſules Rempublicam obtinuerunt per annos CCCCLXIV. ſeu CCCCXLIV. uſque ad Julium Cæſarem.

Xerxes regnat annis XX. filius Darii, quo tempore Sophocles & Euripides clari habebantur. Herodotum quoque Hiſtoriarum Scriptorem eadem ætas habuit.

Poſt Xerxem Artabanus regnavit menſibus ſeptem.

Artaxerxes annis XL.

Hoc regnante Eſdras Sacerdos apud Hebræos inſignis habebatur, cujus ætate Pontifex Maximus fuit Eliachim, aliàs Eliaſib, filius Ioachin, filii Ieſu, filii Ioſedech.

Empedocles & Parmenides, Zeno & Heraclitus Philoſophi claruerunt. Tunc etiam Poricides Hiſtoricus, Cratinus Comicus, Ariſtarchus Tragicus extiterunt.

Viceſimo regni Artaxerxis Neemias Hebræus, miniſter Regis, concedente Domino ſuo, de Babylone venit in Iudæam, & XXXII. anno (*b*) muros urbemque reſtituit. Si quis autem LXX. Hebdomadas à Daniele ſcriptas ab hoc tempore numerat, quæ faciunt annos CCCCXC. reperiet eas in regno Neronis expletas, ſub quo obſideri Jeruſalem cœpta, ſecundo poſtea Veſpaſiani anno capitur.

His temporibus Hippocrates Medicus, & Socrates Philoſophus illuſtres fuerunt.

Xerxes menſes duos. Plato naſcitur.

Socdianus menſes VII. In his ſupputatur annus unus.

Darius, cognomento Nothus, annis XIX. aliàs XVIII.

Dionyſius in Sicilia tyrannidem exercet.

Romani per legatos jura ab Athenienſibus petierunt, ex quibus XII. Tabulæ conſcriptæ.

Artaxerxes Mnemon, Darii & Paryſatidis filius, annis XL.

Hujus regni anno XV. Galli Senones Romam, excepto Capitolio, occupaverunt.

Ariſtoteles XVIII. ætatis ſuæ anno Platonis auditor eſt.

Artaxerxes, qui & Ochus, annis XXVI.

Cujus regni initio Camillus Gallos qui Romanis bellum intulerant, ſuperavit.

Eodem tempore Alexander Philippi filius naſcitur.

Demoſthenem quoque Oratorem eadem ætas clarum habuit.

Arſes, Ochi filius, annis quatuor.

Hoc tempore deſcriptione facta Romæ inventa ſunt Civium CLX. millia.

Apud Iudæos Iaddus Pontifex maximus clarus habebatur.

Darius, Arſami filius, annis ſex.

Quo tempore apud Romanos Conſul Manlius Torquatus filium ſuum, quòd contra imperium in hoſtes pugnaverat, virgis cæſum ſecuri percuſſit.

Hac tempeſtate Alexander, Philippi filius, regnare orſus, ſexto imperii ſui anno regnum Perſarum ſubvertit, & in Ægypto Urbem Alexandriam condidit.

Appius Claudius cæcus apud Romanos clarus habetur, qui Claudiam aquam duxit, & viam Appiam ſtravit.

Romani Samnitas ſubjugant.

ALEXANDER poſt finem regni Perſarum regnavit annis ſeptem, qui XXXII. ætatis ſuæ anno apud Babylonem moritur.

Regnum Alexandrinorum naſcitur, quo potitus eſt Ptolemæus, Lagi filius, annis XL. Hic regni ſui anno quarto Hieroſolymis & Iudæa in ditionem ſuam redactis, plurimos captivorum in Ægyptum tranſtulit. Tunc Iudæorum Pontifex Onias, Iaddi filius, clarus habebatur.

Maccabæorum autem Hebræa Hiſtoria hinc Græcorum ſupputat regnum. Verùm hi libri ab Hebræis inter divinas Scripturas non recipiuntur.

Romani

(*a*) Erroneus hic calculus, quippe quadringenti ſeptuaginta novem anni tantum fluxerunt à morte Davidis ad reditum plebis in Judæam. Obiit *David* anno Eccleſiæ Judaïcæ 477. hoc eſt deſinente ſæculo quinto. Et edictum *Cyri* de reditu, emanavit anno 956. vel ſi mavis, David diem ſuum clauſit anno Periodi Julianæ 3698. & Judæi patriam repetunt ejusdem periodi anno 4177. *Baſn.*

(*b*) Notavit *Scaliger*, *Hieronymum* hìc à verbis & mente *Euſebii* diſcedere, qui annum *Artaxerxis* XX. indicat. Ipſe tamen *Euſebium* reprehendit, quod *Artaxerxem μακρόχειρα* Nehemiam in Judæam miſiſſe ſcripſerit, cum fuerit *Artaxerxes Mnemon*. Sed errabat *Scaliger*, quippe optime Euſebius ab *Artaxerxe Longimano Nehemiam* miſſum, ejuſque regni XX. anno Edictum in gratiam Judæorum, à quo incipiunt LXX. hebdomades *Danielis*, promulgatum fuiſſe narrat. *Hieronymus* ſolus peccavit, quem ſequitur *Proſper*. Primò, ubi anno Artaxerxis XXXII. muros urbemque reſtituiſſe *Nehemiam* aſſerit, quippe ab anno XX. ſuſceptum fuit illud Opus, & intra LII. dies, ipſo teſtante *Nehemia*, fuit peractum. Deinde male computat ille *Hebdomadas Danielis*; quippe illas à *Nerone*, Hieroſolymam obſidente, expleri credit. Omiſſa enim *Scaligeri* obſervatione, quâ incidunt illi 490. anni in quartum imperii Neroniani, quô nondum movebantur exercitus adverſus Judæam; alia ad oraculi complementum ineunda eſt ſupputandi ratio, quippe media ſeptimana ſeptuageſima excisus eſt Meſſias, & ad alia tempora referri debet excidium Templi, ut nos probavimus in *Hiſtoria Judaica*. Baſn.

Romani Marsos & Hernicos & Pelignos superant. SÆC.
His annis Seleucus Antiochiam, Laodiciam, Apamiam, Edessam, Beræam & Pellam urbes condidit, in quibus Judæis quos transtulerat, jus civium dedit. Seleucus Babylonem obtinuit. V. ANNO 450.

XXV. anno regni Ptolomei Judæorum Pontifex maximus Simon Oniæ filius insignis erat.

Romæ verò censu agitato inventa sunt civium millia CCLXX.

Pontificatum apud Judæos suscepit Eleazar, frater Simonis, cujus filius Onias ob ætatem pueritiæ non potuerat patri succedere.

Eo tempore à Romanis Beneventum & Ariminus conditæ.

Ptolomæus qui & Philadelphus annis XXXVIII. Hic Judæos qui in Ægypto erant, liberos esse permisit, & vasa Eleazaro Pontifici Hierosolymorum votiva transmittens, divinas Scripturas in Græcum sermonem ex Hebræa Lingua per LXX. interpretes transferre curavit, quas in Alexandrinâ Bibliothecâ habuit, quam sibi ex omni genere litterarum comparaverat.

Argenteus nummus primùm in Urbe figuratus regni hujus anno XIII. Hujus regni anno XXIV. Romani Carthaginenses navali certamine superant, & centum Lybiæ Urbes capiunt.

Iudæorum Pontificatum post Eleazarum avunculus ejus Manasses accepit: post quem Onias Pontifex, Simonis justi filius, clarus habebatur, qui consueta Ptolomæo tributa non reddens ad iram eum commovit. Verùm Iosephus, vir inter suos nobilis, legatus à Iudæis ad Ptolomæum missus, cùm familiaritatem Regis ob plurima in eum meruisset obsequia, Dux Iudææ & finitimarum regionum constituitur.

Parthis ab Imperio Macedonum recedentibus primò regnavit Arsaces, unde Arsacidæ dicti.

Ptolomæus Evergetes annis XXVI.

Hujus temporibus Iudæorum Pontifex Simon, Oniæ filius, clarus habebatur: sub quo Iesus, filius Sirach, Sapientiæ librum composuit, quem Panareton vocavit.

Ennius Poëta Tarenti nascitur.

Rhodo terræ motu concussa Colossus ruit.

A Romanis XL. fere millia Gallorum cæsa.

Ptolomæus Philopator annis XVII. Iudæi victi & XL. millia armatorum ex numero eorum cæsa.

Romani verò Capuam & Siciliam subjugant.

Antiochus Rex Syriæ, victo Philopatore, per Ptolomæum Iudæam sibi sumit.

Ptolomæus Epiphanes annis XXIV. Hic Scopa Principe militiæ destinato Judæam capit, & plurimas Syriæ civitates. Secundus liber Machabæorum hujus temporis gesta continet

Hac tempestate cùm ab Antiocho per Legatos Hannibalem Romani reposcerent, cui se victus à Scipione sociaverat, idem Hannibal ad Prusiam, Regem Bithyniæ, transfugit: & cùm etiam ab eo per Flaminium reposceretur, tradendúsque esset, venenum bibit, & apud Libyssam Bithyniæ sepultus est.

Cæcilius Poëta Comicus.

Ptolomæus Philometor annis XXV. seu XXXV. Hujus anno quarto Hyrcanus, Joseph Ducis Iudææ filius, quum ad Ptolomæum perrexisset, honorificè ab eo susceptus est. Verùm fratres ejus seditione contra eum mota magnarum calamitatum Iudææ Genti causa extiterunt.

Aristobulus, natione Iudæus, Peripateticus Philosophus claruit: qui ad Philometorem Ptolomæum explanationum in Moysen Commentarios scripsit.

Eodem tempore Antiochus Epiphanes, cùm de regione Ptolomæorum, quam subitò invaserat, territus Senatus Romani imperio recessisset, Judæam venit, ibique Iesu & Iasoni fratri Oniæ Pontificatum tradidit. Quo deinde expulso Oniam, cognomento Menelaum, successorem ei dedit. Itaque ob Sacerdotii dignitatem orta seditione inter Principes ingentium miseriarum semina pullulaverunt.

Samaritæ & Judæi Alexandriæ Ptolomæo judicante contendunt de honoribus ex utraque parte templo suo deferendis, & superant Iudæi.

Vicesimo autem ejusdem regni anno Iudæ Machabæo, post Alcimi inimici ejus interitum, Sacerdotium & Principatus, omnium Iudæorum favore decernitur. Qui dignitate suscepta Legatos Romam misit, & obtinuit decreto Senatus, ut Iudæi amici & auxiliatores Romanorum haberentur. Idem Iudas duces Antiochi, qui legem Judæorum multa profanitate impugnaverat, de Iudæa expulit, & templum ab idolorum imaginibus emundans patrias religiones post triennium civibus suis reddidit.

Ennius

SÆC. V. ANNO 450.

Ennius Poëta moritur, sepelitúrque in monumento Scipionum viâ Appiâ.

Iudas Machabæus, triennio Pontificatu gesto, dimicans adversus Demetrii Duces occiditur.

Terentius Carthaginensis Comœdiarum scriptor moritur.

Pacuvius Tragicus clarus habetur, Ennii Poëtæ ex filia nepos, vixitque Romæ quoad picturam exercuit ac fabulas venditavit, deinde Tarentum transgressus propè nonagenarius diem obiit.

Romæ descriptione facta inventa sunt civium CCCXXXII. millia, quo tempore Carthago in ditionem Romanam per Scipionem redigitur.

Ptolemæus Evergetes annis XXIX.

Ionathas Pontifex Iudæorum à Tryphone occiditur, & in Sacerdotium Simon Jonathæ frater adsumitur: cui interfecto succedit filius ejus Ioannes, qui contra Hyrcanos bellum gerens Hyrcani nomen accepit, & à Romanis decreto Senatus inter amicos relatus est. Idem Samariam obsidione captam solo æquavit, quam postea Herodes instaurans Sebasten in honorem Augusti vocari voluit.

Attalus moriens Populum Romanum reliquit heredem.

Ptolomæus Physcon, qui & Soter, annis XXVII. aliàs XVII.

Hujus regni anno octavo Cicero Arpini nascitur matre Helviâ, patre Equestris ordinis ex regio Volscorum genere.

Triennio pòst Cn. Pompeius Magnus oritur.

Septimo decimo autem hujus regni anno C. Marius V. Consul juxta Rhodanum Cimbros superat, quorum ducentis millibus cæsis LXXX. capit, & de his cum Catulo triumphat.

Jugurtha contra Romanos dimicans capitur.

In Sicilia rursus bellum servile consurgit.

Thraces à Romanis victi.

Aristobulus filius Jonathæ (Johannis) Rex pariter & Pontifex, primus apud Judæos diadematis sumpsit insigne. Post quem regnavit Jannæus, cognomento Alexander, qui Pontificatum quoque administrans crudelissimè Civibus præfuit.

Ptolomæus, qui & Alexander, annis VIII.

Syriæ regnabat Philippus, quem Dux Romanus Gabinius cepit, cùm jam ante eum Antiochus in Parthos fugiens Pompeio se deinceps tradidisset. Ita Syria in Romanam ditionem transivit.

L. Pomponius Bononiensis Attellanarum scriptor clarus habebatur.

T. Lucretius Poëta hoc tempore extitit, qui amatorio poculo in furorem versus propria manu se interficit.

Plotius Gallus primus Romæ Latinam Rhetoricam docuit.

Ptolomæus Cleopatræ filius annis VIII.

Sallustius Historiarum scriptor in Sabinis Amiterni nascitur.

Descriptione Romæ facta inventa sunt hominum CCCCLXIII. millia.

P. Terentius Varro vico Atace in Provincia Narbonensi nascitur, qui XXXV. annum agens Græcas literas didicit.

Ptolomæus Dionysius annis XXX.

Ab hujus regni anno sexto Alexandra, quæ & Selina, uxor Alexandri, Hierosolymis per novem regnavit annos: ex cujus ætate Iudæos rerum confusio & variæ clades oppressere. Ac mox per Cn. Pompeium Hierosolymis captis, temploque usque ad sanctorum sancta referato, Iudæi vectigales Romanorum facti. Hyrcano apud eos Pontifice constituto, & Antipatro, Herodis Ascalonitæ filio, Procuratore Palæstinæ facto.

M. Porcius Cato Stoicus Philosophus agnoscitur.

Quæ de Catilina Sallustius scribit hoc gesta sunt tempore.

Decimo autem Ptolomæi regnantis anno Virgilius Maro in pago, qui Andes dicitur, juxta Mantuam nascitur, Pompeio & Crasso Consulibus.

Et post septem annos Horatius Flaccus, Poëta satyricus & lyricus, Libertino patre Venusii nascitur.

Crassus Consul cum filio apud Carras capitur.

Pompejus Imperator appellatus Lusitaniam, & quasdam Insulas in Oceano capit.

Cleopatra annis XXII. ex quibus duo tantùm supputandi, quia Romanis continua nascuntur imperia: quorum deinceps tempora numeranda sunt à C. Iulio Cæsare, qui primus apud Romanos singulare obtinuit imperium, à quo Romanorum Principes appellati Cæsares.

Cæsar Rhenum transiens Germanos vastat, Gallos subigit.

Principium Belli Civilis inter Cæsarem & Pompeium.

Ex

Ex hoc loco continua Romanorum adnotantur imperia, & regnat apud eos primus omnium C. J. Cæsar.

C. JULIUS CÆSAR primus annos IV. menses sex.

Pompejus victus & fugiens à spadonibus Alexandrini Regis occiditur.

Decretum Senatus & Atheniensium ad Iudæos mittitur, qui per Legatos amicitiam postularunt.

Cleopatra regio comitatu urbem ingressa.

Antonius decernit Quintilem mensem Julium debere dici, quia in eo natus fuisset Julius.

Cassius Iudæa capta templum spoliat.

Idibus Martiis C. Julius Cæsar in curia occiditur.

CÆSAR AUGUSTUS, qui & Octavianus, annis LVI. à quo Reges Romanorum Augusti appellati.

Ovidius Naso Pelignis nascitur.

Cicero in Formiano suo ab Herennio & Popilio occiditur.

Antonius adversus Augustum bellum movet.

Taberna meritoria trans Tiberim oleum terra erupit, fluxitque toto die sine intermissione, significans Christi gratiam ex gentibus.

Antonius superatus ab Augusto, in amicitiam ejus, interveniente Senatu, redit.

Herodes Antipatri Ascalonitæ & matris Cypridis Arabicæ filius, à Romanis Iudæorum accepit principatum. Cujus tempore Christi nativitate vicina regnum & sacerdotium Iudææ, quod priùs per successiones minorum tenebatur, destructum est; completa prophetia, quæ per Moysen ita loquitur: Non deficiet Princeps ex Iuda, neque Rex de femoribus ejus, donec veniat semen, cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. In hoc etiam loco Christus, quem Daniel scribit, accepit finem. Nam usque ad Herodem Christi, id est Sacerdotes, erant Reges Judæorum; qui imperare cœperunt à LXV. Olympiade, & ab instauratione templi sub Dario usque ad Hyrcanum, & ad CLXXXVI. Olympiadem annis CCCCLXXXIV. in medio transactis, quos Daniel quoque significavit, dicens: Et scies & intelliges ab initio sermonis respondendi & ædificandi Ierusalem, usque ad Christi principatum hebdomades septem, & hebdomades LXII. quæ hebdomades LXIX. in quibus Christi, id est sacerdotes per unctionem consecrati regnaverunt, faciunt annos CCCCLXXXIV. usque ad Hyrcanum, quo extremo omnium à Parthis capto, Herodes Antipatri filius nihil ad se pertinentem Iudæam ab Augusto & Senatu accepit, filiique ejus post eum regnaverunt usque ad novissimam Hierosolymorum captivitatem, nequaquam ex successione sacerdotalis generis Pontificibus constitutis, neque perpetuitate vitæ secundum legem Moysis servientibus Deo. Ignobiles verò quidam, & alio tempore alii, & nonnulli unius anni, sive modico ampliùs, à Romanis Imperatoribus sacerdotium emebant. Quæ omnia etiam Propheta Daniel vaticinatur ita dicens: Et post hebdomadas septem & sexaginta duas interibit Chrisma, & judicium non erit in eo, & templum & sanctum corrumpet populus Duce veniente; & cædentur in cataclysmo belli: & in consequentibus: super templum, inquit, abominatio desolationum, ejúsque ad consummationem temporis consummatio dabitur super desolationem.

Sallustius diem obiit quadriennio ante bellum Actiacum.

Vinium Maximum Quæstorem designatum agnovit dominus suus & abduxit.

Lunæ secundùm Romanos cursus invenitur.

Cleopatra & Antonius semet interficiunt, & Ægyptus fit Romana Provincia.

Cæsar Augustus appellatur, à quo Sextilis mensis Augusti nomen accepit.

Augustus cùm monarchia offerretur, recusavit.

Augustus Calabriam (Cantabriam) & Gallos (Gallæcos) vectigales facit.

Tiberius ab Augusto missus occupavit Armeniam.

Cantabri res novas molientes opprimuntur.

Augustus Cajum & Agrippam adoptat in filium.

Tiberius Vindelicos & confines Ræetiarum Romanas Provincias facit.

XVII. anno imperii Augusti censu Romæ agitato inventa sunt Civium Romanorum XLI. centena & septuaginta quatuor millia.

XXIV. Augusti imperii anno Tiberius de captis Pannoniis triumphavit.

Ejusdem imperii anno XXV. Virgilius Brundusii moritur, & Neapoli secundo à civitate miliario sepelitur.

* Herodes Samariam, olim jam in cineribus sedentem, à fundamentis suscitans in honorem

* Autumat Harduinus, Samariam à Salmanasare dirutam, solo æquatam ab eo sæculo ad Domitiani tempora, quibus fuit restaurata, permansisse, regionique, non urbi, nomen servatum. Favere videtur audacissimæ Harduini conjecturæ. Locus ille Prosperi

SÆC. V. ANNO 450.

norem Augusti Augustam, id est Sebasten, appellavit, & in Paneade id, quod Panion vocatur, exstruxit. Idem Cæsaream in nomine Cæsaris condidit, quæ priùs Turris Stratonis vocabatur. Idem Hyrcanum, qui olim sacerdos Iudæorum fuerat, de captivitate Parthica regressum, & filium ejus, qui sacerdotio patris successerat, interficit: sororémque ejus, uxorem suam, cum duobus filiis propriis, jam adolescentulis, & matrem uxoris occisæ, socrum suam, crudelissimè necat. Virum etiam sororis suæ Salomæ interficit; & cùm eam alii tradidisset uxorem, etiam ipsum perimit. Scribas quoque & Interpretes divinæ legis simili scelere occidit.

Augustus Iuliam filiam suam in adulterio deprehensam damnat exilio: Tiberium & Agrippam in filios adoptavit.

Iudas Galilæus ad rebellandum Iudæos cohortatur.

XLIV. imperii Augusti anno Quirinus ex consilio Senatus ad Iudæam missus, census hominum possessionésque describit.

Eodem anno JESUS-CHRISTUS filius Dei in Bethleem Iudæ nascitur. (a)

Colliguntur autem omnes anni ab Abraham exordio usque ad nativitatem Christi ex Maria duo millia XVIII. seu XV.

Herodes cùm Christi nativitatem Magorum indicio cognovisset, universos in Bethleem parvulos jussit interfici: ipse autem biennio pòst morbo intercutis aquæ, & scatentibus toto corpore vermibus miserè, sed dignè moritur.

In Herodis loco Archelaus ab Augusto constituitur, & Tetrarchæ fiunt quatuor fratres ejus, Herodes, Antipater, Lysias, Philippus, annis IX.

Tiberius Cæsar Dalmatas Sarmatésque redigit in Romanam potestatem.

Athenienses res novas contra Romanos molientes opprimuntur.

Augustus cum Tiberio filio suo LIII. imperii sui anno censum Romæ agitans, invenit hominum nonagies & ter centena & LXX. millia.

Messala Corvinus Orator ante biennium quàm moreretur, ita memoriam perdidit, ut vix pauca verba conjungeret.

Archelaus in Viennam urbem Galliæ relegatur, anno regni sui IX. post quem Herodes Tetrarches fuit annis XXIV.

Tiberius Drusum consortem regni facit.

TIBERIUS III. annis XXIII. Cujus Imperii anno V. tredecim urbes terræ motu corruerunt.

Ejusdem imperii anno XIV. Pilatus Procurator Judææ mittitur.

Herodes Tiberiadem & Liviadem condidit.

Tiberius multos Reges ad se per blanditias revocatos numquam remisit, regnáque eorum in provincias vertit.

Ioannes filius Zachariæ in deserto juxta Iordanem fluvium prædicans Judæis, Christum, filium Dei, in medio eorum adesse testatur.

Ipse quoque Dominus JESUS-CHRISTUS hinc in populos salutarem viam adnuntiat signis atque virtutibus vera comprobans esse quæ diceret.

Drusus Cæsar veneno periit.

Josephus circa hæc tempora die Pentecostes Sacerdotes Iudæorum primùm commotiones locorum templi & quosdam sonitus sensisse testatur: deinde ex adyto erupisse vocem dicentium: Transmigremus ex his sedibus.

Scribit idem Josephus, quod eodem anno Pilatus Præses secreto noctis imagines Cæsaris in templo statuerit.

Computantur itaque in annum XV. Tiberii Cæsaris, ab instauratione Templi, quæ facta est sub altero anno Darii Regis Persarum anni DXLVIII. à Salomone autem & prima ædificatione templi anni computati sunt MLX. à Moyse & egressu Israëlis ex Ægypto anni MDXVI. (aliàs XXXVIII.) ab anno repromissionis primo anni MDLXXII. ab anno quo natus est Abraham anni MMXLVII. à Diluvio autem usque ad primum annum Abrahæ, anni nongenti XLII. Eusebius vir disertissimus adnumeravit. Ab Adam vero

Prosperi, qui Samariam *jam olim in cineribus sedentem*, appellat. Cave tamen ne ipsi credas, quippe ante sæculum ipsam Hyrcanus obsidione cinxerat, & captam funditus everterat. Illud exitium olim jam factum appellat Prosper, nec anteriora longe sæcula, Salmanasaris scilicet, revocat. Deinde saltem testes sunt Eusebius & Hieronymus, quos Prosper sequitur, Samariam à fundamentis fuisse suscitatam ab Herode magno, ibique sex millia colonorum ab ipso deducta: Templum Augusto dicatum, ædes circa templum constructas: Agros civibus divisos, ut etiam ab initio essent locupletes: Ibi arx, in qua quidquid in pretio habuit Herodes, concluserat: Ibi denique *Ala Sebastinorum* ex civibus Samaritanis plerumque conducta. Sed etiam longe antea restituta fuerat Samaria, quam incolebant Gentes advenæ cum priorum incolarum reliquiis quibusdam. *Basn.*

(a) De anno nativitatis Christi mirum est tot tantasque moveri controversias, quæ vix componi poterunt. De Chronologicis rebus multo minus solliciti fuerunt Apostoli priorumque sæculorum Scriptores, quàm novissimi Christiani; quia hæc saluti generis humani parum conferebant; quanquam enim computari deberent tempora, ut constaret omnibus advenisse *annum Deo acceptum*, ut loquuntur, tamen tanta cum diligentia circa annum non vitilitigabant. Ea de re hic disputandi non datur locus: arbitramur tamen Christum natum esse anno XLII. Augusti, Urbis DCCL. desinente sæculo decimo quinto Ecclesiæ Judaicæ, ineunte quinto Millenario mundi. Augusto & Sylvano Cons. nascitur Christus, anno urbis 752. inquit Flavius Dexter, à quo biennio discrepare non veremur. *Basn.*

* *Quidam*

verò uſque ad Diluvium anni duo millia CCXLII. ſunt ergo omnes anni ab Adam uſque in annum XV. Tiberii Cæſaris anni MMMMMCCCLX. aut CCXXVIII. Anni verò ſecundum Geneſeos Scripturam & Africani Hiſtorici ſupputationem amplius inveniuntur CXXIX.

* Quidam putant Dominum noſtrum JESUM-CHRISTUM XV. anno Regni Tiberii Cæſaris, id eſt, duobus Geminis Conſulibus crucifixum, quo anno ſecundùm indubitabilem Lucæ Evangeliſtæ auctoritatem baptizatum eum eſſe manifeſtum eſt; & Evangelium regni cœlorum prædicare cœpiſſe. Secundùm verò Joannis Evangelium feſtivitati Paſchæ Iudæorum ter Dominum interfuiſſe cognoſcimus, ut appareat tertium fuiſſe illud Paſcha, quod verus Agnus ſuo ſanguine conſecravit.

Proinde Conſules quidem à Manifeſtatione Domini, id eſt, à RUFINO GEMINO & RUBELLIO GEMINO Conſulibus inchoamus; ſed tertios ab iis Conſules Dominicæ Paſſioni adſcribimus, ſequentes quod auctoritas tradidit & ratio.

‡ INCIPIT ADNOTATIO CONSULUM CUM HISTORIA.

RUFINO GEMINO ET RUBELLIO GEMINO COSS.

VINICIO ET LONGINO.

SULPICIO ET SULLA.

Eccleſiæ Hieroſolymorum primus Epiſcopus ordinatus eſt Jacobus, qui habitus eſt frater Domini.

PRISCO ET VITELLIO.

GALLIO ET NONIANO.

GALLIENO ET PLAUTIANO.

Pilatus ſacrum theſaurum, quem Corban Iudæi vocant, in aquæductum Hieroſolymorum expendens ſecundæ ſeditionis præbuit ſemina. Ab hoc tempore innumeræ calamitates Iudæorum gentem oppreſſerunt.

PROCULO ET NIGRINO. †

JULIANO ET ASPRENATE.

PUBLICOLA ET NERVA.

Pilato de Chriſtianorum dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad Senatum, ut inter cætera ſacra reciperetur, verùm cùm ex conſulto Patrum Chriſtianos eliminari urbe placuiſſet, Tiberius per edictum accuſatoribus comminatus eſt mortem.

CÆSARE ET JULIANO.

Tiberius in Campania moritur.

CAJUS CÆSAR Caligula, IV. regnavit annis tribus menſibus decem.

CÆSARE II. ET SATURNINO.

SATURNINO II. ET VENUSTO

TIBERIO ET GALLO.

Hoc tempore Pontius Pilatus in multas incidens calamitates propria ſe manu interfecit.

Caligula cùm ſe in Deos retuliſſet, Petronio, Præfecto Syriæ, præcepit, ut Hieroſolymis

* *Quidam ferunt anno* XVIII. *Tiberii JESUM-CHRISTUM paſſum, & argumentum huic rei ex Evangelio aſſumunt Joannis, in quo poſt quintum decimum annum Tiberii Cæſaris triennio Dominum prædicaſſe intelligitur. Sed quia uſitatior traditio habet Dominum noſtrum* XV. *anno Tiberii Cæſaris duobus* GEMINIS *Conſulibus crucifixum, nos ſine præjudicio alterius opinionis ſucceſſiones ſequentium Conſulum à ſuis Conſulatibus ordiemur, manente adnotatione temporum qua cujusque imperium habuit.* L'Abbé.

‡ *Incipit Adnotatio Conſulum à paſſione D. N. J. C. cum hiſtoria.*

SUFIGIO GEMINO ET RUBELLIO GEMINO. L'Abbé.

Aliter omnino legerat hunc locum *Bucherius* : *quidam ferunt anno* 18. *Tiberii Jeſum Chriſtum paſſum eſſe, & argumentum hujus rei ex Evangelio aſſumunt Joannis, in quo poſt* XV. *Tiberii Cæſaris annum triennio Dominus prædicaſſe intelligatur; ſed quia uſitatior traditio habet Dominum decimo quinto anno Tiberii Cæſaris duobus Geminis Coſſ. crucifixum, nos ſine præjudicio alterius opinionis ſucceſſionem ſequentium conſulum à ſupradictis Coſſ. ordiemur juxta hanc traditionem.* Ex hac lectione duo concludebat peritiſſimus Chronologus I. Proſperum qui Euſebii Chronicon breviabat, ejus ſententiam, qua Paſſionem Chriſti cum Juliano 76. componebat, deſeruiſſe, quod eam Cycli ſui rationibus contrariam animadverteret. II. Non auſum eſſe Proſperum Cyclum ſuum ad annum paſſionis promovere, cum perviderет Cycli ſui 84. annorum rationes cum paſſionis characteribus, in Evangelio Majorumque Traditione cognitis, non ſatis reſpondere. Diverſas oppoſitasque plane ſententias circa mortem Chriſti exhibet unum idemque Proſperi Chronicon. At unde natum eſt tantum diſcrimen? Deinde quænam tribuenda eſt Proſpero mens? An Euſebii, quæ genuina eſt, quamque præfert Editio Labbeana, an ea quam in Codice MS. legiſſe Bucherium nemo diffitetur? Ego quidem Bucherio potius habendam fidem crediderim, ea potiſſimum ratione, quod eandem ſententiam tueatur idem Proſper in altera Chronici parte. Ubi enim annos computat, qui effluxerunt à XV. Tiberii anno & Paſſione Domini ad XIV. Conſulatum Theodoſii Maximi, eos numerat CCCCVI. ibi vides conjungi Paſſionem Chriſti cum anno quinto decimo Tiberii. Deinde ſi annos recenſeas ab illa paſſione, quintodecimo anno Tiberii facta, ad Theodoſii Conſulatum XIV. reperies CCCCVI. Non ſibi ipſi contradixit Proſper, ſed aliquis medicam manum priori parti voluit afferre; Cumque ægre pateretur, in diverſa plane ab Euſebio & veritate Proſperum abire, hunc errorem emendavit. Correctorem fugit poſterior locus. Igitur fuit genuinus Proſperi ſenſus, Chriſtum paſſum eſſe anno quintodecimo Tiberii, Geminis Conſulibus, & hic ipſi imponitur vel ab amanuenſi, vel à Critico quodam. *Baſn.*

† His Conſulibus obiit *Tiberius*, & *Cajus Caligula* ipſi in imperio ſucceſſit, cujus initia male in annos ſequentes rejicit Proſper. *Baſn.*

SÆC. V. ANNO 450. lymis ſtatuam ſuam ſub nomine Iovis Optimi maximi poneret, ſed etiam per totum orbem Romani Imperii in Judæorum Synagogis ſtatuæ & imagines & aræ C. Cæſaris conſecrabantur.

CRISPINO ET TAURO.

Plurimi Nobilium à Cajo interfecti.

Cajus à protectoribus ſuis in palatio occiditur.

† Anno Chr. 41. † CLAUDIUS V. regnavit annis XIII. menſibus VIII. diebus XXVIII. Ipſe eſt Claudius patruus Druſi, qui apud Moguntiacum monumentum habet.

VINICIO ET CORNELIO.

ASIATICO ET SILANO

PETRUS Apoſtolus cùm primùm Antiochenam Eccleſiam fundaſſet, Romam proficiſcitur, ubi Evangelium prædicans XXV. annis ejuſdem urbis Epiſcopus perſeverat.

TIBERIO II. ET VITELLIO.

Marcus Evangeliſta, Interpres Petri, Ægypto Alexandriæ Chriſtum annuntiat.

Initium Cycli primi.

VITELLIO II. ET PUBLICOLA.

Primus Antiochiæ Epiſcopus ordinatur Evodius.

VERINO ET GALLO.

VETERE ET NERVILIANO.

Cenſu Romæ acto inventa ſunt civium LXVIII. centena & LXIV. ſeu XLIV. millia.

* Paſchalis Cycli ratio ab his Conſulibus incipit, per annos XXCIV. & ad eandem legem revertens.

CLAUDIO ET ORPHITO.

Sub Procuratore Judææ Cumano in diebus Azymorum tanta eſt Hieroſolymis orta ſeditio, ut in portarum exitu populo corruente XXXIV. millia Judæorum perierint.

Prophetia Agabi, qui in Actis Apoſtolorum famem in toto orbe futuram dixerat, ſub Claudio expletur.

Thracia huc uſque regnata in Provinciam redigitur.

SILANO ET SILIO.

TIBERIO III. ET ANTONINO.

SILANO ET OTHONE.

Paulus Apoſtolus apud Felicem Procuratorem Judææ in defenſionem ſui perorat.

SILANO II. ET ANTONINO.

MARCELLINO ET AVIOLA.

Sub Felice Procuratore Judææ extiterunt multi qui populum ſua perſuaſione deciperent. Inter quos & Ægyptius quidam pſeudo-Propheta fuit, qui plurimos ſibi adſocians in ipſo magnarum rerum conatu per exercitum Felicis opprimitur, ſecundùm quod in Actibus Apoſtolorum Paulo dicitur: Nonne tu es Ægyptius, qui ante hos dies concitaſti & eduxiſti in deſertum quatuor millia virorum.

NERONE ET VETERE.

NERONE II. ET PISONE.

Claudius moritur in Palatio anno ætatis ſuæ LXIV.

NERO VI. regnat annis XIII. menſibus VII. & diebus XXVII. aut XXX. Hujus avunculus fuit C. Caligula.

NERONE ET MESSALA.

NERONE IV. ET CORNELIO.

Feſtus ſuccedit Felici, apud quem præſente Agrippa Rege, Paulus Apoſtolus Religionis ſuæ rationem redditurus vinctus Romam mittitur.

Nero

* Si Proſpero fides habenda, vetuſtiſſimus fuit apud Chriſtianos cycli 84. annorum uſus, iſque ad Eccleſiæ naſcentis initia referendus eſſet, cum anno vulgari 46. vel potius 48. Chriſti inceperit. Sed ſummum hac de re dubium occurrit. Quippe *Hyppolitus Portuenſis* primus *Hecaëteridem* ſuam finxit anno Chriſti 222. quæ cum juſto contractior foret, intercalarique deberent dies aliquot, non diu fuit in uſu: Centuriana dein methodus ab anno 312. ad annum 411. fuit inventa; ſed hujus methodi obliterata penitus eſt memoria. Confugerunt igitur Chriſtiani Latini ad Cyclos annorum 84. Sed cum in ea re Judæos ſequerentur, à *Cyrillo Alexandrino* ideo vehementiſſime ſunt reprehenſi, quaſi ſcelus aliquod patraſſent: *Illi Judæorum pravitati conati ſunt reſpondere, & annorum Paſchalem cyclum inſtituerunt*, inquit *Cyrillus*, perfectæ rationis circulum tenuiſſent, ſi in ſupputatione menſium vel annorum non humanam, ſed divinam traditionem ſequi *potuiſſent, unde tantæ ſunt ignorantiæ tenebris involuti, ut in utrumque Paſchalis ignorantia periculum deciderint.* Si verum foret, Apoſtolicis temporibus uſitatos fuiſſe cyclos 84. annorum, eorumque authoritate vel uſu firmatos; non ita acriter Latinos, tanquam *Judaicæ pravitatis defenſores*, exagitaſſet Cyrillus. Deinde vero non modo Latinis, ſed etiam Græcis fuiſſet acceptiſſimus: denique majora horum Cyclorum & uſitati apud Latinos computi apparerent veſtigia. Fallitur igitur Proſper, dum ex ritu ſæculi ſui de prioribus judicat, & cyclis, quibus tunc utebatur Eccleſia Latina, nimiam tribuit antiquitatem. *Baſn.*

* Contra-

Nero tantæ luxuriæ fuit, ut frigidis & calidis lavaret unguentis, retibúsque aureis piscaretur, quæ purpureis funibus extrahebantur. SÆC. V.

PIO ET TURPILIANO. ANNO 450.

MARBINO ET GALLO.

CRASSO ET BASSO.

SILVANO ET PAULINO.

Nero Agrippinam matrem suam & sororem patris interfecit.

Jacobus frater Domini, quem omnes Justum appellabant, à Judæis lapidibus opprimitur. In cujus thronum Simeon secundus adsumitur.

Nero omnes cithara contendens superat.

CELSINO ET APULEIO.

Ante mensam Neronis fulmen cecidit.

Post Marcum Evangelistam primus Alexandriæ Ecclesiæ ordinatur. Episcopus Anianus.

CAPITONE ET RUFO.

SILIO ITALICO ET TURPULIANO.

SILVANO ET OTHONE.

VESPASIANO ET TITO.

VESPASIANO II. ET TITO II.

VESPASIANO III. ET NERVA.

Nero in Olympiaco agone coronatur, cerycas, citharistas, tragœdos, aurigas vario certamine superans.

Nero ut similitudinem Trojæ ardentis videret, plurimam partem Romanæ urbis incendit.

Ausonius & Plutarchus Philosophi insignes habentur.

PRIMA PERSECUTIO. Primus Nero super omnia scelera sua etiam persecutionem in Christianos facit, in qua Petrus & Paulus gloriosè Romæ * occubuerunt.

Post Petrum primus Romanam Ecclesiam tenuit LINUS, annis XII. sive XIII.

Vespasianus Magister militiæ ad debellandos Judæos à Nerone mittitur.

VESPASIANO IIII. ET TITO III.

Vespasianus duobus præliis superatos Judæos ad muros compellit.

Antiochiæ secundus Episcopus ordinatur Ignatius.

Nero cùm à Senatu quæretur ad pœnam, de Palatio fugiens ad quartum Urbis milliarium semet interfecit.

† VESPASIANUS VII. regnavit annis IX. mensibus IX. & diebus XXII. seu XXIX. † Anno Chr. 69.

VESPASIANO V. ET TITO IV.

Post Neronem Galba in Iberiâ, Vitellius in Germaniâ, Otho Romæ Imperium arripuerunt: sed Galba septimo mense Romæ capite truncatur. Otho apud Bebriacum propria manu occubuit. Vitellius à Vespasiani Ducibus occisus in Tiberim projicitur.

Vespasianus apud Judæam ab exercitu Imperator appellatus, bellum Tito filio commendans, Romam per Alexandriam proficiscitur.

VESPASIANO VI. ET TITO V.

Titus Judæa capta & Hierosolymis subversis sexcentena millia virorum interficit. Josephus scribit undecies centena millia fame & gladio perisse, & alia centum millia captivorum publicè venundata. Ut autem tanta multitudo Hierosolymis reperiretur, causam azymorum festum fuisse, ob quod ex omni gente Iudæi ad templum confluentes, urbi quasi carcere sunt reclusi; oportuit enim in his diebus eos interfici, in quibus Salvatorem crucifixerant.

Colligitur itaque omne tempus in secundum annum Vespasiani & novissimam Hierosolymorum eversionem, à quintodecimo anno Tiberii Cæsaris & ab exordio Evangelicæ prædicationis, anni XLII. à captivitate autem, quam ab Antiocho perpessi sunt, anni CCXXIX. Porrò à Darii secundo anno, sub quo rursum templum ædificatum est, anni DLXXX. aut XC. A primâ autem ædificatione templi sub Salomone usque ad novissimam ejus ruinam, quæ sub Vespasiano facta est anni MCIII.

VESPASIANO VII. ET TITO VI.

COMMODO ET RUFO.

Achaja,

* Contradicunt veterum testimonio, qui negant Petrum Romam venisse. Urbem enim appulit sub Nerone moriturus: Et errant qui ipsum sub Claudio ibi degentem & Episcopum faciunt; non enim conveniunt tempora. Sed errat *Prosper*, qui in sequenti Paragrapho ex mera conjecturâ omnique ratione destituta *Lino* XIII. annos Pontificatus tribuit. Intricata enim priorum Pontificum est Chronologia, nec eorum successio facile distinguitur. *Basn.*

SÆC. V. ANNO 450.

Achaja, Lycia, Rhodus, Bysantium, Samos, Cilicia, Comagene, quæ ante liberæ sub Regibus & amicis erant, in provincias redactæ.

VESPASIANO VIII. ET TITO VII.

VESPASIANO IX. ET TITO VIII.

SILVANO ET VERO.

DOMITIANO ET MESSALINO.

DOMITIANO II. ET RUFO II.

Vespasianus circa Sabinos in villa propria moritur, anno ætatis LXIX.

TITUS VIII. regnavit annis tribus, mensibus duobus.

Titus Vespasiani filius, in utraque Lingua disertissimus fuit & tantæ bonitatis, ut cum quadam die recordatus fuisset in cœna, se nihil in illa die cuiquam præstitisse, dixerit; Amici hodie diem perdidi.

DOMITIANO III. ET SABINO.

DOMITIANO IV. ET RUFO III.

Titus Amphitheatrum Romæ ædificavit, & in dedicatione ejus quinque millia ferarum occidit.

DOMITIANO V. ET DOLABELLA.

Romanæ Ecclesiæ II. constituitur Episcopus CLETUS annis XII.

Titus morbo periit in ea villa, in qua pater, anno ætatis XLII.

*DOMITIANUS IX. frater Titi junior regnavit annis XV. mensibus quinque.

* Anno Chr. 80.

DOMITIANO VII. ET RUFO IV.

Domitiani uxor Augusta appellata.

Domitianus Eunuchos fieri prohibet: Mathematicos, Philosophos Romana Urbe pellit.

FLAVIO ET TRAJANO.

Domitianus plurimos Senatorum in exilium mittit: de Dacis & Germanis triumphavit.

DOMITIANO VII. ET NERVA.

Duo menses aliter appellati: September, Germanicus; & October Domitianus.

Primus Domitianus Dominum se & Deum appellari jussit.

Secundus Alexandriæ ordinatur Episcopus Abilius.

TRAJANO II. ET GLABRIONE.

Quintilianus Rhetor Calaguritanus Romæ clarus habetur.

DOMITIANO VIII. ET SATURNINO.

SILVANO ET PRISCO.

Domitianus prohibuit vites in urbibus seri.

ASPRENATE ET CLEMENTE.

Apollonius Thyanæus & Eufrates Philosophi insignes habentur.

Multa opera Romæ facta, in quibus Capitolium, Forum transitorium, Divorum Porticus, Iseum, Serapium, Stadium, Horrea piperata, Vespasiani templum, Minerva Calchedonica, Odium, Forum Trajani, Thermæ Trajanæ & Titianæ, Senatus, Ludus Matutinus, Mica aurea, Meta sudans, & Pantheum.

Domitianus tantæ superbiæ fuit, ut aureas & argenteas Statuas sibi in Capitolio poni jusserit.

DOMITIANO IX. ET CLEMENTE.

Multi nobilium necati, plures in exilium acti.

FULVIO ET VETERE.

NERVA II. ET RUFO.

SABIO ET ANTONINO.

NERVA III. ET TRAJANO III.

Romæ III. Ecclesiæ præfuit Episcopus CLEMENS annis IX.

SENECIONE ET PALMA.

TRAJANO IV. ET FRONTONE.

SECUNDA PERSECUTIO. Secundus post Neronem Domitianus Christianos persequitur: & sub eo Apostolus Joannes in Pathmum Insulam relegatus Apocalypsin vidit, quam Irenæus interpretatur.

Domitianus eos, qui de genere David erant, interfici præcepit, ut nullus Iudæorum regni reliquus foret.

TRAJANO V. ET ORPHITO.

Scribit Brutius plurimos Christianorum sub Domitiano fecisse Martyrium, inter quos

quos & Flaviam Domitillam Flavii Clementis Consulis ex sorore nepotem in Insulam Pontiam relegatam, quia se Christianam esse testata sit.

SENECIONE II. ET SURA.

Domitianus occisus in palatio anno ætatis suæ XXXV.

NERVA X. regnavit annum unum & menses quatuor.

TRAJANO VI. ET MAXIMO.

Justus à Tiberiade Judæorum scriptor agnoscitur.

Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus ordinatur tertius Cerdo.

Ajunt Apostolum Joannem hoc tempore exilio solutum Ephesum recessisse, cùm Senatus decrevisset, ut & omnia quæ Domitianus statuerat, in irritum deducerentur.

Nerva morbo periit in hortis Sallustianis anno ætatis suæ LXXII. aliàs XXCII. cùm jam Trajanum adoptasset in filium.

TRAIANUS XI. regnavit annis XVIII. & mensibus septem. Trajanus Agrippinæ in Galliis Imperator factus, natus Italicæ in Hispania. Anno 97.

SENECIONE III. ET SURA II.

Terræ motu Asiæ quatuor & duæ Græciæ Urbes subversæ.

Trajanus de Dacis & Scythis triumphavit.

URBANO ET MARCELLO.

CANDIDO ET QUADRATO.

COMMODO ET CEREALE.

Decreto Senatus, Nerva in Deos relatus.

Romanæ Ecclesiæ IV. Episcopatus præest Euaristus annis IX.

Joannem Apostolum usque ad Trajani tempora Ireneus Episcopus permansisse scribit. Post quem Papias Hierapolitanus Episcopus, Polycarpus Smyrnæus & Ignatius Antiochenus.

SENECIONE IV. ET SURA III.

GALLO ET BRADUA.

AFRICANO ET CRISPINO.

CRISPINO II. ET BOLENO.

PISONE ET RUSTICO.

Alexandrinæ Ecclesiæ IV. Episcopus ordinatur nomine Primus.

TRAJANO VII. ET AFRICANO.

TERTIA PERSECUTIO. Trajano adversus Christianos persecutionem movente, Simon filius Cleophæ qui in Hierosolymis Episcopatum tenebat, crucifigitur, cui succedit Justus.

Ignatius quoque Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus Romam perductus bestiis traditur. Post quem tertius constituitur Episcopus Eron.

CELSO ET CRISPINO.

ASTA ET PISONE.

Plinius secundus cum quandam provinciam regeret; & in magistratu suo plurimos Christianorum interfecisset, multitudine eorum perterritus quæsivit de Trajano quid facto opus esset, nuntians ei præter obstinationem non sacrificandi & antelucanos cœtus ad canendum cuidam Christo ut Deo, nihil apud eos reperiri. Præterea ad conservandam disciplinam vetari ab his homicidia, furta, adulteria, latrocinia, & his similia. Ad quæ commotus Trajanus rescripsit, hoc genus quidem hominum inquirendos non esse, oblatos verò puniri oportere.

MESSALA ET PEDONE.

Quintus Romanæ Ecclesiæ præest Alexander X.

ÆMILIANO ET VETERE.

NIGRINO ET APRONIANO.

Plinius secundus Novocomensis, insignis Orator, dum invisit apud Vesuvium periit: & tres Galatiæ civitates terræ motu excisæ.

Post Justum IV. Hierosolymitanæ Ecclesiæ Episcopatum suscipit Zachæus, post quem quintus Tobias, cui succedit sextus Benjamin, ac deinde septimus Joannes, octavus Matthias, in cujus locum nonus constituitur Philippus.

CLARO ET ALEXANDRO.

HADRIANO ET SALINATORE.

HADRIANO II. ET RUSTICO.

SERVILIANO ET FULVIO.

Hoc tempore Judæi qui in Libyâ erant & qui in Ægypto, quique apud Cyrenem & Thebaïdem, adversus cohabitatores suos magnas seditiones movent.

Judæis

Sæc. V. Anno 450. Judæis Alexandriæ rebellantibus Trajanus Imperator Lysiæ Quieto præcepit ut eos è provincia exterminaret : adversus quos Quietus aciem instruens infinita eorum millia interfecit, & ob hoc Procurator Judææ ab Imperatore decernitur.

Salaminam urbem Cypri subvertere Judæi.

Trajanus in Selinunte, sive ut alii ferunt, apud Seleuciam Isauriæ civitatem moritur anno ætatis LXIV. ossa ejus in urnam auream conlata, & in Foro sub columna posita, solusque omnium intra urbem sepultus est.

Anno 117. HADRIANUS XII. regnavit annis XXI. Hic Italicæ in Hispania natus, consobrinæ Trajani filius fuit.

VERO ET AUGURINO.

AVIOLA ET PANSA.

Senatus Trajanum in Deos refert, & Hadrianus reliqua tributorum urbibus relaxat, chartis publicè incensis, plurimosque ipsis tributis liberos facit.

Hadrianos Judæos capit secundò adversus Romanos rebellantes.

PATERNO ET TORQUATO.

GLABRIONE ET APRONIANO.

Bellum gestum contra Sarmatas.

Romanæ Ecclesiæ VI. Episcopatum suscipit Xistus annis IX.

Alexandriæ V. Episcopus ordinatur Justus.

ASIATICO ET QUINTILLO.

Cephissus Fluvius Eleusinam inundavit, quem Hadrianus ponte conjungens Athenis hyemem exegit.

VERO ET AMBIGUO.

GALLICANO ET TITIANO.

Hierosolymis post Philippum constituitur X. Episcopus Seneca ; post quem XI. Justus, cui succedit XII. Levi, post quem XIII. Ephres, XIV. Joseph, XV. Judas. Hi omnes usque ad eversionem, quam per Hadrianum Jerusalem passa est, ex circuncisione Episcopi præfuerant.

TORQUATO ET LIBONE.

CELSO ET MARCELLINO.

CATULINO ET APRO.

PONTIANO ET RUFINO.

Finis Cycli primi & sequentis exordium.

Quadratus, discipulus Apostolorum, & Aristides, noster Philosophus, libros pro Christiana Religione compositos edidere.

Serenus Granius, vir apprimè nobilis, litteras ad Imperatorem misit, iniquum esse dicens clamoribus vulgi innocentium hominum sanguinem concedi & sine ullo crimine nominis tantum & sectæ reos fieri. Quibus commotus Hadrianus Minucio Fundano Proconsuli Asiæ scribit sine objectu criminum Christianos non condemnandos. Cujus Epistolæ usque ad nostram memoriam durat exemplum.

AUGURINO ET SERGIANO.

TIBERIO ET SILANO.

Romæ VII. Episcopus ordinatur Telesphorus annis XI.

Antiochenæ Ecclesiæ IV. præficitur Cornelius.

SERGIANO II. ET VERO.

POMPEIANO ET ATILIANO. †

Alexandrinæ Ecclesiæ VI. præest Eumenes.

POMPEIANO II. ET COMMODO.

LÆLIO ET ALBINO.

Judæi in arma versi Palæstinam depopulati sunt, tenente provinciam Tænio Rufo : cui ad opprimendos rebelles Hadrianus misit exercitum.

CAMERINO ET NIGRO.

Basilides Hæresiarches in Alexandria commoratur, à quo Gnostici. Hoc autem Basilides distabat à Simonis dogmate, quod CCCLXV. cælos esse credebat, quo numero dierum annus includitur. Unde etiam quasi sanctum nomen commendabat, quod est Abraxas, quia hujus nominis literæ secundùm supputationem Græcam eundem numerum complent. Gnostici autem à præsumptione excellentioris scientiæ nominati sunt, quos quidem Borboritas vocant, quasi cœnosos, propter nimiam turpitudinem, quam in

† *Luperco & Attico*, ut apud Bucherium emendavit ipse errorem suum Norisius, qui cum Prospero legerat Attilianum, antequam in fastos accuratiores incidisset, quos ipse postea edidit. *Basn.*

* *Valenti-*

in suis mysteriis exercere dicuntur. Tradunt autem fabulosissimis dogmata plena figmentis. Animarum substantiam dicunt Dei esse naturam, Deum quoque bonum & Deum malum in sua perhibentur habere doctrina.

Barchochebas Dux Judæorum nolentes sibi adversus Romanum militem ferre subsidium, omnimodis cruciatibus necat. Bellum Judaïcum, quod in Palæstina gerebatur, finem rebus Judæorum posuit penitus oppressis. Ex quo tempore etiam introeundi eis Hierosolymam licentia ablata est; primùm Dei nutu, sicut Prophetæ vaticinati sunt, deinde Romanorum interdictionibus:

ANTONINO ET PRÆSENTE.

Hierosolymis primus ex gentibus constituitur Episcopus Marcus, cessantibus his qui fuerant ex Judæis.

ANTONINO II. ET PRÆSENTE II.

SEVERO ET SILVANO.

Ælia ab Ælio Hadriano condita est, & in fronte ejus portæ, quâ Bethleem egredimur, sus sculptus in marmore, significans Romanæ potestati subjacere Judæos.

Hadrianus apud Bajas moritur major LX. annorum.

ANTONINUS TITUS cognomento Pius XIII. cum filiis Aurelio & Lucio, regnavit annis XXII. & mensibus III.

RUFINO ET TORQUATO.

Romæ VIII. Episcopus ordinatur Hyginus annis IV.

TORQUATO II. ET HERODE.

AVIOLA ET MAXIMO.

Antoninus pater patriæ appellatur.

Valentinus Hæresiarches & Cerdo magister Marcionis Romam venerunt. Valentinus de natura rerum multa fabulosa confinxit, adserens XXX. æonas, id est sæcula, extitisse, quorum principium sit Profundum & Silentium, quod Profundum etiam Patrem appellat. Cerdonianus verò duo principia sibi adversantia dogmatizat, dominumque legis ac Prophetarum non esse Patrem Christi, nec bonum esse Deum, sed justum, patrem verò Christi. Ex quibus, duorum velut ex conjugio, processisse perhibet intellectum & veritatem & protulisse æonas octo. De intellectu & voluntate processisse Verbum & protulisse æonas decem. Porrò de Verbo & vita processisse hominem, & Ecclesiam protulisse æonas duodecim. Itaque VIII. X. & XII. fieri tricies æonas habentes principium de Profundo & de Silentio. Christum autem à Patre missum, id est à Profundo, spiritale vel cœleste corpus secum attulisse, nihil assumpsisse de Virgine Maria: sed per illam tanquam per rivum aut per fistulam sine ulla de eadem sumpta carne transisse. Negat etiam resurrectionem carnis, solùm per Christum spiritum vel animam salutem accipere adfirmans. Bonumque Christum ipsum neque natum ex fœminâ, neque habuisse carnem, nec verè mortuum vel quicquam passum, sed simulavisse passionem. Quidam eos in duobus principiis suis ita duos perhibent Deos dicere, ut unus eorum sit bonus, alter autem malus. Resurrectionem mortuorum negant, spernentes Novum Testamentum. *

Marcion quoque, à quo Marcionitæ appellati, Cerdonis dogma sectatus est, hoc adjiciens, ut non duo tantùm, sed tria adsereret esse principia, unum scilicet bonum, alterum justum, tertium pravum; quamvis tertii principii auctorem quidam Sirenum quendam potiùs quam Marcionem fuisse existiment.

ANTONINO III. ET AURELIO.

GRATO ET SELEUCO.

Romæ IX. Episcopus ordinatur Pius annis XV.

Hoc tempore Justinus Philosophus Librum, pro nostra religione conscriptum, Antonino Imperatori tradidit.

Antiochiæ V. Episcopus constituitur Heros.

ANTONINO IV. ET AURELIO II.

LARGO ET MESSALINO.

TORQUATO III. ET JULIANO.

Alexandriæ VII. Episcopatum suscipit Marcus.

OR-

* *Valentinus Hæresiarches & Cerdo Magister Marcionis Romam venerunt. Valentinus rerum naturæ duo dixit esse principia, Profundum scilicet & silentium à quibus* XXX. *orta sunt sæcula. Profundum autem Patrem esse Christi, qui spiritale vel cæleste corpus habuerit, nihilque de natura Matris Virginis adsumpserit, sed per ipsam tanquam rivus sine carnis humanæ veritate transierit. Resurrectionem quoque carnis negant, spiritui tantum vel animæ promittunt salutem. Cerdo quoque duorum principiorum, id est unius boni & alterius mali adsertor fuit, & Patrem Christi Deum esse legis ac Prophetarum negavit. Christum ipsum neque natum ex fæmina, neque habuisse carnem, nec verè passum, nec verè mortuum dixit. Resurrectionem etiam carnis refutans & Testamentum vetus spernendum esse decernens.* L'Abbé.

* *Catha-*

SÆC. V. ANNO 450.

ORPHITO ET PRISCO.

GLABRIONE ET VETERE.

GORDIANO ET MAXIMO. CXX.

GLABRIONE II. ET ROMULO.

PRÆSENTE ET RUFINO.

COMMODO ET LATERANO.

VERO ET SABINO.

SILVANO ET AUGURINO.

BARBARO ET REGULO.

Alexandrinæ Ecclesiæ VIII. præfuit Celadion.

TERTULLO ET SACERDOTE.

Crescens Cynicus in nostri dogmatis Philosophum Justinum à quo ob nimiam gulam prævaricator Philosophiæ arguebatur, persecutionem suscitavit, in qua ille gloriosè pro Christo sanguinem fudit.

QUINTILLO ET PRISCO.

VERO II. ET BRADUA.

Romanæ Ecclesiæ Episcopatum X. suscipit Anicetus annis X. sub quo Polycarpus, Romam veniens, multos ab Hæretico errore correxit.

ANTONINO III. ET AURELIO III.

P. C. ANTONINI III. ET AURELII III.

Hierosolymæ Episcopatum post Marcum XVII. suscepit Cassianus. XVIII. Publius. Maximus XIX. deinde XX. Julianus: sic XXI. Grajanus. XXII. Symmachus tum XXIII. Cajus. XXIV. Julianus, atque inde XXV. Capito.

Anno 161. Antoninus Pius apud Lorium in villa sua, XII. ab Urbe milliario moritur, anno vitæ suæ LXXII. aliàs LXXVII.

M. ANTONINUS qui & VERUS & L. AURELIUS COMMODUS XIV regnavit annis XIX. & mense uno.

DUOBUS AUGUTIS.

Hi primitus æquo jure imperium simul administraverunt, cùm usque ad hoc tempus singuli Augusti fuerint.

RUSTICO ET AQUILO.

LÆLIANO ET PASTORE.

MACRINO ET CELSO.

ORPHITO ET PUDENTE.

PUDENTE II. ET POLLIONE.

Alexandrinæ IX. præfuit Agrippinus.

QUARTA PERSECUTIO. Persecutione orta in Asiâ Polycarpus & Pæonius fecere martyrium, quorum scriptæ quoque feruntur passiones.

In Gallia quoque plurimi ob nomen Dei interfecti, quorum usque in presentem diem condita libris certamina perseverant.

VERO IV. ET QUADRATO

APRONIANO ET PAULO.

Romanæ Ecclesiæ Episcopatum XI. suscipit Soter annis VIII.

APRONIANO ET PAULO.

Antiochiæ VI. Episcopus ordinatur Theophilus, cujus plurima ingenii opera extant.

PRISCO ET APOLLINARE.

CETHEGO ET CLARO.

Lucius Imperator anni regni sui IX. sive ut quidam putant, X. inter Concordiam & Altinam apoplexia extinctus est.

Antonino Imperatori Melito Asianus Episcopus Apologeticam pro Christianis tradidit.

Apollinaris Asianus Hierapolitanus Episcopus insignis habetur.

Eodem tempore Dionysius Episcopus Corinthiorum clarus fuit: & Pinytus Cretensis vir eloquentissimus.

Hac tempestate Pseudoprophetia, quæ Cataphrygas nominatur, accepit exordium, Montano auctore, Prisca Maximillàque insanis vatibus: nomen errori provincia Phrygia dedit, quia inventores ejus illic primitus extiterunt, ibique vixerunt, & nunc etiam in eisdem partibus populos habent. Adventum Spiritus Sancti à Domino promissum in se potius quàm in Apostolos fuisse adserunt: secundas nuptias pro fornicationibus habent, & ideò dicunt eas permisisse Apostolum Paulum, quia ex parte sciebat & ex parte prophetabat: nondum enim venerat quod perfectum est. Hoc autem per-

perfectum in Montanum & in ejus Prophetissas venisse delirant, sacrificia perhibentur habere funesta. Nam de infantis anniculi sanguine, quem de toto ejus corpore minutis punctorum vulneribus extorquent, quasi Eucharistiam suam conficere perhibentur, miscentes eum farinæ, panemque inde facientes. Qui puer, si mortuus fuerit, pro martyre, si autem vixerit, pro maximo Sacerdote colitur. * SÆC. V. ANNO 450.

SEVERO ET HERENNIANO.

Tatianus Hæreticus, à quo appellati Encratitæ, quorum dogma est non admittere ad communionem suam nisi continentes, & eos qui sæculo ita renunciaverint, ut propria nulla possideant. †

Bardesanes quoque alterius auctor erroris eodem tempore innotuit, in Valentini hæresim ex parte prolapsus

ORPHITO ET MAXIMO.

SEVERO ET POMPEIANO.

In Regione Quadorum exercitu Antonini Imperatoris siti oppresso, pluvia divinitus missa est: cùm è contrario Germanos & Sarmatas fulmina persequerentur, & plurimos eorum interficerent. Extant litteræ Marci Aurelii gravissimi Imperatoris, quibus illam Germanicam sitim Christianorum militum precationi, imbre concesso, discussam contestatur.

GALLO ET FLACCO.

PISONE ET JULIANO.

POLLIONE ET APRO.

COMMODO ET QUINTILLO.

Antoninus Commodum filium suum consortem regni facit.

ORPHITO ET RUFO.

Antoninus cum filio de hostibus triumphavit, quos per triennium apud Carnuntum habens stativa castra vastaverat.

COMMODO II. ET VERO II.

Alexandriæ X. ordinatur Episcopus Julianus.

Antoninus in Pannonia morbo periit.

COMMODUS XV. regnavit annos XIII. Anno 180.

PRÆSENTE ET BURRO.

Irenæus Lugdunensis Episcopus insignis habetur.

Commodus Septembrem mensem nomine suo appellavit.

MAMERTINO ET RUFO.

Thermæ Commodianæ Romæ factæ.

COMMODO IV. ET VICTORINO.

Hierosolymis XXV. ordinatur Episcopus Maximum, post quem XXVII. Antoninus. XXVII. Valens. XXIX. Dachianus. XXX. Narcissus. XXXI. Dius. XXXII. Germanio. XXXIII. Gordius. XXXIV. alius Narcissus.

MARULLO ET HELIANO.

MATERNO ET BRADUA.

COMMODO V. ET GLABRIONE.

CRISPINO ET HELIANO.

FUSCIANO ET SILANO.

Alexandriæ constituitur Episcopus Demetrianus, annis XLIII.

Commodus Colossi capite sublato suæ imaginis caput jussit imponi

Serapion Antiochiæ Episcopus VIII. ordinatur.

DUOBUS SILANIS.

COMMODO VI. ET SEPTIMIANO.

APRONIANO ET BRADUA.

Commodus multos nobilium interficit.

COMMODO VII. ET PERTINACE.

Com-

* *Cathaphryges à Provincia Phrygia nominati sunt, quia illic primitus extiterunt, ibique vixerunt, à quibus prædicabatur Spiritus Paracletus promissus à Domino in ipsos potius quàm in Apostolos advenisse. Secundas nuptias pro fornicatione condemnant, quas ideo dicunt Apostolum permisisse, quia ex parte prophetabat: nec adhuc erat doctrina perfecta, quam per Montanum & Priscam ac Maximillam Spiritus sanctus revelavit. Hi perhibentur sacramenta habere funesta de anniculi infantis sanguine, quem crebris compunctionibus de toto corpore ejus extrahunt & farina vinoque miscuerint.* L'Abbé.

† *Tatianus hæreticus agnoscitur, à quo appellati Encratitæ nuptias damnant, paresque eas fornicationi & omni turpitudini esse definiunt, nec recipiunt in consortium, vel marem, vel fœminam conjugio utentem. Prolationes quasdam sæculorum de fabulis Valontini sequuntur. Saluti primi Hominis contradicunt. Bardesanes alterius hæreseos Princeps innotescit, qui Bardesanes cum aliquandiu in fide fuisset insignis, postea in Valentini transivit errores, quamvis non omnia ipsius secutus sit.* L'Abbé.

SÆC. V. ANNO 450.

Commodus strangulatur in domo Vestiliani.

Helvius Pertinax XVI. regnavit menses sex, qui cùm major septuagenario Præfecturam Urbis ageret, ex Senatusconsulto imperare jussus est.

Romæ Episcopatum suscepit XIII. Victor annis XII. cujus non mediocria de Religione extant Volumina.

Pertinax, obsecrante Senatu, ut uxorem suam Augustam & filium suum Cæsarem faceret, contradixit: sufficere testatus, quòd ipse regnaret invitus.

Pertinax occiditur in Palatio, scelere Juliani Jurisperiti, quem postea Severus ad Pontem Milvium interfecit.

Anno 193. Severus XVII. regnavit annis XVIII. Qui ortus provinciæ Tripolitanæ Oppido Lepti, solus ex Africa usque in presentem diem ex Romanis Imperatoribus fuit: & in honorem Pertinacis, Pertinacem se cognominari jussit.

Falcone et Claro.

Severo et Albino.

Tertullo et Clemente.

Dextro et Prisco.

Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyter & Pantænus Stoicus Philosophus in disputatione dogmatis nostri disertissimi habentur.

Laterano et Rufino.

Narcissus Hierosolymorum Episcopus & Theophilus Cæsariensis; Polycarpus quoque & Bachilus, Asianæ provinciæ Episcopus, hæc tempora illustraverunt.

Saturnino et Gallo.

Anulino et Frontone.

Severo II. et Victorino.

Fabiano et Muciano.

Severo III. et Antonino.

Hoc tempore Bellum Judaicum & Samariticum: & Severus de nominibus gentium subactarum Parthicus, Arabicus, Adiabenicus appellatus est.

Quæstione orta in Asiâ inter Episcopos, an secundùm legem Moysis decimaquarta mensis primi Pascha observandum esset, Victor, Romanæ Urbis Episcopus & Narcissus Hierosolymorum, Polycrates quoque & Irenæus, & Bachilus, plurimique Ecclesiarum pastores, quid eis probabile visum fuerit literis ediderunt, quorum memoria ad nos usque perdurat.

Geta et Plautiano.

Chilone et Libone.

Romæ XIV. Episcopus fit Zephyrinus annis XIV.

Quinta Persecutio. Persecutione Christianis facta Leonides, Origenis pater, gloriosa martyrii morte translatus est.

Alexander quoque ob confessionem Dominici nominis clarus extitit.

Qua tempestate Perpetua & Felicitas pro Christo passæ sunt, Nonis Martii apud Carthaginem Africæ in castris bestiis deputatæ.

Antonino II et Geta.

Albino et Æliano.

Arpo et Maximo.

Clemens multa conscribit.

Antonino III. et Geta III.

Clodio Albino, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, interfecto Lugduni, Severus ad Britannos transfretavit, ubi ut receptas provincias ab incursione barbarica faceret tutiores, fossam & aggerem per CXXXII. millia passuum à mari ad mare deduxit, & non multo post intra Britannias Eboraci moritur.

Pompeiano et Avito.

Faustino et Rufino.

Anno 211. Antoninus cognomento Caracalla, Severi filius, XVIII. regnavit annis sex.

Gentiano et Basso.

Duobus Aspris.

Antiochiæ IX. Episcopus constituitur Asclepiades: Hierosolymis verò XXXV. Alexander adhuc vivente Narcisso, & cum eo pariter Ecclesiam regit.

Antonino IV. et Balbino.

Messala et Sabino.

Finis Cycli secundi & initium tertii.

LÆTO

LÆTO ET CEREALE.

SABINO II. ET VENUSTO.

Antoninus interficitur inter Edessam & Charras anno ætatis suæ XLIII.

MACRINUS XIX. regnat anno uno.

PRÆSENTE ET EXTRICATO.

Antiochiæ X. Episcopus ordinatur Philetus.

M. AURELIUS ANTONINUS XX. regnavit annis tribus. Anno 218. Eliogabalus dictus est.

ANTONINO ET ADVENTO.

Romæ Episcopatum suscepit XV. Callistus annis sex.

Macrinus occiditur in Archelaide.

Antoninus Romæ Thermas sui nominis ædificavit.

ANTONINO II. ET SACERDOTE.

ANTONINO III. ET COMAZONTE.

GRATO ET SELEUCO.

Antoninus Romæ tumultu militari occiditur.

ALEXANDER Mammææ filius XXI. regnavit annos XIII. sumpto nomine ab Imperatore Alexandro. Anno 222.

Alexander Xerxem Regem Persarum gloriosè vincit.

MAXIMO ET ÆLIANO.

JULIANO ET CRISPINO.

Romæ XVI. Episcopus creatur Urbanus annis IX. *

Ulpianus Jurisconsultus insignis habetur.

FUSCO ET DEXTRO.

Thermæ Alexandrinæ Romæ ædificatæ.

ALEXANDRO II. ET MARCELLO.

ANIANO ET MAXIMO.

ALBINO ET MAXIMO.

Geminus Presbyter Antiochenus & Hippolytus & Beryllus Episcopus Atrabiæ Bostrenus clari scriptores habentur.

Antiochiæ XI. Episcopus fit Zebenus.

MODESTO ET PROBO.

Alexandriæ Ecclesiæ XII. præest Episcopus Heraclas.

Hoc tempore Origenes Alexandriæ clarus videbatur. †

ALEXANDRO III. ET DIONE.

GRATO ET SELEUCO.

POMPEIANO ET FELICIANO.

LUPO ET MAXIMO.

Romæ XVII. Episcopatum suscepit Pontianus annis quinque.

Alexander apud Mogontiacum tumultu militari occiditur.

MAXIMO ET PATERNO.

MAXIMINUS XXII. regnat annis tribus. Anno 235.

MAXIMO II. ET URBANO.

SEVERO ET QUINTIANO.

MAXIMINO ET AFRICANO.

SEXTA PERSECUTIO. Maximinus adversus Ecclesiarum Sacerdotes persecutionem movet.

Maximinus Aquilegiæ à Pupieno occiditur.

GORDIANUS XXXIII. Regnavit annis sex. Anno 238.

PERPETUO ET CORNELIANO.

Romæ XVIII. fit Episcopus Anterus: post cujus unum mensem XIX. constituitur Fabianus, annis XIII.

PIO ET PROCULO.

GORDIANO ET AVIOLA.

SAEI-

* *Romæ* XVI. *Episcopus creatur Urbanus annis* IX. *His temporibus Sabellius fuisse perhibetur. Cujus error est, ut in Trinitate Divina quem nominat Patrem, eundem Filium, eundem adserat Spiritum Sanctum. Unde impietatis istius impostores merito Patripassiani vocantur, qui hoc sentientes passionem D. N. J. C. quam pro humani generis salute pertulit, Patri convincantur adserere. Ulpianus, &c.* L'Abbé.

† *Hoc tempore Origenes Alexandriæ clarus videbatur. Hic qui per multam eloquii facultatem perversa quædam est conatus adstruere condens libros, quorum est titulus* περὶ ἀρχῶν *in quibus præter multa sacræ doctrinæ adversa etiam de commutatione hoc totius rationalis creaturæ adserit, quòd non solùm impiorum hominum animæ, sed ipse quoque Diabolus longa purificatione revocandus sit in suæ originis dignitatem, succedentibus sibi semper revolutionibus de bonis ad mala & de malis ad bona. Quia hæc alternatio non possit non esse perpetua & vicissim ut de miseris beati, & de beatis miseri.* L'Abbé.

(a) male

Sæc. V. Anno 450.

Sabino et Venusto.

Gordiano II. et Pompeiano.

Attico et Prætextato.

Gordianus, cum Parthorum natione superata victor revertitur ad patriam, fraude Philippi Præfecti Prætorio haud longè à Romano solo interfectus est.

Anno 244. Philippus XXIV. regnavit annis septem. (a)

Ariano et Pappo.

Philippus Philippum filium suum consortem regni facit: primus omnium ex Romanis Imperatoribus Christianus fuit.

Peregrino et Æmiliano.

Præsente et Albino.

Philippo II. et Philippo.

Regnantibus Philippis millesimus Romanæ Urbis annus expletur.

Philippus urbem sui nominis in Achaia condidit.

Philippo III. et Philippo II.

Æmiliano et Aquilino.

Alexandriæ XIII. ordinatur Episcopus Dionysius.

Philippus senior Veronæ, junior Romæ occiditur.

Anno 249. Decius XXV. regnat anno uno & mensibus tribus. (b)

Decio et Grato.

Decio II. et Rusitco.

Septima Persecutio. Decius, cum Philippos patrem & filium interfecisset, ob odium eorum persecutionem in Christianos movet.

Antonius Monachus nascitur.

Alexandro Hierosolymorum Episcopo ob martyrium interfecto apud Cæsaream Palæstinæ & Antiochiæ Babylâ eadem gloria occiso, Mazabamus & Fabius Episcopi constituuntur.

Decius cum filio in Abritto, quæ est civitas Mysiæ, occiditur.

Anno 251. Gallus & Volusianus Galli filius XXVI. regnavit annis tribus & mensibus quatuor.

Romanæ Ecclesiæ Episcopatum post Fabiani gloriosam mortem XX. suscipit Cornelius annis duobus, qui post biennium eodem martyrio coronatur.

Gallo et Volusiano.

Volusiano II. et Maximo.

Novatus Presbyter Cypriani Romam veniens Novatianum & cæteros Confessores sibi sociat, eo quòd Cornelius pœnitentes apostatatas recepisset. Ab hoc hæresis Novatianorum sumpsit exordium, qui se propter munditiem quam sibi superbissime arrogant, Catharos appellari volunt, secundas nuptias denegantes, ad pœnitentiam non admittentes. (c)

Antiochiæ XIV. constituitur Episcopus Demetrianus.

Romanæ Ecclesiæ Episcopatum tenet XXI. Lucius mensibus octo. Post quem XXII. Stephanus annis tribus. Extant ad utrumque Cypriani Epistolæ.

Gallus & Volusianus adversus Æmilianum res novas in Mœsia molientem Româ profecti Interamnæ occisi sunt.

Æmilianus tertio mense occupatæ tyrannidis extinctus est.

Anno 253. Valerianus & Gallienus XXVI. regnavit annis XV. (d)

Valeriano et Gallieno.

Cyprianus primùm Rhetor, deinde Presbyter, ad extremum Carthaginensis Episcopus Martyrio coronatur.

Maximo et Glabrione.

Romæ XXIII. constituitur Episcopus Xistus annis septem.

Octava Persecutio. Valerianus in Christianos persecutionem movet.

Valeriano III. et Gallieno II.

Valerianus

(a) Male omnino tribuuntur anni septem *Philippo*, qui sextum vix ingressus erat. *Decius* igitur imperavit ab anno 249. ut ad marginem indicavimus. Occisus est autem mense Julio, maleque *Pearsonius* ejus vitam usque ad Augustum protraxit, ut à *Pagio* observatur. *Basn.*

(b) Hoc Testimonium contrarium est conjecturæ celeberrimi *Pagii*, cum enim *Baronius* itidem annum tantum & aliquot menses assignaret *Decio*, is ex inscriptione in Urbe *Venciensi* reperta probavit *Decium Pium Fel. invictum Aug. Tribunitiam potestatem* III. *cos.* II. arripuisse. Regnavit igitur duos annos, & tertium incepit, secundum inscriptionem illam vetustissimam, cui tamen non consentit *Prosper*, qui etiam saltem annum & tres menses ipsi tribuit. *Basn.*

(c) *Novatum sectantes Novatiani appellantur. Ipsi autem se Catharos vocari volunt propter munditiam, quam sibi superbissimè arrogant. Secundas nuptias non admittunt. Reconciliationem pœnitentibus negant.* L'Abbé.

(d) Hoc anno assignat Pagius initium Valeriani, adversus Baronium, Cointium & Petavium ipsum, & revera ad ulteriora tempora removeri non posse videtur consulatus ipsius. Criticæ in Baronium p. 253. *Basn.*

(a) Hæc

Valerianus à Rege Persarum Sapore capitur, ibique servitute misera consenescit.

TUSCO ET BASSO.

Valeriano in Persas ducto, Gallienus nostris pacem reddidit.
Antiochiæ XV. ordinatur Episcopus Paulus Samosatenus.

ÆMILIANO ET BASSO.

SÆCULARE ET DONATO.

GALLIENO IV. ET GENTIANO.

Gallieno in omnem lasciviam dissoluto, Germani Ravennam usque venerunt. Alamanni vastatis Galliis in Italiam transiere. Græcia, Macedonia, Pontus & Asia per Gothos depopulatæ sunt. Quadi & Sarmatæ Pannonias occupaverunt. Germanis Hispanias obtinentibus Tarraco expugnata est. Parthi Mesopotamiam tenentes Syriam incursaverunt.

GALLIENO V. ET VICTORINO.

ALBINO ET MAXIMO.

Alexandriæ XIV. Episcopus ordinatur Maximus.
Romæ XXIV. præficitur Episcopus Dionysius, annis XI.

GALLIENO VI. ET SATURNINO.

VALERIANO ET LUCILLO.

Hierosolymorum Episcopatum tenet XXXVII. Hymenæus.

GALLIENO VII. ET SABINILLO.

Paulus Samosatenus à cunctorum prædicatione descivit, Artemonis hæresim suscitans, quæ adserit Christum non semper fuisse, sed initium ejus, ex quo de Maria natus est, prædicat, nec eum aliquid amplius quàm hominem putat. Hujus erroris etiam Photinus adsertor fuit, qui vehementiore studio, ut sectatores impietatis hujus Photiniani potiùs quàm Pauliani dicerentur, obtinuit. (*a*)
Antiochiæ in locum Pauli XVI. ordinatur Episcopus Domnus.

PATERNO ET ARCHESILAO.

PATERNO II. ET MARIO.

CLAUDIUS XXVIII. regnat anno uno, mensibus novem. (*b*) Anno 268.

CLAUDIO ET PATERNO.

Claudius Gothos Illyricum & Macedoniam vastantes superat: ob quæ illi in curia Clypeus aureus & in Capitolio statua aurea collocatur.

ANTIOCHIANO ET ORPHITO.

Claudius Syrmii moritur, cujus frater Quintillus.
Claudius à Senatu Augustus appellatus septimodecimo die Imperii sui Aquilegiæ occiditur.

AURELIANUS XXIX. regnat annos quinque, menses sex. Anno 270.

VALERIANO ET BASSO.

Antiochiæ XVII. ordinatur Episcopus Timæus.
Aurelianus, Tetrico apud Catalaunos prodente exercitum suum, Gallias recepit.

QUIETO ET VOLDUMIANO.

Zenobia apud Immas haud longè ab Antiochia vincitur, quæ occiso Odoacro marito Orientis tenebat imperium. In qua pugna strenuissimè adversus eam dimicavit Pompejanus dux, cognomento Francus.

TACITO ET PLACIDIANO.

Eusebius Laodicenus Episcopus insignis habetur.
Aurelianum Romæ triumphantem Tetricus & Zenobia præcesserunt. Ex quibus Tetricus Corrector postea Lucaniæ fuit, & Zenobia in Urbe summo honore consenuit, à quâ hodieque Romæ Zenobia familia nuncupatur.

AURELIANO ET CAPITOLINO.

Romæ XXV. Episcopatum suscepit FELIX annis quinque.

AURELIANO II. ET MARCELLO.

Aurelianus cum adversus nos persecutionem movisset, fulmen juxta eum comitesque ejus ruit: ac non multò post inter Constantinopolim & Heracleam in Cœnophrurio viæ veteris occiditur.

TACI-

(*a*) *Hæc hæresis prius Artemonis fuit, sed efficaciore versutiâ Paulus in ea obtinuit principatum, accedente postea prævaricatore Photino factum est, ut discipuli eorum Photiani quàm Pauliani celebriùs nuncupentur. Hos baptizari in Ecclesia Catholica Synodus Nicæna constituit. Unde credendum est eos regulam Baptismi non habere.* L'Abbé.

(*b*) Desunt in Regno *Claudii* menses plurimi, quippe est nummus, in quo videtur facies Claudii, cum hac inscriptione: AVT. K. ΚλΑVΔΙΟC CEB. Imperator Cæsar Claudius Augustus. In postica L Γ hoc est, annus tertius imperii, quem inchoaverat Claudius. *Basn.*

(*a*) *Insa-*

SÆC. V. ANNO 450.

TACITUS XXX. regnat mensibus sex, quo apud Pontum occiso, FLORIANUS XXXI. obtinuit imperium regnavitque diebus XXCVIII.

Floriano apud Tarsum interfecto PROBUS XXXII. regnat annis sex, mensibus octo, aliàs quatuor.

Anno 275. Anno 276.

PROBO ET PAULINO.

Anatolius Laodicenus Episcopus, Philosophorum disciplinis eruditus plurimo sermone celebratur.

Insana Manichæorum hæresis exorta, Persâ quodam, qui Manes vocabatur, auctore. Quorum impietates & sacrilegia ac turpitudines explicare in hoc opere nimis longum est. Sufficit enim sciri quòd duo adversa sibi & coæterna principia & duas, boni scilicet & mali, adserunt esse naturas. De Christo nihil secundùm veritatem sentiunt. Cujus nativitatem ex Mariâ secundùm carnem & passionem & resurrectionem simulationes dicunt fuisse, nec ita, ut prædicantur effecta. Vetus Testamentum & Prophetas refutant, scripturarúmque illarum non Deum bonum; sed malæ naturæ principem auctorem opinantur. De novo Testamento ea accipiunt quæ putant apocryphis consonare. Resurrectionem carnis negant, nuptias damnant, adulterinos concubitus pro licitis habent, baptismum regenerationis nihil conferre existimant. Sacra eorum tam nefanda quàm mores. (a)

PROBO II. ET PATERNO II.

PROBO III. ET PATERNO III.

MESSALA ET GRATO.

Antiochiæ XVIII. constituitur Episcopus Cyrillus.

Romæ XXVI. ordinatur Episcopus Eutychianus, mensibus octo, post quem Cajus XXVII. creatur annis XV.

PROBO IV. ET TIBERIANO.

PROBO V. ET VICTORINO.

Alexandriæ XV. Episcopus præfuit Theonas.

Probus tumultu militari apud Sirmium in Turri, quæ ferrata vocabatur, occiditur.

Anno 282. CARUS cum filiis Carino & Numeriano XXXIII. regnavit, annis duobus.

CARO ET CARINO.

CARO II. ET NUMERIANO.

Carus Narbonensis, cum omni Parthorum regione vastata Cochen & Ctesiphontem nobilissimas hostium cepisset urbes, super Tigrin castra ponens, fulmine ictus interiit. Numerianus autem cùm ob oculorum dolorem lecticula veheretur, insidiis Apri Soceri sui occisus est. Porrò Carinus prælio apud Margum victus occubuit.

Anno 284. DIOCLETIANUS XXXIV. regnavit annis XX.

DIOCLETIANO ET ARISTOBULO.

MAXIMO ET AQUILINO.

Diocletianus in consortium regni HERCULEUM MAXIMIANUM adsumit. Qui rusticorum multitudine oppressa, quæ seditioni suæ Bacaudarum nomen indiderat, pacem Gallis reddidit.

Carausius sumpta purpura Britannias occupavit.

DIOCLETIANO ET MAXIMIANO.

MAXIMIANO II. ET JANUARIO.

Constantius & Galerius Maximianus adsumuntur in regnum. Quos Diocletianus ut etiam affinitate conjungeret, Constantio privignam Herculii Theodoram uxorem dedit, Galerio autem filiam suam Valeriam tradidit: utque hæc conjugia firmaret, ambos repudiare uxores suas, quas prius habebant, coegit.

BASSO ET QUINTIANO.

DIOCLETIANO III. ET MAXIMIANO II.

TIBERIANO ET DIONE.

HANNIBALLIANO ET ASCLEPIODOTO.

DIOCLETIANO IV. ET MAXIMIANO III.

Primus Diocletianus adorari se ut Deum jussit, & gemmas vestibus calceamentisque inseri, cum ante eum omnes Imperatores in modum Judicum sollicitarentur, & chlamyde tantùm purpurea à privato habitu discernerentur.

CON-

(a) *Insana Manichæorum hæresis exorta Manichæus Manes quidam auctor dementissimi dogmatis fuit, apud quos duo principia prædicantur, boni scilicet & mali: quorum naturæ adversæ sibi & coæternæ semper extiterunt, de quorum compugnantiâ prodigiosas fabulas & mendacia vana commenti sunt, promittentes discipulis suis purgationem per sacrilega sacramenta, in quibus nihil est nisi execrabilis turpitudo confœderationis obscena. Testamentum vetus non recipiunt, corrumpentes per omnia Evangelicam veritatem.* L'Abbé.

Constantio et Maximo.

Tusco et Anulino.

Romæ XXVIII. Episcopatum suscepit Marcellinus annis IX.

Diocletiano V. et Constantio II.

Hierosolymis XXVII. Zabdas Episcopus ordinatur.

Maximiano IV. et Maximiniano II.

Fausto et Gallo.

Veturius Magister militiæ Christianos persequitur.

Diocletiano VI. et Maximiano V.

Constantio III. et Maximiano III.

Thermæ Diocletianæ Romæ, & Carthagine Maximianæ ædificatæ.
Hierosolymis XXXVIII. Episcopus præfuit Hermon.
Antiochiæ XIX. constituitur Episcopus Tyrannus.
Alexandrinæ Ecclesiæ XII. post Theonam ordinatur Episcopus Petrus, qui postea persecutionis anno nono gloriosè martyrium perpetravit.

Titiano et Nepotiano.

Constantio IV. et Maximiano IV.

Diocletianus & Maximianus Augusti ingenti pompa Romæ triumpharunt, antecedentibus currum eorum Narsei conjuge, sororibus, liberis, & omni prædâ, quâ Parthos spoliaverant.

Diocletiano VII. et Maximiniano VI.

Nona Persecutio. Decimo nono anno Diocletiani, Mense Martii in diebus Paschæ Ecclesiæ subversæ sunt.

Diocletiano VIII. et Maximiano VII.

Secundo anno persecutionis Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt.
Galerius XXXV. biennio solus imperium tenuit mox cum alio annis sex.

Constantio V. et Maximiano V.

Romæ XXIX. Episcopus constituitur Eusebius: post cujus septimum mensem XXX. Ecclesiam tenet Melchiades annis tribus.

Constantio VI. et Maximiano VI.

His Consulibus Timotheus Romæ pro Christo passus est x. Kal. Julias. Maximinus & Severus à Galerio Maximiano Cæsares facti.
Constantius XVI. Imperii sui anno diem obiit in Britannia Eboraci. Post quem filius ejus Constantinus, ex concubina Helena procreatus, regnum invadit. Cujus regni initio quartus jam persecutionis annus agebatur.
Costantinus XXXVI. regnavit annis XXX. mensibus decem. Anno 306.

Diocletiano IX. et Constantino.

Maxentius, Herculii Maximiani filius, à Prætorianis militibus Romæ Augustus appellatur.
Severus Cæsar à Galerio Maximiano contra Maxentium missus, Ravennæ secundo imperii sui anno interficitur.

Diocletiano X. et Maximiano VII.

Licinius à Galerio Carnunti Imperator factus.
Herculius Maximianus à Filia Fausta detectus, quòd dolum Constantino pararet, viro ejus, Massiliæ fugiens occiditur.

Post Consulatum X. et VIII.

Quirinus Episcopus Sciscianus cum sociis gloriosè pro Christo interficitur.

Item ann. II. post X. et VIII. Coss.

Galerius Maximianus moritur XXII. Imperii sui anno, quod partim Cæsar, partim Augustus exegit.
Romæ XXXI. ordinatur Episcopus Silvester annis XXII.

Maximiano VIII. et Licinio.

Maximinus persecutione in Christianos facta, cum jam à Licinio puniendus esset, apud Tarsum moritur, anno imperii sui sexto.

Constantino II. et Licinio II.

Constantino III. et Licinio III.

Alexandriæ XVII. ordinatur Episcopus Achillas.
Maxentius juxta pontem Milvium à Constantino superatus, occiditur.

Volusiano et Aniano.

Hierosolymæ XXXIX. constituitur Episcopus Macarius.

SÆC. V. ANNO 450.

CONSTANTINO IV. ET LICINIO IV.

Pax nostris à Constantino reddita.

Diocletianus haud procul à Salonis in villa sua Spalato moritur.

SABINO ET RUFINO.

Crispus & Constantinus, filii Constantini, & Licinius adolescens, Licinii Augusti filius ex sorore Constantini, Cæsares appellantur. Quorum Crispum Lactantius erudivit, vir omnium suo tempore eloquentissimus: sed adeò in hac vita pauper, ut plerumque etiam necessariis indiguerit.

GALLICANO ET BASSO.

LICINIO V. ET CRISPO.

CONSTANTINO V. ET LICINIO CÆS.

Licinius Christianos de palatio suo pellit.

CONSTANTINO VI. ET CONSTANTINO CÆS.

Basileus, Amasiæ Ponti Episcopus, sub Licinio Martyrio coronatur.

Alexandriæ XVIII. ordinatur Episcopus Alexander.

CRISPO II. ET CONSTANTIO II.

Arius Presbyter, ab Alexandro Episcopo de Alexandrina Ecclesia ejectus, multos suæ impietati sociat, prædicans Patrem & Filium & Spiritum Sanctum non esse unius ejusdémque naturæ, aut, ut expressiùs dicitur, essentiæ: utpote creaturam; Spiritum verò Sanctum creaturam creaturæ, id est ab ipso Filio creatum. Ad quam perfidiam coarguendam Synodus trecentorum decem & octo Episcoporum in Nicæam urbem Bithyniæ congregata omnes hæreticorum machinas Homousii oppositione dejecit. *

PROBIANO ET JULIANO.

SEVERO ET RUFINO.

Constantius, Constantini filius, Cæsar factus.

CRISPO III. ET CONSTANTIO III.

Licinius Thessalonicæ occiditur.

PAULINO ET JULIANO.

Crispus, filius Constantini, & Licinius junior, Constantiæ Constantini sororis & Licinii superioris filius, interfecti.

CONSTANTINO VII. ET CONSTANTIO.

Vicennalia Constantini Nicomediæ acta & sequenti anno Romæ edita.

CONSTANTINO ET MAXIMO.

Hucusque Historiam perduxit Eusebius, Pamphili Martyris contubernalis. Post hæc Hieronymi Presbyteri succedit auctoritas.

Drepanam Bithyniæ civitatem in honorem Luciani Martyris ibi conditi Constantinus instaurans, ex vocabulo matris suæ Helenopolin nuncupavit.

JANUARIO ET JUSTO.

Donatus agnoscitur, à quo per Africam Donatistæ, qui primùm propter ordinatum contra voluntatem suam Cæcilianum Ecclesiæ Carthaginensis Episcopum, schisma fecerant, objicientes ei crimina non probata, & maximè, quòd à Traditoribus Divinarum Scripturarum fuerat ordinatus. Sed post causam convictam atque finitam pertinaci discordia in hæresim transierunt definientes propter Cæciliani crimina, seu vera, seu quod magis apparuit, falsa, Ecclesiam Christi in toto Orbe terrarum contagione communionis extinctam in sola Donati parte superesse. Audent etiam rebaptizare Catholicos, cùm Ecclesiæ Catholicæ placuerit, nec in ipsis hæreticis baptisma commune rescindere. †

Antiochiæ post Tyrannum XX. ordinatur Episcopus Vitalis: post quem XXI. Philogonus: cui successit XXII. Paulinus: post quem XXIII. fuit Eustathius. Quo in exilium ob fidem truso, usque in præsentem diem Ecclesiam Ariani obtinuerunt.

CONSTANTINO VIII. ET CONSTANTINO CÆS IV.

GALLICANO III. ET SYMMACHO.

Alexandriæ XIX. ordinatur Episcopus Athanasius.

BASSO ET ABLABIO.

Hieronymus nascitur.

* PACA-

* *Arius Patrem & Filium & Spiritum Sanctum negans unius esse naturæ, vel ut expressius dicamus, essentiæ, ita ut Filius Patre minor, Spiritus autem Sanctus Filio etiam habeatur inferior. Ad cujus perfidiam coarguendam Synodus* CCCXVIII. *Episcoporum in Nicæa urbe Bithyniæ congregata omnes hæreticorum machinas Homousii oppositione dejecit* L'Abbé.

† *Donatus agnoscitur, à quo per Africam Donatistæ sunt: qui propter Cæcilianum Carthaginis Episcopum, quia ipsis renitentibus ordinatus est, in schisma divisi sunt, principe & auctore Donato, objicientes Cæciliano quædam crimina, quorum nullum probarunt. Unde pervicacia sua etiam hæretici facti sunt, baptizatos in Catholica rebaptizantes, & in Trinitate Deitatis unam quidem substantiam confitentes, sed Filium non æqualem Patri & Spiritum Sanctum minorem Filio sentientes. In quam impietatem illos alius Donaeus, qui ab illo tertius fuit, impulisse dicitur, Antiochiæ, &c.* L'Abbé.

* *Audæani*

PACATIANO ET HILARIANO.

Romæ XXXII. ordinatur Episcopus Marcus, mensibus octo. Post quem XXXIII. ordinatus est Julius annis XVI. mensibus quatuor.

Edicto Constantini Gentilium templa subversa sunt.

Romani Gothos in Sarmatarum regione vicerunt.

Constans, filius Constantini, provehitur ad regnum.

DALMATIO ET XENOPHILO.

OPTATO ET PAULINO.

CONSTANTIO ET ALBINO.

Constantinus cum liberis suis honorificè ad Antonium Monachum litteras mittit.

NEPOTIANO ET FACUNDO.

Tricennalibus Constantini Dalmatius Cæsar appellatur.

Nazarii Rhetoris filia, Eunomia, Christiana Virgo, in Eloquentia patri coæquatur.

Eustachius Constantinopolitanus Presbyter innotescit, cujus industria Hierosolymis martyrium constructum est.

Constantinus extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio Nicodemiensi Episcopo baptizatus in Arianum dogma declinavit.

FELICIANO ET TITIANO.

Constantinus cum bellum pararet in Persas, in Ancyrone villa publica juxta Nicomediam moritur, anno ætatis suæ LXVI. post quem tres liberi ejus ex Cæsaribus Augusti appellantur.

CONSTANTINUS, CONSTANTIUS & CONSTANS XXXVII. regnat annis XXIV. mensibus quinque, diebus duodecim. Anno 249.

URSO ET POLEMIO.

Dalmatius Cæsar, quem patruus Constantinus consortem regni cum filiis reliquerat, factione Constantii patruelis occiditur.

Jacobus Nisibenus agnoscitur, ad cujus preces sæpe urbs discrimine liberata est, cum oppugnaretur à Sapore Rege Persarum.

CONSTANTIO II. ET CONSTANTE.

Ex hoc tempore impietas Ariana, Constantini Imperatoris fulta præsidio, exiliis, carceribus, & variis afflictionum modis primùm Athanasium, deinde omnes non suæ partis Episcopos persecuta est.

ACYNDINO ET PROCULO.

Constantinus bellum fratri inferens juxta Aquilegiam Alsæ occiditur, anno Imperii sui III.

MARCELLINO ET PROBINO.

Audæus in Syria agnoscitur, à quo Hæresis Audæana. *

CONSTANTIO III. ET CONSTANTE II.

Hermogenes, Magister militiæ, Constantinopoli tractus à populo ob Episcopum Paulum, quem Regis imperio & Arianorum factione pellebat.

Macedonius artis plumariæ in locum Pauli ab Arianis Episcopus subrogatur, à quo hæresis Macedoniana, cujus dogma est, Patrem quidem & Filium unius divinitatis ejusdemque substantiæ confiteri, sed Spiritum Sanctum dicens creaturam.

Paulus crudelitate Præfecti Philippi, nam fautor Macedonii partium erat, & Arianorum insidiis strangulatur.

PLACIDO ET ROMULO.

Maximinus Treverorum Episcopus clarus habebatur, à quo Athanasius Alexandrinus Episcopus, cùm à Constantio quæreretur ad pœnam, honorificè susceptus est.

LEONTIO ET SALLUSTIO.

Sapor Persarum Rex Christianos persequitur.

CONSTANTIO IV. ET CONSTANTE III.

Athanasius ad Constantis literas Alexandriam regreditur.

AMANTIO ET ALBINO.

POST CONS. AMANTII ET ALBINI.

RUFINO ET EUSEBIO.

Quadragesimus Maximus post Macarium Hierosolymorum Episcopus moritur, post quem Ariani Ecclesiam invadunt.

PHILIPPO ET SALIA.

Romanæ

* *Audæani sunt ab Audæo quondam cognominati, quos & Anthropomorphitas vocant, quia Deum humanæ imagini credunt esse conformem: in quibus etiam illud arguitur, quod Pascha Christianum Judaicâ perhibentur observantiâ celebrare.* L'Abbé.

* Liberio

SÆC. V. ANNO 450. Romanæ Ecclesiæ XXXIV. Episcopus ordinatur Liberius, quo in exilium nono Episcopatus sui anno ob fidem truso, omnes Clerici juraverunt, quòd nullum alium susciperent. Verum cùm Felix ab Arianis fuisset in Sacerdotio substitutus, plurimi perjuraverunt, & post annum, reverso in urbem Liberio, cum Felice ejecti sunt.

LIMENIO ET CATULINO.

Magnentio apud Augustodunum arripiente imperium, Constans haud longé ab Hispaniâ in castro, cui Helena nomen est, interficitur, ob quam rem turbatâ republicâ, Vetranio Mursæ, Nepotianus Romæ Imperatores facti.

SERGIO ET NIGRIANO.

Nepotiani caput pilo per Urbem circumlatum.

Vetranioni apud Naissum à Constantio Regium insigne detractum, & Magnentius Mursæ magna Reipublicæ clade superatus est.

POST CONS. SERGII ET NIGRIANI.

Gallus, qui & Constantius, Constantii patruelis, Cæsar factus.

CONSTANTIO V. ET CONSTANTIO CÆS.

CONSTANTIO VI. ET CONSTANTIO CÆS. II.

CONSTANTIO VII. ET CONSTANTIO CÆS. III.

Magnentius Lugduni in Palatio propria manu seipsum interficit, & Decentius frater ejus, quem ad tenendas Gallias Cæsarem miserat, apud Senonas laqueo vitam finiit.

Gallus Cæsar sollicitatus à Constantio patruele, cui in suspicionem ob regiam indolem venerat, in Istria occiditur.

Paulinus & Rhodanus Galliarum Episcopi in exilium ob fidem trusi.

Eusebius quoque Vercellensis Episcopus & Lucifer Calaritanæ Ecclesiæ, & Mediolanensis Ecclesiæ Dionysius Episcopus, Pancratiùsque Romanus Presbyter, & Hilarius Diaconus distantibus inter se ab Arianis & Constantio damnantur exiliis.

ARBETIANO ET LOLLIANO.

Julianus, frater Galli, Mediolani Cæsar appellatur.

CONSTANTIO VIII. ET JULIANO CÆS.

Antonius Monachus centesimo anno ætatis suæ in eremo moritur, solitus multis ad se venientibus de Paulo quodam Thebæo, miræ beatitudinis viro, plurima memorare.

Hilarius Pictaviensis Episcopus factione Saturnini Arelatensis Episcopi, reliquorumque qui cum illo erant Arianorum, in Phrygiam pulsus, libros de nostra Religione composuit.

Reliquiæ Timothei Apostoli Constantinopolim invectæ.

Sarmata, Amathas, & Macarius, discipuli Antonii, insignes habentur.

Liberius Episcopus Romanus in exilium mittitur. *

CONSTANTIO IX. ET JULIANO CÆS. II.

Ossa Andreæ Apostoli & Evangelistæ Lucæ Constantinopolim inlata.

Paulinus Treverorum Episcopus in Phrygia exulans moritur.

DATIANO ET CEREALE.

Synodus apud Ariminum & Seleuciam Isauriæ facta, in qua antiqua Patrum fides decem primùm Legatorum, dehinc omnium proditione damnata est.

EUSEBIO ET EUPATIO.

Gratianus, qui postea Imperator factus est, nascitur.

Hilarius Episcopus, cùm apud Constantinopolim librum pro se Constantio porrexisset, ad Gallias rediit.

Omnes penè Ecclesiæ toto orbe sub nomine pacis & Regis, Arianorum consortio polluuntur. †

Gallia per Hilarium Ariminensis perfidiæ dolos damnat.

CONSTANTIO X. ET JULIANO III.

Constantius Mopsocrenis inter Ciliciam Cappadociamque moritur.

Anno 361. JULIANUS XXXVIII. regnat annis duobus (*al.* anno uno) & mensibus octo.

Juliano ad Idolorum cultum converso, blanda persecutio fuit, illiciens magis quàm impellens ad sacrificandum, in quâ multi ex nostris voluntate propriâ corruerunt.

TAURO ET FLORENTIO.

Georgio

* Liberio pulso, Felix intruditur, Hosius exulat, sed se Testamento Catholicum testatus, major centenario Cordubæ obiit, an. 357. Felix anno seq. Martyrio coronatur Flav. Dexter. in Chron. Bibl. Hisp. T. II. p. 275. *Basn.*

† *Macedonianis Macedonius fuit auctor erroris, quos Græci Pneumatomachos, eo quòd Spiritui Sancto Deo confitendo repugnent. Nam de Patre & Filio rectè sentiunt quòd unius sunt ejusdemque substantiæ, sed hoc de Spiritu Sancto nolunt credere, creaturam eum esse dicentes. Quidam hos Semi-Arianos vocant, quod in hac quæstione ex parte cum illis sint, ex parte nobiscum.* L'Abbé.

(*a*) Fla-

Georgio per seditionem populi incenso, qui in loco Athanasii ab Arianis fuerat ordinatus, Athanasius rediit.

Eusebius & Lucifer Episcopi de exilio revertuntur, è quibus Lucifer, adscitis aliis duobus Confessoribus, Paulinum, Eustathii Episcopi Presbyterum, qui se nunquam hæreticorum communione polluerat, in parte Catholica Antiochiæ Episcopum facit.

Prohæresius Sophista Atheniensis, lege data, ne Christiani liberalium disciplinarum Doctores essent, cùm sibi specialiter Julianus concederet, ut Christianos doceret, Scholam sponte deseruit.

MAMERTINO ET NEVITTA.

Æmilianus ob ararum subversionem Dorostori à Vicario incenditur.

JULIANO III. ET SALUSTIO.

Ecclesia Antiochiæ clausa: & gravissima imminentis persecutionis procella Dei voluntate sopita est. Nam Julianus in Persas profectus, nostrum Diis suis post victoriam sanguinem voverat, ubi à quodam simulato perfuga ad deserta perductus, cùm fame & siti magnam partem exercitus perdidisset, occisus est.

(a) JOVIANUS XXXIX. regnavit menses VI. aliàs VIII. Anno 363.

JOVIANO ET VARRONIANO.

Synodus à Meletio & suis Antiochiæ facta: in qua, Homousio Anomæóque rejecto, medium inter hæc Homoiusion Macedonianum dogma vindicaverunt.

Post quem VALENTINIANUS, Tribunus Scutariorum, apud Nicæam Augustus appellatus, fratrem Valentem Constantinopoli in communionem regni adsumit.

VALENTINIANUS & VALENS XL. regnaverunt annis XIV. mensibus quinque. Anno 364.

VALENTINIANO ET VALENTE.

GRATIANO ET DAGALAIPHO.

Apollinaris, Laodicenus Episcopus, multimoda religionis nostræ scripta componit. Qui postmodum à fide Catholica deviavit, condens hæresim, quæ ipsius nomine nuncupatur, & cujus hic error est, ut asserat Jesum solùm carnem sine animâ suscepisse, vel animam vitalem tantùm, non etiam rationalem, quoniam ipsum Verbum vim mentis impleverat. Ipsam autem carnem non de Maria adsumptam, sed verbi aliquid in carnem fuisse conversum. (b) (c)

Procopius, qui apud Constantinopolim tyrannidem invaserat, apud Phrygiam Salutarem extinctus est, multis partium ejus cæsis atque proscriptis.

Romanæ Ecclesiæ XXXV. ordinatur Episcopus Damasus, annis XVIII.

Hoc tempore fuit secundum schisma, Ursicino Antipapa, quod, eo per collectam Romæ Synodum ejecto, duravit mensibus sex, anno Domini CCCLXIX. *Hæc ex libri margine.*

Valens ab Eudoxio, Arianorum Episcopo, baptizatus nostros persequitur.

LUPICINO ET JOVINO.

GRATIANUS, Valentiniani filius, Ambianis Imperator factus. Anno 376.

Hilarius Episcopus Pictavensis moritur.

VALENTINIANO II. ET VALENTE II.

VALENTINIANO. NOB. ET VICTORE.

VALENTINIANO III. ET VALENTE. III.

Athanaricus, Rex Gothorum, in Christianos persecutione commota plurimos interficit, & de propriis sedibus in Romanum solum expulit.

Eusebius Vercellensis Episcopus moritur.

Constantinopoli Apostolorum martyrium dedicatur.

Lucifer Calaritanus Episcopus moritur, qui cum Gregorio Episcopo Hispaniarum & Philone Libyæ, nunquam se Arianæ miscuit pravitati. Sed dum vigorem justitiæ erga correctionem eorum, qui cesserant, non relaxat, ipse à suorum communicatione descivit.

GRATIANO ET PROBO.

MODESTO ET ALINTHEO.

Didymus Alexandrinus multa de nostro dogmate per notarios commentatur, qui

(a) Flavius Dexter legit: Jovinianus, sed errat. *Basn.*

(b) Vide quæ diximus ad Epist. Chrysost. ad Cæsarium. *Basn.*

(c) *Apollinaris perversitas hoc primùm deviavit errore, ut Dominum* JESUM CHRISTUM *diceret humanam carnem sine anima suscepisse, quia vitam & regimen corpori Deitas ipsa prabuerit. Ex hoc refutatus, confessus est illi carni animam non defuisse, sed mentis officia Verbi virtute completa. Ad ultimum ipsam Christi carnem partem quandam Verbi dixit fuisse, qua naturam Divinam habuerit, non maternam.*

* Hæc

SÆC. V. ANNO 450.

qui post quintum nativitatis suæ annum luminibus orbatus, elementorum quoque ignarus fuit.

VALENTINIANO IV. ET VALENTE IV.

Eunomius, discipulus Aëtii, Constantinopoli agnoscitur, à quo hæresis Eunomiana, quæ Filium Patri non consubstantialem dicit esse, sed similem. Cujus error est dissimilem adserere Patri Filium, & Filio Spiritum Sanctum.

GRATIANO III. ET EQUITIO.

POST CONS. GRATIANI ET EQUITII.

Quia superiore anno Sarmatæ Pannonias vastaverunt, iidem Consules permansere.

Post Auxentii feram mortem, Mediolani Ambrosio Episcopo constituto, omnis ad fidem rectam Italia convertitur.

Aquilegienses Clerici quasi chorus beatorum habentur.

Valentinianus subita sanguinis eruptione, quæ Græcè apoplexia vocatur, Brigitione moritur.

Post quem GRATIANUS, adsumpto in imperium VALENTINIANO, fratre cum patruo Valente regnat.

Valens legem dedit, ut Monachi militarent, nolentes fustibus necarentur.

VALENTE V. ET VALENTINIANO.

Photinus in Galatia moritur, à quo Photinianum dogma inductum, Paulo Samosateno & Artemone, de quibus supra dictum est, conceptum auctoribus.

GRATIANO IV. ET MEROBAUDE.

Alamannorum multa millia apud Argentariam oppidum Galliarum ab exercitu Gratiani cæsa. *

Gens Hunnorum Gothos vastat, qui à Romanis sine armorum depositione suscepti rebellant.

VALENTE VI. ET VALENTINIANO II.

Superatis Romanis Gothi funduntur in Thracia.

Valens de Antiochia exire compulsus fera pœnitentia nostros de exilio revocat.

Lacrymabile bellum in Thracia, in quo, deserente Equitum præsidio, Romanæ legiones usque ad internecionem à Gothis cæsæ sunt. Ipse autem Valens, cùm sagitta saucius fugeret, & ad dolorem nimium sæpe equo laberetur ad cujusdam villæ casam Anno 278. deportatus est. Qua persequentibus barbaris incensa cum eodem domo, sepultura quoque caruit. (a)

* Hæc clades referenda ad ann. Constantii 20. ductuque *Juliani* Alemannis est illata.

(a) Ad eum festinabat Gratianus è Galliis, Valenti opem laturus, præmisso jam Richomere cum Trajano & Profuturo Ducibus; sed auxiliares turmas non expectavit Valens; qui post v. Idus, hoc est die 28. Augusti anni 378, nusquam apparuit. *Basn.*



PROSPERI

PROSPERI AQUITANICI CHRONICORUM PARS ALTERA EX CANISIO.

Huc usque Hieronymus Presbyter ordinem præcedentium digessit annorum. Nos quæ secuta sunt adjicere curavimus.

Igitur Valente à Gothis in Thracia concremato, Gratianus cum fratre Valentiniano XLI. regnavit annis VI. Anno 379.

AUSONIO ET OLYBRIO COSS.

Gratianus post mortem patrui Theodosii, Theodosium filium in consortium assumit Imperii, & ei regnum tradidit Orientis. (Theodosius summa fœlicitate multis atque ingentibus præliis Gothos superat & è Thracia pellit. Longobardi ab extremis Germaniæ finibus, Oceanique protinus littore, Scandiaque Insula, magna multitudine egressi & novarum sedium avidi, Iborea & Ajone Ducibus, Vandalos primùm vicerunt. Sempronius vir apprimè eruditus agnoscitur.) Ea tempestate * Priscianus Episcopus de Galatia ex Manichæorum & Gnosticorum dogmate hæresim nominis sui condidit.

Hæc desunt in Labbeo.

* *Leg. Priscillianus* Episcopus de Gallæcia.

GRATIANO V. ET THEODOSIO. Anno 380.

Pro catholica fide multa sublimiter Ambrosius scribit. (Theodosius cùm Thessalonicæ ægrotaret, à Basilio, ejusdem civitatis Episcopo, Baptisma suscepit. Procurante Gratiano, eò quòd Theodosius ægrotaret, pax firmatur cum Gothis. (*a*) Synodus Patrum CLXXX. apud Constantinopolim celebrata est contra Macedonium, Spiritum Sanctum Deum esse negantem.)

Desunt ap. Lab.

* EVAGRIO ET ELEUTHERIO COSS.

Martinus, Episcopus Turonorum, Galliæ civitatis, multis clarus habetur. (Gregorius Nazianzenus vir sua ætate eloquentissimus, & Hieronymi Præceptor obiit. (*b*)

* *Al Syagrio & Eucherio*: & sic legendum.

(*a*) Concilium Constantinopolitanum convocatum est Mense Majo anni 381. *Basn.*

(*b*) In Labbeano Prosperi Chronico hic legitur: *Finis Cycli quarti & exordium quinti.* Hunc Cyclum, quem quintum Prosper appellat, cæteris præferebat *Bucherius.* Quippe arbitratus est Ecclesiam Romanam tunc calculos suos emendasse & hunc castigatum Laterculo Theophili opposuisse. Tantoque Latinorum plausu exceptus est, ut *Romana Supputatio* appellari meruerit. I. ab anno 382. & consulatu Syagrii cæpisse, nemo est qui dubitare possit. Non enim fit verisimile Prosperum, qui illis temporibus vixit, ignorasse caput Cycli Latinorum. Deinde vero *Paschasinus*, Antistes Lilybæus, in sua ad *Leonem* Papam Epistolâ à consulatu Syagrii & initio Cycli ad Paschatis Festum anni 444. recensebat annos 63. At is numerus ab anno 382. effluxit, si extrema excludantur. II. Ad cœlestes hujus sæculi Lunas aptatus esse debuit ille Cyclus, quippe tam Prosper quam Paschasinus ætatis suæ Lunas, quas sensibus usurpabant, ignorare non potuerunt. Hæc equidem Bucherius; Sed levi, ni fallor, conjectura. Concedam facile, Cyclum illum quintum cœpisse anno 382. ut priores inceperant annis 130. 214. & 298. sed qua ratione probabitur quintum cæteris fuisse castigatiorem? Si cœlestes Lunas, quæ sensibus usurpabantur, non ignoravit Prosper, cur illos inventores priorum Cyclorum latuerunt? Eadem Lunæ facies prioribus Ecclesiæ sæculis ac sequentibus, idem Siderum motus. Nec patet in Astronomia peritiores fuisse Latinos sæculo quarto desinente, quam secundo vel tertio. Diffidebat ipse Prosper calculo ætate sua recepto, animadvertens tanquam aliquod singulare, quod Consulatu XVIII. Theodosii & Albani, hoc anno *Pascha* IX. *Cal. Maias celebratum est, nec erratum sit: quia inde* XI. *Cal. Maiarum dies passionis fuit, ob cujus reverentiam Natalis urbis Romæ sine Circensibus transiit.* Quippe Palilia incidebant in 21. Aprilis, qui fuit hoc anno dies Veneris, & Pascha celebrabatur 23. ejusdem mensis; sed observat Prosper tanquam aliquid singulare, *hoc anno non erratum* fuisse circa *diem Paschatis*, quia fuerunt scilicet adhuc errores frequentissimi annis præteritis, & cum nemo Cyclum emendasset intercalatione horarum & minutorum deficientium. Non igitur prioribus emendatior fuit hic Cyclus, quem nemo satis accurate castigaverat. Ideo *Cyrillus* anno 437. Cyclum suum inchoaturus, Latinos adhuc reprehendit, opponens ipsis Cyclum Theophili, qui veritate subnixus semper perseverabat. Denique in eo fallitur Bucherius, quod hunc Cyclum Prospero tribuat, cum illum, ut priores, ab aliis sit mutuatus: Vixit enim Author Chronici circa medium sæculi quinti. Nec Cyclum quem fecerat, sed quem ab alio mutuatus erat, notavit. Deficiebant igitur aliquatenus omnes illi Cycli Latinorum, & medicam manum à peritioribus Astronomis expectabant. *Basn.*

Sæc. V.
Anno 460.

ANTONIO ET * SYAGRIO COSS.

Athanaricus, Rex Gothorum, apud Constantinopolim XV. quo fuerat susceptus die † occiditur.

* MEROBAUDE II. ET SATURNINO.

Arcadius, Theodosii Imperatoris filius, Augustus appellatur. (Petronius Bononiensis Episcopus, vir studiis & sanctitate clarus, moritur.)

† RICIMERE ET CLEARCHO COSS.

Honorius Theodosii filius, nascitur. Romanæ Ecclesiæ post Damasum (*c*) Ursinus XXXVI. præfuit. (*d*) In Britannia per seditionem militum Maximus Imperator est factus, quo mox ad Gallias transfretante, Gratianus Parisiis, Merobaudis, Magistri militum proditione superatus, & fugiens Lugduni (*e*) captus atque occisus est. Maximus Victorem filium suum Cæsarem consortem regni facit. Valentinianus cum Theodosio XLII. Romanorum regnavit annis VII.

ARCADIO ET BAUTONE COSS.

Hoc tempore Hieron. Presbyter toto jam mundo clarus habitat in Bethleem, egregio ingenio, & studio universali Ecclesiæ serviens. Priscillianus in Synodo Burdegalensi se damnandum intelligens, ad Imperatorem Maximum provocavit, auditusque Treviris ab Evodio Præfecto prætorio, (à (*f*) Maximo) gladio addictus est cum Eucrocia, Delphidii Rhetoris conjuge, & Latroniano aliisque erroris consortibus.

* Al. Evagrio. † lego: occidit, vel: obiit. teste Marcellino, Ammiano lib. 27. Zosimo lib. 4. Themistio. orat. 6. Orosio lib. 7. c. 34. Cassiodoro & aliis. * Al Nicomede. † Al Syricius.

HONORIO NOB. ET EVODIO COSS.

Burdegalæ quædam Priscilliani discipula, nomine Urbica, (*g*) ob impietatis pertinaciam per seditionem vulgi lapidibus extincta est.

VALENTINIANO III. ET EUTROPIO COSS.

THEODOSIO II. ET CYNEGIO COSS.

Maximus tyrannus (*h*) à Valentiniano & Theodosio Imperatoribus in tertio ab Aquileïa lapide spoliatus indumentis regiis, sistitur, & capite damnatur, cujus filius Victor ab Arbogaste interfectus in Galliis.

TIMASIO ET PROMOTO COSS.

Ithacius & Ursacius Episcopi ob necem Priscilliani, cujus accusatores fuerant, Ecclesiæ communione privantur. (*i*) (Longobardi eorum ducibus defunctis, primum sibi Regem creaverunt Algelmundum Aionis filium, qui regnavit annis XXXIII.)

VALENTINIANO IV. ET † NEOTERIO COSS.

† Al. Necteorio.

Anno 390. (Signum in Cœlo, quasi columna pendens ardénsque per dies XXX. apparuit. Theodosius venerabile Joannis Baptistæ caput ex vico Coslai Constantinopolim deportans septimo ab urbe lapide in Basilica, quam magno sumptu in ejus honorem erexerat, recondit.) (*k*)

TITIA-

(*c*) Mendose scriptum *Ursinus*: fuit enim *Siricius* Papa, qui hoc anno *Damaso*, mense Decembri mortuo, successit, ut habet Labbæanus Codex, ejus initia tamen in sequentem annum rejicit *Papebrochius*. Basn.

(*d*) In Britannia seditione militum creatum Imperatorem fuisse scribit Prosper. Anno igitur 384. assignat illam seditionem factam à militibus, ut Maximum ad fastigium imperii veherent. Sed evenerat illa commotio sive plebis sive militum anno præterito, *Merobaude & Saturnino* Consulibus. *Chronicon Saxonicum* ad annum CCCLXXXI. *Hoc anno Maximus Imperator potitus est imperio. Is in Britannia natus est, atque inde contendit in Galliam.* Describebat, ni fallor, *Socratem* narrantem: *Illis fere temporibus quibus hæc Concilia Constantinopoli celebrabantur, Maximus ex Insula Britannia imperium invasit.* ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους &c. μάξιμος ἐκ τῶν περὶ τὰς βρεττανίας μερῶν, ἐπανέστη τῇ ῥωμαίων ἀρχῇ. Socratem sibi testem adducebat *Baronius* probaturus *Maximum* esse in Britannia natum. Socratis mentem explicavit *Valesius* reddens: *Maximus ex Britanniæ partibus profectus*; Sed vox illa deest in Græco. Adjiciebam olim, Maximum se venditasse ex Helenæ, Constantini Matris, familia ortum. At quid Helenæ generis cum Hispanis? Monuit ergo me doctissimus *Cuperus*, cui hæc familiariter scripseram, errare autorem Chronici Saxonici, orationem Maximi fabulis esse referam, optimeque Valesium interpretari Socratem, cum asserit Maximum ex Britanniæ partibus profectum esse. Et revera *Zosimus* ipsum *Iberum* appellat. Et ex Hispania cum Theodosio militaturus in Angliam advenerat, unde *exsul* appellatur; Rescribebat autem eruditissimus *Cuperus*, non *seditione militum*, ut hic Prosper, sed *Insulanorum motu*, Maximum fuisse creatum Imperatorem, quippe Latinus Pacatus narrat, id factum à *paucis Insulanis & exulibus orbis.* Illi Insulani & exules fuerunt procul dubio Britanni, *& toto seclusos orbe Britannos.* Deinde asserit id evenisse *legionibus insciis.* Queritur denique de perfidiâ ducum & defectione legionum. Rem aliter quidem refert *Zosimus.* Asserit enim Maximum milites ad odium Imperatoris excitasse, eo quod Alanos transfugas militum numero susceperat & muneribus cohonestabat; sed ea facile componi possunt, quippe Insulani primo commoti fuere, deinde milites ea ratione adversus *Theodosium* commovit, ut Plebis in eum studia promoverent. *Basn.*

(*e*) Lugduni cæsum fuisse *Gratianum* testatur *Hieronymus* coævus: *Gratianus* ab exercitu suo proditus & ab obviis urbibus non receptus, ludibrio fuit hosti *cruentataque manus vestigia parietes sui Lugduni testantur.* Oratorio plane stylo hæc refert *Hieronymus*, ut solet. Rem ut evenerat, narrat *Socrates*, summamque Andragathii perfidiam, is enim *Maximi* comes satellitibus suis præcepit, ut ubique divulgarent, Imperatoris uxorem in lectica muliebri, quæ à mulis portabatur, vehi. Juxta Urbem Galliæ *Lugdunum* occurrit Imperatori fluvium transeunti. Ille uxorem suam esse credens dolum minime præcavit, *Andragathius* vero repente è vehiculo *prosiliens Gratianum peremit.* Rejicienda igitur *Zosimi* narratio, qui diversa prorsus habet, vult enim Mauros equites ab Imperatore discessisse, ab iisque conclamatum *Maximum Augustum*; deinde cæteros paulatim ad ejus partes transiisse, quod cum videret *Gratianus*, fugisse versus Alpes: *Andragathium*, è Ponto Euxino natum, ipsi peramicum, ut videbatur, cum equis laborum tolerantissimis Imperatoris pressisse vestigia, eumque *Sigiduni* pontem transiturum occidisse: *Sigidunum* autem, urbs Moesiæ superioris, quantum à *Lugduno* distet, nemo nescit. *Basn.*

(*f*) Deest apud Labbeum nomen Maximi. *Basn.*

(*g*) Apud Labbeum supplicium *Urbicæ* non hoc anno, sed præcedenti ponitur. *Basn.*

(*h*) Post mortem infandam *Gratiani*, *Valentinianus* metu perculsus pacem cum eo spoponderat. *Theodosius* ipse Legatis acceptis imagines ejus, tanquam in imperio collegæ, per Ægyptum deferri jusserat. Ea tamen mente, ut ubi sese offerret occasio, vindictam ob usurpatum imperium repeteret, quod factum anno 388. ejus ducibus ad Savum fluvium debellatis, ipso vero ad *Aquileiam* profligato. *Basn.*

(*i*) Hæc desunt apud Labbeum. *Basn.*

(*k*) Hæc desiderantur apud Labbeum, nihilque memoratur sub Valentiniani IV. nec sub sequenti Titiani & Simmachi consulatu. *Basn.*

(*a*) Hæc

TITIANO ET SYMMACHO COSS.

Eugenius favore Arbogastis confisus imperium sibimet usurpavit.

ARCADIO II. ET RUFINO COSS.

Valentinianus ad vitæ fastidium nimia Arbogastis, Magistri militum, austeritate ductus, laqueo apud Viennam periit. Arbogastes, Magister exercitus, mortuo Valentiniano, cujus exitu gravabatur, Eugenium in Galliis imperare facit. Theodosius XLIII. Romanorum, cùm jam per XIV. regnarat annos, regnat cum Arcadio & Honorio filiis annis III.

THEODOSIO III. ET HABUNDANTIO COSS.

Honorium pater suus Theodosius in eodem loco, quo fratrem ejus Arcadium Cæsarem fecerat, Principem constituit, XVII. ab urbe milliario, cùm hora tertia tenebræ factæ sunt.

ARCADIO III. ET HONORIO II. COSS.

Joannes Monachus anachoreta clarus habetur, qui ornatus prophetiæ gratia Theodosium consulentem de eventu belli, quod adversus Eugenium movebat, victorem futurum prædixit.

OLYBRIO ET PROBINO. COSS.

Theodosius Eugenium vincit & perimit. Augustinus, beati Ambrosii discipulus, multa facundia doctrinaque excellens, Hippone regione Africæ Episcopus ordinatur. Hoc tempore Claudianus poëta innotuit. Theodosius Imperator Mediolani moritur. Arcadius XLIIII. Romanorum, cum jam regnasset annis XII. regnat cum fratre Honorio annos XIII. An. 395.

ARCADIO IV. ET HONORIO III. COSS.

Terræ motus per dies (a) plurimos fuit, cœlumque ardere visum est. Orosius, Hispanus Presbyter, vir eloquens & Historiarum cognitor claret.

CÆSARIO ET ATTICO COSS.

Flacilla nata est Arcadio filia. Evagrius, incredibilis abstinentiæ monachus, & in sacris literis eruditus, apud Ægyptios habetur insignis.

MALLIO THEODORO COS.

Cum hoc consulatum inierat Eutropius Eunuchus, qui mox honore & vita exutus est.

HONORIO IV. ET EUTYCHIANO COSS.

Anastasius XXXVII. Romanæ Ecclesiæ Episcopatum tenet annos III. dies XXI. (b)

STILICONE ET AURELIANO COSS.

Gothi Italiam Halarico & Rhadagaiso ducibus ingressi. (c) An. 400.

VINCENTIO ET FRAVITTA COSS.

Joannes Constantinopolitanus & Theophilus Alexandrinus illustres Episcopi habentur; sed utrumque obscuravit discordia, quæ eousque processit, ut Joannes à Theophilo oppressus Pontum exilio pergere cogeretur; cùm tamen communionem ejus maxima pars Episcoporum, Romani Pontificis exemplum secuta, servaverit.

ARCADIO V. ET HONORIO V. COSS.

Adversus (d) Gothos vehementer utriusque potentiæ partis clade pugnatum est. Innocentius XXXVIII. Romanæ Ecclesiæ præest Episcopus annis XV. mensibus II. diebus XXII.

THEO-

(a) Hæc quæ Consulibus Arcadio IV. &c. dein anno sequenti Cæsario evenerunt, omittuntur in Chronico Labbeano. *Basn.*

(b) Post Honorii IV. Cons. reponitur Mallio apud Labbeum. *Basn.*

(c) Errat Prosper, quippe *Alaricus* & *Radagaisus* alternis vicibus Italiam sunt ingressi, alterque jam fugerat, à *Stilicone* profligatus, cum eandem iterato impetu tentavit *Radagaisus*. Advenerat in Italiam *Alaricus* anno 400. ut bene Prosper, & biennio post deletus est à *Stilicone*. De Radagaiso verò sic *Isiodorus æra* 443. *Anno Imperii Honorii & Arcadii* X. *Rex Radagaisus, Genere Scytha, cultu Idololatriæ deditus Barbaricæ immanitatis, ferocitate sævissimus, cum ducentis armatorum millibus Italiæ partes vehementi vastatione aggreditur, cujus exercitus à Stilicone Duce Romano in montuosis Tusciæ locis circumclusus, fame potius quam ferro consumptus est, ipse postremum Rex captus & interfectus est.* Habes hic annum quo ingressus Iraliam *Radagaisus*, nempe æræ Hispanicæ 443. qui incidit in annum æræ vulgaris 404. Nec objicias, hunc annum conciliare Isiodorum cum anno x. Honorii, qui fuit æræ vulgaris 403. quippe fallitur sæpius Isidorus, non quidem in computanda æra Hispanica; sed in ea concilianda cum annis Imperatorum, ut optime notavit *Pagius*. Emendandus igitur Prosper circa annum, quo Italiam vastare cœpit Radagaisus; sed ipsi credere debemus in anno stragis & mortis, quas ad annum 405. refert. *Basn.*

(d) Quinque sunt hic notanda. Primò reponenda est *Pollentia*, cujus loco apud Canisium legitur *potentia*. Ibi enim pugnatum est à *Stilichone*, cujus victoriam cecinit *Claudianus*;

O celebranda mihi cunctis Pollentia sæclis.

Fuit Urbs illa *Liguriæ* ad Tanarum sita. Secundò nititur hoc Prosperi Testimonio *Baronius*, ut probet *Anastasium Pontificem* ad anni 402. mensem Aprilem, ejusque diem 27. vitam produxisse, quod reprehendit *Pagius*. Quippe vult obiisse *Anastasium* die 14. Decembris anni 401. Septem post dies *Innocentium* adiisse Pontificatum, Prosperumque & Marcellinum errare, qui hoc anno *Innocentii* Pontificatus initia assignent. Sed vereor ne erret Criticus ille celeberrimus, dum scrupulose nimis dies computat, nititurque nimia cum fiducia catalogis Pontificum aut similibus monumentis, quorum diversitas falsitatem aut novitatem probat, quippe qui catalogos circa dies, menses imo & annos voluerit componere, incassum labora-

SÆC. V. ANNO 400.

THEODOSIO AUGUSTO ET * RUMORIDO COSS.

Eudoxiæ, Arcadii uxoris, ſtatua ſuper porphyreticam columnam poſita eſt.

HONORIO VI. ET ARISTENETO COSS.

† Eudoxia uxor Arcadii diem clauſit.

* *Al. Rimoridio.* malè.

† Ann. 404.

STILICONE II. ET ANTHEMIO COSS.

Rhadagaiſus in Thuſcia multis Gothorum millibus cæſis, ducente exercitum Stilicone, ſuperatus & captus eſt. (*a*)

ARCADIO VI. ET PROBO COSS.

Vandali & Alani Gallias, trajecto Rheno, pridie Kal. Januarias ingreſſi.

HONORIO VII. ET THEODOSIO II. COSS.

Conſtantinus (*b*) ex infima militia, ob ſolam ſpeciem nominis) in Britannia tyrannus exoritur, & ad Gallias tranſit.

BASSO ET PHILIPPO COSS.

Arcadius Imperator Conſtantinopoli moritur. Honorius cum Theodoſio, fratris filio, XLV. Romanorum regnavit annis XVI.

HONORIO VIII. ET THEODOSIO III. COSS.

An. 410.

(*c*) Vandali Hiſpanias occupaverunt. Attalus Romæ Imperator factus, qui mox privatus regno Gothis ceſſit. (*d*)

† FLAVIO VARRONE CONS.

† *Al. vitioſe Fl. Varrone & Tertullo Conſulibus.* Rectius: *Flavio Varane* V.C. hoc eſt, viro clariſſimo, conſule Labbe, apud quem deſunt hæc verba: *Roma Orbis quondam victrix.* Baſn.

Roma, Orbis quondam victrix, à Gothis, Halarico duce, capta, & ob hoc ſolus fuit Orientalium partium Conſul, quod & ſequenti anno obſervatum eſt.

THEODOSII AUGUSTI IIII. CONSULATU.

Conſtantinus per Honorii duces, Conſtantium & Ulſulam, apud Arelatenſe Oppidum victus & captus eſt, cujus filium Conſtantem in Hiſpania regnare orſum Gerontius Comes, in Maximum quendam tyrannidem transferens, interemerat.

HONORIO IX. ET THEODOSIO V. COSS.

Maximo in Hiſpania, regno ablato, vita eſt conceſſa; eò quòd modeſtia humilitatis affectati imperii invidiam non merebatur. Gothi, Rege Athaulpho, Gallias ingreſſi. Eodem tempore Heros, vir ſanctus, & B. Martini diſcipulus, cum Arelatenſi oppido Epiſcopus præſideret, à populo ipſius civitatis inſons, & nullis inſimulationibus obnoxius pulſus eſt, inque ejus locum Patroclus ordinatur, amicus & familiaris Conſtantii, magiſtri militum, cujus per ipſum gratia quærebatur, eaque res inter Epiſcopos regionis illius magnarum diſcordiarum cauſſa fuit.

LUCIANO Viro clariſſimo Conſule.

Hujus Collega in Conſulatu fuit Heraclianus, qui novarum in Africa rerum reus & honorem amiſit & vitam. Burgundiones partem Galliæ proquinquantem Rheno obtinuerunt. (*e*) Jovius & Sebaſtianus fratres in Galliis regno accepto interempti. Hac tempeſtate Pelagius Brito dogma nominis ſui contra gratiam Chriſti, Cæleſtino & Juliano

An. 411. & 413.

laboraverit, oleumque & operam perdiderit. Nos Proſperi veſtigiis inhærentes credimus *Anaſtaſium* ſedem occupaſſe annos III. dies XXI. ita ut die natali Chriſti XXV. Decembris anni 401. obierit, ut bene Proſper. *Innocentius* vero Pontifex fuit ordinatus menſe Januario anni 402. cumque ſedem tenuerit annos XV. *Menſes duos & dies* XXI. diem ſuum claudere debuit menſe Martio deſinente anni 417. *Tertio* obſervandum apud Labbeum aſſignari tantum annos XIV. *Innocentio Primo*, demptis diebus & menſibus. Ibi procul dubio mendum irrepſit, amanuenſis incuriâ. Nec mirandum, ſi enim conſulas pleroſque Pontificum catalogos, quos Criticæ ſuæ fronti appoſuit Pagius, ibi ſæpius reperias gravius peccaſſe, qui tantum XII. annos illi tribuunt. *Quartò* animadvertendum eſt, deeſſe in Chronico Labbeano omnia quæ hic narrantur ſub conſulatu tum Theodoſii, tum Honorii ſeptimo uſque ad hæc verba *Rhadagaiſus* &c. *Quinto* denique, hoc anno *Theodoſius Junior* ab *Arcadio* creatus eſt Auguſtus, & anno ſequenti Conſul factus eſt, ſecundum morem uſitatum. *Baſn.*

(*a*) Male igitur Baronius in annum ſequentem rejicit. *Baſn.*

(*b*) Hæc verba deſiderantur apud Labbeum. Et quidem mihi deſumpta videntur ex *Beda*, & hic aliena manu repoſita; ſic enim ille: *Apud Britannias Gratianus municeps tyrannus creatur & occiditur. Hujus loco Conſtantinus ex infima militia, propter ſolam ſpem nominis, & ſine merito virtutis, eligitur.* Occurrunt hic eadem verba, & emendari debet Proſperi Textus. Non enim propter *ſpeciem*, ſed *ſpem* nominis, *Conſtantini* ſcilicet, electus eſt; fauſtum enim felixque nomen illud autumabant rebelles, propter *Conſtantinum Magnum.* Aliud etiam animadvertendum, quippe non hoc anno, ut Proſper narrat, ſed ſequenti in Galliam transmeavit, ibique Aquitanos præſertim in partes ſuas adduxit, filium in Hiſpaniam miſit, qui debellatis *Veterano* & *Didymo* Ducibus, eos ad patrem adduxit, quo imperante necati ſunt. *Baſn.*

(*c*) *Vandalos* ideo dictos tuetur *Grotius*, quia certis ſedibus aſtricti non erant, ſed vagi palabundique errabant, ideóque credit pleroſque Barbaros, qui tunc temporis in diverſas Imperii Romani Provincias irruperunt, *Vandalos* fuiſſe dictos. Nititur *Grotius* Etymologia nominis apud Germanos notiſſimâ. Et quidem prima hæc potuit eſſe ratio, qua multæ gentes, propriis ſedibus relictis, in alias tranſeuntes *Vandalorum* nomine indicantur; ſed forſan alia fuit etiam cauſa, quæ poſterioribus ſæculis ſaltem invaluit, nempe ferocitas morum his gentibus communis. Differebant quidem Religione *Hunni*, *Pagani* & *Vandali* Ariani; ſed eodem animo, ferro & igne provincias, quas ingrediebantur, vaſtabant. *Baſn.*

(*d*) Labbé habet *cohæſit*. Sed Caniſiana lectio præferri debet. Quippe ſic *Oroſius* de Attalo: *In hoc Alaricus Imperatore, facto, infecto, refecto ac defecto, citius his omnibus actis pene quam dictis, primum riſit, & ludum ſpectavit imperii.* Quippe *Gothi Attalum unâ die tanquam Imperatorem fecerunt procedere; altera vero ſervi ſchemate miniſtrare.* Oroſ. L. 7. c. 1. 42.

Monendum eſt hoc anno 409. tribui conſulatum *Conſtantino*. Viderat magnus *Scaliger* Epitaphium *Euſebiæ*, inſculptum lapidi, qui Auguſtæ Trevirorum ſervabatur, ex quo probabatur, *Honorium* & *Conſtantinum* fuiſſe Conſules anno 409. quo illa obierat, Quæro, inquit Scaliger, quis ſit *iſte Conſtantinus, Honorii collega in* VII. *Conſulatu? Scio in promptu eſſe commune & uſitatum perfugium, illum Conſtantinum fuiſſe ſuffectum, mihi vero ita non videtur.* De Em. Temp. L. v. p. 516. Facile nodus ſolvitur: In Galliis ſe Conſulem dixit & fecit *Conſtantinus* Tyrannus, qui tunc ibi dominabatur, ſed ejus nomen non appoſitum eſt in monumentis publicis, quæ ſequebatur Proſper. *Baſn.*

(*e*) Primò, legendum *Lucio Conſule*: ſecundò, *Jovinus* non *Jovius* vel *Jovinius*, ut ferunt Antiqui; quippe *Jovinus* fuit nomen Tyranni, qui *Moguntiæ* anno 411. Imperator factus

no auditoribus exeruit, multoſque in ſuum trahit errorem, prædicans unumquemque ad juſtitiam voluntate propria regi, tantúmque accipere gratiæ quantum meruit: quia Adæ peccatum ipſum ſolum læſerit, nec poſteros ejus obſtrinxerit. Unde & volentibus poſſibile ſit omni carere peccato, omneſque parvulos tam inſontes naſci, quàm primus homo ante prævaricationem fuit, & ideo baptizandos, non ut peccato exuantur, ſed ſacramento adoptionis honorentur. Sæc. V. Anno 460.

CONSTANTINO VERO CONSULE. (*a*)

Attalus Gothorum conſilio & præſidio tyrannidem reſumit in Galliis.

HONORIO X. ET THEODOSIO VI. COSS.

Attalus à Gothis ad Hiſpanias migrantibus neglectus, & præſidio carens capitur, & Conſtantio Patricio vivus offertur. Athaulphus à quodam ſuorum vulneratus, interiit, regnumque ejus Vuallia (*b*) parentis, qui idem cupere intelligebatur, invaſit. An. 415.

THEODOSIO VII. ET PALLADIO COSS.

Placidiam, Theodoſii Imperatoris filiam, quam Romæ Gothi ceperant, quamque Athaulphus conjugem habuerat, Vuallia, pacem Honorii expetens, reddidit, ejuſque nuptias Conſtantius promeretur. Zoſimus XXXIX. Romanæ Eccleſiæ Epiſcopatum ſuſcipit anno uno, (*c*) menſibus IX. diebus VIII. Quo tempore Pelagius jam à Pontifice Innocentio prædamnatus, ei Afrorum vigore & maximè Auguſtini Epiſcopi ſcientia reſiſtebatur.

HONORIO XI. ET CONSTANTIO II. COSS.

Honorius triumphans Romam ingreditur, præeunte currum ejus Attalo, quem Lyparæ vivere exulem juſſit.

HONORIO XII. ET THEODOSIO VIII. COSS.

(*d*) Hoc tempore Conſtantius ſervus Chriſti ex vicario Romæ habitans, & pro gratia Dei Pelagianis reſiſtens, factione eorum, multa pertulit, quæ illum ſanctis Confeſſoribus ſociaverunt.

Concilio apud Carthaginem habito CCXVII. Epiſcoporum (*e*) ad Pontificem Zoſimum Synodalia decreta perlata, quibus probatis, per totum mundum hæreſis Pelagiana * *Al. à Pontifice Zoſimo ſ. d. ſunt perlata.*

factus eſt, & fratrem *Sebaſtianum* Collegam in imperio ſibi fecit. Tertiò diſtinguenda ſunt tempora, neque enim eodem anno ac imperium uſurpavit, necatus eſt *Jovinus* & *Sebaſtianus*: Sed ipſi in Gallias tranſiverunt; ibi *Ataulſi* proditione in Honorii manus incidentes *Lucio Conſule* h. e. anno 413. pœnam capitis dederunt. Sed plura inferius in *Chronico Imperatorio*. Baſn.

(*a*) Conſtantio Viro clariſſ. Conſule. *Labbe.*

(*b*) Peremptis qui idem cupere intelligebant. *Labbe.*

(*c*) Annis tribus, quo tempore Pelagianis à Pontifice Innoc. prædamnatis Afrorum &c. Labbe. Peccatur in utroque Exemplari in aſſignandis annis *Zoſimi*; quippe conſtat *Innocentium* Primum Pontificem obiiſſe die duodecimo Martii, anni Chriſti 417. Vacavit ſedes tantum ſex diebus, & die decima octava Martii, quæ fuit Dominica, ordinatus eſt *Zoſimus*, qui jam Pontifex Paſchale Feſtum celebravit. Erravit ergo Proſper, qui anno 419. hujus Pontificis aſſignat initia. Sed multo deterius peccatur in Labbeano codice, in quo tres anni dantur *Zoſimo*; quippe obiit anno 417. ſedemque occupavit *annum unum menſes novem*, obiit ſcilicet ille menſe Decembri. De dierum numero controvertitur, codices enim aliquot, ut Caniſianus VIII. dies, alii novem aſſignant & quidem melius, cum *Zoſimus* diem ſuum clauſerit. XXVI. Decembris. *Baſn.*

(*d*) Proſperum erraſſe putat *Garnerius*, Præf. & Not. in Mar. Merc. quod aſſerit Conſtantium à Pelagianis paſſum Romæ an. 418. cum tamen ille ſanctus Laicus contra Pelagianos *ſine Scriptura* rem geſſerit, priuſquam vel *Hieronymus* vel *Auguſtinus* Scriptis pugnarent; pugnarunt vero jam ſancti Doctores inde ab anno 412. Levi ſane conjecturâ, quippe potuit Conſtantius Laicus in Pelagianos primus inſurgere ante annum 412. & multa pati ab iis anno 418. ita ut per ſexennium duraverit pugna, quâ Confeſſoris titulum obtinuit. Non igitur eo argumento derogari potuit fides Proſpero. Hunc Conſtantium *Ex-vicarium* dicit Garnerius, hoc eſt Ruſticanum; ſed fallitur, quippe Romæ degebat Conſtantius, Italiæ præfectorum aſſeſſor, ut notavit *Palladius* in Hiſtoria Lauſiaca. Hoc potius ex Garnerio debet obſervari, tres hæreſes hoc ſæculo natas, non ab Eccleſiaſticis, ſed à Laicis primum fuiſſe profligatas. Primus pugnavit adverſus *Pelagianos* Conſtantius. Proſper & Hilarius, Laici, adverſus *Semipelagianos*; & Euſebius, tunc temporis Scholaſticus, qui obteſtationem ſuam contra *Neſtorianos* errores ad valvas Eccleſiæ affixit, eorumque venenum revelavit *Baſn.*

(*e*) Vexatiſſimus eſt hic locus: Primò, ut majorem *Zoſimo* concilient autoritatem, quidam legendum putavit: *à Pontifice Zoſimo Synodalia decreta ſunt prolata, quibus probatis, per totum mundum Hæreſis Pelagiana damnata eſt.* Fatetur Garnerius, hæc verba aliquam *vim pati*, vel potius inferre, genuinæ Proſperi ſententiæ; ſed tuetur ea cum vera rerum Hiſtoria cohærere. At non licet verba pro libitu immutare. Eadem leguntur in *Chronico Hieronymi*, nec *Sicardus* ea depravandi ullam habuit rationem, quippe ea cum Hiſtoriæ veritate facile conciliabuntur. Textus emendari tantum debet circa numerum Epiſcoporum in Concilio congregatorum, quippe non 217. ſed 214. tantum fuerunt, ut ferebat Labbeanus codex. Secundo, ſuſpicione laborat Proſper apud Theologos, utpote qui & Patribus Africanis ſupremas in damnatione Pelagianorum tribuat partes; cum *Zoſimo* Pontifici potius debeantur. Degebat hoc anno 418. Ravennæ Imperator *Honorius*, ibi Reſcriptum edidit, quo Pelagiani Roma exulare jubebantur. Datum illud Reſcriptum die 30. Aprilis, ſeu pridie Cal. Majas. Quæritur, an id fuerit actum auctoritate *Zoſimi*, an *Concilii Africani*, cujus decreta ad *Zoſimum* pervenerant, ab eoque fuerant probata. Poſterius confirmat Proſper; ſed obſtare videtur tum reverentia erga Pontificem, tum tempus *Concilii Carthaginenſis*; Cum enim congregatum fuerit 21. Martii, & ad Calendas Maias fere prorogatum, non potuerunt ejus litteræ Romam nec Ravennam pervenire, antequam Imperator legem ſuam adverſus Pelagianos ſanxiſſet. Ut Proſper ab omni ſuſpicione vel erroris, vel nimii erga Africanos ſtudii liberetur, obſervari debet, non unam, ſed binas hoc anno habitas in Africa Synodos circa Pelagianorum cauſam, quarum prior convocata fuit poſt Natalitia Chriſti, urgebat enim res: Ea vero Synodus aliam indixit ad 21. Martii, quo tempore Legatum ab eâ miſſum Româ reverſurum ſperabatur cum reſponſis *Zoſimi*. Id probat ipſe Proſper, apud quem legebatur olim poſt hæc verba: *Placidiæ filius* naſcitur v. Nonas Julias: *Carthaginis Concilium contra Pelagianos.* Poſtremas voces eraſerunt amanuenſes imperiti, quod ſibi fingerent eadem bis repeti, ut notavit eminentiſſimus *Noriſius*; At illa *cum vera Hiſtoria cohærent*, cum dua habita ſint Concilia. Rem confirmat *Auguſtinus*, rerum Africanarum ſui temporis peritiſſimus: *Item Papa Zoſimo de Africano Concilio ſcriptum eſt, ejuſque reſcriptum ad univerſos totius Orbis Epiſcopos miſſum eſt, & quod poſteriori Concilio plenario totius Africæ contra ipſum errorem conſtituimus, hæc omnia miſimus vobis.* Vides binas Synodos indicari, alteram Africanam ab Auguſtino dictam, quæ reſcripta ſua tranſmiſerat ad Zoſimum, antequam *plenaria totius Africæ* fuiſſet con-

SÆC. V. giana damnata est. Valentinianus, (*a*) Constantii & Placidiæ filius, nascitur sexto Nonas Julias. Bonifacius XL. Romæ Episcopatum tenet annis tribus mensibus IX. (*b*)

ANNO 460.

MAXIMO ET PLINTA COSS.

Constantius pacem firmat cum Wallia, data ei ad habitandum Aquitania, & quibusdam civitatibus confinium provinciarum.

THEODOSIO IX. ET CONSTAUTIO III. COSS.

Constantius ab Honorio in consortem regni assumitur. Hieronymus Presbyter moritur anno ætatis suæ XCI. pridie Kalendas Octobris. (*c*)

AGRICOLA ET EUSTATNIO COSS.

Constantius Imperator moritur. (*d*)

HONORIO XIII. ET THEODOSIO X. COSS.

Hoc tempore exercitus ad Hispanias contra Vandalos missus est, cujus Castinus Dux fuit, qui Bonifacium, virum bellicis artibus præclarum, inepto & injurioso imperio ab expeditionis suæ societate avertit: nam ille periculosum sibi atque indignum ratus sequi quem discordem superbientemque expertus esset, celeriter se ad portum urbis, atque inde ad Africam proripuit, idque reipublicæ multorum laborum initium fuit.

MARINIANO ET ASCLEPIODORO COSS.

Placidia Augusta, à fratre Honorio pulsa, ad Orientem cum Honorio & Valentiniano filiis proficiscitur. Cælestinus XLI Romanæ Ecclesiæ præsidet Episcopus annis (*e*) IX. (Longobardorum II. regnavit Lamissus, meretricis filius, annis III.) Honorius moritur, & regnum ejus Joannes occupat, connivente, ut putatur Castino, qui exercitui magister militum præfuit. Theodosius XLVI. Romanorum regnavit an. XXX.

Anno 423.

CASTINO ET VICTORE COSS.

Theodosius Valentinianum, amitæ suæ filium Cæsarem facit, & cum Augusta matre sua ad recipiendum occidentale mittit imperium: quo tempore Joannes dum Africam, quam Bonifacius obtinebat, bello reposcit, ad defensionem sui infirmior factus est.

THEODOSIO XI ET VALENTINIANO * COSS.

* Labbe *Cæsare*, malè.

Ann. 425.

Placidia Augusta, & Valentinianus Cæsar mira felicitate Joannem tyrannum opprimunt, & regnum victores recipiunt, data venia Aëtio, quòd Hunni, quos per ipsum Joannes

congregata. *Zosimus* ipse litteras suas direxit *Aurelio ac cæteris, qui in Concilio Carthaginensi adfuerunt*. Datæ sunt illæ litteræ 21. Martii finito jam altero sive priori Concilio; Quippe *Zosimus* ad secundum non potuit scribere, si inchoatum versus Martii finem, ad Calendas Majas usque perseveravit. Id postulat denique Historiæ Pelagianæ series, quippe Marcellinus, Ecclesiæ Carthaginensis Subdiaconus, Synodi litteras detulit ad Zosimum, & medio Martio Romam advenit. Fuerunt igitur litteræ illæ prioris alicujus Synodi Carthaginensis; in qua *Aurelius* & cæteri Præsules Africani *adfuerant*. Sublata hac difficultate, patet, impellentibus potissimum Africanis, *Honorium* Rescriptum imperiale protulisse. Sic Prosper in carminibus suis *de ingratis* Africam compellat circa Pelagianos, ab eo damnatos & profligatos:

Convenere tui de cunctis urbibus almi
Pontifices; *Gemino*que celeberrima *Cœtu*
Decernis, quod Roma probet, quod regna sequantur.

Et *Honorius* ipsi scripsit Aurelio, clementiam suam, dum ex urbe expulerat Pelagianos, *secutam esse judicium Sanctitatis ejus*. Commoverat igitur Imperatorem Aurelii & Africanorum authoritas, eorumque impulsu potissimum Rescriptum suum promulgaverat adversus Pelagianos. Sicque ratum & fixum habetur, quod Prosper narrat in Chronico. Nec tamen spreta fuit autoritas Summi Pontificis, cum quo Acta sua adversus Pelagianos communicaverant Africani, ut calculo suo firmaret. Sed neminem latet, Zosimum aliquatenus propendisse in partes Cœlestii, à quibus removeri non ita facile passus est. Monitus ab Africanis rescripsit die 21. Martii omnia adhuc in integro esse: elapsi sunt aliquot dies, antequam Cœlestius causam dicere cogeretur & sibi conscius urbe fugeret, & Zosimus ipsum damnaret. Nil mirum igitur, si inscio Pontifice datum sit rescriptum imperatorium 30. Aprilis, velsaltem si priores hujus damnationis tribuantur Partes Africanis, quibus res cordi fuit, ut testatur Prosper, & alii negant. *Basn.*

(*a*) Reponenda Valentiniani natalitia anno sequenti, ut Marcellinus & Idatius ferunt. Discrimen etiam occurrit in diebus, dum alii VI. alii V Nonas assignant. Sed levissima disputatio de die. Constat Valentinianum anno 425. creatum fuisse Augustum, eumque tunc temporis septennem. *Basn.*

(*b*) Crimen Prospero facit Garnerius, quod Bonifacium iniisse Pontificatum anno sequenti scripserit. Non viderat ille Canisianam Editionem, aut præjudiciis abreptus adversus Prosperum, eam neglexerat; quippe assignatur initium Pontificatus Bonifacii anno 418. Consul. Honorio XII. & Theodosio VIII. Sed in sequentem annum rejicitur in Labbeano Exemplari, in quo hæc adjiciuntur: *Hoc tempore fuit tertium schisma, Eulalio Antipapâ per Honorium Cæsarem ejecto, quod duravit annis duobus.* De hoc tertio Schismate consulatur Anastasius in Bonifacio. Quot annis sedem occupaverit, controvertitur. In Labbeano codice tribuuntur anni IV. demptis mensibus. Anastasius numerat annos tres, menses IV. dies 13. Garnerius annos quatuor, menses decem, exceptis diebus tribus. Sed hoc calculo ademptum Cœlestino annum queritur Pagius; & merito; Ordinatus est Bonifacius 29. Decembris anni 418. obiit IV. Septembris ann. 423. Sic supersunt tantum anni tres, menses octo, dies septem. Pagi Crit. *Basn.*

(*c*) Controversiam movet Garnerius adversus Prosperum, eo quod eodem anno collocavit Hieronymi obitum & Constantii assumptionem in consortium regni. Equidem constat Constantium Imperatorem factum anno sequenti. Sed quot annos vixerit Hieronymus dubitatur. Author ejus vitæ, quam edidit Mabillonius Annal. Ec. T. IV. illum vixisse tantum LXXXVII. annos VI. menses asserit. Prosper vero ejus vitam tres annos producit; anno quippe XCI. mortuum dicit. Gennadius, quem prioris vitæ abbreviatorem facit Mabillonius, anno ætatis XC. animam exhalasse testatur. Alius vero mortem illam anno imperii Theod. Junioris XII. alius XIV. assignat, quæ nullatenus conveniunt. In tanto sententiarum discrimine Prosperi sententiam sequimur, qui Hieronymum anno 420. 31. Septembris obiisse, & 90. annis vixisse asserit, quippe si à consulatu Ablavii, quo nativitatem Hieronymi refert Prosper, anno CCCXXXI. numeres ad annum CCCCXX. effluxerunt tantum XC. anni, postremo nondum completo, sicque legendum ubi vel XCI. vel XCV occurrunt. *Basn.*

(*d*) Cum regnasset tantum per septennium. *Basn.*

(*e*) Addendi menses decem, dies octo vel novem, cum obierit anno 432. decimo octavo die Julii. Errat quippe Prosper, qui initia Pontificatus *Cœlestini* ad annum 423. refert, cum anno præcedenti inceperit. Vide *Pagium* ad an. 432. Quæ sequuntur de Lamissi Regno trienniali, desunt in Labbeana Editione. *Basn.*

(*a*) In

Joannes acciverat, ejusdem studio ad propria reversi sunt. Castinus autem in exilium actus est, quia videbatur, Joannem sine conniventia ipsius regnum non potuisse assumere. Valentinianus decreto Theodosii Augustus appellatur. Arelas, nobile Oppidum Galliarum à Gothis multa vi oppugnatum est, donec imminente Aëtio non impuniti discederent.

THEODOSIO XII. ET VALENTINIANO II. COSS.

(*a*) Patroclus, Arelatensis Episcopus, à tribuno quodam barbaro multis vulneribus laniatus occiditur, quod facinus ad occultam jussionem Felicis, Magistri militum, referebatur, cujus impulsu traditur etiam Titus diaconus, vir sanctus, Romæ pecunias pauperibus distribuens, interfectus.

* HIERIO ET ARDABURE COSS. (* *Al. Hierone.* male.)

Bonifacio, cujus potentia gloriaque in Africa augebatur, bellum ad arbitrium Felicis, qui ad Italiam venire † annuerat, publico nomine illatum est, ducibus Mavortio & * Galbione, & Sinoce, cujus proditione Mavortius & Galbio, cùm Bonifacium obsiderent, interempti sunt: moxque ipse à Bonifacio doli detectus, occisus est. Exinde gentibus, quæ navibus uti nesciebant, dum à concertantibus in auxilium vocantur, mare pervium factum est, bellique contra Bonifacium cœpti in Sigisvultum Comitem cura translata est. Gens Vandalorum ab Hispanis ad Africam transiit. Anno 428.

† *m. f. abnuebat.*

* Gallione.

FELICE ET TAURO COSS.

Nestorius, Constantinopolitanus Episcopus (*b*), novum Ecclesiis molitur errorem inducere, prædicans Christum ex Maria hominem tantum, & non Deum natum, eique divinitatem collatam esse pro merito. Huic impietati præcipua Cyrilli Alexandrini Episcopi industria, & Papæ Cælestini repugnat auctoritas. Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci possidendam occupaverant, Aëtii Comitis armis recepta.

FLORENTIO ET DIONYSIO COSS.

Felice ad patriciam dignitatem provecto, Aëtius magister militum factus est, ex (*c*) agricola. Pelagianus, Saveriani Pelagiani Episcopi filius, Ecclesias Hyberniæ dogmatis sui insimulatione corrupit; sed actione Palladii Diaconi Papa Cælestinus Germanum Antisiodorensem Episcopum vice sua mittit, ut deturbatis Hæreticis Britannos ad Catholicam fidem dirigat.

THEODOSIO XIII. ET VALENTINIANO III. COSS. An. 430.

Aëtius Felicem cum uxore sua Padusia, * Egrumitium Diaconum eos insidiari cùm præsensisset, interemit. Augustinus Episcopus (*d*) per omnia excellentissimus, moritur v. Kalendas Septembris, libris Juliani inter impetum obsidentium Vandalorum, in ipso dierum suorum fine, respondens, & gloriosè in defensione Christianæ gratiæ perseverans.

* Et Grunitu.n. Lab.

BASSO ET ANTIOCHO COSS.

Congregata apud Ephesum plus ducentorum Synodus Sacerdotum. Nestorius cum hæresi nominis sui, & cum multis Pelagianis, qui cognatum * sibi dogma juvabant, damnatur. Ad Scotos in Christum credentes ordinatur à Papa Cælestino Palladius & primus Episcopus mittitur.

* Errori suo Lab.

AETIO ET VALERIO COSS.

Romanæ Ecclesiæ XLII. præficitur Episcopus Sixtus. (*e*)

Bonifa-

(*a*) In Codice Pithœano legitur: *Patroclus Arelatensis Episcopus infami mercatu sacerdotia vendere ausus.* Credidit *Salmasius*, cornua ideo erexisse Patroclum, turbasque de Primatu Ecclesiæ Arelatensi vindicando concitasse, impulsum constitutione Honorii & Theodosii, tunc temporis datâ, quâ in civilibus *Arelate* Metropolis septem provinciarum constituebatur. Sed fallitur *Salmasius*, quippe jam anno, vel saltem aliquot mensibus ante constitutionem promulgatam, dederat Pontifex *Zosimus* litteras, quibus probatur, jam fuisse controversiam de sede Arelatensi, quâ imperium in vicinas Ecclesias sibi vindicare conabatur. Obiit igitur *Patroclus*, multiplici ratione Præsulibus Gallis molestus. Ideoque *Proculus Massiliensis* de cæde in Patroclum facta exultavit, & Deo benedicere visus est. *Basn.*

(*b*) Mortuo Sisinnio anno 427. dissidenteque tum clero tum plebe circa electionem successoris, Theodosius Nestorium evocavit ex Antiochia. Constantinopolim advenit anno 428. hoc tamen anno errorem non aperuit, sed sequenti tantum attamen Dorotheum Anastasiumque errantes, vel toleraverat, vel impulerat. *Basn.*

(*c*) Male omnino; legendum enim: Agricola, Pelagianus. Labbe.

(*d*) Erravit igitur Marcellinus, qui anno præterito jam ad Superos evolasse B. Augustinum scribit; nondum enim à Vandalis cincta fuit obsidione civitas Hipponensis anno 429. Nec indicta Synodus Ephesina, ad quam ab Imperatore vocatus Augustinus, morte præventus, adesse non potuit. Peccat etiam doctissimus Cave circa annos ejus Episcopatus, quos triginta quinque tantum recenset; cum Possidius illos ad quadraginta proferat: Vixit igitur Augustinus ad LXXVI. usque annum quem non complevit & XL. in Episcopatu perseveravit. Fuit annus ille viris celeberrimis infaustus; quippe diem clausit tum Aurelius Carthaginensis, tum Alypius Tagastensis, cum Augustino primum Manichæus, cum eo ad fidem conversus & baptismalibus undis tinctus, cum eo Pelagianis infensissimus. Mitto quæ de Augustini corpore, apud eos sepulto, venditant Augustiniani Monachi Ticinenses. Nituntur lapide, cui insculptum fuit nomen *Agostino*, quem eundem cum Hipponensi Præsule sibi fingunt. Lapis ipse, cui nomen inscribebatur, confractus in pulverem abiit, ubi primum è loco commotus est; Consulatur hac de re vir eruditissimus D. Montfaucon, in Diario Italico, à quo hæc hausimus. *Basn.*

(*e*) Addendum: *annis VIII. totius urbis pace & consensione mirabili.* Labbé. Hæc male ab initio posterioris Paragraphi sic legebantur: *Totius Orbis pace & confessione mirabili*, quæ delevi, quia pravum aut nullum fundebant sensum. *Basn.*

(*a*) Hæc

SÆC. V. ANNO 460.

Bonifacius ad Italiam pervenit in urbem, acceptâ Magistri militum dignitate, qui cùm sibi resistentem Aëtium prælio superasset, paucos post dies morbo extinctus est.

Aëtius verò cum deposita potestate in agro suo degeret, ibique cùm quidam inimicus ejus repentino eum incursu opprimere tentasset, profugus ad urbem, atque illinc ad Dalmatiam, deinde Pannoniam ad Hunnos pervenit, quorum amicitia auxilioque usus pacem principum Aëtius * interpellatæ potestatis obtinuit.

* Lab. loco Aëtius, & jus.

THEODOSIO XIIII. ET MAXIMO COSS.

(*a*) Maxima urbis regiæ pars septentrionalis per tres dies continuò incensa collapsaque est, mense Augusto. Joannes Monachus, cognomento Cassianus, Massiliæ insignis & facundus Scriptor habetur.)

ASPARE ET AREOBINDA COSS.

THEODOSIO XV. ET VALENTINIANO IIII. COSS.

Pax facta cùm Vandalis, (*b*) data eis ad habitandum per triennium à loco Africæ portione Hippone. III. Idus Februarii. Eodem tempore Gundicarium Burgundionum regem, intra Gallias habitantem, Aëtius bello obtrivit, (*c*) pacemque ei supplicanti dedit, qua non diu potitus est: Siquidem illum Hunni cum populo suo atque stirpe deleverunt.

ISIDORO ET SENATORE COSS.

Gothi pacis placita perturbant, & pleraque municipia sedibus vicina suis occupant; Narbonensi oppido maximè infesti, quod cùm diu obsidione & fame laboraret, per Littorium Comitem ab utroque periculo liberatum est. Siquidem per singulos equites binis tritici modiis advectis, strenuissimè & hostes in fugam vertit, & civitatem annona implevit.

Anno 437.

AETIO II. ET SIGISVULTO COSS.

† Lab. *In Africa.*

Bellum adversus Gothos, Hunnis auxiliantibus, geritur. † Geisericus Rex Vandalorum intra habitationis suæ limites volens Catholicam fidem Arriana impietate subvertere; quosdam nostrorum Episcoporum (*d*) eatenus persecutus est, ut eos, privatos jure basilicarum suarum, etiam civitatibus pelleret, cùm ipsorum constantia nullis superbissimi Regis terroribus cederet. Valentinianus Augustus ad Theodosium principem Constantinopolim proficiscitur, filiamque ejus in matrimonium accipit. Eodem anno piraticam barbarorum fœderatorum desertores exercuerunt. Per idem tempus quatuor Hispani viri, Arcadius, Probus, Paschasius, & Eutychius, dudum apud Geisericum, merito sapientiæ & fidelis obsequii, clari habebantur, quos Rex ut copulatiores sibi faceret, in Arrianam Sectam transire præcepit. At illi facinus constantissimè respuentes, excitato in rapidissimam iram barbaro, primùm proscripti, deinde in exilium acti, tum atrocissimis cruciati suppliciis, ad postremum diversis mortibus interempti; illustri martyrio mirabiliter occubuerunt. (*e*) Puer autem, Paulillus nomine, frater Paschasii & Eutychii, pro elegantia formæ atque ingenii admodùm Regi acceptus, à professione atque amore Catholicæ fidei cùm nullis minis deturbari posset, diu fustibus cæsus ad infamem servitutem damnatus est, nec ideo, ut apparet, interfectus, ne superatâ sævitia impii Regis etiam illa ætas gloriaretur.

THEO-

(*a*) Hæc desiderantur apud Labbe. Sed ipsius Codex hæc habebat:

Colliguntur omnes anni usque ad Consulatum Theodosii XIV. & Maximi.

A. XV. Tiberii anno & Passione Domini, anni CCCCVI.

Ab Instauratione Templi sub Dario, anni DCCCCLIV.

Ab Olympiade primâ & Isaiâ Propheta, anni MCCX.

A Salomone & primâ ædificatione Templi, anni MCCCCLXVI.

A Moyse & Cecrope, Rege Atticæ, M.DCCCCXC.

Ab Abraham & Regno Nini & Semiramidis, anni MM.CCCCL.

A Diluvio autem usque ad Abraham, anni M.LXXI.

Ab Adam usque ad Diluvium, anni MM.CCXLII.

Sunt itaque ab Adam usque ad tempus suprascriptorum Consulum quinque mille D.CCLXIII.

(*b*) Hic locus diversas plane habet lectiones. Labbeus legebat *Data eis ad habitandum per Trigetium Africa portione, Hippone.* Alii verò, *data eis ad habitandum per Trigetium, in loco Africæ, Hippone*, quæ lectiones Canisianæ præferri debent; neque enim per *triennium* tantum assignata fuit *Genserico* illa Africæ portio, sed ei concessa, ut pax restauraretur, binis ipsi impositis conditionibus, ne quid ulterius invaderet Gensericus, & Hunnericum filium obsidem daret. Firmata pace Hunnericus ad patrem reversus est, & Gensericus conditionem Sacramento obsignatam violavit. *Trigetius* igitur fuit Legatus Romanorum, qui de Pace cùm Vandalis egit ea conditione, ut pars Africæ illis cederet, altera Romanis subdita remaneret. Idem Trigetius fuit cum Leone Pontifice ad Attilam missus: *Ut pax truculentissimi Regis expeteretur, suscepit hoc negotium cum Viro Consulari Abieno, & Viro Præfectorio Trigetio, Beatissimus Papa Leo, auxilio Dei fretus, quem sciret numquam piorum laboribus defuisse*, ut narraturus est ipse Prosper ad annum 452. Vandalorum autem pax, hic indicata, sancita fuit in Hipponensi civitate, quam occupaverant, dum ad Superos abiret *Augustinus*. Basn.

(*c*) Alii legunt *obtinuit*. Sed melius *obtrivit*. At paulo accuratius sunt distinguenda, quæ uno tenore, quasi eodem tempore transacta recenset Prosper. Duplici enim certamine pugnatum est ab Aëtio adversus Burgundiones, qui Belgicam Provinciam invaserant. In priori profligati sunt illi rebellantes, in posteriori vero cæsa sunt viginti millia; vel, ut loquitur alius Prosper, *universa pene gens fuit deleta.* Denique anno sequenti, nempe 436. *Gundericus* Rex ab Hunnis cæsus est. *Basn.*

(*d*) Quorum *Possidius* & *Novatus* ac *Severianus* clariores erant. *Labbe. Novatus*, Sitifensis Antistes, *Augustino* superstes fuit, & sub *Genserico* potuit Martyrio coronari. *Possidius* vero D. Augustini vitam scripsit, & fuit Calamensis Episcopus. *Basn.*

(*e*) Hos Martyres ut Vandalicæ Persecutionis Primitias venerantur Hispani, eosque tanquam contribules sibi vindicant:

Africa primitias dedit Wandalica Christo
Martyribus quinque, quos & Iberia tulit.
Toleti Arcadius nascens, Salmantica Probum,
Paschasium, Eutychium protulit ipsa suos:

Hos

THEODOSIO XVI. ET FAUSTO COSS. SÆC. V.

Hoc quoque anno iidem piratæ multas Insulas, sed præcipuè Siciliam vastavêre. (*a*) Adversùm Gothos in Gallia quædam prosperè gesta. ANNO 460.

THEODOSIO XVII. ET FESTO COSS.

Littorius, qui secundæ ab Aëtio patricio potestati, (*b*) Hunnis auxiliantibus, præerat, dum Aëtii gloriam superare appetit, dumque haruspicum responsis & dæmonum significationibus fidit, pugnam cum Gothis imprudenter conseruit, fecitque intelligi, quantum illa eorum, quæ periit, manus prodesse potuerit, si potioribus consiliis quàm sua temeritate uti maluisset, quando tantam ipse hostibus cladem intulit, ut nisi inconsideranter prælians captivitatem incidisset, dubitandum foret, cui potius parti victoria adscriberetur. Hac tempestate Julianus, (*c*) jactantissimus Pelagiani erroris assertor, quem dudum amissi Episcopatus intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi correctionis speciem præferens, est molitus in communionem Ecclesiæ irrepere: sed his insidiis Sixtus Papa, Diaconi Leonis hortatu, vigilanter occurrens, nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit; & ita omnes Catholicos defectione fallacis bestiæ gaudere fecit, quasi tunc primùm superbissimam hæresim Apostolicus gladius detruncasset. Per idem tempus Vitricus Reipublicæ nostræ fidelis multis documentis bellicis clarus habetur. Pax cum Gothis facta, cùm eam, post ancipitis pugnæ lachrymabile experimentum, humilius quàm unquam ante poposcissent. Aëtio, rebus quæ in Galliis componebantur intento, Geisericus, de cujus amicitia nihil metuebatur, XIIII. Kalendas Novembris Carthaginem dolo pacis invadit, omnésque opes ejus, excruciatis diverso tormentorum genere civibus, in jus suum vertit, nec ab Ecclesiarum despoliatione abstinens, quas & sacris vasibus exinanitas, & sacerdotum administratione privatas non jam divini cultus loca, sed suorum jussit esse habitacula. In universum captivi populi ordinem sævus, sed præcipuè nobilitati & religioni infensus; ut non discerneretur, hominibus magis, an Deo bellum intulisset. Carthago, à Vandalis capta, anno postquam Romana esse cœperat, (*d*) DXXCV. aliàs DXXCIII.

VALENTINIANO V. AUGUSTO, ET ANATHOLIO COSS.

Defuncto Sixto Episcopo, XL. amplius diebus Romana Ecclesia sine Antistite fuit; mirabili pace atque patientia adventum Diaconi Leonis expectans, quem tunc inter Aëtium & Albinum amicitiæ redintegrandæ Galliæ detinebant: quasi ideo longus esset adventus, ut electi meritum, & eligentium judicium probaretur. Igitur Leo Diaconus Legatione publica accitus, & gaudenti patriæ præsentatus, XL. Romanæ Ecclesiæ Episcopus ordinatur. Geisericus Siciliam graviter affligens, accepto nuncio de Sebastiano ab Hispania ad Africam (*e*) transeunte, celeriter Carthaginem rediit, ratus periculosum sibi ac suis fore, si vir bellandi peritus recipiendæ Carthagini incubuisset. Verum ille amicum se magis quàm hostem videri volens, diversa omnia apud Barbaros, quàm præsumpserat reperit, eaque spes causa illi maxima & calamitatis & infelicis mortis fuit.

CYRO CONSULE.

Theodosius Imperator bellum contra Vandalos movet, * Areobinda & Anaxilla atque Germano Ducibus cum magna classe directis, qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliæ magis oneri, quàm Africæ præsidio fuerunt.

* *Al. Ariovinda & Ausila.* Canis.

DIOSCORO ET EUDOXIO COSS.

† *Al. Leudoxa.* Canis.

Hunnis

Hos sequitur puer Ultronius Paulillus & ipse
Sanctorum frater, absque timore Pugil,
Gensericus eis crudelis barbara divis
Supplicia inflixit, quô fides alma cluit.
Clauditur hoc igitur Sanctum cujusque sepultum
Corpus Sarcophago, mens at in astra volat.

Horum Martyrum celeberrimus fuit *Arcadius*, cæteris opulentior, & ad quem Epistolam hortatoriam direxit *Honoratus Antoninus*, Episcopus Constantinæ Urbis. Sunt, fateor, ne Miræo quidem excepto, qui Honoratum ab Antonino distinguant, tanquam diversos plane Scriptores. Sed unus idemque fuit Episcopus, & Author Epistolæ ad Arcadium, quæ etiam nunc superest. *Constantina* autem fuit *Cirta*. Errat vir doctus, qui eam *Nicephorium* appellatam credidit, ob insignem ab Alexandro Magno ibi reportatam victoriam: quippe nullatenus Alexander hic vincere potuit, qui Africam imperio suo nec subjecit, nec ingressus est. Condidit ille Cirtam, ab Africana diversam, in Mesopotamia. Fuit *Constantina* vel *Cirta* Episcopalis Sedes Africæ, Amanuensium culpâ aliquando in MS. Codicibus Constantia appellata. Honoratns Antonius, qui hanc Sedem tempore Vandalicæ Persecutionis obtinuit, ex ea nondum exulantibus omnibus Episcopis, ad Arcadium vehementer scripsit, ut constanter fidei certamen subiret. An Probus, Paschasius & Eutychius, quam alii *Eutychianum* appellant, fuerint Salmaticenses, nemini innotuit. Fertur solummodo ex Hispania cum Genserico trajecisse, ibique copiis militaribus summa cum fortitudine præfuisse. *Basn.*

(*a*) Superius indicati sunt, nempe desertores Barbarorum fœderatorum. *Basn.*

(*b*) Secundâ ab Aëtio Patricio potestate. *Labbe.*

(*c*) Legebat *Baronius*: *Atellanensis*, male. In Labbeano Codice multò melius *Eclanensis*. Fuit enim *Eclanum* Sedes Episcopalis, non longè à *Benevento* dissita, inter Campaniam & Apuliam. Prosper Africanus in Libro de Promissionibus sic habet: In Italia nobis apud Campaniam constitutis, dum venerabilis & Apostolico honore nominandus Leo Manichæos subverteret & *contereret Pelagianos & maxime Julianum.* Jam fuerat damnatus ille à *Zosimo* Pontifice, ita ut mirum videatur *Leonem Magnum*, tunc temporis Diaconum, operam suam & consilia *Sixto* adhibuisse, ut ejus insidias aperiret, quippe quæ jam antea revelatæ fuerant, & moriens *Augustinus* insudabat Libro VI. operis imperfecti adversus Julianum. *Basn.*

(*d*) Aliena manu adjectus est calculus ille à Labbeano diversus. Codices enim indicant annum 585. A Romanis capta fuit Carthago, ut constat ex Velleio, *Cornelio Lentulo & L. Mummio Coss.* anno Periodi Græco Romanæ 5348. cui, si addas 585. efficient 5932. qui incidunt in annum 439. Christi.

(*e*) De Sebastiani ad Africam transitu. *Labbe.*

* Omnes

SÆC. V. ANNO 460. Hunnis Thraciam & Illyricum sæva depopulatione vastantibus exercitus, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem orientalium partium revertitur. Cum Geiserico autem ab Augusto Valentiniano pax confirmata, & certis spaciis Africa inter utrumque divisa est. In Geisericum apud suos de successu rerum superbientem quidam optimates ipsius conspiraverunt: sed molitione detecta, multis ab eo suppliciis excruciati atque extincti sunt. Cúmque idem audendum etiam aliis videretur, multis regis suspicio exitio fuit, ut hac sui cura plus virium perderet, quàm si bello superaretur.

MAXIMO II. * ET PATERNO COSS.

* Al. Paterio. Sic & Lab.

Hoc tempore plurimos Manichæos intra urbem latere diligentiæ Papæ Leonis innotuit, qui eos de secretis suis erutos & oculis totius Ecclesiæ publicatos, (a) omnes dogmatis sui turpitudines & damnare fecit & prodere, incensis eorum Codicibus, quorum magnæ moles fuerant interceptæ. Quæ cura, viro sancto divinitus, ut apparuit, inspirata non solùm Romanæ urbi, sed etiam universo orbi plurimum profuit. Siquidem confessionibus in urbe captorum, qui doctores eorum, qui Episcopi, quivè presbyteri, in quibus provinciis vel civitatibus degerent, patefactum est. Multique Orientalium partium sacerdotes industriam Apostolici Rectoris imitati sunt.

THEODOSII XVIII. ET ALBINO COSS.

Anno 444. Hoc anno Pascha Domini IX. Calendas Maji celebratum est; nec erratum est, quia inde XI. Kalendarum Majarum dies Passionis fuit, ob cujus reverentiam Natalis Urbis Romæ sine Circensibus transiit.

Anno 445. Attila Rex Hunnorum Bledam fratrem & consortem suum perimit, ejusqe populos sibi parere compellit.

VALENTINIANO VI. ET NONIO COSS. (b)

AETIO III. ET SYMMACHO.

CALLEPIO ET ARVARURE.

POSTHUMIANO ET ZENONE.

ASTURIO ET PROTEGENE.

Hoc tempore Eutychiana hæresis exorta est, auctore Eutyche quodam Presbytero, qui apud Constantinopolim Monasterio celeberrimo præsidebat, prædicans JESUM-CHRISTUM Dominum nostrum, Beatæ MARIÆ Virginis filium, nihil maternæ habuisse substantiæ, sed sub specie hominis solam in eo Verbi Dei fuisse naturam. Ob quam impietatem à Flaviano, ejusdem Urbis Episcopo, quia corrigi noluit, condemnatus est. Sed fidens amicitiâ regiâ & Aulicorum favore, ab universali Synodo se poposcit audiri, annuente Imperatore Theodosio, qui ob hujus causæ retractionem omnes Episcopos jussit Ephesum convenire.

In quo Concilio Diodorus Alexandrinus Episcopus primatum sibi vindicans, absoluto Eutyche, in Flavianum Episcopum Constantinopolitanum damnationis sententiam tulit: reclamante Hilario, Diacono Ecclesiæ Romanæ, qui vice sancti Leonis Papæ cum Julio Episcopo Puteolano à Sede Apostolicâ fuerat destinatus. Nam cùm omnes Episcopi in Concilio constituti, vi & metu Comitum, vel militum, quos Dioscoro Alexandrinæ Urbis Episcopo attribuerat Imperator, compellerentur huic hæresi accommodare consensum, memoratus Diaconus inter tot vitæ pericula constitutus, voce contradictionis emissâ, cùm in ejus propter hoc perniciem sæviretur, relictis illic omnibus suis, latenter abscessit, ut præfato Papæ, & cæteris Italiæ Sacerdotibus, qualiter ibi Catholica Fides fuerat violata, suâ delatione promeret.

Sanctus verò Flavianus, inter manus eorum, à quibus in exilium ducebatur, glorioso ad Christum fine transivit.

VALENTINIANO VIII. ET AVIENO.

Theodosio Imperatore diem functo, & Chrysaphio præposito, qui amicitiâ Principis malè usus fuerat, interempto, MARCIANUS consensione totius exercitus suscepit regnum; vir gravissimus, & non solùm Reipublicæ, sed etiam Ecclesiæ pernecessarius.

Hujus edictis Apostolicæ Sedis auctoritatem secutis, Synodus Ephesina damnatur, & apud Calcedonem celebrari Concilium Episcopale decernitur, ut correctis venia mederetur, & pertinaces cum hæresi depellerentur.

Placidia defuncta est quinto Kalendas Decembris.

MARCIANO AUGUSTO ET FLAVIO ADELFIO.

Attila

(a) *Omnes*; *Dogmatis sui turpitudinem damnare* &c. Labbe.

(b) Quæ sequuntur desunt apud *Canisium*, ideo ex Labbeana Editione adjici curavimus. Altera manu fuisse composita conjiciebat ipse *Labbe*, ob nimiam styli discrepantiam. Et idem sentiebat de *Codice Augustano*, qui mox sequetur ex Canisio. *Basn.*

Attila post necem fratris, auctus opibus interempti, multa vicinarum sibi gentium millia cogit in bellum, quod Gothis tantùm se inferre, tanquam custos Romanæ amicitiæ, denunciabat. Sed cùm transito Rhenò sævissimos ejus impetus multæ Gallicanæ Urbes experirentur, citò & nostris & Gothis placuit, ut furori superborum hostium consociatis exercitibus repugnaretur. Tantáque Aëtii Patricii providentia fuit, ut raptim congregatis undique bellatoribus viris, adversæ multitudini non impar occurreret. In quo conflictu quamvis neutris cedentibus inæstimabiles strages commorientium factæ sunt; Chunos tamen eò constat victos fuisse, quòd amissâ præliandi fiduciâ, qui superfuerant, ad propria reverterunt. SÆC. V. ANNO 460.

HERCULANO ET SPORATIO. Anno 452.

Attila redintegratis viribus, quas in Gallia amiserat, Italiam ingredi per Pannonias intendit, nihil Duce nostro Aëtio secundùm prioris belli opera prospiciente; ita ut ne clusuris quidem Alpium quibus hostes prohiberi poterant, uteretur; hoc solum spei suis superesse existimans, si ab omni Italia cum Imperatore discederet. Sed cùm hoc plenum dedecoris & periculi videretur, continuit verecundia metum, & tot nobilium Provinciarum latissimâ eversione credita est sævitia & cupiditas hostilis expleta: nihilque inter omnia consilia Principis ac Senatus, Populique Romani salubrius visum est, quàm ut per legatos pax truculentissimi Regis expeteretur.

Suscipit hoc negotium cum Viro Consulari Avieno, & viro Præfectorio Trigetio, beatissimus Papa Leo, auxilio Dei fretus, quem sciret nunquam piorum laboribus defuisse. Nec aliud secutum est quàm præsumpserat fides. Nam tota legatione dignanter acceptâ, ita summi Sacerdotis præsentia Rex gavisus est, ut & bello abstineri præciperet, & ultra Danubium promissâ pace discederet. (a)

(a) Reliqua apud Labbeum, ad finem Chronici *Pithœani* legi poterunt, à verbis: *Synodus Calchedonensis.* &c.



CHRONICON TIRONIS PROSPERI EX MS. AUGUSTANO.

IGitur Valente à Gothis in Thracia concremato, Gratianus cum fratre Valentiniano XV. regnat annos VI.

Anno 379. Theodosius ordinatur Imperator à Gratiano Sirmii; ad quem Theophilus Paschale scribit.

I. Ausonio et Olibrio.

Gratianus post mortem patrui, Theodosium, Theodosii filium, in consortem adsumpsit, imperiique ei Regnum tradidit Orientis. Ea tempestate Priscillianus Episcopus de Gallis ex Manichæorum & Gnosticorum dogmate hæresim nominis sui condidit.

II. Gratiano V. et Theodosio.

Ambrosius Episcopus pro Catholica fide multa sublimiter scripsit.

III. IV. Syagrio et Eucherio.

Martinus Episc. Turinorum *...... apud Constantinopolim quintadecima die quâ fuerat susceptus, † occiditur.

V. Merobaude II. et Saturnino.

Arcadius, Theodosii Imperatoris filius, Augustus appellatur.

VI. Ricomede et Clearcho.

Honorius, Theodosii filius, nascitur. Romæ XXXVI. ‡ Ursinus ordinatur post Damasum annis XIV. In Britannia seditione militum Maximus Imperator est factus. Quo mox ad Gallias transfretante, Gratianus Parisiis, Merobaude * Magistro militum, proditione superatus, fugiens, Lugduni captus atque occisus est. Maximus Victorem filium suum, consortem Regni facit. Valentinianus XVI. regnat cum Theodosio VIII.

I. Arcadio et Bautone.

Hieronymus Presbyter hoc tempore in Bethleem, toto jam mundo clarus, habitabat, egregio ingenio & studio universæ Ecclesiæ serviens. Priscillianus in Synodo Burdegalensi damnandum se intelligens, ad Imperatorem Maximum provocavit; auditusque Treveris ab Evodio Præfecto Prætorii, gladio addictus est, cum † Eucroti Adelfi directoris conjuge, & Latrentano, aliisque erroris consortibus. Burdegalæ quædam Priscilliani discipula, nomine Urbica, ob impietatis pertinaciam per seditionem vulgi lapidibus extincta est.

II. Honorio Imperatore et Evodio.
III. Valentiniano III. et Eutropio.
IV. Theodosio II. et Cynegio.

Maximus Tyrannus Valentiniano & Theodosio Imperatoribus in tertio ab Aquileia lapide spoliatus indumentis regiis sistitur, & capite damnatur. Cujus filius Victor eodem anno ab Arbogaste est interfectus in Gallia.

V. Timasio et Promoto.

Ithacius & Ursacius, Episcopi, ob necem Priscilliani, cujus accusatores fuerunt, Ecclesiæ communione privantur.

VI. Valentiniano IV. et Neoterio.
VII. Tatiano et Symmacho.
IIX. Arcadio II. et Rufino.

Valentinianus ad vitæ fastidium nimia Arbogastis, Magistri militum, austeritate perductus, laqueo apud Viennam periit. Arbogastes, Magister militum & exercitus, mortuo Valentiniano cujus exitu gravabatur, Eugenium in Gallia Imperatorem facit. Theodosius XVII. cum jam per XIV. regnasset annos, regnat cum Arcadio & Honorio filiis annos, III.

I. Theo-

* *Hæc lacuna ex vulg. sic explenda: Martinus Ep. T. Galliæ civitatis multis clarus habetur. Greg. Nazianz. vir sua ætate eloquentissimus & Hieronymi præceptor, obiit Antonio & Syagrio Coss. Athanaricus Rex Gothorum apud Constantinop.*

† *Corrig. occidit vel obiit.*

‡ *leg. Syricius.*

* *Hæc lectio Prosperum erroris, & Merobaudem proditionis suspicione liberat. Nam Gratianus proditione militum victus, Merobaude, Magistro militum, non conscio proditionis; sed invito & dolente: quem Maximus, ut amicum Gratiani constantissimum, teste Pacato, occidit.* Can.

† *Leg. Euchrocia Delphidii Rhethoris conjuge, & Latrociano. Neque enim Adelphius Massilianus hæreticus hic intelligendus, qui damnatus in Synodo Syda anno 383. An hujus Adelphii uxor Euchrocia? nil simile legi. Euchrocia ac filia ejus Procula, inquit Severus lib. 2. de quâ fuit sermo hominum, Priscilliani stupro gravidam.* Can.

ANNO 460.

I. THEODOSIO III. ET ABUNDANTIO II.

II. ARCADIO III. ET HONORIO II.

Joannes, Monachus Anachoreta, clarus habetur. Qui ornatus prophetiæ gratia, Theodosio consulente de eventu belli, quod adversus Eugenium movebat, victorem futurum prædixit.

III OLIBRIO ET PROBINO III.

Theodosius Eugenium tyrannum vincit & perimit. Augustinus, beati Ambrosii Discipulus, multa facundia doctrinaque excellens, Hippone, regione Africæ, Episcopus ordinatur. Claudianus Poëta insignis habetur. Theodosius Imperator Mediolani moritur. Arcadius XVIII. cùm jam regnasset annos XII. regnat cum fratre Honorio annos XIII.

I. ARCADIO IV. ET HONORIO III.

II. CÆSARIO ET ATTICO.

Concilium Carthaginis, cùm Hipponensis Concilii statuta firmantur & inseruntur.

III. HONORIO IV. ET EUTYCHIANO.

Romanæ ecclesiæ XXXVII. ordinatur Anastasius. Anno IV. Eugenius occiditur.

IV. THEODORO V. C.

Cum hoc Consulatum inierat Eutropius Eunuchus, qui mox & honore & vitâ defunctus est.

V. STILICONE ET AURELIANO.

Gothi Italiam, Alarico & Radagaiso Ducibus, ingressi.

VI. VINCENTIO ET * FRAVITO.

Joannes Constantinopolitanus & Theophilus Alexandrinus illustres Episcopi habentur. Sed utrumque obscuravit discordia, quæ eò usque processit, ut Joannes à Theophilo oppressus, Pontum in exilio perurgeretur: cùm tamen communionem ejus maxima pars Episcoporum, Romani Pontificis exemplum secuta, servaverit.

* Fravitta, Flabito.

VII. ARCADIO V. ET HONORIO V.

Pollentiæ adversum Gothos vehementer utriusque partis clade pugnatum est.

VIII. Romanæ Ecclesiæ XXXVIII. ordinatur Episcopus Innocentius annis XIV.

THEODOSIO AUGUSTO ET † RUMORIDO.

† leg. Rumorodio.

Carthaginense Concilium habitum de Donatistis.

IX. HONORIO VI. ET ARISTENETO.

X. STILICHONE ITERUM ET ANTHEMIO.

Rhadagaisus in Tuscia, multis Gothorum millibus cæsis, ducente exercitum Stilichone, superatus & captus est.

XI. ARCADIO VI. ET PROBO.

Wandali & Alani Gallias trajecto Rheno III. Kalendas Januarias ingressi.

XII. HONORIO VII. ET THEODOSIO II.

Constantinus in Britannia tyrannus exoritur, & ad Gallias transit.

XIII. BASSO ET PHILIPPO. Anno. 408

Arcadius Imperator Constantinopoli moritur. Honorius XLV. cum Theodosio fratris filio, regnavit annis XV.

I. HONORIO IIX. ET THEODOSIO III.

Wandali Hispanias occupaverunt. Attalus Romæ Imperator factus, qui mox privatus regno, Gothis cæsis.

II. VARANO V. C. CONSULE.

Roma à Gothis Alarico Duce capta: & ob hoc solus fuit Orientalium partium Consul; quod & sequenti anno observatum est.

III. THEODOSIO IV. CONSULE.

Constantius apud Arelatense oppidum victus & captus. Cujus filium Constantinum, in Hispaniis regnare orsum, Gerontius Comes, in Maximum quendam tyrannidem transferens, interemerat.

IV. HONORIO IX. ET THEODOSIO.

Maximo in Hispania regno ablato vita concessa, eò quòd modestia humilitasque hominis affectati imperii invidiam non merebatur. Gothi, Rege * Athaulfo, Gallias ingressi. Eodem tempore Heros, vir sanctus & beati Martini Discipulus, cum Arelatensi oppido Episcopus præsideret, à populo ejusdem civitatis insons & nulli insimulationi obnoxius pulsus est: inque ejus locum Patroclus ordinatur, amicus & familiaris

* Al. Thaurpho.

SÆC. V. Constantii, Magistri militum, cujus per ipsum gratia quærebatur, inter Episcopos regionis illius magnarum discordiarum materia fuit.

ANNO 460. V. LUCIO VIRO CLARISSIMO CONSULE.

Hujus collega in Consulatu (a) Herodianus fuit: qui novarum in Africa rerum reus & honorem & vitam amisit. Burgundiones partem Galliæ propinquam Rheno obtinuerunt. Jovinus & Sebastianus fratres, in Galliis Regno arrepto, perempti sunt. Hac tempestate Pelagius Britto dogma nominis sui contra gratiam Christi, Cælestio & Juliano auditoribus erexit, multosque in suum errorem trahit, prædicans unumquemque ad justitiam voluntate propria regi, tantumque gratiæ accipere quantum meruerit. Quod peccatum (b) ipsum solum læserit. Unde & volentibus possibile sit; ut non etiam posteros ejus perstrinxerit. Omnia carere peccato, omnesque parvulos, tàm insontes nasci, quàm primus homo ante prævaricationem fuit; nec ideo baptizandos, ut peccato exuantur, sed sacramento adoptionis honorentur.

VI. CONSTANTIO V. C. COSS. ET CONSTANTE.

Attalus Gothorum consilio & præsidio tyrannidem præsumit in Gallias.

VII. HONORIO X. ET THEODOSIO VI.

Attalus à Gothis ad Hispaniam migrantibus neglectus, & præsidio carens capitur. Ataulfus verò à quodam suorum vulneratus interiit; Regnumque ejus perempti Wallia, qui idem cupere intelligebatur, invasit.

IIX. THEODOSIO VII. AC PALLADIO.

Placidiam, Theodosii Imperatoris filiam, quam Romæ Gothi ceperant, quamque Ataulfus conjugem habuerat, Wallia, pacem Honorii expetens, reddit, ejusque nuptias Constantius promeretur. Romanæ Ecclesiæ XXXIX. Episcopatum suscipit Zosimus annos III. Quo tempore Pelagianis jam à Papa Innocentio prædamnatis Afrorum vigore ac maximè Augustini Episcopi industria resistebatur.

IX. HONORIO XI. ET CONSTANTIO II.

Honorius Romam triumpho ingreditur, præeunte currum ejus Attalo, quem (c) liberè vivere jussit exulem.

X. HONORIO XII. ET THEODOSIO VIII.

Hoc tempore Constantius, servus Christi, ex vicario Romæ habitans, & pro gratia Dei devotissimè Pelagianis resistens, factione eorundem multa pertulit, quæ illum sanctis Confessoribus sociaverunt. Concilio apud Carthaginem habito, amplius (d) CCXVII. Episcoporum ad Papam Zosimum Synodi decreta perlata sunt. Quibus probatis, per totum mundum Hæresis Pelagiana damnata est. Valentinianus, Constantii & Placidiæ filius, nascitur quinto Nonas Julias. Carthaginis Concilium contra Pelagianos.

* Maximo.

XI. * MONAXIO ET PLINTA.

Romanæ Ecclesiæ XL. Episcopatum suscipit Bonifacius annis IV. Constantius pacem firmat cum Wallia, data eidem ad habitandum secunda Aquitania, & quibusdam civitatibus confinium Provinciarum.

XII. THEODOSIO IX. ET CONSTANTIO VI.

Constantius ab Honorio in consortium Regni assumitur. Hieronymus Presbyter moritur anno ætatis suæ XCI. II. Kalend. Octobris.

* Eustachio. Eustathio.

XIII. AGRICOLA ET * EUSTASIO.

Constantius Imperator moritur.

XIV. HONORIO XIII. ET THEODOSIO X.

Hoc tempore exercitus ad Hispanias contra Wandalos missus est, cui Castinus Dux fuit, qui Bonifacium, virum bellicis artibus præclarum, inepto & injurioso imperio ab expeditionis suæ societate avertit. Nam ille periculosum sibi atque indignum ratus eum sequi, quem discordem superbientémque expertus esset, celeriter se ad portum urbis, atque inde ad Africam proripuit: idque Reip. multorum laborum initium fuit.

* Asclepiodoro. Asklepiodoto.

XV. MARINIANO ET * ASCLEPIO.

Placidia Augusta, à fratre Honorio pulsa, ad Orientem cum Honorio & Valentiniano filiis proficiscitur. Romanæ Ecclesiæ XLI. Episcopatum suscipit Cælestinus annis IX. Honorius moritur, & Regnum ejus Joannes occupat. Theodosius XLVI. Romanum Imperium tenet annis XXVIII.

I. CASTI-

(a) Legendum *Heraclianus*, is enim exercitum duxerat adversus *Honorium* ex Africa in Italiam, sed Utriculo pugnatum est acriter, cæsa 50000. militum, fugit in Africam *Heraclianus*, & Carthagine, Imperatoris jussu, cæsus est, an. 413. *Basn.*

(b) Legendum: *quod peccatum Adæ ipsum solum læserit, nec posteros ejus perstrinxerit, unde volentibus possibile est omni carere peccato.* Sic enim emendari debet ex altero Prosperi Chronico, superius edito, nec aliter redderetur sensus aliquis. *Basn.*

(c) Legendum Lyparæ, ut in priori Chronico. *Basn.*

(d) Numerus Episcoporum deerat, sed ex altero Exemplari reposuimus. Vide quæ ibi notavimus, tum circa Constantium, tum circa Africana decreta. *Basn.*

I. CASTINO ET VICTORINO. SÆC. V. ANNO 460.

Theodosius Valentinianum, amitæ suæ filium, Cæsarem facit, & cum Augusta matre ad recipiendum Occidentale mittit imperium. Quo tempore Joannes, dum Africam, quam Bonifacius obtinebat, bello reposcit, ad defensionem sui infirmior factus est.

II. THEODOSIO XI. ET VALENTINIANO CONSULE.

Placidia Augusta & Valentinianus Cæsar mira velocitate Joannem tyrannem opprimunt, & regnum victores recipiunt, data venia Aëtio, eò quòd Hunni, quos per ipsum Joannes acciverrat, ejusdem studio ad propria reversi sunt. Castinus autem in exilium actus est; quia videbatur quòd Joannes, sine conniventia ipsius, regnum non potuisset præsumere. Valentinianus decreto Theodosii Augústus appellatur. Archilas nobile oppidum Galliarum, à Gothis multa vi oppugnatum, donec imminente Aëtio non impuniti abscederent. *leg. Arelat.*

III. THEODOSIO XII. ET VALENTINIANO II.

Patroclus, Arelatensis Episcopus, à tribuno quodam barbaro multis vulneribus laniatus occiditur. Quod facinus ad occultam jussionem Felicis, Magistri militum, referebatur, cujus impulsu creditus etiam Titus Diaconus, vir sanctus, Romæ pecunias pauperibus distribuens, interemptus.

IV. HIERIO ET ARARDUBABURE.

Bonifacio, cujus intra Africam potentia gloriaque augebatur, bellum ad arbitrium Felicis, qui ad Italiam venire abnuebat, publico nomine illatum, Ducibus Mavortio & Galbione & Saonece, cujus proditione Mavortius & Galbio, dum Bonifacium obsident, interempti sunt. Móxque ipse à Bonifacio dolo detentus est, atque occisus. Exinde gentibus, quæ uti navibus nesciebant, dum à concertantibus in auxilium vocantur, mare pervium factum est: bellique contra Bonifacium cœpti in Sigisvultum cura traslata est. Gens Wandalorum ab Hispania ad Africam transit.

V. FELICE ET TAURO.

Nestorius, qui Constantinopolitanus Episcopus, novum molitur Ecclesiis errorem; prædicans Christum ex Maria hominem tantùm, non etiam Deum natum; eique divinitatem collatam esse pro merito. Cui impietati præcipua Cyrilli Alexandrini Episcopi industria & Papæ Cælestini repugnavit auctoritas.

Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci possidendam occupaverunt, ab Aëtio Comite recepta.

VI. FLORENTIO ET DIONYSIO.

Felice ad Patritiam dignitatem provecto, Aëtius Magister militum factus est. Agricola Pelagianus, Severiani Episcopi Pelagiani filius, Ecclesias Britanniæ dogmatis sui insinuatione corrupit. Sed ad actionem Palladii Diaconi Papa Cælestinus Germanum Antisiodorensem Episcopum vice sua mittit, & disturbatis Hæreticis Britannos ad Catholicam fidem redegit. *Corrig. Theod. XIII. & Valent. III.*

VII. THEODOSIO XIIII. ET VALENTINIANO IIII.

Aëtius cùm Felicem cum uxore Padusia & Grunnitum Diaconum .... Episcopus per omnia excellentissimus moritur v. Kalendas Septembris, libris Juliani inter impetum obsidentium Wandalorum, in ipso dietum suorum fine respondens, & gloriosè in defensione Christianæ gratiæ perseverans. *Ex vulg. explend. Egrunitium diaconum insidias præsensisset, interemit Augustinus, Ep. &c.*

VIII. BASSO ET ANTIOCHO.

Congregata apud Ephesum plus ducentorum Synodo Sacerdotum. Nestorius cum hæresi nominis sui, & cum multis Pelagianis, qui cognatum erroris novi fovebant dogma, damnatur. Ad Scotos in Christum credentes ordinatus à Papa Cælestino Palladius primus Episcopus missus est.

IX. AETIO ET VALERIO.

Romanæ Ecclesiæ XLII. ordinatus ..... Episcopus Sixtus ann. IIX. Bonifacius ab Africa Italiam per urbem venit, acceptâ Magistri militum dignitate: qui cùm resistentem sibi Aëtium in prælio superasset, paucos post dies morbo extinctus est. Aëtius verò cum deposita potestate in agro suo degeret, ibique eum quidam inimicus repentino incursu opprimere tentasset, profugus ad Urbem, atque illinc ad Dalmatias; deinde per Pannonias ad Hunnos pervenit. Quorum amicitia auxilioque usus pacem principum Aëtius interpolatæ potestatis obtinuit.

X. THEODOSIO XIIII. ET MAXIMO.

XI. ASPARE ET AREOBINDA.

XII. THEODOSIO XV. ET VALENTINIANO IIII.

Pax facta cum Vandalis: data eis ad habitandum Africæ portio. Eodem tempore Gundi-

SÆC. V. ANNO 460.

Gundicarium Burgundionum Regem, intra Gallias habitantem, Aëtius bello obtinuit; pacemque ei supplicanti dedit; qua non diu potitus est: Siquidem illum Hunni cum populo suo atque stirpe deleverunt.

XIII. ISIDORO ET SENATORE.

Gothi pacis placita perturbant, & plura municipia vicina sedibus suis occupant Narbonensi oppido maximè infesti: quod cùm diu obsidione & fame laboraret, per Littorium Comitem ab utroque periculo liberatum est. Siquidem per singulos equites binis tritici modiis advectis, strenuissimè hostes in fugam vertit; & civitatem annona adjuvit.

XIV. AETIO II. ET SIGISVULTO.

Bellum adversus Gothos, Hunnis auxiliantibus, geritur. In Africa Gisiricus Rex Wandalorum, intra habitationis suæ limites volens Catholicam fidem in Arrianam impietatem subvertere; quosdam nostrorum Episcoporum eo tenus persecutus est, ut eos, privatos jure Basilicarum suarum, etiam civitatibus pelleret, cùm ipsorum constantia nullis superbissimi Regis terroribus cederet. Valentinianus Augustus ad Theodosium principem Constantinopolim proficiscitur, filiamque ejus in matrimonium accipit. Eodem anno piraticam Barbari exercuerunt. Per idem tempus quatuor Hispani viri, Arcadius, Probus, Paschasius, & Eutychius, dudum apud Gaisericum, merito sapientiæ & fidelis obsequii, clari habebantur: quos Rex ut copulatiores sibi faceret, in Arrianam Sectam transire præcepit. At illi facinus constantissimè respuentes, excitato in rapidissimam iram Barbaro, primùm proscripti, deinde exilio acti; ac postremum diversis mortibus interempti, illustri Martyrio mirabiliter occubuerunt. Puer autem, Paulillus nomine, frater Paschasii & Eutychii, præ elegantia formæ atque ingenii admodùm Regi acceptus, cùm à professione atque amore Catholicæ fidei nullis minis perturbari posset, diu fustibus cæsus, & ad infimam servitutem damnatus est. Ideo, ut apparet, non interfectus, ne de superata ferocia impii etiam illa ætas gloriaretur.

XV. THEODOSIO XVI. ET FAUSTO.

XVI. THEODOSIO XVII. ET FESTO.

Hac tempestate Julianus Atelenensis, (c) jactantissimus Pelagiani erroris assertor; quem dudum amissi Episcopatus intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi correctionis speciem præferens, molitus est in communionem Ecclesiæ irrepere. His insidiis, Sixtus Papa, Diaconi Leonis hortatu, vigilanter occurrens, nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit. Et ita omnes Catholicos de retectione fallacis bestiæ gaudere fecit; quasi tunc primùm superbissimam hæresim Apostolicus gladius detruncasset. Pax cum Gothis facta, cùm eam, post ancipitis pugnæ lachrymabile experimentum, humilius quàm unquam antea poposcissent. Aëtio, rebus quæ in Gallia componebantur, intento, (b) Geisericus, de cujus amicitia nihil metuebatur; Carthaginem dolo, tempore pacis invadit; omnésque opes ejus, excruciatis diverso tormentorum genere civibus, in jus suum vertit. Nec ab Ecclesiarum despolitatione abstinens, quas & sacris vasis exinanitas, & sacerdotum administratione privatas, non jam divini cultus loca, sed suorum jussit esse habitacula; in universum captivi populi ordinem sævus; sed præcipuè nobilitati & religioni infensus: ut non discerneretur hominibus magis, an DEO bellum intulisset.

XVII. VALENTINIANO V. ET ANATHOLIO.

Defuncto Sixto Episcopo, XL. amplius diebus Romana Ecclesia sine Antistite fuit, mirabili pace atque patientia præsentiam Diaconi Leonis expectans, qui tunc inter Aëtium atque Albinum amicitiæ integrandæ in Gallia detinebatur. Igitur Leo Legatione publica accitus, & gaudenti patriæ (c) præsentatus, XLIII. Romanæ Ecclesiæ Episcopus ordinatur. Geisericus in Siciliam graviter affligens, accepto nuncio de Sebastiani ab Hispania ad Africam transitu, celeriter Carthaginem rediit; ratus periculosum sibi ac suis fore, si vir bellandi peritus recipiendæ Carthagini incubuisset.

XIIX. CYRO V. C. CONSULE.

Theodosius bellum contra Wandalos movet, Ariobinde & Ausila atque Germano Ducibus cum magna classe directis, qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliæ magis oneri, quàm Africæ præsidio fuerunt.

XIX. DIOSCORO V. C. COSS. ET EUDOXIO.

Hunnis

(a) Legendum *Eclanensis*, ut supra monuimus. *Basn.*

(b) Observat *Pagius* adversus *Baronium*, errore Librarii legi in Augustano Fragmento: *Post Consulatum Theodosii XVII. & Festi Gesericus, Vandalorum Rex, Carthaginem ingressus est, die* XIV. *Kal. Nov. seu* 19. *Octobris.* At si capta Carthago *post Consulatum* Theodosii, tunc rejicienda est *Chifletii* conjectura, volentis illam formulam *post Consulatum* idem significare, ac alteram *Consulibus*; quippe hæc Consulem munere suo fungentem, illa vero officio defunctum indicat. Sic equidem *Pagius*, sed apud *Canisium*, ut patet, refertur strages Carthaginensis ad Consulatum Theodosi, & an. 439. deestque particula *post.* quæ sensum prorsus immutaret. *Basn.*

(c) In *Tuscia* natum, Romæque tantummodo à teneris annis educatum tenent plurimi Scriptores. Sed cœteris melius Leonem novisse debuit Prosper, qui illi *Romam* patriam tribuit. *Basn.*

Hunnis Thracias & Illyricum sæva depopulatione vastantibus, exercitus, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem Orientalium Provinciarum revertitur. Cum Geiserico autem & Valentiniano Augusto pax confirmata, & certis spaciis Africa inter utrumque divisa est.

XX. Maximo II. * et Paterio.

Hoc tempore plurimos Manichæos intra urbem latere, diligentiâ Papæ Leonis innotuit, qui eos de secretis suis erutos, & oculis totius Ecclesiæ publicatos, omnes dogmatis sui turpitudines & damnare fecit & prodere, incensis eorum Codicibus

XXI. Theodosio XVIII. et Albino.

IX. Kalendas Maias Pascha celebratum est.

XXII. Valentiniano VI. et Nomo.

XXIII. Aetio III. et Symmacho.

XXIV. Alipio et Ardabure.

Eutyches Hæresiarches, Constantinopolites Episcopi Presbyter, fretus Theodosii Augusti amicitia, conatus est, non perfectum hominem in Christo asserere; contra quem Flavianus ejusdem urbis Episcopus suscipiens..... cum Sacerdotib. suis damnatus est, auctore Dioscoro Alexandrinæ Urbis Episcopo. Contra quem Papa Urbis Leo misit Episcopum, Presbyterum, & Diaconum. Qui injuriam passi, Flavianum nunciant in defensione Catholica per injurias gravissimas defecisse.

XXV. Posthumiano et Zenone.

Theodosius Imperator pro defensione Eutychetis Leonem, Papam Urbis, ad se vocat: qui dum ire vellet, à populo prohibitus, Presbyteros & Diacones direxit.

Asturio et Protogene. *Al. Asterio.*

Iterum vocati Catholici audiendi.

XXVI. Valentiniano VII. et Avieno.

Prævalente iterum Papa Leone, diriguntur ad Orientem Presbyteri & Diacones ad Hæresin confutandam. Et eodem anno defecit Theodosius Augustus.

XXXVII. Adelfio V. C. Cons.

Theodosius cum magna pompa à Placidia & Leone & omni Senatu deductus, & in mausoleo ad Apostolum Petrum depositus est.

XXVIII. Nunciatur defuncto Theodosio regnare Marcianum, & Pulcheriam ejusdem conjugem, Augustam factam. A quo damnatur Eutyches & omnes ejus fautores. Et levatus est Imperator Marcianus XLVII. Placidia defuncta est. v. Kalendas Decembris ordinatur Imperator ann. VIII.

Marciano et Adelphio.

Pugna facta in Galliis inter Aëtium & Attilam, Regem Hunnorum, cum utriusque populi cæde, Attila fugatur in Gallias superiores.

* Honorio et Aspere.

Iconica Marciani Imperatoris Romam ingressa III. Kalendas Aprilis.

II. Opilione et * Vincemalo.

III. Aetio et Studio.

** Alii legunt: Herculano & Asporatio seu Sporatio.*
**Vincomalo.*

Eo anno occisi sunt Aëtius & Boëtius Patricii. Carthagine ordinatur Episcopus Deogratias in Basilica Fausti, die Dominico VIII. Kalendas Novembris.

IV. V. Valentiniano VIII. et Anthemio. *

Valentinianus ipse occisus ad duas Lauros, XVII. Kalendas Aprilis. Et levatus Petronius Maximus Imperator: qui LXXII. die occisus, per urbem tractus. Geisericus Romam ingressus, prædâ factâ, Carthaginem revertitur. Et post aliquot dies levatur in Imperium Avitus.

VI. Varane et Joanne.

VII. Constantino et Rufo.

Ardabure et Maximiano.

Post Consulatum Theodosii XVII. & Festi, Geisericus Wandalorum Rex Carthaginem ingressus est die XIV. Kalendarum Novembrium. Qui regnavit eandem Africam civitatem annis XXXVII. mensibus III. diebus VI. Post hunc regnavit Hunerix, filius ejus annis VII. mensibus X. diebus XIIX. Qui in fine anni VII. Regni sui Catholicæ Ecclesiæ persecutionem fecit; omnesque Ecclesias clausit, & cunctos Domini Catholicos Sacerdotes cum Eugenio, Carthaginensi Episcopo, exilio relegavit, qui Dei judicio scatens vermibus vitam finivit. Post eum regnavit † Guntamundus * Gentunis, ejusdem Hunerici Regis fratris filius annos XI. menses IX. dies XI. Qui tertio anno Regni sui Cœmeterium Sancti Martyris Agilei apud Carthaginem Catholicis dare præcipit, Eugenio Carthaginensi Episcopo, ab eodem jam de exilio revocato. Decimo autem anno Regni sui Ecclesias Catholicorum aperuit, & omnes Dei Sacerdotes, petente Eugenio, Carthaginensi Epi-

† Al. Gundalundus.
** Al. Gentonis seu Genzonis.*

SÆC. V. ANNO 460. Episcopo, de exilio revocavit. Quæ Ecclesiæ fuerunt clausæ annos XI. menses VI. dies V. hoc est, ab octavo anno Hunerici, id est, ex die VII. Idus Februarii usque in decimum annum Regis Guntamundi in diem IV. Idus Augusti. In quo completi sunt supradicti * anni X. menses VI. dies V. Qui memoratus Guntamundus Rex postmodùm vixit annos II. mensem I. Post quem regnavit Trasamundus, Gentunis filius, annos XXVI. menses VIII. dies VI.

* Fort. anni XI.

Ab exordio ergo Imperii Aviti, usque ad annum XXVII. Trasamundi. XVIII. A XIV. autem anno Imperii & morte Valentis usque in annum XXVII. Trasamundi anni sunt CXVIII. Post quem regnavit Hildrix, filius Hunerici, annos VIII. dies VIII. Qui in exordio Regni sui Bonifacium Episcopum apud Carthaginem in Ecclesia Sancti Agilei ordinari præcepit; & omnibus Catholicis libertatem restituit. Quo regnante assumpta tyrannide Geilamer regnum ejus invadit, in quo sedit annos III. menses III. Qui tanta homicidia scelestus commisit,* ut nec suis parentibus parceret. Fiunt ergo ab exordio Regis Geiserici usque ad exitum Wandalorum anni XCIII. menses X. dies XI. Ab interitu Valentis in XIV. anno Regni ejus, usque ad supradictum tempus anni CLIV. Collecta ergo omnis summa annorum ab Adam usque ad Wandalorum perditionem fiunt anni ꟾↄↄ. DCC. XIII.

CHRONICON PROSPERI TIRONIS AQUITANI,

A MORTE VALENTIS IMP. AD CAPTAM A GENSERICO URBEM;

Ex Edit. Pithœi.

Pe. Pithœus Lectori S.



*Oc Chronicon Prospero non antiquorum modò exemplarium fides, sed & Sigeberti Marianique testimonia adserunt. Et verò quamvis in annorum notatione valde confusum perturbatumque sit, Prosperi tamen ingenium sic refert, ut non immeritò videatur membrum esse amplioris ejus, quod ipsius nomine ab Orbe condito ad captam à Vandalis Romam, Gennadius Massiliensis presbyter se legisse testatur: Ac miremur unde factum sit, ut aliud per * Coss. digestum hactenus in omnibus Hieronymiani Chronici Editionibus Prosperi titulo subjungeretur, quod etsi cum isto non pauca habet communia, utpote ad ejusdem ætatis historiam pertinentia, alterius tamen ingenii esse facilè intelliget, qui utrunque attentius legerit. Id ut jam possis Lector, & hoc beneficio nostro habe ac fruere.*

* *Consulare* istud *Chronicon* hodie suo loco non legitur. Subjici debet Eusebii Chronicor. Lib. 26. Hoc vero, quod *Pithœus* edidit, subjiciendum Libro primo Chronici Eusebii. *Scriverius* not. MS. Legitur in Bibl. Labbeana. p. 56. Sed conveniunt omnes, illud Opus *Prospero Aquitano* vindicari non posse. *Basn.*

CHRO-

PROSPERI
CHRONICON IMPERIALE,
SIVE
PITHOEANUM.

* * *

IGITUR Valente à Gothis in Thracia concremato; Gratianus cum fratre Valentiniano regnat annos sex. Hic parvulum fratrem habens regni consortem, probatæ ætatis virum Theodosium in societatem Regni ascifcit. Hic Gratianus valde Religioni favens, & Ecclesiis per omnia promptus fuit. *GRATIANUS.*

Martinus, Turonensium Episcopus, Apostolicis virtutibus insignis habetur.

II. Theodosius in Orientis partibus lassam Rempublicam reparavit.

III. Maximus Tyrannus in Britannia à Militibus Imperator constituitur.

IV. Incursantes Pictos & Scotos Maximus strenuè superavit.

Priamus quidam regnat in Francia, quantum altius colligere potuimus.

V. Ambrosius Libros contra Arrianorum perfidiam luculentissimos ad Gratianum Augustum scribit.

VI. Maximus in Gallias transfretavit, & conflictu contra Gratianum habito eundem fugitantem Lugduni interfecit.

Teodosius annis XI. *THEODOSIUS.*

I. Maximus, timens Orientalis Imperii Principem Theodosium, cum Valentiniano foedus iniit.

Apud Treveros Manichæi deprehensi summo Maximi studio exterminati.

II. Justina, mater Valentiniani, Arrianis favens, in Ambrosium & omnem Mediolanensem Ecclesiam diversa injuriarum genera congerit.

Reliquiæ Gervasii & Prothasii ab Ambrosio primùm Mediolani repertæ.

Hymni Ambrosii compositi, qui nunquam ante in Ecclesiis Latinis modulis canebantur.

III. Maximus, indignum ducens contra Ecclesiæ statum agi, locum irrumpendi quod cum Valentiniano junxerat foedus, invenit. Valentinianus veritus imminentem jam cervicibus suis Tyrannum, ad Theodosium confugit.

Honorius & Arcadius XXXII. (a) CCCC.
Theodosius & Joannes XXV. & XXIII.
Valentinianus & Martianus III. CCCC. XXV.

Augustinus Mediolani Rhetoricam adprimè docens, omissis scholis, ad fidem rectam convertitur, cùm ante Manichæus fuisset.

IV. Theodosius cum exercitu ad Italiam transgrediens, Maximum interfecit, & Valentinianum proprio Regno reddidit.

Justina, quæ Ecclesias vexaverat, ne Regnum cum filio reciperet, morte præventa est.

Immane Thessalonicæ gestum facinus extincti populi egregio poenitentiæ exemplo Imperator religiosus eluit.

V. Hæresis Apollinaristarum ab Appollinare coepta.

Arriani, qui totum pene Orientem atque Occidentem commaculaverant, edicto gloriosi Principis Ecclesiis spoliantur, quæ Catholicis deputatæ sunt.

VI. Joannes Ægyptius Monachus, qui ob vitæ puritatem Prophetiæ gratiam à Domino meruit, insignis habetur.

Post Damasum Romanæ Ecclesiæ Regimen XXXVI. Syricius suscepit.

Apud Alexandriam, defuncto Petro, Timotheus, & post hunc Theophilus Episcopi constituuntur.

Jerosolymis post Cyrillum Joannes Ecclesiam recipit.

Apud Antiochiam, defuncto Miletio, substituitur Flavianus. Ingens inter nostros contentio oborta, quòd scilicet Episcopi, qui ab hæreticis depulsi fuerant, nollent his ab Imperatore dejectis alios, quàm se, substitui Sacerdotes.

Terribile in Coelo signum, columnæ per omnia simile apparuit.

(a) Aliter punctuari debet XXX. II. CCCC. Scriverius not. msf.

SÆC. V. ANNO 460.

VIII. Apud Alexandriam Templa destructa, in quibus Serapis antiquissimum & notissimum Templum, quod quasi quædam columna ruentem sustinebat Idolatriam.

IX. X. Valentinianus Viennæ ab Arbogaste Comite suo extinguitur, in cujus locum Tyrannidem Eugenius invadit.

Ad vindicandam Valentiani interitum, & opprimendam Eugenii tyrannidem Theodosius in Italiam transgreditur, aperto DEI favore, conspirantibus in idipsum elementis.

Eugenio superato, Theodosius XI. Regni sui anno diem obiit.

ARCADIUS & HONORIUS anno Christi 395. Arcadius & Honorius XXXII. annis.

I. Constantinopolis eminentem iram Dei, igne super nubem terribiliter fulgente, formidans, toto ad pœnitentiam animo conversa subterfugit.

Rufinus Bosphoritanus, cum ad summam militiæ pervenisset, præferri sibi Stiliconem non ferens, ab eodem interficitur, Hunnorum, quo fulciebatur, præsidio superato.

II. Claudianus Poëta admiratione dignus habetur.

Gildo Africanus in rebellione commota, consueta Romanis stipendia subtraxit.

Prudentius, Lyricus Poëta noster Hispanus, genere illustri, ingenii sui robur exercet.

III. Stilico, Magister Militiæ, Gildonem Mauritaniæ interfecit, Africa ad pristinum jus redacta.

Romanæ Ecclesiæ cathedram XXXVII. (a) Innocentius tenet.

IV. Toto Orbe Romano antiquæ superstitionis Templa destructa.

Paulinus, Nolanus postmodùm Episcopus, admirabili exemplo venditis omnibus cùm esset Dominus innumerabilium prædiorum, Religionem expeditus elegit.

V. Joannes, Constantinopolites Episcopus, dictis factisque clarescit.

Martinus post egregiè actam vitam corpore exuitur.

Anno 400. VI. Pelagius vetanus doctrina execrabili Ecclesias commaculare conatur. (b)

VII. Contentio ex doctrina Origenis Synodum apud Alexandriam movit, cujus extitit sententia, ut extra Ecclesiam fieret, quicunque supradicti viri opera probavisset.

IIX. Solis facta defectio.

Augustinus plurima libris innumerabilibus differit.

IX. Severus, ex disciplina sancti Martini, ejus vitam tribus explicat libris.

X. Sæva Italiæ barbarici motus tempestas incubuit. Siquidem (c) Radagaisus, Rex Gothorum, Italiæ limitem vastaturus transgreditur. Ex hoc Arriani, qui Romano procul orbe fugati, barbararum Nationum, ad quas se contulêre, præsidio erigi cœpere.

XI. Multis ante vastatis Urbibus Radagaisus occubuit: cujus in tres partes per diversos Principes divisus exercitus, aliquam repugnandi Romanis aperuit facultatem. Insigni triumpho exercitum tertiæ partis hostium, circumactis Hunnorum auxiliaribus, Stilico usque ad internecionem delevit.

XII. Arcadius Orientis Imperium gubernans, vitam explet; parvum admodum Theodosium filium Imperii successorem relinquens. (d) Cælestinus XXXVIII. Romanam Ecclesiam gubernavit.

XIII. Diversarum gentium rabies Gallias dilacerare exorsa, immissu quàm maximè Stiliconis, indignè ferentis filio suo regnum negatum.

XIV. Uticæ in foro Trajani terra diebus septem mugitum dedit. Inter alia multum Reipublicæ Stiliconis morte consultum est; qui saluti Imperatoris tendebat insidias.

(e) Nestorius Constantinopolites Episcopus ad hæresim, quæ in Christo Deum ab homine separat, vertitur.

Joannes Comes Africæ occisus est à populo.

XV. Proculus Massiliensis Episcopus clarus habetur: quo annuente magna de suspecto adulterio Remedii Episcopi quæstio agitatur.

Hac

(a) Errat; quippe hic annus 397. æræ Christianæ; At *Innocentius* Pontificatum adiit tantum anno 401. *Noris.* in Hist. Pelag. *Basn.*

(b) Hoc anno non orta est Hæresis Pelagiana, qui fuit 400. sed anno 410. Noris. ibid. vide ejus Hist. Pelag. l. 1. c. 4. *Basn.*

(c) Radagaisus non irrupit in Italiam anno Honorii x. sed sexto. Noris. Hist. Pelag. l. 1. c. 2. Vide quæ superius notavimus hanc in rem. *Basn.*

(d) Scribebat *Norisius* Prosperum assignasse initium Pontificatus *Cœlestini* anno VIII. Honorii; at indicat XII verum tamen est, *Cœlestinum* non adiisse Pontificatum, nisi anno 423. cum in locum *Bonifacii* subrogatus fuerit. *Basn.*

(e) *Nestorius*, electus est Constantinopolitanus Episcopus anno tantum 428. quô erupit ejus Hæresis. Sic toto vicennio errat Prosper Noris.

(a) Desunt

Hac tempestate, * præ valitudine Romanorum, vires funditùs attenuatæ Britanniæ.

* m. s. viribus.

XVI. Saxonum incursione devastatam Galliarum partem Wandali atque Alani vastavêre: quod reliquum fuerat Constantinus tyrannus obsidebat.

Hispaniarum partem maximam Suevi occupavêre. Ipsa denique orbis caput, Roma, deprædationi Gothorum fœdissimè patuit.

XVII. Constantinus Tyrannus occiditur.

XIIX. Rursum alia prædatio Galliarum, Gothis, qui Alarico Duce Romam ceperant, Alpes transgredientibus.

XIX. (*a*) Jovinus tyrannidem post Constantinum invadit, industria viri strenui, qui solus tyranno non cessit, Dardani.

Atauulfus, qui post Alaricum Gothis imperitabat, à societate Jovini avertitur. Salustius quoque & Sebastianus occisi.

Valentia, nobilissima Galliarum civitas, à Gothis effringitur, ad quam se fugiens Jovinus contulerat.

XX. Ingens in Galliis fames.

Aquitania Gothis tradita.

Patroclus Arelatensis Episcopus infami mercatu sacerdotia venditare ausus. Heraclianus Comes Africæ, qui in Romanæ Urbis reparationem strenuum exhibuerat ministerium, nova quædam molitus interimitur.

XXI. Placidia, soror Imperatoris, diu captiva, postea etiam Regis uxor, Rege fraude sublato, Constantis connubio copulatur. (*b*)

XXII. Gothi cùm se iterum, Atauulfo perempto, movissent, Constantis repelluntur occursu.

XXIII. (*c*) Prædestinatorum hæresis, quæ ab Augustini libris male intellectis accepisse dicitur initium, his temporibus serpere exorsa.

XXIV. XXV. XXVI. Tricesimus nonus (*d*) Xistus Romanam Ecclesiam regit.

Solis hoc anno facta defectio.

Fara-

(*a*) Desunt hic aliquot verba; quippe quid hæc sibi vellent: *Jovinus Tyrannidem invadit industria Dardani, qui solus Tyranno non cessit?* addendum igitur: *captus est & interemptus Jovinus industria Dardani.* Fuit enim ille *Dardanus* Præfectus Prætorio Galliarum, quam Præfecturam jam anno 409. administraverat. De *Dardano* opposita plane legas; ut sæpe fieri solet, quippe sic *Sidonius Apollinaris* L. V. Ep. 9. de eo loquitur: *Cum in Constantio inconstantiam, in Jovino facilitatem, in Gerontio perfidiam, singula in singulis, omnia in Dardano crimina simul execrabantur.* At si consulas lapidem ipsi positum in Provincia II. Narbonensi in rupe, quam vulgo *Petram scissam* vocant, quemque descripsit *Sirmundus*, ibi non modo *Dardani*, Viri Patriciæ dignitatis, Exconsularis Provinciæ Viennensis, & conjugis *Nevia Galla*; Sed & fratris *Lepidi*, Exconsularis Germaniæ Primæ, ERGA OMNIUM SALUTEM STUDIUM ET DEVOTIO PUBLICA commendantur. Unde facile comperias, quàm adulatoriæ sint Inscriptiones publicæ. Quidquid sit, *Dardanus Honorio*, rebellantibus multis, fidelitatem servavit, & *Jovinum*, ab *Ataulpho* proditum, propriâ manu interfecit: *quem Dardanus Præfectus sua manu interemit*, inquit *Olympiodorus Thebans*; in eo tamen peccans, quod Tyrannorum capita *extra Carthaginem* palis infixa asserat, cùm id *extra Ravennam*, ubi tunc temporis degebat *Honorius*, factum fuerit. Sequitur apud Prosperum: *Ataulfum, qui post Alaricum Gothis imperabat, à Jovini societate aversum fuisse* Hoc commentari videtur *Olympiodorus*, cujus verba in rei elucidationem describimus. *Jovinus* fratrem suum *Sebastianum*, invito Ataulpho Imperatorem creans, in ejus odium incurrit. Ataulphus itaque per internuncios capita se Tyrannorum missurum, pacemque initurum cum Honorio pollicetur. Hi domum ubi redierunt & jusjurandum præstitum est, *Sebastiani* caput mox Imperatori mittitur: *Jovinus* etiam ipse ab *Ataulpho* obsessus se dedidit, missusque ad Imperatorem interemptus est. Denique *Prosper* locum indicat, in quo *Jovinus* fuit obsessus. *Valentia*, inquit, *nobilissima Galliarum Civitas, à Gothis effringitur, ad quam confugiens Jovinus se contulerat. Idatius Narbonam* Valentiæ loco reposuit, *Jovinus & Sebastianus, oppressi ab Honorii Ducibus, Narbonæ interfecti sunt*; deinde adjicit, *Gothos Narbonam ingressos Vindemiæ tempore.* Cui credas, an *Idatio*, an *Prospero*? Accuratior debuit esse *Prosper*, qui in Gallia, & forsan Aquitania scripsit; *Idatius* enim jam peccasse videtur, cum *Honorii Ducibus* Jovini deditionem vindicat, quam Ataulphi proditioni tribuere debuit. *Valentia* igitur captus est *Jovinus*, & *Dardano* traditus, qui eum ad *Honorium* conduxit & Imperatoris jussu necavit. *Basn.*

(*b*) Anno CCCCXXI. *Hieronymus* moritur apud Bethleem anno ætatis XCVIII. Vide *Scaligerum* de Emendat. tempor. p. 374. *Scriverius* not. MS. Qua de causâ hanc Notam inseruit *Scriverius*, non video, quippe quæ hîc non requiritur. Deinde falsa est: Hieronymus natus anno 329. vivere desiit anno 420. nec attigit nonagesimum octavum, ut voluit ille. *Basn.*

(*c*) Aliter legebatur in Codic. MS. quem descripsit Labbe: *Prædestinatorum Hæresis, quæ ab Augustino accepisse dicitur initium, his temporibus serpere exorsa.* Sed emendatio facta, ne famæ S. Augustini detraheretur, si Hæreseos diceretur parens; Ideoque in *Libros* tanti doctoris *male intellectos*, rejicitur culpa. Hujus Hæreseos initium assignatur Prospero anno Honorii XXIII. Christi 418. quo vulgo alligantur Monachorum Adrumetinorum tumultus circa Prædestinationem. Novisse debuit genuinus Prosper, has lites non fuisse commotas anno 418. quo Pelagiani à Synodis, Pontifice, Imperatoreque profligati sunt; Sed post sexennium, quo *Augustinus* scripsit *Libros de Gratia & Libero Arbitrio*, quorum ope ad sanam doctrinam eos revocavit, ut testatur *Norisius.* Quæ fuerit illa Hæresis, inter eruditos controvertitur: de ea scripsit luculentissime *Sirmundus*, ejus originem ad Monachos Adrumetinos referens. Nos autumamus primo, peccasse aliquando Theologos incautos, qui Prædestinationis decreta, gratiæ necessitatem & efficaciam urgentes, nimium Libero Arbitrio & operum studio detrahere videbantur. Id enim evenit his etiam postremis temporibus, & quotiescunque controversia de gratia, præscientia divina, & libero hominis arbitrio agitabitur; quia vix potest libertas, qualem sibi vulgo fingunt homines, cum præscientia & prædestinatione conciliari: oriuntur ab utraque parte difficultates, quas solvere non datur; quæ si adversus partem sibi oppositam urgentur, hic *Prædestinatianus*, alter vero *Semipelagianus* audit: Hinc studium virtutis perire videtur, necessitasque inevitabilis admitti, si tollatur voluntati sua libertas, sive potius indifferentia; Illinc vero gartiæ Christi adimi creditur efficacia & pretium, si ipsa ex decreto æterno non agat efficaciter. Utrinque scopuli, uterque sibi parcere deberet, sed fit aliter omnino. Aliam igitur credam fuisse *Prædestinatianam Hæresin*, eorum scilicet, qui prædestinationem & gratiam extollentes, ab aliis hæreseos notâ infamabantur. Sic rectè ab *Augustino* vel ejus libris male intellectis, nati sunt Prædestinatiani. *Basn.*

(*d*) Hic annus erat 429. quo sedem Apostolicam tenebat adhuc *Bonifacius*, *Sixtus* vero nonnisi post *Cælestinum* anno 432. eam obtinuit Noris.

SÆC. V. ANNO 460.

Faramundus regnat in Francia.

XXVII. Signum in Cœlo mirabile apparuit.

Maximus Tyrannus Hiſpaniarum dominatum vi obtinet.

XXIIX. Honoratus, Minervius, Caſtor, Jovianus, ſingulorum Monaſteriorum Patres, in Galliis florent.

XXIX. Conſtantio dignitas Imperii ab Honorio ſponte delata, qua vix octo menſibus uſus interiit, Valentiniano octo annorum filio derelicto. (*a*)

XXX. Maximus Tyrannus de regno dejicitur, ac Ravennam perductus ſublimem ſpectaculorum pompam tricennalibus Honorii præbuit.

XXXI. Placidia, cùm inſidias fratri (*b*) tenderet, deprehenſa eſt, & Romam exilio relegata.

XXX. Honorius Ravennæ defunctus.

Nullo jure debitum Joannes ex Primicerio Notariorum regnum ſumit, qui vulneratum multis cladibus reliquit imperium.

THEODOSIUS II. Theodoſius annos XXVII.

I. Placidia ad Theodoſium auxilium precatum mittit. Sigiſvuldus ad Africam contra Bonifacium properavit.

II. In Galliis Exuperantius præfectus à militibus interficitur. Muro Carthago circumdata, quæ ex tempore, quo vetus illa deſtructa eſt, ſanctione Romanorum, ne rebellioni eſſet, munimento murorum non eſt permiſſa vallari.

Joanne ab exercitu Orientis victo & perempto, Ravenna deprædatione vaſtata eſt.

Aëtius, Gaudentii Comitis, à militibus in Galliis occiſi, filius, cum Chunnis Joanni opem laturus Italiam ingreditur.

III. Valentinianus Romæ Imperator factus.

IV. Arelas à Gothis per Aëtium liberatur.

V. Placidia tandem illata optato regno.

(*c*) Clodius regnat in Francia.

VI. Caſſianus compertas in Ægypto vitas patrum doctrinasque & regulas, libris ad plurimos datis, exponit.

VII. Aëtius Jhutungorum gentem delere intendit.

IIX. Viginti fermè millia militum in Hiſpaniis contra Wandalos pugnantium cæſa. Wandali in Africam transfretantes ingentem, lacerata omni provincia, Romanis cladem dedere.

IX. Conſulatu Aëtius edito, Bonifacium, qui ab Regina accitus ex Africa fuerat, declinans, ad munitiora conſcendit.

Aſperitas nimii frigoris etiam ſaluti plurimorum pernicies extitit. Bonifacius contra Aëtium certamine habito percuſſus, victor quidem, ſed moriturus abſcedit.

X. Cum ad Chunnorum gentem, cui tunc Rugila præerat, poſt prælium, ſe Aëtius contuliſſet, impetrato auxilio, ad Romanum ſolum regreditur. Gothi ad ferendum auxilium à Romanis acciti.

Germanus Epiſcopus Antiſiodori virtutibus & vitæ diſtrictione clareſcit.

XI. Aëtius in gratiam receptus.

Rugila, Rex Chunnorum, cum quo pax firmata, moritur, cui Bleda ſuccedit.

XII. Gallia ulterior Tibatonem principem rebellionis ſecuta à Romana ſocietate diſceſſit, à quo tracto initio, omnia pænè Galliarum ſervitia in Bagaudam (*d*) conſpiravêre.

XIII. Bellum contra Burgundionum gentem memorabile exarſit, quo univerſa pænè gens cum Rege * (*e*) Peretio deleta.

* *per Aëtium.*

XIV. Capto Tibatone, & cæteris ſeditionis partim principibus vinctis, partim necatis, Bagaudarum commotio conquieſcit.

XV. Theodoſianus liber omnium Legum legitimorum Principum, in unum collatarum, hoc primùm anno editus. (*f*)

Silvius

(*a*) Conſtantius obiit anno Honorii 27. & tunc temporis Valentinianus tertium vix ingreſſus erat annum. Noriſ.

(*b*) Honorius regnavit annos XXIX. menſes VIII. & Placidia ab Olympiodoro ablegata dicitur Conſtantinopolim, à Philoſtorgio tranſlata Byſantium. Noriſ. Hiſt. Pel.

(*c*) Hic eſt Clodoveus an. CCCCXXXIII. Scriver. Not. MS.

(*d*) *Bagaudæ* fuerunt Ruſticani latrones apud Gallos, illis præfuit *Tibato*, biennio poſt devictus. Vetus illud Bagaudarum nomen, quod jam arripuerant an. 285. Ruſtici Galli adverſus Romanos concitati. *Baſn.*

(*e*) Sic legendum monuit Savaro ad Sidonii Carmina p. 88. idque ex Sigeberto, quod paucis immutatis transſcripſit ex hoc optimo & non ſuppoſititio Proſperi Chronico, quod Petro Pithœo debemus. Scriver. not. MS. Equidem nemo novit, quis ſit ille Rex *Peretius*, quem Chronico ſuo inſeri patiebatur Scaliger. Fuit ille Rex *Gundericus*, nec in illa pugna ab Aëtio cæſus, ſed anno ſequenti, nempe 436. cæſus ab Hunnis, quorum tertia fuit irruptio in Gallias. Cæterum Aëtii victoria debet referri ad annum ſuperiorem, nempe 435. *Baſn.*

(*f*) Plura obſervat *Gothofredus* in annum, quo *Codex Theodoſianus* fuit conditus. I. enim per legitimos Principes intelligi

Silvius turbatæ admodùm mentis, post militiæ in Palatio exacta munera, aliqua de Religione conscribit.

XVI. Ecclesiæ Romanæ XL. Leo suscepit Principatum.

XVII. Pacatis motibus Galliarum, Aëtius ad Italiam regreditur. Deserta Valentinæ Urbis rura Alanis, quib. Sambida (*a*) præerat, partienda traduntur.

XVIII. Britanniæ, usque ad hoc tempus variis cladibus eventibusque laceratæ, in ditionem Saxonum rediguntur.

XIX. Alani, quibus terræ Galliæ (*b*) ulterioris cum incolis dividendæ à Patritio Aëtio traditæ fuerant, resistentes armis subiguntur, & expulsis Dominis terræ, possessionem vi adipiscuntur.

XX. Sabaudia Burgundionum reliquiis datur cum indigenis dividenda.

XXI. Carthago, à Wandalis capta, cum omni simul Africa, lacrimabili clade & damno Imperii Romani potentiam dejecit. Ex hoc quippe à Wandalis possidetur.

XXII. Thracia Hunnorum incursione concutitur.

XXIII. Bleda, Chunnorum Rex, Attilæ fratris fraude percutitur, cui ipse succedit.

XXIV. Nova iterum Orienti consurgit ruina, qua septuaginta non minus Civitates Chunnorum deprædatione vastatæ, cùm nulla ab occidentalibus ferrentur auxilia.

XXV. Meroveus regnat in Francia.

Eudoxius, arte Medicus, pravi, sed exercitati ingenii, in Bagauda id temporis mota delatus, ad Chunnos confugit.

XXVI. Eucherius Lugdunensis Episcopus, & Arelatensis, egregiam vitam morte consummat.

XXVII. Hæresis nefaria à quodam archimandrita commota, cui favorem præbens Theodosius obiit, septem super viginti annis in imperio exactis. Cui Martianus substituitur.

Placidia quoque post irreprehensibilem conversationem hoc anno vitam explevit, filio vicesimum quintum annum in ipso * consummante.

* Scil. Imperio.

Valentinianus & Martianus.

VALENTINIANUS & MARTIANUS.

I. Hac tempestate valde miserabilis Reipublicæ status apparuit, cùm ne una quidem sit absque barbaro cultore provincia; & infanda Arrianorum Hæresis, quæ se nationibus barbaris miscuit, Catholicæ nomen fidei toto orbe diffusa præsumat.

Attila Gallias ingressus, quasi jure debitam poscit uxorem: ubi gravi clade inflicta & accepta ad propria recedit.

II. Plurima hoc anno signa apparuerunt.

Insperata Galliis clade accepta furiatus Attila Italiam petit, quam incolæ, metu solo territi, præsidio nudavere.

III. Synodus Chalcedonensis, ubi Eutiche Dioscoroque damnatis, omnes, qui se ab eis retraxerunt, in communionem recepti, confirmata universaliter fide, quæ de Incarnatione Verbi, secundum Euangelicam & Apostolicam doctrinam, per Sanctum Papam Leonem prædicabatur.

Attila in sedibus suis mortuo, magna primùm inter filios ipsius certamina de obtinendo Regno exorta, deinde aliquot gentium, quæ Hunnis parebant, defectus sequuti, causas & occasiones bellis dederunt, quibus ferocissimi populi mutuis incursibus contererentur.

IV. Inter Valentinianum Augustum & Aëtium Patricium post promissæ invicem fidei Sacramenta, post pactum de conjunctione filiorum, diræ inimicitiæ convaluerunt; & unde fuit gratia charitatis augenda, inde exarsit fomes odiorum, incentore, ut creditum

intelligi debent Imperatores; qui Christianam profitebantur Religionem. II. Ex Prospero patet, *Theodosium Juniorem* fuisse genuinum hujus Codicis Parentem, nec huc referri debent, ut voluerunt eruditi, hi Claudiani Versus L. I in Rufinum:

Justitia insultat, vitiisque à stirpe recisis,
Allicit oppressas tenebroso è carcere leges.

Quippe illa dicta sunt de *Theodosio Magno*, qui post devictum *Maximum* Romam ingressus, anno 389. Leges aliquot vel sancivit, vel obliteratas renovavit, vel denique emendavit. III. Anno ætatis suæ 38. Codicem illum vulgavit Theodosius Junior. IV. Denique errarunt omnes, qui illum anno 435. assignaverunt, quippe conditus est triennio post. Nam Prosper illum refert ad an. XV. Theodosii post Honorii mortem: at obiit Honorius an. 423. Deinde inscripta est Novella *Florentio* P.P. Orientis. At illam Præfecturam gerebat *Isidorus* anno 435. Huic successit *Darius*, post quem illam tenuit *Florentius*, denique sunt hic quindecim Leges annis 435. 436. & denique 437. promulgatæ. Vult *Pagius* errare tamen Prosperum, & anno præcedenti conditum Codicem Theodosianum. *Basn.*

(*a*) Autumat *Valesius*, eum Alanorum Regem, qui hic *Sambida* appellatur, alias dici *Sangibam*, eundemque fuisse, qui Aurelianensem Urbem Romanorum nomine tuebatur. Divisos scilicet credidit ille Alanos, quorum pars sub *Eoarico* Rege Ligerim occupavit, altera sub *Sangiba*, vel ut Prosper habet, *Sambida*, Rhodani ripas ulteriores tenuit. Male omnino, nam Alani circa Rhodanum sedes habuerunt. Nec eorum Imperium ad Aurelianensem Urbem aut Ligerim usquam prolatum. Nec idem est *Sangiba* ac *Sambica*, successit *Sambicæ Sangiba*, & pro Romanis adversus Attilam in prœlio Catalaunico pugnavit. *Eoaricus* autem non fuit Alanorum, sed Germanorum, partem Galliæ tunc temporis occupantium, Rex. *Basn.*

(*b*) Hoc est ultra Rhodanum. *Basn.*

SÆC. V. ANNO 460.

ditum est, Heraclio spadone, qui ita sibi Imperatoris animum in sincero famulatu astrinxerat, ut eum facile, in quæ vellet, impelleret. Cum ergo Aëtius placita instantiùs repetit, & causam filii communis agit, Imperatoris manu & circumstantium gladiis crudeliter confectus est, Boëtio præfecto Prætorii simul perempto, qui ei multa amicitia copulatus erat.

V. Mortem Aëtii mors Valentiniani non longo post tempore consecuta est, tàm imprudenter non declinata, ut interfecti Aëtii amicos armigerosque ejus sibimet sociaret: Qui concepti facinoris opportunitatem dissimulanter aucupantes, egressum extra urbem Principem, & ludo gestationis intentum inopinatis ictibus confoderunt, Heraclio simul, ut erat proximus, interempto, & nullo ex multitudine regia ad ultionem tanti sceleris accenso. Ut autem hoc parricidium perpetratum est, Maximus, vir gemini consulatus & Patriciæ dignitatis, sumpsit imperium. Qui cùm periclitanti Reipublicæ profuturus per omnia crederetur, non sero documento, quid animi haberet, probavit, sic quidem, ut interfectores Valentiniani non solùm non plecteret, sed etiam in amicitiam reciperet, uxoremque ejus Augusti, amissionem viri lugere prohibitam, intra paucissimos dies in conjugium suum transire cogeret. Sed hac incontinentia non diu potitus est. Nam post alterum mensem, nunciato ex Africa Genserici Regis adventu, multisque nobilibus ac popularibus ex urbe fugientibus, cùm ipse quoque, data cunctis abeundi licentia, trepidè vellet abscedere, à famulis Reginæ dilaniatus & membratim dejectus in Tiberim, sepulturâ quoque caruit.

Post hunc Maximi exitum confestim secuta est multis digna lacrimis Romana captivitas, & Urbem omni præsidio vacuam Gensericus obtinuit, occurrente sibi extra portas Sancto Leone Episcopo: cujus supplicatio ita eum, Deo agente, lenivit, ut cùm omnia in potestate ipsius essent, tradita sibi Civitate, ab igne tamen & cæde, atque suppliciis abstineret. Per quatuordecim igitur dies secura & libera scrutatione omnibus opibus suis Roma vacuata est: multaque millia captivorum, prout quique aut ætate, aut arte placuerunt, cum Regina & filiabus ejus Carthaginem abducti sunt.



VICTO-

VICTORIS,
EPISCOPI TUNUNENSIS
CHRONICON,
CONTINUANS
UBI
PROSPER DESINIT.

TESTIMONIA
DE
VICTORE.

Isidorus de Viris illustribus Cap. XXXVIII.

Victor Tununensis, Ecclesiæ Africanæ Episcopus. Hic à principio Mundi, usque ad primum Justini Junioris Imperium, brevem per Consules annuos bellicarum Ecclesiasticarumque rerum nobilissimam promulgavit historiam, laude, & notatione illustrem; ac memoria dignissimam. Hic pro defensione trium Capitulorum à Justiniano Aug. exilio in Ægyptum transportatur. Inde rursus Constantinopolim vocatus, dum Justiniano Imperatori, & Eutychio, Constantinopolitanæ Urbis Episcopo; obtrectatoribus eorundem trium Capitulorum resisteret, rursus in Monasterio ejusdem Civitatis custodiendus mittitur, atque in eadem damnatione, ut dicunt, permanens moritur.

Idem Originum Lib. V. Cap. ultimo.

Dehinc Eusebius, Episcopus Cæsariensis, atque sanctæ memoriæ Hieronymus Presbyter Chronicorum Canonum multiplicem ediderunt historiam, regnis simul & temporibus ordinatam: dehinc alii, atque alii: inter quos præcipue Victor, Tununensis Ecclesiæ Episcopus, recensitis priorum historiis, gesta sequentium ætatum usque ad Consulatum Justini Junioris Imperatoris explevit.

Meminerunt etiam Victoris hujus Ado Viennensis in principio Chronici, & Otho Frisingensis Lib. V. Historiæ Cap. IV.

VICTORIS

VICTORIS EPISCOPI TUNUNENSIS CHRONICON, CONTINUANS UBI PROSPER DESINIT.

A XVIII. Consulatu Theodosii Junioris, Victor Episc. Tununensis Ecclesiæ Africæ historiam prosequitur, ubi Prosper reliquit.

Igitur THEODOSIO XVIII. ET ALBINO COSS.

Antiochenæ Ecclesiæ Episcopatum post Johannem Diaconus suscepit.

AETIO III. ET SYMMACHO COSS.

CALIPPIO ET ARDABURE COSS.

Eutyches Presbyter & Archimandrita cujusdam Monasterii Constantinopolitani apparuit, qui sui nominis hæresim condidit. Hic etenim Dominum nostrum Jesum-Christum sic asserebat natum ex Maria semper virgine Matre, ut nihil in eo confiteretur humanæ naturæ. Qui synodali invitatus colloquio Constantinopoli congregato, cui sanctus præfuit Flavianus, ejusdem Urbis Episcopus, dum nollet Christum in duabus confiteri naturis post nativitatem ex Virgine, & nobis secundum carnem substantialem esse, damnationem cum proprio errore suscepit: quam sanctus Romanus antistes Apostolica auctoritate firmavit: Pro quo, Imperatore Theodosio patrocinante, Leone Romano, Dioscoro Alexandrino, Diacono Antiocheno, Juvenale Jerosolymitano, & Flavio Constantinopolitano, Præsulibus sedium,

POSTHUMIANO ET ZENONE COSS.

Synodus generalis II. congregatur in Epheso, in qua Dioscorus Alexandrinus sibi principatum usurpans imperiali favore Eutychen post legitimam damnationem absolvit, & ejus obtrectatores duarum in Christo naturarum doctores, Flavianum Constantinopolitanum, Eusebium Dorylei, Theodoretum Cyri, Ibam Edessenum, Antistites cæterosque alios impia auctoritate, contradicentibus etiam Legatis Sedis Apostolicæ, condemnavit, totamque Synodum sibi favere Monachorum seditione, militarique violentia inclinavit.

ASTURIO ET PROTOGENE COSS.

(a) Attila, Rex Hunnorum, postquam est Valentiniani Augusti Ducis prælio superatus, & in fugam conversus, vires recepit, & ad Italiam importabiliter pergit, cujus mala Romana Respublica pacis fœdere sopiit. Qui Attila, Leonis Papæ Legatione suscepta, non solum à Reip. vastatione quievit, sed & trans Danubium pace data recessit.

VALENTINIANO VII. ET * ATTIENO COSS. * AVIENO.

Theodosius Imperator anno vitæ suæ LXII. Constantinopoli moritur. Chrysaphius Præpositus Imperatoris, amicitiis Eutychetis male usus, occiditur: & Martianus totius Reip. consensu Imp. factus,

ROMANORUM XLVII. regnat annis V. mensibus VI. qui in ipso regni sui exordio Ecclesiarum paci prospiciens Chalcedone fieri Synodum Imperiali auctoritate denunciat.

Constantinopolitanæ Ecclesiæ præsulatum post Flavianum Anatolius suscepit.

(b) CONSULATU MARTIANI Augusti VIII. Cal. Octobris, Leone Romano, Dioscoro Alexandrino, Maximo Antiocheno, Juvenale Hierosolymitano, & Anatolio Constantinopolitano Præsulibus, Synodus generalis Chalcedone colligitur Episcoporum DCXXXII. ubi Ephesina II. nec dicenda Synodus abdicatur. Eutyches cum Dioscoro, patrono suo Alexandrino Episcopo, atque Nestorio condemnatur: Antistitesque Catholici, injuste damnati, ab eodem Dioscoro in Synodo præfata Ephesina II. sol-

(a) His diebus Gothi cum Hunnis dimicant in Campis Catalaunicis, in quo prælio Theodoredus Rex occubuit, & Gothi victores extiterunt, dimicante Thurismundo Rege. Attila, Rex Hunnorum nusquam comparuit.

(b) Post Theodoredum Turismundus, filius ejus, Gothorum Regiam regit ann. X.

Sæc. VI. Anno 527.

II. solvuntur, fidesque Sanctorum Patrum, qui in Nicena, Constantinopolitana, & Ephesina prima convenerunt, sanctis Synodis, explanatur. His itaque diffinitis, & subscriptionibus totius Synodi roboratis, Eusebio Doriclei, Theodoreto Cyri, & Iba Edesseno propriis restitutis Ecclesiis, iis, quos pro eis Dioscorus haereticus substituerat, pulsis, omnia, quæ ad statum Ecclesiæ pertinent, disposita sunt, ratumque terminum susceperunt.

OPILIONE ET VINCOMALO COSS.

Dioscoro Gangra exilio relegato, Proterius Alexandrinæ Ecclesiæ suscepit præsulatum.

Eo Tempore Attila moritur: de cujus Regno dum filii dimicant, Huni vastantur, ac deinde minorantur.

AETIO ET STUDIO COSS.

Aëtius Patritius, Valentiniani Augusti manu intra Palatium primo percussus, circumstantium gladiis crudeli morte extinguitur. Boëthiusque Præfectus nihilominus occiditur.

VALENTINIANO VIII. ET ANTHEMIO COSS.

Valentinianus Imper. Romæ in Campo Martio, dolis Maximi Patritii, & Heraclii Præpositi perimitur: idemque Maximus ex Consule & Patritio ejus sumit imperium diebus LXVII. Hic itaque malum, quod latebat, apparuit. Mox relictam Valentiniani Augustam viri exitum sui lugere non permittens in matrimonio sumit. Sed his malis pejora succedunt, dum adventum Genserici, Vandalorum Regis, formidat: & cunctis volentibus Urbe recedere licentiam tribuit, priusquam fugam, quam cogitabat, assumeret, occisus, membratimque concisus in Tiberim fluvium projectus est.

AETIO ET STUDIO COSS. & Præfectis.

Tertia die, postquam Maximus occiditur, Gensericus, Vandalorum Rex, Romanam Urbem ingreditur, & per XIV. dies cunctis opibus nudat, secumque inde Valentiniani filias, & uxorem, ac captivorum multa millia tollit. Ut autem ab incendio, tormentis, & gladio abstineret, Papæ Leonis intercessio facit. Hujus quoque captivitatis LXXV. die * Anitius, vir totius simplicitatis, in Galliis imperium sumit.

* Avitus.

JOHANNE ET VARANE COSS.

Ricimirus Patritius Avitum superat, cujus innocentiæ parcens Placentiæ Civitati Episcopum facit.

CONSTANTINO ET RUFO COSS.

Martianus, Imperator Orientis, Constantinopoli moritur, & pro eo Leo Imperator efficitur Romanorum XLVIII. Leo regnat annis XVI.

(a) Alexandria & Ægyptus errore Dioscori languens decreta Chalcedonensis Synodi non recepit. Proterium Antistitem, Dioscori successorem, & Synodi Chalcedonensis decretorum custodem populus Dioscoritanus, seditione facta Timotheo auctore, cognomento * Herulo, interfecit † VI. Kal. Aprilis, VI. feria, ultimæ jejuniorum Hebdomadæ, die, qua noster Salvator & Dominus à Judæis est crucifixus. Tunc enim Pascha Domini, * cum quarto est Kal. April. celebratum. Proterio itaque interempto, Timotheus præfatus, cognomento ‡ Herulus, Chalcedonensis Synodi obtrectator ejus Episcopatum Ecclesiamque pervadit.

*Alias Æluro. leg. VI. anno CCCCLVII.
† IV.
‡ Ælurus.

LEONE AUG. COSS.

(b) Majoranus Romæ imperium sumit. Timotheus, Alexandrinæ Ecclesiæ incubator, defensores Synodi Chalcedonensis insequitur.

PATRICIO ET RICIMERO COSS.

Juvenalis, Hierosolymarum Episcopus, literis Leonis Romani Antistitis adversus errorem Eutychis Dioscorique armatur.

MAGNO ET APOLLONIO COSS.

(c) Timotheus Episcopus, interfector Proterii Episcopi, Leonis Principis præcepto, vi à sede Alexandrinæ raptus Ecclesiæ Chersona exilio relegatur: & post menses V. eidem Alexandrinæ Ecclesiæ, alius pro eo Timotheus, cognomento † Salafratatus, Synodi Chalcedonensis defensor Episcopus ordinatur.

† Salafaciarim.

* GADALAIFO ET SEVERINO.

‡ LEONE AUG. II. ET VIVIANO V. C. COSS.

* DAGALAIFO.
‡ LEONE Aug. II. & SEVERO Aug. Coss. BASILIO & VIVIANO Coss.

Carthagi-

(a) His temporibus Theodoricus, frater Thurismundi, Gothos regit, ann. IX.

(b) His diebus Gothi contra Suevos dimicant in Campo Paramo, juxta Flumen Orbicum, in quo Gothi extitere victores.

(c) His diebus Majoranus Imp. Cæsar Augustam venit.

(a) Adde

Carthaginiensis Ecclesiæ post Capreolum, Quod-vult-Deus Eugenius Episcopus ordinatur. (a)

(b) OLYBRIO ET RUSTICO COSS.

Gensericus, Vandalorum Rex, post multarum Provinciarum clades, & Christiani apud Africam populi spolia atque neces, moritur anno Regni XL. Post quem Ugnericus, filius ejus, regnat annos VII. menses V. Huic Ugnerico Pater Gensericus Valentiniani filiam, quam ex Roma captivam abduxerat, in conjugium tradidit.

* HERMIA ET BASILISCO COSS. (* Hermino-richo.)

Antiochenæ Ecclesiæ Episcopatum post Maximum cœpit Alexander. Hierosolymitanæ vero Ecclesiæ post Juvenalem præest Anastasius.

LEONE AUG. III. COS.

Ugnericus, Vandalorum Rex, Arriano suscitatus furore, Catholicos per Africam plus patre persequitur; Christianorum Ecclesias tollit, & Catholicos Sacerdotes exilio mittit.

BUSEO * ET JOHANNE COSS. (* Al. Puseo.)

Signum in Cœlo ex nube velut contum apparuit per dies X. † Antherius Romæ imperium sumpsit. († Anthemius.)

(c) LEONE IV. ET ANTHEMIO II. COSS.

Leo Aug. supplicationibus Ægyptiorum permotus, ut Synodus fieret, quæ de gestis Synodi Chalcedonensis judicium ferret, ad cognoscendam singulorum fidem, Ecclesiarum Præsulibus unicuique semotim scripsit: à singulis Epistolas tanquam ex una collatione consonas suscepit, id fieri nullatenus posse: sed magis ac magis in sua perpetuitate Synodi gesta Chalcedonensis manere. Extant quæ ἐγκύκλια Græco eloquio vocitantur.

ZENONE ET MARTIANO COSS.

Romanæ Ecclesiæ Episcopatum post Leonem Hilarius suscepit.

(d) * JOHANNE ET SEVERO COSS. (* JORDANES.)

Leo Aug. Patritium, Asparis filium, Cæsarem facit.

LEONE AUG. V. ET PROBINO COSS.

Aspar & duo filii ejus, Patritius Cæsar, & Ardaburius Constantinopoli, præcepto Leonis Aug. occiduntur.

LEONE VI. ET PROBINO COSS.

Leo Aug. Leonem, nepotem suum, Zenonis & uxoris, suæ filiæ, filium, Cæsarem facit: & imperat ann. II. Romanæ Ecclesiæ Episcopus post Hilarium Simplicius ordinatur, & post Simpliciem Felix.

Constantinopolitanæ Ecclesiæ Gennadius Anatolio succedit in Episcopatu, & Gennadio Acatius.

Antiochenæ Ecclesiæ post Alexandrum Martyrius, & post Martyrium Julianus ordinatur Episcopus. Hierosolymitanæ vero Ecclesiæ Martyrius post Anastasium Episcopus ordinatur. His Coss. Olybrius Romam venit, & imperium factione Ricimeri Patritii, regnante Anthemio, sumit. Quo agnito Anthemius in fugam conversus occisus est, & post certos dies Herculanus, Orestis filius, arripiens imperium cum patre suo occiditur: & ejus regnum nepos assumit.

LEONE MINORE AUG. COSS.

Leo major Aug. Constantinopoli moritur. Zenon à Leone Aug. filio in * Septimo contra consuetudinem coronatur. (* Leg. Imperator.)

ROMANORUM XLIX. ZENON regnat annis XVII. Post Consulatum Leonis Junioris Aug. Zenon Imp. quærens Leonem Aug. proprium filium suum occidere, & ejus Imperium pervadere, alium pro eo ejus uxor, Ariadne Augusta, similem puerum ad mortem obtulit, & Leonem eundem Augustum occulte totondit, eumque clericum unius Ecclesiæ Constantinopolitanæ fecit. Qui Leo usque ad Justiniani tempora Principis vixit.

Eodem Consulatu, Basiliscus cum filio Marco imperium quam tyrannice Constantinopoli sumit.

Zenon Aug. in Isauriam, unde exortus fuerat, fugit: & eum Ariadne Augusta sub hiemis discrimine navali itinere subsecuta.

His

(a) Adde ex Canisii Editione: *Majoranus Romæ occiditur, & Severus Imper. Non Jul. sumit.* Basn.

(b) *His Coss. Majoranus Imper. à Ricimere interfectus est.*

(c) *His diebus Theodoricus, Rex Gothorum, à suis gladio interfectus est: & Euricus, frater ejus, Rex efficitur. Regnat annos* XVI.

(d) *His* Coss. *Arelatum & Massilia à Gothis occupata sunt.*

(a) Vide

SÆC. VI. ANNO 527.

His Coss. Basiliscus Tyrannus lege data Chalcedonensem Synodum damnari, & Ephesinam II. præcepit absolvi & suscipi.

Timotheus Episcopus, cognomento * Hellurus, Proterii successor pariter & peremptor, ab exilio Chersona rediit: & fugato alio Episcopo Timotheo † Salafatiatio cognomento, defensore Synodi Chalcedonensis, Alexandrinam Ecclesiam etiam pervadit.

* Ælurus.
† Al. Solafatiario.

BASILISCO TYRANNO ET * ARMATO COSS.

* HARMATIO.

Zenon Aug. vicesimo mense, donato sibi exercitu, Constantinopolim ab Isauria redit: imperium resumit, & Basiliscum cum filiis & uxore exilio in Sasemis Cappadociæ mittit: finemque vitæ ibi misere facit.

Inter hæc, quæ gesta sunt, quia nullus Cos. accessit, & Basiliscus Tyrannus à Consulatu recessit, * Armatus præsenti anno Consul remansit.

* Harmatius.

Post Consulatum Armati v. c. Timotheus † Hellurus, Chalcedonensis Synodi obtrectator, & Proterii Episcopi interfector, moritur: & Alexandrinæ Ecclesiæ præsulatum alius Timotheus Salafatiatius, Chalcedonensis Synodi defensor, resumit. Hierosolymitanæ itaque Ecclesiæ Sallustius Martyrio succedit Episcopus: Antiochenæ vero Petrus, cognomento Fullo, post Julianum, qui Martyrio successerat, ordinatur Episcopus.

† Ælurus.

ZENONE AUG. COS.

Hunericus, Vandalorum Rex, persecutionem per totam Africam nimis insistens, Tubunnis, Macri Nippis, aliisque Eremi partibus Catholicos jam non solum Sacerdotes & cuncti ordinis Clericos, sed & Monachos, atque Laicos quatuor circiter millia exiliis durioribus relegat, & Confessores ac Martyres facit, Confessoribusque linguas abscidit. Quos Confessores quod linguis abscissis perfecte finem adusque locuti sunt, Urbs regia adtestatur, ubi eorum (a) corpora jacent. Tunc Lætus, Neptensis Ecclesiæ Episcopus, martyrio coronatur IIX. Kal. Octob. & Eugenius, Episcopus Carthaginensis Ecclesiæ, post dira Eremi exilia plurimis afflictionibus, pœnisque clarus habetur. Hic itaque Hunericus inter innumerabiles suarum impietatum strages, quas in Catholicos exercebat, octavo Regni sui anno, interioribus cunctis effusis, ut Arrius, pater ejus, misere vitam finivit: cui succedit Guntamundus: regnavit annis XII. qui nostros protinus de exilio revocavit.

Post Consulatum Zenonis III. Timotheus, cognomento Salafatiatius, Synodi Chalcedonensis defensor, moritur: & pro eo Alexandrinæ Ecclesiæ Johannes Tabennesiota, Presbyter & Oeconomus, Synodi Chalcedonensis defensor Episc. ordinatur. Quem Zenonis præcepto Principis, Petrus, qui, superstite Timotheo Salafatiatio Episcopo, ab hæreticis fuerat ordinatus, ejiciens Alexandrinam Eccles. pervadit. Qui confestim favore Zenonis Principis Synodum Chalcedonensem de pulpito coram populis damnat: nomina Proterii & Salafatiatii de Ecclesiasticis Diptychis tollit, & Dioscori, & Hellurì, qui Proterium interfecit, scribit: corpusque præfati T. Salafatiatii de Ecclesia ejiciens in loco deserto foris civitatem projecit.

TRICUNDIO V. C. COS.

Zenon Imperator, Eutychiani poculo erroris sopitus, Acatium Constantinopolit. Episcopum damnatoribus Synodi Chalcedonensis Petro Alexandrino & Petro Antiocheno Episcopis, per Henoticum à se prolatum socians, eorum communione polluitur, & cum eis à Catholica fide recedit.

Post Consulatum Tricundii v. c. Leontius Tyrannus Hylli Patritii factione imperium in Isauria cum tyrannide sumit.

THEODORITO V. C. COS.

Felix, Romanæ Ecclesiæ Præsul, Monachis & Clericis per Orientem, Ægyptum, & Bithyniam commorantibus scribit, ut Petrum, Alexandrinum Episcopum, Chalcecedonensis Synodi obtrectatorem, & ejus communicatores tanquam Hæreticos vitent.

(b) Post Consulatum Theodoreti v. c. Orientales Episcopi, præter paucos, per Henoticum Zenonis communione atque consensu polluti, Petri Alexandrini, Petri Antiocheni, & Acatii Constantinopolitani Episcoporum Synodo Chalcedonensi renunciant.

LONGINO V. C. COS.

Acatius, Constantinopolitanus Episcopus, literis Felicis, Romanæ Ecclesiæ Præsulis

(a) Vide Ruinart. Historiam Persecutionis Vandalicæ erudite scriptam. *Basn.*

(b) *His dieb. Euricus Rex moritur, & Alaricus, filius ejus, pro eo Rex efficitur. Regnat annis* XXIII.

(a) *His*

lis admonitus, ut à damnatorum Synodi Chalcedonensis communione atque societate abstineat, legatos ejus custodiæ mancipat. SÆC. VI.

Post Consulatum Longini v. c. Acatius Constantinopolitanus, Petrus Alexandrinus, Petrus Antiochenus, Episcopi Chalcedonensis Synodi inimici, à Felice R. E. Præsule & Synodo in Italia facta damnantur: & ipsa damnatio Acatio Constantinopolim legatis missis per Monachos monasteriorum Achimitentium Bassiani atque Dii ingeritur. ANNO 527.

Post Consulatum II. Longini v. c. Corpus Sancti Barnabæ Apostoli in Cypro, & Evangelium secundum Matthæum ejus manu scriptum, ipso eodem revelante, inventum est. Leontius tyrannus, & Patritius proditione castelli capti, morte turpissima pereunt. Petrus Antiochenus sub damnatione moritur: & in ejus loco Calendionem ordinat. Orientales autem Episcopi, tanquam nescientes, Johannem, cognomento Codonatum, eidem Ecclesiæ consecrant Episcopum: cui Petrus successit hæreticus.

EUSEBIO V. C. COS.

Acatius, Constantinopolitanus Episcopus, sub damnatione moritur: & pro eo Flavianus Episcopus ordinatur: cui tertio promotionis suæ mense mortuo Euphemius, Synodi Chalcedonensis decretorum custos, in Episcopatu succedit.

Post Consulatum III. Longini v. c. Petrus, Alexandrinæ incubator Eccl. sub damnatione moritur: cujus Episcopatum simul & errorem suscepit Anastasius. Calendio Antiochenus Episc. reliquias Prædecessoris sui Eustochii Episcopi & Confessoris ex * Philippis populi Macedoniæ colligit, & Antiochiam summo cum honore perducit. Hoc tempore Annianus super Euphratem fluvium oratione podagros curat. Auxentius Dæmones fugat. Daniel & Anastasius, Vindemiolus, Manasse, Severus, & cæteri alii per diversa Eremi loca virtutibus variis ac præscientia claruerunt.

* Philippopoli.

OLYBRIO V. C. COS.

Zenon Imperator Constantinopoli moritur anno vitæ suæ XLII. Ariadne Augusta, Zenonis relicta, Anastasium Silentiarum Illyricianum, Patre Dyrracheno, Matre Arriana, Imperatorem designat. Anastasii autem fide, imo perfidia, procul jam patre nota, coactus est, Euphemio Constantinopolitano Episcopo insistente, scripto promittere, nihil sinistrum contra Apostolicam fidem & Synodum Chalcedonensem agere. Chirographum Euphemius Episcopus suscipit, & in Archivo Ecclesiæ reponit.

ROMANORUM L. regnat Anastasius annis XXVII.: qui Imperium sumens, violenter Chirographum suum ab Euphemio Episcopo recolligit, & adversus Synodi Chalcedonensis defensores Episcopos atrociter sævit: inter quos, mortuo Petro Antiocheno Episcopo, qui Calendione Synodi, Chalcedonensis defensore, superstite fuerat ab hæreticis Zenonis temporibus Principis ordinatus, sententiam mutat in pejus, ut Calendio quidem de malis ad pejora ducatur, & pro eo Palladius ordinetur.

ANASTASIO ET RUFO COSS.

Romanæ Ecclesiæ Felici succedit Gelasius, & Gelasio Anastasius. Alexandrinæ vero Athanasius præerat hæreticus. Antiochenæ etiam Ecclesiæ Palladius Calendione superstite factus, & Hierosolymorum Sallustius. Euphemius Constantinopoleos Episcopus Anastasii Imperatoris calliditate prævisa Synodum congregat: Synodi Chalcedonensis decreta confirmat.

(a) ASTERIO ET PRÆSIDIO COSS.

Johannes Episcopus Alexandrinus à Romana Ecclesia veniens Anastasio Imperatori supplicat, ut eum throno suo pro antiqua amicitia reddat. Sed hoc pro defensione Chalcedonensis Synodi dum non impetrat, Romam furtim, unde venerat, remeavit.

VICTORE V. C. COS.

Bellum Isauricum cum exardescit, Athenodorus & Longinus tyranni occiduntur. Athanasio Alexandrino mortuo, Johannes, cognomento Hemula, succedit: quo occumbente, post paucos dies ei Johannes alius, cognomento Niceta, succedit Episcopus.

(b) PAULO V. C. COS.

Anastasius Imperator Hæreticorum Synodum faciens Henoticum Zenonis confirmat, & Euphemium, Episcopum Constantinopolitanum, Chalcedonensis Synodi defensorem, deponit, quem Euchaida in exilium mittens, pro eo Macedonium facit.

(c) ANASTASIO AUG. COS.

Macedonius, Constantinopolitanus Episcopus, Synodo facta, condemnat eos, qui Chal-

(a) *His Coss. Saci in Hispaniam ingressi.*
(b) *His Coss. Burdimelus in Hispania tyrannidem assumit.*
(c) *His Coss. Gothi intra Hispanias sedes acceperunt, & Burdemalus, à suis traditus, in Tauro æneo igne crematus est.*
(a) His

SÆC. VI. ANNO 527. Chalcedonensis decreta Synodi suscipiunt, & eos, qui Nestoris & Eutychis defendunt. Anastasio, Romano Episcopo, mortuo, succedit Symmachus, & ex alia parte Laurentinus ordinatur, qui dum Nuceriæ Civitatis * Episcopus nollet esse contentus, Synodo Romæ facta, à cœtu est sacerdotali projectus. Palladius Antiochenus moritur: & pro eo Flavianus ordinatur Episcopus. Alexandrinæ Ecclesiæ Johannes, cognomento Niceta, adhuc præsidebat. Hierosolymæ vero post Sallustium Elias suscepit præsulatum.

* Episcopatu.

Gunthamundo, Vandalorum Rege, Carthagine mortuo, Thrasamundus regnat ann. XXVII. menses IV. Et hic, Arriana insania plenus, Catholicos insectatur. Catholicorum Ecclesias claudit: & in Sardiniam exilio ex omni Africana Ecclesia CXX. Episcopos mittit. Eo tempore Fulgentius, Ruspensis civitatis Episcopus, in nostro dogmate claruit.

JOHANNE SCYTHA ET PAULO COSS.

Olympius quidam Arrianus in balneis, quæ Helianæ vocantur, ad Regiam Urbem, sanctam & consubstantialem Trinitatem blasphemans, tribus ignis * siclis, Angelo ministrante, invisibiliter in piscina frigidæ aquæ perfusus, vitam impie simulque prodigiose finivit.

* Spiculis.

GIBBO V. C. COS.

Anastasius Imperator Flaviano Antiocheno, & Philoxeno Hieropolitano Præsulibus, Constantinopolim Synodum congregat, & contra Diodorum Tarsensem, Theodorum Mopsuestenum cum scriptis, Theodoritum Cyri, Ibam Edessenum, Andream, Eucherium, Quirum, & Johannem Episcopos, cæterosque alios, qui in Christo duas prædicabant naturas, duasque formas, & qui non confitentur unum de Trinitate crucifixum, una cum Leone, Episcopo Romano, & ejus Tomo, atque Chalcedonensi Synodo inferre anathema persuasit.

PATRITIO ET HYPATIO COSS.

Barbas quidam, Arriani erroris Episcopus, dum præsumit contra Regulam supra baptizandum dicere: Baptizat te Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu Sancto: protinus aqua, ex qua futurus erat baptizare hominem, nusquam comparuit: vas vero ipsum, in quo aqua erat, confractum est. Quod considerans qui baptizandus erat, protinus ad Catholicum currit, & Baptismum regulariter sumit.

ABIENO ET POMPEJO COSS.

Anastasius Imperator Macedonium, Constantinopolitanum Episcopum, cum quibusdam Clericis nolentem Synodi Chalcedonensis decreta damnare, ab Ecclesia rapit & in exilium mittit: atque pro eo Timotheum presbyterum Episcopum facit: qui continuo damnatores Synodi Chalcedonensis in communionem suscepit.

ABIENO JUNIORE COS.

Ingens terræ-motus cum coruscationibus magnis atque grandine, & totius Cæli ac Terræ commotione factus.

(a) CETHEGO V. C. COS.

Flavianus Antiochenus Episcopus sera pœnitentia Anastasium Imperatorem deserit, & in possessionem, Platani vocabulo, relicto Throno suo, secedit. Huic Anastasius Imperator Severum, Chalcedonensis Synodi inimicum, subrogat: Ecclesiæ Orientis scandala magna subministrat.

THEODORO V. C. COS.

Eugenius, Carthaginensis Episcopus, Confessor, moritur. Julianus Bostrenus, & Johannes Paltensis Episcopi, ab Ecclesiis propriis ultro recedunt; & alii eis subrogantur.

(b) MESSALLA V. C. COS.

Constantinopoli, jubente Anastasio Imperatore, sancta Evangelia, tanquam ab idiotis Evangelistis composita, reprehenduntur, & emendantur.

(c) VENANTIO ET CELERE COSS.

Populos Alexandrinos & totius Ægypti simul pusillos, & magnos, liberos ac servos, clericos atque monachos, præter peregrinos, immundi spiritus occupant: & humana locutione privati latrare cunctis diebus ac noctibus, ut canes, cœperunt, ita ut vinculis ferreis vincti ad Ecclesias postea, ut sanitatem reciperent, traherentur. Comedebant enim suas manus, simulque & brachia pariter omnes. His evenientibus, Angelus in viri specie quibusdam ex populo apparuit, dicens hoc eis pro eo, quod anathema

(a) *His* Coss. *Cæsaraugustæ Circus expectatus est.*

(b) *His* Coss. *Dertosa à Gothis ingressa est. Petyrannus interfectus est: & caput ejus Cæsaraugustam deportatum est.*

(c) *His diebus pugna Gothorum & Francorum Boglodoreta. Alaricus Rex in prœlio à Francis interfectus est. Regnum Tolosanum destructum est.*

(a) His

ma Synodo Chalcedonensi dederint, evenisse, comminatus deinceps nihil eos tale aliquid præsumere. SÆC. VI.

VENANTIO ET JUNIORE V. C. COSS. ANNO 527.

Cawades, Rex Persarum, Zumdaber, Castellum plurimis thesauris ab initio suæ conditionis plenum, & Dæmonum leonibus mancipatum custodiaque munitum, ubi nullus unquam ingredi potuit, Christianorum orationibus capit: & ingressus, universos ex eo thesauros tulit.

IMPORTUNO JUNIORE V. C. COSS.

Helias, Episcopus Hierosolymitanus, Synodi Chalcedonensis defensor, nolens Severum Antiochenum, Apostolicæ fidei inimicum, in communione, præcipiente Anastasio Imperatore, suscipere, exilio Paraxenensi Castello truditur: & pro eo Joannes, Crucis custos, Episcopus ordinatur, qui confestim & Severum Antiochenum in communionem suscepit, & Synodum Chalcedonensem damnavit.

(a) BOETIO V. C. COS.

Vitalianus, Patritioli filius, fidei Catholicæ subversionem, & Synodi Chalcedonensis damnationem, remotionesque Orthodoxorum Episcoporum, atque successiones Hæreticorum cognoscens virorum fortium validam manum congregat, & in Anastasii Imperium rebellat.

FELICE V. C. COS.

Vitalianus Comes Patritium, nepotem Anastasii Principis, magistrum Romanæ militiæ, congressione facta, LXVII. viris ex militia Romana peremptis, vivum capit, & vinculis æreis vinctum in custodiam caveæ ferreæ tradit, & postea distrahit.

PAULO ET MUSCHIANO COSS.

Alamundarus, Saracenorum Rex à defensoribus Synodi Chalcedonensis baptizatus, Theopaschitas Episcopos à Severo, Antiocheno Episcopo, ad se cum literis missos, barbaram mirabiliter propositionem concludens atque superans, Deum immortalem ostendit.

PROBO V. C. COS.

Anastasii Imperatoris præcepto, Plato, civitatis præfectus, & Maximus, pulpitum Ecclesiæ sancti Theodori ascendentes, & hymno, quem Græci Trisagion dicunt, τὸ ςαυρωθὲν δι' ἡμᾶς noviter apponentes, dum per forum Constantini id psallentes ad majorem Ecclesiam pergunt, nubes ex improviso cinerem super eos pro pluvia emiserunt, totamque (b) Civitatem atque Provinciam contexerunt: pro qua novitate Constantinopolitanæ multa mala obvenerunt civitati, multique sunt male interempti. Prasinorum siquidem, simulque & Venetorum turbæ adversus Anastasium Imper. unitæ inter mille injurias atque mala incendium in urbem miserunt, combustaque est Civitas ἀπὸ τῆς ΧΑΛΚΗΣ, usque ad Constantini forum supra longitudinem plateæ columnarum XCIV.

SENATORE V. C. COS.

Vitalianus Comes, cum manu valida barbarorum Constantinopolim veniens, in Sosthene sedit: qui non aliter postulatus pacem Anastasio Imperatori promittit, nisi prius defensores Synodi Chalcedonensis relegatos exilio sedibus propriis reddat, & Romanæ Ecclesiæ cunctas Orientis Ecclesias uniat.

FLORENTIO V. C. COS.

Ugni Armeniam, Cappadociam, & Galatiam, Pontumque atrociter vexavere. Eo tempore Euphemius, Constantinopolitanus Episcopus, apud Ancyram Galatiæ, & Ariadne Augusta in regia Urbe de hac vita transiere.

PETRO V. C. COS.

Universi Archimandritæ & Monachi Eremi trans Palæstinam & Jordanem fluvium, Anastasio Imperatori scribunt pro statu Chalcedonensis Synodi, & adversum impietates Severi Antiocheni Episcopi.

AGAPITO V. C. COS.

Joannes Alexandrinus Episcopus moritur: & pro eo Dioscorus ordinatur. Timotheus, Constantinopolitanus Episcopus, obtrectator Synodi Chalcedonensis V. die mensis Aprilis occubuit, & Joannes Cappadox in Cella propria, atque Presbytero Episcopatum tradidit. Hunc Anastasius ante ordinationem suam, ut Synodum Chalcedonensem prædamnaret, coegit.

AGAPITO

(a) *His Coss. Gesalicus Hæricum Barcione in Palatio interfecit: quo anno idem Gesalicus ab Helbane, Theodorici, Italiæ Regis, Duce, ab Hispania fugatus, Africam petit. Contra vero Veilici Barcinone occiditur.*

(b) *Post Alaricum Theodoricus, Italiæ Rex, Gothorum regit in Hispania, ann. XV. Amalarici parvuli tutelam gerens*

(a) *His*

SÆC. VI. ANNO 527.

AGAPITO II. ET MAGNO COSS.

Anaſtaſius Imperator intra Palatium ſuum tonitruorum terrore fugatus, & coruſcationis jaculo percuſſus, in cubiculo, quo abſconſus fuerat, moritur: & cum ignominia abſque conſuetis exequiis ad tumulum ducitur anno vitæ ſuæ XXCIIX.

ROMANORUM LI. JUSTINUS regnat an IIX. menſ. IX.

Illyricianus Catholicus, Synodi Chalcedonenſis amator, ſimulque defenſor, cujus conjux Lupicina nomine dicebatur, quam Conſtantinopolitani Euphemiam poſtea vocaverunt, cui nepos, Juſtinianus vocabulo, fuit Candidati militia functus. * * *

JUSTINO AUG. ET HERACLIO COSS.

Amantius præpoſitus ſeditiones in populo ſuſcitans Imperator alius poſtulatur: qui Juſtini præcepto Principis una cum Andrea cubiculario occiditur, & in rheuma jactatur.

RUSTITIONE V. C. COS.

Joannes, qui ante Juſtinum ad Imperium erat electus, Heracliæ Epiſcopus ordinatur, & Juſtinianus, nepos Juſtini Aug. ex candidato Magiſter militum ordinarius conſtituitur.

VALERIO ET JUSTINIANO COSS.

Alexandrinæ Eccleſ., Dioſcoro Epiſcopo mortuo, Timotheus ſuccedit. Antiochenæ vero Eccleſiæ Severus Princeps hæres fit, & Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Joannes.

Juſtinus Imperator Orientales, præter parvos Pontifices, Acatium quondam Conſtantinopolitanum, Petrum Antiochenum, & Petrum Alexandrinum Epiſcopos priſtino errore implicitos Occidentalibus Antiſtitibus ſub digna ſatisfactione conjungit, redivivaque facit Synodi Chalcedonenſis decreta Zenonis & Anaſtaſii Principum temporibus abdicata.

SYMMACHO ET BOETIO COSS.

Vitalianus, Sacramento ſuſcepto, Conſtantinopolim redit: quem Juſtinus Aug. grate ſuſcipiens Magiſtrum militum facit, & Conſulatum dari permittit.

MAXIMO V. C. COS.

Traſamundus, Vandalorum Rex, Carthagine moritur: cujus uxor Amalafrida, fugiens ad Barbaros, congreſſione facta, Capſæ juxta Eremum capitur, & in cuſtodia privata moritur.

Hilderic, qui ex Valentiniani Imp. filia, à Giſerico captivata & Ugnerico juncta, natus eſt, regnavit annis VII. menſ. III. Hic ergo ſacramento à deceſſore ſuo Traſamundo obſtrictus, ne Catholicis in Regno ſuo aut Eccleſias aperiret, aut privilegia reſtitueret, priuſquam regnaret, ne ſacramenti terminos præteriret, præcepit & Sacerdotes Catholicos ab exilio redire, & Eccleſias aperire, & Bonifacium cum dogmatibus divinis ſatis ſtrenuum ad poſtulationem totius Urbis Carthaginienſis Eccleſiæ Epiſcopum conſecravit.

Vitalianus Conſtantinopoli intra Palatium, loco, quem Delphicum Græco vocabulo dicunt, Juſtiniani Patritii factione dicitur interfectus fuiſſe.

JUSTINO AUG. ET APIONE COSS.

Romanæ Eccleſiæ in Epiſcopatu, mortuo Symmacho, ſuccedit Hormiſda. Alexandrinæ Eccleſiæ adhuc Timotheus ſuperfuit. Antiochenæ Eccleſiæ Severus Chalcedonenſis Synodi obtrectator, quum à Juſtino Imperatore quæreretur ad pœnas, fugit: & ejus loco ſubſtituitur Paulus. Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Joannes præfuit. Conſtantinopolitanæ vero Eccleſiæ Joanni Epiphanius ſuccedit Epiſcopus.

Poſt Conſulatum II. Juſtini & Apionis, Juſtinus Auguſtus Juſtinianum, nepotem ſuum, ad Senatorum ſupplicationem invitus Cæſarem facit.

PHILOXENO ET PROBO COSS.

MARBOTIO COS.

Juſtinus Imp. moritur.

ROMANORUM LII. JUSTINIANUS regnat annis XXXIX. menſ. VII. Huic erat uxor vocabulo Theodora.

JUSTINIANO AUG. COS.

Orientales Eccleſiæ ejuſdem Principis juſſione IV. Synodos, Conſtantinopolitanam, Epheſinam I. & Chalcedonenſem, atque Sanctorum CL. Patrum fidem præſentibus ſacrificiis, publica voce ſuſcipiunt.

(a) DECIO V. C. COS.

Theodoræ Auguſtæ factione unum de Trinitate paſſum non aſſerens ſecundum quid, ſed

(a) *His diebus Stephanus Præfectus Hiſpaniarum efficitur: qui tertio anno Præfectura ſua in Civitate Gerundenſi in concilio diſcinctus eſt.*

(a) His

sed absolute suscipiendum cunctis generali lege imponit: & à Clericis atque Monachis subscriptiones violenter exegit. Qua de caussa plurimi se ab Ecclesia subtraxerunt, & Monachi à propriis Monasteriis recesserunt, asserentes sibi sufficere fidem eorum, qui in præfatas sanctas IV. Synodos convenerunt.

SÆC. VI. ANNO 527.

LAMPADIO ET ORESTE COSS.

* Epatius, Anastasii Principis nepos, tyrannidem Constantinopoli assumens, multis hominum millibus in Circensi spectaculo militari gladio cæsis, capitur, & nocte cum Pompejo occiditur, atque in rheuma jactatur. *Hypatius.

(a) Post Consulatum Lampadii & Orestis, Geilimer apud Africam regnum cum tyrannide sumit, & Carthaginem ingressus, Hildericum regno privat, & cum filiis custodiæ mancipat; atque Oamerdigum, multosque nobilium perimit.

Post Consulatum Lampadii & Orestis anno tertio, Belisarius, Magister Romanæ militiæ, duobus * superatis præliis, Traciam mirabiliter Persicum prælio superavit. * superatum.

JUSTINIANO AUG. III. COS.

Geilimer Tyrannus multos Nobilium Africæ Provinciæ crudeliter extinguit, multorumque substantias per Bonifacium tollit.

JUSTINIANO IV. COS.

Justinianus Imp. visitatione Læti Episcopi, ab Hunerico, Vandalorum Rege, martyre facto, exercitum in Africam, Belisario, Magistro militum, Duce, contra Vandalos mittit: quos idem Belisarius prælio superans, Gunthimer, & Gebamundum Gadinges, Regis fratres, perimit, ipsoque Gelimer Rege in fugam converso, Africam capit, nonagesimo septimo Vandalorum ingressionis anno. In ipso etiam Belisarii ingressu, priusquam ingressio fieret, Geilimer Tyrannus Hildericum Regem cum quibusdam generis ejus affinibus occidit. Belisarius, Magister militum, ac Patritius Geilimer Tyrannum capit, & eum cum divitiis, ex rapinis Africæ conquisitis, Constantinopolim Justiniano Imperatori adducit.

BELISARIO V. C. COS.

Reparatus Carthaginiensis Ecclesiæ Episcopatum post Bonifacium suscipit. Hierosolymitanæ vero Ecclesiæ præsulatum Petrus Joanni mortuo succedit.

Post Consulatum Belisarii anno secundo. Justinianus Imperator libros de Incarnatione Dominica edidit, & Illyricianos Episcopos ad subscribendum coëgit.

Post Consulatum Belisarii anno III. Epiphanio, Episcopo Constantinopolitanæ Ecclesiæ, mortuo, qui Joanni successerat, Anthemius Episcopus Eutychia Justa Trapezentensis, factione Theodoræ Augustæ, Constantinopolitanam pervadit Ecclesiam.

JOANNE V. C. COS.

Romanæ Ecclesiæ post Ormisdam Joannes, post Joannem Felix, post Felicem Bonifacius, post Bonifacium alius Joannes, & post Joannem Agapitus Episcopus ordinantur. Alexandrinæ Ecclesiæ Timotheo mortuo, qui Dioscoro minori successerat, duo, populi electione, perversi ordinantur uno die Episcopi, Theodosius scilicet, & Gajanus. Quibus ordinatis, Alexandria in utrisque est Christi inimicis divisa. A Theodosio Theodosiani, à Gajano Gajanitæ voluerunt appellari: quamvis æqualiter Synodum Chalcedonensem non suscipiant, & errores Eutychetis & Dioscori proprios faciant.

APIONE V. C. COS.

Severus Antiochenus, hæresis Princeps, à quo Severiani vocantur, & Julianus, Halicarnassensis Episcopi, Apostolicæ fidei & Chalcedonensis Synodi impugnatores exilio Alexandriam Iustiniani missione mittuntur, ubi adversus sequaces Chalcedonensis Synodi scribentes ex duabus unam in Christo naturam esse dixerunt, quam dudum Severus corruptam, & Iulianus adstruit incorruptam. Alexandria, Ægyptus, & Libya in utrisque est Christi inimicis divisa. Theodosiani enim Severum, & Gajanitæ Julianum secuti sunt. Sed à Theodosianis aliæ duæ hæreses exierunt: una Agnoitarum, & altera Tritheitarum. Agnoitæ siquidem perversitati, à qua exierunt, id adjiciunt, quod Christi Divinitas ignoret futura, quæ sunt scripta de die & hora novissima. Tritheitæ vero sicut tres personas in Trinitate, ita quoque tres adstruunt Deos esse, contra illud, quod scriptum est: Audi Israel: Dominus Deus tuus unus est. Et rursum: Nullus Deus, nisi unus: &, Ego sum Deus, & non est alius præter me.

JUSTINO V. C. COS.

Agapitus, Archiepiscopus Romanus, Constantinopolim venit, & Anthemium, Episcopum

(a) *His* Coss. *Amalaricus Rex cum Zidiberto, Francorum Rege, in Gallia superatus Narbonensi in prælio, Barcinonem fugiens venit, ibique à Franco Angone percussus, interiit.*

(a) *Paulus*

SÆC. VI. ANNO 527.

scopum Constantinopolitanum Ecclesiæ perversorem, Chalcedonensis Synodi inimicum deponit, Theodoram Augustam, ejus Patronam, communione privat, & Menam protinus Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopum facit.

Theodosius & Gajanus, Alexandrini Episcopi cum suo errore damnati, exilio transportantur. Sed Theodosius, Constantinopoli Sycas relegatus, totum pene Palatium, & maximam Regiæ Urbis partem sua perfidia maculavit. Quæ occasio cunctis pene hæresibus licentiam tribuit: ita ut non solum Theodosianitæ, sed & Gajanitæ Monasteria atque Oratoria apud Urbem Regiam construxissent. Vixit enim Theodosius, præfatus hæreticus, usque ad primum Justiniani junioris Augusti Consulatum. Eo anno, Paulo Antiocheno Episcopo superstite, subrogatur Euphrasius.

BASILIO V. C. COS.

Agapito, Archiepiscopo Romano, Constantinopoli mortuo, Silverius pro eo Episcopus ordinatur: Alexandrinæ vero Ecclesiæ Theodosio atque Gajano exulatis; (*a*) Paulus prior pro eis Zabinnensiotarum Dioscori, hæretici prædecessoris sui, depositionem celebrans, Palæstino Concilio deponitur: & pro illo Zoilus ordinatur Episcopus.

(*b*) Consulatu præfato Stuzas apud Africam Regnum in Eremi partibus cum Tyrannide assumit.

(*c*) Post Consulatum Basilii v. c. anno secundo. Theodoræ factione Augustæ, quæ occulta esse Synodi Chalcedonensis nunquam destitit inimica, ex quo regnare cœpit, proscriptionum insidiæ præparantur. Silverius, Romanus Episcopus, exilio mittitur, & pro eo Vigilius ordinatur: à quo Theodora memorata Augusta, priusquam ordinaretur, occulto chirographo elicuit, ut Papa effectus in proscriptione Synodi Chalcedonensis tria capitula condemnaret, id est Epistolam Ibæ Edesseni ad Murim Persam, quæ judicio Synodi Chalcedonensis approbata, & orthodoxa judicata est, & gestis Synodalibus sociata. Theodorum dein Mopsuestanum Episcopum, synodaliter similiter gestis apud Antiochiam sub Joanne, Episcopo ejusdem Ecclesiæ, & Chalcedone laudatum: & Theodoreti Cypri Episcopi dicta, cum eodem Theodoreto Synodi Chalcedonensis vocibus collaudata. Hic itaque Papa effectus ab Antonia Patritia, Belisarii uxore, compellitur, ut Theodosio Alexandrino, Anthemio Constantinopolitano, & Severo Antiocheno, jampridem ab Apostolica Sede damnatis, tanquam Catholicis scriberet: & ita de fide, quemadmodum & illi, sentiret. Cujus Epistolæ illius tenor ita se habere probatur: DOMINIS, (*d*) *& in Christi Dei Salvatoris nostri charitate conjunctis fratribus, Theodosio, Anthemio, & Severo Episcopis, Vigilius Episcopus: Scio quidem quæ ad sanctitatem vestram ante fidei meæ credulitas, Deo juvante, pervenit. Sed quia modo gloriosa Domina & filia mea Patritia Christianissima desideria mea facit impleri, ut fraternitati vestræ præsentia scripta transmitterem: salutans ego gratia, qua nos in Christo D. N. Salvatore conjungimur, eam fidem quam tenetis, Deo jubente, & tenuisse me & tenere significo: scientes illud inter nos, quod prædicamus, & legimus, quia anima una, & cor nobis sit unum in Deo, profectus mei, qui est vester, Deo juvante, nunciare vobis gaudia maturavi, ex meo animo fraternitatem vestram, quæ optat, licenter amplectitur. Oportet ergo, ut hæc, quæ vobis scribo, agnoscat: sed magis tanquam suspectum me sapientia vestra ante alios æstimet se habere, ut facilius possit Deus, quæ cœpit operari, perficere. Et Subscriptio:*

ORATE PRO ME DOMINI MEI FRATRES IN CHRISTI DOMINI NOSTRI SERVATORIS CHARITATE CONNEXI.

Horum

(*a*) *Paulus Præstor pro eis Tabennensiotarum Monachorum à defensoribus Synodi Chalced. ordinatur Episcopus, qui Dioscori.*

(*b*) *Hoc anno Francorum Reges* V. *per Pampalonam Hispanias ingressi, Cæsaraugustam venerunt; quam obsessam per tres dies omnem seu Tarraconensem Provinciam depopulatione triverunt.*

(*c*) *His diebus inguinalis plaga totam pene contrivit Hispaniam.*

(*d*) Hanc Epistolam, velut spuriam & ab Hæreticis confictam, rejiciunt Critici plurimi Pontificibus addicti, qui *Vigilium* hac culpa abluere conantur. Miramur, Viros eruditissimos, qui veritati studere deberent, velle fucum Lectoribus facere, & errorem, quem ipsi noscunt, posteritati propinare, si per eos liceret. Quidquid sit de Pontificis autoritate &c. Nos uni veritati libantes, conjecturis levissimis & arte maxima elicitis binos testes coævos, quibus nemo refragari possit, objicimus. Prior est Victor, cujus Chronicon apud neminem suspicione laborat. Hic *Vigilii* Epistolæ tenorem habet. Qui fieri possit, si Historicis veteribus potius quam neotericis, qui præjudicatas opiniones sectantur, fides adhiberi debeat, ut Victori coævo, litteras Vigilii referenti, abjudicetur? Alter est *Liberatus*, qui eandem Epistolam, iisdem penitus verbis refert. hæc adjiciens: Sub hac Epistola Vigilius fidem suam scripsit, in qua duas in Christo damnavit naturas & *resolvens tomum Papæ Leonis*, sic dixit: Non duas confitemur naturas, sed ex duabus naturis compositum unum filium, unum Christum, unum Dominum & Herum: Qui dicit in Christo duas formas unaquæque agentes cum sua communione, & non confitetur unam personam, unam essentiam, ANATHEMA SIT. Vid. Liberati Breviarium Cap. XXII. Concil. Tom. V. p. 775. An illi, ab Hæreticis decepti, Pontifici ipsis notissimo, tantam infamiæ notam inurere voluerunt, ut sese ab Ecclesiæ capite damnatos confiterentur & Ecclesiam ipsam exponerent Hæreticorum ludibrio, utpote qui sibi Pontificem Romanum primæ Sedis Episcopum agnoscerent? Non tantum Epistolam refert Liberatus, sed sententiam ipsam Vigilii, & ejus adversus orthodoxos, ne Leone Magno quidem excepto, Anathemata. Miror Editores Conciliorum, qui *Liberati Breviarium* Conciliis inserunt, ut ipsi, tanquam Historico accuratissimo, fides adhibeatur; & ubi de Vigilio agitur, eam abnegari volunt, & ad Hæreticos & con-

(*a*) Horum exordia malorum generalis orbis terrarum mortalitas sequitur, & inguinum percussione major pars populorum necatur. Sæc. VI.

Post Consulatum Basilii v. c. anno III. Stuzas Tyrannus gentium multitudine ordinata Salomoni, Magistro militiæ & Patritio Africæ Æducique Romanæ militiæ ducibus Cilio occurrit: ubi congressione facta, peccatis Africæ, Romanæ Reipub. militia superatur, Salomon utriusque. Anno 560.

. . . .

Post Consulatum Basilii v. c. anno IV. Justinianus Imperator, Acephalorum subreptionibus instigatus, Vigilium Romanum Episcopum subtiliter compellit, ut ad Urbem Regiam properaret, & sub speciem congregationis eorum, qui ab Ecclesiæ sunt societate divisi, tria Capitula condemnaret.

(*b*) Hierosolymitanæ Ecclesiæ Præsulatum post Petrum Macarius suscipit.

Post Consulatum Basilii v. c. anno V. Stuza Tyrannus apud Africam, portu Taceæ congressione facta, Joannis, Romanæ militiæ Ducis, jaculo percussus est: parique vice Joannes Stuzæ: qui confestim alterutro utrique gladio ceciderunt: & Dominico die, quo pugna facta est, moriuntur.

Post Consulatum Basilii v. c. anno VI. Ferrandus, Carthaginis Ecclesiæ Diaconus, clarus habetur. Guntarith, Magister militum, Ariobindam Patritium Principemque Romanæ apud Africam militiæ, eo tempore ab Imp. missum, Carthagine intra Palatium nocte

conjecturas futiles confugere amant potiùs quàm Historicorum sequi vestigia. Conveniunt mores *Vigilii* cum Epistola, quam scripsit hæreticus. Si quis enim unquam ambitione, Simoniaca avaritia, crudelitate, & animi levitate fuit abreptus, is est Vigilius. Ne suspicione laboret sententia nostra, ejusdem Liberati coævi verbis utemur: *Augusta vero vocans Vigilium Agapeti diaconum, profiteri sibi secreto, ab eo flagitavit, ut si Papa fieret, tolleret Synodum, & scriberet Theodosio, Anthimo & Severo, & per Epistolam suam eorum firmaret fidem; promittens dare ei præceptum ad Belissarium, ut Papa ordinaretur, & dari centenaria septem. Lubenter ergo suscepit Vigilius promissum ejus, amore Episcopatus & auri. Et facta professione, Romam profectus est: ubi veniens, invenit Silverium Papam ordinatum. Quin & Ravennæ reperit Belissarium in eadem Urbe sedentem, eamque obtinentem. Cui tradens præceptum Augusta, promisit ei duo auri centenaria, si Silverio remoto, ordinaretur ipse pro eo. Belissarius vero Romam reversus, evocans Silverium ad palatium, intentabat ei calumniam, quasi Gothis scripsisset, ut Romam introirent. Fertur autem, Marcum quendam scholasticum, & Julianum quendam prætorianum, fictas de nomine Silverii composuisse literas, Regi Gothorum scriptas, ex quibus convinceretur Silverius Romanam velle perdere Civitatem. Secreto autem Belissarius, & ejus conjunx persuadebant Silverio, implere præceptum Augustæ, ut tolleretur Chalcedonensis Synodus, & per Epistolam suam hæreticorum firmaret fidem. Qui mox de Palatio egressus, quid de eo fieret, consiliariis suis locutus est. Et veniens contulit se in basilicam beatæ Mariæ Sabinæ, ibique manebat, ubi & directus est ad eum Photis, filius Antoninæ Patriciæ, ut præstito sacramento, invitaret eum venire ad Palatium. Qui autem Silverio adstabant, persuadebant ei, ne Græcorum crederet juramentis. Ille tamen exiit, & ad Palatium venit. Et illa quidem die pro juramento ad Ecclesiam redire permissus est. Ad quem rursus mandavit Belissarius, ut ad Palatium veniret. Qui de Ecclesia exire nolebat, dolos sibi præparates agnoscens. Sed postea orans, & causam suam domino commendans, exiit, & ad palatium venit. Qui solus ingressus, à suis ulterius non est visus. Et alia die Belissarius convocatis Presbyteris & Diaconibus & Clericis omnibus, mandavit eis; ut aliam sibi Papam eligerent. Quibus dubitantibus & nonnullis ridentibus, favore Belissarii ordinatus est Vigilius, Silverius autem in exilium missus est in Civitatem Provinciæ Lyciæ; quæ Patara dicitur. Post ordinationem ergo suam compellabatur Vigilius à Belissario implere promissionem suam, quam Augusta promiserat, & ut sibi redderet duo auri centenaria promissa. Vigilius autem timore Romanorum, & avaritia patrocinante, nolebat sponsiones suas implere. Sed Silverio veniente Pataram, venerabilis Episcopus Civitatis ipsius venit ad Imperatorrem, & judicium Dei contestatus est de tantæ sedis Episcopi expulsione, multos esse dicens in hoc mundo Reges, & non esse unum, sicut ille Papa est super Ecclesiam mundi totius, à sua sede expulsus. Quem audiens Imperator, revocari Romam Silverium jussit, & de literis illis judicium fieri, ut si probaretur, ab ipso fuisse scriptas, in quacunque civitate Episcopus degeret: si autem falsa fuissent probata, restitueretur sedi suæ. Pelagius vero currens cum voluntate Augustæ, volebat irritum facere Imperatoris præceptum, ne Silverius Romam reverteretur: sed prævalente Imperatoris jussione, Silverius ad Italiam reductus est. Cujus adventu territus Vigilius, ne sede pelleretur, Belissario mandavit: Trade mihi Silverium; alioqui non possum facere quod à me exigis. Ita Silverius traditus est duobus Vigilii defensoribus & servis ejus. Qui in Palmariam Insulam adductus, sub eorum custodia defecit inediâ. Vigilius autem per Antoninam Belissarii conjugem implens professionem suam, quam Augusta fecerat, talem scripsit Epistolam:* (quam ob variantes aliquas lectiones hîc denuo, ut apud Labbeum est, exhibemus.)

Dominis & Christis Vigilius!

Scio quidem, *quia* ad Sanctitatem vestram antea fidei meæ credulitas, Deo adjuvante, pervenit. Sed quia modo gloriosa filia mea Patricia Antonina Christianissima desideria mea fecit impleri, *quod* fraternitati vestræ præsentia scripta transmitterem: salutans *ergo vos* gratia, qua nos *Deo nostro Christo Salvatori* conjungimur, & eam fidem, quam tenetis, *Deo adjuvante*, & tenuisse & tenere significo, *sciens*, quia illud inter nos prædicamus & legimus, *ut &* anima una sit & cor unum in Deo. Profectus mei, qui vester est, Deo adjuvante, vobis gaudia maturavit ex meo animo, *sciens* fraternitatem vestram quæ optat, *& libenter amplecti*. Oportet ergo, ut hæc quæ vobis scribo, *nullus* agnoscat: sed magis tamquam suspectum *hic* me sapientia vestra ante alios *existimet habere*, ut facilius *possim hæc quæ cœpi*, operari & perficere. *Et Subscriptio:* orate pro *nobis Deum, mihi, fratres, in Christo Domino nostro caritate conjuncti.*

Sub hac Epistola Vigilius fidem suam scripsit, in qua duas in Christo damnavit naturas: & resolvens Tomum Papæ Leonis, sic dixit: *Non duas Christi naturas confitemur, sed ex duabus naturis compositum unum Filium, unum Christum, unum Dominum. Et iterum: Qui dicit in Christo duas formas, unaquaque agente cum sua communione; & non confitetur unam personam, unam essentiam, anathema sit. Qui dicit, quia hic quidem miracula faciebat, hoc vero passionibus succumbebat: & non confitetur miracula & passiones unius ejusdemque, quas sponte sua sustinuit carne nobis consubstantiali, Anathema sit. Qui dicit, quod Christus velut homo misericordia dignatus est; & non dicit ipsum Deum Verbum & crucifixum esse, ut misereatur nobis, Anathema sit. Anathematizamus ergo Paulum Samosatenum, Dioscorum, Theodorum & Theodoritum, & omnes qui eorum statuta coluerunt, vel colunt.* Et hæc Vigilius scribens Hæreticis occulte, permansit sedens. In quo impletum est illud testimonium, quod Salomon in proverbiis dicit: *Edent viæ suæ fructus, & consiliis suis saturabuntur.* Ab ipsa hæresi afflictus Vigilius, nec coronatus, qualem vitæ terminum suscepit, notum est omnibus. Hactenus *Liberatus*.

Illi certe æs triplex & pectus ahæneum, qui Vigilium tot criminibus implicitum tueri voluerit! Eum à Simonia purgare noluit celeberrimus *Pagi*, quanquam pollicitam mercedem solvere avarus denegaverit. Nonnisi violenta expulsione *Silverii*, promissis Antoniæ, Belisarii uxori insatiabili, juratis & violatis, Sedem Romanam potuit usurpare. Et Pontifici violentas manus adhibuit per carnifices, ne tandem humanitatis jura, quæ sæpius absorbuerat, vindicarentur. Quicquid *fremere possint novatores*, ut ajunt, indaganda semper est veritas, & per monumenta priorum sæculorum Posteris mandanda. Vigilii Epistolam hìc in Chronico Victoris & in Breviario Liberati servatam sic tueri debent omnes æquitatis & veritatis studiosi, quidquid in Pontifices, de quibus hìc non agitur, resilire possit. *Basn.*

(*a*) Thiudi mortuo, Thiudisolus Gothos regit ann. I. Mens. VII.

(*b*) Tudiso mortuo, Gothos regit ann. I. VII.

SÆC. VI. nocte perimit, & Regnum cum tyrannide assumit. Hunc Carthaginis Dux Artabanus, trigesimo sexto regni sui die prandentem interfecit.

ANNO 560. Post Consulatum Basilii v. c. anno IIX. Justinianus Imp. per diversas Provincias in Regni sui finibus constitutas instantissime scribit: & Antistites cunctos præfata III. capitula damnare compellit. Euphemio, Antiocheno Episcopo, succedit Doninus.

Post Consulatum Basilii v. c. anno IX. Illyriciana Synodus in defensione III. Capitum Justiniano Aug. scribit: & Benenatum, primæ Justinianæ Civitatis Episcopum, obtrectatorem eorundem III. Capitum, condemnat.

Theodora Augusta, Chalcedonensis Synodi inimica, canceris plaga corpore toto perfusa, vitam prodigiose finivit.

Post Consulatum Basilii v. c. anno X. Africani Antistites Vigilium Romanum Episcopum, damnatorem III. Capitulorum synodaliter à Catholica Communione, reservato ei pœnitentiæ loco, recludunt, & pro defensione memoratorum trium Capitulorum literas satis idoneas Justiniano Principi per Olympium Magistranum mittunt. Eo tempore VII. Facundi Hermianensis Ecclesiæ Episcopi, refulsere: quibus evidentissime declaravit tria sæpefata Capitula in præscriptione fidei Catholicæ & Apostolicæ Chalcedonensis Concilii fuisse damnata.

Post Consulatum Basilii v. c. anno XI. Reparatus, Archiepiscopus Carthaginensis Ecclesiæ, Firmus Numidarum Episcoporum Primates, & Primasius, & Verecundus Concilii * Binzanteni Episcopi, pro fidei caussa ad Urbem Regiam ejusdem præcepto Principis evocantur. Apollinarius Zoilo III. memorata capitula damnare nolenti, Episcopus Alexandrinæ Ecclesiæ subrogatur.

* Byzanceni.

Post Consulatum Basilii v. c. anno XII. Reparatus Archiepiscopus, plurimis calumniis impetitus, pro eo, quod damnationi trium capitulorum memoratorum assensum non præbuit, officio sumptibusque privatus, Eucayda exilio relegatur: & Primasius, Diaconus Apocrisiarius ejus, postquam damnavit quæ sunt synodaliter atque universaliter defensata, eo superstite, contra vota Cleri simulque & populi, Episcopus Carthaginensis Ecclesiæ ordinatur.

Firmus, Concilii Numidiæ Primas, donis Principis corruptus, damnationi eorundem capitulorum assensum præbuit. Sed ad propria remeans in navi morte turpissima periit. Primasius quoque Aquimetensis Monasterio relegatus. Sed Boëtio Primate Byzanceni morte prævento, ut ei succederet, memoratæ damnationi protinus assensit, reversusque ad sua, quæ prius defendebat, validissimis persecutionibus impugnavit, fidelibusque calumnias generando, eorumque substantias auferendo. Sed in quibus peccavit, latere non potuit. Siquidem postquam à Catholicis sui Concilii Antistibus pro suis prævaricationibus condemnatus infelici morte exstinguitur: & quæ conquisierat fraude, fideliter à Judicibus auferuntur. Verecundus vero, Ecclesiæ Nicensis Episcopus, in defensione memoratorum perdurans Capitulorum, Chalcedone Urbe, ubi refugium fecerat, in diversorio gloriosæ matris Euphemiæ de hac vita migravit ad Dominum. Macarius, Hierosolymitanus Episcopus, ejicitur, & eo superstite, Eustochius ordinatur.

Post Consulatum Basilii v. c. an. XIII. Constantinopolim Synodus, Justiniani Principis præcepto, colligitur: cui præsules sedium aderant Vigilius, Romanus Episcopus, superstite Silverio ordinatus: Apollinarius Alexandrinus, Zoilo vivente promotus: Antiochenus * Dominus: † Eustochius, Macario remoto Hierosolymitano Episcopo, Episcopus factus: & Eutychius Constantinopolitanus, qui Menæ fuerat subrogatus. Ibi tria sæpefata Capitula cum defendentibus ea damnationi subjiciunt, sibique ipsis pœnitentiæ regressum pœnaliter intercludunt, tali se perpetuo anathemate obstringentes, si aliquando absolvere tentaverint, quæ damnationis sententiæ subdiderunt. Quorum decretis Rusticus, Romanæ Ecclesiæ Diaconus, & Felix Guillensis Monasterii Provinciæ Africanæ Hegumenos, contradicentes scripto, Thebaida in exilium cum suis sociis transmittuntur. His itaque gestis, terræmotus Urbem Regiam à fundamentis concutiens ædificia plurima porticusque dejecit, & Basilicis consistentibus altaria pene cuncta prostravit.

*Domnus alias Dominus.
† Eutocius.

Post Consulatum Basilii v. c. anno XIV. Frontinus Episcopus ad Urbem Regiam evocatus, pro defensione trium eorundem Capitulorum * Antiochensi primæ Thebaicæ Civitatis exilio deputatur: & pro eo ab hæreticis Petrus Salonensi Ecclesiæ ordinatur.

* Antinoensi.

Proconsularis concilii Provinciæ Africanæ Sacerdotes, Rufini & Vini Episcoporum Reparati Archiepiscopi obtrectatorum arte delusi tanquam defensoribus fidei occurrunt, & Primasii Prævaricatoris Carthaginis Ecclesiæ communione, præter paucissimos, polluunt.

Dacius,

Dacius, Mediolanensis Episcopus, Constantinopolim venit, & damnationi eorundem trium Capitulorum consentiens, eo die percussus occubuit.

Narses Eunuchus, ex Præposito Patritius, Totilam, Gothorum Regem, prœlio apud Italiam mirabiliter superat, ac perimit, & omnes ejus divitias tollit.

Post Consulatum Basilii v. c. anno xv. Concilii Numidiæ Episcopi, adinstar Proconsularium Sacerdotum collecti, Carthaginem veniunt, & Primasii ejusdem Ecclesiæ incubatoris communione polluti, prævaricatoresque effecti ad propria redeunt.

Victor, Tununensis Ecclesiæ Episcopus, hujus auctor operis, post custodias simulque & plagas, quas Sala & Valericis perpessus, nec non in Monasterio de Mandra primo ac secundo exilio Egi Mauritaniæ Insulæ, tertio Alexandrino una cum Theodoro, Cebarsusitanæ Ecclesiæ Episcopo, pro præfatorum trium Capitulorum defensione, exilio mittitur: & carceri Castelli Dioclesiani post prætorianum carcerem truditur. Antiochenæ Anastasius Domnino succedit Episcopus.

Post Consulatum Basilii v. c. anno xvi. Primasus, Carthaginensis incubator Ecclesiæ, sibi nolentes assensum præbere nunc fustibus, nunc custodiis, nunc quoque exiliis affligit.

Victor & Theodosius, antefati Episcopi Africani, de carcere ejiciuntur: & post disputationes in Prætorio continuas dierum xv. ad aliam custodiam Monasterii Tabennensiotarum, quod est apud Canopum xii. millibus ab Urbe Alexandrina, mittuntur.

Post Consulatum Basilii v. c. anno xvii. Vigilius Romanus in Insula Sicilia moritur. Eo tempore Felix, Hegumenus Monasterii Gallitani, exilio apud Sinopen de hac vita migravit ad Dominum.

Post Consulatum Basilii v. c. anno xiix. Pelagius, Romanus Archidiaconus, trium præfatorum defensor Capitulorum, Justiniani Principis persuasione de exilio redit: & condemnans ea, quæ dudum constantissime defendebat, Romanæ Ecclesiæ Episcopus à prævaricatoribus ordinatur: qui fuit annis v.

Post Consulatum Basilii v. c. anno xix. Illyriciani Episcopi, præter parva Monasteria parvosque fideles, persecutiones passi, consentiunt, pristinam fidem in irritum deducentes. Eo tempore Ugni Armeniam gravissime vexaverunt.

Post Consulatum Basilii v. c. xx. Bulgares Thraciam invadunt, & usque ad Sucas Constantinopolim veniunt. Sergium Patritium, qui dudum Africanæ fuerat Dux militiæ, capiunt: simulque distrahunt. Sed Patritii Belisarii armis fortiter debellati, pariterque fugati Danubium transierunt.

Post Consulatum Basilii v. c. anno xxi. Corpus Sancti Antonii Eremitæ repertum cum maximo honore Alexandriam perducitur, & in Basilica Sancti Joannis Baptistæ honorifice collocatur.

Post Consulatum Basilii v. c. xxii. Frontinianus, Salonensis Episcop. de exilio Antinoensi Ancyram Galatiæ transmutatur. Petrus, ejus incubator Ecclesiæ, moritur: & pro eo Prodinus substituitur.

Post Consulatum Basilii v. c. anno xxiii. Reparatus, Archiepiscopus Carthaginensis Ecclesiæ, exilio apud Euchaidam gloriosa confessione transit ad Dominum die vii. Idus Januarii.

Eo anno Justinianus Princeps Legatos gentis * Abarorum, unde venerant facit....

* Avarum.

Anno xxxvii. Imperii præfati Principis Justiniani, Pelagius Romanus Episcopus ordinatur: præfuit ann. xi.

Eustochius, Hierosolymitanus Episcopus, qui fuerat, Macario superstite ordinatus, ejicitur, & rursum Macarius reformatur.

Anno xxxviii. Imperatoris ejusdem, Musicus, Brumasius, Donatus, & Chrysonius, Episcopi de Africa, & Victor, ac Theodorus Episcopus similiter ex Ægypto ad Urbem Regiam imperiali præcepto evocantur. Qui dum eidem Justiniano Principi præsentes præsenti, & postea Eutychio, Regiæ Urbis Episcopo, altercanti novæ superstitioni resistunt, ab invicem segregati per Monasteria ejusdem Urbis custodiæ mittuntur.

Anno xxxix. Imperii sui Justinianus Eutychium, Constantinopolitanum Episcopum damnatorem trium capitulorum, & Evagrii Eremitæ Diaconi, ac Didymi Monachi, & Confessoris Alexandrini, quorum laudes supra illustrium virorum ex auctoritate protulimus, exilio dirigit, & pro eo Johannem, ejusdem erroris consimilem, Episcopum facit.

Eo anno Prasini apud Regiam Urbem civile bellum faciunt, multosque Reip. viros gladio, frequenti congressione prosternunt. Sed eorum atroces plurimi postea à Juliano Præfecto extincti sunt.

SÆC. VI. ANNO 560.

XL. Imperii sui anno Justinianus vitæ suscepit finem indictione XV.

Theodorus, Cabarsuscitanus Episcopus, defensor trium Capitulorum, exilio ad Urbem Regiam eo mense & die, quo Justinianus, moritur: & juxta Confessores, quibus Ugnericus, Vandalorum Rex, linguas absciderat, sepelitur.

Justinus junior, Vigilantiæ, sororis Justiniani Augusti, filius, patre Dulcissimo natus, cum tranquillitate populi magna Imperii sumit sceptra. Hujus conjunx Sophia, Theodoræ Augustæ neptis asseritur.

Colliguntur omnes anni ab Adam, primo homine, usque ad nativitatem D. N. Jesu Christi secundum carnem, quæ facta est VMCXCIX. A nativitate vero D. N. Jesu Christi, quæ facta est XLIII. Augusti Octaviani Cæsaris imperii anno, usque in annum Justini primum Principis Rom, qui Justiniano Imperio successit, anni DXXVII. Fiunt simul ab Adam, usque in annum primum memorati Principis Rom. anni VMDCCLXVI.



JOANNIS

JOANNIS,
ABBATIS BICLARIENSIS
CHRONICON,
CONTINUANS

UBI

VICTOR DESINIT.

TESTIMONIA
DE
JOANNE ABBATE BICLARIENSI.

Isidorus de Viris Illustribus Cap. XLIV.

Joannes, Gerundinensis Ecclesiæ Episcopus, nativitate Gothus, Provinciæ Lusitaniæ Scalabi natus. Hic quum esset adolescens, Constantinopolim perrexit, ibique Græca & Latina eruditione munitus, post decem & septem annos reversus est eodem tempore, quo, incitante Leovigildo Rege, Arriana fervebat insania. Hunc supradictus Rex, quum ad nefandæ hæresis credulitatem compelleret, & hic omnino resisteret, exilio trusus, & Barcinonem relegatus, per decem annos multas insidias & persecutiones ab Arrianis perpessus est. Qui postea condidit Monasterium, quod nomine BICLARO *dicitur: ubi congregata Monachorum societate, scripsit regulam ipsi Monasterio profuturam, sed & cunctis Deum timentibus satis necessariam. Addidit in Libro Chronicorum ab anno primo Justini junioris Principatus, usque in annum octavum Mauricii, Principis Romanorum, & quartum Reccaredi Regis annum, historico compositoque sermone valde utilem historiam: & multa alia scribere dicitur, quæ ad nostram notitiam non pervenerunt.*

JOANNIS

JOANNIS ABBATIS BICLARIENSIS CHRONICON, CONTINUANS UBI VICTOR DESINIT.

Post Eusebium, Cæsariensis Ecclesiæ Episcopum, Hieronymum, toto Orbe notum Presbyterum, nec non & Prosperum, virum religiosum, atque Victorem, Tunnensis Ecclesiæ Africanæ Episcopum, qui historiam omnium pene gentium summa brevitate & diligentia contexere visi sunt, & usque ad nostram ætatem congeriem perduxerunt annorum, & quæ acta sunt in mundo, ad agnitionem nostram transmiserunt: nos ergo in adjutorio D. N. Jesu Christi, quæ temporibus nostris acta sunt, ex parte quod oculata fide pervidimus, & parte quæ ex relatu fidelium didicimus, studuimus ad posteros notescenda brevi stilo transmittere.

Quintadecima ergo indictione, ut dictum est, Justiniano mortuo, Justinus junior, nepos ejus, Romanorum efficitur Imperator.

Romanorum LIII. regnat Justinus junior annis XI. qui Justinus anno primo Regni sui, ea, quæ contra Synodum Chalcedonensem fuerant commentata, destruxit, symbolumque sanctorum CL. Patrum Constantinopoli congregatorum, & in Synodo Chalcedonensi laudabiliter receptum, in omni Catholica Ecclesia à populo concinendum intromisit, priusquam Dominica dicatur Oratio.

Armeniorum gens, & Iberorum, qui à prædicatione Apostolorum Christi susceperunt fidem, dum a Cosdra, Persarum Imperatore, ad culturam Idolorum compellerentur, renuentes tam impiam jussionem, Romanis se cum Provinciis suis tradiderunt: quæ res inter Romanos & Persas pacis fœdera rupit.

Anno II. memorati Principis, in Regia Urbe Ætherius & Additus Patritii, dum Justino mortem vellent veneno potius, quam ferro, per medicos inferre, detecti capitali sententia puniri jussi, prior à feris devoratus, secundus incendiis concrematus, interiit. Justinus, filius Germani Patritii, consobrinus Justini Imperatoris, factione Sophiæ Augustæ in Alexandria occiditur. His temporibus Athanaildus, Rex Gothorum, in Hispania vitæ finem suscepit, & Luiba pro eo in regnum provehitur.

Anno III. Justini Imp. Garmantes per Legatos paci R. P. & fidei Christianæ sociari desiderantes poscunt: qui statim utrumque impetrant. Theodorus præfectus Africæ, à Mauris interfectus est. Mauritarum gens his temporibus fidem recipit. Hujus Imperii anno III. Leovigildus, germanus Luibani Regis, superstite fratre, in Regnum citerioris Hispaniæ constituitur: Gosuintham relictam Athanaildi in conjugium accipit: & Provinciam Gothorum, quæ jam pro rebellione diversorum fuerat diminuta, mirabiliter ad pristinos revocat terminos.

Annno IV. Justini Imp. qui est Leovegildi Regis secundus annus, Theoctistus, Magister militum provinciæ Africanæ, à Mauris bello superatus interiit.

Leovigildus Rex loca Baltaniæ & Malacitanæ Urbis, repulsis militibus, vastat: & victor solio redit. Iustinus Imper. per Tiberium, excubitorum Comitem, in Thracia bellum genti Barbarorum ingerit, & victor Tiberius Constantinopolim redit, In Provincia Gallæciæ, Miro post Theodomirum Suevorum Rex efficitur.

Anno V. Iustini Imp. qui est III. Leovigildi Regis annus, Justinus Imperator, Armeniam & Iberiam, repulsis Persis, Romanas provincias facit: & bellum Persarum Imp. per Duces * parcit. Amabilis Magister militiæ Africanæ à Mauris occiditur. Leovegildus Rex Asinodam, fortissimam Civitatem, proditione cujusdam Frainieanei nocte occupat: & militibus interfectis, memoratam urbem ad Gothorum revocat jura. Donatus, Abbas Monasterii Pernitani, mirabilium operator clarus habetur.

* Pera gi

SÆC. VI. ANNO 590.

Anno VI. Iustini Imp. qui est Leovegildi Regis IV. annus; Gepidarum regnum finem accepit, qui à Longobardis prælio superati, Cunicmundus Rex campo occubuit: & thesauri ejus per Trasaricum, Arrianæ Sectæ Episcopum, & Reptilanem Cunicmundi nepotem, Iustino Imp. Constantinopolim ad integrum perducti sunt. Leovegildus Rex Cordubam Civitatem, diu Gothis rebellem, nocte occupat, & cæsis hostibus propriam facit: multasque Urbes & Castella, interfecta rusticorum multitudine, in Gothorum dominium revocat. Miro, Suevorum Rex, bellum contra Aragones movet. Domnus, Helenensis Ecclesiæ Episcopus clarus habetur.

Anno VII. Iustini Imp. qui est Leovegildi V. annus, Alboinus, Longobardorum Rex, factione conjugis suæ à suis nocte interficitur. Thesauri vero ejus cum ipsa Regina in Reip. Romanæ ditionem obveniunt: & Longobardi sine Rege & thesauro remansere. His diebus Luiba Rex vitæ finem accepit: & Hispania omnis in regno & potestate Leovegildi Regis, Galliaque Narbonensis concurrit. Iustinus Imperator gravi infirmitate concutitur: quæ infirmitas ab aliis quidem cerebri motio; ab aliis Dæmonum vexatio putabatur. In Regia Urbe mortalitas inguinalis plagæ exardescit: in qua multa millia hominum vidimus defecisse. Leovegildus Rex, Sabariam ingressus, Sabos vastat; & provinciam ipsam in suam redigit ditionem: duosque filios suos ex amissa conjuge Ermenegildum & Recaredum consortem Regni facit. Legati gentis Macuriturum Constantinopolim veniunt: dentes elephantinos, & camelopardalim Iustino Principi munera afferentes sibi cum Romanis amicitias conciliant. Post Iohannem Romanæ Ecclesiæ Benedictus ordinatur Episcopus. Præfuit annis IV. Mausona Emeritensis Ecclesiæ Episc. in nostro dogmate clarus habetur.

Anno IIX. Iustini, qui & Leogevildi VI. annus, Persæ cum Romanis pacis fœdera rumpunt: & congressione facta Daras Civitatem fortissimam bello superant, & cæsa multitudine Romanorum memoratam urbem ingressi, depopulati sunt.

His diebus Leovigildus Rex, Cantabriam ingressus, provinciæ pervasores interficit: Amaya occupat: opes eorum pervadit, & provinciam in suam revocat ditionem.

Iustinus Imp. Tiberium, quem superius Excubitorum Comitem diximus, Cæsarem facit, & non multo post imperiali fastigio provehit, & Reip. principem designat. Hujus Tiberii Cæsaris die prima in Regia Urbe inguinalis plaga sedata est.

Anno IX. Iustini Imperatoris, qui est Leovigildi Regis VII. annus, Cosdroes, Persarum Imperator, cum nimia multitudine exercitus ad vastandos Romanorum terminos promovet: cui Iustinianus, Dux Romanæ militiæ, & Magister militum Orientis, à Tiberio destinatus bellum parat: & in campis, qui inter Daras & * Nezinios ponuntur, forti pugna congressus, habens secum gentes fortissimas, quæ barbaro sermone Hermam nuncupantur, memoratum Imperatorem bello superat. Quo cum suo exercitu in fugam verso, castra ejus pervadit: & Provinciæ Persidæ fines Iustinianus vastat, exuviasque eorum pro triumpho Costantinopolim dirigit, XXIV. Elephantos inter cætera, qui magnum spectaculum Romanis in Urbe Regia exhibuerunt. Prædam vero de manubiis Romanorum . . . . Persarum multitudo ob nimiam vilitatem nummo publico venundata sunt. Leovegildus Rex * Aregenses † montibus ingreditur. Aspidium loci Seniorem cum uxore & filiis captivos ducit, opesque ejus ac loca in suam redegit potestatem. Aramundarus, Saracenorum Rex, Constantinopolim venit, & cum stemate suo, & donis Barbariæ Tiberio Principi occurrit. Qui à Tiberio benigne exceptus, & donis optimis exornatus ad patriam abire permissus est.

* Nezivios.

* Aragonenses.

† Montes.

Anno X. Justini Imp. qui est Leovigildi Regis VIII. annus, Bandarius, gener Justini Principis, à Longobardis prælio vincitur: & non multò post vitæ finem accipit. Romanus, filius Anagasti Patritii, Magister militiæ, gentis Suevorum Regem vivum cœpit: quem cum suo thesauro, uxore, & filiis Constantinopolim adducit; & provinciam eorum in Romanorum dominium redigit. Leovegildus Rex in Gallæcia Suevorum fines conturbat, & à Rege Mirone per legatos rogatus, pacem eis pro parvo tempore tribuit. Sclavini in Thracia multas Urbes Romanorum pervadunt: quas depopulatas vacuas reliquere. Abares litora maris captiose obsident, & navibus litora Thraciæ navigantibus satis infesti sunt. Post Benedictum Romanæ Ecclesiæ Pelagius junior ordinatur Episcopus. Præest ann. XI.

Anno XI. Regni sui Justinus diem clausit extremum; & Tiberius singulare obtinuit Imperium.

ROMANORUM LIV. Tiberius regnat annis VI.

Anno ergo primo Imperii Tiberii, qui est Leovigildi annus IX. Abares Thracias vastant, & Regiam Urbem à muro longe obsident. Leovigildus Rex Orospedam ingreditur,

greditur, & Civitates atque Castella ejusdem Provinciæ occupat, & suam Provinciam facit: & non multo post inibi Rustici rebellantes à Gothis opprimuntur: & post hæc integra à Gothis possidetur Orospeda.

Anno II. Tiberii Imperatoris, qui est Leovigildi annus x. Gennadius, Magister militum, in Africa Mauros vastat: Gasmulem, fortissimum Regem, qui jam tres Duces superius nominatos Romani exercitus interfecerat, bello superat, & ipsum Regem gladio interficit. Tiberius Mauricium, Excubitorum Comitem, Magistrum militiæ Orientis instituit, & ad repugnandum Persis direxit. Romani contra Longobardos in Italia lacrymabile bellum gerunt.

Leovegildus Rex, extinctis undique tyrannis, & pervasoribus Hispaniæ superatis, sortitus requiem propria cum plebe resedit, & civitatem in Celtiberia ex nomine filii condidit, quæ Recopolis nuncupatur: quam miro opere, & mœnibus, & suburbanis adornans privilegia populo novæ urbis instituit. Joannes, Presbyter Ecclesiæ Emeritensis, clarus habetur.

Anno III. Tiberii Imp. qui est Leogevildi xi. annus, Abares à finibus Thraciæ pelluntur, & partes Græciæ atque Pannoniæ occupant. Leovegildus Rex Hermengildo, filio suo, filiam Sisberti, Regis Francorum, in matrimonium tradit: & provinciæ partem ad regnandum tribuit. Leovigildo ergo quieta pace regnante, adversariorum domestica rixa conturbat. Nam eodem anno filius ejus Hermenegildus, factione Gosuinthæ Reginæ tyrannidem assumens, in Hispali Civitate, rebellione facta recluditur, & alias Civitates atque Castella secum contra patrem rebellare facit. Quæ caussa in provincia Hispaniæ tam Gothis, quam Romanis majoris exitii, quam adversariorum infestatio fuit. Novellus Complutensis Episcopus clarus habetur.

Anno IV. Tiberii, qui est Leovegildi xii. annus, Mauricius, Magister militum Orientis, contra Persas bellum movet, & repulsa Persarum multitudine, in Oriente hiemavit. Leovigildus Rex in Urbem Toletanam Synodum Episcoporum Sectæ Arrianæ congregat, & antiquam hæresim novello errore emendat, (a) dicens de Romana religione ad nostram Catholicam fidem venientes non debere baptizari, sed tantummodo per manus impositionem, & communionis * præceptionem † pollui, & gloriam Patri per Filium in Spiritu sancto ‡ dare. Per hanc ergo seductionem plurimi nostrorum cupiditate potius impulsi in Arrianum dogma declinant.

* perceptionem. † Ablui. ‡ dari.

Anno V. Tiberii, qui est Leovegildi xiii. annus, Longobardi in Italia Regem sibi ex suo genere eligunt vocabulo Antarich, cujus tempore & milites Romani omnino sunt cæsi: & terminos Italiæ Longobardi sibi occupant. Sclavinorum gens Illyricum, & Thracias vastant.

Leovegildus Rex partem Vasconiæ occupat, & civitatem, quæ Victoriacum nuncupatur, condidit. Tiberius Imperator Magistro militum Orientis filiam suam in conjugium tradit.

Anno VI. Tiberii, qui est Leovegildi xiv. annus, Tiberius vitæ terminum dedit. & Mauricius pro eo Romanorum Imperator efficitur.

ROMANORUM XV. * MAURICIUS regnat annos xx. Leovegildus Rex exercitum ad expugnandum tyrannum filium colligit.

* Lege LVI

Anno ergo primo Mauricii Imperatoris, qui est Leovegildi Regis xv. annus, Leovegildus Rex Civitatem Hispalensem, congregato exercitu, obsidet, & rebellem filium gravi obsidione concludit: in cujus solatio Miro, Suevorum Rex, ad expugnandam Hispalim devenit, ibique diem clausit extremum: cui Eburicius filius in Provincia Gallæciæ in regnum succedit. Interea Leogevildus Rex supradictam Civitatem nunc fame, nunc ferro, nunc Bætis conclusione omnino conturbat.

Anno II. Mauricii Imperatoris, qui est Leogevildi xvi. annus, Leogevildus muros Italicæ antiquæ Civitatis restaurat: quæ res maximum impedimentum Hispalensi populo

(a) A *Canisio*, qui primus hoc Chronicon edidit, hic locus notatur tanquam obscurus. Primo quod *Romana Religio* quæ fuit *Catholica fides*, indicetur à Leovegildo: ideoque reponere volebat *Arriana Religio.* Sed vidit ipse, verba nullum habere sensum, nec respondere sententiæ Johannis Abbatis, qui adjicit: *per hanc ergo seductionem plurimi nostrorum, cupiditate potius impulsi in Arrianum dogma declinant.* Secundo ægre patitur à Leovegildo, quanquam Arriano Principe, Religionem suam appellari *Catholicam fidem.* Tertio ferre non potest, Arianos ab Orthodoxis in eorum castra transeuntes baptizari. Denique dubitat, quid sit *novellus error*, qui Leovegildo tribuitur. Ut eâ est sententiâ, omnes Hæreticos esse Novatores, conjicit *Canisius*, in *novellum errorem*, scilicet *Arrianismum*, induxisse Catholicos, qui vetustissimam habebant fidem; Sed postea nutavit vir eruditissimus, qui præjudicatam opinionem cum verbis Abbatis orthodoxi, & qui veritati litaverat, conciliare non poterat. Sic abducuntur Litterati studio partium, & stylo ab aliquot annis recepto assueti, ipsi antiquitatem, quæ nusquam nutavit, tribuunt. Postpositis præjudiciis, ut ajunt, nil mirum est Arrianum Principem, qui triumphos agebat in Hispania tota, fidem suam appellare *Catholicam.* Romanorum vero, quam despiciebat, per contemptum *Religionem Romanam*, ut fieri solet sæpius. Sed mirum, hominem doctum ita loqui de Rebaptisatione, quam abolere voluit Rex Arrianus, ut facilius, quod eventus probavit, Orthodoxos in suas partes traheret; at fuit *novellus error* apud Arrianos, qui ritum antiquum hac novitate abrogarunt. Cæterum *perceptionem* Eucharistiæ pro præceptione reponi debere arbitramur. *Basn.*

SÆC. VI. ANNO 590. lo exhibuit. His diebus Andeca in Gallæcia Suevorum regnum cum tyrannide assumit: & Siseguntiam relictam Mironis Regis in conjugium accepit: Eboricum regno privat, & Monasterii Monachum facit. Leogevildus Rex, filio Hermenegildo ad Rempubl. commigrante, Hispalim pugnando ingreditur: Civitates & Castella, quas filius occupaverat, cepit, & non multo post memoratum filium in Cordubensi Urbe comprehendit, & regno privatum in exilium Valentiam mittit.

Mauricius Imperator contra Longobardos Francos per conductelam movet: quæ res utrique genti non parva contulit damna.

Eutropius, Abbas Monasterii Servitani, discipulus sancti Donati, clarus habetur.

Anno III. Mauricii, qui est Leovegildi XVII. annus, Mauricius per Duces bellum infert. Leovegildus Rex Gallæcias vastat. Andecanim Regem comprehensum regno privat. Suevorum gentem, thesaurum, & patriam suam in potestatem redigit; & Gothorum Provinciam facit. Hermenegildus in Urbe Tarraconensi à Sisberto interficitur.

Franci Galliam Narbonensem occupare cupientes cum exercitu ingressi: in quorum congressionem Leovegildus Recaredum filium obviam mittens: & Francorum est ab eo exercitus repulsus, & provincia * Gallæciæ ab eorum infestatione est liberata. Castra vero duo cum nimia hominum multitudine, unum pace, alterum bello occupat. Castrum vero, quod Hodierno vocatur, tutissimum valde in ripa Rodani fluminis ponitur: quod Recaredus Rex fortissima pugna aggressus, obtinuit: & victor ad patrem patriamque redit. Andeca vero regno privatus tondetur, & honore Presbyteri post regnum honoratur. Non dubium quod in Eiborico, Regis filio, Rege suo fecerat, patitur: & exilio Pacensi urbe relegatur. Malaricus in Gallæcia tyrannidem assumens, quasi regnare vult: qui statim à Ducibus Leovigildi oppressus comprehenditur, & Leovegildo vinctus præsentatur. Leander, Hispalensis Ecclesiæ Episcopus, clarus habetur.

* Galliæ.

Anno IV. Mauricii Imperatoris, qui est Leovegildi Regis XVIII. annus, Anthane Longobardorum Rex cum Romanis congressione facta superat, & cæsa multitudine militum Romanorum Italiæ fines occupat.

Hoc anno Leovegildus Rex diem clausit extremum: & filius ejus Recaredus cum tranquillitate regni ejus sumit sceptra.

Anno V. Mauricii Imperatoris Romanorum, qui est Recaredi Regis primus feliciter annus, Mauricius Theodosium, filium suum, ex filia Tiberii Imp. natum, Cæsarem facit. Pelagio juniore mortuo, Romanæ Ecclesiæ Gregorius in Episcopatum succedit. Præest annis XV. Romani per Francorum adjutorium Longobardos vastant, & Provinciæ Italiæ partem in suam redigunt potestatem. Sisbertus, interfector Hergildi, morte turpissima perimitur. Recaredus primo Regni suo anno, mense X. Catholicus, Deo juvante, efficitur, & Sacerdotes Sectæ Arrianæ sapienti colloquio aggressus ratione potius, quam Imperio converti ad Catholicam fidem facit: gentemque omnium Gothorum & Suevorum ad unitatem & pacem revocat Christianæ Ecclesiæ. Sectæ Arrianæ, gratià divina, in dogmate veniunt Christiano.

Desiderius, Francorum Rex, Dux Gothis satis infestus, à Ducibus Recaredi Regis superatur: & cæsa Francorum multitudine in campo moritur.

Recaredus Rex aliena à prædecessoribus direpta & fisco sociata placabiliter restituit. Ecclesiarum & Monasteriorum conditor & ditator efficitur.

Anno VI. Mauricii, qui est Recaredi II. annus, quidam ex Arrianis Sunna Episcopus, & Seggo cum quibusdam tyrannidem assumere cupientes, deteguntur. Convicti Sunna exilio truditur, & Seggo manibus amputatis in Gallæciam exulans mittitur. Mauricius, Theodosium filium, quem supra Cæsarem diximus, Romanorum Imperatorem facit.

Anno VII. Mauricii, qui est Recaredi Regis III. annus, Uldila Episcopus cum Gosuintha Regina insidiantes Recaredo manifestantur: & fidei Catholicæ communionem, quam sub specie Christiana quasi sumentes projiciunt, publicantur. Qod malum in cognitionem hominum deductum, Uldila exilio condemnatur: Gosuintha vero Catholicis semper infesta vitæ tunc terminum dedit. Francorum exercitus à Gonterano Rege transmissus, Bosone Duce, in Galliam Narbonensem obveniunt, & juxta Carcassonensem Urbem castra metati sunt. Cui Claudius, Lusitaniæ Dux, à Recaredo Rege directus obviam inibi occurrit: cum quo congressione facta, Franci in fugam vertuntur, & direpta castra Francorum: exercitus à Gothis cæditur. In hoc ergo certamine gratia divina, & fides Catholica, quam Recaredus Rex in Gothis fideliter adeptus est, esse noscitur operata: quoniam non est difficile Deo nostro, * si in paucis

* Si paucis.

cis una in † multis detur victoria. Nam Claudius Dux ccc. viris LX. millia ferme Francorum noscitur infugasse, & maximam eorum partem gladio trucidasse. Non immerito Deus laudatur temporibus nostris in hoc prælio esse operatus, qui similiter ante multa temporum spatia per manum Ducis Gedeoni MCCC. viris multa millia Madianitarum Dei populo infestantium noscitur extinxisse. SÆC. VI. ANNO 590.

† Multos.

Anno IIX. Mauricii Imperatoris, qui est Recaredi IV. annus, sancta Synodus Episcoporum totius Hispaniæ, Galliæ, & Gallæciæ in Urbe Toletana, præcepto Principis Recaredi congregatur Episcoporum numero LXII. in qua Synodo intererat memoratus Christianissimus Recaredus, ordinem conversionis suæ & omnium Sacerdotum, vel Gentis Gothicæ confessionem tomo scriptam manu sua Episcopis porrigens, & omnia, quæ ad professionem fidei Orthodoxæ pertinent, innotescens; cujus tomi ordinem decrevit sancta Episcoporum Synodus Canonicis applicare monumentis. Summa tamen Synodalis negotii penes sanctum Leandrum, Hispalensis Ecclesiæ Episcopum, & beatissimum Eutropium, Monasterii Servitani Abbatem fuit. Memoratus vero Recaredus Rex, ut diximus, sancto intererat concilio, renovans temporibus nostris, antiquum Principem Constantinum Magnum sanctam Synodum Nicenam sua illustrasse præsentia: nec non & Martianum Christianissimum Imperatorem, cujus instantia Chalcedonensis Synodi decreta formata sunt. Siquidem & in Nicena Urbe hæresis Arriana & initium sumpsit, & damnationem meruit, radicibus non amputatis. Chalcedone vero Nestorius & Eutychius una cum Dioscoro, ipsorum patrono, & hæresibus propriis condemnati sunt. In hac vero sancta Toletana Synodo Arrii perfidia, post longas Catholicorum neces atque innocentium strages, ita radicitus amputata est, insistente Principe memorato Recaredo Rege, ut ulterius non pullulet, Catholica ubique pace data Ecclesiis. Hæc ergo nefanda hæresis, secundum quod scriptum est, *de Domo Domini exiet tentatio ab Alexandria, &c.* detegente sancto Alexandro, ejusdem Urbis Episcopo, per Arrium Presbyterum inolevit: qui in Nicena Synodo CCCXIIX. Episcoporum judicio, vigesimo Imperii Constantini senioris anno synodaliter damnationem cum proprio errore suscepit. Quæ post hæc non solum Orientis, & Occidentem maculavit, sed & Meridianam & Septentrionis plagam, & ipsas sua perfidia irretivit. A vigesimo ergo Constantini Principis anno, quo tempore Hæresis Arriana initium sumpsit, usque in octavum annum Mauricii Principis Romanorum, qui est Recaredi quartus Regni annus, anni sunt CCLXVI. quibus Ecclesia Catholica hujus hæresis infestatione laboravit. Sed favente Deo vicit, quoniam fundata est super petram. In his ergo temporibus, quibus omnipotens Deus, prostrato veternosæ Hæresis veneno, pacem suæ restituit Ecclesiæ, Imperator Persarum Christi suscepit fidem, & pacem cum Mauricio Imperatore firmavit. Recaredo ergo Orthodoxo quieta pace regnante, domesticæ insidiæ prætenduntur. Nam quidam ex cubiculo ejus, etiam Provinciæ Dux, nomine Argimundus, adversus Recaredum Regem tyrannidem assumere cupiens, ita ut, si posset, eum & regno privaret & vita. Sed nefandi ejus consilii detecta machinatione, comprehensus, & in vinculis ferreis redactus, habita discussione, socii ejus impiam machinationem confessi condigna sunt ultione interfecti. Ipse autem Argimundus, qui regnum assumere cupiebat, primum verberibus interrogatus, deinde turpiter decalvatus, post hæc dextra amputata, exemplum omnibus in Toletana Urbe, Asino sedens pompizando dedit, & docuit famulos Domini non esse superbos.



VALENTINIANI III.

In gratiam Leonis M. pro Primatu Sedis Romanæ

CONSTITUTIO.

CUm *Prosper Aquitanus* in Chronico suo multa singularia de *S. Leone M.* Pontifice Rom. commemorarit, mirum est, eum Constitutionis Valentiniani III. quà verbis Imperatoris *Sedi Romanæ Primatûs dignitas & authoritas tribuitur*, nullam plane mentionem fecisse. Propter rei momentum tamen eidem hìc locum concedere consultum duximus, prout extat apud *Baronium* Annal. T. VI. ann. 445.

CErtum est, nobis & Imperio nostro unicum esse præsidium in supremæ Divinitatis favore: ad quem promerendum præcipue Christiana fides & veneranda nobis Religio suffragatur. Cum igitur SEDIS APOSTOLICÆ PRIMATUM *S. Petri meritum, qui Princeps est Episcopalis coronæ, & Romanæ dignitas Civitatis, sacræ etiam Synodi firmarit auctoritas*, ne quid præter auctoritatem Sedis istius *inlicitum præsumtio attentare nitatur: Tunc enim demum Ecclesiarum pax ubique servabitur, si* RECTOREM SUUM AGNOSCAT UNIVERSITAS. *Hæc cum hactenus inviolabiliter fuerint custodita, Hilarius Arelatensis (sicut venerabilis Viri Leonis, Romani Papæ fideli relatione comperimus) contumaci ausu inlicita quædam præsumenda tentavit; & ideo Transalpinas Ecclesias abominabilis tumultus invasit, quod recens maxime testatur exemplum. Hilarius enim, qui Episcopus Arelatensis vocatur, Ecclesiæ Romanæ Urbis inconsulto Pontifice, indebitas sibi ordinationes Episcoporum sola temeritate usurpans invasit: Nam alios incompetenter removet: indecenter alios, invitis & repugnantibus civibus, ordinavit. Qui quidem, quoniam non facile ab his, qui non elegerant, recipiebantur, manum sibi contrahebat armatam & claustra murorum inhistilem morem vel obsidione cingebat, vel aggressione reserabat, & ad sedem quietis, pacem prædicaturus, per bella ducebat.*

His talibus contra Imperii Majestatem & contra reverentiam Apostolicæ Sedis admissis, per ordinem religiosi viri Urbis Papæ cognitione discussis, certa in eum ex his quos male ordinaverat lata sententia est. Et erat ipsa quidem sententia per Gallias etiam sine Imperiali sanctione valitura. Quid enim Sancti Pontificis auctoritati in Ecclesias non liceret? *Sed nostram quoque perceptionem hæc ratio provocavit, ne ulterius vel Hilario, quem adhuc Episcopum nuncupari sola mansueti Præsulis permittit humanitas*, nec cuiquam alteri Ecclesiasticis rebus arma miscere, aut præceptis Romani Pontificis liceat obviare. *Ausibus enim talibus fides & reverentia nostri violatur Imperii. Nec hoc solum quod est maximi criminis submovemus: Verum ne levis saltem inter Ecclesias turba nascatur, vel in aliquo minui Religionis disciplina videatur:* hac perenni sanctione decernimus, ne quid tam Episcopis Gallicanis, quàm aliarum Provinciarum contra consuetudinem veterem liceat sine Viri venerabilis Papæ Urbis æternæ auctoritate tentare: sed illis omnibusque pro lege sit, quicquid sanxit vel sanxerit Apostolicæ Sedis auctoritas: *Ita ut quisquis Episcoporum ad judicium Romani Antistitis vocatus venire neglexerit, per Moderatorem ejusdem Provinciæ adesse cogatur: Per omnia servatis, quæ divi parentes nostri Romanæ Ecclesiæ detulerunt, Aëti pater carissime Augusti! Unde illustris & præclara magnificentia tua præsentis edictalis legis auctoritate faciet quæ sunt superius statuta servari, decem librarum mulcta protinus exigenda ab unoquoque judice, qui passus fuerit præcepta nostra violari.* Et manu Divina: *Divinitas te servet per multos annos, Pater carissime! Dat.* VIII. *Idus Junii. Romæ. Valentinian. Aug.* VI. *Conf.*

FAUSTI

FAUSTI,
RHEGIENSIS EPISCOPI,
EPISTOLÆ
EX
MEMBRANIS M. S.
CELEBERRIMI MONASTERII
S. GALLI
à *CANISIO editæ.*

CANISIUS AD LECTOREM.


Ui ſcire volet, quis Fauſtus, quis Ruricius, qui item alii, ad quos ſcriptæ hæ Epiſtolæ, vel qui ad alios ſcripſerunt, ille videat Sidonium Apollinarem, & Venantium Fortunatum, quem integrum, notisque accuratè illuſtratum dedit Chriſtophorus Browerus Societatis Jesu. Videat item Illuſtriſſimum Baronium. Nos hîc de ſingulis adtexere non volumus. Tantum de Fauſto Rhegienſi, qui in m. ſ. appellatur Sanctus, hæc notanda videntur, quæ Baronius de hoc ipſo habet in Appendice Tomi X. ad Tomum VI. anno 490. §. Porrò Fauſtus ipſe cum-*ibi* miramur ab aliquibus impudenter ſanè inſcribi Sanctum-*his hæc adde-Iſta quidem priori Editione ex adductis diverſorum ſcriptis affirmaſſe, non indecens quidem fuit. At verò ex poſtea cognitis & adductis, rurſus ad judicium ipſum revocandum, haud exiſtimamus indignum; cùm tamen de ejus ſcriptis immotæ maneant ſententiæ Patrum. Quod enim uſque ad hæc tempora noſtra eundem Fauſtum continuit inter Sanctos Martyrologium Gallicanum, à quo ipſum Molanus primum expunxit: quod etiam, ut accepimus, Eccleſia Regienſis in Gallia, ubi ipſe ſedit Antiſtes, ſemper eum, ut Sanctum coluerit, celebrans ejusdem Natalem 17. Januarii: ibique in ejus memoriam antiquitus erecta baſilica, ejus nominis titulo inſignita, hactenus ejus cultu à fidelibus frequentetur: quodque tot ſæculis Chriſtiano Orbe ſpectante, Eccleſia Romana tacente, nemine penitus (quod ſciatur) contradicente, iſta eidem Fauſto exhibita intelligantur: opinari non prohibemur, de eodem Fauſto accidere potuiſſe (quod de multis viris ſanctis aſſeritur) quod delinquens erraverit; cùm quæſtio illa fuerit auctoritate Sedis Apoſtolicæ definita, & ejus opinio aliorum Patrum ſententia condemnata, ipſe ſuum errorem fuerit ſcriptis contrariis deteſtatus, quæ potuerint, ut alia quam plurima, periiſſe; vel ipſum ante ſcriptorum factam ab Eccleſia damnationem diem obiiſſe (incertus eſt enim ejus obitus annus) habentem in animo in his ſequi, quod ſequendum doceret Eccleſia. Ita quidem ipſum compoſitum animo fuiſſe, aliisque innotuiſſe, inde facile poteſt intelligi, quod ſemper (ut indicant Acta Conciliorum Arelatenſis & Lugdunenſis ſuperius recitata) communicationem habuit cum ſanctiſſimis Orthodoxis Galliarum Epiſcopis. Maneant igitur Fauſto integra jura ſua, nec ex noſtris ſcriptis ſentiat præjudicium: neque privato judicio novitati liceat convellere antiquitatem.* Hæc Baronius. Extant quædam Fauſti in Tom. III. & IV. Biblioth. P.P. Margarin.

JACOBI

JACOBI BASNAGII ANIMADVERSIONES CRITICÆ DE SANCTO FAUSTO RHEGIENSI:

An fuerit Semipelagianus & animas materiales docuerit; an Versipellis, *Epistolas Lucido & binis Conciliis supposuerit*, &c.

I. DIversâ gaudet & laborat famâ *Faustus Rhegiensis*, quippe qui à plurimis inter Divos recenseatur, suffragante Ecclesia, cujus fuit Episcopus; Nam in ejus honorem diem festum hactenus celebrat. Nutaverat olim *Baronius*, qui illum *versipellem vulpeculam* appellabat. Sed Ecclesiæ Rhegiensis precibus, cujus autoritati multum detrahebat Annalista celeberrimus, impulsus, pristinam mutavit sententiam, ut legitur in Præfatione Canisianâ, quam hîc descripsimus integram. In varia abeunt tum veteres tum recentiores. Illum laudare videtur *Sidonius Apollinaris*, in litteris ad ipsum scriptis; Sed an jocari voluerit, & nimium Fausti studium circa Philosophiam & eloquentiam, quam sectari conabatur, ridere, aut laudare, dicere nolim: Occurrunt saltem plurima, quæ interpretatione benigna prorsus indigent. Reformidabat Sidonius acerrimum Fausti ingenium; qui ab eo litteras expectabat, & receptas censuræ subjiciebat: *Idque votivum mihi granditer fuit ac peroptatum, ut Epistola injuncta nec denegaretur scripta amicitiæ, nec subderetur lecta censuræ.* Quid sonent illa verba, viderint Interpretes! „ Quin potius animam male sibi consciam & per horas „ ad pœnalis vitæ debita contremiscentem frequentissimis tuis illis & valentissi„ mis orationum numerare suffragiis, precum peritus insulanarum, quas de Pa„ læstrâ congregationis Eremitidis, & de Senatu Lirinensium Cellulariorum „ in Urbem quoque, cujus Ecclesiæ sacra superinspicis, transtulisti, nihil mu„ tatus Abbate" Videtur *Sidonius* ridere, tum *Senatum Cellulariorum*, tum disciplinam monasticam, quam tumido nimis animo *Faustus* ad dignitatem Episcopalem promotus, & inde *sacra superinspiciens* observabat, ut plebi cæterisque facilius imponeret, *abstinentissimam vitam professus*, *& non secretam crucem*, *sed publicam vanitatem jactantia ventosi tumoris exaggerans*, *quantum potuit venenatam disputationem*, *velut indeclinabilis virtutum servator*, *induxit*, inquiebat Avitus Ep. 4. Hanc firmat conjecturam controversia, quanquam levissima, inter Sidonium & Faustum nata. Miserat Faustus Riochatum Monachum & Antistitem ad Britannos, Contribules suos, & ei Libellos duos, in Aquitania celandos, Britannis solum legendos, commiserat. Remansit apud Sidonium Riochatus per bimestre, propter motus tunc temporis in Gallia concitatos; & qui de Fausto sæpius loquebatur, de Scriptis ipsi commissis tacuit penitus. Sed in itinere postmodum *Riochatum*, inquit Sidonius, *cito profectum*, *cum quipiam de viatoribus prodidissent*, *mysticæ gazæ clausis involucris clam ferre thesauros*, *pernicibus equis insecutus abeuntem*, *qui facile possent itineris pridiani spatia prævertere*, *capti hospitis genua complector*, *jumenta sisto*, *fræna ligo*, *sarcinas solvo*, *quæsitum Vo-*

[Margin notes: Judicia Veterum de Fausto. — Sid. Epist. l. IX. c. 9. p. 1099 apud Sirm. T. I. — Ep. l. 9. Ep. 9.]

SÆC. V. ANNO 460. *lumen invenio, produco, lectito, magna ex magnis capita defrustans.* Inde Sidonii amarissimæ fluxerunt querelæ ad Faustum ipsum, *an supercilium tanquam rigidi plosoris extimescebas, an ideo me fastidiendum negligendumque curasti, quia contemneres juniorem, quod parum credo; an quia indoctum, quod magis fero*, &c. Hæc strictissimam non sapiunt amicitiam! *Intra muros peccatur & extra.* Non debuit amicum celare, si Faustus fuit amicissimus, Scripta quæ mittebat in Angliam; nec Sidonius festinantis Monachi vestigia sequi, ut ea Scripta sibi vindicaret. Autumant plerique, hæc Scripta fuisse duos *de Gratia & Libero Arbitrio* libros; sed *Mauguinus* Præses non potuit sibi *Sirmundum* tanquam suffragantem indicare; quippe qui in Notis hæc Opera Fausti periisse tuetur, ea potissimum ratione, quod Sidonius, qui hoc *Opus operosissimum* legerat, bipartitum *sub dialogi schemate, sub causarum Themate* quadripartitum fuisse adfirmet; quæ libris de Gratia non conveniunt.

Sirmund. notæ in Sidon. Apoll.

Adonis Chronicon ad an. 492.

Inter Veteres Fausto refragantes recenseri debent *Avitus*, Viennensis præsul, & *Ado*, ejusdem Urbis Episcopus, qui scribit, dum Pelagianum dogma destruere conaretur, in errorem esse lapsum, & ideo liberum Arbitrium docuisse, *ut illuminatio ejus & salus non sit à Christo, sed à natura.* Eum denique virum *profundæ calliditatis* appellat *Isidorus Hispalensis.*

Recentiorum judicia.

II. In diversa plane abeunt recentiores, prout partium studio abripiuntur. *Quis æquo animo ferat, Faustum vexari passim à multis, traducique tanquam Hæreticum?* inquit *Sirmundus.* Culpam criminis rejicit in *Maxentium*, Scytham Monachum, qui longas habuit lites circa gratiam, de quibus alibi. Deinde inducit viros, eo tempore celeberrimos: *Hilarium Arelatensem, Gennadium, Maximum, & Hilarium* Pontificem. Nec diffitetur tamen ab *Avito Viennensi* & *Fulgentio* plura in Scriptis Fausti notata, *& naturæ nostræ ad fidei initium & alia plus aliquanto tribuere visus est, quam par erat.* Sed hujus sententiæ vindices appellat Patres Græcos, imò ipsum *Augustinum*, antequam mentem mutasset, ut cætera omittam.

Sirmund. Historiæ Prædest. C. VIII. T. V. p. 420.

Stat ab altera parte *Mauguinus Præses*, vir doctissimus, *Prædestinatianæ fabulæ Confutator*, qui non modo *Faustum* deprimit, sed in eum invehitur ut *versipellem vulpeculam & Impostorem, qui Lucidi Epistolam, & subscriptiones Conciliorum finxit, ut aliis facilius illuderet.*

Sententia nostra.

III. Mediam tenemus beatorum viam. Peccat *Sirmundus*, quantumvis eruditissimus, cum *Fausti Patronos, Hilarium, Gennadium* &c. Semipelagianos, laudat. Deinde *Fulgentii* & *Aviti Viennensis* objectiones frivola ratione conatur eludere. Peccat *Mauguinus*, qui multa velut fictitia Fausto tribuat. Miramur tamen, Faustum inter Catholicos & Sanctos recenseri:

Primo binos *de Libero Arbitrio & Gratia* Libros *Faustus* edidit, quos laudavit *Fulgentius*, & damnavit *Gelasius* Pontifex. Initium ducebat à Pelagianis, quos ab exordio confutare videbatur, sed postmodum, tacito *Augustini* nomine, Gratiæ prævenientis & Prædestinationis gratuitæ assertores vehementius exagitavit. Latebat Hæresis, secundum Baronium, ut latet anguis sub prominentibus floribus. Et revera hæc habet ipse Faustus: *Sicut omni homini manum oculumque donavit Deus, ita similiter omni homini voluntatem, ut eam versaret, indulsit Justitia. Ergo in homine non personale, sed generale & publicum munus est. Aditus capessendæ salutis, quasi fons quidam in medium hujus mundi expositus, & in commune concessus ad hauriendum universis patet, ut largiori merito reus sit, qui haurire neglexerit*; Attamen nec plus æquo naturæ tribuisse negat *Sirmundus.*

Altera

Altera *de materialitate animarum* Sententia legitur in Epistola XVI. quam publici juris fecit *Canisius*. Probat scilicet Faustus nihil, præter Deum infinitum, esse spirituale, & animam esse corporalem, cum sit localis; *licet enim*, inquit, *non pronunciemus nonnullas esse spirituales substantias, ut Angeli, Archangeli, cæteræque virtutes, ipsa quoque anima nostra, vel certe aër iste subtilis, tamen incorporeæ nullatenus æstimandæ sunt; habent enim secundum se corpus, licet multo incomparabiliter tenuius, quam nostra sunt corpora.* Hæc extenuare poterunt *Origenis* cæterorumque Patrum, qui talia docuerunt autoritate, quicunque voluerint. Legatur tamen hic Epistola XVII. in qua locales & materiales tum Animas tum Angelos esse vehementer contendit. Nos igitur uni litantes veritati, genuinam Scriptoris mentem elucidamus, & sequimur *Mamercum Viennensem*, qui, tacito Fausti nomine, sententiam ejus de animabus, scripto mox edito confutavit, eadem methodo usus, cujus inventor tamen dicitur *Cartesius*.

IV. Fuit igitur Faustus Semipelagianismi defensor acerrimus, & animas materiales docuit, & lites vehementiores habuit cum Forojuliensi Episcopo, cujus, Abbas, jura sibi vindicabat, & ea ratione damnatus est ab Arelatensi Concilio, ut patebit inferius. Eandem habuit Patriam, Britanniam scilicet, quam *Pelagius*, & ex ea apud Gallos uterque transfretavit. Philosophicis multûm incubuerat studiis, quippe Philosophiam ejus *pedissequam & lateri comitem inseparabilem* appellabat *Sidonius Apollinaris*. Deinde forenses agitavit causas, nam, ipso Sidonio teste, *palæstris exercebatur urbanis*; postmodum Monasticam professus vitam, *Lirinensis Monasterii*, tunc famosissimi, creatus est Abbas, anno 433. Non enim *Baronii* sequenda hic sunt vestigia, qui circa Fausti tempora plurimum peccavit. *Honorato* Abbati, qui ad Sedem Arelatensem promotus est, successit *Maximus*, anno 426. Rexit Abbatiam *Maximus* per annos septem, quibus peractis, ad Sedem Regiensem translatus est anno 433. Superest igitur, ut Faustus, qui Maximo successit, Abbas creatus fuerit eodem anno 433. Viginti duo aut circiter annorum spatio, Abbatiam Lirinensem gessit, & eo tempore, in locum *Maximi* defuncti, Episcopus Regiensis suffectus est. Ad annum 472. ejus Episcopatum refert *Baronius*; sed errat, ex calculo superius indicato. Debuit enim Episcopus ordinari anno 455. quippe cum lites de jurisdictione agitarentur inter *Leontium* Arelatensem, & *Mamercum* Viennensem an. 463. *Hilarius* Pontifex, *Faustum & Auxanium*, *Coëpiscopos & fratres nostros, Judices & Concilii Præsides delegavit.* Latâque ab iis sententiâ, idem Papa eodem anno ab Episcopis *definita* roboravit; inde concluditur multo prius quam *Baronius* conjecit, Episcopum fuisse *Faustum*. Sed calculus noster ex eo confirmari debet, quod *Maximus* adfuerit Arelatensi Concilio, in quo maxima controversia inter *Faustum*, Abbatem Lirinensem, & *Theodorum*, Episcopum Forojuliensem, fuit dijudicata. Oraverunt Patres Præsulem, ut ad recipienda *satisfactionum remedia festinaret*, & Faustum Abbatem, indulta culpæ venia, in pristina pace, toto caritatis affectu reciperet, & ad Insulam ac congregationem ipsi, Deo dispensante, commissam, cum sua gratia & caritate remitteret. Adfuerunt igitur Concilio Arelatensi III. tum *Maximus*, tum *Faustus*, qui jura Forojuliensis Episcopi usurpare conabatur, & ideo à societate, ipsi commissa, segregatus. Dubitant Eruditi, quo tempore congregatum fuerit illud Concilium; sed biennio tantum distant: *Binius* qui an. 453. & *Pagi* qui anno 455. habitum fuisse conjiciunt. Sed potuit anno sequenti diem suum obiisse, & dein-

De tempore, quo vixit Faustus.

Concil. Arelat. III. p. 1024.

SÆC. V. ANNO 460.

deinde, elapsis aliquot mensibus, Faustus ejus obire vices. Quidquid sit, pugnant omnes adversus *Baronium*, qui nec audiendus, ubi *Prosperum Aquitanum*, qui nunquam fuit Episcopus, *Maximi*, *Faustum* vero *Prosperi* successorem facit. Per triginta quinque annos & ultra Sedem Episcopalem tenuisse conjici potest, non modo ea ratione, quod mirarentur omnes, quod *Faustus nec senesceret*, *nec obiret*; Sed quia *Gennadius*, qui scripsit anno 490. viventem adhuc *Faustum* referebat. *Viva voce*, inquit ille, *doctor egregius Faustus creditur & probatur.* Et revera ad hunc usque diem vitam protraxisse patet, quia Conciliis Arelatensi & Lugdunensi adfuit, aut saltem eorum jussu, eorum canones & decreta scriptis adhuc vindicavit, ut probaturi sumus adversus *Gaulminum*, ea Concilia, tanquam à Fausto supposita rejicientem.

De Epistolis Fausti, & Lucidi, & Concil. Arelat. & Lugdunensi.

V. *Epistolas Fausti & Lucidi*, tanquam hominis personati, & *Subscriptiones duodecim Episcoporum*, quas Epistolæ suæ ad Lucidum apposuit Faustus, quin imo *Arelatense & Lugdunense Concilium*, quorum sententiam interpretari jussus erat, fictitia, & ab homine hæretico, aut, ut loquitur Baronius, *versipelle vulpecula* supposita, magnis conatibus contendit vir celeberrimus, & *Mauguinus* Præses autumat, hac ratione posse vindicari facilius causam, quam tuetur, Augustinianam, si nullatenus ejurata fuit à Lucido, nec damnata suffragiis Episcoporum Gallicanorum. Pendeant quantum voluerint alii, & fidem pendere faciant ab hominum autoritate! Fidem Historicam violare non patimur, ut fucum faciamus Posteritati & præsentibus. Nec inde patitur aliquod detrimentum fides, quæ ab autoritate divina pendet.

Argumenta Mauguini.

Mauguinus Fabulæ prædestinatianæ Confutator. Part.I.C.7. p. 550.

VI. Hæc sunt præcipua Mauguini argumenta: I. *Gennadius* ipse, Semipelagianus, nec *Avitus*, errori infensus, nec ullus, præter Faustum, de personati Lucidi ejuratione, binisque Conciliis mentionem fecit. II. Verisimile non est, tot Ecclesiæ Gallicanæ Præsules celeberrimos *Augustini* dogmata damnasse, Semipelagianismumque calculo suo probasse. III. Ex Codice MS. quem descripserat Canisius, patet, illas subscriptiones additas Epistolæ Fausti ad Lucidum, & variant sæpius nomina Præsulum subscribentium. IV. Quin imo *Leontii* nomen, qui præesse debuit Arelatensi Concilio, abest in Codice Hincmari, apud quem *Leucadius* subjicitur. Denique verum non est, Lucidum Epistolam, quæ protruditur, exarasse. Argumenta plurima minus probantia silentio premimus, ne librum Animadversionis loco conficiamus.

Sententia nostra.

VII. Nos *Faustum*, ut tantæ fraudis reum damnare non possumus. *Vir profundæ calliditatis*, ab Isidoro, & *Vulpecula* à Baronio appellari potuit, & Semipelagianismum summa cum calliditate propugnare. Sed quid opus erat illi, *Lucidum*, privatum hominem, ab errore revocatum, in scenam inducere, aut nova Concilia fingere. I. Habetur Epistola Fausti, & abnegatio Lucidi, nec ullo possunt argumento rejici. Probabitur-ne talis conjectura simplici suspicione *calliditatis*? Quis enim credat Episcopum celeberrimum, jam senio provectum, hanc fraudem incassum finxisse. II. Episcoporum Sigilla non fuerunt primum Epistolæ Fausti appositæ, solus enim subscripsit; sed potuerunt ab eo tempore Præsules rogati eam subsignare, ut tunc temporis sæpius factum est. Hoc verum est, omnes Episcopos, qui hîc memorantur, ea ætate vixisse, & fuisse notissimos. Variare possunt nomina in variis Codicibus; sed & hoc alibi sæpius evenit incuriâ vel oscitantiâ Apographorum. III. Major occurrit difficultas circa bina Concilia, quæ indicantur; ob silentium tum *Gennadii*, tum *Aviti*.

Sed

Sed nec omnia notantur ab Historicis, & argumenta adversantia causæ; quam tuebatur *Avitus*, potuit silere Præsul Viennensis, binos scilicet cœtus paucorum Episcoporum, à quibus vulnerata fuit veritas. Quidquid sit, habetur Epistola Fausti ad Leontium, Arelatensis Consilii Præsidem; Quis credat ausum fuisse talia scribere, vivente Leontio? viventibus aliis Episcopis, à quibus fraudi & mendacii nota tam facile ipsi potuisset inuri? Hæc autem leguntur in Epistola Fausti ad Leontium Arelatensem: — SÆC. V. ANNO 460.

„ Quod pro sollicitudine Pastorali, Beate Pater Leonti! in condemnando Prædestinationis errore, Concilium summorum Antistitum congregastis, universis Galliarum Episcopis consuluistis; quod vero ad ordinanda quæ collatione publica doctissime protulistis, operam infirmis humeris curamque mandastis, parum sanctæ existimationi consuluistis, & judicio caritatis vos periculo electionis onerastis." Et his verbis Epistola „ clauditur: In quo quidem Opusculo, post Arelatensis Concilii subscriptionem; „ novis erroribus deprehensis, aliqua subjici Synodus Lugdunensis exegit. " Sic Faustus Leontio, testi oculato, Arelatensis Concilii Præsidi, & Lugdunensis conscio! Nollem ego tali Scripto denegare fidem; nec verisimile fit, hunc Episcopum, eo tempore Philosophicis studiis, ætate & doctrinâ, quantumvis erroneâ, celeberrimum, scripsisse tanta cum fiducia, & coætaneo sibi Leontio dixisse, *illum Concilium summorum Antistitum congregasse, ut damnaretur error Prædestinationis.* Hæc enim fuit origo controversiarum, quippe qui Prædestinationem, quanquam gratuitam, necessitatem actionibus & humanæ voluntati imponere contenderent Semipelagiani. Nec mirum est, Episcopos Ecclesiæ Gallicanæ eam amplexos sententiam, quam plerique tuentur hodierno die.

VIII. Hactenus de Conciliis, habitis dum nonagenarium ageret annum Faustus. Nunc de Lucido, quem fidem pristinam abnegasse contendunt plurimi, negant alii. — De Lucido & ipsius Capitulis.

Hæc nobis verisimilia saltem videntur. I. Tunc in Aquitania Præsules, qui è Monasterio Lirinensi eliciebantur, in Semipelagianismum propendere. Unde non mirum videtur, Concilia non equidem Oecumenica, sed provincialia Ecclesiæ Gallicanæ huic errori autoritatem conciliasse, *Faustum*que, qui tot annos vixit, eâ quâ pollebat subtilitate, Conciliorum decreta non modo suffragio, sed & argumentis suis probasse, ut patet ex Epistola ad Leontium, quæ negari non potest. Quisquis Synodorum genio indulserit, hanc veritatem exemplis plurimis probaturus est. II. Lucidus Presbyter, qui partes Augustini tuebatur, maxima suspicione laborabat, tum apud Faustum *Versipellem*, tum apud cæteros his partibus addictos, ut fieri solet. Ideo timore perculsus, & Epistolâ Fausti impulsus, dum mens territa remaneret dubia, quam partem amplecteretur, Fausto obsequi & Anathematismis ipsi oblatis subscribere coactus est. De libertate vel coactione sibi imposita judicium nobis ferre non licet. Hoc unum conjicimus, dejerationem, cui subscripsit Lucidus, Fausti manu scriptam fuisse, ut fieri solet ab iis, qui triumphos agere volunt adversus fidei pristinæ defensores. III. *Hincmarus* erravit, qui hæc Concilia anno 431. adscripsit; sed debent in posteriores annos rejici. Sunt qui ad an. 475. Pagi vero 490. annum assignavit.

Hæc sunt nomina Præsulum, qui subscribere debuerunt; *Leontius Arelatensis*, sed alii legunt *Auxanius*, *Faustus*, *Paulus*, *Eutropius*, *Pragmatius*, *Patiens*, *Megetius*, *Claudius*, *Leucadius*, *Julianus*, qui omnes se *relegisse* dicunt, excepto *Eufranio*, qui addit: *& admiratus*

 sum

Sæc. V. Anno 460. *sum plenitudinem sanctam.* *Lucidus* vero tanquam abnegator. subsignavit. Subjicitur mox Epistola Fausti ad Lucidum, quam omiserat Canisius & ex Sirmundo reponitur, ut totam rei seriem percipiant Lectores. Sed Admonitio Fausti hîc præmittenda.

Sirmund. in Concil. Arelat. I V. ann. 475. Conc. Labb. T. IV.

INCIPIT

ADMONITIO
SANCTI FAUSTI, (a)
Ex M. S. Galli edita à CANISIO.

MODO, Fratres Carissimi, cùm divina lectio legeretur, audivimus beatum Apostolum terribiliter nos & salubriter admonentem. Sic enim ait: *Omnes manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.* Quare etiam Dominus in Evangelio denunciat, dicens: *Filius hominis venturus est in gloria sua, cum Angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera sua.* Diligenter, quæso, attendite, Fratres Carissimi, & mecum pariter expavescite; quia non dicit, quod reddet unicuique secundum misericordiam suam, sed, secundum opera sua. Hîc enim est misericors; ibi justus. Nam quod statim non in peccatores * vin. . . . patientia est, non negligentia. Non ille potentiâ perdit; sed nos ad pœnitentiam reservavit. Unde magis timendum est, ne quanto diutius expectat, ut cessemus, tanto gravius damnet, si emendare noluerimus. Cùm hæc ita sint, scire & intelligere debemus, Fratres, nihil nobis esse salubrius, quàm ut damnatis omnium præsentium rerum voluptatibus, id potius cogitemus, quando erimus de hoc sæculo transituri, vel quando tabernaculum nostri corporis, ultimo die superveniente, deposituri, & iterum illud Resurrectionis tempore recepturi, ut cum eodem recipiamus, prout gessimus, sive bonum, sive malum. Et ideò rogo vos, fratres, ut cogitemus, quales erimus in die Judicii purissimis Angelorum conspectibus offerendi, & æterno judici rationem de libris conscientiæ reddituri. Remotis enim omnibus probationibus, certum est, in diem illum ipsum ante se hominem constituendum, & ipsam sibi animam in cordis speculo demonstrandam, & testes contra eam non aliunde de foris, sed intus de ipsa proferentur: adjicienda erunt non aliqua peregrina, sed nimium nota testimonia, id est opera sua. Ordinabuntur ante infelicem animam peccata vel crimina sua, ut eam confundat probatio, & confundat agnitio, secundum illud quod scriptum est: *Arguam te, & statuam illam ante faciem tuam.* Quicunque se modò, dum licet, emendare neglexerit, antè illum cœlestem populum primum excepturus est de confusione suppliciorum, & anima, quæ modo per pœnitentiam, compendiosam tractationem, peccatorum putredines curare dissimulat, ante illud tribunal metuendum, sine ullo remedio in perpetuo vulnerata remanebit. O si jam nunc faciem peccatoris animæ liceret oculis cordis aut corporis intueri, & conscientiæ nostræ vultum in oculorum præsentiam permitte-

II. Cor. 5. 1. — Mat. 16. — * f. vindicta descendit. vel vindicat; vel aliquid simile. Can. — Psal. 49.

(a) In Cod. MS. legebatur *Sancti Flausti*, sed observavit Canisius, mendum hic cubare, quamquam iteratum in fine ultimæ pagellæ, in qua Flausti nomen adhuc Fausto inditum occurrit. Legendum igitur Fausti, monet ille, dubitans tamen, an ea admonitio sit Fausti Rhegiensis, an vero alterius, ejusdem nominis. *Basn.*

mitteremus adducere. Quod si liceret, nec dici potest, quanto studio, quantóque metu urgeremus fœdata componere, maculata tergere, vulnerata curare. Ideò quia non possumus oculis corporis, inspiciamus, in quantum possumus, oculis cordis, & unusquisque conscientias nostras ante conspectum interioris hominis constituamus. Ipsi nosmetipsos castigemus, ipsi nos curationem de quotidiana conversatione faciamus. Alloquatur se in secretis unaquæque anima, & dicat; Videamus si hanc diem sine peccato, sine invidia, sine obtrectatione, sine murmuratione transegi. Videamus si hodie, quod ad profectum animæ pertinet, operatus sum. Puto quod hodie mentitus sum, per iram, vel concupiscentiam victus sum; nec alicui bene feci; nec per timorem æternæ mortis ingemui. Quis mihi reddat hanc diem, quam inanibus rebus perdidi, quam cogitationibus noxiis pessimisque consumpsi? Ac si, Fratres, de omnibus negligentiis nostris conpungamur in cubilibus, id est in cordibus nostris, ipsi nos condemnemus, ipsi nos accusemus Judici nostro quotidie, & dum in hac carne sumus, contra ipsam carnem quotidie dimicemus, vincamus voluntates & intentiones nostras, dum nobis tempus illud expectatissimum ac beatissimum felice mutatione æternæ vitæ succedit. Quando illud, quod Dominus dixit: *Et erunt similes Angelis.* Et iterum: *Tunc justi fulgebunt sicut Sol, in Regno Patris eorum.* Putas qualis tunc erit splendor animarum, quando Solis beatitudinem habebit lux corporum? Tunc enim cùm ad istam beatitudinem venerimus, nulla erit tristitia, nullus timor, nulla infirmitas, nulla mors. Nullus nobis obstat ad serviendum Deo nostro; nulla jam nobis stat infirmitas; nulla contradicet miseræ carnis adversitas, nulla vel ulterius remanebit pugnandi necessitas. Veniet, inquam, tempus, quando nullus desideretur cibus omnísque refectio, nulla sentiatur jejunii lassitudo, nulla timeatur vel de carne inquietudo, vel de hoste tentatio; sed adversario in inferni profunda detruso, perfruemur hac primum felicitate, ut incipiamus nec velle ultra peccare, nec posse; cessante omni iniquitate, omni miseria, omni mœrore; totum innocentia, totum felicitas possidebit. Nullam inferior miseriam, nullam felicior timebit invidiam; quia exinanita & penitus extincta transivit. In pectoribus hominum caritas Angelorum, quibus admixti homines jam † cœlesti recepta carne, sine carnis infirmitate fulgebunt. Et ideo nullum ulterius patientur de sempiterna Domini sui virtute fastidium, nullum sub perenni laudum suarum exultatione defectum. Habemus plenam beatitudinem inter illa immensa beneficia Dei nostri, ut nunquam in referenda gratiarum actione cessemus; cohæredes effecti ejus, qui dicet: *Venite benedicti, percipite Regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.* Donante ipso, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Sæc. V. Anno 460.

Luc. 20. 36. Mat. 13. 43.

† *m. s.* *cœlestes.* male Basil.

Mat. 25. 34.

FAUSTI

Sæc. V. Anno 460.

FAUSTI RHEGIENSIS AD LUCIDUM PRÆDESTINATIANUM EPISTOLA.

Domino devinctissimo & mihi speciali affectu venerando ac suspiciendo fratri Lucido, Presbytero, Faustus.

GRandis charitas est, parum cauti fratris errorem per Dei adjutorium & gratiam magis velle curare, quàm, sicut summi Antistites meditantur, à bonitate suspendere. Quid possum de hoc sensu, sicut vis, cum unanimitate tua per litteras loqui, cùm te præsens multâ & blandâ & humili allocutione numquam potuerim ad viam veritatis attrahere? Loquentes ergo de Gratia Dei & obedientia hominis, id omninò statuere debemus, ut neque proni in sinistram, neque importuni in dexteram, regiam magis gradiamur viam. Illud autem venerationem tuam dixisse miratus sum, quòd nullus umquam sub religiosa Professione contra Catholicam fidem vel scripserit, vel prædicaverit, cùm plurimi multiplices & profanos auctores suis etiam scriptorum monumentis crediderint inserendos, qui tamen Christiano nomine gloriabantur. Breviter ergo dicam, quantum cum absente loqui possum, quid sentire cum Catholica Ecclesia debeas, id est:

Ut cum gratia Domini operationem baptizati famuli semper adjungas; & eum, qui prædestinationem, excluso labore hominis, asserit, cum Pelagii dogmate detesteris.

Anathema ergo illi, qui inter reliquas Pelagii impietates, hominem sine peccato nasci, & per solum laborem posse salvari, damnandâ præsumptione contenderit; & qui eum sine gratia Dei liberari posse crediderit.

Item Anathema illi, qui hominem cum fideli confessione solemniter baptizatum, & asserentem Catholicam fidem, & postmodum per diversa hujusmodi oblectamenta prolapsum in Adam & originale peccatum periisse asseruerit.

Item Anathema illi, qui per Dei præscientiam in mortem deprimi hominem dixerit.

Item Anathema illi, qui dixerit, illum, qui periit, non accepisse, ut salvus esse posset, id est, de baptizato, vel de illius ætatis Pagano, qui credere potuit & noluit.

Item Anathema illi, qui dixerit, quòd vas contumeliæ non possit assurgere, ut sit vas in honorem.

Item Anathema illi, qui dixerit, quòd Christus non pro omnibus mortuus sit, nec omnes homines salvos esse fecit.

Cùm autem ad nos in Christi nomine veneris, aut cùm à sanctis Sacerdotibus evocatus fueris: tunc opportunè (si Dominus jusserit) locis suis testimonia proferemus; quibus & quæ Catholica sunt, manifestentur; & quæ Catholicis sunt contraria, destruantur.


Nos autem per illuminationem Christi veraciter & confidenter asserimus,

&

& eum, qui periit per culpam, salvum esse potuisse per gratiam, si gratiæ ipsius famulatui, laboris obedientiam non negasset: & eum, qui per gratiam ad bonæ consummationis metas, servitio obsequente, pervenit, cadere per desidiam, & perire potuisse per culpam.

Nos per medium, Christo Duce, gradientes, post gratiam, sine quâ nihil sumus, laborem laboriosæ servitutis asserimus; sed omnimodò arrogantiam & præsumptionem laboris excludimus, ut totis viribus desudantes, ne gratia in nobis evacuetur, quicquid de manu Domini susceperimus, donum pronunciemus esse, non pretium; scientes laboris ipsius fructum officii rem esse, non meriti; cum Evangelista dicentes: Servi inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Hæc, quæ strictim pro Epistolæ brevitate memorata sunt, aut recipere se, aut respuere, unanimitas tua, recurrente sermone, respondeat. Cæterum qui hanc veritatis mensuram, gratiâ præcedente, & conatu assurgente, non sequitur, dignus erit, qui a sacris liminibus arceatur.

Ego autem individuam mihi bonitatem tuam toto sinceræ benignitatis amplexu in via retinens, in matris Ecclesiæ gremio permanere, repudiato hoc errore, desidero: Qui si citò respuatur, ignorantia fuisse videbitur; blasphemia verò reputabitur, si pertinaciter defendatur. Gravem namque in auctorem retorquemus invidiam, si dicamus, quòd ei possibilitatem capessendæ salutis noluerit dare, qui periit, ei dumtaxat, qui capere jam possit arbitrii libertatem: cùm minimè negare possimus, quod mandati prævaricatorem in judicii sui examinatione damnabit: Qui enim non est obnoxius de suscepto, nescio, quomodo reus esse possit de perdito. Ac sic peccantes in Deum, cujus in primis incautius asseruimus gratiam, in postremis ejus videbimur impugnare justitiam. Hujus autem Epistolæ exemplar mecum retineo, in conventu sanctorum Antistitum, si ita necesse fuerit, proferendum. Quam si suscipiendam putaverit fraternitas tua; aut subscriptam manu propriâ mox remittat, aut sequentibus scriptis omninò se improbâsse respondeat. Quòd si eam subscriptam (ut dixi) transmittere nolueris, apertè adhuc te in errore persistere, ipso silentio comprobabis: ac proinde jam necessitatem mihi facies, ad personam tuam publicis conventibus exponendam. Et ideò secundùm hæc, quæ à me sunt directa, rescribe, utrùm ea remotis circuitionibus, aut cognoscas, aut respuas.



EXEMPLAR EPISTOLÆ LUCIDI PRESBYTERI, A FAUSTO COMPOSITÆ.

Dominis beatissimis, & in Christo Reverentissimis Patribus ** *Eufronio, Leontio, Fonteio, Viventio, Mamerto, Patienti, Veriano, Auxanio, Fausto, Paulo, Megethio, Græco, Eutropio, Leontio, Claudio, Marcello, Croco, Baselio, Claudio, Ursicino, Prætextato, Pragmatio, Theoplasto, Leocadio, Tiventio, Juliano, Amicali, Joanni, Opilioni, & Lycinio, Episcopis, Lucidus Presbyter.*

Correptio vestra, salus publica; & sententia vestra, medicina est. Unde & ego summum remedium duco, ut præteritos errores accusando excusem, & salutifera professione me †† diluam.

1. Proinde juxta prædicandi recentia statuta Concilii damno vobiscum sensum illum, qui dicit, laborem humanæ obedientiæ (*a*) divinæ gratiæ non esse jungendum.

2. Qui dicit post primi hominis lapsum ex toto (*b*) arbitrium voluntatis extinctum.

3. Qui dicit, quod Christus Dominus, Salvator noster, (*c*) mortem non pro omnium salute susceperit.

4. Qui dicit, quod præscientia Dei hominem violenter compellat ad mortem, vel quod * Dei pereant voluntate, qui pereunt.

(* *Mar. cum Dei p.*)

5. Qui dicit, quod post acceptum legitimè baptismum, in Adam moriatur, quicunque deliquerit.

6. Qui dicit alios deputatos ad mortem, alios ad vitam prædestinatos.

7. Qui dicit ab Adam usque ad Christum nullos ex gentibus per primam Dei gratiam, id est, per legem naturæ in adventum Christi fuisse salvatos, eo quod Liberum * Arbitrium ex omnibus in primo parente perdiderint.

(* *Mar. Arbitrium in primo.*)

8. Qui dicit Patriarchas ac Prophetas, vel summos quoque Sanctorum etiam ante redemptionis tempora † in Paradisi habitatione deguisse.

(† *Mar. intra Paradisum.*)

9. *Qui dicit Ignes & Inferna non esse.* (*d*)

Hæc omnia quasi impia & Sacrilegiis repleta, condemno.

1. Ita autem assero gratiam Dei, ut adnisum hominis & conatum, gratiæ semper adjungam.

2. Et libertatem voluntatis humanæ non extinctam, sed attenuatam & infirmatam esse pronuntiem. & periclitari eum, qui salvus est, & eum, qui periit, potuisse salvari.

3. Christum etiam Deum ac Salvatorem nostrum, quantum pertinet ad divitias bonitatis suæ, pretium mortis pro omnibus obtulisse.

4. Et quia nullum perire velit, qui est Salvator omnium *hominum*, maximè fidelium, dives in omnibus, qui invocant illum.

5. * *Et quia in tantis rebus conscientiæ satisfaciendum, memini me ante dixisse, quod Christus pro his tantum, quos credituros præscivit, advenisset, sententias Dominicas sequens, quibus ait sic*, Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, &

6. (*Mat. 20. 28.*) animam suam redemptionem dare pro multis. *Et illud:* Hic est calix Sanguinis mei Novi

** *Margarin. Leontio, Eufronio, F. V. Mamerco, P. Viriano, Auxiano, Fausto, Megetio, Paulo, Græco, Eutropio, Basilio, Leontio, Claudio, Leucadio, Pragmatio, Marcello, Prætextato, Juliano, Amicali, Joanni, Opilioni, Licinio, Viventio, Theoplasto, Episcopis Lucidus.*

†† *Marg. Confessione me deleam.* Can.

(*a*) Circa hæc Capitula dissentiunt Theologi, dum alii credunt tot fuisse Prædestinatianæ Hæreseos articulos, quos Lucidus ejurare debuit. Alii vero, & meritò quidem, arbitrantur ea Capitula esse tot ipsius *Augustini* sententias veritati consentaneas, quas in objectionibus suis velut heterodoxas propugnabant, tum *Vincentius Lirinensis*, tum Galli & Massilienses. Sic: damno illum qui dicit, *laborem humanæ obedientiæ Divinæ gratiæ non esse jungendum.* Hic, inquiunt, Articulus est verissimus, quia homo viribus suis petere pulsareque non potest; & gratia præveniens emendat animæ facultates, antequam laborare possit. *Basn.*

(*b*) Secundus Articulus item est orthodoxus; *Damno qui dicit, post primi hominis lapsum ex toto arbitrium Voluntatis extinctum.* Attamen hæc quæ damnatur definitio, est ipsissima Concilii Arausicani; & revera ex toto extinctum est Liberum Arbitrium *ad Bonum*, secundum Augustinianos.

(*c*) Denique hæc verba sunt Augustini.

(*d*) *Alio Typo excusa, absunt in Mar. Edit.* Can. Quis hæc dixerit nescio, sunt igitur ficta, aut potius deleri debent. *Basn.*

* *Hæc absunt in Edit. Margarin.*

(*a*) *MS.*

Novi Testamenti, qui pro multis effunditur in remissione peccatorum. *Vel illud* Sæc.
Apostoli: Sicut semel statutum est hominibus mori, ita & Christus semel oblatus est V.
ad multorum exhaurienda peccata. *Nunc vero sacrorum testimoniorum authoritate, quæ abunde per spatia divinarum inveniuntur, ex seniorum doctrina ratione patefacta, libens fateor, Christum etiam pro perditis advenisse. Quia eodem nolente perierunt. Neque enim fas est, circa eos solum, qui videntur esse salvati, immensæ divitias bonitatis, ac beneficia divina concludi. Nam si Christum his tantum remedia attulisse dicimus, qui redempti sunt, videbimur absolvere non redemptos, quos pro redemptione contemta, constat esse puniendos.* Canis. Anno 460.

Assero etiam (*a*) pro ratione & ordine sæculorum alios lege naturæ, quam Deus in omnium cordibus scripsit, in spe adventus Christi fuisse salvatos. 7.

Nullos tamen ex initio mundi ab originali nexu, nisi intercessione sacri Sanguinis absolutos. 8.

Profiteor etiam æternos ignes & infernales flammas, factis capitalibus præparatas; quia perseverantes *in finem*, humanas culpas, merito sequitur divina sententia: quam juste incurrunt, qui hæc non toto * corde crediderunt. 9.

Orate pro me Domini Sancti, & Apostolici Patres.

Lucidus Presbyter hanc Epistolam manu propria † subscripsi: & quæ in ea adstruuntur, adsero, & quæ sunt ‡ damnata, damno.

* Mar. crediderint.
† Mar. scripsi.
‡ Mar. damnanda.

EPISTOLA V.

*Domino piissimo, & in Christo summo mihi honore singulariter excolendo, * Ruricio filio Faustus.*

* Episcopo Lemovicensi.

Licet per quamcunque personam jocundum mihi sit cum individuo pectore ipsius charitatis vocibus conloqui, & sedula vos officiorum ambitione complecti; sed nunc quanto opportunius, tanto avidius pignus animi vestri, ministerio domestici portitoris assumsi; in cujus merito minus assignavit relatio, quam probavit agnitio. Et propterea ad fructum vestrum crevisse gratulatus sum, quod in eo vita melior conditionem primæ nativitatis abolevit, atque in eo nævum generis manumissio Religionis abstersit, & in adoptionem Christi personam mancipii fide emancipavit & transscripsit. Quomodo autem apud ejus, vel apud reliquorum fratrum lacteam sinceritatem agere deberemus latissimam Apostoli dispensationem, expedito digessistis alloquio, & cum eorum doctissima pagina minus doctus asserit. Nos tamen in eorum defecatis moribus admirati sumus per donum mansuetudinis & humilitatis, plenitudinem lectionis. Vincit enim largitas gratiæ instituta doctrinæ. Nam etsi sub exiguo tempore intra eorum lucida pectora, & perspicua penetralia introduxit se morum candida puritas, & præclara simplicitas, per quam divinæ imaginis speculum in interioris hominis nitore perfulget; divinæ, inquam, imaginis. Ita enim de Domino legimus: Purus, simplex, subtilis. Sed multo aliud indicat divina illa simplicitas. Siquidem in nobis duplex inest, in spiritu, & carne substantia. Nos quod habemus, accepimus; nobis diversa virtutum charismata adjuncta sunt, non innata. Sine dubio adponitur, quod auferri potest. ut boni simus, de auctoris sumus bonitate mutati. Ex illo quidem vivimus; Act. 17. 28.
sed vita, sicut ille est, non sumus. Justi esse possumus; justitia esse non possumus. Ille ideo simplex; quia nihil ei ex accedenti largitate conlatum est. qui ex se subsistit, aliunde nihil sumpsit. Deus & vivens pariter & vita; bonus & bonitas; misericors & misericordia; in virtutum suarum gloria, hoc est ipse, quod possidet. *Verbotenus, homo deauratus est; Deus aurum est.* Et propterea, quia nihil ei extrinsecus accessit, nihil ei detrahi potest. Detrimentum non recipit, quia nescit augmentum. Ipse & sibi auctor & filio, quia una origo est & fontis, & fluminis. Ex his, quæ absque initio habent, communio est, transfusio non est.

Et quia de filio legimus: *splendor est * claritatis DEI*: Sicut nunquam Deus sine Heb. 1. 3. Sap. 7. 25.
splendore, ita Pater nunquam fuit sine Flii majestate. Et sicut utriusque æquæva sunt nomina (nisi enim iste nasceretur, Pater ille non diceretur) ita eos sine separatione concitat unius paternitatis antiquitas; ex illo est, sed posterior illo non est: sicut facies de capite nascitur, nec tamen capite suo junior invenitur: ac sic Deus noster nec permixtus in personis propriis, nec divisus, una virtus nec potestate divisa, nec tempore. Sicut in subsistentia triplex est, quia sibi quisque subsistit, ita in substantia simplex, quia unus seipsum præcedere nesciens, nec posteriorem recipit, nec priorem. Inde & nos de hac accepimus simplicitate, si in nobis nihil sit dissonum, nihil varium, nihil diversum, si semper idem esse probabilibus studiis & fundatis in Christo sensibus

* Melius gloriæ. Balu.

(*a*) M. S. pro ratione & ordine, Marg. per rationem & ordinem S. alios lege gratia, alios lege Moysi, alios lege naturæ.

Sæc. V. Anno 460. sensibus enitamur, ut immutabiles in bono, novis tantum in diem profectibus immutemur.

De eo autem, quod quidam provocationis amore consuluit, salutifera & perfecta meditatio est, curas animi, partito per plures terrenæ regimine rei, sublevare, & post hæc triplici deliberatione tractare, quid melius sit: locare, vel administrare, vel distrahere propriam portionem?

1. Primum revera bonum esset, ut Christi famulus, Christi pauperis vias ex toto pauper studeret incedere, si perfectam magni alicujus Monasterii scholam, vel certè Insulam Angelicæ congregationis militiam liceret expetere. Nam in medio sæculi institutionem Eremiticam profiteri, quanta magnanimitas, tanta est difficultas.

2. * Suis verò vicis suæ pondus imponere, secundum pro animæ relevatione compendium. Sed pervidendum, si aliquis filiorum tam arduo sufficiens esse possit obsequio. Ne forte paterna ejus senis auctoritas in patrem...... Optimum est in secundo gradu sub noxio beneficiis administratore consistere, si vel voluntas suppetat, vel facultas necessitatem annuæ pensionis impleverit.

f. senis.
** Locus vitiosus.*

3. Tertium est, per fidelium famulorum electa solacia, impositæ procurationis officiis, sub propria ac minore solicitudine quantitatem reservatæ gubernare substantiæ, & eam per viam regiam tota mediocritate dirigere. Quod cum suadeo, videor vel nostram utilitatem, vel pauperum cogitare. In quo ordine non parum est lucri, si reservato usu, proprietas distrahatur. Itaque breviter indicantes, quid primum, quid secundum, quidve sit tertium, electionem judicio, vel possibilitati reservavimus consulentis. quid magis competat, quod promptius possit impleri, ille insinuare dignetur, pro cujus timore & amore consolatio ipsa tractatur. Dominus Deus noster beneficia in nobis sua felici ac placita longævitate multiplicet, Domine piissime, & in Christo summo mihi honore singulariter excolende fili.

EPISTOLA VI.

Domino devinctissimo & tota pietatis virtute singulariter excolendo Fratri Ruricio Faustus.

PRopitia divinitate in secreto religionis congruo, & tranquillissimo in silentio constituti, in quo Dominus ad rubiginem longa securitate contractam, salutiferæ lima castigationis admonuit. In hac, inquam, qui & magna, si agnoscamus, vacatione donati, dum novos cives commercio charitatis adquirimus, dum de acquisitorum salute gaudemus, inter hæc positi bona, præsenti insultamus exilio, & patrem nos non amisisse, sed commutasse cognoscimus. Nam dum fideles famuli Dei in necessitatibus nostris bonitatem suæ devotionis exercent, sine sede propria possessores, sine possessione divites sumus. Imò eos, qui de nostra fructum accipiunt consolatione, ditamus; miro modo consolatores nostri de pauperculis negotiantur, & de egenis lucra perpetua consequuntur. Ego autem hanc primam munificentiam, Domino largiente, percepi, quod piissimus meus Ruricius post vitæ hujus jactationes ad portum Religionis, proram salutis, excelsi manu gubernante, convertit; quod post umbras seducentium vanitatum & inlusiones transvolantium somniorum, mansura & solida concupivit, & despecto tandem sæculo infelici, artem ejus magnam rapuit; felicitatem & lucrum sui de mundo pereunte adquisivit, arte fideli, atque conlabentium rerum fuga præteriens, qua opes contemptu suo contulit; quæ jam usu suo conferre nihil poterant. Unde quanta dudum alacritate secularibus studiis militavimus, tanta nunc devotione Domino serviamus. Et quia me austerius loqui secum, pro peccatorum curatione, pietas vestra constringit, & illius sententiæ non observat invidiam, quæ dicit: Justus in principio sui est accusator. Inprimis ergo lapsus oris, cordisque vitemus. Sed quod Oris diximus; si cordi studueris adhibere custodiam, ori non laborabis imponere disciplinam. Sine difficultate ostium circumstantiæ opponere poterit labiis suis. Illud siquidem voce depromitur, quod prius in officina conscientiæ deformatur. Hoc exterior reddit, quod dictat interior: mens exercet imperium; lingua famulatum. & propterea cœlestibus edocemur colloquiis: Ex abundantia cordis os loquitur. Quod de sermone nasci videtur, prius cogitatione concipitur. Ut oris sonus indigna non proferat, animus justa præcipiat.

Ruricius Religionem amplectitur.

Prov. 18. 17.

Ps. 140. 3.

Matth. 12. 36.

Duplex abstinent.

Et quia duo sunt jejuniorum genera, unum incontinentiæ appetitum à malè blandis deliciarum suavitatibus coercere; ut exterior & terrenus homo vomere crucis edomitus commoda infirmitate macrescat. Alterum abstinentiæ genus est multo sublimius, multo pretiosius, cui nulla contradicere possit infirmitas, motus animi regere, & inrationabiles perturbationes vel conluctantium inter se cogitationum tumultus, interioris judicio refrænare, & contra impugnationes occultas, vel contra domesticos inimicos

cos rixam quandam irascentes, fidei auctoritate conterere, & per benevolentiam, mansuetudinem, patientiam, tranquillitatem, Dei imaginem in facie interioris excolere: cujus decus non in corporis personam, sed in animi formam solertia factoris impressit. SÆC. V. ANNO 469.

Virum spiritualia & divina cogitantem tristitia non frangat, lætitia non resolvat, stabilitum in timore Dei pectus magnanimitas æqualitatis ostendat: ut & nobis coaptari possit libelli illius insigne principium, ubi ille magnificus HELCANA, qui *possessio* DEI *interpretatur*, vir (*a*) unus mystico nuncupatur eloquio. Erat, inquit, vir unus, hoc est, semper idem: quia nihil in eo apparebat dubium, nihil duplex, nihil varium, nihil diversum; sed eum in statu virtutum inconcusso ordine permanentem, accedentia in contrarium non commovebant, mutabilia tempora non mutabant; nec eum, ut magnis virtutibus moris est, in alternas partes levia ventorum flabra versabant. Ita & sollicitus Dei famulus vasta mole fidei fundatus, in hoc tantum, Christo in se operante, mutatur, ut novis semper gratiis induatur: in agro pectoris plantentur utilia; noxia succidantur. Et quia militibus suis præcepit sermo divinus: Cùm, inquit, ad bellum processeris, & inter reliquas prædas petieris virginem, abscindes ungues & crines ejus; & ita eam tibi conjugio copulabis; ita nos ad sanctam, Christi timore præcincti, prudentiam sæculi, quæ simplex, incorrupta, sincera, à Deo facta est, captivam spiritali sapientiæ subjungamus, ac superflua eju, amputatis vitiis, abscindamus, & pectori casta conjunctione sociemus.

Constantia virum pium decet. I. Reg. 1. Deut. 21. 11.

Ante omnia in quantum, adjuvante Deo, possumus, illas in nobis debellare curemus quinque sensuum passiones. Quidquid enim pulchrescit visu, quidquid blanditur odoratu, quidquid lenocinatur adtactu, quidquid dulcescit gustu, quidquid corrumpit auditu, hæc omnia, si his abutamur, intentionem mentis de spiritalibus ad terrena devolvent. Et ideo sicut pater fidei quinque illos Reges in trecentis decem & octo, mysterio in (*b*) . . . . . latente devicit, Ita per adjutorium Domini, & per CRUCEM suam has quinque principalium vitiorum expugnare studeamus illecebras. Per CRUCIS enim SIGNUM, & per SACRUM JESU nomen, apud GRÆCOS (*c*) HERA utrius supputationis exprimitur. Quibus armis carnalia delectamenta superantes merebuntur audire: Vincenti dabo coronam vitæ. Et: Qui vicerit non lædetur à morte secunda. Unde ipse facile terrana despicis, vel fœnerantis more dispensas, dum illud cogitas tempus, quo exurentur peccatores sicut fœnum, quo æstuantes gehennæ furore perpetuo, cujus fumus ascendit in sæcula sæculorum. Hi, qui neglexerunt oblata, tali morte punientur; ut eis mori in dolore non liceat: morituri vitæ, & morti sine fine victuri. Dum illud, inquam, tempus ante oculos tuos provida in futurum mente disponis, de quo legimus: Introibo in domum tuam cum holocaustis, id est, quando bonorum operum fructu subfarcinatus, & justitiæ insignibus redimitus januam vitæ cum triumpho invictæ carnis intrabis. De quo legimus: *Adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus*, id est, animæ Christo de gentibus adquisitæ, munera non de suo offerent; cum gratiarum actione dicturæ: *Ecce multiplicavi talentum quod dedisti. Recipe cum usura Domine fœnus tuum.* Erit enim tum quoddam dandi & accipiendi commercium inter hominem & Deum. Homo afferet, quod laboravit; & Deus restituet, quod promisit. Quo tempore cùm sanctus alter pro altero remunerandus, corona duplici pro mutua salute decorandus, audire mereberis: *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.*

Passiones debellandæ. Gen. 14. 14. Apoc. 2. Ap. 20. 14. Ps. 75. 13. Psal. 44. 13. Matth. 25.

Tunc visum præsentium in æternorum proprietatem transisse miraberis & pro datoribus tuis glorificandus, debitorem te ei fieri, jocunda rerum mutatione gaudebis.

Individuum filium nostrum LEONTIUM*, omnemque domum piis illos cum majoribus pio sospitamus officio. Dominus Deus noster beneficia in vobis sua, felici & placita sibi longævitate multiplicet, Domine devinctissime, & sola pietatis virtute singulariter excolende frater.

* Episcopum Arelatensem.

(*a*) Explicatio multo subtilior quam vera. Id enim non sibi vult Spiritus Sanctus, qui tantummodo indicat Helcanam fuisse *unum* ex Incolis Ramathaiim, non vero virum sibi ubique constantem. *Basn.*

(*b*) Supple: *in literis Græcis* ι. η. τ. Hæ enim numerum 318. continent, & quidem priores duæ, initiales sunt nominis *Jesu*, tertia autem figuram crucis refert: qua de re videatur Epistola Barnabæ Cap. IX.

(*c*) Loco *Hera utrius*, lege *litteris*. Ita totus locus clarus evadit.

SÆC. V. ANNO 460.

EPISTOLA VII.

Domino devinctissimo, honore præcipuo specialiter excolendo, Ruricio, Filio, Faustus.

GRatias Domino, qui id generali dispensatione largitus est, ut inter eos quos locorum intervalla discriminant, liber ac nullis conclusus absentiæ legibus animus commearet; nihilque esset tam impenetrabile, quod mentis aspectibus non pateret; sed per cordis intuitum inde se invicem cari, gratia intercurrente, conspicerent; ubi caritas ipsa consistit.

Habet siquidem & interior noster oculos suos, quibus se conscientiæ testis introspicit; quibus in se conversus aut erubescenda, aut gaudenda considerat; quibus diem ultimum pervidet; quibus vel confusibilem, vel, Deo tribuente, laudabilem totius vitæ historiam, ante animæ suæ faciem provida in futurum cogitatione disponit, & in præsentiam trepidæ sollicitudinis tempus reddendæ rationis adducit; & ea, quæ paravit Deus diligentibus se, in secreta pectoris sui pagina, spe imaginante, depingit. Quos, ut puto, oculos & ipse ad tremendi Judicis Thronum semper attollis, ut de te illud Propheticum meritò dici possit: sapientis oculi in capite ejus. * Inde est ab eo enim illic filius mater .... ditores tuos. Inde est, inquam, quòd præsentium rerum relinquenda subsidia, quasi avidus fœnerator; per pretia captivorum, in sinu remuneratoris, seminantis more, commendas; de usu proprietatem facis, & in perennes thesauros peritura convertis. Inde est quod cum fidelissima SARA tua sub uno Christi jugo ad communem tendens coronam, terrenorum despector, & cœlestium competitor, sæculi peregrinus, & Paradisi candidatus; mundo huic, qui jam non habet, unde decipiat vel seducat, miles Christi secretus inludis. Cum Regni interminabilis socia jejuniis, & orationibus, & quadam fidei manu januam vitæ, pia conjuratione, pulsatis, ut duplicem palmam de mutua salute capiatis.

Es. 64. 4. *Eccl. 2. 14.* ** Locus vitiosus.* Vitam Monasticam laudat.

Sed inter hæc parum est, quicquid agitur, ut causæ insanabiles hìc sanentur, ut inextinguibilis ignis hìc extinguatur, ut ineluctabiles necessitates hìc superentur, ut hìc peccatorum sagittæ de animæ visceribus evellantur, ut hìc vulnera ipsis altè medullis impressa curentur, ut hìc maculæ invisibiles diluantur, ut hìc æterna gaudia fidelium studiorum labore comparentur. Illic quidem vita præmium istius erit; sed oportet, ut illius ista sit pretium.

Prælatis itaque obsequiis, quæso, ut cùm se facultas opportunè præbuerit, gaudere nos de vestra sospitate ac proprietate faciatis. Pro filiis & diaconibus meis uberes refero gratias. Domnam filiam meam, religionis speculum, & pietatis exemplum, debito cultu veneratus saluto. Dominus Deus noster magnificandam mihi bonitatem vestram, & præsentibus repleat bonis, & dignam reddat æternis, Domine devinctissime & honore præcipuo specialiter excolende fili.

EPISTOLA VIII.

Domino Beatissimo, & summo mihi honore ante omnes singulariter excolendo Fratri Ruricio Episcopo, Faustus.

TAnta mihi de animi vestri benignitate fiducia est, ut ex ejus fonte purissimo non jam solus haurire contentus sim, sed alios quoque, qui ejus usu mecum reficiantur, invitem. Præsertim cùm prorogata hujus largitas in lucrum transeat largientis; ejusque bono ita muneretur accipiens, ut non minoretur impertiens; & in morem fœnoris sui crescat expensis, Domine beatissime, & summo mihi honore ante omnes singulariter excolende.

His itaque caritatis inexsolubilem pensionem, quo solventis magis census dilatatur, exhibeo, & materiam boni operis ingerere pro laborantum commendatione præsumo. Quia etsi insinuationem meam ad fructum vestrum pertinere confido. & ideò misericordiam, quam miseris Ecclesiastica præbere consuevit humanitas, harum portitori, qui in LUGDUNENSI pertulit captivitatem, negare non potui. Utinam tàm possit prompta esse fidelium largitas, quàm hujus nimis manifesta necessitas est. Et quia in se aliquatenus absolutus, in uxore vel filiorum tenetur servitute captivus, prælatis officiis, quæso, ut morem benignitatis vestræ, etiam in hujus consolatione teneatis; & apud ante positos, quò poposcerint, litteris prosequaris.

Conservus, & præcipuè admirator vester, frater meus, Presbyter MEMORIUS mecum reverentissimè sopitant. Dominus Deus noster memorem mei piam beatitudinem vestram Ecclesiæ suæ profectibus felici longævitate conservet, Domine beatissime, & summo mihi honore ante omnes singulariter excolende frater.

Domino

EPISTOLA IX.

Domino Beatissimo, debita pietate suspiciendo, atque Apostolica Sede dignissimo, Fratri Ruricio, Episcopo, Faustus.

GRatius ad vos, dum vobis de patria scribimus, qui nobis patriam in peregrinatione fecistis, qui indefessa liberalitate patriæ desideria temperastis; vim quandam divinæ Justitiæ succedentibus sibi beneficiis inferentes; ut quod intulerat ad castigationem, converteret ad honorem, conferret ad consolationem, mutaret ad requiem mentis; nostra prætermitteret, ut vestra cumularet; debita obliviscens, & lucra vestra multiplicans; apud utrasque partes magnitudinem suæ bonitatis exercens, nos vestro locupletaret obsequio, vos nostro ditaret exilio. Unde factum est, ut jam in præsenti benedictionem, futurorum impatiens, dispensaret, & fidelissimum famulum suum super candelabrum domus suæ, cooperante misericordia, justitia, sinceritate, continentia, benignitate, id est, domesticis suffragatoribus, sublimaret. Ecce quali precio RURICIUS meus summum sacerdotium comparavit. Unde emit, ipsum est, quod emit; & testibus propriis adclamantibus, in se honoris causas, refugia honoris exhibuit. Tantum itaque munus scit in CHRISTI nomine, custodire, qui scivit adquirere.

Harum autem portitorem, sanctum Presbyterum FLORENTIUM, mihi jam diu cognitum, & exemplis magistri, & morum floribus adornatum; qui pro germanæ suæ absolutione peregrinatur, insinuo, qui mihi oportunum gratus mediator ingessit. Omnem domum * nostram, seniores cum junioribus paterno sospitamus affectu. Conservi mei, debitores, & admiratores vestri, mecum reverentissimè sospitant. Dominus noster magnificandam mihi beatitudinem vestram Ecclesiæ suæ profectibus, nostrisque gaudiis perfecta longævitate conservet, Domine beatissime, debita pietate suspiciende, atque Apostolica Sede dignissime frater.

* fort. vestram.

EPISTOLA X.

Domino Religionis honore sublimi, ac fidei meritis magnificando filio Ruricio Græcus.

GRatias DOMINO, quod fidei vestræ meritum sicut proficit devotione, ita crescit & opere. Laborantium necessitates sollicitudine prævenis, benignitate foves, humanitate sustentas. His enim rebus, juxta Apostolum, Spiritu ferventes, Domino servientes, spe gaudentes, divinas vobis æternas retributiones acquiritis. Sed in sublimitate vestra ista non nova sunt; quia animus vester sicut plenus est Dei timore, ita plenus est caritate; Caritate, inquam, quæ solo usu proficit, & largiendo succrescit; & pensum sciens, & detrimenta non sentiens. Dum enim dependitur, non expenditur; sed magis, dum prorogatur, augetur; ejusque gratia ita muneratur percipiens, & non minoratur impertiens, qui ad similitudinem divinitatis dat quod habet; habetque quod dederit.

Rom. 12. 11.

EPISTOLA XI.

Domino Beatissimo, ac Reverentissimo, atque à me debito cultu singulariter observando in Christo patrono, Ruricio Episcopo, Victurinus.

CUm beatitudinem vestram videre, & brevissimo tempore, & una tantum vice meruerim, ita tamen ad primum vestræ cognitionis, contemplationisque congressum sensus meos fonte purissimo benigno pectoris intrastis, ut, quamlibet alloquiorum vestrorum munera pretiosa non capiam, præsentiam tamen vestram intra mentis profunda possideam: ut etsi causas desiderii refovendi extrinsecus non accipiam, intra me eas tamen, dum gratiæ vestræ reminiscor, inveniam. Neque enim fas est, ut bonum illud ex accedentibus tantum requirat adjutoriis incrementum, quod medullis constat infusum. Quo fit, ut caritas, quæ in visceribus meis jugi reconlatione vestri innovata dulcescit, caritatis mihi vestræ vicissitudinem repromittat. Ac sic affectus erga vos meus vestri mihi animi fidejussor accedit, & quodammodo conscientia interioris mei mutuo mihi vestræ testis dilectionis adsistit; quantumcunque mihi de vobis præsumere debeam, mentem meam, quæ toto erga vos amoris ardore flagrat,

SÆC. V. ANNO 460.

flagrat, interrogo. Unde salutationem deferens, & intercessionem deposcens pro harum portitore, insufficientes gratias refero. Et quia infelicem ipsius laborem, quo pro absolutione uxoris per diversarum Regionum est jactatus exilia, mors redemptæ protinus subsecuta cassavit, & nunc rursus pro filiæ redemptione anxietas paterna distenditur, vestris eum litteris prosequi pro cumulanda mercedis vestræ ubertate jubeatis.

Pius Dominus Reverendam mihi beatitudinem vestram ad profectum & ornatum Ecclesiæ suæ, & annis multiplicare dignetur & meritis, Domine beatissime, ac reverentissime, atque à me debito cultu singulariter observande in Christo patrone.

EPISTOLA XII.

Domino Sancto ac Beatissimo, & omni mihi cultu atque honore venerando Patri, & in Christo Domino, Patrono Ruricio Episcopo * *Turentius.*

* *Al. Turcitius. Tureitius. Taurentius.*

Litteræ sanctitatis vestræ me spiritali cibo pastum incitaverunt ad spem futurorum, & verba Prophetica, claritate radiantia, ad discutiendas errorum tenebras, purissima luce fulserunt. Recognosco plenum caritatis affectum, & sinceritatem piæ castigationis. Amplector eloquentiam in verbis, in exemplis perfectionem, in consilio gratiam, in officio indulgentiam, in veritate constantiam, in admonitione veritatem, & scientiam. Probatis in dogmate vos antiquos Scripturarum Interpretes, & Divinorum Voluminum Tractatores. Veneranda mihi nomina, CYPRIANUM, AUGUSTINUM, HILARIUM, AMBROSIUM, sed & illustres alios facundiæ flore vernantes, alios & in revelandis occultioribus spiritales, alios mulcendis imperitorum sensibus blandientes, alios in fidei assertione pugnantes. Præteritæ calumniamur ætati, quòd viros illos, admiratione dignissimos, hæc sæcula non tulerunt: pro certo doctrinam junioris ambirent, qui ante docuerunt. Ego autem ætatem eam non de canescentium putamine capillorum, nec, sicut Beatitudo vestra de sæculari autore mutuata est, de colore barbæ albentis agnosco. Cùm etiamsi non essem in computo senescentis, annos decrepitos membrorum per morbi incrementa sentirem. Sed omnium precum humilitate deposco, ut pro correctione morum meorum, pro inspirando mihi desiderio pœnitendi, pro Domini nostri propitiatione in sanctis vestris Orationibus supplicetis, ut qui ad vitandum proclive illius viæ in perniciosa vergentis, rectum, & cum labore gradiendum iter ostenditis, & ingressum boni operis & piæ emendationis obtineatis effectum, non in fervore disciplinæ, sed in indulgentiæ medicina, & misericordiæ lenitate. Hanc quoque vobis conferte mercedem: debetis enim fœnus Domino de thesauro, qui fidei vestræ traditus, & vobis illo commendante susceptus est.

Adquirite desperantes, arguite negligentes, deditos somno ignavæ securitatis excutite, desides excitate. Decet ovem perditam in humeris suis bonum reportare pastorem, & munitioribus caulis eas, quibus lupus insidiatur, includere.

Augustini Volumina non noverat.

Sanctum AUGUSTINUM, sicut jusseratis, inveni, quem cum filio communi RUSTICO PRESBYTERO esse credebam. Operæ pretium est, ut admiremini studium meum, quòd quæ opuscula continebat, huc usque nescivi sane. * Capitulatim jam librum traditurus inspexi. Chartaceus liber est, & ad ferendam injuriam parum fortis. quia citius charta, sicut nostis, vetustate consumitur. Legite, si lubet, atque transscribite. Et spero, ut postquam vobis bene cognitus fuerit, ad me, cui est incognitus, remittatur: quia corrigere negligentiam meam frequentata membranæ ipsius lectione dispono. Ora pro me.

* *f. Capitula tamen l.*

EPISTOLA XIII.

Domino Sancto ac Beatissimo, & Apostolica reverentia suspiciendo Papæ Ruricio Sedatus.

Satis credidi, & quàm habere iter vobis laboriosum esset, & vehementer optavi, ut ad necessitatem istam, quæ hîc nos exhibuit, veniretis vel per occasionem, & benedictionem vestram mererer, & desiderium commune mutuò saciaretur aspectu, & vere posteaquam me præsentiæ vestræ spes frustrata est, velut de votorum culmine dejectus, & labor, qui incubuit, & absentia domus, & omnia, quibus ægritudo

tudo deceptæ spei, & anxietas cumulatur, in animum meum pariter convenerunt. Et scit Dominus, quod si vires suppeterent, aut parere desideriis, ætatis infirmitas pateretur; aut si essent animalia, quibus tantum tali tempore posset itineris expediri, non prius ego à THOLOSA reverterer, quàm beatitudinis vestræ, & singularis illius caritatis benedictionem desideratissimam promererer. Sed quia hæc quæ supra dicta sunt, desideriis obsistunt; rogo, & per Christum vos adjuro, ut me vobis vestra semper pietas repræsentet. Nec patiamini, ut pro officiorum tarditate caritatem imminuat, aut obfuscet oblivio: sed pro me, sicut facere vos certus sum, incessanter oretis; & quoties oportunum fuerit, servum vestrum per conloquia literarum visitare dignemini.

EPISTOLA XIV.

Domino Sancto, ac Beatissimo, & Apostolicâ reverentiâ suscipiendo Papæ, & meo speciali apud Dominum Patrono, Ruricio, Sedatus.

REfecit me filius noster, salutem, salutationemque tuam nuntians: per quem egò quas non merui litteras? Dedi ex hoc desiderio meo satisfaciens, si vel officii ad vos pagina perveniret. Saluto itaque plurimum, & rogo per illam caritatem, quæ mihi affectum dignationemque tuam nuntiat, ne te pigeat, quotiens oportunum, servum tuum litterarum munere visitare. Quia testor Dominum, quod post præsentiam tuam nihil mihi dulcius est, quàm si conloquium desiderantissimæ pietatis, vel litterarum dignationem meruerp. Rogo etiam, & omni prece deposco, ut pro me, sicut facere vos certus sum, sine cessatione intercedere, & orare dignemini. Filios nostros & venerans & desiderans saluto.

EPISTOLA XV.

Domino sancto, meritis beatissimo, Papæ, honoris cultu suspiciendo, atquè Apostolico Patri, Domino Ruricio, Episcopo, Eufrasius.

TÆdiosam pietatem vestram esse tenui rumore cognovi; sed harum baiulum destinavi, ut anxietatem meam de acerbitate nuntii celeriter relevetis. Quia scit Divina pietas, quod & tristitiam & infirmitatem vestram non compatientis, sed perferentis dolore participo. Sic ita concedat divina miseratio, ut mihi per multos annos exterioris vestri vigorem, & alacritatem integræ sanitatis indulgeat. Quia vere tunc reparatum esse me sentio, si de sospitate vestra celerius optata cognovero.

CANISII ANNOTATIO

In sequentem Epistolam Fausti, quæ est decima sexta.

Gennadius de hac Epistola loquitur, dum ait: *Legi ejus & adversum Arrianos & Macedonianos parvum Libellum, in quo coëssentialem prædicat Trinitatem. Et alium adversus eos, qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeum. In quo divinis testimoniis, & Patrum confirmat sententiis, nihil credendum incorporeum præter Deum.* Hæc Gennadius, qui duos distinctos libellos facit ex hac una Fausti Epistola, cujus prima pars est contra Arianos; alia contra eos qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeum. Neque mirum quod sejunxerit Gennadius. Nam & in Bibliotheca Patrum Margar. 2. Edit. Tom. IV. fol. 759. illa pars hujus Epistolæ de creaturis, quòd illis nihil incorporei insit, avulsa est a prioribus, & separatim edita, cum priora lucem, quod ego sciam, nunquam viderint. Nos integram hanc Epistolam damus; hac tamen admonitione: Turpem & gravem errorem esse hunc Fausti, eorumque qui Fausto faverunt (ut videtur etiam Gennadius fecisse) negantium, nullam creaturam esse incorpoream. Refutavit hunc errorem, imò hanc ipsam partem hujus Epistolæ Claudianus Mamertus, Viennæ Galliarum Episcopus, tribus libris de statu animæ, Patritio & Sidonio inscriptis, qui libri extant Tom. IV. Biblioth. PP. 2. Edit. fol. 763. Vide D. Thom. I. q. 51. a 1. q. 6. de potentia a. 6. & Baronium Tom. VI. Annal. & in Appendice Tomi X. ad Tomum VI. *Canis.*

SÆC. V. ANNO 460.

INCIPIT

EPISTOLA SANCTI (a) FAUSTI.

QUæris à me, Reverentissime Sacerdotum, quomodo ARRIANIS respondendum sit, qui blasphemo ore conantur adserere: Non potest, inquiunt, fieri, nisi ut junior sit genitus ab ingenito. Juxta quæ totum silentium quasi jussus absolvere, non tam pro rei instructione, quam pro fidei confessione præsumam. Id primitus observans, ne res per se obscuras studio compositi sermonis involvam; sed quædam pauperis sensus indicia, quæ non tam ornatui quam intellectui videantur servire, depromam.

Respondeo ergo sicut respondere discipuli Magistris interrogantibus solent. Itaque ad præceptum Beatitudinis vestræ loquor, ut discutias imperitiam. Contestor, ut doceas. Nam apud eruditissimum si reticeam, vix possum scire, quid nesciam.

De ingenito loquuturi, scire debemus, aliud esse rerum substantias, aliud rerum nomina: sicut verbi gratia, cùm aurum atque argentum dixeris, non statim metallum ipsum, sed metalli vocabula protulisti. Etenim aurum aliud est in proprietate generis, aliud in appellatione sermonis. Aliud est, cùm illud nominamus, aliud cùm tenemus.

Genitus & ingenitus significatio est Deitatis, non ipsa Deitas. Natura est appellatio, non natura. Ingeniti & geniti nuncupatio ad hoc valet, ut quis ex quo subsistat, intelligas, & non Patrem ex Filio, sed Filium ex Patre esse cognoscas. Principium ex principio & unum est, & initio caret. Quomodo si dicas: *Deus ex Deo*: non tamen duo Dii; sed unus dicitur. Genitus ergo, & ingenitus * ex utraque procedens, personas indigitat, non naturas. Majestas enim, quæ Patri est indiscreta cum Filio & Spiritu S. distingui nominibus potest; ordinari gradibus non potest.

* *Leg. & ingenitus & ex utroque p.*

Hoc loco præscius oportet intentionem mentis admoveas.

Dicis forsitan, quia ex illo est, posterior illo est. Age, ad hæc intellectum nostrum aliquibus comparationibus nutriamus. Videamus si aliqua res ex alia existit, quæ tamen illâ ex qua existit, non sit ætate posterior; verbi gratia, hoc ipsum filii nomen ex patris derivari nomine creditur, nec tamen posterius invenitur; quia nisi iste nasceretur, Pater ille non diceretur. Ecce nomen, quod absolutè coævum illi est, à quo est, & cum filius ex Patre sit, patri nomen filius facit; adquirit genitori vocabulum pietatis persona nascentis; cum hoc ex illo sit, nec hoc posterius, nec aliud probatur antiquius. Et cùm brachii nomine Filius ex operum virtutibus nuncupetur; ecce brachium procedit ex corpore, & tamen brachii ætas corpus non præcedit. Verbum ex voce profertur, & tamen cum ex ore nascitur, voce esse posterius non probatur. Ignis & caloris indivisa societas; sed cum calor indubitanter ex igne esse intelligatur, tamen ignis nequaquam calore suo prior esse dinoscitur. Ecce rem, quæ existere videtur ex illa, & tamen ei, de qua existit, sine ulla temporis intercessione conjuncta est.

Cum autem ad Deum venimus, hoc est genitus, quod Justus & Justitia, sapiens & Sapientia, misericors & Misericordia. Absolutè ex Deo justo atque sapiente secundum Apostolum oriri intelligimus justitiam atque sapientiam. Et sicut nunquam justus sine justitia, nunquam sapiens sine sapientia fuit; ita Filius ex Patre, sed nunquam pòtuit esse sine filio.

Absque dubio ARRIANI Salvatorem nostrum negare non audent. Sed dum minorem dicunt, Deum adserere non possunt. Deus enim naturaliter plenitudinis dignitate subsistit. Et eorum impietas unum se Deum colere prima confessione testatur. Sed qui juniorem, per eum, qui putatur senior, duos facit, & soliditatem unitatis intersecat. Nam ipsum nomen minoris alterum, qui illo sit major ostendit. Quis illo antiquior, qui de seipso pronuntiat: Ego sum Alpha & Omega, primus & novissimus? Qui cum Judæis, qui esset, interrogatus, ita respondit; Principium, quod & loquor vobis. Qui veridica per Prophetam voce confirmat: Ante me non fuit Deus, & post me non erit. Si Pater hoc dicit, inferiorem post se non cœpisse confirmat: si filius, ante se penitus non fuisse pronuntiat. De hoc Propheticus sermo evidenter insinuat: Hic est Deus noster, & non reputabitur alius ad eum. Et post hæc: inter homines visus est, & cum hominibus conversatus est. Secundum hæc ergo, inter genitum & ingenitum nec ordo est, quia unus est: nec tempus interest; quia primus est: nec postponendus est: quia solus est: nec minor dicendus est; quia plenus est. Ergo dicitur perfectus, simpli-

Esa. 44. Apoc. 1. Joan. 8. 25. Esa. 43. 10. Baruch. 3. 36. Baruch. 3. 38.

(a) *Ita m. s. sed vide Appendicem Tom. X. Baronii ad Tom. VI. Ann. Tom. IV. Bibl. PP. Edit. II. fol. 759. ubi fragmentum hujus Epistolæ extat, ut infra notabimus.* Can.

(a) Hoc

simplicisque naturæ, inæstimabilis & impassibilis; etsi eum secundum carnem passum esse pro nobis veraciter & salubriter confitemur.

Post hæc sequenti loco quæris à me, quomodo juxta substantiam Dei in (*a*) Epistula quadam scriptum sit: Nihil sensit patiente sensu, sed sensit compatiente affectu.

Primo hoc, quod nec Philosophos latuit, scire promptissimum. In homine diversæ affectiones, id est, justitia, misericordia, sanctitas, benevolentia, pietas, res accidentes sunt, & ideo affectus vocantur. Deus verò his non passibiliter afficitur: quia ei inesse jugiter & naturaliter dinoscuntur. Ergo quod in homine affectus ex gratia, in Deo virtus est ex natura. Nam quod dictum est: Nihil sensit patientis sensu, sed sensit compatientis affectu: Cur quisquam illo sensu dicere non præsumat, quo etiam Propheticum commemorat: Domine, ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me. Et: Juravit Dominus, nec pœnitebit eum. Et iterum: Iratus est Dominus Populo suo, & abominatus est hæreditatem suam. Et iterum, diverso affectu, Jacob dilexisse, & Esau odio habuisse describitur. Contristari in peccatis nostris, & lætari dicitur in operibus suis, & affectibus subjacens de se ipse dicit: Pœnitet me fecisse hominem. Et de summa Cœli sede pronuntiat: Saule, Saule, quid me persequeris? *Act. 9. 4.* Nam & compatientis ostendere affectum videtur cum dicit: Esurivi, & dedistis mihi manducare; sitivi, & dedistis mihi bibere: & reliqua hujusmodi quæ memoriæ abundanter occurrunt. *Mat. 25. 35.*

Quomodo ergo, si quisquam Sacerdos multiplici linguarum scientiâ præditus, & in medio diversarum gentium constitutus, Hebræum Hebræo, Græcum Græco, Romanum Romano instructurus adloquio, secundum singulorum intellectum verba confirmet, & juxta uniuscujusque sensum oris sui coaptet adloquium, & dissonas unius cordis expectatas pectoris voces in varios dispenset auditus: Ita & Deus cum homine locuturus, adsumere dignatur hominis linguam, formam etiam suscepturus humanam, per intellectuum nostrorum sonos ordinationum nostrarum testatur affectus. Nam dum quinque humanorum sensuum officia describens, ita dicit: oculi Domini super Justos, & aures ejus ad preces eorum. *Ps. 33. 16.* Et iterum: Os Domini locutum est. *Esa. I. 20.* Item: Et odoratus est odorem suavitatis. *Gen. 8. 20.* Et: Manus mea fecit hæc omnia. Cœlum mihi thronus est, Terra autem scabellum pedum meorum. *Esa. 66. 1.* Cordibus nostris efficientias insinuat rerum sub significatione membrorum. Unde pro ineffabili ejus circa humanum genus dignatione, servos, amicos, ac filios nominare & compellare non despicit, ut homo cum eodem vicissim humano ore, & more conlocutus.

Cæterum Dei ira, justitia est; Dei furor, severitatis vigor est; Dei jurasse, definisse est; Dei pœnituisse, sententia, tamen sæpe mutata. Et cum se, persequente aliquo, lædi dicit, crimen lædentis ostendit. Intercluditur nobis omnimodis orationis ministerium, omnisque ratio, qua dicitur, vel intelligitur, vel prædicatur; si hæc humani sermonis commercia subtrahuntur. Cur ergo dici inter ista non possit: SED SENSIT CONPATIENTIS AFFECTU?

Si ergo discutienti Magistro simplex & aperta responsio satisfecit, transeamus ad tertiam quæstionem, qua (*b*) ut respondeam (*c*) præcipis: Quæ in rebus humanis corporea, quæve incorporea sentienda sint.

Ad hæc aliqua non pro sensus mei præsumptione promam, sed pro Sanctorum opinione seniorum. Præsertim cum hæc animum lædere non possint, & ad fidem nutrire possint, & usque ad id, quod Patri Filius æqualis appareat, contra ARRIANAS armare, atque * regere valeant pravitates. Ergo quando de tractatu altiori conlatio est, ad subtiliorem intellectum sensus & animus præparandus est. Nonnulli eruditissimi Patrum alia adserunt esse invisibilia, alia verò incorporea. Quidquid creatum est † materia videri, & factori suo comprehensibilem, & corporeum esse definiunt. Nam & animarum, & Angelorum naturam adserunt esse corpoream, pro eo, quod initio circumscribantur & spatio. Nam sicut in quodam S. HIERONYMI tractatu legimus, globos, inquit, siderum * corporatos esse spiritus arbitrantur. Et item: Si Angeli, inquit, cæleltia corpora, ad comparationem Dei immunda esse dicuntur, quid putas homo æstimandus? sed inter hæc tu animam negas esse corpoream, quia juxta aliquorum opinionem nec localis sit, nec (*d*) qualitate credi debere manifestum est.

Legimus

* *Marg. atque erigere exigi. v. p.*

† *Marg. materiam videri.*

* *M. vitiosè: compàratos.*

(*a*) *Hoc dictum extat supr. in Epist.* II. *Fausti ad Græcum Diaconum, quæ Epistola excusa typis est, Tom. III. Bibl. PP. Edit.* II. *fol.* 411. Can.

(*b*) *Ab hoc verbo quæ sequuntur, in modum separati Libelli seu Epistolæ, extant Tom. IV. Bibl. PP.* II. *Edit. fol.* 759. *Turpis sanè error hic Fausti, de quo vide annotationem in hanc* XVI. *Epistolam.* Can.

(*c*) *In margine M. S. Codicis adjuncta erant aliqua, quæ hunc sensum videntur reddere (neque enim aliò inseri possunt, nisi huc, & quidem signo apposito) ut respondeam, præcipis ventilationem hujus quæstionis minimæ, Quæ* &c. Can.

(*d*) *M. nec qualitate nec quantitate subsistat, quod de solâ Dei Majestate credi debere. m. e.* Can.

(*d*) *M. tan-*

SÆC. V. ANNO 460.

Legimus enim in quodam receptissimo Patrum tractatu: *Ingredi, inquit, & implere omnia, soli est possibile Trinitati:* quæ sicut universæ intellectualis naturæ efficitur penetratrix, non solum circumplecti eam atque ambire, sed etiam inlabi ei, & velut incorporea corpori possit infundi. Licet enim pronunciemus nonnullas spiritales esse naturas, ut sunt Angeli, Archangeli, cæteræque virtutes, ipsa quoque anima nostra, vel certè aër iste subtilis; tamen incorporeæ nullatenus æstimandæ sunt. Habent enim secundum se corpus, quo subsistunt, licet multo & incomparabiliter tenuius, quàm nostra sunt corpora, secundum Apostoli sententiam, dicentis, & corpora cœlestia, & corpora terrestria. Quibus pro manifesto colligitur, nihil esse incorporeum, nisi solum Deum. Et idcirco ipsi (*a*) tantummodo per se penetrabiles omn. atque intellectuales esse substantias. Quæ cum ita sint, objicit mihi, ideo animam non esse corpoream, quia, ut dictum est, nec localis sit, nec qualitate, aut quantitate subsistat. Quod (*b*) cujus sit periculi, ita in hac status nostri habita discussione pendebit, ut si nec localis sit, nec qualitati subjaceat, esse eam haud dubiè incorpoream concedamus. Si verò demonstraro eam quantitate determinari, locove concludi, consequenter eam etiam corpore contineri; nec ipse jam dubites. † Quomodo non localis est, quæ inserta membris, & inligata visceribus, solis motibus * vaga, conditione substantiæ tenetur inclusa? Quod si localem non esse animam, ideo assumendum putes, quod per diversa sensibus evagetur, & cogitationibus deferatur, primum intelligendum est, quòd aliud sit animæ status, aliud hic qui de anima nascitur cogitationis ‡ affectus. quamobrem ut hoc potius † æstimandum est, quod si quando sibi aliquid imaginatur, magis cum suis intra semetipsam motibus occupatur. & si quid * illud est, quod aspicere videtur ‡ magis ei in cordationis speculo describatur. Nam quando absentem suum carum cogitat, nunquid jam velut ipso conspectu desiderio satisfecit? Aut cum, verbi gratia, Petri aut Pauli speciem intra mentis arcana depingit, nunquid statim intimas Paradisi sedes, ubi eos esse novimus, penetravit? Aut cum sibi in corde Divitis illius flammas ex lectione proposuit; nunquid jam ad ejus tormentorum loca cuivis inaccessibilia, inferni profunda, descendit? Hæc omnia procul dubio aut secum intra pectoris arcana per varias similitudines fingit; aut certè si extra animæ sedem instabilis cogitatio lubrico motu agitata discurrit, hoc ipsum localiter egit. Et sive urbem, sive quamcunque regionem cogitet, ibi tantum sensu commorante defigitur, quo animi intentione † raptatur. Imaginari sibi aliqua potest; complecti omnia simul non potest. Cum ergo anima Alexandriam vel Hierosolymam cogitavit, * sive illic tota sui præsentia ut arbitraris, interfuit, referat nobis situs locorum, vultus hominum, motus actusque populorum. Sed hoc ipsum, quod nunc inter nos commercia sermonum mutua spiritus actione † scimus, loqui me vobiscum, sed apud conscientiam meam sentio; ad vos me accessisse non sentio. Nam si verè anima cum suis ferri sensibus creditur, & his, quorum reminiscitur ipsa per se suis cogitationibus præsentatur. Ecce per hæc præsentis temporis momenta vos cogito, & animo reminiscente vos video, & quorum omnimodis quid geratis, & utrum quieti, an lectioni, vel orationi vacetis, ignoro. Sed hoc ideo evenit, quia ad vos cordis affectu, non ipsa substantiæ meæ veritate pervenio. Neque enim in suis motibus, quos nunc optimos, nunc pessimos esse sentimus, animæ nostræ natura consistit. Nam si per cogitationes suas constare credenda est, cur eis interdum evanescentibus atque pereuntibus, ipsa in sui vigore atque alacritate perdurat? Quantæ ergo in nobis frequentissimæ cogitationes & curæ etiam salubriter moriuntur, & vitæ magis * libertati interioris operantur! Si ipsis anima constaret, absque dubio ipsis † pereuntibus superesse non posset. Unde hoc magis ipsa conscientiis nostris ratio loquitur, quod unaquæque anima aut multiplicia cogitata rerum causis intra se (*c*) concepta parturiat, aut sensus suos velut quædam officia aut ministeria diversis necessitatibus occupanda dispergat, ipsa vero in conclavi corporis sui semel de eo exitura requiescat. Qamobrem localem esse ipsam, ut denuo sufficiens proferamus exemplum. Nonne anima Lazari manente vita, intra corpus fuit; secedente autem vita, de habitaculo corporis exulavit, & rursum in exanimum refusa corpus, illò unde se absentaverat, evocata remeavit? Tunc eam tanquam ex hospitii habitatione depulsam, & rursum inter hospitium, unde absentaverat restitutam vides; & localem non esse contendis? sed quid ego hæc de corruptibili homine loquar? Quum ille, cujus caro non vidit corruptionem, immaculatam quidem animam possederit, sed localem, quam utique intra se habuit, quando adfixus est in patibulo, extra se procul dubio emisit, quando jacuit in sepulchro. Quomodo non est localis, quam

caro

† M. *Quomodo localis est.*
* *vacans.*
‡ M. *Effectus.*
† *Existimandum.*
* *M. aliud.*
‡ M. *magis incordationis.*
† M. *simul rapitur.*
* M. *si vere illis.*
† M. *miscemur.*
* M. *libertatem operantur.*
† M. *vitiosè: per avum.*

(*a*) *M. Tantummodo penetrabiles omnes intellectuales esse s.*

(*b*) M. *cujusmodi periculi sit, ita credere, in subsequentibus demonstrabitur, nunc vero in hoc tractatus nostri statu pendebit, ut si nec l. s. n. q. subjaceat anima.*

(*c*) M. *conceptis parturiat, aut quadamofficia aut m. d. n. occupata d.*

(*a*) M. *quà*

caro continet, conjungit vita, mors separat? Quod si, ut dicis, localem necessitatem Sæc.
animarum natura non * recepit; non desunt ergo & de regione paradisi illæ, quæ V.
carcere clauduntur inferni? dic quæso, si locales non sunt, quomodo peccatores à coeti- Anno
bus consortiisque justorum justum illud chaos tristi interjectione discriminat, ut neque 460.
hinc illuc possint accedere, neque inde huc transmeare? Jam illud manifestissimum est, * M. respicit.
quod quantitate circumscribantur, quæ spatiis continentur. *Si agnovisti animam loca-*
quit mundum, *corpoream.* Dic mihi, anne ipsa gloriosi anima Redemptoris nostri relis
lem, concede quando conscendit ad Cœlum?

Ego autem ne Angelos quidem locales esse dubitaverim, quos certum nunc in cœlestibus contineri, nunc per aëris vacuum ferri, nunc ad terrena dimitti; quos sermo divinus ascendentes & descendentes in Patriarchæ visione describit. utique si locales non essent & ubique essent, adesse atque discedere ascensu descensuque non possent. Ipse beatissimus Gabriel, qui se ante Dominum astare testatur, cùm Cœlorum Dominum Mariæ infundendum visceribus nuntiaret, cumque sub Dominicæ oculis genitricis adsisteret, sine dubio cœlo * erat, maria non supervolabat, vacua atque diffusa venti vasti aëris non implebat, sed illum tantum locum in quo erat, occupabat. (a) Quæ cum ita sint, quidquid locum occupat, corpus est. nescio quomodo locali lege non teneatur, qui de loco ad locum mittitur, & velut corpus motu accessuque transfertur, mole descendit, mobilitate discurrit, vadit, redit, absentat, descendit. Vel ille, credo, localis est, nec se solum localem esse prodidit, qui secum tertiam partem stellarum ex alto proturbatus abstraxit. Dic mihi si corpus non habet, in illa dejectione qui decidit? quid illi negas corporalem naturam, cujus negare non audes ruinam? Et si, ut dicis, corpus non habet, non ardebit; ubi autem, nisi in corpore, sentiet ignem illum, qui paratus est Diabolo & Angelis ejus? Jam illud dici superfluum puto. illum in aëris istius conversatione quandam crassitudinem de elementorum concretione traxisse. Dic mihi, si corpus non habet, ubi inhærere concretio, ubi hæc ipsa nescio quæ colligere se potuit crassitudo, si secum aliquid corporale de illa cœlesti arce non detulit? Alienum, ut video, corpus ad tormentum portabit. Corpus itaque esse etiam ex sua adsertione recognosce. Corpus est quod inficitur, quod maculatur, quod quacunque ex accedenti adjectione, * vertitur. Hic ergo dudum primogenitus Angelorum, nunc primus factus est (b) tenebrarum & quasi corporeus, pulcher ante, nunc degener; dudum cœlesti splendore conspicuus, nunc tetro infernalis peccati horrore fædatus. Corpus inquam est quod habet, actione depellitur, quantitate circumscribitur, qualitate mutatur, dolore conficitur. Quæ cum ita habeant, quin corporeum dicunt animum? Vide in quàm profundum se crimen immergant: Jam primum, cum auctor universitatis Deus omnia in numero & pondere fecisse referatur; Ergo anima à materia universæ creaturæ excepta esse creditur: quæ non est corporea, nec localis est, si loco non continetur. Ergo ubique diffunditur; omnia intrare, implere, & ubique præsens esse dicitur; ac sic Creatori suo Creatura sociaretur, & fragilitas auctori suo, non jam res Dei, sed pars Dei æstimanda, jungitur. Vide quo adsertores suos ducat alti per lapsos errores. Equidem nobis ea quæ supra nos sunt, invisibilia sunt; sed omnia illa, sicut comprehensibilia, ita & corporea sunt. Qui ex nihilo fecit omnia, quæ sicut opere instituit, ita & materia corporavit, & rebus omnibus, inter quas & anima censetur, sicut distribuit pondus & numerum, ita & posuit qualitates. Inter hæc si forte, ut dictum est, adserendum aliquis putet, quod illa angelicæ subtilitate naturæ quædam contagio, aëris hujus admixtione collecta, flammis inveniatur obnoxia; ergo in aëre solo, prout ait, si aëreum est, quod ardebit, non in illo, sed extra illum pœna desæviret. sed absque dubio non aliud est, quàm substantia corporis, ubi dominari poterit vis doloris. Vide quo tendat imprudens & imperita persuasio! Qui incorpoream loquitur, & jam incomprehensibilem confitetur: ac sic condito adscribit operi, quod soli competit conditori; ac rebus creatis communicat privilegia majestatis, & indebitam creaturæ potentiam usque ad factoris extendit injuriam. Si bene requiramus, ad quos rerum exitus animum referas, hæc vel maxime Diabolum credulitas ex illa beatæ sedis statione devolvit, & propter hoc angeli perdidit dignitatem, dum se Dei præsumit habere naturam. (c) Unus ergo Deus incorporeus, quia & incomprehensibilis, & ubique diffusus, ex nullius enim facturæ corpore materiale sumpsit exordium. Et ideo coæternus filius Patri, quia ex nullo opere conditus nullisque initiis circumscribitur; super omnia, quæ figulo suo comprehensibilia atque corporea intra mundum corpus operatus est, incorporea majestate diffunditur. Ex ingenito genitus, id est, ex Patre, sed semper cum Patre, his quæ excitavit ex nihilo, indiscreta sancti spiritus societate dominatur. Amen.

* M. deerat.

* M. vitiatur.

(a) M. *Quæ cum ita sint, qui de loco ad locum mittitur.* &c.

(b) *Ab hoc verbo quæ sequuntur, non sunt in excuso Co-* dice Marg. *usque ad illa verba in fine: Unus ergo Deus.*

(c) *Hucusque m. s. Codex habuit ea quæ in vulgato absunt.*

Sæc. V. Anno 460.

EPISTOLA XVII.

Domino insigni, & summo mihi honore specialiter excolendo, Paulino Filio Faustus.

NOTÆ CANISII.

Hæc Epistola ideo hic non excuditur; quia jam extat Tom. III. Biblioth. Pp. 2. Edit. fol. 403. hoc titulo:

Rhegiensis Galliarum Episcopi; Sancti Faustini ad Benedictum Paulinum.

Male tamen Faustinus appellatur. Nam hæc Epistola Fausti est.

VARIÆ LECTIONES:

Tom. III. Bibl. Pp. fol. 403. versu 4. cogitans] *m. s. rogitat & timore.*

Ibid. v. 32. utrum sola proficiat ad salutem unicæ] *m. s. utrum sola sufficiat ad salutem fides ex unitate scientia Trinitatis.*

Fol. 407. v. penult. Tunc autem Baptismi gratiam habetis] *m. s. Tunc autem Baptismi gratia ab æterna morte possit hominem vindicare, si in aliquibus ejus integritas & dignitas non periret.*

Fol. 408. v. antepen. infinitis contentionibus] *m. s. infinitis contritionibus imponamus, & intolleranda incendia nunc salubriter cogitando, ex ipsis ignibus æterna nobis refrigeria comparemus.*

* *Certus autem sum de fide vestra quod falerati composito nitore sermonis acceptiora vobis erunt salutifera sinceræ testimonia veritatis. Filium meum* Eminentium, *dulce decus nostrum, paterno sospitamus affectu. Dominus noster admirandam mihi magnificentiam suam præsentibus repleat bonis & dignum reddat æternis.*

* *Ab hoc verbo usque ad finem auctior est m. s. Codex quam excusus.*

EPISTOLA XVIII.

* Vid Ep. Ruricii L. 2. Ep. 32. & 34.

*Domino meritissimo in Christi luminaria præferendo & plurimum in Christo desiderando piissimo Domino * Ruricio, Episcopo, Cæsarius Episcopus.*

* Forte à caritate vestra. Can.

Dum nimium tribularetur animus meus, quare ad Synodum vestram præsentiam non meruimus obtinere, sanctus & Domnus meus Verus Episcopus mihi dignatus est dicere, quod per suum diaconum mihi * Agate vestras litteras destinasset, quas ego nescio quo casu, aut qua negligentia me non retineo suscepisse. Sed tamen Sancto & Domino meo, fratri vestro certissimè credo; & malo hoc portitoris negligentiæ imputare. Sed licet sanctos & desiderabiles vestros apices miseritis, tamen sicut ipsi optimè nostis, dignissimum fuerat, ut personam dirigeretis, quæ ad vicem vestram subscriberet; Et quod sancti fratres vestri statuerunt, in persona vestra firmaretur. Sed quia novi, quàm sancto, ac frequenti, & pio desiderio interesse volueritis omnibus fratribus vestris, votum vestrum, & sanctam voluntatem exposui. Pro qua re nihil pietati vestræ vel potuimus, vel debuimus imputare. Sed licet desiderabilem vestram præsentiam non habuerimus, orationum tamen vestrarum suffragia nos meruisse persentimus. & ideo his dictis saluto plurimum affectu & honore, quo dignum est; & rogo, ut me sanctis & illustribus precibus simul ac meritis Domino commendetis. simulque indico pietati vestræ, & quia filius vester Eudomius si potuerit hæc elaborare, desiderat, ut superveniente anno Tholosæ Synodum, Christo propitio, habeamus, ubi etiam si potuerit, Hispanos vult Episcopos convenire. Et ideo orate, ut tam sancto desiderio suo Dominus tribuere dignetur effectum.

Sanctum vero & dulcissimum fratrem meum Capillutum Presbyterum, amatorem & prædicatorem vestrum, vestræ sanctimoniæ, quanta valeo insinuatione commendo; & pro ipso vobis ingentes & uberes gratias ago, quia quantum ipse asseruit, tantum se circa illum impendit pia & sincera benevolentia vestra, ut hoc nullus hominum possit exponere. Nunc ergo quia pro vestro desiderio æstuans pietatem vestram expetiit, dignum judicavi, ut per ipsum humilitatis meæ literas destinarem. quo remeante, si Christus annuerit, apices vestros, quasi cœleste munus desidero promereri. Ora pro me.

EPISTO-

Sæc. V. Anno 460.

EPISTOLA XIX.

Domino sancto ac Beatissimo & Apostolicâ reverentiâ suscipiendo Domino & Papæ Ruricio Episcopo Sedatus Episcopus.

EQuum quem per fratrem nostrum Presbyterum transmisistis, accepi; magnificis verborum vestrorum phaleris honoratum; in via vilem; in Epistola pretiosum; moventem se, cùm foditur calcaribus, aut urgetur verberibus; & nihil penitus promoventem: forma deterrimum, colore vilissimum, molliorem plumis, statuis pigriorem, solida corpora pavescentem, umbras, solum, ut credo, de consuetudine non timentem; fugitivum, cùm dimittitur; immobilem, cùm cæditur; in planis stantem, in asperis conruentem; qui teneri nesciat, ambulare non possit; quem prius, quàm viderem, dum Epistolas vestras relego, illorum de gente esse credidi, quos Dædala Circe. *Epistola ad quam hic respondet Sedatus, extat infra in Ruricii lib. 2. Ep. 34.*

Supposita de matre nothos furata creavit.

Putabam illum calidum animis, acrem cursibus; ignem, cùm exhiberetur, elatis naribus efflaturum, concussurum solido cornu campos; celeritate ventos & flumina præcursurum. Talem enim mihi splendidissimus Epistolæ sermo promiserat. Credebam etiam, quod illum manducantem frenos, terentem morsibus ferrum, duo fortiores viri, ne evaderet, retinerent. Nec me fefellit. Nam trahebant eum aliquot; impingebant alii, & plures cædebant. Quem ut sic exhibitum vidi, optavi, ut talia, qualia erant, non qualia Epistola mea continet, semper caris vestris munera mitteretis. Ego tamen quia mihi non reliquistis in transmissi muneris laude quod dicerem ne omnino. . . . . .

Quique etiam pari contrarietate fata, quæ quia non parcerent, Parcas vocitavere. Rediit ipse Catilina sæculi nostri nuper Aturribus, ut sanguinem fortunasque miserorum, quæ sibi ex parte propinaverat, ex asse misceret. *Quæ sequuntur, sunt ex Epistola Sidonii ad Hecdicium lib. 2. Ep. 1.*

Scitote in eo per dies spiritum diu dissimulati furoris aperiri. Apertè invidet, abjectè fingit, serviliter superbit, indicit ut dominus, exigit ut Tyrannus, addicit ut judex, calumniatur ut barbarus, toto die à metu armatus, ab avaritia jejunus, à cupiditate terribilis, à vanitate crudelis, non cessat simul furta vel facere, vel punire, palam & ridentibus convocatis, ructat inter cives pugnas, inter barbaros litteras. Epistolas, ne primis quidem apicibus sufficienter initiatus, publice à jactantia dictat, ab impudentia emendat; totum quod concupiscit, quasi comparat, nec dat pretia, contemnens, nec accipit instrumenta desperans. In Concilio jubet; in Consilio tacet; in Ecclesia jocatur; in convivio prædicat, in cubiculo damnat, in quæstione dormitat. Implet quotidie sylvas fugientibus, villas hostibus, altaria reis, carceres clericis; exsultans Gothis, insultansque Romanis, inludens Præfectis, conludensque numerariis, leges Theodosianas calcans, Theodoricianas proponens; veteres culpas, nova tributa perquirit. Proinde moras tuas citius explica. Et quidquid illud est quod te retentat, incide. Te exspectat palpitantium civium extrema libertas. Quidquid sperandum, quidquid desperandum est, fieri te medio, te præsule placet. Si nullæ à republica vires, nulla præsidia, si nullæ (quantum rumor est) Anthemii principis opes, statuit, te auctore, nobilitas seu patriam dimittere, seu capillos. Vale.

CANISII *NOTÆ*

IN EPISTOLAM XIX.

N*E omnino quique etiam pari contrarietate*] Codex m. s. hæc sine ulla distinctione conjungit. Ego sejungo & lacunam noto. Nam ab hoc verbo, *quique etiam*, usque ad finem hujus Epistolæ, omnia ad verbum sunt Sidonii ad Hecdicium lib. 2. Ep. 1. quæ sic incipit: *Duo nunc pariter mala sustinent Arverni tui. Quænam? inquis. Præsentiam Seronati, & absentiam tuam. Seronati inquam, de cujus ut primum etiam nomine loquar: Sic mihi videtur, quasi præscia futurorum lusisse fortuna, sicuti ex adverso majores nostri prælia, quibus nihil est fœdius, bella dixerunt: quique etiam pari contrarietate, fata, quia non parcerent, Parcas vocitavere. Rediit* & cætera, quæ usque ad finem in m. s. sunt. Quomodo autem hic error contigerit, ut pars Epistolæ Sedati ad Ruricium, & pars Epistolæ Sidonii ad Hecdicium ab exscriptore hic perperam sint conjuncta, non facile assequor, nisi scriba inciderit in codicem, in quo pagellæ quædam exciderunt. Contigisse autem hic talem errorem patet ex Epistolarum indice in fronte libri, ubi post hanc Epistolam Sedati ad Ruricium notantur variæ Epistolæ Sidonii, quarum nulla in m. s. codice scripta est. Index enim hoc modo habet:

Epistula

SÆC. V. ANNO 460.

Epistula Sedati ad Ruricium.
Epistula Sidonii ad Constantium.
Alia Sidonii ad Eucerium.
Alia Sidonii ad Tetradium.
Alia Sidonii ad Asperum.
Al. Sidonii ad Proculum.
Al. Sidonii ad Domnolum.
Al. Sidonii ad Nymphidium.
Al. Sidonii ad Simplicium.
Al. Sidonii ad Taumastum.
Al. Sidonii ad Ruricium.
Al. Sidonii ad Papianillam.
Al. Sidonii ad Patientem.
Al. Sidonii ad Lupum Episcopum V.
Al. Sidonii ad Censorium.
Alia Sidonii ad Mamertum.
Alia Sidonii ad Agræcium Episcopum.
Alia Sidonii ad Sulpitium.
Alia Sidonii ad Ruricium.
Alia Sidonii ad Gothum.
Alia Sidonii ad Principium Episcopum.
Alia Sidonii ad Remegium Episcopum.
Alia Sidonii ad Faustum Episcopum.
Alia Sidonii ad Heresium.
Habet in sequenti Epistularum libros 2. Domni Ruricii Episcopi.
Deinde Epistularum librum unum Domni Desiderii Episcopi.
Item Epistulas diversorum ad eundem domnum Desiderium.

Nulla Epistola Sidonii ex his in codice m. s. est. nisi quod fragmento Epistolæ Sedati ad Ruricium perperam sine ulla distinctione conjunctum est aliud fragmentum Epistolæ Sidonii ad Hecdicium. Et statim sequuntur duo libri Epistolarum Ruricii. Hæc monere volui. Nam diu me torserat hic locus. *Can.*

ATURRIBUS] Ita expressis literis m. s. Recte ergo Savaro in Epist. 1. lib. 2. Sidonii ita correxit, & notavit. Aturres sunt Novem populaniæ, ab Aturro fluvio, Aturres, ut ab Astura, Astures, Floro l. 4. sub finem. de Aturro, & Aturrico pisce, vide Sidon. lib. 8. Epist. 12. *Civitas* Aturensium Notit. Provinc. in Novempopulana Provincia, quam Itinerarium Antonini Adturrem vocat, ubi de Gallia Narbonensi. Et quod maxime facit ad hanc veterem lectionem, & Sidonii mentem, erat tunc temporis Gothicarum partium. Commonitorium Timothei: *Anianus vir spectabilis ex præceptione D. N. Gloriosissimi hunc codicem de Theodosiani legibus atque sententiis juris vel diversis libris Aduris anno 22. eo regnante edidi, atque subscripsi.* Vulgo Aire.

Quæ sibi ex parte propinaverat] Sidonii vulgatus codex: *quas ille ibi ex parte propinaverat, hic ex asse misceret.*

Ex qua phrasi licet conjecturam ducere, hoc fragmentum Epistolæ Sidonii esse, non Sedati. nam Sidonius de eodem Seronato lib. 7. Ep. 7. *Seronatum barbaris provincias propinantem.*

Indicit ut Dominus] Sidonius lib. 5. Ep. 13. de eodem Seronato: *nunc inauditis indictionum generibus exhaurit.*

Non cessat simul furta] vulgata Editio: *non cessat simul furta vel punire, vel facere palam, & ridentibus.*

Villas hostibus] *m. s. hospitibus.*

Altaria reis] *ita & m. s. licet in margine sit posita hæc vox, risis.*

Concludensque numerariis] *m. s. vitiosè: conclaudansque numerariis. Ita enim in medio hæc vox rasa, & postea nescio à qua manu signo hoc conjuncta est. Vide quæ notat Savaro hìc de numerariis.*

Citius] *vulg. citus.*

Incide] *m. s. incidite.*

Anthemii] *ita lego cum Savaro, nam m. s. hic mutilè: Ante.* Can.

EX

RURICII LEMOVICENI EPISCOPI EPISTOLARUM LIBRI DUO

Ex membranis m. ſ. celeberrimi Monaſterii S. Galli editi.

EX VENANTII FORTUNATI

LIB. IV. CARM. V.

EPITAPHIUM RURICIORUM EPISCOPORUM, CIVITATIS LEMOVICINÆ.



Nvida mors rapido quamvis miniteris hiatu,
Non tamen in sanctos jura tenere vales.
Nam postquam remeans domuit fera tartara Christus,
Justorum meritis sub pede victa jaces.
Hic sacra Pontificum toto radiantia mundo,
Membra, sepulchra tegunt; spiritus astra colit,
Ruricii gemini flores, quibus Anniciorum,
Juncta parentali culmine Roma fuit.
Accumulante gradus prænomine, sanguine nexi,
Exsultant pariter hinc avus, inde nepos.
Tempore quisque suo fundans pia templa patroni,
Iste Augustini, condidit ille Petri.
Hic probus, ille pius; hic serius, ille serenus,
Certantes pariter quis sibi major erit.
Plurima pauperibus tribuentes divite censu,
Miserunt cœlos, quas sequeruntur opes.
Quos spargente manu, redimentes crimina mundi,
Inter Apostolicos credimus esse choros.
Felices qui sic de nobilitate fugaci
Mercati, in cœlis jura senatus habent.

JA-

JACOBI BASNAGII

IN

RURICIUM

OBSERVATIO.



Uricius *Senior* dictus, ut distingueretur ab ejus nepote S Æ C.
cognomine & Lemovicensi episcopo, ex illustrissima V.
Aniciorum prosapia ortus erat. Sæculo primum fuit ad- ANNO
dictus, ut testatur Faustus, ipsi amicissimus, qui de illius 480.
conversione ita lætabundus exsultat: *Post hujus vitæ*
jactationes ad portum Religionis, proram salutis, Excelsi Fausti Ep.
manu gubernante, convertit: post umbras seducentium vanitatum & inlusio- 6.
nes transvolantium somniorum, mansura & solida concupivit, & despecto
tandem sæculo infelici, artem ejus magnam rapuit: Iberiam uxorem duxe-
rat. Ex ea liberos non suscepisse videtur. Clericus factus, ad Lemo-
vicensem Episcopatum promotus est, qui tum magno non habebatur in pre-
tio. Ideo tamen se contemni non patiebatur Ruricius. *Nobis*, inquiebat,
auctoritatem demere non debet urbis humilitas. Si quidem multo melius mul- Rur. Ep. l.
toque eminentius est, civitatem de sacerdote, quam sacerdotem de civitate 2. Ep. 32.
noscere. Ajunt in illo Episcopatu post *Martialem* vicesimum quartum fuisse
Successorem. Sed inter fabulas amandari debet ille Martialis tum apud
Burdegalenses, tum apud Lemovicenses Episcopus. Monet quidem ami-
cum Celsum, *ut ad solemnitatem sanctorum cum sorore veniat:* unde quis Ruric. l. 2.
forsan conjiciat, Sanctorum, quorum solemnia celebrabantur apud Lemovices, Ep. 114.
unum fuisse Martialem. Mera est conjectura! Sed præterea Sanctos antiquos Bernard
qui nunquam extitere, aut saltem de quibus fabulosa multa narrantur, coli, Guido de
quis hodierno die miretur? De ipso Ruricio, qui notior nobis debuit esse, Gestis Episc.
ferunt, in communi Lemovicæ Cœmeterio monasterium in honorem St. Au- Lemovic.
gustini erexisse, ibique institutis Canonicis Regularibus fuisse sepultum, quæ C. 3.
omnia à vero sunt aliena. Illud certissimum est, *Ruricium Fausto, Leon-*
tio, Æonio, Sidonio, quin imo ipsi *Cæsario*, celeberrimis tunc temporis
Galliarum episcopis, fuisse amicissimum, ut ex ipsius epistolis patet. Per se-
nectutem vix aërem ferre potuit: Per Hyemem paulo robustior, æstivis V. Ep. l. 2.
diebus in hospitio & locis frigidis consuetudinariam infirmitatem superare Ep. 7. 32.
vix poterat. Ideo a Concilio Agathensi abfuit: Illud ægre passus est Cæsarius, & 34.
à quo fuerat invitatus. Quin imo Sedatus, Nemausensis episcopus, hac in re
Cæsario manus dedit. Querelas vel injuriam repulit Ruricius, litteras Cæ-
sarii ad se tardissime venisse significans, *nec tamen debuisse tardius commo-*
neri, qui fortasse merebatur ambiri: Obiit paulo post illud Concilium.
Ajunt Bibliothecæ Patrum editores attigisse annum 499. Sed cum Conci-
lium Agathense sub Cæsario convocatum fuerit an. 506. ulterius multò vi-

SÆC. V. ANNO 480.

tam produxisse Ruricium constat. Polito stylo, ut sæcula ferebant, scriptæ sunt ejus epistolæ; paucissima tamen quæ vel ad dogmata, vel ad illorum temporum Historiam pertineant, possis excerpere; pleræque enim sunt officiosæ epistolæ, vel consolatoriæ, vel ad pietatem fugamque sæculi adhortatoriæ. Observavit *Balusius*, ipsi morem fuisse meliores scriptores perlegere, ipsorumque verba sibi propria facere; idque probat variis argumentis ex geminis, quas tum edebat, *Sulpitii Severi* epistolis: ex quibus utique hausisse aliqua, indicto nomine, videtur Ruricius; & revera aliqua sunt similia, ita ut plagii reus esse videatur eo deterioris, quod verba & voces tantum usurpaverit.

Balus. Misc. T. 1. præf.



IN

SÆC. V. ANNO 480.

INCIPIT DOMINI RURICII EPISCOPI EPISTOLARUM

LIBER PRIMUS.

Domino suo peculiari in Christo, Domno patrono ([a]) *Fausto Episcopo Ruricius.*

([a]) Quis sit Faustus, superius dictum. BASN.



Ep. I. *Difficile est ad cœlum tendere.*

Lim te, Domine mi venerande, ac beatissime sacerdos, fama celeberrima prædicante cognovi. Olim desiderio pii amoris infuso, illis te, quibus scribere dignaris, oculis cordis intueor; sed nihilominus etiam corporeis videre festino; si quo modo possim, intercedentibus vobis, peccatorum meorum vincula disrumpere, *Psal.* 54. 7. acceptisque columbæ illius pennis, à venantium laqueis evolare, *Psal.* 90. 3. & vobiscum positus in Dominica lege requiescere; ut sitim, quam opuscula vestra legendo concepi, ipso presente, unde illa manarunt, uberius hauriens restinguerem; ut caritatis igniculum, quem in tepidis animæ dormientis favillis ferventibus suscitastis, prolatis de condensa scripturarum pabulis, vivax flamma roboraret, quæ eloquio sancti oris accensa, more sibi solito, in pectore peccatoris vim naturæ potentis exereret, calefaciendo frigida, inluminando tenebrosa, & spinas criminum consumendo. Adhæsit, doctor eximie, anima mea post te. Me autem adjuvent orationes tuæ, ut possim, terrenis actibus spretis, cœlestibus inhiare. Quia corpus, quod corrumpitur, adgravat animam, *Sap.* 9. 15. ut inclinare aurem suam ad oracula divina non possit, ut domum patris oblivio obediens, *Ps.* 44. 11. quæ vocantis imperio de terra sua, & cognatione discedat, atque illam, *Gen.* 12. 1. quæ ei demonstratur, potius concupiscat. Non enim adhuc valet pusillitas nostra metum obnoxiæ conditionis expellere, & caritati perfectæ purgata corda reserare, *Gen.* 21. 10. ut relinquentes præsentia, petamus æterna; ejectaque ancilla, hæreditatem *Gal.* 4. 10. paternam liberi possimus adipisci. Quamobrem spero, Domine mi, ut pro me indesinenter oretis, & quoties dignati fueritis ariditatem terræ meæ eloquentiæ vestræ imbre perfundere, non mihi, sicut nunc fecistis, & adhuc meæ infirmitatis ignari, delicatos & dulces cibos, sed austeriores, & ægritudini meæ congruos suggeratis; quia non expediunt stulto delitiæ; postmodum proditoribus meis censorium præbeatis adsensum, qui more humani ingenii, adfectu nimio præpediti, a veritate judicii declinantes, incurrunt pro amore mendacium. Sane nec vereatur sanctitas vestra, ne vulneribus meis gratior sit foventis dextera, quàm secantis. Quia eâ nec me posse curari, & tamen graviter computruisse, Domino dante, jam sentio. Et ideo eligo, ut me justus misericordiæ increpatione corripiat, quàm caput meum *Ps.* 140. 5. oleum peccatoris impinguet. Supplici itaque prece deposco, ut de illo thesauro *Mat.* 13. 52. penetralium vestrorum, unde nova & vetera proferre consuevistis, peritissimi utpote medici, qui languentium innumeras & varias ægritudines quotidiè gratia DEI adjuvante sanatis, languori quoque meo, quæ convenire cognoscitis, medicamenta mittatis.

Domno suo, peculiari in Christo Domino patrono, Fausto Episcopo Ruricius.

Ep. II. *Peccata confitetur.*

ITa me hactenus impia negligentia & negligens impietas possederunt, ut quid, Domine mi, in me potissimum accusem, nesciam; & quid in me primum excusem, non inveniam. Si enim argumentationem aliquam ad excusandas excusationes *Ps.* 140. 4. in

SÆC. V. ANNO 480.

in peccatis exhibere tentavero, adjiciam peccato, sine judicii recordatione, peccatum; ut duplici atque majori delicto ipse me premam, ut qui tarditatis reus sum, esse incipiam falsitatis: & ab humana usque injuria crimen extendam ad æternam: nunc tantum expectans de segnitiæ noxa sententiam; divinæ vero pro mendacii ultione subjiciar. Præsertim cùm vera confessio indulgentiam; & falsa excusatio mereatur offensam. Malo itaque tam simplici confessione quam supplici veniam petere, quàm peccata geminare. Habes ergo, pater optime, pastor egregie, meam culpæ meæ spontaneam confessionem. Habes & in discipuli errore, quod corrigas; & in oviculæ languore, quod sanes. Potestatisque & judicii tui est, utrum velis ulceris mei putredinem ferri rigore rescindere, an medicamentorun lenitare curare. Ego tamen utram elegeritis curationem amplectar intrepidus; nec paternæ ictum dexteræ declinabo; dummodo portionem promissæ hæreditatis adipiscar. Neque adtendam, quæ mihi pœna sit in flagello, sed quam habeam in testamento. Melius enim mihi est flere super patre, quàm ut abdicer contemtus à patre. Quia parentum pietas distringit, ut corrigat; non perseverat, ut puniat, nec tantum ei mœroris infert adrogantia superbientis, quantum gaudium fert humilitas confitentis. Sic ille Evangelii indulgentissimus pater filium, præceptæ substantiæ decoctorem, læto suscepit amplexu, promptior gaudere de reditu, quàm imputare de lapsu. Denique non exprobrantur facinora, non luxuria, non egestas; sola conversi reversio omnia damna compensat. Quia major fuit procul dubio patri facultas reditus, quàm rerum facultas. Itaque abscessio reum fecerat; regressio fecit insontem. Ea misericordia sufficit hæredi. Quin etiam paternæ clementiæ venia sola non sufficit, quòd ulnis fovet, quòd gratia permulcet; nisi & munera larga multiplicet. Dat anulum, ne rursus à patre, perfidia duce, discedat. Calceamenta dat pedibus, quò facilius ardui itineris aspera & dura contemnat. Dat & ipsam primam quam perdiderat stolam, ut quem à morte receperat, pristina immortalitate donaret. Datur etiam ipse juniori vitulus reverso, qui seniori agnus datus fuerat de Ægypto profecturo. Quia ipse educit ex Ægypto pater. Tanti parentis imitare tantus fidem. Trade peccatoribus adjutorium, præsta conantibus remissionem, intercessionem largire, confitentique filio non solum ipse veniam tribue, sed ipse veniam deprecare; ut quem in peregrina patria appellas liberum, in propria possis videre liberatum. Et qui per se amisit Dominicam liberalitatem, per te mereatur consequi libertatem, nec à vestro separetur solatio, qui sequestratur præmio.

Luc. 15. filius prodigus.

Devinctissimo Filio semperque magnifico (a) Hesperio Ruricius.

EP. III.

SCribendi mihi ad unanimitatem tuam aditum, quem obstruxerat imperitia, patefecit affectus & illa dominatrix omnium pietas, per quam flectuntur rigida, saxea molliuntur, sedantur tumida, leniuntur aspera, tumescunt lenia, mitescunt sæva, sæviunt mitia, accenduntur placida, acuuntur bruta, dominantur barbara, immania placantur. Etiam in me opus suum peragens, os elingue reseravit, producens me ex tutissimo silentii recessu ad publicum formidandumque judicium & invitatio vestri nova subire compellit. Scilicet, ut qui hactenus illam sententiam secutus antiquam, qua dicitur: Sæpenumero præstare tacere, quàm dicere; inscientiam meam maluerim verecundiæ taciturnitate legere, quàm impudenter incondito sermone proferre, non tam consuetudinis meæ immemor, quàm rusticitatis oblitus, quasi ex Arione in Orpheum repente mutatus, velim disertissimis auribus tuis ore garrulo non tam officiosus, quàm injuriosus existere. Dum & ignota pertento, & insueta præsumo. Sed dabitis, ut reor, veniam venienti ex necessitudine necessariæ necessitatis. Quia quod dilectio in mortalium mentibus naturali potestate sibi vindicet, conscium mutuæ passionis pectus agnoscit. Ergo ne excusationi diutius immorantes, ita paginam dilatemus, ut non solum tibi non exhibeat sermo incomptior, verum etiam copia inordinata fastidium; jam in vocem pietatis erumpimus, & desideriorum verba ructamus, commendantes tibi pignus nostrum, depositum tuum, cujus nos susceptione cepisti. Tibi enim spem posteritatis meæ; tibi solatium vitæ præsentis, & levamen, si divinitas annuerit, futuræ; tibi uni omnia mea vota commisi. Te (b) elicitorem & formatorem lapillorum nobilium, & rimatorem

(a) Juvenis fuit qui Litteras amabat. Illum virum magnificum, Gemmam Litterarum & amicorum appellabat *Sidonius*. Ep. l. 4. Ep. 22. Ad eum sæpius scripsit Ruricius, ut patet ex Epist. 3. 4. 5. ipsi inscriptis. BASN.

(b) Ita expresse M. S. novato vocabulo & non ineleganté sensu. ab eliciendo, sicut Jupiter ab eliciendis fulminibus dicebatur Elicius, Ovid. 3. Fast. Eliciunt cœlo te Jupiter,

rem auri, te repertorem aquæ latentis elegi, qui scîris abstrusas lapidibus gemmas propriæ reddere generositati; quæ utique in tanta rerum confusione amitterent nobilitatem, si judicem non haberent. Aurum quoque, arenis vilibus mixtum, nisi artificis solertia lavetur aquis, ignibus eliquetur, nec splendorem poterit retinere nec meritum. Septas etiam aquarum manantium venas, & obductum terra fluenti alveum, nisi diligentius eruderaverit appetitoris industria, laticis unda non fluet. Ita & tenerorum adhuc acies sensuum ignorantiæ nubilo, quasi crassitate scabrosæ rubiginis obsessa, nisi adsidua doctoris lima purgetur, nequit sponte clarescere. Tuum ergo nunc, tuum est, in his omnibus & opinioni tuæ, & nostro pariter respondere judicio, ne aut tu præsumpsisse illicitè, aut nos inconsideratè elegisse videamur.

SÆC. V. ANNO 480.

Devinctissimo Filio semperque magnifico Hesperio Ruricius.

EP. IV.

RECEPI apices unanimitatis tuæ, tam gratia, quàm eloquentia; tam amore pariter, quàm lepore; tam sale, quàm melle respersas. In quibus nec dulcedini deesset aliquid, nec sapori. Qui cum omni dictionis & rationis arte præmineant, solo tamen à se discrepare videntur judicio. Dum enim paginulæ meæ, non laudi aptæ, sed vituperationi ineptiâ rusticitatis aptatæ, majora meritis tribuere festinas, & sequeris vel declamationis cursum, vel diligentis affectum; à norma recti judicii declinasti. Ad quam rem ego perfectionem non ignorantiæ vitio, sed spontaneo arbitror descendisse consilio, triplici ex causa. Ut in tenui materia & acumen ingenii, & oris facundiam, & affluentiam sermonis ostenderes. Sicuti in jejuno atque otioso cespite magis strenuitas cultoris apparet, cùm aut rebellionem glebarum tenacium repetita sæpius impressione vomeris domat, aut ariditatem nimiam stercoris aspersione fœcundat, ut fructuum copiam, quam soli natura negat, industria producat. Ita & tu egestatem epistolæ meæ eloquentiæ tuæ ubertate ditasti, ut possit esse, si eam suppresseris, te loquente, laudabilis; si vero protuleris, incutiat & mihi de falsa laude, & tibi de judicii errore verecundiam. Et idcirco, quia imperitiam meam tui pudoris opus esse voluisti, cave, ne præconio tuo nobis non respondentibus, tua periclitetur electio. Itaque, si quid mihi credis, si quid utrique consulis indignum memoria, oblivione dignissimum volumen absconde, si vis & me ad arbitrium tuum oratoris famam, & te probati judicis obtinere personam.

Devinctissimo Filio semperque magnifico Hesperio Ruricius.

EP. V. *Laudant creatorem res inanimata.*

SPOPONDERAS, filî charissime, ut mihi aliquos de ramusculo, quem ex amaritudine in domesticum saporem vertendum transferendumque, susceperas, flosculos destinares: quorum odore cognoscerem, quam spem spei gerere deberem; utrumnam ipsi flores germina, aut rursus ipsa germina fructus sui qualitate promitterent, iidemque iterum fructus utrum possint te excoquente mitescere, & dulci eloquentiæ verbo audientium corda faciare. Quod quia nescio quam ob causam facere distulisti, oportunum vos admonendi tempus inveni, quo in harmonia mundi universa animantia bruta pariter, & elinguia, incedentia, volantia, atque reptililia, suis quæque modis, suis sibilis, suisque quæque vocibus, etsi sono dissono, aut ore diverso, pari tamen affectu, quasi uno concentu in laudem proprii auctoris erumpunt, & potentiam, quam promere nequeunt, sentire se produnt. Hoc namque tempore cuncti orbis species redivira reparatur. Et quidquid in eo situ squalidum, frigore turbidum, glacie concretum, nuditate deforme, ariditate præmortuum hactenus fuit, ad instar resurrectionis emergit; ut discat humana fragilitas de visibilibus invisibilia, & de præsentibus futura cognoscere, & spem venturæ melioris ætatis, deposita desperatione, percipiat. Nunc etiam tellus sterili rigore conclusas, quasi virili semine hoc verno tempore concepto, occultis maritata meatibus, venas laxat ad partum. Et hinc quod deliciis suave, quod esui dulce, quod usui utile, quod victui necessarium, quod visui jucundum, quod olfactui gratum, quod tactui blandum, omne producit. Si quidem hæc est illa temperies, quæ mundi nascentis materiam, quasi adhuc in incunabulis teneram in gremio quodam clementissimæ altricis

piter: unde minores Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant. Nisi malis legere elicitatorem. Quod non placet, Vel: elucidatorem, quod malim. Hæc *Canisius*. male, ni fallor, laudantur illi versus Ovidii. Non ideo dicebatur *Jupiter Elicius*, quod fulmina vibraret & eliceret, sed quod è cœlo *elici* se pateretur. Cum enim Jupiter in gratiam Numæ, desideranis scire, quomodo fulmen piari posset, è cœlis in terras transmeasset *Elicius* dicebatur. Sic etiam *Hesperius Elicitor lapillorum* dicebatur, quod gemmas è terra vel lapidibus educeret. BALN.

SÆC. V. ANNO 480. tricis complexu nutrivit; ne substantiam nullo labore duratam aut æstivus fervor exureret, aut hiemalis algor extingueret, aut ventorum flabra portarent. Habet itaque susceptus tuus convenientissimum tempus, quo animi socordia tandem aliquando (a) deposita, hebetudinem cordis exacuat. Et si inter homines declamare non potest, saltem inter pecudes clamare, aut inter volucres garrire festinet.

(a) M.S. in margine detestata.

Domino sancto & piissimo Patri Nepotiano Presbytero Ruricius.

EP. VI. Codex S. Hilarii.

CODices, quos sanctitas vestra transmisit, accepi, eloquentia claros, scientia perfectos, doctrina probos, fidei puritate perspicuos; qui sacrorum testimoniorum ubertate locupletes, auctoritate præstantes, luce fulgentes, facile & fidelium mentes inluminent, & infidelium errores detegant atque convincant. Quorum ego gustu admodum tenui pellectus potius, quàm refectus, ad satietatem propter sollicitudines sæculi pervenire non potui. Sicut enim stomachus cùm febrium ardore decoquitur, dulces sibi ante cibos nec oblatos ore recipit, nec requirit ablatos; ita & animus mundanis anxietatibus curisque confectus, spiritales dapes nec desiderat absentes, nec carpit appositas, nec sentit infusas. Quæ cum ita se in me habeant, vos tamen & pii parentis probastis affectum, & solliciti magistri ministerium, & seduli medici implestis officium, ut tali tædio laboranti medicamenta congrua mitteretis. Quibus & propter negligentiam meam ego non valeo consequi sospitatem. Vos tamen percipietis à justo repensatore mercedem, qui etiam pro ingratis grates benevolas referre consuevit. Horum ego præfatorum codicum unum, sicut jussistis, retinui, alium remisi, quem S. HILARII PICTAVÆ urbis antistitis esse noveveritis. Quod quia præceperatis, indicare curavi. Hunc vero retentum permittitis transferre; disposui, ut quod memoriæ commendare non possimus, saltem vel paginis mandare curemus.

Domino suo peculiariter in Christo patrono Bassulo Episcopo Ruricius.

EP. VII.

QUàm me diligere sancta pietas, & pia sanctitas vestra dignetur, multimodo probatis affectu, dum legenda transmittitis, & neglecta corrigitis, dilectionem diligendo provocatis; & quod prædicatis verbis, docetis exemplis. Sed quoniam semen vestrum in terra sterili & dumosa non proficit, utpote quæ sentibus supercresentibus suffocatur, ne sicut infructuosam illam ficulneam me jubeat Dominus vineæ, quam tanto tempore nequicquam expectat, abscindi; vos severiorem sententiam orando differte, donec doctrinæ vestræ (a) pinguedine tanquam terræ amaritudo infructuosa dulcescat. Sed quoniam plus sunt apud me delicta, quàm verba; nec possum facta expiare sermonibus; obsequium saltem epistolare dependo, & librum, quem præstiteratis, me remisisse significo. Alium, qui identidem vestris usibus nunc necessarius non est, spero per portitorem harum remitti. Jubeatis simul quod si propitio Deo ad solennitatem sanctorum gurdone abituri sitis, recurrentibus scire faciatis.

(a) M.S. pinguine.

Domino suo peculiari in Christo Domino patrono (a) Sidonio Episcopo Ruricius.

(a) Fuit Arvernorum Episcopus, isque celeberrimus. BASN.

EP. VIII.

PRædicantibus vobis, sæpius audisse me recolo, nullatenus ab iniquitatibus nos posse purgari, nisi fuerimus crimina nostra, conscientia compungente, confessi. Quis enim, non dicam consequi, sed vel quærere queat indulgentiam, nisi deplorationi confessionem erroris adjungat? Quia error indulgentiam, non indulgentia requirit errorem. Quod ego valde serum esse cognoscens, facinus meum nuper admissum, pietati vestræ indicare non distuli. Ne quod modo prodente me spectat ad veniam, tacente postmodum pertineret ad culpam. Sed jam ipsum dolum proferimus in medium. Furti me vobis reum statuo, & depositum vestrum me, ignorantibus vobis, illicite præsumpsisse pronuntio. Quod ut tamen committerem, occasionem perpetrandi facinoris vos dedistis, aut tentantes cupidum, aut indoctum erudire cupientes. Codicem namque, quem de fratre meo LEONTIO me recipere jusseratis, transtulisse me fateor. Quod si probatis, * ignoscite, si imputatis, agnoscite. Quia confessioni querela sociatur. Nam primum ut cum legerem, voluntas impulit. Deinde ille, ut transferretur, extorsit. Nam cum de dapibus ipsius adhuc pauca libassem, taliter me gustu illecebrosi saporis illexit, ut primi quodammodo parentis imitator, Domino repente contempto, ad satietatem studuerim perveni-

* Fort. agnoscite; si imputatis, ignoscite.

venire; magisque consilium suadentis, quàm imperium dominantis audierim. Nam ut omnia pectoris mei arcana manifestem, videbar mihi libri ipsius verba adhortantis audire: Quid cessas, ingrate, quid dubitas? Nosti erga te communis Domini voluntatem, quàm diversis occasionibus te elimare contendat, quàm tibi etiam invito spiritales cibos soleat bonus pastor ingerere. Mihi crede, plus tibi, si distuleris, quàm transtuleris imputabit. Quia studiosis favere, non invidere consuevit. His & talibus silentis adloquiis in vincula ejus me voluntarius pariter & coactus sponte conjeci, ad exemplandum eum festinus accessi. Quem nescio utrum, sicut est, transscriptum, an paratum reddere debeam, in vestro pendet arbitrio. Ego tamen libens mulctam, quam intuleritis, excipiam. quia remedium meum, vestrum credo esse decretum; & sententiam vestram, medelam duco esse, non pœnam.

SÆC. V. ANNO 480.

Domino peculiari in Christo Domino, patrono Sidonio Ruricius.

Ep. IX.

ITa me recens prædicatio, & antiqua dilectio vestræ pietatis illexit, ut audeam auribus vestris ineptiis meis facere sæpius injuriam; dum vestram, quantum sterili ingeniolo conceditur, attingere cupio disciplinam. Quam etsi adsequi grande est, atque difficile, sequi tamen pulchrum est atque sublime. Quoniam summarum rerum non adeptio tantum, sed etiam imitatio ipsa jucunda est. Quia nunquam fere aliquis ejus rei portione ad integrum caret, ad quam scandere ac pervenire contenderit. Desidero itaque, Domine mi, desidero, inquam, tuis cibis refici, tuo fonte potari, tuis repleri dapibus, tuis epulis saginari: quas si quis, distribuentibus vobis, non summo ore libaverit, sed totis animæ visceribus appetens conviva sorbuerit, atque intimo pectoris postmodum easdem ruminaturus absconderit; incipiet assiduis ructationibus in laudem Domini omnipotentis erumpere; refertus corde, ore jejunus, dum satur esurit, & saturatur esuriens; magis in regeneratione saturandus. Nec deesse poterit cibus, cujus pastus in verbo est. Ut ego harum deliciarum particeps esse merear, vestris patrociniis obtinere; mihique supra mensuram virium connitenti auxiliatores accedite, simulque & ab ovili vobis credito non inveniar alienus. Orate, errantemque ovem à pascuis sæculi ad caulas Dominicas reportate. quia confido, quòd intercessionibus vestris fieri possit agnus, qui vester meruerit esse discipulus.

Domino, pectori suo, Lupo, (a) Ruricius.

(a) fuit episcopus Tricassinus.

Ep. X.

ACcepi literas magnanimitatis tuæ, quibus excusare dignaris, quod ut me rarius eloquentiæ tuæ rore respergas, bajuli faciat inopia; simulque etiam indicas, te mirari, cur, cùm mihi eorum frequentia suppetat, verborum quoque copia compta non desit, vobis scribere sæpius detrectem. Quod vos per ironiam, ut est leporis vestri facundia, jactasse non ambigo. Cùm & vos abundetis tabellariis, & me sciatis laborare egestate sermonis, ac sterilitate exilis ingenii, velut æstivis mensibus arentis venæ cursum sudare, non fluere. Addidistis etiam, sicut ACHILLI PATROCLUM, aut HERCULI THESEUM, vel THESEO PYRITHOUM; ita vos mihi debere sociari. In his fabulis factisque majorum non prærogativam personarum, sed comparationem debemus dilectionis accipere; ut amicorum recolentes nomina, sequamur exempla; & eorum in nos vocabula transferentes, merita conferamus; atque ex ipsorum gestis magnifica quæque & honesta carpentes, vitæ nostræ utiliter coaptemus; & serviamus nobis in caritate candida, non adulatione fucata. Studeamusque quod in amicitiis illorum poëtarum falsitas finxit, in nobis animorum veritas peragat; ut dum imitari videmur antiqua, relinquamus imitanda; & seniorum facta laudantes, laudemur à posteris. Hæc ergo, domine mi, flamma pectoris mei, persuasioni tuæ, quàm conscientæ meæ amplius credens, gerulo festinante, breviter cursimque dictavi: quæ peritia tua, & probitas tua, si amici verecundiæ consulit, aut celare debebit, aut emendare curabit.

Domino sublimi semperque magnifico Fratri Fredar. Ruricius.

Ep. XI. *Descriptio nemoris.*

QUoniam amœnitati nemoris vestri etiam deserti nostri ineptias voluistis adjungi, transmisi, sicut injunxistis, abietum plantas, non specie, sed proceritate placituras; non fructibus, sed sui peregrinatione mirabiles; non usu aptas, sed amœnitate jucundas. Quippe quæ cum coaluerint crassitudine umbrarum * cevenarum frigus * oceanis in æstatibus præbituræ. Et hoc inter illas præclarissimas diversi

Voces corruptæ.

SÆC. V. ANNO 480. generis arbores, tam decore, quàm utilitate præstantes, opulentas onere, distinctas flore, odore fragrantes. Illis enim industria vestra contulit, quod soli natura non protulit. Nam ut ruborem rosarum, liliorum candorem, lauri perpetuum virorem, & alia hujuscemodi, similia vilibus prætermittam; (quia sæpe per abundantiam pretiosa vilescunt, & facit copia quotidiana fastidium) illic etiam graminum, germinum, frutetorum peregrinæ conlatæ sunt suavitates, visui usuique vernantes. Sed quid illic primum laudandum sit, aut mirandum, ubi etiam temporis intemperies temperatur? Siquidem inibi torridæ fervor æstatis tam umbrarum, quàm undarum rigore depellitur. Hiemis vero in tantum non sentitur asperitas, ut intra eadem potius tepor aëris, & cantus avium, veris reddat effigiem. Sed quid ego immemor imperitiæ meæ, paupere sermone, mi domine, ruris vestri divitias, delicias describere, aut enarrare contendo; ad cujus laudem etiam ingenia majora succumberent? Date itaque impudentiæ meæ veniam, quam extorsistis, qui ut auribus vestris verbosus existerem, dignatio vestra me compellit. Confidens, quod Epistula longior vobis, dominis meis, si displiceret affatu, placeret affectu. Cùm intellexeritis eam non pro eloquentiæ lepore, sed pro vestro amore copiosam; simulque, quia sciebam sublimitatem vestram in amicis vestris plus reprehendere taciturnitatis verecundiam, quàm loquacem familiaritatis audaciam.

Domino Pectoris sui, Celso Ruricius.

Ep. XII. TRepido in præconium vestrum os elingue reserare, cui scio jure etiam ingenia majora succumbere. Quid enim primum de affectionis, aut dignationis vestræ laude commemorem? qui omnes mihi ruris, * moris, &, quod his omnibus majus est, caritatis delicias contulistis, aut certe, si quid horum defuit, deputandum tempori, non vobis est inputandum. Nam totum apud vos, quod carum pectus; quod habuit clarum mundus, inveni. Nulla me penitus jocunditate fraudastis; quin etiam desiderabile mihi hospitioli mei desertum vestra vicinitate fecistis. Et idcirco me magis finitimum vobis esse congaudeo; quia non ex toto malus est, qui bonis jungitur. Sed ne exhibeat vobis ipsa ineptia sui longior sermo fastidium; salve largissimum dico; & vitrarium, sicut jussistis, me destinasse significo: cujus opus nitore, non fragilitate oportet imitetur ut dilectio, quæ nobis à parentibus relicta, magistro tradita, vitæ communione, firmata est secundis, elimetur adversis, nulla penitus turbinum procella frangatur. Nam sicut auri atque argenti pretiosa sinceritas, si æris, aut plumbi, vel cujuslibet alterius materiæ vilioris fuerit admixtione corrupta, nisi ignium examinatione purgatur, nec splendorem naturalem poterit habere, nec sonum. Nam nec visui claritatem, nec tinnitum reddit auditui, magisque raucum resonat, si feriatur, & stridulum. Hanc ergo sententiam, non meam, sed Domini, frater optime, contuentes pariter & sequentes, ita vitam nostram medio cursu, gubernatore ipso Domino, temperemus, ut quum serenitas adrideat, prosperior flatus invitet, mare placidum blandiatur; scientes tamen illam æquoris subjecti planitiem ad instar montium repente consurgere; neque in altum navem nostram patiamur impelli; ubi eam aut tempestas solvat, aut unda demergat.

Fort. oris.

Domino pectoris sui Celso Ruricius.

Ep. XIII. REcepi apices germanitatis tuæ, qui mihi non parum scrupuli retulerunt. Vereor enim, ne secus de litteris meis quàm à me missæ sunt, censueritis. Et idcirco quasi temerariæ præsumptionis memores videamini, dum ut pro vobis orem, ac sæpius commoneam, postulatis. Egone frater optime, castigare vos audeam, qui me nequeo castigare? Egone vos, qui me sæculi adhuc in turbinibus tanquam in maris æstibus cymba instabili fluctuantem, quasi jam de sublimiori specula vel eminentiori colle respicitis? Egone vos, qui ad portum veniæ per pœnitentiæ indulgentiam, Domino gubernatore? * Non ego penitus, frater dilecte, sic scripsi, ut mihi aliquid blandiens, vos improbo dente morderem, nec ut vos læderem; sed mihi Epistulæ familiaritate vincirem. Nam si bene consideretis, votorum sunt illa verba, non actuum; & optantis potius, quàm monentis. Quia non quid ageremus, sed qualiter vellem, ut viveremus, exposui. Ceterum si actus vitæ meæ præteritæ præsentisque discutias, pudebit te, intimo & secretissimo fratre teste, ferre, quæ non puduit Deo teste * promittere. pro quibus facinoribus meis spero vos potius Domino supplicetis,

Deest verbum.

Fort. committere.

cetis, ut quos in hoc sæculo amicitiarum & propinquitatis voluit esse consortes, in futuro bonorum jubeat esse participes.

Domino pectoris sui Celso Ruricius.

EQuum qualem jusseras, destinavi, mansuetudine placidum, membris validum, firmum robore, forma præstantem, * factura compositum, animis temperatum, nec præpoperum scilicet velocitate, nec pigrum: cui frenus & stimulus sit sedentis arbitrium, cui ad evehendum onus, & velle suppetat & posse; ita ut nec cedat superposito, nec deponat impositum. His itaque, sicut oportuit intimatis, salutatione prælata, pollicitatione dispensa, promissa deposcimus, ut ad solemnitatem sanctorum ad nos, Deo propitio, unà cum sorore venire dignemini: honorem Patronis, fratribus affectum, gratiam populis præstituri. Ep. XIV. *Fort. sartura.*

Domino suo, peculiari in Christo domino patrono, (a) Eonio Episcopo Ruricius.

AGnito transitu sancto, & venerabilis apud me recordationis domini mei decessoris vestri, Leontii, animo & mente confusus diu multumque tristatus sum, quod & impedientibus peccatis meis, tanto antistiti occurrere non merueram, & tali essem parente privatus. Cujus etsi exterioris hominis non fruebar aspectu, interioris tamen gratia delectabar, & mentis acie jugiter adhærebam; per quem & in quo mihi præsens quodammodo & cernebatur obtutu, & audiebatur affectu, & palpabatur adtactu, & tenebatur amplexu. Siquidem cari nullo se melius loco, quàm in corde, caritatis ipsius sede, conspiciunt. Unde & amplius desiderabam oculis videre carnalibus, quem ita spiritalibus intuebar. Sed dolori meo consolationem ea quæ prius tribuerant, solatium ipsius merita dederunt. Quia confido, quòd quem paterna pietate dilexit, & sedula intercessione custodiat. Sed hæc sanctitati vestræ quasi vobiscum colloquens, atque à vobis mœroris ipsius levamen requirens, dictante dilectione, retulerim. Nunc vero, ut dicere institueram, accersione ipsius domini mei, & apostolatus vestri ordinatione comperta, ad officium vestrum mittere cogitabam. Sed muneribus vestris humilitatis meæ prævenistis obsequium: quæ mihi majorem scribendi fiduciam contulerunt; quia præsumo, quod quem liberalitate feceritis dignum, ab animis vestris non habeatis alienum. Et ideo sicut dictis intellexi, quoniam tanti habere dignamini, sospitationem beatitudinis vestræ per litteras uberem dico; simulque peculiari prece deposco, eo mecum agere tanto habeatis affectu, ut dominum LEONTIUM præmisisse, & commutasse potius, quam perdidisse cognoscam. Ep. XV. *Leontii obitus.*

Domino venerabili, admirabili, & sanctis omnibus æquiparando, Fratri, Sidonio, Videnti, Ruricius.

OLim te, frater charissime, fama celeberrima prædicante, cognovi, & in sede caritatis illis, quibus ipse melius terrena despicis, & cœlestia divinaque consideras, oculis mentis aspexi: unde ipsius nomen adscripsi, cujus munere donatum esse te vidi. Et ideo dum te in speculo cordis diligenter, & pulchritudinem interioris hominis tui vehementer admiror, ad desiderandum animi mei viscera concitasti, quæ in tantum affectum tuum meracissima dilectione commota sunt; ut quem spiritalibus oculis contemplor, etiam carnalibus cernere concupiscam. Quamobrem, salve in Christo Domino plurimum, dicens specialius, quæso, ut unà cum domno meo EPISCOPO; quem ad nos venturum pro sua dignatione confido, vobis, ad humilitatem nostram visitandam, faciatis injuriam, ut possimus in unum positi fructum de nostra invicem carpere præsentia; dum sciscitantis intentio fit respondentis eruditio; & mutuus quodammodo profectus discentis efficitur, & docentis. Pax, pax, pax. Ep. XVI.

Domno animæ suæ, & totis in Christo Domino dilectionis visceribus excolendo Pomerio Abbati Ruricius Episcopus.

SCriptum est, sicut ipsi melius nostis, Mihi Vindictam, ego retribuam, dicit Dominus. Jam vos mihi siquid imputatis, ignoscite: quia sciatis Dominum vindicasse Ep. XVII. *Deut. 32. 35. Rom. 12, 19.*

(a) Is fuit Arelatensis Episcopus. Lites quasdam cum Hilario Leonis successore habuit, dein a pontifice Romano concessa sunt illi Vicariatus jura, quibus inscio pontifice uti tentaverat. De illo Leontio sæpius Ruricius l. 2. Ep. 39. & Ep. 41. 48. BASN.

SÆC. V. ANNO 480.

caſſe. Tam aviis nos eſſe itineribus noveritis, in tam abditas ſolitudines inductos, ut eas retexere animus horreat, mens refugiat, ſermo non queat. Incurrimus namque ſemitam obſtructam ramis, ſpatio conſtrictam, ſpinis hirtam, ſtirpibus clauſam, obſitam ſentibus, ſitu aſperam, ſaxorum aggeribus impeditam, radicum connexione conſtratam, cœno voraginoſam, ut in tam variis, tamque multiplicibus malis non eſſet ſimplex forma periculi; dum caballorum pedes radicum virtus detinet, & ſoli putredo non ſuſtinet. montibus vero ita in ſublime porrectam, & vallibus in profunda demerſam, ut nos per undoſum mare, excitantibus ventorum ſævientium flabris, erepto ab oculis noſtris nebulis ac nubibus die, iter agere crederemus. Quia etiamſi mundo radius ſolis illuxit, ad nos, præ denſitate nemoris ſplendor ipſius, & calor pervenire non valuit. dum nos ita per iter infelicium felicium proceritas premit, & ſic inundatio roris adſpergit, ut contracti frigore, vel coacti apricitatem ignis plurimis diebus cynocaumatis quærimus. Sed cùm ad locum, ad quem tendebat intentio, perveniſſemus, vallati aquis atque madefacti, ſiti occepimus deperire. Quia cum eſſet, ut diximus, rigor in aëre, erat tamen tepor in fonte, odor in flumine, ardor in campo, æſtus in caſtro; & ut brevi ſermone univerſa concludam, per talem viam nos iter egiſſe cognoſcite, per quam nec ad paradiſum, non dicam ad exilium, ire quiſquam deſideret. Quapropter quia hæc omnia Dominus noſter & me incurrere, & vos juſſit evadere; peccata mea à veſtris meritis etiam viſibili itinere diſcernens; & vos qui arcta & laborioſa ſpiritaliter pergitis via, iſtas non incideretis anguſtias, & nos qui lata & ſpatioſa, retrorſum ſemper reſpicientes incedimus, hujus incurrimus injurias. Orate Dominum, cui omnia poſſibilia confitemur, ut etſi per diverſum iter, ad unam nos tamen urbem faciat convenire; in quam nos miſericordia poteſt inferre, vos merita.

Dulciſſimo & unanimo filio (a) Omacio Ruricius Epiſcopus.

Ep. XVIII.

VT per VENERIUM dulcedini tuæ non ſcriberem, non negligentiæ, nec imputationis alicujus, ſed occupationis fuiſſe cognoſce. unde has per AMELIUM dedi, quibus ſalve plurimum dico. & ut propoſiti tui ſemper reminiſcaris, commoneo. Nec animum tuum jam Deo dicatum aut à cepto itinere blandior viſus avocet, aut modulatior corrumpat auditus, aut dulcior guſtus inficiat, aut mollior ſollicitet tactus, aut ſuavior odoratus illiciat, & per feneſtras corporis mors intromittatur ad animam.
Luc. 9, 16. Sed neque ſtivam tenens, contra domini ſententiam retro reſpicias, ut directum lineæ ſulcus amittat: quin potius ita in eum, cui te, ipſo inſpirante, voviſti, omnibus ſenſibus inhies, & corde defixus adhæreas, ut cum te vel una præfatorum vitiorum illex forma pulſaverit, fide firma, & divina meditatione munitum pectus adire non
Matt. 6. 6. poſſit. Et quamlibet in turbis poſitus eſſe videaris, intrans in cubiculum cordis tui clauſo oſtio tuo, Dominum orare non deſinas; ut qui videt in occulto, dicat tibi,
Exod. 14, 15. ſicut ſancto Moyſi vociferanti ad ſe non voce, ſed corde, dicebat: Quid clamas ad me? Et ſpero ut in talibus orationibus etiam mei meminiſſe digneris, & citius te ad nos, etiam ſi inter nos reducit affectus, deſiderium dulciſſimæ & ſaluberrimæ quietis adducat.

(a) Fuit ille Presbyter dilectiſſimus Ruricio, cujus ope uſus eſt Eparchius, ut litteras commendatitias Ruricii ad Aprunculum obtineret. vide inferius l. 2. Ep. 27. & 56. BASN.

Explicit Domni Ruricii Epiſtolarum liber primus.

INCIPIT
LIBER SECUNDUS.

Domnis sublimissimis in Christo Domino devinctissimis fratribus (a) *Namacio & Ceraunia Ruricius.*

Ep. I.

ANtiqui sapientes amicos duos unam animam habere dixerunt. quod valde verum esse prædico, proboque. Nam postquam à vestra germanitate discessi, divisum esse me sentio, partemque meam vobiscum residisse cognosco. Nec absentibus vobis integer esse mihi videor. Et cùm me in me non inveniam; apud vos me, ad vos reversus, inquiro, atque ibidem, quantum me jubes reliquisse, tantum vestri mecum abstulisse conspicio. Et ita priusquam fiat, annuente Domino, pignorum nostrorum votiva conjunctio animorum inter nos facta jam divisio, quæ * divino amplectenda magis est diligentibus, quàm vitanda; per quam fit in cordibus eorum caritatis integræ sincera transfusio; cujus ego vinculis conligatum à vobis esse me gaudeo, & talibus catenis vinctus exulto, obstringique me earum nexibus magis cupio, quàm resolvi. Quibus & vos constrictos esse confido. Redeuntibus itaque vestris salve largissimum dico, & ex omnibus gratias agens derelinquo, quæ ad præconium nostrum pertinent. Idcirco me siluisse significo, quia in propriis laudibus, sicut dicitur, est odiosa jactantia. vestra enim laus mea facta est; & ideo, ut dixi, de magnanimitate vestra tacere melius duxi: quia quidquid de vobis dixero, mihi videor contulisse.

* F. Divisio.

Dominis sublimissimis, & in Christo Domino devinctissimis fratribus Namacio & Ceraunia Ruricius.

Ep. II.

INter reliquas grates, quæ à me vobis jure referendæ sunt, præsentia ac visione patroni communis domni POSTUMINI ingentes gratias ago, quod hospitiolum vestrum fecistis ipsius orationibus inlustrari. Quia dum vobis exhibet fidem, nobis tribuit benedictionem. & licet fuerit vigilantissimus inspector, importunissimus exactor, districtissimus executor; levia tamen hæc omnia gratia vestra & sanctitatis suæ ponderatione pensavimus. quia sicut scriptum est: Caritas omnia sustinet, caritas nunquam excidit. præsertim cùm hoc, quod visus exigere, nobis eum credimus Dei beneficio contulisse. Itaque eo * propria civitate remeante, non quia necessariæ essent, sed quia voluit, dedi, quibus individuæ germanitati vestræ salve largissimum desiderans dico. Iter meum, vestrumque conspectum mente prævenio, atque omnia, sicut jussistis, & dignum ac debitum fuit, inspecta, tradita, firmata significo. Nec vereor quod debeat animos vestros vel aliquantisper offendere, quod unum vocabulum de libello dotis vident esse subtractum; cùm hoc quod deest numero, non solum compensatum, sed etiam auctum agnoscitis in merito.

1. Cor. 13. 7.

* *m. s. propria dicivitate. Sed vocula, di, est deleta. An propria de civitate, an propriam in civitatem, legendum?*

Dominis sublimibus & in Christo Domino devinctissimis fratribus Namacio & Ceraunia Ruricius.

Ep. III. *Epist. consolatoria de obitu filiæ.*

QUàm graviter sim de luctu vestro nuntii atrocitate perculsus, facilius vos pro mutuo potestis amore conjicere, quàm ego possim litteris intimare. Quia animus nimio mœrore confectus, quod horret recolere, renuit expedire. Doleo, fratres devinctissimi, tam acerbo casui vestro, & toto corde compatior. Nam etsi ad præsens à vobis separatus sum corpore, tamen semper mente conjungor, & dum à vobis animo non recedo, planctibus vestris interesse me credo. Quia secundum divinam sententiam quod patitur unum membrum, omnia membra compatiuntur in corpore. Nos enim non solum fide concorporamur in Christo, sed etiam filiorum conjunctione connectimur. Unde etiam si curarum tanta intemperies permisisset, ad solan-

(a) Fuit *Namacius*, ni fallor, idem cum *Namacio*, ad quem scripsit *Sidonius Apollinaris*, in Aquitania II. degens. Vir doctus, qui in castris inter excubiales curas litteris incubuit. Ubi vacabat à militia & pugnis maritimis adversus Saxones, illa littora infestantes, venationi fuit deditus, solusque Canes venaticos apris movendis aptos habuit, dives proculdubio, utpote qui tum venaretur tum ædificaret. Cerauniam habuit conjugem, ad quam sæpius, ut ad illum, scribit Ruricius noster. Illis Nata fuit, quæ juvenis obiit, ut patet ex epistola Ruricii tertia. Fuit alter *Namacius* post obitum Rustici Arvernorum episcopus, à nostro distinguendus. BASN.

SÆC. V. ANNO 480. solandos vos, pro Epistulis ipse venissem. Sed quid facimus, fratres optimi, quod divinæ resistere jussioni, sicut virtute non possumus, ita nec voluntate debemus, & omni advigilantia præcavere, ne dum dulcia nobis pignora nimio dolore deflemus, blasphemi, aut quodammodo injuriosi videamur in Domino; & gravius animam nostram auctor ipsius meritis inventa occasione confodiat, quàm carorum amissione percussit. Ideo in omni amaritudine vel dolore ad illum nobis refugiendum est, & ad illum omnes casus nostri toto corde referendi, qui sanat vulneratos, qui relevat mœstos, qui consolatur afflictos. Et illa sententia sancti Job omnino dicenda est: *Job.1.21.* Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita & factum est, sit nomen Domini benedictum. Hæc ergo, Domini pectoris mei, scribere vobis idcirco præsumpsi, ut dolorem communem, quem sciebam, quòd verbis meis mitigare non poteram, vel divinis eloquiis utcunque moderarer. Et verè non minimum potestis capere de Christi voluntate solatium, quod quatenus ipsum immaturus manebat interitus, talem eum est dignatus assumere, qualium regnum dixit esse cœlorum; ut *Mat.19.14.* & patronum haberetis ex filio, & minus doleritis amissum, quem à Domino videbatis assumptum.

Dominis sublimibus & in Christo Domino devinctissimis fratribus Namacio & Ceraunia Ruricius.

Ep. IV. *Alia Ep. consolatoria.* SÆpius, carissimi fratres, propter communis luctus acerbissimum casum vobis scribere, aut ad vos venire disposui, sed semper me & ab itineris procinctu infirmitas corporis, & ab epistulari officio nimius dolor cordis retraxit. Nam si quando ad scribendum animum conatus sum intendere, statim sensus horruit, mens refugit; & ita mihi pro sermonibus semper fletus occurrit; ut prius paginam lacrimarum imbre perfunderem, quàm stylo pingerem, sicut dixit ille paternam indicans de filii amissione pietatem.

Bis conatus erat casus effingere in auro;
Bis patriæ cecidere manus.

Psal. 76.3. Vel quod potius à me dicitur: Quoniam negabat consolari anima mea. Haud injuria. Perdidi enim filiam, quam & me suscepisse, & vos genuisse gratulabar, perdidi vitæ solatium, posteritatis spem, decus familiæ, cordis gaudium, lumen oculorum. Nec simplici sum orbitate perculsus. Nam cum filia & fratres amisi, quorum me solabar affectu, quorum me conjunctione jactabam. Disruptum est, fratres carissimi, vinculum germanitatis nostræ, ablatum nobis est pignus mutuæ caritatis. Heu mihi, fratres optimi, dum depositum vestrum cujus me traditione ceperatis, amitto, unà vos perdidi. Et ideo in unius necessitudinis gradu, complurium mihi necessitudinum solatia sublata suspiro. Solam tamen patriam, quæ mihi per ipsam acquisita fuerat, non amittam, qui hanc mihi potissimum terram, quam illa corpore suo occupavit, patriam judicabo. Sed quo immemor officii, memor gratiæ, dolore impellente, progredior? & tempore aliquatenus vulnus obductum, rediviva recordatione, tanquam nova sectione rescindo? & qui consolari vos potius per divina promissa cupiebam, consolationem ipse non capio. Causas tamen vobis recidivi hujus doloris exponam. Utcunque enim animus mœrore confectus recipere consolationem Apostolica exhortatione jam cœperat, quæ ait: Nolo vos, fratres, ignorare de dor- *1. Thess. 4. 13.* mientibus, ne contristamini, sicut cæteri, qui spem non habent. Sed ubi infelix noster communis advenit, & eum sine ea, qua prius splendebat, gemma conspexi, per quam mihi & acceptior esse solebat, & gratior, & quasi ornamento proprio spoliatus mihi & indecorus apparuit. Novit ille, frates carissimi, qui cordium occulta rimatur, quòd ita mihi dolor repente geminatus est, & ita mihi per singulos dies de tanta indole illius, & istius desolatione affectus duplicatus est luctus, ut nec hunc aspicere; nec illius meminisse sine lacrimis queam; & Propheticum illud sæpius dicam: *Jerem.9.1.* Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrimarum? Sed ille populi sui peccata deflebat; ego vero propria, quæ & me & vos pondere suo & numerositate presserunt; Ego ut illius mortem, & meam vitam, illam defunctam, & me superstitem plangam. Longe aliud tibi, venerabilis soror, quasi de nostris meritis præsumebas, cùm tantum tibi, nimia caritate decepta, de nostris orationibus, me refellente, promitteres, ut domum tuam nostra intercessione salvandam, & filiam per me, ut ita dicam, fore crederes immortalem. Sed cito apparuerunt merita mea, quæ me inremediabili vulnere sauciarent, & te secus, quàm oportuerat, de peccatore

tore credentem, tanti pignoris orbitate percuterent. Vel nunc certe, in Christo Domino venerabilis soror, & te falsa credidisse, & me vera dixisse cognosces. Sed nimium diu, immemores præceptorum cœlestium, humano dolori præbemus adsensum. Ad divina nobis præcepta redeundum est; ne ita plangamus corpore mortuam, ut ipsi corde moriamur. Discedentes ergo paululum de præsentibus, rursum futura cogitemus; ut quos infirmant præsentia, futura corroborent. Nos debemus, fratres carissimi, illam ferre conditionem humanæ fragilitatis, quam & Prophetæ, & Apostoli, & sancti justique omnes, vel quod majus est omnium, Dominus noster suscipere dignatus est. Deplorare (sed magis Deo gratias agere & gaudere) non convenit, quod filiam, qualem quidem voluimus, quam Divis, qui dederat, promisit, habuimus; & quidem mutavimus, non perdidimus; sed ad Christum, ipso jubente, præmisimus. Habere enim filios, generalis est beneficii; bonos vero habere, specialis est præmii. Sicut vivere commune est omnium; bene vero vivere & bene descendere de hac vita, paucorum est; non tamen naturæ conditione, sed culpæ, nec divina præscriptione, sed propria voluntate. Et ideo non turbetur cor nostrum, nec filiam pro amissione, sed pro desiderio defleamus: nec ut Dominicis promissis increduli, aut præcepti obliti esse videamur. Fleant liberos suos, qui spem resurrectionis habere non possunt; quam eis perfidia sua adimit, non divina sententia. Fleant mortui mortuos suos, quod in perpetuum æstimant interisse. Illi nullam mœroris sui habeant requiem, qui non credunt esse requiem mortuorum. Nobis verò, quibus & spes & portio Christus est, spes in terra morientium, portio in regione vivorum; quibus mors ista non naturæ, sed vitæ præsentis est finis; quia eam in melius credimus esse reparandam, juxta Apostoli sententiam: Cum corruptibile hoc induerit incorruptionem; Cum Propheta dicendum est: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino visum est, ita factum, sit nomen Domini benedictum. Quia tenenda est in tentatione pœnitentia, ne cogat aut ore corde delinquere.

Fletus itaque vestros fides prompta detergat; quia credimus caros nostros vitam non tam perdere, quàm mutare; relinquere sæculum cernimus & luctibus plenum, & ad regionem beatitudinis festinare; Exire de peregrinatione laboriosa, & ad quietis patriam pervenire. Unde & Propheta dicit: Educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo. Credite mihi, fratres carissimi, quia illa jam de sua quiete secura, de nostra est salute sollicita; quæ si nobiscum posset miscere conloquia, hoc diceret: Nolite, pii parentes, nolite me flere; nec ingrati tam benigno Domino planctibus nimiæ dilectionis existere. Esto, habuerit tempore meæ arcisitionis hoc pietas; jam debet dolorem vestrum fides cum tempore temperare. Quia etsi vobis mortua sum, Deo vivo. Aut nunquid vos magis potestis amare, quàm Dominus, qui me fecit? qui me donavit vita, emit, redemit, quia voluit; & quando voluit pro sua pietate suscepit. Aut quod magis doloris vestri potestis habere solatium, quàm quod Dominus noster unicum filium suum pro nobis est tradere dignatus ad mortem? Et cum filius Dei secundum carnem mori voluerit, homo tam acerbè debet conditionem humanæ sortis excipere? Quamobrem, piissimi parentes, vestra potius peccata deflete, & de satisfactione vestrorum criminum cogitate; ut si me in Christo diligitis (quia me verè diligere non potestis, nisi in Domino diligatis) in sinum Patriarchæ venire mereamini, ubi Dominus pro innocentiæ * meæ puritate, & pro sua pietate constituit, quia misericordia ejus melior est super vita. Ut ibidem non falsis, sed veris; non temporalibus, sed æternis gaudiis pariter exultare possimus. Talibus oportet, ut vos, optimi fratres, & his similibus præceptis ac * sponsibus Dominicis consolemur. Quia sicut apud Dominum futura jam facta sunt, ita fidelis catholicus promissa cœlestia, quæ tempore suo implenda confidit, debet etiam quodammodo habere præsentia, spe præcipere, possidere fide, operibus obtinere. Hæc enim sunt, quæ nobis exhibent in mœroribus solatium, in contrariis fiduciam, in prosperis moderationem; ne aut extollamur secundis, aut cedamus adversis, aut tristibus consumamur. Hæc ergo, fratres charissimi, transmittenda vobis ad communem quandam consolationem, non sine magno animi dolore dictavi. Nec me paulo latius protrahere sermonem affluentia verborum compulit, sed æstus animorum; ut desiderium, quod recordatio accenderat, commemoratio diutina crebra leniret; & in hoc etiam parem gratiam erga communem filiam conprobemus. Et sicut nos ejus vita devinxerat, ita ejus memoria in eadem dilectione custodiat.

Marginal notes: Sæc. V. — Anno 480. — 1. Cor. 15. — Job. 1. — Psal. 141. 8. — * Fort. sua. — Psal. 62. 4. — * Sponsionibus.

Dom.

SÆC. V. ANNO 480.

Domno ſublimi & in Chriſto Domino devinctiſſimo fratri Namacio Ruricius.

Ep. V. QUi occaſionem ſcribendi pro neceſſitudinis jure perquirimus oblatam, prætermittere non debemus; ut reddat nobis quandam præſentiæ portionem ſermo meditatus, qui emittitur, & non amittitur; tribuitur, & habetur; videtur diſcedere, nec recedit; à me dirigitur, à te ſuſcipitur; à me ſcribitur, à te legitur; nec tamen dividitur, cùm quaſi diviſus integer utriusque corde teneatur. Quia verbi more divini traditur, & non egreditur; confertur indigenti, & non aufertur auctori; accipientis lucrum, ſine diſpendio largientis; ditans inopem, nec attenuans poſſeſſorem.

Domno ſuo, & peculiari in Chriſto Domino, patrono, Cronopio, Epiſcopo Ruricius Epiſcopus.

Ep. VI. IN ordinando grege Dominico, vel regendo, inter ſpeculatores atque præpoſitos non præſumptio debet eſſe, ſed ratio; & de cuſtodia ſolicitudo, non de pervaſione contentio: ne mercenariorum ſubeant notam, dum paſtorum non tenent diſciplinam; & inveniantur, ſicut Apoſtolus dicit, non Chriſti gloriam affectare, ſed
1. Theſ. 2. 6. propriam; dum malunt ab hominibus percipere laudem, quàm à Domino expectare mercedem; præſentis appetitores lucri, & præmii contemptores æterni. Unde ſicut
Rom. 12. idem Apoſtolus docet, ſi pacifica ad opus ſanctum congregatione concordes, ſi ſine ſimulatione diligentes, ſi cum ſollicitudine miniſtrantes, ſi unius capitis membra ſu-
1. Cor. 12. mus, corporis unanimiter debemus eſſe rectores. Quia caulæ gregis Dominici poſſunt
Joan. 10. 16. eſſe numeroſitate multæ, non fidei varietate diverſæ. Ut, ſicut ipſe Dominus prænuntiare dignatus eſt, non nobis per invidiam diſſidentibus, & per diſſenſionem gregem Dominicum dividentibus, multiplex per nos ſchiſma procedat, ſed magis per unitatem doctrinæ ſimplices oves Dominicas congregantibus, fiat in nobis unus grex, & unus paſtor, qui ſicut eſt rex regum, & Dominus dominantium, ſacerdos ſacerdotum, & pontifex pontificum; ita intelligatur & paſtor eſſe paſtorum. Quamobrem ſtudio caritatis, non cupiditatis, * has ad ſanctitatem veſtram preſbyterum meum pro dioeceſi GEMILIACENSI, unde jam pridem vobis ſcripſeram, deſtinavi; ne ſi tacuiſſem negligentiæ deputaretur non concordiæ. Rationi * inrationabilis vides ceſſiſſe non pauci, ut ſi agnoſcitis vera eſſe, quæ dico, aut juſta quæ repeto; nec me injuriam diutius, nec vos inquietudinem diutius ſuſtinere patiamini.

* Fort. cum his.

* Locus corruptus.

Domno ſublimi ſemperque magnifico, Fratri Elaſio Ruricius (a) Epiſcopus.

Ep. VII. ITa propitio Deo operum tuorum fama percrebuit, ut omnes in laboribus conſtituti commendari ſe germanitati veſtræ omni precum ambitione depoſcant. Quia fatigationem ſuam apud vos effectum habere non dubitant. Unde etiam portitor harum, nomine ULFILA, quem mihi * FRARETRIUS preſbyter ſuis litteris commendavit, ad vos commendatitias poſtulavit, quas ei & pro juſſione divina, & pro juſſione mutua libenter indulſi. Quibus individuæ caritati veſtræ ſalve plurimum dico, & præfatum pro affectione germana, non pro pontificali autoritate commendare præſumpſi. Quia in peccatore amittit dignitas dignitatem; Cui honor indebitus oneri eſt potius, quàm honori. Quod licet vobis placere pro noſtra devinctione confidam, tamen ſiquid nobis veri vel vicarii amoris impenditis, ſpero condoleatis potius, quàm gaudeatis. Quia indignum me, & penitus non merentem non attollit res tanta, ſed deprimit.

* Vel Fraſetrius.

Domino ſancto & Apoſtolico & mihi præ ceteris in Chriſto Domino cultu affectuque peculiarius excolendo, patrono & Papæ Aenio (b) Ruricius Epiſcopus.

Ep. VIII. QUotiensque * quicunque ſanctos aut Apoſtolicos viros quos miſericordiæ opera, operum merita, meritorum vita commendat, atque omnium virtutum fama diſſeminat, ærumnarum mole depreſſi coguntur expetere, dum literarum quærunt

* Fort. quotiescunque aliqui.

(a) In caſtello Ruthenorum montibus cincto Altare, imò Eccleſiam conſtruxerat, eo tempore, *quo vix alius audebat vetuſtas ſarcire*; ad eam conſecrandam Sidonium invitavit, ut patet ex ejus Ep. 15. l. 4. alii eum Eriphium, male, ni fallor, appellant. BASN.

(b) Leg. Æonio, qui fuit eo tempore Arelatenſis Epiſcopus &, ut ajunt, Vicarius Pontificis Romani per Gallias. BASN.

runt labori suo, beneficium conferunt desiderio nostro. Et cum sit illorum labor noster dolor, fit tamen per officii conlationem eorum necessitas quodammodo caritas nostra, qua dum ipsorum adquiescimus petitioni, nostræ satisfacimus voluntati. & ita fit ut egestas petentis sit largientis utilitas. Fratri itaque & conpresbytero nostro, POSSESSORI nomine, quo * pius est potius, quam facultate; quia quod habuit pro fratris redemptione profudit, factus est possessor paradisi, dum proprietatis sæculi desinit esse possessor. Ad Apostolatum vestrum commendatitias postulanti libenter indulsi. Cujus necessitatem si dignatur plenius sanctitas vestra cognoscere, epistulam, quam ad humilitatem meam frater noster EUMERIUS episcopus per ipsum direxit, tanti habeat recensere; & illico agnoscet, qualiter ipsi debeat & pro consuetudine consulere, & pro caritate mutua condolere Qui ut fratrem ab hostibus redderet liberum, se creditorum maluit esse captivum, & ut ille crudelissima morte non privaretur vita, ipse extorris est factus è patria.

SÆC. V. ANNO 480.

** M.S. vitiosè quod pejus est.*

Sancti Apostoli Pauli sententiam * constituentes, qua Romanis scribens ait: Nolo vos ignorare fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, sed prohibitus sum usque adhuc; & nos dicere pudore instigante compellimur: Crebrius voluimus ad sincerissimam pietatem vestram scripta dirigere, sed prohibiti sumus usque nunc; prohibente nimirum illo, qui bonæ voluntati consuevit semper obsistere, invidens scilicet pro profectui nostro, & affectui vestro; affectui nostro, & profectui vestro. Profectui nostro & affectui vestro; quia doctrina vestra, eruditio nostra est, & epistula nostra, consolatio desiderii vestri est; & rursus profectui vestro & affectui nostro; quia eruditio nostra, merces vestra est; & * tempora conlatio desiderii vestri, vestri est sermonis affectus. Ita enim paucis diebus, quos mihi vere & paucos & brevissimos vester fecit affectus, dum contemplatione vestra non solum satiari noster nequit, verum etiam videndo magis exardescit intuitus; cum nos & desideraremus præsentes, & ad hoc coram positos quæreremus; sensus nostros fonte purissimo benigni pectoris irrigastis, ut quamlibet nulla deinde sancti oris munera pretiosa perciperem, præsentiam tamen vestram intra mentis meæ arcana possideam, & effigiem vestram in speculo mei cordis intuear, quam illa tua caritas perfecta depinxit, ut nullius ætatis oblivione possit deleri; quia jugi recordatione momentis singulis innovatur. Illic enim vobiscum ex consuetudine pietatis vestræ secretius conloquor. Illic etiam de vitæ melioris institutione pertracto. Illic vos labiis mentis exosculor, & manibus cordis amplector. Quo fit, ut vera dilectio, quæ in visceribus meis viva vultus vestri figuratione nutritur & igniculo caritatis accenditur, amoris vestri vicissitudinem mihi repromittat, & animus meus mihi animi vestri fidejussor adsistat; dum quantum mihi de vobis præsumere debeam, conscium mutuæ dilectionis pectus interrogo. Unde scribendi mihi aditu orationibus vestris tandem aliquando reserato, hanc salutationem defero, & intercessionem peccatorum requiro. Illud speciali prece deposcens, ut misericordiam Dei nostri assiduis petitionibus flagitetis omnibus delictis meis, atque omnibus, opitulantibus vobis consuetudinaria clementia & copiosa bonitate, delictis, etsi non ad idem præmium, saltem ad eundem nos portum quietis jubeat pervenire; ut quatenus hic propter spatia interjecta terrarum oculis corporis sæpius nos videre non possumus, vel ibidem de mutua præsentia gaudeamus. ut quando vobis à justo Judice retribuatur corona meritorum, mihi à piissimo redemptore, & advocato perfectissimo * commissorum venia non negetur. Ipse ante judicium peccatoris agere dignetur causam, ne in judicio puniat culpam. quia novit quippe omnipotens nec in bonitate clementiæ judicii perdere veritatem, nec judicii severitate clementiæ amittere bonitatem. Et ideo per ineffabilem misericordiæ ac virtutis operationem vobis præstare dignetur, ut quos hic veritate conjunxit, illic habitatione non separet; promissionem vestram recolens peculiarius rogo, ut fratrem POMERIUM sanctitas vestra non solum non retineat, verum etiam ad nos venire compellat, partemque suam nobis in dividuum utriusque transmittat. Nec eum à vobis discedere, si ad me accesserit, judicetis, quia & vos hic inveniet in me, & cum eo vos, residente corpore, ut confidimus, corde venietis. Sed & inde non parvum fructum habere proferitis, si rusticitas nostra doctrinâ ipsius aliquid in DEI timore profecerit.

Prius erat in M. S. contuentes.

Rom. 1. 13

** Et semper consolatio desiderii nostri, vestri est sermonis effectus.*

M. S. ominissorum. fort omissorum.

Domno animæ suæ & in Christo Domino visceribus excolendo Pomerio Abbati Ruricius Episcopus.

Ep. IX.

SApientes sæculi amicos duos unam animam habere dixerunt, quod ego etiam ecclesiastico testimonio verum esse confirmo, quod ait: Credentium autem erat anima

Act. 4. 32.

nima

Sæc. V. Anno 480. nima & cor unum. Unum utique caritate, non numero; & fidei simplicitate, non singularitate personæ. Hoc ergo prædico proboque. nam ex quo à vestra unanimitate discessi, divisum esse me sentio, partemque meam vobiscum resedisse cognosco. Nec absentibus vobis, integrum esse me credo; & cum me in me non inveniam, apud vos me ad vos regressus inquiro; atque ibidem quantum mei vobis reliquisse, tantum vestri mecum abstulisse conspicio. & omnipotenti Deo gratias super tam admirabili facto ejus refero, quod ita generali tribuere dispensatione dignatus est, ut inter eos, quos locorum intervalla discriminant, liber ac nullis conclusus absentiæ legibus animus commearet; nihilque esset tam impenetrabile, quod mentis aspectibus non pateret; sed per cordis intuitum inde se invicem cari, gratia intercurrente, conspicerent, ubi caritas ipsa consistit. Et ideo salutem plenissimè erga me, quantum propria mente conjicio, pietati vestræ deferens, omni precum ambitione deposco; si nobis parem repensatis affectum, si simili caritate nos diligitis, si aliquid in visceribus vestris amor noster operatur, si usque ad medullas cordis vestri dilectio nostra pervenit, si ita vos pro me, quàm me pro vobis dulcedine potestatis edomuit, ut imperio ipsius nec possitis resistere, nec velitis; ad desiderantem fratrem desiderans quantocius venire festinabo, beneficio & promissum soluturus debitum, & mutuum mitigaturus affectum. Quia coram positi æqualem vobis gratiam de nostra contemplatione & conlocutione præstabimus, tantumque, si ut diligeris, diligis, à me retribuetur caritati tuæ, quantum tu meæ ipse detuleris. Nec sane in veniendo fatigationem poteris formidare. Quia ut ille dixit, vicit iter durum pietas.* Et juxta Apostolum
1.Cor.13.7. nostrum: Caritas omnia sustinet. quæ nec quærit, quæ sua sunt, nec unquam novit excedere. Oportune etiam desideranti viatori autumnalis temporis congruit cum caritate temperies, si eam tamen præteritæ æstatis fervor accendat, non advenientis hiemis algor extinguat.

Item Epistula domni Ruricii.

Ep. X. RElectis litteris meis, fortasse miraberis, quòd venerationi tuæ, Fratri, scripserim; cùm hoc nec ætati nostræ conveniat, nec honori. Quia sicut me major es natu, ita minor es gradu. Et ideo si ad tuam, Deo propitio, longævitatem, aut ad nostram respexissemus administrationem, aut, Patri, scribere debueramus, aut,
1.Joan.2. Filio. Sed quia & S. Joannes Apostolus in Epistula sua unis eisdemque, & patribus, & juvenibus scribit, & pueris, dicens: scribo vobis, patres, quia cognovistis eum, qui ab initio est. Scribo vobis, Juvenes, quia vicistis malignum. Scribo vobis, pueri, quia cognovistis Patrem. Qua discretione verborum non ætatem exterioris hominis, sed qualitatem interioris adsignat. In quantum enim in Dei cognitione ac dilectione proficimus, patres sine dubio nuncupamur. In quantum vero contra adversarium,
1.Pet.5.8. qui tanquam leo circuit, quærens quem devoret, viriliter dimicamus, Juvenes esse cognoscimur. In quantum vero socordiæ desidiæque committimur, & ad incedendam mandatorum viam fidei infirmitate deficimus, atque ad contuenda ac peragenda præcepta divina à sæcularium actuum intentione quasi è somno segniores adsurgimus, rectissimè puerorum levitate censemur. Unde & Apostolus Paulus ita commonet ne-
Ephes.5.14. gligentem: surge qui dormis, & exsurge à mortuis, & continges Christum, sive il-
Matth.12.47. luminabit te Christus. Nam & dominus in Evangelio, cùm ei à circumstantibus diceretur, Ecce mater tua, & fratres tui quærunt te, volentes videre te. Ita respondit: Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei? Et ostendens Apostolos, sequentes se, Nonne hi, qui faciunt voluntatem patris mei? Mater enim Christi dici possumus, quando Christum corde gestamus. Nam & S. Maria, quæ & Virgo concepit, virgo peperit, virgo permansit, Dominum nostrum non complexu virili, sed fide maritante concepit. Fratres vero ipsius efficimur, quando ita vitam nostram omni virtutum genere disponimus, fulcimus, ornamus, ut hæredes Dei esse possimus, & cohære-
Rom.8.17. des Christi. Cui enim dubium, quod si hæredes Dei Patris efficimur, rectissimè & fratres Christi dici, ipso adoptante, poterimus? qui nos plasmavit ut suos, redemit ut alienos; elegit ut servos, adscivit ut filios. Plasmat enim nos potestate, redimit passione; præscientia adsciscit in gratia. Nos tamen filii per adoptionem, ille solus filius per naturam; qui ut nos ad eandem, qua excideramus, beatitudinem revocaret, cùm penitus non desierit esse quod erat, voluit tamen esse quod non erat, ut verbum caro fieret. Et dum creator in creaturæ humilitate descendit, ad creatoris sublimitatem creatura conscendit. Quo fit, ut humanitati divina communicent. Et divinitati humana participent, secundum illud Apostoli: Qui cum in forma Dei esset, non

non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu repertus ut homo. Humiliavit seipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & inferorum, & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris. Unde & ad Corinthios idem doctor scribens ait: Itaque nos neminem novimus secundum carnem; etsi cognovimus enim Christum secundum carnem: sed nunc jam non novimus. Quia cessante in eo infirmitate corporea, totus creditur in virtute divina. Et ideo juxta eundem Apostolum, quoniam omnes in Christo unum sumus, fratres rectissime nuncupamur, quia nos & unus uterus sacri fontis effudit, & eadem ubera matris Ecclesiæ, spiritu vivificante, lactarunt simul. Idcirco, Frater, scripsi, quia & Deo propitio à sæculi actibus ad æternam beatitudinem te animam convertisse cognovi, & imitatorem illius Evangelici negotiatoris effectum, qui venditis omnibus suis comparavit pretiosissimam margaritam: Vel illius, qui reperto in agro thesauro, distractis, quæ habebat, universis, agrum ipsum laudabili cupiditate mercatus est; non alienæ possessionis importunus inhiator, sed propriæ facultatis providus distributor, caritatem, utpote sincerrimam, retinens corde perfecto; non ut parcius venderet, sed ut largius fœneraret. Super quo facto gaudeo, & Deo gratias ago, quod secundum divitias bonitatis suæ atque virtutis, per inæstimabilem misericordiam suam propemodum, ut ita dixerim, contra sententiam suam venire dignatur. Quia cùm ipse dixerit, difficile eos, qui pecunias habent, regnum adipisci posse cœlorum. Ecce te & his dignavit in sæculo, & provehere festinat in regno. Sed tamen idem dominus continuo rigorem prioris hujuscemodi sententiæ, quam Apostoli vehementius formidabant, misericordiæ suæ moderamine temperavit, dicens: Quod impossibile esset in se hominibus per naturam, possibile Deo in eis esse per gratiam: quod in te; cui operi ut totis usque impendiis pronus incumbas, pro affectu mutuæ caritatis admoneo, ut ita fabricæ turris illius, quam Dominus in Evangelio construi præcepit, strenuus ædificator insistas, ut adversarii tui habeant potius de ejus perfectione quod doleant, quàm de intermissione, quod rideant.

SÆC. V. ANNO 480. Philip. 2.6. 2.Cor.5.16. Galat.3.28. Mat.13.44. Mat.19.31. Mat.14.18.

Domino sublimi semperque magnifico Fratri Præsidio Ruricius Episcopus.

Ep. XI.

PLerique dum me apud individuam mihi sublimitatem vestram non vitæ merito, sed amicitiarum privilegio multum posse confidunt, commendatitias à nobis, quibus vobis excusentur, inquirunt; quas eis pro officii nostri necessitate negare non possumus; non præsumptionis audacia, sed ministerii disciplina. Dum & illis præsentis vitæ solatia, & vobis providere desideramus æternæ; ut & illi per patientiam vestram reserventur ad pœnitentiam; & vos per misericordiam perveniatis ad veniam. Sicut dicit scriptura: Quia Judicium sine misericordia erit illi, qui non fecerit misericordiam. Quia qui dixit: Dimittite, & dimittitur vobis, procul dubio, quem viderit hic facere quod præcepit, in futuro restituet, quod promisit. Nobis enim illius veritas præsto est; illi fides nostra non desit. Unde manifestissimè potestis advertere absolutionem miserorum vestrorum, esse indulgentiam peccatorum; & hoc vestris conferendum precibus, quod vos præstiteritis alienis; Juxta ipsius in Evangelio sententiam: quo judicio judicaveritis, judicabitur de vobis. Ideoque pro URSO & LUPICINO, qui ad me, quasi vobis peculiariter, sicut superius dixi, caritatis jure devinctum, pro criminum suorum intercessione venerunt, precator accedo; ut primum Deo, deinde nobis hoc quod commiserunt donare digneris & * infieri; nec nos de eorum damnatione confundas, qui se absolutos esse cum ad humilitatem meam deducti sunt, crediderunt.

Jac.2.13. Luc.6.38. Mat.7.2. * Vox mendosa.

Et alia.

Ep. XII.

IN salo seculi istius adversis ac diversis tempestatibus fluctuantem te ratem ad portum salutis tandem aliquando, Domino gubernante, applicuisse congaudeo. In cujus fida ac tranquilla statione compositus, æstus ipsius perfidi, & iniqui, & amari ridebis. Deinceps non timebis de quibus parum formidinis, ita multum gaudii habere jam poteris, quod eos vel retro derelictos respicis, vel in celsiori specula constitutus despicis, & te evasisse miraris. Superest, ut clavo manum inserens, astra semper intentus aspicias, & ita cœptæ navigationi velum pandas, ne te aut in altum ve-

SÆC. V. ANNO 480. hementior flatus excutiat, aut in vicina littoribus saxa collidat. Neque etiam, juxta sententiam Domini Salvatoris, jam stivam tenens aratri retrorsum, clamoribus Sodomæ conlabentis percitus, forte respiciens Loth imiteris uxorem. Aut de Ægypto jam profectus, & fluctus rubri maris dextra lævaque pendentes, tantum tibi ferentes auxilium, & persequentibus te parantes exitium, Domino viam tuam & præparante & illuminante, transgressus, & eremi arduum iter arripiens, ollæ carnium recorderis, aut cœpas, quæ in modum corporalium voluptatum ipsa sui qualitate corrupta noscuntur, & fœtida, nec usu grata, nec odore suavia, nec stabilitate mansura; quidquid in hoc sæculo mulcet auditu, mollescit adtactu, lenocinatur aspectu, blanditur ut capiat, famulatur ut teneat, illicit ut occidat. Nam quamcunque capere volueris voluptatem; permanet quod puniat, præterit quod delectat; dulcedo fugitiva pertransit, conscientia damnatura vel damnanda subsistit. Inde etiam dicit Salomon: Lingua meretricis mel stillat; in novissimis autem diebus amariorem felle invenies eam. Quod tamen nihilominus & ipse cùm prædixisset, incurrit. Et ideo vide quod malum sit, frater carissime, quod dum detestatur, admittitur; dum refugitur, vix vitatur. Unde & tu, sicut dicit scriptura, omni custodia serva cor tuum, & discute conscientiam tuam, ne unde exisse videris aspectu, hæreas affectu: Sed dicas potius Domino cum Propheta: Adhæsit anima mea post te, me autem suscepit dextera tua. Vel illud etiam: Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Deo spem meam. Ut quanto labore, quantaque instantia militasti sæculo, servias Deo; dicente Apostolo, vel monente: Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ & iniquitati: ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem. Cùm enim servi essetis peccati, liberi eratis Justitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati à peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Patientia, frater carissime, non nomine est suscipienda, sed opere; non ore tantummodo agenda, sed corde. Verum est, quod sicut utroque, hoc est, interiore & exteriore homine delinquimus, ita & utroque pœnitere debemus; ut, sicut dicit idem Apostolus; Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit in salutem: Ita gemitus cor nostrum conscientia compugente concipiat, ut eos os nostrum per confessionem confusionis effundat. Quinquagesimus vero Psalmus, qui pœnitudini dicatus pariter & remissioni, die noctuque cum rugitu fletuque cantetur, ut vere & salubriter dici possit: Rugiebam à gemitu cordis mei. Et: Iniquitates meas ego agnosco. Et: Delictum meum contra me est semper. Vel illud etiam: Quoniam iniquitatem meam ego pronuntio & cogitabo pro peccato meo. Hic enim ante nos peccata nostra esse debent, ut in æternum contra nos esse non possint. Quia ita legitur in Prophetis: Dic tu prior iniquitates tuas, ut justificeris. A quo priores dicturi sumus iniquitates nostras coram Domino vel prolaturi? nisi diabolo utique, qui delictorum & incentor est & delator: Ipse enim ut peccemus instigat, ipse cum peccaverimus, accusat; ut ideo in Confessione criminum à nobis præveniatur in sæculo, ne contra nos habeat quod proferat in futuro.

Luc. 9, 26. *Gen.* 19. 26. *Exod.* 16. 4. *Prov.* 5. 3. *Prov.* 4. 23. *Psal.* 62. 9. *Psal.* 72. 28. *Rom.* 6. 19. *Psal.* 37. 9. *Psal.* 50. *Psal.* 37. 19. *Esai.* 43. 26.

Beatissimis & in Christo venerabilibus fratribus Fœdamio (a) & Vilico Presbyteris Ruricius Episcopus.

Ep. XIII. QUamlibet literas fraternitatis vestræ per * subsidiaconem contimtum non perciperem, tamen has ego ac per ipsum ad vos affectu instigante direxi; ut & desiderio satisfacerem, & scribendi aditum prius, prior utpote, patefacerem, ne in posterum locus relinqueretur excusationi; & res voluntatis, diffidentiæ & verecundiæ esse diceretur. Salutem itaque in Christo Domino plurimam dico beatitudini vestræ, & spero, ut me, sicut decet Ecclesiasticos viros, non labiis, sed corde diligatis; & de me caritate sincera in alloquio pristina dicere præsumatis. Quia si illa fuisset vera, permanserat; & si fuisset * mutata, mutata non fuerat. A cujus tamen fuerit parte mutata, & conscientiæ nostræ noverint, & conscientiarum cognitor sine adsertore cognoscit; quem ego testem adhibeo professioni meæ: Nec de initio simultatis me esse culpabilem, nec in corde meo quidquid actum est dictumve resedisse. quia scio nobis ab æterno & vero Judice dictum, quod nisi ex corde dimiserimus fratribus, nobis dimitti non debeat. Habetis itaque sponsionem meam, reddite mihi fidem

*Fort. subdiaconem Contimtum.

* h. e. alia.

(a) Fuerunt presbyteri diocefeos Lemovicensis, qui cum Ruricio eorum Episcopo lites prius habuerunt. BASN.

fidem veſtram. Quia in Epiſtula mea procul dubio vinculum, quod elegeritis habe- SÆC.
tis; aut caritatis, quod ſalubriter conſtringat & cuſtodiat; aut perfidiæ, quod cul- V.
pabiliter innectat & perdat. Nec mihi aliquid de judice prioris temporis imputetis, ANNO
quia definitionis meæ eſt, in comitiis ſervare concordiam, & in judiciis tenere cen- 480.
ſuram. Illud etiam peculiarius gaudeo, quod vos in integram domini & fratris mei
familiaritatem rediiſſe cognovi. Supereſt, ut quod illius in bono tribuit gratia, ve-
ſtra in domino cuſtodiat * inſequilla.

*Vox mendoſa, fortè inſequella.

Dominæ venerabili & in Chriſto Domino magnificandæ filiæ Cerauniæ (a)
Ruricius Epiſcopus.

(a) *De ea ſuperius ad ep. 1. l. 1.*

Ep. XIV.

UT pictorem vobis antea non tranſmitterem hæc * refecit; quia adventu novi ju-
dicis te occupatam eſſe credidi, atque ita deterritam, ut de his rebus cogitare
non poſſis. Sed quæ Deo propitio vos & litteris & relatione veſtrorum ex ſententia *Fort. res fuit.*
agere ac valere cognovi, ſalutatione prælata, pictorem, quamlibet hic eſſet occupa-
tus, cum diſcipulo deſtinavi. quia malui meæ detrahere neceſſitati, unde veſtræ ſa-
tisfacerem petitioni. Sed quia & propoſitum veſtrum & noſtrum poſcit officium,
his venerationem veſtram paucis monere præſumpſi, ut opere illius ad agendam pœ-
nitentiam, & nova novi hominis veſtimenta ſumenda capias exemplum, quo facilius
in te Adam vetuſtus intereat, & vivificator exurgat. quemadmodum ille parietes variis
colorum fucis multimoda arte depingit, ita vos animam veſtram, quæ eſt templum Dei,
diverſis virtutum generibus excolatis, ut vere de ſpiritali domo veſtra ſpiritaliter cum
Propheta dicere poſſitis: Domine dilexi decorem habitationis tuæ, & locum habitatio- *Pſal. 23. 8.*
nis gloriæ tuæ. Quia ſecundum ipſius Domini noſtri ſententiam, Non in manu factis ha- *Act. 7. 48.*
bitat Deus, nec in tabernaculis viri beneplacitum ei; ſed beneplacitum eſt ei ſuper ti- *Act. 17. 24.*
mentes ſe, & in eo, qui ſperat in miſericordia. Et ipſe iterum nos per Prophetam docere
dignatur: Cœlum mihi thronus eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. quam *Eſai. 6. 61.*
mihi ſedem ædificabitis, aut quis erit locus requietionis meæ, nonne hæc omnia fe-
cit manus mea? aut ſuper quem alium reſpiciam, niſi ſuper humilem, & quietum,
& trementem ſermones meos? Et ipſe in Evangelio Dominus clamat: Venite ad me *Mat. 11, 21.*
omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, & reliqua quæ ſequun-
tur? Et ideo, in Chriſto Domino cariſſima ſoror ac filia, priſtinæ converſationis ambi-
tione depoſita, humilitatem debes cordis induere, miſericordiam indigentibus fœne-
rare, caſtitatem non ſolum corporis, ſed animæ procurare. quod adjuvante domino
ut adquirere valeas pariter & cuſtodire, jejunandum eſt ſæpius, & ſemper orandum. *Gen. 2. 14.*
quia Adam paradiſi & cuſtos delegatur & colonus, ſcilicet ut haberet operandi mate-
riam libertas arbitrii, & quod orationum obtinuiſſet induſtria, parcitatis abſtinentia
cuſtodiret. Sed quoniam neglexit ſibi ſervare jejunium, per concupiſcentiam veti-
tam amiſit & vitam & immortalitatem. Sub * Hierobabel muros Hieruſalem reverſi *Zorobabel*
ad captivitatem reparabant, cum eis eſſet contra alienigenas pro eorundem murorum *2. Eſdr. 4. 17.*
reſtauratione certamen, operabantur dextra, & ſiniſtra pugnabant: ſcilicet ſcutum *Epheſ. 6. 26.*
fidei læva contra adverſarios prætendentes, & dextra bonorum operum tanquam lapi-
dum compoſitorum mœnia conſtruentes, ſed & ipſi viri qui ædificabant cum Pro-
phetis ſuis, ſuper lumbos cincti operabantur. quod & Dominus in Evangelio obſerva-
re nos præcipit dicens: ſint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ veſtræ ardentes. præ- *Luc. 12. 35.*
cinctus eſt lumbis, cujus caro caſtitati militat, & non libidini. & mens illius tanquam
ardens lucerna præfulget, quam præceptis ſuis Chriſtus accendit. quia hæc omnia ſe- *1 Cor. 10. 6.*
cundum Apoſtolum in figura noſtri facta ſunt, ſcire nos convenit, quod quamdiu
ſæculi actibus fuimus occupati, tanquam Bayloniis & Regi eorum captivi à Judæa
producti in hoſtium regione ſervivimus, unde per pœnitentiam ad patriam, hoc eſt,
ad cœleſtem Hieruſalem matrem omnium fidelium revertentes, debemus omni vir-
tutum genere reparare collapſa, ſarcire diſciſſa, delere præterita; cavere præſentia,
parare ventura; ut per benignitatem domini à priſtina peccatorum captivitate diſtrac-
ti, non Babyloniorum Regi, ſed regi Cœlorum Chriſto in Hieruſalem, quæque con-
gregationi Sanctorum ædificatur civitas, ſerviamus. Et idcirco faciem noſtram de-
bemus magis lacrimis rigare, quam lavacris, ut dicere cum Propheta poſſimus: Quia *Pſ. 101. 10.*
cinerem ſicut panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam. Debemus
corpus noſtrum indefeſſis vigiliis & continuis edomare jejuniis, ut verum exercentes
inter animam carnemque judicium, non caro dominetur ſpiritui, ſed ſpiritui caro
victa deſerviat. Cujus rei exemplum nobis Dominus, dum per angelum ad Agar Saræ
ancillam loquitur, dedit, quæ dominam ſuam deſerere maluerat, quam audire, di-

 cens

SÆC. V. ANNO 480. cens ei: Revertere, & esto subdita dominæ tuæ. Ut his laboribus omnibus & bonis operibus dedita possis esse & conversatione perfecta, & confessione devota, & in regno patris tui illius; de quo Dominus in Evangelio dicit: Nolite vobis vocare patrem super terram, unus enim est pater vester; secundum nomen tuum in illa beatorum turba vera splendere CERAUNIA, & vocabuli tui auctor existere: de quo splendore operum Dominus dicit: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & magnificent, non vos, sed Patrem vestrum, qui in cœlis est. Cujus est & ut detur, & omne quod datur. Quia juxta Apostolum: Omne datum bonum à sursum de Patre luminum descendit, à quo & voluntas tribuitur, & præstatur effectus. Quia pœnitentia non nomine tantum obtinenda, sed actu est exequenda. Pœnitentia non est nomen otiosum, quæ ex qualitate operis possidet laboriosa vocabulum. Non enim potest pœnitens dici, qui pœnitenda committit, sed ille, qui præterita peccata vel maculas humilitate cordis, subjectione corporis, bonorum operum sedulitate, assiduitate orationum, continuatione gemituum, pectoris contusione, lacrimarum profusione * detegit; ut possit dicere cum propheta: Ne memineris iniquitates nostras antiquas; utique non quotidianas. Et illud: Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum. Et: Lacrimis meis stratum meum rigabo. Et iterum: Rugiebam à gemitu cordis mei, Et iterum: Quoniam iniquitates meas ego pronuntio & cogitabo pro peccato meo Sint ideo hic crimina nostra ante nos, & contra nos, ut in die judicii esse non possint, & illud etiam hic positi cum fiducia dicere mereamur: Delictum meum ego cognosco, & injustitias meas non operui. Dixi, pronuntiabo adversus me & injustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Certum est, quod in quantum tibi de priori conversatione displicueris, in tantum Domino placebis, & in quantum tibi placueris, illi sine dubio displicebis, qui dicit: Quoniam dissipat ossa hominum sibi placentium. Et ideo tanquam severissimi censores culpas nostras in nos ipsi districtius vindicemus, & ipsi nobis per diversos corporis cruciatus tortores quodammodo existamus & judices; & in illo justæ examinationis tempore non habeat in nos Regis sententia, quod damnet, quos jam hic castigationis vitæ disciplina correxit, quia justus & misericoris judex bis non judicat in idipsum, hoc est, ei se exhibet mitem, quem invenerit hic esse præ peccatorum satisfactione crudelem; illi benignum, quem in hac vita cognoverit sibi fuisse districtum; secundum illud Evangelicum: Qui perdiderit animam propter me, inveniet eam. Vel illud: Beati qui nunc lugetis, quia ridebitis. Breve est enim omne, quod in hoc mundo agitur, sive bonum, sive malum, sicut experimentis Dominus aut promisit aut voluit jam probari. Et idcirco ad sustinendas pro Dei amore pressuras constantes esse debemus. Quia si ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia subsequitur. Itaque nunc feramus in lacrimis, quod tunc metamus in gaudiis. Hæc pauca ad confortandam fidem vestram pro exhortationis solatio dicta sufficiunt, quæ licet ipse non faciam, tamen ut & vos agatis exhortor. Scio enim exhortationi positam esse mercedem; quia legimus: Flete cum flentibus. Et ne forte tu in judicio diceres: Quæsivi qui simul mecum contristaretur, & non fuit, & consolantes me, & non inveni. Perfectiora vero atque majora in scripturis divinis, unde ista decerpta sunt, instrumenta perquire, si vis aut cœpta perficere, aut ad pollicita pervenire. Dabit tibi taliter quærenti Dominus scientiam pariter & virtutem, ut & lecta intelligas, & intellecta custodias. Nam pater orphanorum & arbiter viduarum cum te de se tantum sperare compererit, & pupillis tuis tribuet paterna pietate præsidium, & te remuneratione judicis perducet ad præmium.

Margin: Gen. 16. 9. Mat. 23. 9. Mat. 5. 16. Jac. 1. 17. *Detergit. Psal. 78. Psal. 6. 7. Psal. 37. 9. Psal. 37. 19. Psal. 31. 5. Psal. 140. 7. Mat. 10. 38. Luc. 6. 21. Psal. 29. 6. Psal. 125. 6. Rom. 14. 15. Psal. 68. 21.

Domino sancto & Apostolico ac mihi præ cæteris in Christo Domino cultu affectuque, peculiarius excolendo patrono & Papæ (a) Æonio Episcopo Ruricius Episcopus.

(a) Episcopus fuit Arelatensis de quo ep. 8. BASN. Ep. XV.

ANte paucum tempus litteras vestræ sanctitatis accepi, quibus etiam de inofficiositate tanti habuistis affectuosius commonere, dicentes: Nihil caritate præstantius. Quod ego valde verum esse confirmo, & secundum Apostolum, illam caritatem dico esse perfectam & sublimem, quæ de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta procedit, quæ, juxta eundem Apostolum, patiens est, benigna est, quæ non inflatur, non æmulatur, non quærit quæ sua sunt, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia credit, omnia sperat. Et inde est, quod numquam cadet. Patiens est, quia contra tentationes sæculi vel procellas in Deum defixa perstat immobilis; benigna est, quia proximorum profectibus delectatur; non inflatur, quia non superbit humili; non æmulatur, quia invidere nescit æquali; non quærit quæ sua

Margin: 1 Tim. 1. 5. 1 Cor. 13. 4.

sua sunt, dum juxta Domini sententiam sibi etiam minimos anteponit, & aliorum commoda suis mercatur incommodis; non gaudet super iniquitate, quia lætari nisi fratrum prosperitate non novit; congaudet autem veritati, quia amicum sincera, non fucata dilectione veneratur, nec falsa adulatione subsannat, sed vero honore concelebrat. Omnia credit, quia in divinis mandatis promissisque confidit, & ideo omnia speravit, quia pro minimis magna, pro caducis perpetua, pro temporalibus æterna sibi retribuenda non ambigit. Nunquam cadit; quia humilitas habere non potest casum, cum habeat semper ascensum, & cum jugiter excelsa meditetur, habitare tamen in sublimibus non præsumit; cum conversatio ejus habeatur in cœlis, ipsa tamen videtur adhærere terrenis; excelsa opera mente dejecta habens, unde glorietur in Domino, nec tamen extollatur in seculo. Hæc quia jussisti scribere, non pro eruditione nostra, sed pro dignatione vestra præsumpsi. Vestrum vero est nos edocere verbis, & ad hanc eandem caritatem provocare semper exemplis. Quia dilectio, quæ ante cognitionem mutuo inter absentes epistulario inchoata sermone semper & tota est, debet augeri corporali visione, non minui, & crescere intuitu, quæ cœpit affatu.

Domino sublimi semperque magnifico fratri Turencio Ruricius Episcopus.

Ep. XVI.

EXigit sollicti cordis affectus, ut imperitioris promatur affatus; nec erubescit rusticitatis opprobrium, dummodo impleat caritatis imperium. Sicut sanctus Apostolus dicit: Perfecta caritas foras mittit timorem. Quia longè melius est proximum diligere sincerè, quàm prædicare perfectè. Si quidem multo plures inveniuntur in mundo eloquentiæ lepore præditi, quam dilectionis vigore perfecti. Quia sicut quod bonum est, rarum est, ita arduum, quod æternum. Proclivis namque, juxta Domini sententiam, & trita via est, quæ præcipitat in gehennam; arctior vero & difficilior, quæ sublimat ad gloriam. Quæ causa? nisi quia illâ multi gradiuntur, hac pauci? & ideo imminente jam præsentis ævi termino, & senii die usque quaque vicino, sicut nos etiam docet cæsaries detonsa, vel convenit, ne in veteribus annis juvenilia facta meditemur, atque in confecto corpore, & corde decrepito adulescentiæ regnet cupido, de qua judicii tempore in illo tremendo æternæ dispensationis examine, quando ille omnium mortalium testis & judex non solum merita ponderaturus & facta, verum etiam verba est discussurus & vota, juxta pollicitationem suam, aquæ frigidæ præbitioni daturus est præmium, aliis de otiosi verbi levitate supplicium; reos nos etsi non de perpetrati facinoris voluptate, saltem de concupiscentiæ voluntate constituat. Quia qui viderit mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est eam in corde suo. Quod & de rebus omnibus aliis similiter observare nos convenit, ut singulis appetentiæ partibus imbecillis hujus corporis amputatis talibus membris, sic debiles, & tamen integri, potius introëamus in regnum, quàm salvi, & tamen perditi, in æternum projiciamur incendium. His omnibus salubriter pertractatis & rite perspectis, dum tribuuntur induciæ, declinemus à malo, & bonum incessanter operemur, obliviscamur præterita, contemnemus præsentia, futura cupiamus, obliviscamur in factis, recordemur in conscientiis, ut omne peccatum nobis moriatur in vita, vivat in pœnitentia: nunc seminemus in fletu, quod postmodum metamus in gaudio. Quia tempus hujus vitæ tempus est operis, dies verò retributionis tempus est messis, quando sine dubio hoc unicuique apparebit in germine, quod nunc spargit in semine. Sicut ait quidam sanctorum: Respondebit mihi cras justitia mea. Cras utique diem resurrectionis appellans. Hæc vos, fratres optimi, non Pontificali authoritate, sed fraterna pietate fidenter scribere unanimitati vestræ, caritate dictante, præsumpsimus, qui ut vobis vel circa vos non dictatoris ingenium, sed germani probaremus affectum. Salutem itaque dicens, rogo, sicut promittere dignati estis, librum nobis S. AUGUSTINI de CIVITATE DEI per portitorem harum sine dilatione mittatis. Cujus dum nos lectione ædificatis in terris, vobis ejusdem civitatis habitacula præparetis in cœlis, ad quam tamen aliter pervenire non possumus, nisi caritatis gradibus conscendamus. Quia ipsa est eminentior via, quæ vos & in hac positos sociat DEO, & de posita perducit ad DEUM. De qua etiam Propheta testatur, Ambulant de virtute in virtutem; videbitur DEUS deorum in Sion. Quamobrem hic collyrio bonorum operum oculos cordis acuamus, ut illic DEUM videre possimus. Quia secundum Evangelium, beati mundo corde, quoniam DEUM videbunt. Ac proinde oportet hic interioris hominis præparetur intuitus, ut illic non hebetentur obtutus.

[Margin references: 1. Joan. 4. 18. — Mat. 7. 10. — Mat. 10. 41. — Mat. 12. 36. — Mat. 5. 28. — Gal. 6. 10. — Gen. 30. 33. — Psal. 83. 8. — Mat. 5. 8.]

Do-

SÆC. V. ANNO 480.

Domino sancto, ac beatissimo, & mihi peculiari cultu affectuque specialiter excolendo Papæ (a) Sedato Episcopo Ruricius Episcopus.

Ep. XVII. CUlpatis me sæpius, & crebrius imputatis, quod individuæ mihi in Christo Domino beatitudini vestræ hucusque non scripserim. Utinam sic esset facultas faciendi, sicut est voluntas scribendi, & caritas, quæ corde concipitur, ore promatur. Sed ubi deest effatus, silet affectus, & intra latebras pectoris contenta est sui conscientia, se non esse in dilectione culpabilem, etsi in officiorum redhibitione se non cernit æqualem. Quia confidit, quod sicut ipsa amorem fratris in se sui conjectione persentiat, ita & diligens frater eum similiter possit ex sua dilectione cognoscere. Quia nulla re melius aliorum cordium secreta, quàm arcanorum nostrorum contemplatione metimur. Tantum enim nos caritate diligimus. Parui itaque petitioni vestræ, parui jussioni, ut qualibuscunque sermonibus contexta vobis scripta transmitterem; quæ vos, si nos simpliciter, ut confido, diligitis, aut confestim delebitis, ne quod vobis cordi est, aliis incipiat esse despectui; quia non æquali judicio amor audit, & odium: aut certe vobis tantum relegenda servabitis, ut quoties in vobis videndi nos caritatis ignis exarsit, desiderium vestrum eorum colloquio temperetis. Quin etiam ut amoris nostri circa vos sinceritatem plenius nosceretis, injuriam inferre præsumpsimus. Quia certi sumus, quod non tam diserta cupiunt audire, quàm fortia; non tam voluptuosa, quàm vera. Quapropter credimus, quòd pietati vestræ nec longitudo paginæ nostræ adferat satietatem, nec rusticus sermo fastidium; scientes quod quanto nos amplius ruminaveritis, tanto esuriatis ardentius.

SANCTO RURICIUS CLIENS PATRONO.

Ep. XVIII.

SEDATO, *monitis parens paternis,*
Grates concinit, & refert salutem.
Quem blandis precibus rogat, timendo,
Ne fors displiceat levis camœna,
Tanti judicio minor magistri.
Hoc tu luminibus libens * *reversa,*
Hoc sanctis manibus frequens revolve;
Hoc tu dum relegis, mei memento,
Me semper recolat, canatque lingua,
Et mens me teneat, sopor retentet,
Me semper recinat tuum libellum.
Hos tu visceribus piis reconde.
Hos tecto residens, viamque carpens,
Hos inter calices, foro recumbens,
Et parcas epulas cibosque dulces,
Antro pectoris & medulla cordis
Inclusos recita, canente mente,
Sic nos & mutuos videre vultus,
Et vivis tribuat referre verbis,
Quæ nunc intima pectoris fatigant.
Largitor Deus omnium bonorum,
Christus cum Patre sempiterno regnans
Sancto spiritui dignantes hymnos.
Finiunt versus.

* *Al. remitte.*

Domino individuo semperque magnifico Filio (b) Rustico Ruricius Episcopus.

Ep. XIX. *Preces pro reis confugientibus ad ecclesiam.*

INquietudinem mihi ab aliis, & vobis à me facit amicitia communis. Quia qui me apud vos, non dico multum, sed omnia posse confidunt, ad ecclesiolam nostram pro

(a) Fuit ille Nemausensis Episcopus, ad quem sæpius scripsit Ruricius. BASN.

(b) Fuere plures Rustici eo tempore. Annalium Massiliensium scriptor Rusticum sibi finxit Massiliensem episcopum, qui fuit forsan Narbonæ, Narbonensis autem secundas in his Galliarum Provinciis, post Episcopum Arelatensem, partes tenebat. Est illius Narbonensis episcopi ad Eucherium Epistola a *Sirmondo* edita. Sed is, qui jàm episcopus ab anno 430. obierat proculdubio, cum scriberet Ruricius, episcopus non nisi an. 470. Fuit alter Ruricius, vir illustris Burdigalensis, quem solo nomine Rusticum appellat Sidonius.

Solo nomine Rusticum video.

Hic fuit, ad quem scripsit Ruricius epistolas 19. & 53. hujus libri. BASN.

sua securitate confugiunt. Quorum non possum non & condolere gemitibus, & precibus obedire, ut pro ipsorum quidem reatu, sed & pro vestro pariter profectu, potestati vestræ attentius supplicem. Nec mireris, quod dixi illorum reatum ad vestrum pertinere profectum. Siquidem illorum indulgentia, vestra fit venia. Sicut & inopium indigentia, largientium esse noscitur copia. Hoc enim nobis retribuetur in judicio, quod præstiterimus in sæculo. Dicente ipso Domino: Dimittite, & dimittetur vobis, date & dabitur vobis. & iterum: si dimiseritis hominibus, & pater vester dimittet vobis peccata vestra. Unde evidenter agnoscimus Deum nostrum sententiam suam in nostra posuisse censura. qui precum nostrarum misericors & justus auditor potestati suæ de nostra lenitate præscripsit; ut in eos quodammodo non haberet jus severitatis, quos hic avidos non perspexerit ultionis. Quia quod ipse est, hoc & nos esse desiderat. Misericors est; misericordes quærit dicens: Estote perfecti sicut & pater vester perfectus est. Quotidie veniam peccantibus & supplicantibus tribuit; Ideo & indulgentiam à peccatoribus poscit. Unde & oratione Dominica ipsius dicimus doctrina: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quibus verbis durissimis nos vinculis illigamus, nisi quod pollicemur implemus. qui & per Prophetam sic dicit: Homo homini tenet iram, & à Domino quærit medelam. Quapropter pro BAXONE, qui ad * ecclesiam usercæ confugit, intercessor accedo; sperans ut primum pro Dei timore, deinde pro nostra intercessione ipsi parcere digneris. Cujus absolutione & in nobis tollere confusionem, & vobis potestis comparare mercedem.

SÆC. V. ANNO 480.

Luc. 6. 38. Mat. 6. 14. Mat. 5. 48. Mat. 6. 12. Eccli. 28. 3.

* Fort. Ecclesiæ viscerа vel uterum.

Ruricius Episcopus Capilluto filio salutem.

Ep. XX.

INgrata mihi est frequentior ægritudo vestra; quæ mihi etiam videtur esse commonitio divina, qua mavult Dominus noster pro sua pietate largissima peccatores castigare, quàm perdere; ut quos annorum suorum ætas longæva non * convenit, vel convincat infirmitas, ut deponant sæculi byssum, & sumant ecclesiæ vestimentum, quod est cilicium, contritionis indicium. Quia cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Ille enim vadit ad cœlum, qui se collidit ad solum. Quia qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Unde & dicit pœnitens ille perfectus: adhæsit pavimento anima mea, Domine vivifica me secundum verbum tuum. Quid est, secundum verbum tuum, nisi secundum promissionem tuam? quod qui coram te peccata sua deflerit, compunctus in mundo, tu eum perducis in regno, ubi possit deinceps cantare securus: Audivit Dominus, & misertus est mihi: Dominus factus est adjutor meus. Convertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum, & præcinxisti me lætitia. Unde suadeo pietati vestræ, ut quod cogitastis, celerius, Deo adjuvante, faciatis. Quia mors non tardat, ipso Domino dicente: Ne tarderis converti ad Deum, nec differas de die in diem. Subito enim venit ira ejus & in tempore vindictæ disperdet te. Ideoque dum tempus habemus, convertamur ad Dominum, ut non cum hoc mundo damnemur. Quia sine dubio illi misericors Deus suum præstat auxilium, quem circa præcepta sua cernit attentum.

* Fort. convincit, vel, correxit. Psal. 50. Mat. 23. 12. Ps. 118. 25. Psal. 29. 12. Eccl. 5, 8.

Ruricius Episcopus Eufrasio (a) Episcopo.

Ep. XXI.

GRatias ago sincerissimæ in Christo Domino germanitati vestræ, quòd perlato tædio ad vos nostro, confestim nos litteris vestris visitare tanti habuistis. qui dum infirmitatis nostræ sollicitudinem geritis, sanitatem vestri pectoris approbatis. Quia sicut ipsi melius nostis, finis præcepti est caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Et qui visitat infirmum in dilectione firmatur. Unde peculiarius spero, ut quem requiritis affatibus, orationibus adjuvetis. Redeuntibus itaque gerulis litterarum reddo mutuum sospitationis officium & sicut ad vos rumor pervenit, sufficienter me secundum miserationem divinam, non secundum merita mea tribulatum esse significo. Quia ipse qui cibat lacrimis in minima mensura, castigationi, juxta pietatem suam, pro imbecillitate nostra, modum statuit, ne infirmitas nostra in manus suæ correptione defecerit. Ideoque propitia miseratione sua jam commodiorem esse me nuntio; consolationem vobis vestri mœroris pagina deferente transmittens,

1 Tim. 1. 5. Psal. 79. 6.

Ddd

(a) Fuit ille Arvernorum Episcopus duodecimus. Aprunculi successor. Divionensem sedem jam ante occupaverat, ibique Quintianum Gothorum insidias fugientem humaniter recepit. ei in episcopatu Arvernorum successit Apollinaris Sidonii filius. BAIN.

SÆC. V. ANNO 480.

tens, ut qui estis laboribus nostris pro caritate compatientes, sitis lætitiæ in Dei nomine de recepta incolumitate participes, ipsius lectione dispono. Ora pro me.

Domino devinctissimo semperque magnifico Vero Ruricius Episcopus.

Ep. XXII.

RElectis litteris pietatis vestræ, Deo gratias egi, quod vos prius revaluisse, quam infirmatos esse earum relatione cognovi. Quod vobis tam frequenter accidere, propitio potius Deo, quàm offenso confido. [*Prov. 3, 11. Hebr. 12. 6.*] Quia quem diligit Dominus, corripit. Castigat autem omnem filium, quem recipit. In divina itaque vos disciplina susceptos sedula admonitio & mitis ostendit. Quia paterna clementia mavult per multimoda incommoda negligentem corrigere filium, quam punire peccantem; mavult nutantem ac dubium ad servitium suum habenis piæ moderationis attrahere, quàm errabundum & per sæculi præcipitia lapsantem acriore verbere coërcere. Ipse est enim indulgentissimus [*Luc. 15.*] paterfamilias, qui animam suam ponit pro ovibus suis. Ipse est bonus pater, qui ovem perditam ad caulas Dominicas mavult propriis humeris reportare sollicitus, quàm sti- [*Luc. 15.*] mulis urgentibus revocare districtos: Ipse est pater pius, qui male prodigo filio, & præceptæ substantiæ decoctori, ad se vel sero redeunti non solum crimina anteriora non imputat, verum etiam præmia amissa multiplicat, dum ulnis fovet, osculis permulcet, muneribus ditat, doctrina confirmat, non tantum ad ejus indignatus abscessum, quantum lætatus ad reditum. [*Heb. 1, 1.*] Ipse enim horum omnium nominum in se effectus affectusque suscepit, ut sicut dicit Apostolus, multifariè multisque modis nos erudiret verbis, instrueret disciplinis, provocaret beneficiis, informaret exemplis, reconciliaret prece, redimeret passione, vivificaret morte, immortalitate donaret, justi- [*Rom. 5, 10.*] ficaret resurrectione, ascensione portaret. Et reconciliatos per sanguinem suum, in [*1 Joan. 2. 2.*] eam, à qua excideramus, Patris gratiam reformaret. Ipse enim est apud patrem pro- [*Rom. 8, 34.*] pitiatio nostra, sine cessatione suggerens pietati suæ: [*Joan. 17, 10.*] Pater non solum pro his rogo, sed pro his qui credituri sunt in me per verbum illorum. [*Joan. 17. 24.*] Pater volo, ubi ego sum, & ipsi sint mecum. [*Luc. 23, 34.*] Pater ignosce illis, nesciunt enim quid faciunt. Ipse nobis quotidie per Apostolum suum clamat: [*1 Joa. 2. 16.*] Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt; qui enim diligit mundum, non est caritas Patris in eo. Quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ humanæ, quæ non est de Patre, sed de mundo est. Et mundus transit, & concupiscentia ejus. Qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in æternum, sicut & Deus manet in æternum. [*Mat. 11. 28.*] Ipse in Evangelio blanditiis invitat, muneribus provocat, adhortatione sollicitat, dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & reliqua. Ut quasi jugum salutaribus subdentes colla præceptis, salutari suo libertatis & misericordiæ currui subiungamur, & ideo auderemus revocantem sequi, audire clamantem, blandientem modo non spernere; ne sentiamus postmodum judicantem. quo [*Mat. 19. 28.*] judicio? Sicut ipse in Evangelio præmonere & docere dignatus est: Cum in majestatis suæ sede consideret, quando non solum merita ponderaturus & facta, verum etiam verba est discussurus & vota. Quem hic nunc viderit salutaria sua præcepta negligere, [*Mat. 25, 3.*] & admonitiones suas saluberrimas superba mente contemnere, non solum cum stultis à janua regni cœlestis excludet, verum etiam partem ipsius cum infidelibus de- [*Luc. 12. 46.*] putabit; ut cum quibus habet in sæculo societatem, cum iisdem in æternum habeat portionem.

Filio Constantio (a) Ruricius Episcopus.

Ep. XXIII.

QUamlibet Baccho, symphoniis, & diversis musicis, nec non etiam & puellarum choris te deditum esse cognoverim, Tamen quia bonum est ab his, dum pervalde fervet adulescentia, aliquoties respirare, & magis Domino vacare, quàm Libero; parentibus quoque operam dare, quàm cantibus; moneo ut crastino, quod erit quarta feria brivæ, temporius tamen, quod te facturum minime credo, mihi jejunus occurras.

(a) Constantium, quem ut sæculo nimis deditum increpat hic Ruricius, quique magis Libero vacabat quam Domino, nec diebus festis jejunus aderat templo, laudavit sæpius Sidonius. Fuit vir singularis ingenii, quique eloquentia sua Romanis partibus multum profuit. Fuit eminens Poeta Sacræ litteraturæ studiosus, erat autem Lugdunensis Presbyter maleque episcopus dicitur ab Isidoro. Vitam S. Germani scripsit eleganti stylo. Est altera ad eum Ruricii epistola numero 42. BASN.

SÆC. V. ANNO 480.

Ejusdem alia.

Ep. XXIV. *Videtur esse scripta ad eundem Constantium.*

ALiud mihi, Deo teste promiseras, quod ipsum deberes colere, non * Janum; cujus criminis etiam me vis esse consortem, ut ego ad hunc errorem colendum delicias subministrem, & oleum incendio superfundam. Quod neutro nostrum noveris expedire. Sed dices fortasse, Pollicitus es. Quo ore à me promissa perquiris, cùm tu sacramenta violaveris? Unde dabis veniam meæ promissioni, quamdiu te huic servire cognovero * parsioni. Ne confirmare videamur pactum, cujus reprehendimus factum; & simus scandalo, * cujus esse debemus exemplo.

* *Fort. Janum.*
* *Fort. portioni, vel, persona.*
* *f. quibus.*

Ruricius Apollinari suo salutem (a).

Ep. XXV.

QUia nostri curam semper gerere pro mutua caritate dignamini, indico sollicitæ pietati, & piæ sollicitudini vestræ, nos non parvum quidem, sed, Deo propitio, voluptuosum, à vobis reversum, sumpsisse negotium, quod nobis plurimum prodesse possit, si aut intentionem intellectus, aut intellectum sequeretur ingenium. Sine causa enim solis ortum cœcus exspectat. Ille quidem videntibus semper exoritur; non cernentibus vero jubar ipsius, quasi nubibus semper operitur. SOLIIUM enim nostrum domnum patremque communem, quem transscribendum sublimitati vestræ dedisse me dixeram, legendum recepi. Cujus lectio sicut mihi antiquum restaurat affectum, ita præ obscuritate dictorum non accendit ingenium. quamlibet ipsum post tam longi temporis spatium caritatis igniculum scintillis suis inter oblivionis favillas utcunque relucentem, nonnunquam & suspiriosis fletibus excitemus, & interdum dulcibus nobis fletibus inrigemus; quo tamen illo imbre perfusus quanto magis inficitur, tanto magis incenditur. quia per lacrimarum copiam desideriorum atque affectuum crescit flamma, non deficit. Hunc ergo, si Dominus piæ difinitioni vestræ tribuet, ut fautor effectum, vobis præsentibus percensere festino & effici discipulus de magistro. Quia non me pudet etiam in hac ætate, nec piget discipuli arripere industriam, dummodo affecta ætate artis consequar disciplinam. Prius enim quilibet debet discere, quàm docere. Quia præproperè doctoris usurpat supercilium, nisi discipuli susceperit ante famulatum. Quid enim justius, quàm ut ipse sis paterni interpres eloquii, qui universa quæ ille conscripsit, non tam de codicis membrana, quàm de cordis potes pagina proferre. Cujus vos esse filios non solum generositate prosapiæ, verum etiam & eloquentiæ flore, & omni virtutum genere comprobatis: Quæ bona vobis non tam doctrina contulit, quam natura. Quia rivus de fonte prorumpens licet fluendo proficiat, & plenitudinem currendo conquirat, auctori tamen unde sumit vocabulum, debet & meritum. quem si divina clementia usque ad hoc tempus superesse voluisset, sicut jam tum de vestra imitatione lætabatur, ita nunc de perfectione gauderet; cùm spem ad rem cerneret pervenisse; nec sibi invideret æqualem, quem optaverat esse meliorem.

Sidonium intelligit. quem Solium alii vocant.

Item Ejusdem Alia.

Ep. XXVI.

QUamlibet per diaconem JUSTUM non meruerim litteras benigni pectoris & facundioris accipere, quibus & erudiretur ingenium, & desiderium pasceretur. Ego tamen, qui malo affectuosus rusticus, quàm urbanus impius judicari, scribendi oportunitatem mihi perire non passus sum; utpote qui mihi nollem, non dicam occasionem scribendi, sed nec videndi vos, unius saltem horæ spatium deperire. Ideoque salve plurimum dico; & rogo, ut sine communi detrimento, & utriusque compendio, nos semper, opportunitate porrecta, litteris vestris inlustrare dignemini.

(a) Apollinaris fuit illius celeberrimi Arvernorum episcopi filius. Hunc laudavit Ruricius tanquam Patris vestigiis inhærentem: *cujus vos esse filios, non solum Generositate Prosapia, verùm etiam & eloquentiæ flore, & omni virtutum genere comprobatis.* Laudaverat filium pater; nos tamen natum degenerem mox sumus probaturi: Victorium ducem in Italiam secutus, eo occiso, apud Mediolanum relegatus est: rediit Arvernam profugus. Deinde Vocladensi prælio adfuit, ibi ipsum cum maximo Arvernorum populo corruisse asserit Savaro. Sed iterum evasit Apollinaris. Placidinam habuit uxorem, illa vero cum sedem Arvernorum obitu Eufrasii vacare audiret, electumque *Quintianum*, ipsum adiit supplex orans, ut Apollinaris episcopatu Arvernorum gaudere. cessit precibus Placidinæ Quintianus. Apollinaris *vero oblatis regi muneribus in episcopatu successit, quo abutens quatuor mensibus migravit ad sæculum.* Vixit igitur Apollinaris post Vocladense prælium, contra quam asserit Savaro. Fuitque filius degener qui oblatis Regi muneribus Sedem a parente occupatam tenuit, eaque abusus est. Filium habuit Arcadium, cujus ignaviâ Arvernia fuit devastata. Mater Placidina & soror Patris Alcima comprehensæ apud Cadurcum urbem, rebus ablatis exilio sunt condemnatæ, ipse vero Arcadius, sceleris auctor, Bituriges petiit. Sic degeneres Heroum filii. BASN.

Greg. Tur. l. 3. c. 12.

SÆC. V. ANNO 480.

mini. Quia quod nobis in affectu impenditis, non expenditis; quod tribuitis, non amittitis; & quod nobis in charta transmittitis, vobiscum in corde retinetis.

Ruricius Ommacio suo salutem.

Ep. XXVII.

SIc à pietate vestra discessi, quòd à vobis penitus non recessi. In eadem vos parte hominis interioris exhibui, in qua vobis remansi. Scio quia ibidem remansi, unde me nec insidiator antiquus potuit, neque recens * consiliator excludere. Unde etiam sententia illius vos sapientissimi Salomonis admoneo: Fili ne derelinquas amicum antiquum, novus enim non erit similis illi. Vinum novum amicus novus, veterascet, & cum suavitate bibes illud. Et ideo nos veterascamus in amicitiis, & de die in diem affectibus innovemur. quod si amicus relinquendus non est, quanto magis pater, qui erudiit, qui nutrivit, qui adjuvante Domino ad sacerdotium usque perduxit: cui fortasse etiam juxta divinam misericordiam lucis istius debetur usura. Sed hæc ego beatitudini tuæ scribo, non quasi aliquid imputans, aut exprobrans, sed ut filio carissimo, quem sine ullo nævo cupio in hoc mundo impietatis incedere, & purum atque immaculatum in illo die judicii coram Deo, & angelis ejus, ac congregatione carnis totius apparere. Saluto itaque unanimitatem tuam, & rogo, ut pro me orare digneris, simulque cùm oportunum vobis fuerit, nos tanti habeatis visitare. Vale.

* Conciliator. Eccli. 9. 14.

Ruricius Eufrasio (a) suo salutem.

(a) De eo ad ep. 10.

Ep. XXVIII.

MIror sanctitatem vestram post tantorum & talium virorum judicia potius, quàm rescripta, inscitiæ meæ quæsisse sententiam. quod vos magis pro necessitudine, quàm necessitate fecisse conjicio; ne cujus tanti habetis præcipuum in animo tenere cultum, videremini in negotio prætermisisse consensum. Unde gratias ago individuæ mihi in Christo germanitati vestræ, quod ita de nobis præsumere & judicare dignamini, ut nihil habeamus aut in caritatis simplicitate subdolum, aut in veritatis puritate fucatum. Reddo itaque debitum unanimitatis officium, & de causa, qua mihi scribere dignati estis, idem me quod & fratres nostros sentire significo. Sed quid facto opus sit, vel quid mihi potissimum fieri debere videatur, per Diaconem vestrum verbo fideliter intimavi, quia.... m. fuit litteris indicare. Ora pro me.

Ruricius Eracliano suo salutem.

Ep. XXIX.

QUi se reum de officio esse cognoscit, prius supplicare debet, quam audeat salutare. Quia sicut inportune occurritur imputanti, ita oportunè remittitur confitenti. Et ideo nos nostram in palam produximus noxam, ut facilius pervenire possimus ad veniam. Quia non relinquitur locus imputationi, cùm aditus patuerit deploranti, secundum illam sententiam: Dic tu prior iniquitates tuas, ut justificeris. Non enim prævalebit accusantis invidia, ubi humilitas præcesserit supplicantis. Quamobrem nos si jam excusando diluimus culpam, veniamus ad causam. Salutem ergo tantam dicimus pietati vestræ, quantam potest affectus intelligere, & non potest sermo proferre; quantam sentire possumus, & non valemus exponere; quantam potest interioris mens desiderio calefacta concipere, & non potest lingua exterioris adserere. Unde gratias agentes ipsius caritatis auctori, qui eam in cordibus vestris est dignatus inserere, oremus ut præcipuum sua * largitatio munus in nobis custodire semper, & jugiter dignetur augere. Quia juxta Apostolum ipsa est eminentior via, quæ ducit ad vitam. Quod superest, specialiter quæso, ut communi patrono nobis quotidie supplicetis. Quia, sicut legitis, multum valet oratio Justi assidua. Et sicut ipse Dominus noster in Evangelio dicit de illo, qui tres panes ab amico suo noctis tempore, importunè quidem, sed salubriter, quod improbitati præstitum fuerit insistentis, quod negabatur amicitiis flagitantis. Reliqua per portitorem verbo mandavi, quæ longum fuit litteris indicare. Unde sicut principium Epistolæ continet, rogo, ut pro tarditate veniam dare dignemini. Vale.

* f. largitio. Jac. 5. 16. Luc. 11. 8.

Ruricius Episcopus Capilluto filio salutem.

Ep. XXX.

GRatias ago pietati vestræ, quod me consulere de * civitatis ordinatione dignamini; cum vobis sufficere, Deo propitio, satis abundeque possitis. Et ideo quia quod vobis & fratribus vestris placet, nobis displicere non debet. Bene facitis, ut homi-

* hæc vox, ut puto, corrupta est.

hominem, quem communis consensus elegit, ordinetis. Sed admonete illum ut veritati studeat, non falsitati; paci, non perditioni; disciplinæ, non discordiæ; utilitati publicæ, non privatæ cupiditati; Justitiæ, non rapinæ. Tueatur bonos, emendet reos: miseros non faciat, sed defendat. Corrigat sontes, custodiat innocentes; ut ita agens magis futuro possit placere judicio, quam præsenti. SÆC. V. ANNO 480.

Domino illustri semperque magnifico filio Agricolæ (a) Ruricius Episcopus.

Ep. XXXI. *De restitutâ sanitate & Pœnitentia.*

RElectis litteris sublimitatis vestræ, gratias Deo egi, quod vos prius revaluisse ordinatione ipsius, quàm infirmatos esse cognovi, & nobis anxietatem tolleret, & vobis redderet sospitatem. quam tamen infirmitatem vobis clementer illatam, propitio potius, quam irato ipso Domino nostro, pro solita ejus pietate, conjicio. Sic enim legimus, quod corripiat Dominus, quem diligit; diligit autem omnem filium, quem recipit. (*Hebr. 12. 6.*) Quod etiam in vobis, quantum audio, re probatur; ut ordinatis affectibus vestris, suum vobis insinuaret affectum, & habitu animoque mutato, jugum vobis suæ lenitatis imponeret, ut salutari currui suo colla subdentes, dum mandatorem suorum leve onus evehitis, peccatorum gravem sarcinam deponatis. Hæc est enim mutatio dexteræ excelsi, (*Psal. 70. 11.*) dum de peccatoribus justos, de extraneis domesticos, amicos sibi facere dignatur ex servis. Superest, ut nunc conversionem, quam protulistis in veste, probetis in corde; & hæc commutatio inter indumentum vestrum habeatur, & animum; ut sicut ille sub candidis vestibus habuit hucusque nigredinem, ita nunc sub pullis vestibus operum luce candescat. Peccator enim qua die conversus ingemuerit, tunc salvus erit. Dummodo juxta sancti Pauli Apostoli sententiam, Sicut exhibuimus hactenus corpora nostra servire sæculo, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibeamus membra nostra servire justitiæ in sanctificationem. (*Rom. 6. 13.*) Nec simus, quasi timentes Deum, aliud sermonibus prætendentes, aliud habentes in moribus; aliud ostentantes in vestibus, aliud actibus comprobantes, ne nos mordeat sermo ille Dominicus, Sub vestitu ovium, luporum rabiem contegentes. Quia oculus ille divinus, sicut scriptum est, omni loco bonos speculatur & malos. Sine dubio, quem ad se integro corde transire conspexerit, ipse in cor illius jugi habitatione descendet, ut eo habitatore non careat, cui se præparavit habitaculum. Gratias itaque Domino nostro super tam inenarrabili ejus bonitate in commune referamus, qui mavult servos monere, quàm perdere; corrigere, quàm punire; & pro usura brevis vitæ perpetua regna donare. Quod superest, saluto plurimum, & ancillam vestram vobis peculiari insinuatione commendo: quamlibet hoc salva vestra pietate non egeat; ut quo eam suscipere tanti habuistis affectu, semper foveatis, indultuque largitate divina utrosque nos sibi paravit obnoxios; vos avos faciens sua fœcunditate, nos proavos. Domnam filiam meam desiderio & honore, quo dignum est, sospito. Ob cujus, si facultas esset ambulandi, erat voluntas promptissima vos visendi; ut quam interioribus oculis pro affinitatis ipsius conjunctione jugi recordatione conspicimus, exterioribus cerneremus. Opto bene agas.

Domino Sancto, & Apostolico, omnique à me honore, & amore specialius colendo Fratri Cæsario (b) Episcopo Ruricius.

Ep. XXXII. *Excusatoria quod non adfuerit Synodo Cæsarii.*

FRater & Conpresbyter noster CAPILLUTUS dupliciter hac vice nobis gratus apparuit, dum & ipse nobis jam diu desideratus occurrit, & quandam vestri præsen-

(a) Fuit Agricola vir illustris, Aviti Imperatoris filius, Bedicii frater, qui tum comes Magisterque militum Arvernorum multa in urbis defensione adversus Gothos gesserat, illius sororem, Papian illam, uxorem duxerat Sidonius Apollinaris, ut patet ex ep. l. 2. ep. 12. BASN.

(b) Scripserat ad Ruricium Cæsarius ut concilio ex universa Gothorum dictione Agathæ convocato præsens adesset. Habetur ejus epistola inter epistolas Fausti, superius editas. Celeberrimum fuit illud concilium in quo Galliarum Primatem se gerebat episcopus Arelatensis, qui concilia convocabat illisque præerat. Autumat vir eruditissimus Balusius hanc dignitatem Cæsario autoritate Pontificali fuisse demandatam & sancitam. Sed eo tempore, anno scilicet 506. Symmachus Romanæ sedis Præsul jura, prius Æonio Arelatensi episcopo concessa, penitus abrogaverat, Constitutionem Leonis magni a se restitutam confirmaverat, asserens levem inconstantemque animum Pontifici non convenire. Verum equidem, abrogata illa jura denuo instaurasse Symmachum ipsique Cæsario utenda concessisse. Sed effluxerunt anni octo a concilio Agathensi ad Vicariatus Arelatensis restitutionem. Propria igitur nisus auctoritate contemptoque Romani præsulis edicto concilium Agathense convocans Cæsarius ad Ruricium ut adesset scripserat; renuit Ruricius, eo quod non satis firma valetudine uteretur; sed potius eo quod se à Cæsario despectum crederet, aberant etiam plerique è provincia Viennensi, qui quamvis Alarico subditi coram Arelatensi Præsule fasces demittere nolebant, & propria jura à Symmacho recens confirmata venditabant. (*Conc. Agath. c. 235. p. 138.*) Iratus eorum absentia Cæsarius legem sanxit, quâ ferebatur, ut si Metropolitanus episcopus ad comprovinciales epistolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem summi Pontificis, aut ad Synodum invitet, *postpositis omnibus, exceptâ gravi infirmitate corporis, aut præceptione Regia, ad constitutam diem adesse non differant.* Hoc decretum à Concilio latum, tum etiam Cæsarii querelæ de Ruricii absentia, huic epistolæ dederunt occasionem. BASN.

SAEC. V. ANNO 480. sentiam nobis per vestras litteras repræsentat. Quo redeunte has reddere procuravi, quibus debitum beatitudini vestræ rependo caritatis officium. Quod vero scribitis, cur ad Synodum, sicut conlocutio habuit nostra, non venerim, fecit hoc infirmitas, non voluntas. Ipsi enim recolere potestis, quàm fessum me * burdigalia videritis; & hoc hyeme, quando esse soleo fortior solito. Quia æstivis diebus etiam in hospitio meo, & locis frigidis, ipsam consuetudinariam infirmitatem sustentare vix valeo; ne dicam, quod * illos cœtus regionis illius ferre quiverim, si venissem. Unde magis spero, ut pro me orare dignemini, & ad tempus aliud, quod intimatis, si Deus vitam cesserit, venire vultis, nobis per hominem vestrum maturius indicetis. Quia litteras vestras ad me modo tardissime venisse significo. Quia etsi non pro dignitate, vel pro ætate, non debemus tardius, quàm alii commoneri, qui fortasse (ut minus prudens, dicam) merebamur ambiri. Quia si aliis nomen urbium præstat auctoritas, nobis autoritatem demere non debet urbis humilitas. Siquidem multo melius, multoque eminentius est, civitatem de sacerdote, quàm sacerdotem de civitate noscere.

* f. Burdigali.

* æstus.

Domino sancto & Apostolico mihique in Christo domino speciali cultu affectuque ceteris præferendo patrono Sedato Episcopo Ruricius Episcopus.

Ep. XXXIII. DUm scribendi vobis omnis pectoris mei animus vos sitiens occasionem frequenter inquirit, aliquando diuturna meditatione pertractans reperit idoneum portitorem, per quem & silentia longe disrumperem, & sibi spiritales delicias postulare, oris vestri cupiens rore respergi. De qua, credo, siti sanctus Psalmista dicebat: Anima
Psal. 142. 6. mea sicut terra sine aqua tibi. Illa nimirum aqua ariditatem corporis sui restinguere sobria ebrietate desiderans, de qua Dominus noster in Evangelio clamare dignatur:
Joan. 7. 38. si quis sitit, veniat, & bibat. Flumina enim aquæ vivæ de ventre ejus fluunt. Hanc
Joan. 4. aquam Samaritanæ etiam idem Dominus offerebat, hoc est, Ecclesiæ ex gentibus congregandæ dicens: Aqua quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Hanc aquam si quis fidelis non gustu tantum summo tenus ore libaverit, sed totis animæ visceribus appetens conviva sorbuerit, protinus in laudem Domini omnipotentis erumpit; & hoc incipiet ructare quod biberit; sicut beatissimus Evangelista atque discipulus, qui super pectus Domini recumbere meruit, mysteria regni
Joan. 1. cœlestis audivit, & in illam vocem, quam ante nullus audierat, clamavit: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat illud verbum, quod sine tempore à Patre genitum, in tempore creatur ex matre, ut creator fieret; ut esse possit humanitatis quædam portio, divinitatis totius plenitudo; & plenitudinem humanitatis portio ipsa humanitatis sua passione redimeret; dum imago invisibilis Dei, forma fit servi; ut possit impassibilis pati, incomprehensibilis capi, immortalis mori, qui mortem occumbendo perimeret, ut vitam resurgendo repararet. Sed quid ego oblitus mei, avidus tui, quasi de hujuscemodi rebus tecum conloquens, & inde in desiderium tui vehementius perardescens, restinguere sitim meam velut quodam dilectionis rivulo festinans, inscrutabilia & inaccessa pertentans, quid loquar, qui loquar, cui loquar non considero. Sed dabit, ut confido, veniam pietas, quam committit affectus. Quia caritas omnia sustinet. Salve itaque plurimum dico individuo mihi pectori vestro, & rogo, ut pro me incessanter orare dignemini, simulque etiam partem corporis mei, per quam vobis has trado, peculiari insinuatione commendo, ut in illis, quàm me diligatis integre comprobetis. quos vobis eo arbitror fore cariores, quia meam vobis secum deferunt portionem. quibus quid-
1. Cor. 12. 26. quid dignati fueritis dilectionis impendere, nobis vos conferre cognoscite. Quia si juxta sanctum Apostolum minus membrum majori in dolore compatitur, & majus procul dubio in minoris prosperitate lætatur. Et ita demum fit, ut omnibus usquequaque membris in pace & quiete compositis, caput, totius corporis rector utpote & dominator, exultet. In quo capite omnia membra jubentur aspicere, dicente Prophe-
Eccl. 2. 14. ta: sapientis oculi in capite ejus. quod alius Propheta evidenter exponit dicens:
Psal. 24. 15. Oculi mei semper ad Dominum. quia ipse evellit de laqueo pedes meos. Et iterum:
Psal. 122. 1. Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlo. Erigamus itaque oculos cordis nostri ad Christum & in mundi istius nocte manus nostras operibus fructuosis extollamus ad Dominum, & ipse caput nostrum esse dignetur, & nos adhærere capiti nostro, ut illa corporis sui membra esse mereamur, ut de hoc seculo discedentes, tanquam exi-
Psal. 13. 1. tu Israël de Ægypto dicere redemptori nostro possimus: Adhæsit post te anima mea,
Psal. 62. 9. me autem suscepit dextera tua. Cùm ea diebus ac noctibus fuerit in corporis hujus carcere meditata, unde non confundatur ad vota. Ora pro me.

Do-

Domino sancto, & Apostolico, mihique in Domino speciali cultu affectuque ceteris præferendo patrono Sedato Episcopo Ruricius Episcopus.

Ep. XXXIV.

PEr * arciatrum PALLADIUM litteras fœcundi cordis, & facundi oris accepi, quæ nos ad visionem mutuam voto pectoris invitabant. Sed quid facimus, quòd desideriis animorum nostrorum diversa membrorum resistit infirmitas? dum vos nimietate robusti, nos tenuitate exesi corporis impedimur: dum vos alieni, & quatuor pedes ferre nequeunt ponderosos; me etiam proprii & duo sustinere præ defectione vix possunt. Quo fit, ut implere communia vota nequeamus. Ego enim (testis est Dominus) quod si valuissem, ad Synodum condictam omni aviditate venissem. Sed mea disposita itineris voluntate necessitas imbecillitatis inhibuit. quia aëres regionis illius præsertim hoc tempore ferre non poteram. quod & vos ita credere confido, & pravos ad aliud derivare non dubito. His itaque sufficienter, ut potuimus, indicatis, salutatione animi desideranter impensa, si dignum ducitis, transmisi vobis * caballum, qualem vobis sciebam esse necessarium, mansuetudine placidum, membris validum, firmum robore, forma præstantem, factura compositum, animis temperatum, scil. nec tarditate pigrum, nec velocitate præproperum, cui frenus ac stimulus sit sedentis arbitrium, cui ad evehendum onus & velle suppetat pariter & posse: ita ut nec cedat superposito nec deponat impositum. Superest ut rescripto, quomodo vobis placeat, indicetis. Quamlibet ita de individuo mihi corde præsumam, quod vobis etiam mala à me commissa, non dicam transmissa complaceant. Tanta est enim integri vis amoris ut in * amicum nil displiceat; cum magis malum displicere debeat. Et hinc illud est, quod judicia hominum aut amore præpediantur, aut odio ut recta non proferantur. Vos vero, quos nec odium exasperat, nec inflammat invidia, & jocos nostros libenter accipite, & de sospitate vestra vel actibus affluenter instruite, ut dum vos diutius legimus, copiosius imbuamur. Ora pro me.

* *Archiatrum.*

Aerem.

* *Hinc patet, illam Sedati decimam quartam Epistolam fol. 397. esse responsoriam ad hanc Ruricii.*

* *f. amico.*

Domno sancto & Apostolico, mihi in Christo Domino specialiter excolendo fratri, Cæsario, (a) Episcopo, Ruricius Episcopus.

(a) *De eo superius.*

Ep. XXXV.

QUi occasiones scribendi nobis invicem pro mutua caritate inquirimus, oblatas prætermittere non debemus; ut conferat nobis quandam præsentiæ portionem sermo * meditator; qui emittitur, nec amittitur; tribuitur, & habetur, videtur discedere, nec recedit; à me dirigitur, à te suscipitur; à me scribitur, à te legitur, nec tamen dividitur; cùm quasi divisus, integer tamen utriusque corde teneatur. quia verbi more divini traditur, & non egreditur; confertur indigenti, & non aufertur auctori. accipientis lucrum sine dispendio largientis; ditans inopem, nec attenuans possessorem. Ideoque veniente illo nepote meo dulcissimo PARTHEMIO has per ipsum dare non distuli; ut & meam præsentiam vobis litteris exhiberem, & ipsum pariter commendarem: cui quidquid dignati fueritis dilectionis impendere, nobis vos præsentare noveritis. Simulque etiam pecularius rogo, ut pro me ipsisque pignoribus nostris incessanter oretis, nec impediant affectum amorum nostrorum spatia interjecta regionum. quia qui in Domino, qui præsens est ubique, se diligunt, non credendi sunt disparati corpore, cum pariter in eo mente jungantur. Ora pro me.

* *f. mediator.*

Ruricius Episcopus dulcissimis nepotibus Parthemio (a) & Papianillæ.

Ep. XXXVI.

POstquam pietas vestra discessit, dimidium esse me sentio. quia maximam mei partem, hoc est, interiorem hominem, residente corpore, vobiscum ambulasse cognosco, ita tamen quod & vos in pectore meo, quod hic remansit, manere conspicio. Saluto itaque dulcedinem vestram, & ut verborum meorum memores sitis admoneo, quia certum est, vos juxta Salomonis sententiam posse in bonis Deo dirigente proficere, si seniorum consilia & amori habeantur & usui apto bene agatis.

Ru-

(a) Fuit vir nobilis Parthemio, qui postea vixit apud Theodebertum Austrasiæ Regem in gratiâ, sed cum tributa præter leges exegisset, mortuo Rege in populi odium & pericula maxima incidit. Papianilla fuit ejus uxor. quam cum amico Ausanio peremerat. stimulis conscientiæ compunctus, in arca inclusus a populo Treveris repertus est. Sputis perunctus, pugnis cæsus, vinctis post tergum manibus ad columnam lapidibus obrutus est. fuit altera Papianilla eodem tempore, sed Aviti Imperatoris filia, ab ea quam cum conjuge laudat hic Ruricius tanquam dimidium animæ suæ, diversissima. Attonitus forsan stupes talem virum, qualis fuit ille Parthemius, laudari ab episcopo; at episcopus homo est, & nihil humani a se alienum putat. BASN.

SÆC. V. ANNO 480.

*Ruricius Episcopus Fratri * Pet.....*

Ep. XXXVII. * Hæc vox in M. S. ita expressa est, ut nescias an legendum sit, Petro, an Petur. an Petul.

QUia obedientia sacrificiis antefertur, idcirco rusticitatem meam malo prodere, quàm perdere caritatem. scientia enim inflat, caritas, ut ipsi melius nostis, ædificat. Quamobrem quia jussistis, ut vos per singulas occasiones & de meis actibus facerem certiores, & desiderium vestrum, quod mihi non meo merito, sed generali & insita vobis dilectione dependitis, alloquio temperarem; me quidem Deo propitio sotiorem, sed heu plenum & omne hospitiolum nostrum diversis incommodis laborare significo. Peculiarius rogo, attentius Domino supplicetis; ut qui nobis incolumitatem vestris orationibus reddidistis, & his opem ac medelam divinæ misericordiæ intercessionis vestræ patrocinio conferatis. Ora pro me.

1. Reg. 11, 12. 1. Cor. 8. 1.

Dominis sublimibus & magnificis filiis Eudomio & Melantiæ Ruricius Episcopus.

Ep. XXXVIII. Consolatoria de orbitate. * Fort. affinibus.

QUàm gravis mihi orbitatis vestræ sit luctus, testis est pectoris mei conscius DEUS; quod verbis sublimitati vestræ indicare non possum. Nam ita animum meum doloris vestri passio sauciavit, ac si unum de propriis * affectibus perdidissem. quia me vobis proximum & quoddammodo consanguineum bene mecum agendo fecistis. Atque ideo quia labores & angustias nostras frequenter in vobis pro vestra dignatione suscipitis, justum est, & nos vestris, cum acciderint, participare mœroribus. Si enim juxta Apostoli sententiam, unius corporis membra sibi invicem compatiuntur & condolent, decet nos quoque, * eorum incommoda sæpe percipiamus. Dolemus itaque casui vestro & planctibus vestris interesse nos credimus. Sed quid facimus domini filii? Equidem voluntati divinæ resistere nec possumus, nec debemus. & omni sollicitudine præcavere, ne dum dulcia nobis pignora nimio dolore deflemus, blasphemi quidem & injuriosi inveniamur in Domino, & gravius animas nostras auctor ipsius mortis, inventa occasione, confodiat, quàm carorum amissione percussit. ideoque in omni amaritudine vel dolore ad Deum nobis est refugiendum, & ad illum omnes casus nostri toto corde referendi, qui sanat vulneratos, qui relevat mæstos, qui consolatur afflictos. Et illa sancti Job sententia omnino dicenda, est: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen Domini benedictum. Et ille hoc quando dicebat, decem filios cum omni facultate perdiderat: Nec tamen blasphemare aut damno aut dolore compulsus est. Sicut dicit scriptura: In omnibus quæ accidebant ei, nihil peccavit labiis Job. Quod ego & pietati vestræ scribere pro mutua caritate præsumsi, ut dolorem animorum vestrorum, quem litteris meis mitigare non poteram, vel divinis eloquiis utcunque moderarer. Et verè, si mihi quasi vestro creditis cordi, non minimum potestis capere de Christi Domini voluntate solatium, quòd quatenus immaturus manebat interitus, talem eum dignatus est assumere, qualium regnum docet esse cœlorum; ut & patronum haberetis ex filio, & minus doleretis amissum, quem à Domino videbatis adsumptum. Opto bene agatis.

1. Cor. 12. 26. Job. 1. Job. 2. 11. Mat. 19. 14.

*Domino sancto & Apostolico in Christo Domino cultu affectuque specialius excolendo patrono * Victurino Episcopo Ruricius Episcopus.*

. Victorino.

Ep. XXXIX. * f. potius.

FRater & compresbyter noster CAPILLUTUS licet apices vestros nobis non detulerit in charta relegendos, tamen * totius exhibuit in corde conscriptos: unde eos nec fur auferre, nec violentus eripere, nec imber eluere, nec vetustas possit abolere, dum mihi fidelis admodum vestri pectoris consors & deditissimus delator sæpius inculcat, & dulcius, qualiter me & quàm adsidua dilectione de me ruminetis. Non quod in me sit, unde caritatis vestræ pascere possitis esuriem, qui solidos & nunquam perituros cibos & accipere soliti estis, & dare; sed quando fortior esca defuerit, tenuitatem nostram pro lactis poculo sorbeatis, ut desiderium pii cordis & puri alimento innocentiæ temperetis. Nec mirum est hoc tamen in vestra virtute miraculum, ut diligatis venerantes vos, qui odientes amare consuevistis. Siquidem & ad augendam circa nos caritatem vestram, duo lumina nostra detinetis, AURELIANUM dico atque LEONTIUM: pro quorum spe & consummatione, rogo, ut indesinenter divinæ misericordiæ, sicut vos confido facere, supplicetis, & cum illis iterum pro nobis semper oretis. quia fiducialiter credo, quod profectioni vestræ, & illorum incipientiæ, pro ipsa adhuc teneritudine, à nutritore Domino nil negetur. Salutem itaque

M. S. & in & is Aurelianum.

itaque uberem dico pietati vestræ, quantum potest promere oris affectus, non quantum cordis poscit affectus. Et rogo, ut præfatos dulcissimos stimulos pectoris mei nostro nomine sospitetis; nosque, quotiescunque se opportunitas porrexerit portitoris, benedictionis vestræ imbribus irrigetis. Ora pro me.

SÆC. V. ANNO 480.

*Ruricius Episcopus * Apollinari (a) suo salutem.*

* M. S. Apollonari. (a) De eo ad ep. 25. Ep. XL.

AFfectus sublimitatis vestræ in visceribus nostris violentus exactor est, & amori vestro me potius, quàm pudori meo servire compellit; dum non considerat, quo sermone, qua pagina; tantum vestris imperiis obsequamur. Cogitis enim nos auribus peritiæ vestræ verbis rusticis injuriam frequenter inferre, dum apices nostros sæpius vultis accipere: pareo voluntati vestræ, pareo jussioni. Malo enim de meipso tibi magis, quàm mihi credere. Quia pietatis, non potestatis est, quod jubetis. Et ideo, quæ displicuerint emendabitis procul dubio potius, quàm prodetis. Siquidem nihil est imperiosius caritate. cui quisque toto corde se dederit, libenter & vincula illius inpacta patietur, & onera illata portabit, dum præcipientis imperium non invitus excipit, sed devotus exercet. Præstabit itaque divina misericordia, ut tumultibus temporis hujus, vel necessitatibus, aut dilatis in perpetuum, aut parumper oppressis, citius fructus * nos faciat de nostra carpere præsentia, ut desideria, quæ incitantur affectibus, aspectibus mitigentur. Finit.

* Leg. vos: vel: nos faciat de vestra.

Domino devinctissimo, & mihi omni honore venerabili fratri (a) Leontio Ruricius.

Ep. XLI.

GRatias ago, quod & nostri curam gerere, & novitate holerum, quæ libenter habere nos nostis, nos reficere tanti habuistis. quod & consuetudini præstatis pariter & amori. Ideoque redeunte puero vestro, reddo reciprocum sospitationis officium. & ut de suscepto, Deo propitio, Officio indesinenter cogitetis admoneo. Quia Deus non initium boni operis, sed finem requirere comprobatur, dicens: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Præstabit, ut credimus, misericordia ipsius, ut qui pœnitendi vobis animum inspirare dignatus est, ipse vobis & in agendo virtutem, & in consummatione plenam tribuat pro sua miseratione remissionem. qui solus potest & sanare corrupta, & reparare collapsa, & delere commissa, & abdere præterita, conservare præsentia, & donare ventura. Finit.

Mat. 10. 22.

Ruricius ad Domnum Constantium.

Ep. XLII.

DE deliciis transmissis gratias ago, & quantum indicastis, tantum me utrarumque avium suscepisse significo; simulque etiam per pueros ipsos, qui nobis hæc detulerunt, tergus aprunum me pietati tuæ indico transmisisse; ut dum nos volatilia, quæ transmisisti, deliciamur; tu bipede de quadrupede facto satieris. Cujus tamen malo carne, quàm vita capiaris, Quia qui semper de sæcularibus cogitat, & jugiter terrena mediatur, huic animanti à scriptura divina merito comparatur. Quia de omnibus animalibus solus homo sublimis creatus est, & effectus, ut auctorem suum semper cœlo intentus aspiciat, non mundalia opera solo incessabiliter defixus exerceat.

Ad Domnum Ambrosium (b) Episcopum Ruricius Episcopus.

Ep. XLIII.

APostolica præcepta nos commonent, ut à quibus divina percipimus, eis terrena præbeamus. quod nos vel in hac duntaxat parte servantes, pro cœlestibus epulis, quas

1. Cor. 11.

(a) Fuit ille Leontius Arelatensis episcopus; quamvis enim de ipsius obitu tacuerit superius Ruricius, id solum probat illius epistolas secundum seriem temporum non esse dispositas. Fuit quidem alter Leontius Forojuliensis episcopus, cui concilia Gallicana convocandi jus concessit Leo Magnus, ut Gallorum animos Hilario Arelatensi addictos facilius avocaret. Sed is Leontius fuit jam provectæ ætatis anno 445. ut testatur ipse Leo. Hunc Leontium autumavit Baronius eundem esse, ac illum, cui epistolæ Sidonii & Ruricii sunt directæ; sed obierat proculdubio Forojuliensis Leontius eo tempore Sidonii & Ruricii; coævus vero fuit Leontius Arelatensis qui Ravenio successit. Leontius Forojuliensis circa annum 446. obiit; non is igitur esse potuit, cujus exitum deflet Ruricius episcopus ab anno 470. Errat tripliciter Savaro, qui Leontium Forojuliensem eum esse putaret, cui Sidonius, item Faustus scripsere, quique suscripsit epistolæ Fausti ad Luciferum Presbyterum, idque in concilio Lugdunensi: I. Is quem laudat Faustus, fuit Arelatensis, cui commissus Galliarum vicariatus. II. nescio quid sibi velit Savaro, ubi toties Luciferum Presbyterum inculcat. Non fuit Lucifer adversus quem tela sua vibravit Faustus; sed Lucidus, injuriâ in Luciferum, hominem ignotum, transmutatus. III. denique Arelatensi concilio, cui præfuit Leontius, subscripsit; abfuisse autem videtur à concilio Lugdunensi, quod unicum tamen indicat Savaro. Cum Leontio Areletensi non modo episcopis Gallicanis, sed etiam Hilario Pontifici frequens fuit Literarum commercium. Habentur illæ epistolæ concil. l. 4. BASN.

(b) De eo Sidonius l. 9. ep. 6. Suspicatur Savaro fuisse illum Senonensem episcopum, cui successit Agrætius. BASN.

SÆC. V. ANNO 480.

quas nobis & sermone vivo, & patrum tractatibus ministratis, legumina marina transmisimus. Per hæc nil nos habere proprium comprobantes. siquidem & à divinis bonis sumus, quæ vos tribuitis, peregrini, & nos peregrina transmittimus. Itaque quia nos à marinis cœlestibus exulare, & solis terrenis sedibus incubare cognoscimus, à vobis specialius postulamus, ut hæc aliena à nobis libenter accipere, & vestra nobis dignemini frequenter impendere. Illud sit affectionis, hoc ministerii; illud doctrinæ præstatur, hoc gratiæ.

Ad domnum Hispanum Ruricii Episcopi.

Ep. XLIV.

AGo gratias, quod dum nobis dora nomine, re spolia transmittitis, pietatem vestram erga me sincerissimam comprobatis, qua nos amplius, quàm deliciis delectamur. Siquidem inde esuriem corporis compescemus; hinc cordis: inde ventri transitorium porrigimus pastum: hinc vero animo mansurum præbemus affectum. Proinde tam amori, quàm muneri vestro gratias repensantes, reciprocis pietatem vestram plurimum sospitamus. Et quia de nostra dignaris esse salute sollicitus, juxta vota pietatis vestræ me valere significo, simulque deposco, ubi sanctum Pascha facturi sitis, me recurrentibus instruatis. Finit.

Ruricii Episcopi ad Presbyterum Albinum.

Ep. XLV. *ep. Consolatoria de obitu cujusdam.*

UBi ad me communis luctus nuntii rumore pervenit, quod tamen miratus sum, quod non hoc prius ex germanitatis vestræ relatione cognovi, ipse ad vos requirendos continuò venissem, nisi me dierum horum reverentia retardasset. Has transmisi, quibus spero, ut me excusatum habere dignemini, & filiam nostram, quam audio se vehementer affligere, ad vicem meam, tam ex ratione, quàm ex vestra authoritate consolemini, quod Dominus noster de servo suo, & quando voluit, & quod voluit, fecit. Et ideo contra voluntatem Domini venire videbitur, cui displicet divina præceptio: utique divina; quia animam nostram ille solus, cùm voluerit, ex corpore potest educere, qui fudit in corpore. Et idcirco luctus iste nimius, qui videtur esse pietatis, magis ex Diaboli consilio, quàm ex pietate descendit; ut cùm dolor consolationis impatiens querelis suis Deum impietatis exprobrat, qui præmisit filium per humanam conditionem, per incredulitatem animam perdat. Plangant mor-
Mat. 8. 25. tui mortuos suos, quos resurrecturos esse non credunt, qui animam cum carne æstimant interire, quibus nulla de beatitudine animæ, nulla de corporis restauratione fiducia est. Nos vero, qui spem resurrectionis habemus in Christo, qui animas nostras juxta pollicitationem ipsius Domini, in Sanctorum finibus credimus collocari; ad ipsum nos corde & orationibus conferamus; & consolationi de ipsius promissione capiamus, quod credentes in se secum vivere faciat. Nec ullus apud eum nisi infide-
Eccl. 22. 13. lis mortuus judicetur. Et ita planctus nostros, sicut scriptura nos edocet, temperemus, dicens: Luctus sapientis septem diebus, impii vero omnes dies vitæ suæ. Sicut scimus illum mortuum corpore, anima vero pro innocentia sua Deo vivere; ita nos viventes corpore, corde moriamur. Finit.

Ruricii Episcopi ad Taurencium.

Ep. XLVI.

AGo gratias promptissimæ in Domino devotioni, & sincerissimæ erga me charitati vestræ, quæ divinæ bonitatis imitatrix, id quod me sibi prospicit supplicandum, priusquam rogetur, & nostrum præoccupare benevolentia sua festinat officium; dum non solum custodire, verum etiam augere * in istum sibi gessit affectum, quem idcirco beneficiis anticipando lætificat, quia ad modicum contristare formidat. Et ideo mavult offerre tacenti gratiam, quàm præstare poscenti. sciens procul dubio, plus esse in eo meriti, quod spontanea benignitate defertur, quàm quod precibus indulgetur. Siquidem horum unum non nisi necessitate datur necessitudini; aliud vero
Luc. 11. 8. sæpe etiam precatoris sedulæ dimittitur improbitati. Unde salve reciprocum dicens, de pietatis vestræ promissione securus, puellam vestram in rem directis pueris vestris, consignasse significo: cui confido, quod juxta pollicitationem vestram, non solum veniam, sed etiam gratiam pro nostra intercessione tribuatis.

* *ingessit.*

Ruri-

SÆC. V. ANNO 480.

Ruricius domino venerabili Fratri (a) Johanni.

Ep. XLVII.

* MAnus communis ſuſceptus, quod voluntarie facere debuerat, fecit nunc neceſſitate compulſus, ut ad venerationem tuam commendatitias flagitaret, & ſe gratiæ tuæ, etſi propter negligentiam ſuam de præterito ingratus, per inſinuationem noſtram nunc tamen gratificandus ingereret. Cujus petitioni ideo promptius adquievi, quia credidi, ſicut & confido, vos petitioni meæ libenter annuere. Unde ſalutatione depenſa ſpero, ut ipſum pro interceſſione noſtra recipere tanti habeatis. Et quia hoc, quod debuit, reddidit, uſuras illi ſolidorum ipſorum, non tantum pro precibus noſtris, quantum pro divinis præceptis donare digneris. Quod pro converſatione veſtra, qua vos, Deo propitio, per dies ſingulos audio proficere, ſine dubitatione præſtetis. Quia ipſe noſtis, quod ille regnum Dei lætitia & gratulatione percipiet, & in montem Domini glorificatus aſcendet, qui pecuniæ ſuæ uſuram non in præſenti ſæculo à proximo ſuo exegerit, ſed à Domino expectaverit in futuro; nec per doloſa beneficia laqueos laborantibus injicit inſolubilium debitorum, ſed illius eſt fœnerator & creditor, qui dicit: date, & dabitur vobis, & qua menſura menſi fueritis, ea remetietur vobis. Infidelis utique & iniquus eſt etiam ſibi, qui hoc quod elegit concupiſcendum, non vult habere perpetuum. Quamvis enim quicunque multa condat, multa congreget, & infinita diverſis nundinationibus acquirat, mendicus de hoc mundo diſcedet, niſi de rebus ſuis portionem ſuam ad æternam beatitudinem ante præmiſerit, dicente Domino per Prophetam: Ne timueritis, cùm dives factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus ejus. Quia non cùm morietur recipiet omnia, neque ſimul deſcendet cum eo gloria domus ejus. Et iterum: Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt omnes divitiarum manibus ſuis. Qui ſi benigni eſſent animæ ſuæ, illi potius bona ſua crederent, qui & idoneus fidejuſſor eſt pauperum, & largiſſimus redditor uſurarum. Non ergo cupidus ſis, frater chariſſime, nunc recipere in duplo; quod Dominus redditurum ſe tibi promittit in centuplum, unde nec à tinea poteris pertimeſcere exterminium, nec à fure formidare diſpendium. Quia ipſe Dominus noſter munerum ſuorum & largitor & cuſtos eſt Finit.

* *Hac vox ita literis M. & A. implexis contracta eſt, ut deſperem legere, divinandum igitur. fort. Amicus.*

Pſ. 14. 5. *Mat. 7. 2.* *Pſ. 48. 17.* *Pſ. 75. 6.* *Mat. 19. 29.* *Luc. 12. 33.*

Apruncula (b) Episcopo Ruricius Episcopus.

Ep. XLVIII.

EXegit mutui amoris affectus ad individuam mihi ſanctitatem veſtram ſola ex cauſſa litteras deſtinare, etiam ſi non ſe occaſio opportuna porrexerit. Unde per hominem filii mei LEONTII has ad Apoſtolatum veſtrum dedi, quibus ſoſpitatione prælata, quàm ex ſententia, DEO favente, valeatis, inquiro. Quia ipſi noſtis, incolumitatem veſtram, noſtram eſſe lætitiam. ſperans, ut redeunte præfato, nos reddatis de veſtris actibus, propitia divinitate, ſecuros, quos videtis eſſe de proſperitate ſollicitos.

Ruricius Episcopus Ceraunia ſalutem.

Ep. XLIX.

DE ſinceriſſima, qua nos pro benignitate animi tui, non pro noſtris meritis dignaris excolere in Domino, caritate, confidens, ſecurus has ad Venerationem tuam direxi, quibus in Domino ac Deo noſtro ſalutem uberem dicens, ſpecialiter rogo, ut ea, quæ per ſervum veſtrum, AMANDUM verbo, * ſperavi, ſi poſſibile eſt, nobis ſine dilatione præſtare dignemini. Quia hæc res & nos relevare poteſt, & vobis nullum poteſt adferre diſpendium. quod ego pro beneficio maximo computabo. Iterum in quo juſſeritis, vel uſus exegerit, vicem reciprocis obſequiis repenſare contendam.

* *f. ſignificavi.*

(a) Duo fuere tunc tempore in Gallis viri cognomines, prior Profeſſor fuit Grammatices, alter vero in epiſcopum Cabilonenſem à Patiente electus. Hic eſt, ad quem ſcribit Ruricius, quemque fratrem apellavit. Hic Joannes *humanitate inſignis*, inquit Sidonius, Lector primum fuerat & ea ratione Miniſter Altaris ab infantia. Deinde Archidiaconus factus in eo munere plurimos annos ob induſtriam detentus eſt; tandem ſecundi ordinis ſacerdos factus, cum epiſcopi labaſcentem in eccleſia Cabilonenſi diſciplinam reſtaurare vellent, epiſcopus, nihil tale cogitans, ut ajunt, electus eſt. BASN.

(b) Sæpius ad eum ſcripſit Ruricius, ut patet ex epiſtolis 54, 55, & 56. Ad eum pertinere Aprum, matre Arvernâ itidem natum dixit Baronius an. 484. l. 6. 427. An intellexit Annaliſta Aprum eſſe eundem ac Apprunculum, vel ipſius fratrem? neutrum verum eſt. Apruncŭlus non fuit Arvernus. Lingonum in Burgundionibus ſedem tenuit, ſed Arianorum fugiens inſidias Arvernorum epiſcopus, poſt mortem Sidonii, fuit electus. Ab eo autem toto cœlo differt Aper ſive Aſper, qui nequaquam fuit epiſcopus. Illius parentes vide enumeratos apud Sidonium l. 4. ep. 21. 959. Op. Sirmond. BASN.

SÆC. V. ANNO 480.

Ruricius Episcopus Censurio (a) Episcopo salutem.

Ep. L. LItteras sanctitatis vestræ, etsi per occasionem, accepisse me gratulor. non enim interest, utrum ex necessitate, aut ex voluntate, dummodo inter se invicem, qui se diligunt, colloquantur, & quos corpore locorum intervalla discriminant, animorum ac sensuum colloquia fida conjungant. Quia hoc nobis generale vel maximum virtus diu jactæ pietatis indulsit, ut qui nos aspectu carnali non possumus contueri, spirituali cernamus obtutu. Unde redeunte gerulo litterarum has, sicut injunxistis, reddere procuravi, ut & sollicitudini vestræ & mutuæ caritati pariter responderem. Salve itaque Apostolatui vestro plurimum dependo, & hoc quod apicibus mearum testimonio voluistis agnoscere, utrum SINDILLA porcos suos, prudente FOEDAMIO perdidisset; noveritis me apud homines meos, ubi fuerunt, diligenter perquisisse. Sed sicut ante jam noveram magis & istos laborem faciente * paci SINDILÆ perpessos esse, & ipsum porcos suos per perversitatem suam, dum de adversa parte esse se jactitat, amisisse cognovi. Cæterum præfatum FOEDAMIUM illi in nullo culpabilem. Nam quod pertulit, nulli nisi debet & omnibus imputare. in qua causa, quantum ego contemplationi vestri, ut homines vestri, aut à custodia liberarentur, aut porcos vestros reciperent, laboraverim, ipsis jam referentibus, plenius potuistis agnoscere. quod propterea necesse non fuit litteris indicare. Vestrum est, hominem verum justè ab hujus calumniæ objectione defendere, qua meum injuste scriptis agnoscitis sustinere.

* *locus corruptus.*

Ruricius Episcopus Stephano suo salutem.

Ep. LI. ITa me paucissimis diebus ad cultum suum pietas vestræ sanctitatis inlexit, ut cùm vos, Deo propitio, corde detineam, & oculis mentis intuear; tamen semper affectu instigante perquiram. quia scilicet breve videtur omne, quod dulce est; ita inexplebile est omne, quod * carne est. Et omnipotenti Deo gratias super tàm admirabili dono ejus, quod ita generaliter servis suis tribuere ineffabili dispensatione dignatus est, ut hi qui disparantur corpore, animis jungerentur; neque esset aliquid tàm longinquum difficile quod mentium obtutibus obviarit. Sed per cordis intuitum ibi se invicem diligentes caritatis contemplatione conspicerent, ubi caritas ipsa consistit. quo fit, ut devinctio vestra, quæ in visceribus meis jugi recordatione, dum quotidie renovatur, augetur, amoris vestri mihi vicissitudinem repromittat, animus meus mihi animorum vestrorum fidejussor adsistat, dum tantum sibi audet de vestra dilectione præsumere, quantum vobis concupiscit impendere. Salutem itaque beatitudini vestræ plurimam dico, & rogo, incessanter communi Domino supplicetis, ut secundum divitias bonitatis suæ atque virtutis, cui omnia possibilia confitemur, ut si in hoc sæculo nos propter vitæ istius turbedines ac procellas, & regionum intervalla sæpius videre non possumus, vel ad illam urbem, quæ ædificatur, ut civitas, faciat convenire, ad quam nos misericordia Domini poterit perferre, vos merita. (*Ps.* 121. 3.)

* *carum.*

Ruricius Episcopus Præsidio Filio salutem.

Ep. LII. *PLerumque dum me apud individuam mihi sublimitatem vestram non vitæ merito, sed amicitiarum privilegio multum posse confidunt, commendatitias à nobis quibus vobis excusentur, inquirunt: quas eis pro officii nostri necessitate negare non possumus; non præsumptionis audacia, sed ministerii disciplina, dum & illis præsentis vitæ solatium, & vobis providere desideramus æternæ. Ut & illi per patientiam vestram reserventur ad pœnitentiam; & vos per misericordiam perveniatis ad veniam. sicut dicit Scriptura: Quia judicium sine misericordia erit, qui non fecerit misericordiam. (*Jac.* 2. 13.) Quia dixit; Dimittite; & dimittitur vobis. (*Luc.* 6. 37.) Procul dubio quem viderit hic facere, quod præcipit, in futuro ei restituet, quod promisit. Nobis enim illius veritas præsto est, si illi fides nostra non desit. Unde manifestissimè potestis advertere absolutionem miserorum vestrorum esse indulgentiam peccatorum; & hoc vestris conferendum precibus, quod vos præstatis alienis, juxta ipsius in Evangelio sententiam: Quo judicio judicaveritis, judicabitur de vobis. (*Matt.* 7. 2.) Idemque pro URSO & LUPO, qui ad me, quasi

* *Plerique.*

(a) Fuit ille Allissidiorensis episcopus, appellatur ad Sidonio *Censorius*, attamen Presbyter, qui ejus nomine vitam S. Germani inscripsit, sic habet: Domino Beatissimo & mihi Apostolico honore venerabili Censurio Papæ Constantius peccator. Sic Ruricius noster. BASN.

quasi vobis peculiarius, sicut superius dixi, caritatis jure devinctum, pro criminum suorum intercessione venerunt, precator accedo; ut primum Deo, deinde nobis hoc, quod commiserunt, donare digneris; nec nos de eorum damnatione confundas, qui se jam tum absolutos esse, quando ad humilitatem meam deducti sunt, crediderunt. SÆC. V. ANNO 480.

Ruricius Episcopus Rustico (a) filio salutem. (a) De eo superius ad ep. 19.

Ep. LIII.

EXtra affectum consuetudinarium & probatum & humanitatem nobis digneris impendere, dum usibus tuis detrahis, quod nostris largiaris expensis. Quia puero vestro referente cognovi, quod piscationis in viscera pro parte VISERA nobis jusseras delicias ministrare. Unde salutatione depensa, gratias ago plurimas, exorans divinam misericordiam, ut pro honore, quem nobis pro ipsius timore dependitis, & præsentium rerum vobis conferat felicitatem, & beatitudinem tribuat futurorum. Finit.

Ruricius Aprunculo (b) Episcopo salutem. (b) De eo superius ad ep. 48.

Ep. LIV.

SIcut litteras sanctitatis vestræ per virum venerabilem ELOGIUM, cum gratulatione suscepi, ita has eodem redeunte, libenter emisi. quibus apostolatui vestro debitum * deponendo sospitationis officium, simulque deposco, ut pro nobis orare dignemini, & id à communi Domino peculiarius postulare, ut jam tandem aliquando in unum venire, & nos videre mereamur; ut charitas, quæ secundum sententiam Dominicam in pectoribus nostris per absentiam * quod peris est, refrixit, per præsentiam iterum in sospitis cineribus suscitetur, & vivis vocibus, quasi novis flatibus veteris amoris redivivum reparetur incendium. quod more atque virtute ignis illius, quem Dominus misit in terram, & spinas negligentiæ nostræ atque desidiæ, vi naturæ potentis exurat, tenebras dormientis cordis inluminet.

* dependo. Mat. 24. 12. * fort. longi temporis. Luc. 12. 49.

Item alia Ruricii ad ipsum Episcopum.

Ep. LV.

ADsiduitas * supplicatum supplet in nobis gratiæ communis officium, ut hoc quod facere debeamus super mutuæ dilectionis affectum, facimus per externæ necessitatis imperium; dum alienæ tribuimus petitioni, quod propriæ debere nos cognoscimus caritati. Ut hæc litterarum necessitudo esset ex voluntate necessitudinis jocunda nova calamitate deplorantis extorta. Tamen quia spontaneam scribendi neglegimus gratiam, saltem prætermittere non debemus ingestam. Ideoque per fratrem & Compresbyterum nostrum MAXENTIUM, quem nobis frater * Episcopus ipsius commendavit, dedi, quibus sospitatione depensa, ipsum Apostolatui vestro, secundum quod postulavit, insinuo. quia illic notos, & amicos habere se dicit, qui eum beatitudini vestræ possint in præsenti plenius intimare, quorum testimonio possit credi, quod assertioni ipsius fortasse non creditur.

* f. supplicatuum vel supplicantium. * m. s. Episcopi.

Item ad ipsum.

Ep. LVI.

FIlii nostri OMACIUS & EPARCHIUS ad me litteras plenas lacrimis & deploratione miserunt, specialiter deprecantes, ut apud sanctitatem vestram pro ignorantiæ ipsius filii nostri EPARCHII intercessor existerem; confidentes, quod pro amore mutuo nihil nobis negare deberetis. Idemque Presbyterum nostrum EUSEBIOLUM ad pietatem vestram in hac causa direxi. Per quem saluto plurimum; & rogo, ut præfato, sic ut decet, sufficienter admonito, indulgentiam errori illius dare pro nostra * supplicatione minimè iniqua. Sicut in defensione peccati stultè atque infideliter perduranti culpa, donec agnoscat reatum * (non) debet relaxari, ita agnitio peccati debet conferre veniam confitenti. Remedium est enim mali confessio non simulata delicti. nec ultioni publicæ relinquitur locus, ubi reus conscientia torquente punitur.

* m. s. supplicationem iniquia. * hac vox abest in m. s.

Item alia Ruricii ad ipsum.

Ep. LVII.

ANte diem quam litteras vestræ sanctitatis acceperim, compresbyterum meum, sicut ipso referente poteritis agnoscere, ad germanitatem vestram in eadem, qua mihi scripsistis causa direxeram. Et quia mihi non solum ipse filius noster EPARCHIUS, sed etiam frater suus flebiliter per litteras supplicarunt, Apostolatui vestri precator accederem. Qui & confessione culpæ, & deprecatione veniæ, & consanguini-

SÆC. V. ANNO 480. tatis affectu compulsus, indulsi. Quia vos mihi super hac re scripturos esse non credidi. Sed quia humilitatem meam dignati estis, pro ea, quæ inter nos est, propitio Deo, caritate, consulere, & nobis utrum justa esset vestra districtio, meis potissimum apicibus indicarem; sciat Dominus noster, quod ego factum vestrum & probo, & conlaudo, & vehementer admiror. Quia dum uni indisperato per admonitionem gladii * spiritale pro reddenda salute intulistis dolorem, multis contulistis languentibus sanitatem. Multi etenim in ecclesia, qui curari nequeunt verbo, sanantur exemplo. Superest, severitatem misericordia consequatur, ut recipiatis lenitate patris, quem corripuistis autoritate Pontificis. Et juxta illum Evangelicum, invocantes quem nos per omnia & sequi & oportet imitari, qui filio paternæ substantiæ decoctori, & facinus confitenti non solum veniam clementer impertiit, verum etiam pristinam gratiam libenter indulsit; & nos condoleamus lapso, subveniamus attrito, amplectamur reversum, lætemur inventum. Quod & Apostolatum vestrum propterea fecisse certus sum, ut paululum infirmantem filium excluderetis à matre, ut eum ipsi post modicum restitueretis incolumem; & eum contristaretis ad tempus, de quo gaudere concupiscitis in æternum.

* fort. spiritalis.

Luc. 15. 30.

Ruricius Episcopus filio Severo salutem.

Ep. LVIII. NEgligentiam nostram atque pigritiam dum vos excusatis, arguitis. & nos beneficiis & officiis vestris agnoscimus debitores. Sed scio hoc sincero amore, quo nos diligitis, facere, atque perfecto. quia parum est caritati vestræ, quod nobis tribuitis, dum totos vos nobis & cotidie impendere desideratis. Sed nobis satis superque sufficeret benevolentia, * quam prompti animi & assiduitas deesset obsequii. Unde salutatione depensa, gratias ago uberrimæ pietati vestræ, quod erga me bonæ memoriæ patris vestri non solum retinetis, sed etiam vicistis affectum.

* prompti animi, quamquam assiduitas &c.

Ruricius Episcopus filio Sthorachio salutem.

Ep. LIX. AGo atque habeo uberes gratias pietati vestræ, quod nos negligentiam famulorum nostrorum scire fecistis, dum subvectionem congruam, quam nobis callidus subtraxerat inimicus, benignus subministravit affectus. Quem idcirco nobis Dominus hoc ad tempus permisit inferre, ut & nostram patientiam per injuriam, & vestram erga nos caritatem per compatientiam comprobaret, ac sine dubio facultatis nostræ vobis lucrum operis per beneficium dilectionis adferret.

Ruricius Episcopus filio Vittameno.

Ep. LX. FAmiliares nos vobis facit vestra dignatio, dum hoc, quod à nobis libenter offertur, à vobis gratanter accipitur. Siquidem illud munus acceptabile probatur & dulce, quod non magnitudo insinuaverit, sed commendarit affectio. Quæ res facit, ut ad persolvendum vobis spontaneæ devotionis obsequium, etiam id habeamus in votis, quod non habemus in * verba. Itaque salutatione depensa, quia centum * pera sublimitati vestræ, alia centum filiæ meæ destinare præsumpsi. Quæ si fortasse displicuerint saporis gustu, placebunt, ut confidimus, transmittentis affectu.

* verbis.
* pira.

Ruricius Episcopus fratri (a) Namacio.

(a) De eo ad primum librum.

Ep. LXI. SAluto plurimum, & spero, ut si secundo crastino non potueris, vel tertia feria ad nos venire digneris. Quia desiderio tuæ caritatis accensi, & nos dicimus cum Propheta: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Defecit spiritus meus, Ne avertas faciem tuam. Ne moreris adventum, ut pectoris nostri, quod parvi temporis solatio suscitastis, extinguatis incendium. Finit.

Psal. 142. 2.
Psal. 131. 7.

Ruricius Episcopus filio Vittameno.

Ep. LXII. GRatias ago dignantissimæ erga me sublimitati vestræ, quod nos de actibus atque incolumitate vestra, quos nostis, Deo propitio, pro amicitiarum jure solicitos, facitis litterarum sedulitate securos. Unde his reciprocum reddo nobilitati vestræ salutationis officium, & me has de Decaniaco ad vos dedisse significo, meamque vobis favore divinitatis, quam * vobis placere confido, indicans sospitatem. Præstabit Dominus, ut

* m. s. vos.

ut citius hinc regressus vestris merear obtutibus præsentari. Ut cujus benignitate vestra incitastis desideria, visione sollicitetis affectum. SÆC. V. ANNO 480.

Ruricius Episcopus fratri Claro Episcopo.

Ep. LXIII.

APostolatui vestro pro ea, quam mihi non pro meis meritis, sed pro benevolentia animorum vestrorum impenditis, caritate, non dicam vicem non possum repensare beneficiis, sed nec tantas gratias, quantas meremini, sermonibus explicare. Impendo tamen per litteras debitum sospitationis officium; partemque pectoris mei, in quo affectum vestri aviditate suscepi, paginæ conlocutione transmitto; simulque deprecor, ut communi Domino supplicetis, ut citius nos faciat fructum de nostra capere præsensentia; quosque suæ inspirationis instinctu connexuit, vultuum etiam mutua visione conjungat; ut desiderium in nobis, quod accendit affatus, restinguat obtutus. De columnis verò gratias ago. &, sicut jussistis, quia modo propter imminentem hyemem vehicula illò dirigere non possum, post sanctum Pascha, propitia Divinitate transmittam. De minoribus vero sicut verbo mandastis, si inveniri possunt, mihi vel decem necessarias esse significo. Sed si dominus prospera universa concesserit, antequam vehicula dirigam ad vos hominem destinabo.

Ruricius Episcopus fratri Volusiano (a) Episcopo.

Ep. LXIV.

ITa quod pejus est, caritatem antiquam, & insitam nobis, partim (quoniam confitendum est) negligentia nostra, partim necessitate temporis, partim corporis infirmitate faciente, longa delebit oblivio, ut penitus immemores nostri facti non solum vos nullis officiis, sed nec litteris requiramus. Miror nobilitatem tuam quasi filium ad me litteras destinare, cùm sine ullo respectu religionis aut propinquitatis tibi injuriæ nostræ sic placeant, ut eas vindicare non velis. Unde nisi existimationem personæ meæ, aut officii cogitassem, portitorem litterarum tuarum talem ad te miseram, quales homines meos non matrona vestra, sed domina procax & effrænata nimium perduxit. cujus mores si tu tanto tempore cum famæ tuæ diminutione, aut voluntariè aut necessitate supportas, alios noveris nec velle ferre, nec esse contentos. Nam quod scribis, te metu hostium hebetem factum; timere hostem non debet extraneum, qui consuevit sustinere domesticum.

(a) Fuit Turonensis episcopus, Perpetui successor, postea à Warige Gothorum Rege in Hispaniam relegatus, eo quod in Gothorum suspicionem incidisset; autumabant scilicet, eum Francis favere. de eo vide plura apud Gregor. Turon. l. 2. 26. l. 10. 31. BASN.

Finiunt Epistulæ Domni Ruricii Episcopi Lemoviceni.



EPI-

EPISTOLA EUGIPPII ABBATIS IN VITAM S. SEVERINI. AD PASCHASIUM DIACONUM.

LECTORI CANISIUS.

ANTE *aliquot annos edidit amplissimus dominus Marcus Velserus, Illustris vir Augustanus historiam Eugippii de Sancto Severino; Sed absque Epistola Eugippii ad Paschasium Diaconum, quam in antiquo Codice repertam, nunc vulgamus; ut tam præclarum antiquitatis monumentum, omnibus suis partibus absolvetur ac integretur. Citat eandem Card. Baronius, & aliquam partem ejus recitat Tom. VI. Anno Christi* 454. *Idem eidem Tomo, Anno Domini* 496. *totam epistolam Paschasii, qua epistolæ Eugippii respondet, inserit; quam Velserus editioni suæ præposuit: in Codice manuscripto ad calcem annectitur. Putat autem Baronius hunc Paschasium esse illum ipsum Romanæ Ecclesiæ Diaconum, cujus miraculum Sanctus Gregorius in Dialogis memoriæ prodidit.*

JA-

JACOBI BASNAGII

IN

EUGIPPIUM

OBSERVATIONES.

I. NOricum Batavis natum *Eugippium* dixit *Aventinus*, ea de causâ a *Velsero* reprehensus, quod etiamsi in Norico aliquandius commoratus fuerit Abbas ille Lucullanus, hanc illi Patriam fuisse non constat. Sed unde constabat Velsero, Eugippium in Norico commoratum? an ex eo, quod *Severini*, illius regionis, ut ajunt, Apostoli, vitam scripserit? Multa quidem *ex notissima & quotidiana majorum relatione de Severino* commemoravit, sed in Norico dum ibi degeret hanc traditionem hausisse non asserit. Exagitat *Trithemium*, *Baronium*, cæterosque *Velserus*, eo quod binos Eugippios, alterum Italum, qui anno 511. vitam Severini concinnavit; alterum Africanum, qui jussu Reducis vel Residucis *Thesaurum Sententiarum* ex Augustino anno 582. excerpsit, non distinxerint. Nos vero Velserum, Miræum, Bollandum, Roswidum, cæterosque qui geminos faciunt Eugippios, possumus impugnare, Baronium vindicaturi. Erroris occasionem præbuit *Sigebertus Gemblacensis*, qui hæc habet: *Eugippius Abbas hortatu Renducis Neapolitani episcopi deflorans libros Augustini dedit codicem magnæ utilitatis ad Probam virginem, & per manus Renducis episcopi obtulit ecclesiæ Neapolitanæ. Fuit tempore secundi Pelagii & Imperatoris Tiberii Constantii.* hoc est, anno 582. Adjicit Scholia Miræus, ut facilius distinguantur Eugippii duo, Italus unus, Africanus alter.

SÆC. VI. ANNO 511. I. *Unus Eugippius.*

De script. eccl. c. 39. p. 137.

Sed facile probari potest adversus Sigebertum, Eugippium illum non scripsisse temporibus Pelagii secundi, jussu Reducis, sed ineunte sæculo sexto, ac proinde eundem esse ac Eugippium, scriptorem vitæ Severini, qui hanc vitam biennio post consulatum Importuni, hoc est, an. 511. exaravit.

II. Primo Eugippius ille, qui dicitur Africanus & à nostro diversus, dicavit Thesaurum sententiarum ex Augustino excerptum *Probæ Virgini*. Id asserit ipse Sigebertus. At Proba virgo vixit ineunte sæculo sexto; & de ipsa ut *Parente sua* jam prius defuncta loquebatur. *Cassiodorus* II. deinde vero illum Eugippii Thesaurum sæpius legendum commendabat Cassiodorus, scribens circa annum 560. *Convenit*, inquiebat, *ut Presbyteri Eugippii opera necessario legere debeatis, quem nos videramus.* Viderat Cassiodorus Eugippium; jam ergo obierat, cum scriberet eruditus ille Senator. Ejus Thesaurum legi volebat ab anno 560. Non ergo scriptus fuit ille Thesaurus jussu Reducis anno 582. post mortem ipsius Cassiodori. III. asserit ipse author Thesauri adversus Sigebertum, se non scripsisse jussu Reducis episcopi Neapolitani, sed cum monasticam profiteretur vitam, *cohortante domno suo Abbate Marino vel cæ-*

II. *Rationes.*

SÆC. VI. ANNO 511.

teris sanctis fratribus. Sic enim habet prologus istius operis, quem non legerat Sigebertus. IV. Redux vero in eo operam suam navavit, ut Thesaurus Eugippii, longe antea ab Abbate Lucullano confectus, accuratè, describeretur & in Ecclesia Neapolitanâ reponeretur, neutiquam inde distrahendus, *imperante Tiberio, post consulatum ejusdem Augusti anno tertio, indictione quinta decima, Longobardis Neapolitanam civitatem obsidentibus*, ut habet clausula sive subscriptio ipsius Reducis, in codice quem exarari curavit, quemque post Labbeum vulgavit eruditissimus Mabillonius.

Scripsit igitur Thesaurum suum Eugippius ineunte sæculo sexto; dum Proba virgo in vivis esset; antequam Cassiodorus divinas ejus Lectiones concinnasset. Huncque confecit eodem tempore, quo noster Eugippius Vitam Severini exarabat. At quî fieri potuerit, ut eodem tempore, duo Eugippii cognomines fuerint Abbates Lucullani? Inde igitur concludas unum eundemque esse scriptorem qui vitam Severini vulgavit & Thesaurum ex Augustino excerpsit. Sed eum Thesaurum sexaginta post annis & ulterius describi jussit Redux, ut in Ecclesia Neapolitana servaretur. Inde tamen ad se codicem illum devolutum in Bibliotheca Sancti Germani, autumat Mabillonius.

III. *Vitam Severini scripsit Eugippius.*

III. Non Herulorum & de eorum sedibus in Norico Historiam scripsit Eugippius, ut Lazius asseruit; sed vitam Severini, qui Noricanas gentes ad fidem Christianam adduxerat, ex quotidiana Majorum relatione composuit. Dolebat Eugippius Laicum hoc opus tentare velle, *ne sæculari litteratura tantum politus, tali vitam sermone conscriberet, in quo multorum laboraret inscitia.* Mœrens igitur Paschasium Diaconum impulerat, ut vitam copiose ornatam transferret in litteras: Ipsique ut ferret opem quantam poterat, *commemoratorium* nonnullis refertum indiciis illi subjecit. Sed Perlecto commemoratorio Paschasius manum de tabula removit; quippe jam confectum laudavit opus *quæ me narranda poscebas, elocutus es simplicius*, inquiebat Paschasius, *explicasti facilius; nihil adjiciendum labori vestro studio nostro credidimus.* Errant igitur, qui credunt à Paschasio compositam Severini vitam, precibus Eugippii. Ex epistola, quam vulgavit Canisius, patet quidem; illud à Paschasio postulasse Eugippium, qui sibi his in rebus diffideret. Sed ex Responso ipsius Paschasii, quod legitur apud Velserum, probatur evidentissime, vitam Severini quæ nunc habetur, esse fœtum Eugippii.

Paschas. ep. ad Eugip.

IV. *Observationes in vitam Severini.*

IV. Vitam Severini quod attinet, edita fuit a Velsero absque epistola ad Paschasium, eaque epistola, quamvis multum faceret ad rem, amissa fuit in novissima editione operum Velseri, quod mirandum. Eam si legisset ipse Velserus, non ita præfracte negasset, Severinum fuisse Africanum, nec illud asserentes impugnasset. Sic enim Eugippius ad Paschasium: *loquela tamen ipsius Africanum testabatur hominem omnino Latinum.* Verum est, ex orientis partibus ad Noricum venisse, ut notavit Velserus. Sed ideo tamen in oriente natus non erat. Difficultatem solvit Eugippius in epistola ad Paschasium, dum ad quandam orientis solitudinem fugisse, indeque profectum ad Norici Ripensis oppida venisse innuit. Cæterum quæ de Severino narravit Eugippius, saltem pleraque, habent Cuspinianus in descriptione Austriæ; Aventinus in Annalibus, & Lazius in commentariis in Severinum.

EPISTO-

Sæc. VI. Anno 511.

EPISTOLA EUGIPPII PRESBYTERI AD PASCHASIUM

De sancto Severino Monacho.



DOMINO Sancto ac merito venerabili Paschasio, Eugippius in Domino salutem. Ante hoc ferme biennium, Consulatu scilicet Importuni, epistola cujusdam laici nobilis, ad quendam directa Presbyterum, nobis oblata est ad legendum, continens vitam Basilici Monachi; qui quondam in Monasterio montis, cui vocabulum est *Titas*, super Ariminum commoratus, post in Lucaniæ regione defunctus est, vir & multis & mihi notissimus. Quam Epistolam, cum à quibusdam describi cognoscerem, cœpi mecum ipse tractare, nec non & viris religiosis edicere, tanta per beatum Severinum divinis effectibus celebrata non oportere celari miracula. *Orat Paschasium, ut vitam S. Severini scribat.*

Quæ cum autor Epistolæ præfatæ resciret, animo promptiore mandavit, ut aliqua sibi per me ejusdem sancti Severini mitterentur indicia, quibus instructus libellum vitæ ejus scriberet, posteriorum memoriæ profuturum. Hac ergo protinus oblatione compulsus, ***commemoratorium*** nonnullis refertum indiciis ex notissima nobis & quotidiana majorum relatione composui non sine magno mœrore animi, injustum, scilicet, reputans, ut te superstite laicus à nobis hoc opus efficere rogaretur: cui & modus & color operis non sine præsumptione quadam possit injungi, ne forsitan sæculari tantum litteratura politus tali vitam sermone conscriberet, in quo multorum plurimum laboraret inscitia, & res mirabiles, quæ diu quadam silenti nocte latuerant, quantum ad nos attinet, ignaris liberalium literarum obscura dissertitudine non lucerent. Sed non ultra lucernæ illius igniculum, te, velut Sole splendente perquiram, tantum ne mihi peritiæ tuæ radios nube quadam excusationis obducas, imperitiam videlicet accusando, noli, obsecro, tam duris me verberare sermonibus, dum dicis, quid tibi aquas expectarem de silice? Jam utique non expecto de silice plateæ sæcularis, sed à te, qui spiritalibus spiritalia comparans, nos de firmissima petra illo, quo profluis orationis melle * recreaberis, de quo jam nectareum suavissimæ promissionis gustum dirigens præcipis, ut ***commemoratorium*** vel indicia vitæ sæpe dicti Severini transmitterem, quæ donec in tuæ constructionis libellum transire mereantur, nequaquam animum recensentis offendant. Quisquis enim ad construendam domum architectum requirit, necessariam sollicitè materiam præparet: quod si moles ad instar parietum impolitis componatur, artifice tardante, lapidibus, nunquam ædificasse dicendus est, ubi nulla magistri structura prorsus intraverit, nulla ritè subjiciuntur fundamenti munimina, jussione vestra vilissima compositione præparans, num purum putare debeo conscripsisse quod cupio, ubi disciplinæ liberalis nulla constructio, nullus Grammatici culminis decor extitit? Habet planè certum fundamentum solius fidei, quo sanctum virum mirandis constat claruisse virtutibus, quod per manus linguæ tuæ nunc offero collocandum, de tui operis fastigio laudes Christo debitas redditurus.

* *recreabis.*

Illa quoque precor virtutum beneficia sanitatumque remedia, quæ vel in itinere, vel hic apud ejusdem beatissimi Patris memoriam divina sunt peracta virtute, digneris adnectere, quæ quoniam fidelis portitor filius vester, Deo gratias, optimè novit, verbo commendamus intimandum, sperantes nos bajuli nomen etiam de tui operis perfectione jugiter esse dicturos, ut Dei fidelissimus famulus tantis virtutibus opulentus, sicut ad sanctorum gloriam suis per Christi gratiam meritis evehitur, sic ad humanam memoriam tuis litteris consecretur. Sane patria de qua fuit oriundus, fortasse necessariò à

 nobis

SÆC. VI. ANNO 511.

nobis requiritur, ut inde, ſicut moris eſt, texendæ cujuſpiam vitæ ſumatur exordium. De qua, licet me fatear, nullum evidens habere documentum, tamen quid hinc habendum & à te cognoverim non tacebo.

Decripſit iſta ex Eugippo Baron. Anno Christi 454.

Cum multi igitur ſacerdotes & ſpiritales viri, nec non & laici nobiles atque religioſi vel indigenæ vel de longinquis ad eum regionibus confluentes, ſæpius hæſitarent intra ſe quærentes, cujus nationis eſſet vir, quem tantis cernerent fulgere virtutibus, nec ullus penitus ab eo auderet inquirere, tandem Pirmenius quidam, Presbyter Italiæ nobilis & totius auctoritatis vir, qui ad eum confugerat tempore, quo Patricius Oreſtes inique peremptus eſt, interfectores ejus metuens, eò quod interfecti velut pater fuiſſe diceretur; poſt multos itaque familiaritatis adeptæ dies, erupit quaſi pro omnibus, & ita ſciſcitatus eſt diſcens: Domine ſancte, de qua provincia Deus his regionibus tale lumen donare dignatus eſt? Cui vir Dei faceta primùm hilaritate reſpondit: ſi fugitivum putas, para tibi pretium, quod pro me poſſis, cum fuero requiſitus, offerre. His talia * ſeriò ſubjiciens mox, quid prodeſt, inquit, ſervo Dei ſignificatio loci, vel quis ſim, cum poſſit id tacendo ſanctius vitare jactantiam, ut pote ſiniſtram, qua neſciente cupio opus bonum Chriſto donante perficere, quo merear dexteræ ſocius fieri & ſupernæ patriæ ejus aſcribi; quam ſi me indignum veraciter deſiderare cognoſcis, quid te neceſſe eſt terrenam cognoſcere, quam requiris? Verumtamen ſcito, quia Deus qui te Sacerdotem fieri præſtitit, ipſe me quoque periclitantibus his hominibus intereſſe præcepit: & tali memoratus Presbyter reſponſione conticuit, nec quiſquam ante vel poſtea beatum virum ſuper hac parte percontari præſumpſit; loquela tamen ipſius * Africanum teſtabatur hominem omnino Latinum, quem conſtat ad quandam Orientis ſolitudinem fervore perfectionis vitæ fuiſſe profectum, atque inde pòſt ad Norici Ripenſis oppida Pannoniæ ſuperiori vicina, quæ barbarorum crebris premebantur incurſibus, divina compulſum revelatione veniſſe, ſicut ipſe * cauſa ſecretiore tanquam de alio loqueretur ferre ſolitus erat, nonnullas Orientis urbes nominans, & itineris immenſi pericula ſe mirabiliter tranſiſſe ſignificans. Hæc igitur ſola, quæ retuli, quotiens de beati Severini patria ſermo ortus eſt, etiam ipſo ſuperſtite, ſemper audivi: Indicia verò mirabilis vitæ ejus huic epiſtolæ conjuncta prælatis capitulis * cum memoratorio recenſita fient, ut rogavi,... libri veſtri magiſterio clariore, ſupereſt ut ejus orationibus tuas ſociare non deſinas & indulgentiam mihi poſcere non deſiſtas.

* Bar. Senior.

* Baron. non habet illud Africanum.

* Bar. clauſo ſermone.

* fort. cum commemoratorio.

Finit Epiſtola.



COGI-

COGITOSUS
DE
S. BRIGIDA,
VIRGINE
SCOTA,
QUÆ

Sub Justino seniore Imp.

ANNO D. XXI. OBIIT.

Editus ex membranis m. s. monasterii Ordinis Prædicatorum Aichstadii.

MARTYROLOGIUM

ROM I. FEBRUARII.

IN *Scotia ſanctæ Brigidæ virginis, quæ cum lignum altaris tetigiſſet, in teſtimonium virginitatis ſuæ, ſtatim viride factum eſt* (a).

Ubi Baronius hæc notat:

De eadem item Beda, Uſuardus & Ado, & alii. Habentur quædam ejus Acta apud Sur. tom, 1. Verùm longè prolixiora legi in vet. cod. m. ſ. monaſterii S. Cæciliæ trans Tiberim, viginti quatuor diſtincta capitibus, ſcripta à quodam nomine Cogitoſo. Incipit: Me cogitis fratres &c. Habet de eadem in fine verſus quosdam. De tempore obitus ejus Marianus Scotus ſcribit in Chron. clauſiſſe diem extremum anno tertio Juſtini ſenioris Imperatoris: Eſt is annus à Chriſto, ſecundum Faſtos Onuphrii 521. Sigebertus autem in Chron. diem obiiſſe ſcribit anno Domini 518. Hæc Baronius. qui cùm Acta S. Brigidæ à Cogitoſo conſcripta laudet, eaque hactenus lucem non viderunt, volui illa in publicum proferre. Præclara mentio S. Brigidæ eſt apud Baron. tom. 7. anno 521. num. 21.

De S. Brigida multa habet Silveſter Giraldus Cambrenſis in topographia Hiberniæ, diſtinctio. 2. cap. 34, 35, 36, 37, 38, 39. & diſt. 3. cap. 16, 17, 18. &c.

Auctor in fine his verbis ſuum nomen ponit: *Orate pro me Cogitoſo nepote culpabili.* Quare autem ſe nepotem vocat? an nepos S. Brigidæ? an hic nepos alio ſenſu? Certe auctor perantiquus eſt. Et illud antiquiſſimum Scotiæ templum deſcribens, inſinuat ſe non longè à temporibus quibus ædificatum eſt abfuiſſe. Hæc item fidem & ætatem ejus non obſcurè innuunt. In prologo ait: *Pauca de pluribus, à majoribus & peritiſſimis tradita, ſine ulla ambiguitatis caligine, ne inobedientiæ crimen incurram, patefacere cenſeo.*

Item ait: *uſque ad præſens tempus viride*, &c. *& uſque hodie languores & morbos de hominibus expellit.* De miraculis S. Brigidæ non longe à fine hæc: *Quas nos virtutes non ſolum audivimus, ſed etiam oculis noſtris vidimus.*

(a) Aliter ſe res habet, ſecundum Hiſtoricos, nam cum ad ineundum matrimonium urgeretur, rogavit dominum, ut eam turpem & deformem efficeret, *mox audita eſt, & oculus ejus crepuit & inſtar* aquæ liquefactus eſt, tum vero permiſſum eſt nuncium remittere procis omnibus, & Chriſto ſe Virginem conſecrare: abiit ad Machillam Epiſcopum, qui ut eam conſpicatus eſt, vidit columnam ignis ſupra caput illius. Perlectis autem precibus, *Brigida* virgo ſubmittens caput, pedem altaris ligneum ſua manu contigit, & mox lignum viruit, & oculus ejus reſtitutus eſt ſanitati, cum velum accepiſſet. Non igitur ad *probandam*, ſed poſt conſecratam virginitatem viride fecit lignum, ut amiſſum oculum matrimonii denegandi cauſa recuperaret. Cæterum hæc Brigidæ vita a *Cogitoſo* edita toto cœlo penitus diſtat ab ea quam habes apud *Surium* l. 1. p. 19.

JACO-

JACOBI BASNAGII
ANIMADVERSIO
DE
COGITOSO.

Cogitosum hic reponimus, aliorum vestigiis insistentes potius, quàm nostræ sententiæ addicti. Quippe multo recentiorem credimus illum scriptorem. Postulat quidem *Cogitosus*, ut oretur pro se *nepote culpabili*. Sed se Brigidæ *nepotem* non dicit, nec rem ipsi gloriosam siluisset. An ex filiâ, an ex sorore vel fratre nepos dictus est? Sed nulli memorantur Brigidæ vel fratres vel sorores, nec filiam potuit habere quæ virgo permansit. Qua ratione igitur se *nepotem* appellaverit, nobis æque ac *Canisio* incertum. Ait præterea Cogitosus *virtutes Brigidæ non solum audivisse*, *sed oculis suis vidisse*. Sed hic non agitur de miraculis à Brigida dum viveret patratis. Viderat Cogitosus portenta quædam, in ejus templo operari solita; quod illam jam prius defunctam indicat, probatque non coævum, sed recentiorem fuisse Cogitosum, qui Brigidæ viventis virtutes a majoribus tantum inaudiverat, non viderat ipse. Describit Cogitosus parietes decoratos pictis tabulis, *& imaginibus depictis*, quæ posteriora redolent sæcula; non enim ineunte sæculo sexto pingebantur imagines in templis Hybernorum. Denique contra Grammaticæ leges peccat sæpius ille scriptor, & stylus Barbariem sæculi quo vixit indicat. Vita Brigidæ quam descripsit tota miraculis scatet, utpote quæ, secundum ipsum, *potenter omnia quæ desiderabat operaretur*. Canis non ausus est, ut quidem asserit, comedere depositum B. Virginis, sed custos *patiens lardi* divina refrenatus virtute extitit. Mirare, quod illa virgo virum eremiticum convocaverit, ut ecclesiam in episcopali dignitate cum ea gubernaret; & postea *sic unctum caput & beatissima puellarum principalis* felici comitatu, principalem ecclesiam erexit. Stupendum etiam, Virginem *saluberrima semina verbi dominici ex more consuetudinis omnibus seminasse*. Hæc enim legibus adversantur. Nata dicitur Brigida anno 439. Obiit secundum Sigebertum anno 518. vel anno 521. secundum Martinum Polonum, quem sequitur Baronius. Distingui debet ab altera Brigitta, quæ sæculo quarto decimo vixit, & cœlo adscripta fuit a Bonifacio Pontifice Romano an. 1391. De illa consuli potest *Casimirus Oudin*, qui eam anno 530. assignat. suppl. de Script. ep. 498.

SÆC. VI. ANNO 530.

Vide hanc vitam apud Surium 1. Febr.

IN-

SÆC. VI. ANNO 530.

INCIPIT

PROLOGUS.



Ogitis me, fratres, ut sanctæ, & beatæ memoriæ BRIGIDÆ virginis virtutes & opera, more doctorum, memoriæ litterisque tradere aggrediar. Quod opus impositum, & delicatæ materiæ arduum, parvitatis & ignorantiæ meæ & linguæ minimè convenit. Sed potens est DEUS de minimis magna facere; ut de exiguo oleo & farinæ pugillo domum implevit pauperculæ viduæ. (3. Reg. 17. 4. Reg. 4.)

Itaque jussionibus vestris coactus, satis habeo, meam non defuisse obedientiam, & ideò pauca de pluribus, à majoribus & peritissimis tradita, sine ulla ambiguitatis caligine, ne inobedientiæ crimen incurram, patefacere censeo. Ex quibus quanta qualisque virgo virtutum bonarum florida, cunctorum oculis innotescat. Non quod memoria, & mediocritas & rusticus sermo ingenioli mei tanti muneris officium explicare valeret; sed fidei vestræ beatitudo, & orationum vestrarum diuturnitas meretur accipere, quod non valet ingenium dictantis.

Hæc ergo egregiis crescens virtutibus; & per famam bonarum rerum ad eam de omnibus provinciis HYBERNIÆ innumerabiles populi de utroque sexu confluentes, vota sibi voventes; voluntariè suum MONASTERIUM, caput penè omnium HYBERNIENSIUM Ecclesiarum, & culmen præcellens omnia MONASTERIA SCOTTORUM, cujus parochia per totam HYBERNENSEM terram diffusa, à mari usque ad mare extensa est, in campestribus campi LIFFEIM, supra fundamentum fidei firmum construxit, & prudenti dispensatione de animabus eorum regulariter in omnibus procurans, & de Ecclesiis multarum provinciarum sibi adhærentibus sollicitans, & secum revolvens, quod sine summo sacerdote, qui Ecclesias consecraret, & Ecclesiasticos in eis gradus subrogaret, esse non posset; Illustrem virum & solitarium, omnibus moribus ornatum, per quem DEUS virtutes operatus est plurimas, convocans eum de heremo, & de sua vita solitaria, & ibi sibi obviam pergens, ut Ecclesiam in Episcopali dignitate cum ea gubernaret, atque ut nihil de ordine sacerdotali in suis deesset Ecclesiis, accersivit.

Et postea sic unctum caput & principale omnium Episcoporum & beatissima puellarum principalis, felici comitatu inter se & gubernaculis omnium virtutum suam erexit principalem Ecclesiam, & amborum meritis sua cathedra Episcopalis & puellaris, ac si vitis frugifera diffusa undique ramis cresentibus, in tota HYBERNENSI insula inolevit.

Quam semper ARCHIEPISCOPUS HYBERNIENSIUM EPISCOPORUM & ABBATISSA, quam omnes abbatissæ SCOTTORUM venerantur, felici successione & ritu perpetuo dominantur. Exinde ergo, ut supra dixi, à fratribus coactus, beatæ hujus virginis BRIGIDÆ virtutes tam eas, quas antè principatum, quam alias, quas in principatu gessit, multo studio brevitatis, licet præpostero ordine virtutum compendiosè explicare conabor.

Incipit vita S. Brigidæ.

Infantia Brigidæ. SAncta itaque BRIGIDA, quam DEUS præscivit, ad suam imaginem & prædestinavit, à christianis nobilioribusque parentibus, de bona ac prudentissima ETECH prosapia in SCOTIA orta, patre (*a*) DUBTOCHO, & matre BROCCA genita, à sua pueritia bonarum rerum studiis inolevit. Electa enim ex DEO puella moribus sobria, ætatis ac pudicitiæ plena, in meliora semper crescebat.

Et quis sua opera, quæ etiam in hac ætate gessit, plenè potest enarrare? sed hæc pauca de innumerabilibus exempli causa posita demonstrabimus.

Exin-

(*a*) *Surius, qui vitam S. Brigidæ paraphrasticè dedit, patrem Duptacum, matrem Brotsech vocat.* CAN.

SÆC. VI. ANNO 530.

Exindè hæc, cum tempus maturum advenit, in opus coaguli, ut de turbato vaccarum lacte butyrum aggregaret, à matre transmissa est; ut sicut aliæ fœminæ hoc opus exercere solebant, ipsa quoque æquali munere perageret; ut cum ceteris in tempore placido, vaccarum fructum ac pondus, mensuratumque butyri solitum plenissimè in usum redderet. sed hæc moribus pulcherrima & hospitalis virgo, obaudire magis volens DEO, quàm hominibus, pauperibus & hospitibus lac largitur, & butyrum distribuit. Et cum secundum opportunum advenit tempus, ut omnes redderent fructum vaccarum, ad eam perventum est. Sed cùm cooperatrices ejus monstrabant sua opera completa, quæsitum est à beata supradicta virgine, ut & ipsa similiter adsignaret suum opus. Et ipsa matris timore pavida, cùm non haberet, quod monstraret; quia totum pauperibus erogavit; crastinum non procurans tempus, & inextinguibili flamma fidei accensa, ac firma, ad Dominum se convertens oravit. Nec mora, Dominus vocem virginis audiens ac preces, largitate divini Numinis, sicut est adjutor in oportunitatibus, affuit, & pro sua in se virginis confidentia affluenter butyrum constituit. Mirum in modum & illa hora post orationem Virgo sanctissima, nihil de suo opere deesse ostendens; sed super omnes cooperatrices abundasse monstravit complesse suum officium. & cùm plenissime inventum in oculis, omnium tanti muneris miraculum innotuit, & laudantes Dominum, qui hoc fecit, tantam fidei virtutem virginali pectore constitisse admirati sunt.

Ac non multò post, cùm eam sui parentes, more humano, viro desponsare vellent, illa cœlitus inspirata, se virginem castam exhibere volens DEO, ad EPISCOPUM sanctissimum beatæ memoriæ (a) MACCA perrexit. Qui cœleste intuens desiderium & pudicitiam, & tantæ castitatis amorem in tali virgine, pallium album & vestem candidam super ipsius venerabile caput imposuit. quæ coram DEO & EPISCOPO ac ALTARI genua humiliter flectens, & suam virginalem coram Domino Omnipotente offerens, fundamentum ligneum, quo altare fulciebatur, tetigit. Quod lignum in commemoratione pristinæ virtutis, usque ad præsens tempus viride, ac si non esset excisum, & decorticatum, sed in radicibus fixum viresceret; & usque hodie languores & morbos de hominibus expellit fidelibus.

Hujus miraculi mentio in Rom. Martyrolog. 1. Febr. NB.

Miracula Brigidæ.

Nec prætereundum mihi videtur commemorare de illa virtute, quam hæc famosissima famula dicitur ac divino incessanter famulatui tradita, operata est. Nam cum illa aliquando in caldario lardum advenientibus hospitibus coxerat, cani adulanti, ac flagitanti, misericorditer eam tradidit; & cum lardo de caldario tracto, ac postea hospitibus esset divisa, ac si non esset dempta, plenissimè reperta est. Et valde hi, qui hoc viderunt admirantes puellam incomparabilem virtute fidei, merito bonarum virtutum, dignis laudibus divulgaverunt.

Et eadem messores ac operarios convocat in messem suam; & facta illa messorum conventione, nebulosa, ac pluvialis dies illa accidit conventionis. Et pluviis largiter ex nubibus effusis, per totam illam in circuitu provinciam, ac rivulis guttarum effluentia per convalles & rimas terrarum currentibus; sola messis sua arida sine pluviarum impedimento & perturbatione perstitit, & cùm omnes messores undique ipsius regionis prohibiti pluviali die sui; sine ulla umbra caliginis pluviæ, illa die tota, ab ortu usque ad occasum, messores, DEI potentia opus exercebant.

Ecce inter ceteras virtutes ipsius hoc dignum admiratione videtur esse, & admirabile. Advenientibus enim Episcopis, & cum ea hospitantibus, cum non haberet unde eos cibaret, adjuta DEI multiplici virtute solito more habundanter, ut sua poscebat necessitas, vaccam unam tribus, contra consuetudinem, in una die vicibus mulsit. & quod solet de optimis tribus vaccis exprimi, ipsa mirabili eventu de una sua expressit vacca.

(a) *Ap. Sur. vocatur Machillus S. Patritii discipulus. Fuerant autem contemporanei Patricio (inquit Sylvester Giraldus Cambrensis in topographia Hiberniæ, distinctione 3. cap. 18. cui capiti hunc titulum præfigit: Quod tria corpora, Patritii scilicet, Columbæ, & Brigidæ, apud Ultoniam in Dunnensi civitate his nostris diebus inventa sunt translata) sanctus Columba, & S. Brigida, & apud Ultoniam, in eadem civitate, Dunnensi scilicet, quo Dominus Comes Joannes primo in Hiberniam venit, quasi in spelunca triplici, Patritio in medio jacente, aliis duobus hinc inde, Joanne vero de Curci tunc ibidem præsidente, & hoc procurante tres nobiles thesauri divina revelatione inventi sunt translati. Unde versus: In burgo Duno, tumulo tumulantur in uno, Brigida, Patritius, atque Columba pius. Hæc Giraldus, qui ibidem cap. 17. hæc: Obiit autem B. Patritius & in Domino quievit, anno ætatis suæ 120. ab incarnatione Domini 485, ab adventu Hibernensium 1800. Ubi tamen in margine hæc varia lectio apposita est: Anno ætatis suæ 123. incarnationis Dominicæ 493. Pontificante Felice Papa I. Imperante Anastasio, principante in Brittannia Aurelio Ambrosio in Hibernia autem Forkero.* CAN.

Ibidem cap. 16. Patritius natione Britannus, vir vita & sanctitate conspicuus, &c. tota jam insula ad fidem Christi conversa, apud Ardmacham sibi sedem elegit, quam etiam quasi metropolim constituit, & proprium totius Hiberniæ primariæ locum. Hæc Girald. Ubi in margine hæc: Anno quo S. Augustinus doctor mortuus est, scilicet 418. missus est Patritius in Hiberniam, venit vero eò 432. Sancta Brigida nata 439. Obiit Patritius 493. anno ætatis suæ 120. Hæc in quodam vetusto libro Chromelliæ inveni. Hæc ibi in margine. CAN.

Sæc. VI. Anno 530.

Ecce & hanc virtutem beatitudini veſtræ intimare cenſeo, in quam mens pura virginalis, & manus cooperatrix in unum convenire apparent. Nam hæc cum ſuas ope paſtorali paſceret oves in campeſtri, loco herboſo, largitate nimia pluviarum profuſa, humidis veſtibus domum rediit. & cum umbra ſolaris per foramina domum intrinſecus intraret, illam umbram obtuſa oculorum acie, arborem fuiſſe transverſam & fixam putans, ac deſuper complutam veſtem ponens tanquam in arbore grandi & firma in ipſa tenui ſolari umbra veſtis pependit. Et cum ipſius domus habitatores vicini hoc ingenti miraculo fuiſſent perculſi, hanc incomparabilem dignis laudibus extollebant.

Et hoc ſilentio opus non eſt prætereundum. Cum enim hæc S. Brigida in agro juxta gregem ovium paſcendum cura paſtorali eſſet ſollicita, aliquis nequam Adoleſcens callidè ſubripiens, & ipſius largitatem in pauperibus comprobans, & mutato ſeptem ab ea verveces in una die detulit, & in ſecreto abſcondit. Et cum grex ad veſperum ad caulam eſſet dirigendus ex more, duabus vel tribus vicibus diligentiſſimè adnumeratus, ſine damno mirum in modum totus integro repertus eſt numero. Et admirantes hi, qui conſcii facti erant, virtutem Dei manifeſtè factam per virginem, ſeptem quos abſconderunt verveces, ad ſuum remiſerunt gregem & ille gregis numerus nec plus nec minus, ſed ut antè integer repertus eſt.

(*a*) His & aliis innumeralibus virtutibus famoſiſſima Dei famula in ore omnium non immeritò ſed dignis laudibus excelſiſſima viſa eſt.

Mirabili quoque eventu ab hac venerabili Brigida leproſi Cervisiam petentes; cùm non haberet illa, videns aquam ad balnea paratam, cum virtute fidei benedicens, in optimam convertit Cervisiam, & abundanter ſitientibus exhauſit. Ille enim, qui in Chana Galilæ aquam convertit in vinum, per hujus quoquè beatiſſimæ fœminæ fidem aquam mutavit in cerviſiam.

. . . .

Et ſecundum quod omnia poſſibilia ſunt credentibus ſinè ulla poſſibilitate cotidiè innumera miracula operabatur.

Quadam enim die, cùm quidam ſal petens veniret, ſicut ceteri pauperes, & egeni & inumerabiles venire ſolebant, pro ſuis neceſſitatibus; ipſa beatiſſima Brigida in illa hora ſal factum de lapide, quem benedixit, in opus poſcentis ſufficienter largita eſt. & ſic ab ea ſal portans lætus propriam domum rediit.

Et hoc potentiſſimum opus divinum ejuſdem jungendum eſſe mihi videtur inter cetera, quo Salvatoris inſtar imitatrix, divini nominis excelſiſſimam operata eſt virtutem.

Nam ſecundum exemplum Domini & hæc oculos cœci nati aperuit. ſua enim nomina & opera membris Dominus largitus eſt ſuis, quia de ſe ipſo cum loqueretur: Ego ſum lux Mundi; nihilominus ſuis dicit Apoſtolis: Vos eſtis lux Mundi, & eiſdem dicens intulit: Opera quæ ego facio, ipſi facient, & majora horum facient. (*Joan.* 8. *Matth.* 5. *Joan.* 14.)

Inde quem naturalis partus cœcum protulit natum, fides ejuſdem Brigidæ grano operata ſinapis, & conſimilis eidem, oculos ſimplices & lucidos ingenti miraculo aperuit. Hæc itaque tantis virtutibus illuſtris humilitate cordis & puritate mentis morum temperantia & ſpirituali gratia plena, tantam authoritatem & celebre nomen præ omnibus coætaneis virginibus habere meruit.

Et quadam die, cum una ex adhærentibus ſibi extrinſecus fœmina, cum filia XII. annos ætatis, ex naturali procreatione muta, ad eam veniret viſitandam, cum digna veneratione, & reverentia, ut omnes ſolebant, ſe inclinans & humili collo ad ejus pacificum oſculum procidens, ipſa omnibus affabilis Brigida, & felix, conditis ſale ſermonibus divino eam ſalubriter allocuta eſt, ac Salvatoris noſtri jubentis exemplo parvulos ad ſe venire, filiæ manum retinens manu ſua; neſciente illa quod eſſet muta, & voluntatem ipſius interrogans, utrum velato capite permanere virgo, an nuptiis tradenda eſſe vellet. Matre ipſius admonente, quod ſibi filia nulla daret reſponſa. reſpondens matri dixit, ſe non dimiſſuram filiæ manum, ni ſibi prius reſponſum redderet. Et filiam cùm ſecunda vice interrogaret, reſpondit filia ſibi dicens: Non aliud, niſi quod tu volueris, volo agere. Ac ſic poſtea aperto ore ſine linguæ impedimento, & ſoluto ipſius vinculo loquebatur ſana.

Et

(*a*) *Silveſter Giraldus in topographia Hiberniæ diſtinct.* 2. *cap.* 36. *hæc: Sunt & hic (intellige apud Kyldariam Lageniæ quam glorioſa Brigida reddit illuſtrem, ut inquit cap.* 34.) *campeſtria pulcherrima, quæ Brigidæ paſcua vocantur: in qua nullus aratrum auſus eſt mittere, de quibus pro miraculo ducitur, quod licet provinciæ totius animalia ſolo tenus veſperi herbam corroſerint, mane facto, non minus herboſitas apparebit. Tanquam de paſcuis illis dictum fuerit: Et quantum longis carpunt armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponit.* Can.

Et quibus hoc ejusdem opus nullis multorum auribus inauditum scrupulum non moveret?

Dum enim hæc animo esset intenta cœlestium meditatione, ut semper solebat, suam de terrestribus ad cœlestia elevans conversationem, quandam non parvam, sed grandem lardi partem cum cane dimisit. Et cum esset inquisita, non alicubi, sed ubi canis in eo loco solebat esse, mense transacto, intacta & integra reperta est. Non enim canis ausus comedere depositum Beatæ Virginis, sed custos patiens lardi & idoneus contra suum solitum morem divina refrenatus virtute extitit.

Adcrescente quotidie miraculorum numero, quæ vix enumerari possunt, quantum misericordiæ & pietatis, & in pauperes eleemosynarum oportunè & inoportunè postulantium operata est! Nam cum aliquis indigens cibo pauperum eam rogaret, illa ad eos, qui carnes coxerant, ut ab illis aliquid pauperi deferret; festinavit, & illorum unus stolidissimus famulus, qui carnes coxerat, insipienter partem hondum carnis coctam, in albatum ipsius sinuatæ vestis receptaculum transjecit, & sic illa non suffocato mantili, & in suo candido colore manente portans pauperi tribuit. Nec non & hoc de gestis felicibus admirari debet. Confluentibus enim ad eam undique pauperibus & peregrinis, ingenti fama virtutis, & nimiæ largitatis tracti; Accedens ad eam inter eos ingratus quidam leprosus, optimam de armento vaccam cum optimo vitulo omnium vitulorum insimul sibi donari poscebat. Nec ipsa ejus audiens preces distulit; sed mox illam quam optimam de omnibus vaccam, & alius vaccæ vitulum elegantem & optimum roganti infirmo voluntariè donavit; & misericorditer suum cum illo transmittens currum pariter, longum & latissimum campum, ne molestiam in vacca minanda infirmus longo fessus itinere sustentaret, vitulum post tergum ejus in currum poni præcipiebat. Et sic eum vacca lingua lambens, & tanquam proprium diligens, nemine eam cogente usque ad loca destinata consecuta est.

Charissimi videtis fratres, quod & bruta contra consuetudinem ei famulabantur animalia.

Quodam intervallo temporis alii nequissimi fures, qui nec Dominum nec homines verebantur, de aliqua provincia ob latrocinium venientes, per amnem grandem facili meatu pedum egredientes, bovem ipsius furati sunt. sed eos eandem revertentes viam impetus ingentis fluminis, inundatione aquarum subito facta conturbavit. Non enim flumen instar muri erectum scelestissimam boum fraudem beatæ Brigidæ per se transire permisit; sed eosdem fures demergens, & secum trahens; boves de ipsorum manibus liberati loris in cornibus pendentibus, ad proprium armentorum ad bubulum reversi sunt. Ecce & hic virtus divina apparet.

Cum quadam die ipsa sanctissima Brigida, cogente aliqua necessitate utilitatis, ut conventionem plebis visitaret, in curru sedens equis binis vehebatur, & cùm in suo vehiculo meditatione theorica cœlestem agens in terris vitam, suum, ut solebat, dominatorem oraret, de alto procidens loco, alter bruto animo equus saliens in curru, & inrefrenatus habenis fortiter se excutiens, & de jugo exterritus per campestria cucurrit: & sic manus Domini jugum pendens sine præcipitio sustentavit. Et vidente turba, ob testimonium divinæ virtutis secuta, in suo orans vehiculo cum uno equo sub curru posito, ad plebis conventionem, discursu placabili illæsa pervenit, & sic signis & virtutibus [illegible] confirmans; doctrina, sermonibus salutaribus, & sale divino conditis, plebem exhortata est. Et hoc virtutibus ejus videtur nobis esse deputandum.

Cum aper ferus singularis & sylvestris territus & fugitivus esset, ad gregem porcorum Brigidæ felicissimæ concitus cursu præcipiti pervenit. Quem ipsa ventum inter suas cernens benedixit. Deindè impavidus ac familiaris cum ipsius porcorum grege mansit. Ecce fratres videtis, quod & bruta animalia & bestiæ sermonibus & voluntati ejus resistere non poterant, sed domita & subjecta sibi famulabantur.

Quadam autem die, cum aliquis nulla suffultus scientia, vulpem Regis ad palatium ambulantem videret; putans illam obcœcatis sensibus suis, feram esse bestiam: & quod in aula regis familiaris & mansueta esset, variis artibus edocta agilitate corporis, & subtilitate animi, Regi & suis Comitibus grande præstans signaculum, ignoraret: vidente multitudine occidit eam. Et statim ab his, qui viderunt factum, alligatus & diffamatus est, ad regem perductus est. Et cum rex iratus rem discens gestam; nisi sibi vulpis similis in omnibus calliditatibus, quas sua vulpis operabatur, restituta esset, illum jussit occidi; & uxorem & filios & omnia quæ habeat, in servitutem redigi præcipit.

Cumque rem gestam sancta & venerabilis Brigida didicisset, tanto miseriarum & pietatis affectu permota, currum sibi jungi præcepit, & ex intimo corde dolens

SÆC. VI. ANNO 530.

pro ipso infelici, qui injustè judicatus est, precibus ad Dominum fusis, & per planiciem campi equitans, perrexit in viam, quæ ad Regis palatium ducebat. Nec mora Dominus exaudit ipsam, suas fundentem assiduas preces. Unam de suis vulpibus feris ad eam venire jussit. Quæ cum velocissimo cursu ad eam veniret, & beatissimæ BRIGIDÆ currui appropinquaret; leviter se elevans in curru sedebat, & sub receptaculum BRIGIDÆ vestis se constituens, sobriè in curru cum ea sedebat.

At cum ipsa ad regem veniret, ut ille miser improvidus, qui reatu suæ ignorantiæ tenebatur, liber & absolutus de vinculo egrederetur cœpit precari. Et cum Rex ejus precibus consentire noluisset; obtestans, se non illum dimissurum, nisi talem vulpem tantæ mansuetudinis & calliditatis, qualis vulpes sua fuerat, restituta esset. ipsa suam in medium vulpem protulit. Quæ coram Rege & omni multitudine, omnes mores, & subtilitatem docibilem variis artibus alterius agens vulpis, in eadem forma prioris palam omnibus lusit. Tunc Rex placatus est, hæc videns: & optimates ejus cum ingenti plausu multitudinis admirantis mirabile factum, illum solvi, & liberum abire, qui fuerat ante reus delicti, jussit.

Nec multo post, cùm S. BRIGIDA solutione ipsius & libertate facta, ad suam rediret domum, ipsa vulpes dolosa se inter turbas torquens, & callidè movens, fugitiva ad loca deserta & sylvestria, & ad suum antrum, multis equitibus & canibus sequentibus se, illudens ac per patentes campos fugiens, incolumis evasit. Et omnes admirantes, quod factum fuerat, privilegio sanctitatis, & prærogativa multarum virtutum semper pollentem majoribus gestis sanctam venerati sunt S. BRIGIDAM.

Et cùm in alia die anates pectore carnali natantes in aqua, & per aëra interdum volitantes, beata vidisset BRIGIDA; eas ad se venire jussit. Quæ pennigero volatu, & toto ardore obedientiæ ejus vocibus tanquam humana cura consuetæ, sine ulla formidine multitudo ad eam volitavit. Quas manu tangens, & amplectens, & per aliquantum temporis hoc idem faciens, redire ac volare suis in aërem alis permisit. Collaudans creatorem omnium rerum, cui omnia subjecta sunt animantia, & cui omnia vivunt, ut quidem ait, officio gerendi.

Et ex his omnibus manifestè colligi potest, quod omnis natura bestiarum & pecorum & volucrum subjecta ejus fuit imperio. Et hoc ejus miraculum omnibus seculis celebrandum, auribus fidelium insinuandum est.

Nam cùm semina saluberrima verbi Dominici ex more suæ consuetudinis omnibus seminaret, vidit novem viros in quadam forma speciali vanæ & diabolicæ superstitionis plausum habentes, vocis ridiculæ ac insaniam mentis maximam. in quorum viis contritio & infelicitas, & antiquo hosti, qui in illis regnabat votis scelestissimis & juramentis, sitientens effusionem sanguinis, antequam Calendæ Julii illius Mensis supervenirent, venturi, aliorum jugulationem & homicidia deposuerunt. Quibus reverentissima & affabilis BRIGIDA melliflua verborum copia prædicavit, ut mortiferis erroribus relictis, crimina per cordis compunctionem & veram delerent pœnitentiam. Qui hebetudine mentis suæ, nisi prius vana sua complessent vota, illud resistentes, in viam perrexerunt suam; & pro hac re fusis ad DEUM precibus affluenter veneratæ virginis, volentis, Domini exemplo, omnes salvos fieri, & ad agnitionem veritatis.

Et egredientes illi nefarii imaginem instar viri, quem debuissent jugulare,. contemplantes, & continuo suis jugulantes lanceis, & gladiis decollantes, quasi post triumphum de suo adversario armis sanguineis reversi multis apparuerunt. Mirum in modum cùm neminem occiderent, illis visum est complesse sua vota; atquè cum nemo deerat de illa Provincia, de quo illi triumpharent, largitas divini muneris per sanctissimam BRIGIDAM facta omnibus innotuit. Et sic illi, qui antea erant homicidæ, per pœnitentiam ad Dominum conversi sunt.

Et in hoc opere per sanctam BRIGIDAM cultu inenarrabili sacræ religionis divina manifestata est potentia. Illam enim, LUGUIDINAM nomine, validus vir valdè, & virorum fortissimus, duodecim virorum opera per semetipsum tota fortitudine sui corporis, in una, cùm vellet, laborans die; & cibaria, quibus sufficienter XII. viri vesci possent, simul comedens, (sicut enim illorum opera solus, sic & cibaria æquali modo unus contra plures comedere poterat) deprecatus est, ut ipsa Dominum oraret Omnipotentem, ut ejus ingluviem, qua superflua devorabat, temperaret; nec antequam virtutem sui corporis pro hac amisisset causa. Et sic illa BRIGIDA illum benedicens, & pro illo Dominum orans; ipse postea victu unius viri satis contentus, ac, ut antea solebat, laborans, sicut duodecim operarii operabatur, in eadem antiqua permansit virtute.

Item arbor quædam grandis, & maxima, ad aliquem paranda usum, cum his, qui ar-

artificia exercere solebant in ligna lignorum securibus excisa est. Ad quam conventio virorum fortium propter ejus molestiam & ingentem molem, loca difficillima in quibus ramorum cum fragore suorum, ut deponerent, attraherent cum multis bubus, & artificum machinis ad locum destinatum, ut necessitas rei poscebat, congregata est. Et cum nec multitudo virorum, vires boum, & variæ artificum artes, movere vel trahere ullo modo possent eam arborem; recedentibus cunctis ab ea, per fortissimam fidem beatæ Brigidæ grano sinapis similem, per quam fidem, ut Magister cœlestis organo evangelicæ vocis docet, montes moventur; sic possibilia sunt omnibus credentibus, eam gravissimam arborem Evangelicæ virtutis, per divina mysteria, nullo mortalium auxilio levantes, sine ulla difficultate ad locum, quem voluit S. Brigida, detulerunt. ac per omnes provincias tanta divinæ virtutis excellentia divulgata est.

Sæc. VI. Anno 530.

Matth. 17.

Et nostro occurrit animo, non excludere & hanc virtutem silentio nostro.

Quidam enim vir secularis, & gente nobilis, & dolosus moribus exardescens in cujusdam fœminæ concupiscentiam, & quo modo ejus concubitu frui posset callidè cogitans. ac sentem argenteam preciosam in depositum sibi commendans, quam dolosè retraxit illa ignorante, & jecit in mare, & cum ipsa non posset reddere, sibi esset ancilla, & ejus postea uteretur, ut vellet, amplexibus, machinatus est hoc perficere malum, nulla alia [illegible]ac redemptione placatus fieri posse dicens, nisi aut propria sibi sente argentea reddita, aut ipsa fœmina in servitutem sibi redacta pro causa culpabili fragilis concupiscentiæ uteretur. Et hæc timens pudica fœmina quasi ad civitatem [illegible]fugii tutissimam, ad sanctam Brigidam confugit. Quæ cum talem comperiss[illegible]ausam, vel quid pro hac re ageret, cogitaret; cum nec dum verba complesset, supervenit ad se quidam cum piscibus de flumine tractis. Cumquè illorum viscera excisa & aperta essent, sentis illa argentea, quam ille crudelis jecit in mare, in medio unius piscis reperta est. Et sic postea secura mente eandem sentem secum portans; & ad conventum multitudinis pro hac culpa cum tyranno infami progrediens, & monstrans sibi eandem sentem multis testantibus, qui eam agnoscere poterant, non aliam esse, sed ipsam, de qua talis sermo ferebatur, adhærentem sibi feminam pudicam de manibus tyranni crudelissimi liberavit. Ille verò postea confitens suam culpam, S. Brigidæ humiliter sua subdidit colla. Tunc illa ab omnibus gloriosa peracto hoc ingenti miraculo gratias agens Deo, & omnia in ejus gloriam faciens, domum rediit propriam.

Et his miraculis gloriosum ejus cum aliqua fideli fœmina hospitium jungi debet. quo prosperum iter faciens S. Brigida in Dei voluntate in amplissimo campo Breg, cùm declinaret ad vesperum dies, ad habitaculum ejus veniens cum ea pernoctavit. Quæ obviis manibus & gratulanter suscipiens, gratias Omnipotenti agens de felici adventu reverentissimæ Brigidæ virginis Christi.

Cumque non haberet propter suam inopiam, undè tales nutriret, & cibum, unde tales hospites cibaret, incidens ligna telaria, in quibus textura telarum operabatur in pastu ignis, vitulum suum, quem occidit, super struem lignorum ipsorum ponens, igni assavit cum bona voluntate. Et cœna facta, & nocte assuetis transacta vigiliis, expergiscente post illam de mane noctem, ut nullum de receptione & refectione S. Brigidæ ullius rei sustineret damnum ipsa hospitalis, quæ vitulum amiserat suæ vaccæ, alterum in eadem forma vitulum cum sua invenit vacca; quem ut priorem ipsa dilexerat. Et telaria ligna similiter sibi præ ceteris reparata, in tali forma, & quantitate, in qua priora fuerant, contemplata est.

Et sic S. Brigida felici progressu, & mirabili facta virtute, & habitatoribus valedicens, pontificè in suam viam perrexit.

Et ecce in tanta miraculorum magnitudine hoc ejusdem opus præclarum admirari solet. Tribus enim leprosis postulantibus munus aliquodcunque ab ea accipere, vas largita est argenteum. Et ne illis esset causa dicordiæ & contentionis, si illi inter se dividerent, cuidam in ponderibus auri & argenti comperto dixit, ut inter illos hoc ponderaret tribus æqualibus patribus. Cumque excusare se cœpisset dicens, ponderare se æqualiter non posse; ipsa felicissima Brigida apprehenso vase argenteo, allidit contra lapidem, & confregit in tres, ut voluit, æquales partes. Mirum in modum, cum postea istæ tres partes in pondere essent emensæ, nulla pars alia minor vel alia quæ aliam superaret, licet uno obulo, de his inventa est tribus partibus. & sic ipsi pauperes sine ulla injuriæ & invidiæ causa læti recesserunt cum suis donis.

Secundum enim beatissimi Job exemplum nunquam inopes à se recedere sinu vacuo passa est. Nam vestimenta transmarina & peregrina Episcopi Conleath decorati luminis, quibus in solemnitatibus Domini & vigiliis Apostolorum sacra in alta-

SÆC. VI. ANNO 530.

ribus offerens myſteria utebatur, pauperibus largita eſt. Et cum tempus ſolemnitatis advenit, ſecundum conſuetudinem, ut ipſe ſummus populorum Pontifex ſuis indutus eſſet mutatoriis veſtibus, S. BRIGIDA, quæ priora veſtimenta illius Epiſcopi CHRISTO in forma pauperum poſito donabat; alia ſimilia per omnia veſtimenta prioribus tam texturis, quàm coloribus, quæ in illa hora à Chriſto, quem per pauperem induebat, perlata in curru duarum acceperat rotarum, tradidit pro aliis. Voluntariè enim alia pauperibus veſtimenta obtulit, & hæc pro eis oportunè recepit. Nam cùm ipſa eſſet vivum & feliciſſimum ſummi capitis membrum, potenter omnia, quæ deſiderabat, operabatur.

Item & hoc S. fulſit BRIGIDA miraculo. quia cum Regis illius patriæ in qua ipſa fuit, per plebes & provincias, quæ ſub ejus erant ditione, præceptum invaleſceret, ut de omnibus ejus regionibus & provinciis convenirent populi omnes, atque ædificarent viam latam, & firmam ramis arborum, petris in fundamento poſitis, & munitionibus quibusdam firmiſſimis in gronna profunda & penè intranſmeabili, & in locis humentibus, atque in paludibus, in quibus grandis currebat fluvius, quæ conſtructa quadrigas, & equites, & currus, & plauſtrorum rotas; & impetum populorum atque incurſum undique hoſtium ſuſtentare poſſet.

Convenientibus autem undique populis per cognationes & familias diviſerunt viam illam, quam ædificare debuerant, in partes proprias; ut unaquæque cognatio & familia ſuam ſibi creditam conſtruxiſſet partem. Et cum illa pars fluminis difficillima, & laborioſa in ſorte alicujus ex ipſis nationibus eveniſſet: ipſa Natio duriſſimum devitans laborem, per ſuam fortitudinem S. BRIGIDÆ infirmiorem coëgit nationem, ut hanc operaretur difficilem pariter in ſtructura viæ; ut ſuam quam faciliorem habebat partem eligens, ipſa crudelis Natio ædificaret ſine ulla fluminis perturbatione.

Atque cùm ad S. BRIGIDAM ſui ſecundum carnem cognati fuiſſent religioſè poſtrati, ipſa illis probabiliter dixiſſe fertur: Abite, voluntatis DEI eſt & poteſtatis, ut ille fluvius tranſeat de loco, in quo eſt, & ubi vos dura opprimunt opera, in illam quam ipſi elegerunt partem. Et cum de mane ipſius diei omnes ſurrexiſſent ad opera populi, fluvius ille, quem querebantur, viſus eſt reliquiſſe ſuum locum antiquum, & convallem, inter ambas currere ſolebat ripas, & tranſmutaſſe de parte, ubi S. BRIGIDÆ natio compulſa operabatur, in illorum fortium & ſuperborum partem, qui alios pauciores & infirmiores ſe injuſtè operari compellebant; & in teſtimonium virtutis veſtigia fluminis, & vallis vacua, ubi inundans & emanans antiquo currebat fluvius tempore, ipſo ad alterum flumine recedente locum; ipſe locus ſiccatus ſine ullis apparet fluitantibus aquis.

Non ſolum autem in ſua vita carnali, antequam ſarcinam deponeret carnis, (*a*) virtutes operata eſt plurimas, ſed largitas divini muneris in ſuo Monaſterio ubi ejus venerabile requieſcit corpus, ſemper operari virtutes non ceſſat, quas nos virtutes non ſolum audivimus, ſed etiam oculis noſtris vidimus.

Nam PRÆPOSITUS maximi & clariſſimi Monaſterii S. BRIGIDÆ, de quo in ejus opuſculi principio brevem fecimus mentionem, operarios & lapidum cæſores quærere lapidem & incidere molarem, per loca quæcunque ibi poſſent invenire, tranſmiſit. Et illi ſine ulla providentia viarum arduam aſcendentes viam, ad cacumen petroſi montis perrexerunt, & elegerunt lapidem grandem in ipſo montis altiſſimi cacumine. Et cædentes eum de omni parte in rotundum, & perforatum * malorem lapidem formaverunt. Cum vero PRÆPOSITUS de MONASTERIO invitatus ab eis veniſſet cum bubus ad illum montem, in quo lapis formatus fuit molaris, atque cum boves ſecum propter arduam montis aſcenſionem trahere & cogere non poſſet: duriſſimum iter cum paucis illum ſequentibus vix aſcendere potuit.

* *l. Molarem.*

Ille vero cùm omnibus ſuis operariis, dum cogitaret quomodo illum molarem deportaret lapidem de jugo altiſſimi montis, cùm boves in illo prærupto montis ſub oneribus & jugum eſſe nullo modo potuerint. Tunc facta deſperatione, aliis ex eis deſcendentibus, illum deſerere lapidem, & eos in vanum laboraſſe, qui illum formaverunt. Ille PRÆPOSITUS prudenti diſpenſatione, & conſilio ſuis operariis fideliter dixit, Nequaquam hoc ita fiat; ſed hunc levate viriliter molarem, & ſubmittite in præcipitium de altiſſimo iſto montis cacumine, in nomine & virtute reverentiſſimæ S. BRIGIDÆ. Quia nos nullis artificiis & viribus per iſta loca petroſa hunc molarem lapidem poſſumus portare, niſi BRIGIDA, cui nihil impoſſibile eſt, ſecundum illud quod omnia poſſibilia ſunt credenti, illum portaverit ad locum, ex quo vires boum

(*a*) *Marianus Scotus ait obiiſſe ſub Juſtino Seniore Imp. anno 521. quem potius ſequor cum Baronio tom. 7. an. 521. num. 41. quàm Sigebertum.* NB. CAN.

boum trahere ipsum possint. Et sic fide firma præcipitans illum in vallem, & paulatim de monte ascendens, aliquando petras devitans, aliquando super eas saliens, & in locis currens humidis in radice montis positis, in quibus nec homines nec boves stare poterant, pro illorum funditate, mirabili (*a*) comitatu usque ad loca plana sine ulla fractione, ubi illorum erant boves, cum eis progressus est. Et exinde cum bubus, usque ad molendinum vectus est, artificiosè cùm altero junctus est lapide.

Et ut plus iste molaris lapis, qui in nomine beatæ directus est BRIGIDÆ, omnibus adhuc innotesceret, addit & hoc inauditum antea & præclarum miraculum. Nam cum quidam paganus ac molendino vicinus suo habitaculo dolosè per alium simplicem virum, ignorante molendinario, qui opus moliturae exercebat, suum granum ad hoc transmisit molendinum. Et cùm inter hos molares transjectum & fusum fuisset lapides; illum supradictum lapidem molarem nullus impetus fortis fluminis & nulla aquarum violentia, nulla artificum conamina movere potuerunt. Et dùm illi, qui hoc viderunt, de hac re cogitarent, nimio perculsi stupore, granum illud magi esse cognoscentes, nullo modo dubitabant, quod ille molaris lapis, in quo S. BRIGIDA virtutem operata est divinam, granum gentilis hominis in farinam comprimere respuisset. Et statim tollentes foras granum ipsius pagani, & suum granum monasteriale subter molarem illum lapidem ponentes, cursus solitus, & quotidianus sine ullis impedimentis reparatus est molæ.

Et post intervallum temporis accidit, ut molendinum ipsum igne combureretur. Nec & hoc parvum fuit miraculum, cum ignis totam domum combureret, & alterum lapidem, qui junctus supra dicto lapidi fuit; hunc tantum specialem S. BRIGIDÆ lapidem nullo modo tangere est ausus & comburere. sine ulla molestia ignis in magno molendini incendio permansit incolumis.

Postea hoc viso miraculo ad Monasterium perlatus est, & juxta portam interioris castelli, quo Ecclesia ambitur, ubi multi conveniunt ob venerationem S. BRIGIDÆ in ipsa porta honorificè positus est, & de fidelibus hunc lapidem tangentibus morbum expellit.

Nec & de miraculo in reparatione Ecclesiæ tacendum est, in qua gloriosa amborum, hoc est EPISCOPI (*b*) CONLEATH & hujus virginis S. BRIGIDÆ corpora à dextris & à sinistris altaris decorati, in monumentis posita ornatis, vario cultu auri & argenti & gemmarum, & pretiosi lapidis, atque coronis aureis & argenteis desuper pendentibus requiescunt.

Ecclesia namque crescente numero fidelium & utroque sexu, solo spatiosa, & in altum minaci proceritate porrecta, ac decorata pictis tabulatis, tria intrinsecus habens oratoria, ampla & divisa parietibus tabulatis, sub uno culmine majoris domus, in quo unus paries decoratus, & imaginibus depictus, ac linteaminibus tectus, per latitudinem in orientali Ecclesiæ parte, à pariete ad alterum parietem Ecclesiæ se tetendit; qui in suis extremitatibus duo habet in sua ostia; & per unum ostium in extera parte positum intratur ad sanctuarium ad altare summus Pontifex cum sua regulari scola & his sacris sunt deputati ministeriis, sacra ad dominica & immolare sacrificia. Et per alterum ostium in sinistra parte parietis supra dicti & transversi positum, Abbatissa cùm suis puellis & viduis fidelibus tantum * iverat, ut CONVIVIO CORPORIS & SANGUINIS fruantur JESU CHRISTI. atque alius paries pavimentum domus in duas æquales dividens partes; à parte orientali usque ad transversum in latitudine parietem extensus est. Et hæc tenet Ecclesia in se multas fenestras, & unam in latere dextro ornatam portam, per quam sacerdotes & populus fidelis masculini generis sexus intrat Ecclesiam; & alteram portam in sinistro latere, per quam virgines & fidelium fœminarum congregatio intrare solet. Et sic in una Basilica maxima, populus grandis in ordine, & gradibus, & sexu, & locis diversis interjectis & inter se (*c*) partibus, diverso ordine, & uno animo Dominum Omnipotentem orat.

* leg. *intrat.* BASN.

Et cum ostium antiquum portæ sinistralis, per quod solebat S. BRIGIDA Ecclesiam intrare, ab artificibus in suis esset cardinibus situm; totam concludere portam instauratam & novatam novam non potuit. Quarta enim portæ pars aperta sine conclusione & patefacta apparebat. Et si addita & juncta ad altitudinem ostii quarta pars fuisset, tunc totam concludere portam posset altam & instauratam. Et cùm artifices alte-

(*a*) Concitatu *Hanckius* N. MS. sed ea vox parum usitata nec *mirabilis* ei convenit; ideo nihil debet immutari. BASN.

(*b*) *Jam antea citavi ex Giraldo hos versus: in Burgo Duno tumulo tumulantur in uno, Brigida, Patritius, atque Columba pius.* CAN.

(*c*) *Forte, parietibus. De hoc antiquo more, quo fœmina à viris separata orabant in templis, Clement. const. lib. 2. cap. 61. Greg. Naz. in som. de Anastasia, Ambros. ad virg. laps. Baron. in apparatu Eccles. ad num. 52.* CAN.

SÆC. VI. ANNO 530.

alterum majus novum facere ostium deliberarent, quod totam concludere portam, aut tabulam facere junctam in vetus ostium, ut postea sufficere posset, prædictus doctor & omnium prævius artifex HIBERNENSIUM prudenti locutus est consilio: In hac superventura nocte orare dominum juxta S. BRIGIDAM fideliter debemus, ut ipsa nobis de mane, quid in opere hoc acturi sumus, provideat. Et sic orans juxta monimentum S. Brigitæ totam noctem transegit.

Et manè surgens, oratione præmissa, ostium antiquum trudens ac ponens in suo cardine, januam conclusit totam: nec aliquid defuit de ipsius plenitudine, nec ulla in ejus magnitudine superflua pars reperta est. & sic S. BRIGIDA illud ostium extendit in altitudinem, ut tota porta illa ab eo sit conclusa, nec in ea ullus locus patefactus videatur, nisi cùm ostium retruditur, ut Ecclesia intretur. Et hoc virtutis dominicæ oculis omnium videntium miraculum, illam januam & valvam manifestè patet.

Et quis sermone explicare potest, maximum decorem hujus Ecclesiæ, & innumera illius Civitatis quî dicemus miracula? si fas est dici Civitas, de qua vita in se multorum nomen accepit. maxima hæc civitas & METROPOLITANA est, in cujus suburbanis, quæ sancta certo limite designavit BRIGIDA nullus carnalis adversarius, nec cursus timetur hostium. sed Civitas est refugii tutissima de foris suburbanis in tota SCOTTORUM terra, cum suis omnibus fugitivis in qua servantur thesauri Regum, & decorati culminis excellentissima esse videntur.

Et quis enumerare potest diversas turbas & innumerabiles populos de omnibus provinciis confluentes? alii ob epularum abundantiam, alii languidi propter sanitates, alii ad spectaculum turbarum; alii cùm magnis donis venientes ad solemnitatem Nativitatis S. BRIGIDÆ, quæ in die Kalendarum Februarii Mensis dormiens secure sarcinam dejecit carnis, & agnum DEI in cœlestibus mansionibus secuta est.

Veniam peto à fratribus & lectoribus hæc legentibus, qui causa obedientiæ coactus, nulla prærogativa scientiæ sufflatus, pelagus immensum virtutum S. BRIGIDÆ & viris fortissimis formidandum, his paucis rustico sermone dictis virtutibus de maximis & innumerabilibus currerim.

Orate pro me COGITOSO NEPOTE culpabili, & ut oratione vestra pio Domino me commendetis exoro, & DEUS vobis pacem Evangelicam sectantes exaudiat.

Explicit Vita S. Brigidæ Virginis.



ZA-

ZACHARIÆ,
MITYLENENSIS
EPISCOPI,
SYNTAGMA
Adversus
MANICHÆOS
Ex mſ. in lucem editum.

Interprete

FRANCISCO TURRIANO,
Societatis JESU.

DE
ZACHARIA
EPISCOPO
MITYLENENSI, EX EPIT. BIBLIOTH. GESN.



Achariæ Scholastici (aliàs Sophistæ) Et Episcopi Mitylenensis Dialogus, qui inscribitur Ammonius aut Philosophus, Græcè exstat Venetiis apud Diegum Hurtadum. Item liber de mundi æternitate. Fertur & Romæ quippiam Zachariæ Philosophi exstare. Ejusdem exstat Dialogus Theophrastus, de immortalitate animæ. Ubi duplex error, primus, cum Dialogum, cujus inscriptio, Ammonius, distinguit, tanquam diversum opus, à libro de mundi æternitate; cum sit unus & idem liber. Secundus, cum Dialogum, Theophrasti nomine prænotatum eidem Zachariæ adscribit: Est enim Æneæ Gazæi Platonici Philosophi, relatus in tomum nonum Bibliothecæ sanctorum Patrum.

Porro Dialogum contra Mundi æternitatem in latinam linguam transtulit Gilbertus Genebrardus, insertusque est in tomum quartum Bibliothecæ SS. Patrum. De eodem Zacharia hæc annotavit collector Bibliothecæ SS. PP. in Indice Chronologico. *Zacharias ex Scholastico Mitylenensis Episcopus, deputatus à Mena Patriarcha, & Concilio Constantinopolitano secundo, Oecumenico quinto, centum sexaginta quinque patrum, contra Anthymum & Theodorum sub Vigilio Pontifice, temporibus Justiniani & Justini Impp: cum Vosporio Neocæsariensi Metropolita Provinciæ Ponti Polemoniaci, & Acacio Pessinuntino, ad notificandum Anthymo, quæ à concilio gesta essent de ejus exauctoratione ab Episcopatu Constantinopolitano, & invitare ipsum infra tres dies ad synodum, ad faciendam super annunciatis congruam satisfactionem. Retulit cum aliis, quæ in ea re gesserant, subscripsitque Concilio post consulatum Fl. Bellissari.* Hæc ille. Tu ipsamet Acta Concilii Quinti consule; quæ Zachariam non modò Episcopum, sed & Metropolitam Mitylenensem appellant.

JACO-

JACOBI BASNAGII
ANIMADVERSIO
DE
ZACHARIA SCHOLASTICO.



Acharias Scholasticus dictus, hoc nomen triplici titulo potuit adipisci 1mo eodem jure quo Serapioni, qui *ob elegantiam ingenii cognomen Scholastici meruit.* 2do cum *Scholastici dicantur, qui adhuc in schola sunt; omnes tamen qui in litteris vivunt, hoc nomen usurpant*, ut inquit Augustinus. Et revera Litteris incubuit Alexandriæ Zacharias, ibique Ammonium Condiscipulum habuit. 3° Sed si Scholastici debent appellari qui rationibus & argumentis subtilissimis utuntur, inter eos debet potius recenseri Zacharias, qui Manichæos metaphysice nimis confutat, & principiis adversus eos utitur, quæ aut intelligi nequeunt, aut facillime possunt refelli. Cæterum illa disputatio habetur Græce MS. Romæ in Bibliotheca Societ. Jesu; nam ibi detulit secum Turrianus.

Sæc. VI. Anno 540.



SÆC. VI. ANNO 540.

ZACHARIÆ,

EPISCOPI MITYLENES

Disputatio contra ea, quæ de duobus principiis a Manichæo quodam scripta & projecta in viam publicam reperit, Justiniano Imperatore.



SI sunt in omnibus contraria principia, quæ ponis, unum bonum, quod vocas, & alterum malum; necesse est, si bonum substantiam esse dicis, malum non esse substantiam: Si bonum dicis principium esse, malum non esse principium: Si bonum esse ingenitum, & æternum, malum non esse sic. Si enim hæc communia habent omnia, quomodo sunt contraria? Præterea: Contraria non quatenus substantia sunt, dicuntur esse contraria, substantiæ enim nihil est contrarium; sed aut quatenus sunt ad aliquid, aut secundum qualitatem & accidens, aut secundum habitum & privationem: ex quo fit, ut primo & soli bono, cum nihil horum habeat, nihil sit contrarium, quia secundum substantiam est bonum, substantiæ verò nihil est contrarium. contraria enim dicuntur, sursum & deorsum, non quatenus substantia sunt, sed quatenus ad aliquid. Quæ autem sunt ad aliquid, cum natura corporea adnexa sunt, non igitur in natura incorporea, & quæ omnibus antecellit & quæ intelligitur comprehendi non posse, locum habent sursum & deorsum.

Et timor contrarius dicitur fortitudini, non tanquam substantia aliqua, sed tanquam qualitas & accidens, quod sæpe adest, & abest. fortitudo enim, & timor in anima spectantur non tanquam substantiæ, sed tanquam qualitates. Quo circa non dicuntur animæ, sed circa animam considerantur fortitudo tanquam habitus animæ, timor tanquam privatio habitus. Sicut sanitas & morbus in corpore. unde necesse est priores esse habitus privationibus. summæ igitur dementiæ esset cogitare hoc in Deo. distinctio enim boni à malo non habet locum in Deo, sed in bono & malo actionum humanarum: bono quidem in creaturam Dei ingrediente secundum habitum; malo verò secundum privationem habitus ex motu liberæ voluntatis accedente sæpe. bonum enim in anima, & vivere secundum virtutem, tanquam optimus quidam habitus, sicut dictum est, advenit homini: hujus verò ignavia ex voluntate, & ex prava consuetudine, ac conversatione mala proficiscente, malum, tamquam privatio habitus, sæpe accidit.

Rude igitur est, & valde ineruditum, dicere contrarium bono secundum substantiam & per se bono, malum, sicut contraria sunt sursum & deorsum; aut esse omnino aliquid contrarium bono secundum substantiam, quod est solus Deus. nemo enim bonus, nisi unus Deus, quia ipsius bonum tantum est immutabile, tanquam primum bonus, & secundum substantiam bonus, qua ratione nihil est ei contrarium. quare malum non est secundum substantiam, ei enim quod est, opponitur dividendo, quod non est, unde non est substantia, quod non est. Si autem quod non est, non est substantia, & opponitur substantiæ, dividendo, ut ais, bono, quod est substantia, malum, malum igitur non est substantia.

Si autem hæc sic habent, & aliter bonum, quod est in Deo, consideratur, qui est bonum à se ipso motus, & secundum substantiam bonum, & quod primum bonum intelligitur; aliter verò consideratur in hominibus, quod sæpe privationem habitus proprii voluntariam recipit, & veritas est cum iis, quæ sic intelliguntur & dicuntur; an non est barbara, & stulta, & ex omni parte repugnans fabula de duobus principiis, quæ communes notiones non probant? Quomodo enim esse poterit ἀρχὴ, quæ non in omnibus principatum tenet? si autem necesse est, ut in omnibus principatum teneat ἡ ἀρχὴ, unus solus erit princeps, quod principium vocamus. igitur malum non est substantia, sed divinæ legis transgressio, quæ ex solo motu liberæ voluntatis ignavis ratiocinatoribus accidit, & in sola actione non obtemperantium legi Dei cernitur. unde in ea inest, ut possit desinere, cum pœnitet sæpenumero eos, qui maleficium faciunt, & ad virtutem motu voluntatis redeunt, quod quidem documento est, non esse mala secundum naturam. Quæ enim secundum naturam sunt, vinci non possunt. Si autem mala non sunt natura, & naturarum fabricator Deus est, unum igitur & solum principium erit, quod quia incircumscriptum est, & ubique esse intelligitur, nullum locum dat nequitiæ, quæ non est.

Principium.

FINIS.

ANA-

ANASTASII,

PATRIARCHÆ ANTIOCHENI,

ORATIONES QUINQUE,

Nempe:

I. De SS. Trinitate.
II. De Incircumscripto.
III. De Incarnatione Christi.
IV. De Passione & impassibilitate Christi.
V. De Resurrectione.

Item

ANASTASII SINAITÆ

ORATIONES DUÆ,

I. De sacra Synaxi, & de non judicando, deque oblivione injuriarum.
II. Oratio sive explicatio in sextum Davidis Psalmum.

Omnia ex m. s. edita

A B

HENRICO CANISIO

NOVIOMAGO,

SS. CANONUM PROFESSORE INGOLSTADII.

DE SANCTO ANASTASIO SINAITA,

CANISIUS.

Sanctus Anastasius creatus est Episcopus Antiochenus, Anno Domini DLXI. secundùm Chronologiam Baronii. Pulsus in exilium à Justino juniore, anno Domini DLXXII. Restitutus à Mauritio Imperatore DXCV. Mortuus denique in sede sua DXCIX. cujus anniversariam memoriam colit Ecclesia XI. Kalend. Maij. Sinaitæ cognomen adeptus est à monte Sinai, in cujus Monasterio monachum & presbyterum egerat. Non modò græcè, sed & latinè doctus fuit: nam librum S. Gregorii Magni, qui Pastorale *inscribitur, in græcam linguam transtulit, teste Sigeberto de scriptoribus Ecclesiasticis, cap.* 42. *Multa scripsit, ex quibus exstant latinè in Bibliotheca SS. Patrum.*

I. In Hexaëmeron lib. XI.

Errat enim Sixtus Senensis, qui opus hoc Anastasio successori hujus nostri Anastasii tribuit. Potius credendum Glycæ & aliis, qui nomine Sinaitæ citant. Habetur Græcè in Bibliotheca Bavarica, cod. 202. *& cod.* 241.

II. De rectis fidei Catholicæ dogmatibus libri seu orationes V. Interprete Godefrido Tilmanno.

Easdem olim latinitate donavit Franciscus Turrianus; sed non edidit. Vidimus ejus interpretationem, beneficio admodum R. P. Antonii Possevini.

Nunc primùm vulgantur à nobis.

I.

EJUSDEM ANASTASII ORATIO De sacra Eucharistia, & de non judicando, deque oblivione injuriarum.

Cujus perexiguum fragmentum legebatur Tom. 1. *Biblioth. SS. PP. ab illo loco, propè sub extremum orationis.* Ne ergò fratres judicemus, *&c. usque ad illum de Juda:* Et statim introivit in eum Satanas. *Quin & proximè sequentem locum, de Monacho animam agente, recitat ex eadem homilia Illustrissimus Card. Baronius, Tom. IIX. Annalium, anno Christi* 599. *Itemque illum; ubi invehitur in quosdam, qui satis se præstitisse censebant, si aqua manibus ablutis, ad Eucharistiam accederent: & alia nonnulla testimonia,*

monia, quæ ſequuntur de veneratione imaginum, & crucis; deque confeſſione ſacerdotibus facienda. Teſtatur idem Baronius hanc orationem ab Achille Statio Luſitano latinè converſam, & Gregorio XIII. Pontif. Max. oblatam; ſed non vulgatam fuiſſe. Nos ergò illam vulgamus; neque enim par erat, ut diutius in tenebris deliteſceret. Græca fideliter exſcripta habemus ex codice m. ſ. Bibliothecæ Sereniſſimi MAXIMILIANI *utriuſque Bavariæ Ducis, &c.*

II.

Oratio in ſextum Pſalmum.

Meminit ejus Nicephorus lib. 18. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 44. extat græcè in Bibliotheca Bavarica, cod. 77. Quam publicamus græcè & latine, acceptam à P. Andrea Schotto Societatis JESU, *antiquitatis amplificandæ ſtudioſiſſimo.*

III.

Libri Anaſtaſii nondum editi.

Ὁδηγός, *hoc eſt* Dux viæ, *cujus meminit Nicephorus, ſæpe citatus à Franciſco Turriano. Liber inſignis eſt adverſus hæreticos, præſertim Severianos. Aſſervatur græce in inclyta Reipub. Auguſtanæ Bibliotheca. Utinam interpretem inveniat. Suppeditavit nobis Andreas Schottus tria alia ejuſdem Anaſtaſii opuſcula: quorum unius titulus eſt:* Anaſtaſii minimi Monachi opus de orthodoxa fide ex ſacris litteris ac Doctoribus decerptum. *Alterius:* Quæ orthodoxus rejicere & execrari debeat, ubi cum Theodoſianis aut Gaianitis de fide verba eſt facturus. *Tertii:* Anaſtaſii minimi presbyteri S. montis Sinai, opus de fide œconomiæ Chriſti filii Dei, ad ſanctam Eccleſiam Gatholicam Babylone ſcriptam, fratribus noſtris in ea Chriſti ſtudioſis & orthodoxis id petentibus. *Non proferimus hæc in lucem; quia non ſunt propria & diſtincta opera; ſed libri, qui* ὁδηγὸς *appellatur, fragmenta. prodibunt aliquandò, & ut ſperamus & optamus brevi, cum ipſo* ὁδηγῷ, *in qua continentur etiam* ὅροι, *hoc eſt,* finitiones, *ſeu* definitiones *rerum Theologicarum. Male interpres Nicephori,* ὅρους *vertit* fines Eccleſiæ dogmatum. *nec ſunt opus ab* ὁδηγῷ *ſeparatum; ſed pars* τοῦ ὁδηγοῦ: *quare ab Interprete Nicephori in errorem inductus eſt collector Bibliothecæ SS. Patrum; cùm* Eccleſiæ dogmatum finitiones, *tanquam diſtinctum ab* ὁδηγοῦ *opus enumerat: Ab eodem commemorantur etiam hæc Anaſtaſiana inedita.*

Oratio ad Antiochenos, in introitu ſuo ſcripta, de qua Niceph.

Oratio pacificatoria, quam trigeſimo tertio anno in ſedem ſuam reſtitutus habuit. de qua Niceph.

Ad interrogata Monaſteriorum primæ & ſecundæ Syriæ reſponſiones.

Ad Antiochenos συνταχτήριον, *ſeu de diſciplina.*

De conſtructione hominis, lib. 2.

Contemplatio myſtica paſſionum Chriſti.

Encomium Ægypti.

Quæſtio adverſus eos, qui in divinis dicunt tres eſſentias.

Oratio de Reſurrectione, quam ſæpe citat Glycas.

Nec eſt illa, quæ quintum librum de rectis fidei dogmatibus conficit, cùm loca, quæ Glycas citat, in ea non inveniantur.

Ora-

Oratio de transfiguratione Domini.

Citatur aliquoties à Joanne Cyparissioto Decade VI. capite 4. 5. 7. (a)
Ejusdem orationem in novam Dominicam, & in Apostolum Thomam citat Damascenus oratione tertia de Imaginibus. In Concilio altero Nicæno, Act. 4. mentio fit sermonis de Sabbato beati patris Anastasii ad Simeonem Episcopum Bostrorum; & epistolæ, per quam respondet cuidam ad dubitationem quandam, à qua expediri cupiebat. *Sermonis de Sabbato meminit etiam Damascenus oratione tertia.*

In codice Augustano, quem suprà laudavi, & in quo ὁδηγὸς *inest, continetur etiam sub Anastasii Episcopi Theopolitani seu Antiocheni nomine,* ἐξήγησις περὶ τῶν ἐν περσίδι πραχθέντων. *Relatio de rebus gestis in Persia, nimirum de disceptatione Christianorum Præsulum cum Ethnicis, Græcis & Judæis, judice Aphroditiano, Regis Persarum Archimagiro; cui etiam se Anastasius interfuisse dicit; & quidem solum ex Romani Imperii Episcopis. Sed narratio illa olet nescio quid fabularum, ut difficile creditu sit ex Anastasii nostri officina exivisse.*

Epitome Biblioth. Gesnerianæ, more suo, omnia hîc miscet, tres aut quatuor propemodum, Anastasios nobis cudit; singulis attribuit opera nonnulla, quæ nostri solius. Agmen ducit Anastasius; sequitur Anastasius Antiochiæ Episcopus. Post hunc progreditur Anastasius Sinaita. Tres censeas, qui unus est, & quæ Anastasii Nicæni, ea nostro adscribuntur. Præter opera, quæ recensuimus, commemorat epitome illa γνώμας, *seu sententias & responsiones de orthodoxa fide, & capita moralia. Et* ἐκλογὴν τῆς ἱερᾶς γραφῆς ἐπίτομον τὰ λεγόμενα παράλληλα τί ἐστι χριστιανός. *Quæ in Cæsarea Bibliotheca Viennæ asservari dicit. Quæ an sint nostri Anastasii, dicere non habeo, cùm codices illos non inspexerim. Nisi quod alludere videtur ad compendiariam othodoxæ fidei explicationem, insertam tomo quarto Bibliotheca SS. Patrum, sub Anastasii Episcopi Theopolitani titulo, tametsi collector Bibliothecæ illius eam non tribuit nostro Anastasio; sed successori ejus: & certè hæc nominum similitudo, cùm hîc tùm alibi, historiæ non raro tenebras offudit. Quam enim multi ex recentioribus, errorem Nicephori secuti, Anastasium Sinaitam à Judæis occisum, & Martyrem factum scribunt! cùm tamen non iste noster; sed successor ejus à Judæis crudelem in modum peremptus occubuerit. Sed satis de Anastasio. Nunc ipsum loquentem audiamus.*

(a) Eam edidit Græcam & Latinam cum aliis quibusdam Homiliis Sinaitæ Combefisius Auct. Bibl. Patrum T. I. p. 865.

JACO-

JACOBI BASNAGII OBSERVATIO DE DUPLICI ANASTASIO,

Antiocheno & Sinaita.



I. ANastasios quinquaginta è tenebris in lucem traxit *Fabritius*, vir inter eruditissimos oculatissimus. Bini tantùm ad rem nostram faciunt. Prior est Patriarcha Theopolitanus sive Antiochenus, cui successit in eadem sede Anastasius alter, martyr, à Judæis interemptus anno 608. Secundus vero fuit tantum monachus Sinaita. *I. Anastasius Antiochenus. Fabric. Bibl. Gr. T. IX. p. 336.*

De priore habet *Canisius* quæ ad ejus notitiam sufficiunt. Ejus eduntur hic orationes quinque, quæ Stewartio debentur. Ipsi tribuunt Ὁδηγὸν, sive veritatis viæ ducem, Critici plures, & *Pinius* ipse de *illo dubitari non posse* tuetur. Nos alteri multo recentiori sumus vindicaturi. Hic orthodoxum se profitetur, & Patres sequi asserit: *vestigia pedum eorum in divinis dogmatibus secutus sum, nec ad dextram nec ad sinistram unquam deflexi.* Monendus tamen est lector, non accurate scripta Patrum indicare, quippe qui careret libris forsan exul, & repetitionem summatim faceret; dicit enim amico, qui hanc collectionem Patrum ab ipso postulaverat „ Cum pluribus aliis oportere existimavi, ut sententiam Patrum in pauca contrahens brevem repetitionem summatim facerem, multa paucis complectens & fortassis accommodare ad tempus quod nobis suppetit, *& ad inopiam librorum qua laboramus*. Non igitur ipsi credendum quoties Patrum scripta indicavit, utpote memoriæ nimis confidenti. De Trinitate & Incarnatione prudenter loquitur; multa tamen habet, quæ Theologiam Scholasticam sapiunt & nimis subtilia nobis videntur. *Vide catal. ejusdem operum ibid. p. 334.* *Or. I.*

II. Alter *Anastasius* fuit Monachus Sinaita, ideo νέον Μωσῆν *novum Mosem* vocant Græci, quòd existiment illum vitæ mysticæ addictum vidisse Deum & strictam cum eo consuetudinem habuisse in fastigio montis Sinai, quemadmodum vetus ille Legislator Moses, qui inde præcepta divina Israelitis retulerat. Vixit Monachus sæculo septimo desinente. *II. De Anastasio Sinaita.*

Imo In codice MS. Bibliothecæ Regiæ Ludovici Magni leguntur, hæc verba: Ἀναστασίου μοναχοῦ τοῦ ἁγίου ὄρους τοῦ Σινᾶ ἔκθεσις ἐν ἐπιτομῇ περὶ πίστεως. *Expositio brevis fidei Anastasii monachi in sancto monte Sina.* Distingui debet igitur ab Antiocheno Patriarcha, qui simpliciter monachi titulum præfert. 2°. narrat ea quæ audiverat ab Alexandrinis post mortem Eulogii. Hauserat, scilicet, Traditiones ab iis, qui hunc Patriarcham Alexandrinum anno 608. defunctum vide-

SÆC. VI. ANNO 570. viderant. Denique loquitur de Johanne Patriarcha Alexandrino Theodosianorum, qui per novennium, ab anno 677. ad 680. hanc sedem tenuerat. Vixit igitur Anastasius Sinaita ad finem sæculi septimi.

III. *Ejus opera.* *Vide Fabr. Bibl. Græc. T. IX. p. 315.*

III. Tot tantaque tribuuntur Anastasio Sinaitæ opera, ut *Possevinus* Henschenio scripserit, eorum Catalogum quatuor magnas continere paginas, eaque servari in Bibliotheca Vaticana. Nos tria tantum attingemus.

Prius est *de sacra Synaxi*, in quo plurima observantur vitia Christianorum, qui dum in Eclesia mysteriorum celebrationi adstabant, ea, quamquam veneratione dignissima, per negligentiam aut contemptum profanabant.

Secundum *Binas homilias in Psalmum sextum* continet. Ibi ad Jejunia & Pœnitentiam peccatores hortatur vehementissime. Ideo à prædicatoribus diurna nocturnaque manu versari voluit *Combefisius*. Duplex quidem est ejusdem Psalmi interpretatio; sed ejusdem auctoris esse facile probatur; in utraque eadem habet de *octava* quæ *septimam* sequitur. *Septimam* interpretatur hanc vitam; per *octavam* sequentem intelligit: quæ nimis à scopo Davidis aberrant, quippe in titulo Psalmi, qui præfert *octavam*, debet intelligi vel instrumentum musicum, quod octochordon appellant, ut & δεκάχορδον, notissimum Judæis & Chaldæis: vel *octava* est tonus intensissimus Musicæ. Ex hoc loco tamen patet, *Anastasium Millenarium* fuisse, quanquam hoc regnum Christi à veteribus confictum, ab aliis sæpius confossum fuerit. Non video, qua ratione alteri *Anastasio Nicæno* & multo recentiori tribuantur hæ homiliæ à viris celeberrimis.

IV. *De via duce.* *Simon bibl. choisie l. II. p. 25.*

IV. De Ὁδηγῷ, *viæ sive veritatis Duce* aliquid indicandum propter controversias ea de re agitatas. Primo, si alicui Anastasio vindicari debeat illud opus, Monachus proculdubio is est Sinaita, ut ex argumentis, quæ ejus ætatem probant, & superius attulimus, patet invictissime. Secundo, sed si *Simonium* sequimur, virum in MS. versatissimum, qui plures evolverat codices tum in Bibliotheca Regia tum in Colbertina, *incognito compilatori* debetur; est enim collectio variorum auctorum & argumentorum adversus *Acephalos*, inter quæ subjiciuntur aliqua ex Anastasio elicita. Id noveris ex ipsa præfatione, quæ non est Anastasii, ut *Gretserus* conjecit, sed compilatoris. Deinde leguntur hæc verba in codice Colbertino τοῦ ἐν ἁγίοις &c. ἐκ τῆς βίβλου αὐτοῦ τῆς λεγομένης Ὁδηγός *ex ejus Sinaitæ libro, qui dicitur Dux viæ*; unde concluditur evidentissime alterum compilasse *Viæ ducem* sive opus Anastasii Sinaitæ. Tertio, multa sunt Scholia, quæ textui Gretserus inseruit, & seriem operis intervertunt, ita ut vix laudem mereatur aliquam. Denique *Lambecius* excerpsit aliqua ex narratione Patriarchæ Antiocheni περὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς αἱρέσεων καὶ τῶν συνόδων γενομένων κατ' αὐτῶν, *de hæresibus ab initio & Synodis adversus eas convocantis*. Caput quartum hujus narrationis compendiariæ continet hæreses ab initio usque ad *Nestorium* & *Severum*. Quintum vero Concilia. Hæc autem quæ refert ex binis illis capitibus toto cœlo differunt ab iis, quæ dixit Sinaita in *Duce viæ*, ubi eandem rem agitat. Differunt igitur Anastasius Patriarcha Antiochenus, & Monachus Sinaita; nec prior haberi potest author ὁδηγοῦ celebratissimæ, nec opus quod nomen illud præfert, doctorumque manibus teritur, à Gretsero Græcè & Latinè editum, est genuinum opus Eremitæ, sed Græci cujusdam, qui aliqua tum ex Anastasii, tum ex aliorum scriptis excerpsit; & forsan multa sunt addita priori compilationi ab altero Græco, ut probatur tum ex Scholiis, tum numero Conciliorum, quæ indicantur in MS. codicibus, dum alii quartum

Lambecius Bibl. Vindob. T. III. p. 210. & VIII.

tum tantum, alii quintum, tertii denique sextum concilium indicant.

V. De editione nostra.

V. Ancipites hæsimus 1° an Anastasii sacram Synaxin & in Psalmum VI. Homilias distraheremus ab Antiocheni Patriarchæ orationibus; quippe diversi plane sunt autores & toto sæculo distant; sed noluimus scrupulum alicui movere qui credat unum eundemque scriptorem hæc omnia elucubrasse. Ideo in sequens sæculum rejicere noluimus, monito tamen lectore, nos nec decipi, nec deceptos in errorem inducere velle. 2°. dubitavimus an *Canisianam* vel *Combefisianam*, quæ multo accuratior est, sequeremur, ne hic Canisium deserere videamur. Sed nemo, ni fallor, nobis vitio vertet, meliora sequi, & quemadmodum plurima Combefisius hausit ex Canisii editione; nobis licitum fuit alia ex Combefisio haurire, quæ bono publico inserviant; ideo notas tanti viri, ne quid deesset, subjecimus, aliqua ubi necessitas postulabit, etiam observaturi.



Sæc. VI. Anno 570.

SANCTI ANASTASII, PATRIARCHÆ ANTIOCHENI,

DE NOSTRIS RECTIS DOGMATIBUS VERITATIS,

ORATIO I.

De S. Trinitate.

Orthodoxia Anastasii.

Amos. 6.



Um jam pridem de fide nostra sana, & de veris Ecclesiæ dogmatibus incorruptè & probatè tractavissem variis orationibus in Ecclesia habitis, & recitatis tunc, cum scribere, & fidenter loqui licebat, cum nemo impudenter audebat dicere; *tace, & ne loquaris*; existimabam quæ tunc scripseram, satis esse & ad coarguendum mendacium, & ad patefaciendam veritatem: nec arbitrabar opus esse amplius laborare, non solum, quia vitium loquacitatis metuebam, sed quia putabam, ut dixi, abundè sufficere omnibus, quibus studium discendi propositum esset, quæ litteris mandassem, & edidissem. quæ qui vellent legere, cognitionem dogmatum perfectam habere possent; & qui jam per se cognoscerent, vel discerent, vel saltem labores nostros suffragio suo comprobarent, si tales esse viderentur; fortassis enim alii improbarent. non enim potest esse una omnium sententia, quia sunt affectiones nostræ differentes; & non omnes de eadem re uno modo sentimus.

Cæterum utcunque judicent, qui hæc scripta, ut probabile est, lecturi sunt, si forte integra ea, & non ab inimicis depravata nacti fuerint: ego tamen, illa magnopere confidi nulla ex parte à veritate discrepare, sed potius, cum incorruptis doctrinis Patrum consentire, ac consonare, quas à pueritia, & ut dicitur, à teneris unguiculis sequi studuimus, nullis aliorum vestigiis insistentes, sed illorum tantum qui ab Spiritu sancto illuminati sunt, primum quidem Apostoli, secundi Prophetæ, tertii doctores. Quicunque igitur incorrupte, ut diximus, legerit, non est arrogans, si dicam, reperturum lucidam declarationem veritatis, & falsitatis confutationem, fides enim est, quæ prædicat, & vera est, & non est in eis mendacium. Hanc autem dico veram, non quia à me scripta est. non hoc dico, ne quis hoc putet, nec existimet me de me sentire, præter quam sentire oportet. Scio enim, cum sim terra & cinis, neque sermo sit mihi, quo digna est prædicatio; sed quia doctrina est Theologorum virorum, & traditio perfecta, quæ ad nos, tanquam paterna hæreditas legitimè venit ad filios legitimos à patribus spiritualibus; quos secutus, & eis assentiens ad hæc scribendum accessi, jura patrum meorum mihi vendicans, (hæc enim est lex optime constituta) & eorum laboribus, tanquam propriis bonis glorians; & id quidem non injuria, & immerito. 2. Cor. 12. nemo igitur contumeliose vitio vertat; *parentes* enim *thesaurizant filiis;* sic Paulo, in quo Christus loquebatur, visum est. Et Salomon ait, *gloriatio filiorum patres eorum.*

Quoniam igitur oportet eum, qui factus est particeps sermonis præsertim de fide, (hæc

(hæc enim est reliqui ædificii firmamentum) impartiri liberaliter iis, qui indigent, vel etiam petunt, & nihil occultare ex iis, quæ didicit, metuentem exemplum ejus, qui talentum defodit; idcirco nunquam destiti loqui & scribere cum tempus erat, cum alioqui ad nihil aliud penitus idoneus essem, quippe qui expers essem disciplinæ, & nullum magistrum ex externis sapientibus mihi professus. hoc autem audeo dicere, me à veritate nunquam aberrasse, licet ad eam demonstrandam sermo infirmus fuerit, nec in dogmatibus verba Dei libens recusavi; neque retro confessionem reliqui; sed potius quantum in me fuit, semitas patrum meorum persequutus sum, qui aiebant, meque docebant; *nitatur sermo noster in mente tua. serva mandata mea, ne obliviscaris, nec negligas oris nostri verba.* vestigia pedum eorum in divinis dogmatibus secutus sum, nec ad dextram, nec ad sinistram unquam deflexi, Quamobrem *non abscondi misericordiam Dei, & veritatem ejus à synagoga multorum*, ut loquerer in Ecclesia populorum multorum, justificationes Domini, quas à Patribus didici. itaque comperies patres per me docuisse (nisi audacis est hoc dicere) quod in iis, quæ olim à me scripta sunt, incorruptè legis. ex copioso enim fonte laborum illorum est hæc guttula, & ex perenni flumine exiguus torrens; instar namque aspersionis cum amne comparata sunt mea cum illis collata, tametsi cognata illis sunt, quibus jam editis iis, qui tunc ea voluerunt, supervacaneus erat hic meus in præsenti labor, si illa adessent. possent enim ipsa pro se respondere, & studiosis nostri, & sciendi cupidis debitum solvere, quia vero nunc illa non supersunt propter divinam visitationem, qua nos amanter & benigne instruit, & ad contemptum rerum terrenarum, quæ fluxæ & caducæ sunt, exercet, ut illa digna esse possessione existimemus, quæ dirigi non possunt. Tu vero amicorum optime, & virorum honoratissime, frequenter à me petis, & rogas, & plerique alii tecum, ut scribis, ut quam vim illa haberent, tibi exponam. *Psalm. 39.*

Brevitas in scriptis necessaria. Quamobrem oportere existimavi, ut sententiam illorum in pauca contrahens, brevem repetitionem summatim facerem, multa paucis complectens, & fortassis accommodate ad tempus, quod nobis suppetit, & ad inopiam librorum, qua laboramus; & quia scio plerosque multitudinem scriptorum fastidire veluti nauseantes, sicut qui vastum mare navigarunt, & ad solum aspectum magni voluminis desperantes; propter hos melius esse arbitratus sum, breviter scribere, & satietatem orationis fugere, & per te omnibus proponere limatam dogmatum expositionem, quæ satis sit ad docendum eos, qui ea utantur, quæ sentire de iis, quæ dicuntur, & quæ cavere oporteat. procedet autem oratio serie, & ordine, quantum consequi potero, ab altioribus, & quæ supra nos sunt exorsa, & desinens in humilia humanitatis nostræ, & propter nos assumptæ. Ut autem in his progrediamur, supplicemus prius Deo; sic eum precantes; *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua*, intelligentes nomine *legis*, omnem sanctam & divinitus afflatam scripturam, ex qua tanquam ex thesauro Domini, promentes nova & vetera, studebimus conservis distribuere. hæc autem distributio divina gratia & sapientia, ac prudentia indiget. *Quis*, enim, inquit, est *sapiens dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det cibum in tempore.* divina igitur illuminatione opus est loquenti de Deo. absque enim eo aliquid de eo loqui valde periculosum est. *Psalm. 118. Luc. 12.*

Divinitas superat omnem intelligentiam. Purgato igitur omni sensu, vel potius omni sensu relicto, & supra terram in altum sublati, ac rursus aërem ipsum sursum transeuntes, & ad cœlum elevati, & si fieri potest, supra ipsum provecti, & mente ab omni cogitatione sensus corporei libera, nuda intelligentia incorporeis nos adjungamus, à quibus quasi manu ducti, & edocti naturam quæ naturæ antecellit, & substantiam, quæ substantiæ, contemplemur, cognitam quidem ex affirmatione, non quid est, sed quod est; ex negatione vero dictam quid non est. Non enim vera est positio, quæ de substantia, quæ ratione comprehendi non potest, prædicatur. ablatio autem magis vera est, quæ negat. si quando vero vera erit positio, quæ ipsa dicitur, non declarabit audientibus quid est, nec aperiet naturam ignotam, sed patefaciet, quomodo se habeat ad ea, quæ ex ipsa pendent; idque valde tenuiter & minute; ut si quis solem in aqua, & in speculo ostendit. *Descriptio divinitatis.* Quomodo igitur fieri potest, ut sermone laudetur, qui rationem, & intelligentiam superat? aut quid dici potest, ut à quopiam pro dignitate demonstretur notione, qui supra notionem est? Hic est omnium firmamentum, omnium robur, omnium principium, unde omnia manant, & quo omnia spectant, principium & finis, & alpha (inquit) & omega, sicut dixit theologans, qui theologum docuit; qui facit, ut quæ sunt, sint; & quæ nondum sunt, ut capiant ortum, qui est ordo eorum, quæ ex nihilo facta sunt, & duratio, ac conservatio, natura creatrix, virtus efficiens, intuens & providens, vita vivens, & vivifica substantia. Sola natura

SÆC. VI. ANNO 570.

μεθεκτικὸς), id est, communicans, per omnia means, nullius complexu contenta. & quid ullus potest dicere de ineffabili infinita dicere molitus? quod enim exprimi non potest, non explicabitur; & quod est supra omnem mentem, nulla mens comprehendet, quamvis sit subtilissima ad penetrandum, & acutissima ad contemplandum; nemo igitur putet se comprehensurum, quod comprehendi non potest, nec reperturum, quod reperiri non potest. Frustra quia persequetur, quod assequi non poterit. Post infinitas ergo excogitatas, & adinventas rationes, solum videbimur ventos, ut in proverbio dicitur, in sinu colligere, & aquam in pallio cogere & conglobare. Si enim extrema in creaturis nobis mortalibus incognita sunt (quis enim altitudinem cœli mensus est? aut quis profundum maris comprehendit? aëris fluxum, ventorum impetus, terræ gravitatem, & reliqua substantiæ corporeæ) si hæc inquam, cognosci non possunt, quomodo ipsam naturam, quæ omnia creavit, intelligentia comprehendi posse existimare, non summa dementia est?

Verbum erat in principio.

Taceamus igitur nos, ut necesse est, quibus sermo non suppetit; & tonet rursus supernè filius tonitrui, è superis, unde eruditus fuit, cœlesti sapientia loquens, det exordium proposito sermoni, & sit dux nobis in hac via, cum Spiritu principali, quem participavit, & à quo didicit id, ad quod festinamus, & dicat: *in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum; & Deus erat verbum; hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt.* His enim paucis propositionibus, *quod notum est Dei*, dignis Deo manifestum fecit, notum verò dico, quod & ex Paulo didici, qui ex noto Dei, aliquid ignotum Dei esse significavit. Igitur quod notum est ejus, ut dixi, his propositionibus, Joannes ampla oratione declarat, *illuminans eos, qui in tenebris* ignorantiæ sunt, eo lumine, quod *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, & necessitate ac vi orationis obstruens omne os, quod contra Deum loquitur injustitiam, & sempiternam unigeniti divinitatem negat, ex quo cognitio Dei patris ad nos manavit. Si enim erat in principio apud Deum Deus verbum; omnibus mente præditis manifestum est, quod erat quoddam principium, in quo erat verbum, quod principium necessariò erat Deus, apud quem erat verbum. Sicut igitur non potest comprehendere principium mens sursum tendens, semper enim reperiet altius se principium; sic non potest superari & transcendi illud *erat*; semper enim occurrit altius *erat*, omni cogitatione, & ascensu, & in sublimius volatu altius positum. licet enim seipsum quis mente & cogitatione semper elevet. ulterius progrediens, ac promovens, nunquam transibit *erat*. Anticipat finem principium, quod non patitur præire quemquam, si enim principium est, non erit ulli secundum. Secundum enim non est principium, & quod est *in principio*, non est post principium. Ergo si verbum erat in principio, omnino necesse est, contemplari simul verbum, quod *erat in principio*, & principium, in quo erat verbum, & ex quo dicimus esse principium, ex eo una confiteri verbum in principio. Igitur non habet locum, *non erat*, quia *non erat* contrarium est illi *erat*. Et si erat; quomodo non erat? Quid igitur dicendum relinquitur, nisi quod *non erat non-erat;* non enim non erat; sed semper erat subsistens, de quo dicitur *erat*. Et erat in Patre & apud Patrem, non ferens secundas, sive temporis, sive sæculi; ut non aliquo interposito, à principio, in quo erat, separetur, & per absurdam posituram principium capiat istud non erat. quod ab alio anticipatur, non potest sempiterne in principio cerni; neque recipit illud erat.

Joan. 1. *Rom. 1.* *Joan. 1.*

Verbum est æternum.

Sin autem erat in principio verbum, & si apud Deum est verbum, scilicet apud Patrem; non possumus contemplari Deum, nisi simul contemplemur verbum apud eum. *Et si omnia per ipsum facta sunt*, & ipsum *quando* per eum factum est; pars enim temporis est *quando*. Et secula igitur per eum facta sunt; quomodo igitur illud *aliquando*, antiquius auctore sæculorum esse potest? vanum igitur est dicere, aliquando non esse, qui est; erat enim semper qui est; qui est ante sæcula; qui sine medio, ex patre per generationem processit. nihil enim intermedium divinæ & ineffabili generationi extitit; neque penitus quicquam divinæ naturæ adfuit, ut interpositum esset, non materia rationis & ordinis expers, ut dementes ajunt, & ratione prorsus & ordine carentes; non chaos infinitum, & inseparabile; non tenebræ; non profundum; non silentium; non quæcunque fingit mens, quæ auctorem suum ignorat, & fictioni suæ errans credit, minimè advertens absurdum; imò absurda, quæ ex ficta, & commentitia opinione sequuntur. Etenim si quid generanti, & genito interjectum ponitur, qui hoc facere audet, substantiam indecenter scindit; & eam à se ipsa sejungit, sectione tanquam medio pariete, & illo quopiam interposito interceptam. Et illius rursus primi magis, quam filii reperietur causa esse pater: At quomodo dicetur am-

amplius primogenitus omnis creaturæ, si alius prius occupet? primogenitus enim primus est omnium; & ipse est omnium, sicut Apostolus ait, tanquam coæternus æterno Patri æterni Filii; non enim solum Deus est, sed etiam Pater; & ex quo Deus, ex eo pater. Pater vero Filii Pater, qui non potest aliter esse Pater, nisi necessario subsistentis Filii, sine Patre enim non est Filius. Ante omnia igitur est Filius, qui ineffabiliter ex Patre, qui eum genuit, processit. nec enim ex nihilo produxit eum, ut creaturas, & earum partes. sed ex se vivente vivens, & subsistens verbum, & Deum, & Filium. Quare qui dicit ex nihilo esse eum, qui ex eo, qui est, prodivit, magis in genitorem, quam in genitum blasphemiam profert. quid enim magis impium est, quam eum, qui est, dicere non esse? nam si ex Patre quidem genitus est, qui vere est, Pater est.

Verbum non est ex nihilo genitum.

Nonnulli vero ajunt, esse eum ex nihilo genitum; quàm sit hoc absurdum, omnibus licet perspicere; necesse namque est, ut quod non est, honoratius sit eo, quod ex ipso processit. & reperietur quod substantia caret, nobilius esse substantia; & privatio nobilior habitu; aut dicetur non esse Pater, qui genuit Filium, & ex quo Filius genitus est, quem ajunt isti, vice Patris, ex nihilo esse. Deinde quomodo fieri potest, ut ex eo, quod substantia caret, & non est, neque principio per se extitit, talis virtus substantialis prodierit? si enim non est, non est subsistens. quomodo ergo ex non existente erit existens? & ex eo, quod nequaquam est, substantiam capiet, quod est? nam si est, unum omnium est, & si omnium unum est, per filium profecto factum est. siquidem *omnia per ipsum facta sunt.* Si autem quod non est, est, & dicunt filium esse ex nihilo, prius ipsum quod non est, faciant substantiam esse, & tunc tribuant ei vim producendi talia germina.

Illud autem non est dissimulandum, quod ad propositam tractationem valde necessarium est, omne quod ex nihilo factum est, vim habere, ut ad nihilum rursus redeat, quamvis proprietatem ejus naturalem major potestas vincat; At sentire hoc de filio, extremus animæ interitus est. Ex Patre igitur est secundum naturam, & non ex nihilo filius. quod si est ex Patre secundum naturam Filius, est igitur homousios, id est, consubstantialis Patri, qui genuit. omne enim genitum consubstantiale est Patri generanti. & quod aptum natum est ad generandum, ejusdem substantiæ est cum eo, cui natura insitum est generare: Hac ratione dicunt Patres in Nicæno Concilio, Deum ex Deo; & rursus lumen ex lumine. qualis. enim Pater est, talis Filius secundum substantiam. declarat hoc plane energia, id est, operatio, siquidem quorum est una energia, una est substantia, & retrò meat, quorum est substantia una, una planè energia sive operatio est. & dominus ad redarguendum Judæos, cum obtrectabant ei, quod dixisset, *Filius Dei sum*, docuit operationem esse instar omnium aliorum ad attestandam veritatem, cum dixit, *si non facio opera Patris mei, ne credite mihi; sin autem facio, etsi mihi non creditis, operibus meis credite, ut sciatis, & cognoscatis, quod ego in Patre, & Pater in me est.* Quare absoluta demonstratio est, & quæ sufficit, & refelli non potest, consubstantialitatis eadem Patris & Filii operatio. quæ enim videt Patrem facientem, facit Filius; non qualia facit, sed quæ facit. *Joan. 10.*

Spiritus sanctus consubstantialis Patri.

Idem de Spiritu sancto & credimus, & confitemur, esse scilicet consubstantialem Patri, & Filio, & coæternum, utpote semper coëxistentem, quod enim est secundum substantiam Pater, qui genuit, & Filius qui genitus est, hoc ipsum est Spiritus sanctus, & sicut Filius ex Patre, sic & Spiritus sanctus ex Deo, ille quidem genitus, & ideo Filius; hic autem procedens, & est Spiritus. vel potius dicendum est, illum quidem generari; hunc autem semper procedere. Sic enim ait Dominus de se quidem; *ante omnes colles generat me;* de Spiritu autem sancto, *qui ex Patre procedit.* diversitas autem generationis & processionis non demonstrat substantiæ differentiam. non enim differentia existentiæ significat esse, sed quomodo esse declarat manente eadem substantia ejus ex quo, & eorum, qui ex ipso sunt, secundum differentem * *modum, id est, intellectum.* modus ergo, ut dictum est, existentiæ differens est; ratio vero substantiæ eadem; ex eodem enim, licet non similiter.

* ἰκλήψει.

Processio Sp. Sancti.

Ne miremur igitur Dominum, cum utriusque exitum, exitum ex Patre vocat; *Ego enim*, inquit, *ex Patre exivi, & venio;* Et rursus, *Spiritus, qui à Patre procedit.* Etsi enim exire, & procedere idem hic significant, præcipue tamen pocessionem Spiritui sancto accommodavit, sicut sibi generationem. Sicut enim Pater vocatur Spiritus, & Filius item Spiritus, secundum illud, Spiritus est; & illud, *Spiritus faciei nostræ Christus Dominus*, proprie tamen hic est Spiritus sanctus, qui sanctam Trinitatem complet. Sic etsi Filius & Spiritus sanctus dicuntur exire ex Patre, processio tamen præcipue Spiritus sancti est; sicut generatio est filii. quare ingenitum & genitum, & pro-

SÆC. VI. ANNO 570.

ἀγεννησία γέννησις ἐκπόρευσις.

procedens, quæ quidem ſanctam Trinitatem conſtituunt, unius & ejuſdem naturæ ſunt, ingenitum autem eſſe, & genitum eſſe, & procedere non ſunt inter ſe ſimilia. differt enim generatio ab ingeneratione, & proceſſio à generatione & ingeneratione, in quibus autem hæc ſunt, ejuſdem ſubſtantiæ & naturæ ſunt. eandem igitur ſubſtantiam dicimus ſanctæ Trinitatis, Trinitatem dicimus non ſubſtantiarum ſed perſonarum, unum enim Deum profitemur non numero, ſed natura. non enim quod eſt omnino unum numero, omnino etiam eſt unum natura. Et unum ſubſtantia, non eſt omnino unum numero. Exempli cauſa mundum ſumemus, hic eſt numero quidem unus; non autem eſt unus natura, ſed multa, ex quibus compoſitus eſt. ac rurſus homo, unus quidem eſt natura; infinitus autem numero. & ſancta igitur Trinitas unus Deus eſt ſubſtantia, numero autem Trinitas in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto adorata, & ὁριζομένη, nunquam autem contracta intra Trinitatem, nec fuſa extra hanc ad alium numerum; non enim fas eſt aut dualitatem intelligere, aut quaternitatem introducere, aut cum hoc myſtico ſanctæ Trinitatis numero conjungere, aut aliquid ex eo demere. Trinitas enim eſt ſemper, tota creatrix, tota adoranda, coæterna ſibi, ſola increata, creat enim, non creatur. nihil ea antiquius, aut poſterius. illud enim *ante*, & *poſt*, partes temporis ſunt; Deus autem temporum auctor. non enim ſub tempore eſt. impoſſibile autem eſt aliquid infra Trinitatem intelligere, ſiquidem * quod infra ſubſtantiam collocatur, ſecum infert quæ ſunt ejuſdem ſubſtantiæ. Idcirco nihil humile de uno ſentiamus, ne ſimul humile reddamus univerſum, non enim patitur Deus à conſubſtantiali ſeparari; neque gloriam ducit dedecus ejus, qui cum ipſo. eſt autem dedecus illud *quando*, &, *non erat*, & *creatum* & *ex non exiſtentibus*, quæ ſunt omnia à gloria Dei aliena.

Trinitas adoranda.

* *Significat, non eſſe Trinitatem in genere ſubſtantiæ, ſed ſupra ſubſtantiam, quæ eſt in prædicamento.*

Trinitas quomodo dicenda.

Qui igitur ſanctam Trinitatem Deum eſſe profitemur, quæcunque de Deo dicta, abſona ſunt, nihil eorum ne cogitemus quidem, nedum lingua efferamus. Cum teſtatur Deus de Filio à ſe genito, quod *ex utero ante luciferum* genuit eum, *uterum* intellige in occulto reconditam, & ineffabilem ſubſtantiam: & rurſus cum dicit de Spiritu ſancto, *ſpiritus à me exibit*, Salvator vero noſter Jeſus de conſubſtantiali ſuo paracleto ait, quod ex patre quidem procedit, accipit autem ex filio, omnia quæ patris ſunt, ſibi propria faciente & habente; una namque ſubſtantia eſt, & unius ſubſtantiæ communia omnia, communis vero etiam ſubſtantia, naturalis enim eſt habitudo. & quæ ad aliquid aliquo modo ſe habent, ſecum inferunt alia, ad quæ naturaliter habent habitudinem. infert ergo ſecum pater filium; & filius patrem, & alter ſine altero intelligi non poteſt. niſi enim filius ſit, penitus pater non erit. Quis enim erit pater, ſi non ſit filius? & rurſus quomodo filius, ſi non ſit pater? ſicut enim hoc, ſic illud. Verbum autem cum ſit filius, ſecum ſimul demonſtrat ſpiritum; verbum enim non eſt abſque ſpiritu; neque mens abſque verbo. mentem autem dicimus patrem verbi; mentem dico, in qua verbum, cum quo Spiritus ſanctus, qui *ſpiritus oris Dei* vocatur; os namque patris filius eſt. Quare neceſſariò numerus Trinitatis in divina natura accipitur ad demonſtrationem perſonarum, qui numerus habitudinem earum ſubſtantialem, & ſubſtantiæ coæternam oſtendit. Trinitatem verò dicimus non ſecundum compoſitionem unitatum compoſitam, & progredientem ab unitate ad Trinitatem, antecedit enim hujuſmodi Trinitatem unitas, & dualitas; & rurſus ſequitur quaternitas, & deinceps, ſanctam vero Trinitatem non antecedunt unitas, vel dualitas, neque ſequitur quaternitas, & deinceps; natura enim eſt Trinitas ſemper eodem modo ſe habens neque deficiens, nec abundans. ſiquidem in unitate Trinitatem contemplamur; & in Trinitate unitatem, cum enim ſubſtantiam intelligimus, ſimplicem unitatem contemplamur; cum vero hypoſtaſes, Trinitatem profitemur. uſque ad ſolam enim Trinitatem perſonarum dilatatur unitas ſubſtantiæ. etſi enim eſt una natura divinitatis, una enim eſt, at non ſic eſt anguſta, ut una hypoſtaſis divinitatis circumſcribatur, quæ una quidem eſt, ut divinitas; ut autem ſunt proprietates characteriſticæ perſonarum, id eſt, ſignantes perſonas, tres ſunt. eſt enim Pater, Pater, qui non quidem Filius eſt, Deus vero eſt. & Filius ſimiliter Filius, qui non quidem Pater eſt, Deus tamen eſt. & Spiritus ſanctus neque Pater, neque Filius eſt, ſed is qui dicitur Spiritus ſanctus, Deus verus eſt: quod enim eſt ſubſtantià unuſquiſque eorum, qui dicti ſunt, hoc ſunt qui ſimul nominantur, & ſimul ſunt; circa perſonas enim eſt differentia, non circa ſubſtantiam.

Quod ergo eſt Pater, qui genuit, hoc eſt Filius genitus, quamvis non genuit; ſiquidem & ille non genitus, qui genuit: quod eſt genitus, hoc eſt ipſe genitor, ſecundum ſubſtantiam. Similiter Spiritus ſanctus, qui neque genuit, neque genitus eſt, ſecundum naturam hoc ipſum eſt, quod qui genuit, & qui genitus eſt. unuſquiſque enim

enim cum ejusdem, & unius, ac solius, increatæ naturæ sit, proprii modi, ut ita dicam proprietatem characteristicam personalis hypostasis sortitus est. Pater, *ingenitum;* Filius, *genitum*; Spiritus sanctus, *processionem* & non fiunt hæc communia, sicut communem substantiam dicimus, non enim proprium in commune transit, alioqui quomodo proprium esset? & quod commune omnium est, quomodo proprium alicujus unquam erit? sicut enim *risibile*, verbi gratia, non est proprium cujuspiam, est enim omnium; sic non est omnium *simum*, aut *aduncum*, sed unius sunt talia. at exempla imaginis indigna sunt, fateor, exempla tamen sunt ad declarandum, nullo modo fieri posse, ut quæ propriè alicui insunt, naturæ mutationem efficiant, cum enim communis, ut dixi, sit substantia in sancta Trinitate, proprium, quod inest personis, hypostases distinguit, estque solius Patris proprium, *ingenitum*; Filii, *genitum*; Spiritus sancti *procedens*. nec oportet in propria ista intuentes differentiam quoque substantiæ quærere. impium enim est simul & stultum hæc suspicari. qui enim hoc putat verum esse, & simul cum proprietatibus singularibus substantiam mutat, putet etiam, ut consequens est, Adam & Evam, & Abel non esse ejusdem substantiæ; quia Adam est formatus; Eva abscissa, Abel genitus. & Adam quidem pater, Eva vero mater, Abel autem filius. omnes tamen homines secundum substantiam nihil inter se differentes, tametsi Adam non est naturaliter ex parentibus, sed formatus est Dei manibus, Eva pars est formati, ex viro abscissa. Abel autem ex formato & abscissa naturaliter ortum cepit, ex parentibus genitus, non enim multiplex productio, & variatio, qua extiterunt, naturam variavit. quare, ut sæpe diximus, proprietas circa substantiam non simul mutat substantiam, neque scindit; manet enim integra in sortitis existentiam differentem, & tota est sine sectione & divisione in singulis, non facta propria secundum proprietatem. *Omnis enim homo homo est, totam substantiam in seipso habens impartibilem.* In divinitate igitur, quod dicitur esse secundum substantiam is, ex quo, id est, Deus Pater, hoc dicuntur esse, qui ex eo, id est, Filius, & Spiritus sanctus; ubi enim non est qualitas, vel quantitas, vel tempus, vel locus, vel situs, unde erit differentia substantiæ impartibilis secundum naturam? unde existent substantiæ particulares? & si pars substantiæ est, quomodo Filius in se ipso Patrem demonstrat? quandoque inquiens; *ego in Patre, & Pater in me est*; quandoque ad Philippum; *qui vidit me, vidit & Patrem meum.* & rursus, *ego & Pater unum sumus.* Est ergo Filius ex Patre, & non pars ejus, lumen ex lumine, & non particulare lumen; Deus ex Deo, & non pars divinitatis, vel substantiæ. Similiter Spiritus sanctus, & est Pater verus Deus; sic enim vocat Filius, cùm ait; *ut cognoscant te solum verum Deum;* se autem *veritatem* vocat inquiens; *ego sum veritas*; & Spiritus sanctus; *spiritus veritatis* dicitur. Hic autem ex Patre procedit: accipit autem omnia Filii, habentis omnia patris, ad demonstrandum, & manifestum faciendum unam substantiam esse & accipientis, & ejus, à quo accipit, & ejus, ex quo naturaliter procedit: nec enim processit ex aliquo diversæ substantiæ; nec accepit quicquam ex non consubstantiali. Sin autem ejusdem substantiæ cum eo sunt, ex quo processit, & à quo accipit, & illi necessario inter se erunt ejusdem substantiæ: qui enim eidem sunt consubstantiales, & inter se erunt, & sunt vere ejusdem substantiæ.

Nulla differentia substantiæ in Trinitate

μονοτρόποις ἰδιώμασι. πλάσμα. τμῆμα. γέννημα.

ἀκέραιος.

Exemplum est ex parte simile, singuli enim homines partes sunt naturæ humanæ, personæ verò divinæ non sunt partes essentiæ, sed unaquæque est tota essentia divina.

Quamobrem necessariò conglorificantur, & coadorantur, cum Trinitas consubstantialis, quæ simul utique nominatur, & ad regenerationem baptizatorum in commune adhibetur. etenim quia ex ipsa ortum cepimus, vetustate affecti per ipsam renovamur: non enim ad ullum alium pertinet renovare, quam ad eum, qui in principio creavit; & nunquam aliquid ad renovationem vocabitur, nisi fuerit à principio productum, & conditum.

Rursus ergo dicemus, unum Deum esse Trinitatem, quamvis differentibus nominibus appelletur, quæ quidem nomina non significant esse, sed quomodo esse. Nec enim qui patrem dixit, substantiam significavit, sed plane habitudinem. Si autem pater habitudo est significando, necessario etiam filius, utrumque enim positum alterum simul secum infert; & sublatum, alterum simul secum aufert. Si enim cogitatione neges Abel, simul negasti patrem ejus esse Adam. Hoc enim substantia ejus nominis, & non habitudo ad aliud. Idem igitur repetentes dicemus unum esse Deum, quem in tribus personis contemplamur. idque cum plane sciret Moyses omnium prophetarum antiquissimus, *Audi*, inquit, *Israel, Dominus Deus, Dominus unus est.*

Trinitas est unus Deus.

Ac non solum Moyses, sed omnes consecuti Theologi, spiritus theologici participes facti, divinitatem trium personarum perfecte contemplati sunt, doctrinamque puram, & synceram nobis tradiderunt profitendi, & celebrandi unitatem in Trinitate, & Trinitatem in unitate cum admirabili unione, & distinctione: nec enim distinctio alie-

Sæc. VI. Anno 570.

alienatio, & separatio est, nec unio conglutinatio, & confusio est. sed potius unio est simplicitas; & distinctio admiranda. utrumque autem Deum decet. quia vero hypostasim quidam arbitrati sunt esse naturam particularem, & hæc fuit eorum opinio, cavendum est, ne sic sentiamus. non enim est eorum opinio syncera, & cum Theologis consentiens, natura enim particularis partitionem declarat. nihil autem partibile Deus. quare non est dicenda persona natura specialis. non enim hypostasis natura est; sicut neque natura hypostasis, sive persona. natura namque unius formæ est, & impartibilis. & stultum est partes quærere in impartibili. compositorum enim est scindi, & partitionem capere. quocirca qui sic opinantur, non solum in hæc absurda incidunt, sed tres particulares deos necessario reponunt, sortitionem divinæ substantiæ, immo substantiarum in seipsis facientes. Si enim tres sunt; non est una, & simplex, & non composita. Nequaquam, quamvis similitudinem eis tribuant, qui ista audent. Si enim uniuscujusque est natura propria, & non potest alterius proprietatem subire, quomodo erunt, quomodo habebunt illud consubstantiale, quandoquidem simile in Trinitate dicere, temerarium & inconsideratum est, quoniam simile vel qualitate, vel quantitate simile dicitur; ubi autem nihil horum est, Deus enim expers qualitatis, & quantitatis est, quomodo simile locum habebit?

μονοειδής.

Trinitas individua.

Nos ergo neque similem, neque dissimilem profitemur Trinitatem; qualitate & quantitate carentem, sed consubstantialem & individuam; qui vero dividunt, & faciunt unam tres, impii sunt, & multitudinem deorum introducunt, & monarchiam respuunt, nihil periculum divisionis veriti. partitio enim substantiarum & adæquatio, & variatio hujus substantiæ ab illa, sectio est eorum, qui sunt unius naturæ. Siquidem qui dicit substantiam patris particularem, quæ non possit esse natura filii, prorsus substantiam variatam, immo substantias dicit, quomodo homousion, id est, consubstantiale in differentibus substantiis reperietur? frustra ergo prædicant, homousion simulantes profiteri, quod non profitentur vere, dividentes substantiam individuam. Et mirum, nisi ipsi etiam, ut verbo Evangelii utar, dividantur, & partem cum hypocritis accipiant, qui minime dicuntur credere, quin potius contra, non possunt credere, tanquam cauponantes fidem, & eam precio inanis & prætereuntis gloriæ vendentes, quibus Dominus prius dixit, *quomodo potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam quæ ex Deo solo est, non quæritis?* Hi gloriam hominum magis quam Dei amantes, sensum proprium gratiæ causa largiuntur, redimentes tempora, & fide volatica veluti talis ludentes, dum eam transmutant ad voluntatem ductoris; quibus melius erat ferre mercedem suam, sicut iis, qui sunt hypocritæ, ut videantur hominibus jejunare, & misericordes esse, & non reservare sibi supplicium, & materiam ignis inextinguibilis. nemo igitur aut gratia alterius, aut voluntati suæ morem gerens à sana sententia discedat, neque fidei constitutum depravet; vel propter metum supplicii, vel propter minas direptionis bonorum. quid enim diripietur par & æquale fidei? immo neque propter spem lucri. quid enim lucrifacere potest, qui jacturam Dei facit? Siquidem universus mundus parvus est, si cum fabricatore ejus conferatur. nec ipsum cœlum magnitudinem auctoris sui repræsentare potest, quod qui amiserit, quid amplius habebit? quid erit amisso par & æquale? neque fidem supprimat, qui voluerit esse vere fidelis. suppressio enim quodammodo est negatio. confiteri autem fidenter, firmitatem fidei ostendit. igitur licet justus supprimat, jam non est justus. non placet, inquit, animæ meæ in ipso.

Rursus vero ab ipso Domino audivimus: *Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.* In unoquoque enim simile redditur antegresso; confessio confessioni, negatio negationi, sed non similiter; siquidem confessio & negatio antegressæ in hominibus sunt; sequentes vero in Salvatore & angelis sanctis. quamobrem quisque se muniat, metuens periculum impendens; & omnem metum humanum, & omnem gratiam hominis, instar pulveris, excutiat ex suis cogitationibus; illum tantum metuat, qui potest animam & corpus perdere in gehenna; habeatque persuasum, quod dispersit, *& disperget Dominus ossa eorum, qui hominibus placent.* Idcirco in solam gloriam Dei intuemur; & solum verbum judicem expectamus. *Quid enim,* inquit Dominus, *proderit homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? veniet enim filius hominis in gloria patris sui, & tunc reddet unicuique secundum opera sua.* In illud ergo judicium aciem oculorum animæ intendentes, tanquam in quandam facem, quam occultare soliti sunt, qui in mari navigant, recta ad portum salutis pergemus: figemusque anchoras in fidei petra immobili, nihil facientes, aut dicentes, ad oculum servientes, tanquam hominibus placere

cere velimus, sed potius tanquam servi Dei omni hypocrisi & simulatione ejecta, Patrem Patrem glorificemus; Filium Filium adoremus; Spiritum sanctum confiteamur, unam substantiam, & diversas personas syncere agnoscentes, & *unamquamque personam* Deum, non tamen substantiam particularem habentem, non communem; tametsi per se Deus nominetur. particulare enim non est substantia, siquidem substantia genus est; & generale non est particulare; sicut neque particulare generale est. & quamvis dicatur unaquæque persona Deus, non tamen divinitas divisa est divinitas, neque efficitur propria, & particularis naturaliter, secundum diversitatem substantiæ; sed perfectam & totam habet communem substantiam. quamobrem tres dicuntur & sunt unus, utpote unius substantiæ non divisæ in tres, quamvis unusquisque per se nominetur; nec extensæ in multitudinem, cum tres inter se nominantur.

Deus unus. Quare veritatem depravat, qui tres pro uno Deos esse opinatur; opinatur autem Deos, qui hypostases naturas speciales, sive particulares vocat. Sic enim naturæ speciales essent, Deus autem natura est, cùm dicit Propheta, *Deus noster in cælo, & in terra; & cognoscant, quod tu Dominus Deus solus:* de quo ergo trium dicit? non enim posuit multitudinis significationem, naturæ autem speciales multitudinem ostendunt. Sin vero de divina substantia, unica, & simplici sermo fit, hanc autem unum Deum divinæ scripturæ vocant, etsi tres habet proprietates, una utique natura & substantia divinitatis est. Si autem una est, nemo substantias particulares dicat, si refugit deorum multitudinem nominare. demonstratum enim est, principium esse multitudinis deorum, particulares naturas nominare. & existimo nullum usque adeo nudasse caput, id est, eo impudentiæ processisse, ut deos numero multitudinis nominet; etsi ex sumptionibus eorum necessariò concluditur, deos dicere, si sanctam Trinitatem naturas speciales nominant; id quod à nobis plane demonstratum est, cum proprio loco contra eos, qui tres substantias dicunt, scripsimus, cum nuper de hac quæstione posita disceptaretur. & fortasse qui illa quæret, reperiet; & cum repererit, certiùs cognoscet, quomodo in illis contra illam tunc hæresim ortam disputavimus.

Nihil creatum in Trinitate. *δημιουργός. συνδημιουργός.* Dicimus præterea omnia per ipsum facta esse, & in ipso omnia consistere tanquam in creatore, & concreatore, *omnia enim quæcunque voluit, fecit.* Si enim & hoc nonnulli opinantur de patre dictum esse, *ipse dixit, & facta sunt; ipse mandavit, & creata sunt;* at omnia inquit, *quæcumque videt filius patrem facere, hæc & filius similiter facit*, & non talia, hoc enim est ejusdem substantiæ operatio. ait igitur Dominus, ipse mihi, scilicet pater, mandatum dedit, non tanquam servo subjecto, sed tanquam ejusdem naturæ, & simul Deo. idem de Spiritu sancto sentimus, nihil enim servum est in sancta Trinitate; igitur neque creatum. omnis enim creatura serva est creatoris sui: nec alienum; alienum enim non est concreans, non adorandum, non lumen, non vita, & reliqua de Deo, ut eum decent, dicuntur. Sicut enim Pater est lumen & vita, sic & Filius, & Spiritus sanctus, & hæc nomina per totam Scripturam sanctam reperimus aliquando quidem sanctam Trinitatem communiter declarare; aliquando vero unam personam specialiter.

Consubstantialitas personarum. Multa igitur intelligentia opus est nobis ad cognoscendam differentiam, ne frustremur dubiis cogitationibus utentes. Cum enim canit David inquiens, *in lumine tuo videbimus lumen*, sanctam Trinitatem profecto significat. tria namque lumina significat Propheta, unum, cui preces adhibebat, hic est Pater; & lumen ejus Filium; & in lumine lumen Spiritum sanctum. cum vero subjungit, *extende misericordiam tuam cognoscentibus te*; Filium vocat misericordiam, siquidem ipse est propitiatio. rursus dicitur Spiritus sanctus ἰδιαζόντως, id est, ut ita dicam, appropriate lumen, ut cùm ait, *Domine, in lumine vultus tui ambulabunt*: lumen enim ante faciem Dei Spiritus sanctus est, si quidem facies Dei est unigenitus, cujus lumen est Spiritus sanctus, qui est sanctis dux viæ, in quo spiritu ambulant, sicut scriptum est, *descendit spiritus à Domino, & eorum ductor fuit.* & iterum, *spiritus tuus bonus ductor meus erit.* Demonstratur autem consubstantialitas per copulationem simul & cooperationem. *Verbo*, inquit, *Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Unde manus Dei vocat Filium & Spiritum sanctum B. David, cum ait in psalmo, *manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me.* & rursus, *videbo*, inquit, *cælos opera digitorum tuorum.* digitum autem Dei vocari Spiritum sanctum, & à Moyse, & ab ipso Christo didicimus: Moyses enim dixit scriptas esse tabulas *digito Dei.* Christus autem dixit Judæis, qui expulsionem dæmoniorum Beelzebub attribuebant, *si ego in digito Dei dæmonia ejicio*, quod Matthæus dixit, *si in spiritu Dei.* Recte igitur interpretamur *manus Dei, & digitos ejus* Filium ejus & Spiritum sanctum, qui in fabricatione mundi

Sæc. VI. Anno 570. cooperarii ejus fuerunt. Et B. Job idem similiter confitens, *manus tuæ*, inquit, *fecerunt me, & plasmaverunt me.* Et iterum David providentiam Dei exponens, *anima*, inquit, *mea in manibus tuis semper.* Quod vero magis hoc confirmat, ipse per Prophetam clamat, *manus mea fundavit terram; & dextera mea firmavit cœlum.* Et rursus ostendens ea, *hæc*, inquit, *omnia fecit manus mea; & sunt mea hæc omnia.* Si autem omnia fecit per Filium, id est, per Verbum, quod erat in principio, id est, in Patre; & apud Deum spiritus, & manus ejus fecit omnia, & digiti ejus cœlum, arbitror, nihil referre vocare Filium, vel Spiritum, an dicere manus, & digitos, & brachia, & quæcunque, si consubstantialitatem, & operatoriam vim & energiam per conjunctionem membrorum, quæ symbolice nominantur, declarant. siquidem incorporeus est Deus, & nefas est putare eum membris uti, more nostro.

Quod si consubstantialitatem hæc declarant, sicut manus, & digiti ejusdem naturæ inter se, & cum corpore sunt: undique demonstratum est unam esse, & individuam divinam naturam, non scissam in diversas naturas, secundum eos, qui dicere audent, Deum increatum, & creatum; neque partitam in se, secundum hæresim recentem, in partes, quas ipsi vocant substantias speciales, sive particulares; neque priorem se ipsa, vel posteriorem. quomodo enim quod est se ipso prius & posterius, Deus esse potest? sicut enim unum & idem corpus *senius & juvenilius* dici non potest, sic unus Deus, qui in tribus personis est, semper secundum idem & eodem modo se habet, nequaquam tempore cum existentia ejus simul cogitato, sumpto autem exemplo ex proprietate corporis, connexionem mutuam divinarum personarum per proportionem membrorum, & assimilationem repræsentavimus. sic enim spiritus oris ejus, id est, Dei dicitur Spiritus sanctus, os autem est unigenitus. ac rursus spiritus ex ipso procedens, &, missus non solum à Patre, sed à Filio, sicut ait ipse Dominus, *paracletus autem, quem mittet vobis pater;* & iterum, *si abiero, mittam eum ad vos;* ad discipulos scilicet. & David prophetice ad eum, *emittes*, inquit, *spiritum tuum, & creabuntur; & renovabis faciem terræ.* neque vero quia mittitur Spiritus sanctus, minorem Patre & Filio secundum substantiam putamus. apage, nemo hoc suspicetur, non enim ut minister mittitur, sed ut consubstantialis, & æqualis honoris, & *ejusdem naturæ.* siquidem & ipsum Filium missum esse didicimus non solum à Patre, sed ab Spiritu sancto, sicut ipse dixit per Esaiam, *& nunc Dominus misit me, & spiritus ejus.* Vocatur autem Deus spiritus, & rursus, *Dominus autem spiritus est;* & Spiritus sanctus, spiritus Dei, & spiritus Christi, & spiritus Jesu. Per totas hypostases demonstrat divinus sermo naturalem cognationem divinitatis. Spiritus quidem sancti hic est proprius character, qui hac appellatione significatur, est enim Spiritus sanctus: Spiritum autem sanctum totum sic dictum & vocatum non invenies alium. Deus autem ut antea dixi, dicitur spiritus; & Deus dicitur sanctus: ambo vero nomina composita congruunt ei, qui proprie dicitur Spiritus sanctus, sicuti nomen patris proprie convenit principio; & nomen filii ei, qui immediatè ex principio. & hæc nomina non commutantur inter se. cætera omnia moventur & immutantur. sicut enim Pater, qui Deus est, & Pater, nominibus Spiritus appellatur, sanctus scilicet, & spiritus, quamvis non appellatur totum hoc Spiritus sanctus; sic etiam Spiritus sanctus, qui est spiritus & sanctus, Deus est, & nominatur. & Salvator similiter qui est Filius, & Dominus vocatur, non solus usus est hac appellatione Domini, sed Pater etiam nominatur Dominus; & Spiritus sanctus nominatur etiam Dominus, sicut & ipse filius Deus, & Spiritus, & sanctus vocatur.

ἀλληλουχίαν. συμφυής. connaturalis. συγγένειαν. τῷ αἰτίῳ.

Hæc communitas appellationum in Scriptura sancta œconomice, ut ita dicam, fertur, ut nullam habeant homines impietatis occasionem, & opinentur esse tres Deos. idcirco divina scriptura ut omnem hujusmodi suspicionem omnibus præcideret, Patrem quidem appellat Deum; Filium vero Dominum; & Spiritum sanctum Paracletum. & si hoc, more pædagogi providit, non tamen privavit divina voce Filium, & Spiritum sanctum, neque vocem Domini in Patre, & Spiritu sancto reticuit. immo neque appellationem sanctificantis ab aliqua persona Trinitatis alienavit. cum vero eadem sit sanctæ Trinitatis divinitas, vel substantia, vel natura, sive aliter vocare placet, commeant vicissim hæc nomina *Deus, Dominus, & Spiritus*, propter naturam incorpoream, & sanctus. unicuique enim persona hujusmodi appellationes aptè adhibentur, reservato soli Patri, ut sit Pater, quia solus est principium; & Filio, ut sit Filius, quia solus genitus est; & paracleto, ut sit Spiritus sanctus; propriam enim habet processionem à Patre.

Nomina diversa non variant naturam.

Sæpe diximus, differentiam nominum non variare naturam. nec enim Pater, quia Pater est, idcirco Deus est; neque quia Filius non est Pater, idcirco non est Deus; simi-

similiter Spiritus sanctus: sed ideo Deus est, quia est increatum, æternum, immutabile, incorruptibile, invariabile, autor vitæ, creator corporum, & eorum, quæ incorporea sunt. Hæc enim sunt propria divinitatis; & insunt in unaquaque persona, & propter hæc una quæque persona Deus est, siquidem Pater propter hæc Deus est, & non quia Pater est; si enim quia Pater est, Deus est; omnis Pater Deus esset. nunc autem non sic habet; quin potius appellationes differentes eandem substantiam signant, simul ejusdem naturæ communionem declarantes, & nihil ab una natura alienum admittentes. idcirco universa plenitudo divinitatis unus Deus est super omnia, & per omnia, & in omnibus. etsi enim divina scriptura diversis nominibus appellat sanctam Trinitatem, quam adoramus, & colimus, occasiones tamen speciales naturas introducendi sustulit, cum unam substantiam & eandem ex eisdem operationibus demonstravit, nulla erroris causa relicta iis, qui lumen participare volunt, & non potius mentem excoecare, ut vel naturam alienent per illud, *aliquando*, & illud, *non erat;* aut divinitatem particularibus substantiis dividere. nec enim sicut stella ab stella splendore differt, ut verbi gratia, major à minore, nec ut corpus corpore majus est mole, ut corpus adolescentis corpore pueri, nec ut homo tempore antiquior, ut exempli causa, Abraam antiquior David, aut David Zorobabele, sic in personis sanctæ Trinitatis loqui, aut sentire didicimus. Quin potius operationes quidem naturales communes habet; hæ verò substantiam plane declarant. simul autem personas secum inter se, & in seipsis vicissim inseparabiliter in eadem gloria & potestate existere contemplamur, quandoquidem ejusdem substantiæ & naturæ sunt.

Quod autem potestas sanctæ Trinitatis individua est, sicuti & substantia, David declarat, cum deprecans Deum dixit, *quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam?* ac primo quidem ponit spiritum Filii, qui est facies Patris, quia est in Patre, & Pater in ipso; non autem separat energiam, id est, operationem, vel dividit substantiam, sed solum distinguit hypostases, significans non esse confusas. Dixit præterea idem in alio loco *faciem tuam Domine requiram.* & rursus, *deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo.* non enim partem corporis, aut locum sensuum dicit esse faciem patris, sed unigenitum verbum, qui judicat omnia secundum voluntatem patris sui, sicut idem David dixit, *à facie tua judicium meum exeat.* facies igitur patris filius dicitur, tanquam imago, & character ejus, qui potestatem habet, quam à Patre accepit, judicandi, sicut scriptum est, *facies Domini super facientes mala, ut deleat de terra memoriam eorum.* sed sicut facies Domini malos delet de terra, non ut nihil omnino sint, sed ut non sint mali, sic etiam illud, *emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ,* hoc est, hominem. decor enim terræ est homo; sicut decor hominis est facies. *Potestas una Trinitatis.*

Quare copiosè demonstratum est, unam esse sanctæ Trinitatis operationem, quæ unam substantiam esse simul demonstrat; siquidem quia una substantia divinitatis esse cognoscitur, una etiam & eadem Patris & Filii, & Spiritus sancti substantia esse demonstratur. statim enim ut brachium, & manus Patris Filius nominatur, fabricator, & creator esse declaratur. eodem sermone simul Spiritus sanctus similia facere demonstratur, cùm dicitur, *manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me.* dicitur enim ipse etiam Spiritus sanctus manus patris: id quod planius ex prophetiis didicimus; si enim Prophetæ pleni Spiritu sancto intererant futuris tanquam præsentibus, liquet, quotiescunque dicunt, *facta est manus Domini super me,* adventum eos Spiritus sancti nunciare, siquidem per Spiritum sanctum fiunt prophetiæ. quod nemo dubitare debet, qui intellexerit, quæ superius diximus de digito Dei, esse scilicet eum digitum Spiritum sanctum, quo digito lex Moysis in lapideis tabulis data est. Hoc etiam Elisæus in ænigmate significavit, tùm ait, *accipite mihi psallentem. & factum est, cum psalleret qui psallebat, facta est super eum manus Domini.* & dixit, declarandi gratia, *& factus est spiritus Domini super eum.*

Demonstratum ergo est iis, qui non contradicunt contentiose, consubstantialem esse sanctam Trinitatem; simul etiam demonstratum est, nefas esse particulares substantias intelligere. unde enim demonstravimus mutuam conjunctionem operationum, inde unam esse substantiam impartibilem manifestum fecimus, nempe inseparabiles esse hypostases; cum neque Filius sine Patre intelligatur, & Pater secum inducat Filium; & Spiritus sanctus, cum Patre & Filio simul existat tanquam cum mente, & verbo. etenim Dominus demonstrans ex se ipso ipsum existere, insufflans discipulis dixit, *accipite Spiritum sanctum;* quem quidem ipsi discipuli adhibita precatione per impositionem manuum credentibus tribuebant. Ex quo licet differentiam servitutis, & æqualitatis intelligere. Apostoli enim precantes, & tanquam Domino supplicantes *ἀλληλουχία τῶν ἐνεργειῶν. ἀλληλουχία. Mutua habitio. ita ut Pater ha-*

Sæc. VI. Anno 570. Spiritum sanctum iis, qui digni adventu ejus erant, veluti inducebant. Salvator verò noster ex seipso, tanquam ex quodam thesauro, præbebat eum iis, qui facti erant per puritatem vitæ idonei ad excipiendam energiam ejus. atque Apostolis quidem aderat semper participatè; Salvatori verò Christo & Deo nostro, tanquam consubstantialis, & idem Deus hac ratione dicitur spiritus Dei, & spiritus Christi, non sicut ministrantes spiritus ad ministerium missi: illi enim circumscriptam substantiam habent, ita ut non posset exempli gratia, Gabriel esse in cœlo, simul & apud virginem; nec apud Danielem in Babylonia, & in Judæa apud Abaccum. siquidem creata est natura ejus. at Spiritus sanctus, qui omnia implet, & in Judæa aderat Prophetis; & captivis in Babylonia, & eos, qui in Ægypto erant, non deserebat; omnibus præsens, ut quisque capax erat, & sapientiam tradens pro proportione fidei. Siquidem omnes Apostolos implevit; *& loquebantur variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eis eloqui.* & peregrinabitur cum peregrinantibus; & cum commorantibus commorabatur individue & impartibiliter, cum omnibus habitans, & Antiochiæ Barnabam & Saulum ordinabat; & cum Petro atque Joanne in Samaria aderat. & ad alios quidem veniebat per impositionem manuum Apostolorum, per quos loquebatur; alios verò ad prædicandum mittebat, alios non sinebat ire, quò volebant. hæc omnia sunt exempla divinarum operationum, quibus substantia apertè declaratur.

beat Filium in se, & Filius Patrem, Et Spiritus sanctus Patrem & Filium, & Pater & Filius Spiritum sanctum.

Act. 2.

Multis digressionibus usus sum & fortasse non inutiliter, cum propositum fuerit demonstrare eandem esse substantiam, & æqualitatem personarum. Longè enim alienum est à sancta Trinitate dicere in ea maius & minus. etsi enim dicitur pater major filio, sicut scriptum est, *pater major me est.* scilicet major dicitur ratione principii, non ratione substantiæ: fortasse vero minor Patre dicitur filius, quatenus factus est minor angelis, propter assumptionem carnis. & hoc magis tenendum est. non enim dicitur major esse Spiritu sancto, sed filio solo, qui carnem assumpsit. In substantia igitur frustra & supervacue majus & minus quæritur, substantia enim non recipit majus & minus, ut exteri philosophi tradunt. unam igitur substantiam profitemur, in qua generans & genitum, & procedens unus Deus est.

Generatio & processio non inquirenda.

Quomodo autem generatur verbum, vel procedit spiritus, ne curiosè inquiramus; non enim tutum est & periculo vacans. hoc enim solummodo cognitum est principio, & iis, qui ex ipso differenter exeunt. nobis vero, qui per fidem instructi sumus, ad perfectam mysterii cognitionem satis est, cognoscere Deum unum esse, & unam naturam divinitatis, quamvis in tribus cernitur, principio, & creatore, & perfectore. tria enim nomina sunt, circa unam substantiam, & unumquodque unam hypostasim declarat non transeuntem in aliam, & factam quod non erat. hæ autem sunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, eadem enim sæpissime dicere tutius, & cautius est: in his initiamur in baptismo, & salutem per fidem reportamus; & ad vitam immortalem, & nunquam senescentem, ac infiniti sæculi redimus credentes in quibus baptizati sumus, & quibus asscripti sumus, hi autem sunt unus Deus solus, in quo generans, & genitus, & procedens unus Deus. Omissis igitur superfluis, sanctorum vocibus utamur, quæ nobis ipsis quod tutum est, & simul à periculo vacat, præbent. hæ autem voces Theologorum generationis meminerunt, declarantes plane habitudinem, quam habet principium ad eum, qui ex ipso principio existit. *Ego enim*, inquit, *hodie genui te, & ante luciferum genui te,* atque hæc quidem tanquam à principio: ab ipsa autem sapientia illud dictum est; *ante omnes colles generat me*, Deus scilicet. didicimus præterea appellationem patris, *Pater enim misit me*, ait Salvator, *& ego à Patre exivi, & venio*, & alia ejusmodi. vocaverunt autem Scripturæ sanctæ eum, qui genitus est, Filium; sicut eum, qui genuit, patrem, *Filius enim*, inquit, *meus es tu*, sic divina scriptura nostris nominibus nos ad veram cognitionem instruxit, qui non poteramus aliter doceri ea, quæ spiritus sunt. nec enim quia Deus propriis & naturalibus nominibus indigeret, nostra sibi vindicavit, & per nostra, ut dictum est sua nos docuit.

Psal. 2.

Sicut igitur si quis, cum vellet tradere alienæ nationi utilem disciplinam, eamque ad meliorem statum, & optimam vitæ normam erudire, inanis penitus esset opera ejus & studium, si lingua sua uteretur, cum illi qui alia lingua loquuntur, non possent nisi propriam linguam intelligere; quid aliud ei faciendum esset, qui propter charitatem vellet eos qui errore labuntur, dedocere, quam voce patria & usitata auditoribus uti? ut ex nobis ipsis quod justum est, judicemus. omnis enim homo hominem similem secundum substantiam generat; & omnis qui generat, Pater est, & item qui generatur, Filius; neuter autem est major, vel minor natura. nec aliquis dicitur creare eum, qui ex ipso generatur. & hoc quicunque est sanæ mentis, ut videtur, con-

conficitur, discens ex humanis quoad fieri potest, divina. qui enim generat filium ejusdem secum substantiæ, naturaliter generat: qui autem creat, aliud diverse substantiæ creat; & nunquam filium, quare si genitus est filius, non est creatura. & si natura pater est, qui genuit, quo modo dicetur creator geniti? hanc naturalem cognationem ex nostris nominibus cognovimus. cæterum divina tanto his nominibus altiora sunt, quanto illa natura nostra humili natura altior est. Consentanea his tenere oportet eos, qui volunt, ut Dei voluntas est, vivere.

Si autem nonnulli contra naturam rerum cogitationes inanes fabricantur perverso consilio & proposito, quod sibi ipsi in malum suum, & ad decipiendum simpliciores excogitarunt, vana & inania meditantur: *& erunt*, inquit, *fraudulenti frustrati venatione.* nec enim veritatem assequuntur; neque vertunt res, contra quas novant nomina. fixa enim est natura rerum; & non movebitur in sæculum sæculi, sed ut erat, & est, sic manet, & permanebit. nec hæc, aut illa appellatio rationem ejus in aliud quicquam mutabit, ab eo, quod secundum naturam est, alienum. posterior enim est impositio nominum; prioresque sunt res, de quibus nomina dicuntur. si igitur naturæ rerum nomina conveniunt, & in eas res pulchrè oratio quadrat, vera meritò vocatur nullam incurrens reprehensionem. sin autem contra non convenire, neque quadrare reperiatur, manifestum est, probari esse falsam. manet vero res, quæ secundum naturam constituta est, nullo incommodo ex falsa oratione accepto. atque hoc quidem in una quaque re verum esse comperiet, si quis quærat. quod si in una quaque re; multo magis in divinis dogmatibus. fallax enim oratio aliquos fallet, & fortassis à veritate abducet eos, qui non sunt ea imbuti, non tamen mutabit naturam, de qua pronunciatur. non enim esset natura oratione valentior, si sono orationis res mutarentur.

Sed deinceps, quia fortassis hæc oratio est longior justo, ad aliam pergemus, vel potius non ad aliam, adhuc enim in eisdem versatur, tametsi variat materia argumentationes.

EJUSDEM ANASTASII ORATIO SECUNDA, DE INCIRCUMSCRIPTO.

OMNIA audet lingua dolosa, quæ & creatorem contemnit, & quæ ejus virtus sit, non sentit. sit nobis Dominus auxilio spei, tribuatque sermonem prudentiæ propter eos, qui fructum percipere, & prudentiam augere cupiunt. tu vero charissime, ne cum eis, sicut scriptum est, pactum facias. eos dico, qui Deum imminuunt, & divinam substantiam circumscribunt, & quantum in ipsis est, tradunt vacuum esse universum à creatore universi, qui videntur pii esse, impudenter blasphemi sunt, divinæ naturæ amplitudinem negantes, & linguam suam importunam, & loquacem in Deum universi acuentes. Sane quidem non cognoverunt isti, nec intellexerunt potentiam Dei, quin potius *obscuratum est*, sicut ait Scriptura, *insipiens cor eorum: dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Deus autem patientissimè fert hæc, qui non vult ullos perire, sed omnes ad pœnitentiam venire, *vult enim omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* faxit Deus, ut hoc sapiens consilium exitum bonum in eis assequatur, ipsis salutem consecutis secundum propositum Dei, *qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt.* Ne

Blasphemium est Deum circumscribere.

Rom. 1.

SÆC. VI. ANNO 570.

Deus est ubique virtute substantia.

Ne autem absurdum, & dolosum istorum dogma lateat, videamus, qualia sint, quæ de Deo dicere audent. *Energia*, inquiunt, *in omnibus rebus est Deus; substantia vero minimè*. Energiam vocant opus energià, id est, operatione confectum, ut fabricator navis est in navi à se fabricata, & textor in pallio, quod texuit. Atqui dicam ego inseparabilem esse à natura Dei energiam ejus, exemplo superiore ab istis sumpto usus. sicut enim fabricator navis cernitur in navi, & textor in pallio textili, sic Deus in operibus suis. tametsi illi, utpote mortales & corporibus circumscripti, solam energiam relinquant vacuam ab artifice, qui operi faciendo artem adhibuit, atque artificem quidem, si adest, & cognoscitur, prædicat opus; absentem vero, & incognitum, minimè, sed cur ita? quia utrumque circumscriptè cernitur & opus, & id unde profectum est opus. Quia vero viva est natura divina, energias, id est, operationes habet viventes, & sine intermissione agentes, sine substantia autem non potest ullo modo prodire energia. ubi enim energia cernitur, simul cum hac cernitur substantia, ex qua prodit. utrumque enim est incircumscriptum, quamobrem omnino sunt inter se inseparabilia: prædicat quidem operatio substantiam latentem; cernitur vero conjuncta cum operante, sine quo esse non potest. *sic cæli enarrant gloriam Dei; & opera manuum ejus annunciat firmamentum*, non semel factum, & à fabricatore suo alienatum, semper enim indiget conservatore, qui non sinit veterascere. unde, quia omne quod pati potest, non renovatum veterascit, quod autem natura veterascere potest, non veterascens renovatur; cœlum igitur, & cœlestia corpora, quæ hactenus sicut à principio facta sunt, durant, renovationem in se quotidie fieri ostendunt, conservationem verò voco renovationem. conservat autem ea Deus, quomodo effecta sunt. si autem recte habet, quod nos intelligimus, energiam, id est, operationem esse conservationem, conservatur vero, & continetur universum; circa universum versatur energia. ab hac autem non est substantia separabilis; est igitur circa universum, & in universo substantia Dei.

Sic intelligimus, quod Salvator dixit. *Pater meus usque modo operatur, & ego operor*, non quod facta sit accessio universo; *requievit enim Deus die septima ab omnibus operibus suis, qui cœpit facere, & nihil est recens sub sole.* ait Salomon; sed opus nominavit conservationem universi. ipsa enim genera, & species eorum videre licet semper conservari, nec augeri penitus, neque minui; conservantur autem verbo, ut antea diximus, ita ut separare ea à potestate conservante impium sit; siquidem ad interitum deducet universum, qui auctorem universi ab universo sejunxerit.

ἀεικίνητον.

Adest igitur in omnibus Deus non solum energia, id est, operatione, sed etiam substantia. demonstratum enim est, non esse energiam separatam à substantia. energiam autem voco virtutem viventem, & semper agentem, prodeuntem ex substantia operante: tripliciter enim dicitur energia, vis operandi naturæ insita; & habitudo operantis ad opus, quod fit; & idipsum, quod ex antegressis confectum est. prius enim contemplatur mens, quod faciendum est; postea moventur manus; deinde consummatur, quod mens contemplata est, & quod per motum est effectum. hæ autem energiæ eorum sunt, quæ composita & mortalia sunt. & ob hanc causam non necesse est, ut quod operatur, semper adsit ei rei, quam operatur, quia prohibet adesse crassities corporis, & mors operantis, & cessatio operationis, & fortassis etiam interitus rei effectæ. in divina autem natura nihil horum, quæ dicta sunt, prohibet; simplex enim est, quia incorporea, & solus habet immortalitatem; & perpetuæ energiæ ejus, & quod effectum est, conservatur: idcirco in omnibus rebus necessario cernitur substantia operantis. Siquidem in exemplo superiore, quamdiu fit, id in quo versatur operatio, tamdiu necessariò adest natura operantis. nemo namque absens potest aliquid operari. igitur quia semper omnia Deus operatur, & conservationem universi sine cessatione continuat, necesse est Deum esse in omnibus; & à nulla re separatum esse, alioqui quomodo de Deo ut Deum decet, sentire liceret? fiet enim, ut Deum dicamus esse corpus, quod extremam impietatem superat. circumscriptio enim propria est corporum, immo creaturarum.

Increatus non potest circumscribi.

Si ergo proprium est corporum, & creaturarum circumscribi; incorporei, & increati non circumscribi; qui dicit eum, qui natura est incircumscriptus, non esse in aliqua re, is incircumscriptum circumscribit. etenim si ab uno solo, licet minimo, arceatur, modus circumscriptionis est, siquidem ab altero terminari substantiam, terminati circumscriptam esse demonstrat, ut quæ non possit circumscribere, quod ipsam terminat. Quomodo igitur verum erit, quod ait Scriptura, *spiritus Domini replevit orbem terrarum.* cum enim Deus sit substantia, omnia, quæ sunt, divina substantia implevit; & in omnibus est; & supra omnia est, non assimilatus moli corporis, sed

sed divina virtute universum coagmentans, & continens, nihil enim eorum quæ sunt, esse potest, quin participet id quod est, solus autem Deus proprie est, qui semper est eodem modo, & tenore, neque mutatur, & si quid dicitur esse, non præcipue esse dicitur, sed esse participatione ejus, qui proprie, & primum est, & fortasse solum est; ait enim Scriptura, *diligis omnia, quæ sunt;* si autem quæ sunt, ideo sunt, quia id quod est participant, participant autem id quod est, scilicet secundum operationem ejus, operatio vero sejuncte à substantia non exit, & est in omnibus, substantia igitur in omnibus est, ut ait Propheta, *cœlum & terram ego impleo*, dicit Dominus. implet autem quæ sunt, & quæ sunt supra ea, quæ sunt. & nihil est vacuum, non particeps ejus. nec enim existimare quis debet se Deum honorare, quasi ad malos non descendat, aut ad alios, alio modo præsentia ejus indignos, ne summo dedecore, & ignominia eum afficiat, tribuens ei proprietatem corporum, id est, circumscriptionem, & terminum, separans scilicet operationem à substantia, quod quidem in Deo intelligi non potest.

SÆC. VI. ANNO 570.

Atque hoc quidem cum Propheta sciret, ajebat, *quò à spiritu tuo ibo?* non dixit, ab operatione tua. *& à facie tua, quò fugiam? si ascendero in cœlum, tu illic es;* non solum operatio tua. *si descendero in infernum, ades*, & quæ sequuntur. Ubi igitur Scriptura significationem dedit disjunctionis naturæ ab energia, sive operatione? nusquam. per omnia enim meat Deus, universa implens amplitudine naturæ, & potestatis suæ abundantia.

Sed sunt quidam, qui infirmitatem naturæ suæ in Deum transferunt, circa maxima parci & restricti; at qui existimant melius esse cohibere naturam divinam à materia, quam arbitrari porrigi eam & protendi usque ad universum, quique putant penitus nefas & impium esse, subire corpora indecora, sordida, & fœtida, vel animas impias, & alia quædam minima, intelligere debent de Deo esse naturam, quæ omnibus antecellit, qui profecto humilia de Deo sentiunt, & quæ magnitudine ejus, quæ attingi non potest, indigna sunt. fortassis autem qui sic sentire in animum induxerunt, ignorant operationes ejus, quæ in universum pervadunt. nulla enim particula materiæ est, quæ non sit opus Dei: neque quicquam sordidum, vel immundum ducit Deus præterquam cogitationes, voluntate nostra in anima conflatas. Quid ergo ex omnibus rebus excogitabit aliquis, quod non fecerit Deus? quodnam corpus, quamlibet immundum sit, non pars est materiæ subjectæ corporibus, figuratæ & formatæ à qualitatibus, quæ ei adveniunt? debilia ergo isti, & quæ fundamento penitus carent, cogitant; quia nihil creaturarum suarum Deus rejicit; nec quicquam rerum putidum existimat, sed nec ad nos accedens nostram participat nequitiam, quæ sola est revera immunditia, quæ nec est, nisi cum agitur tantum. Quis ergo tam puerili sensu, & tam parvo judicio est, ut propter qualitates vicissim advenientes, & recedentes Deum circumscribat, idque ne patiatur, qui pati non potest.

An decet deum subire corpora sordida.

Etenim si sol alioqui corporeus, omnibus corporibus per radios suos appropinquans, nullis tamen sordibus se inquinat, neque fœtorem capit, quamvis in infinitas res fœdas radios jaciat; immo vero contra, ejusmodi qualitates in melius suapte natura mutat; quanto magis Deus, qui est supra solem, bona sua communicabit, & ipse nullum participabit? nec enim licet sol putrorem participaret, necessario etiam Deus participaret. quod si neque sol participat, cum sit alioqui passibilis, sicut reliqua corpora, quomodo Deus impassibilis participaverit?

Cæterum, quia operationem ajunt in omnibus esse, hanc enim volunt non circumscribere, neque terminare, interrogandi sunt, quomodo de ea sentiunt. an dicunt participare eam terrenas sordes, cum ad eas accedit? an non? si verum fatebuntur; perspicuum est, fieri posse, ut quod appropinquat, non participet malitiam eorum, quibus appropinquat. sin vero dicent, participare; idem absurdum eveniet eis, qui hoc dicunt, quod ut fugerent, Deum circumscribebant; contrahant igitur etiam operationem, ut universum dissolvant. Quòd si dum hoc absurdum metuunt, quasi eos sententiæ pœniteat, divinas operationes nihil lædi dicant, cur non idem de substantia affirmant? si autem operationem ideo dicunt liberam esse à participatione, quod sit facultas quædam incorporea; inde licet arguere, dicere eos, substantiam Dei non esse incorpoream, & hac ratione eam circumscribere, quasi naturam corporis. est autem plane manifesta amentia sic sentire & loqui. siquidem spiritus est Deus; quamobrem spiritaliter eum glorificemus omni corporea cogitatione longissimè repulsa, adorantes eum in spiritu & veritate, & Deum Deum esse scientes, non deflexi à via recta, quam in dogmatibus triverunt pedes patrum nostrorum mansuetorum & humilium, qui recte tractarunt verbum veritatis, super quos aspexit Dominus propter rectum

Sæc. VI. Anno 570.

cor eorum. quos ipsi insecuti sententiam puram, & undique limatam exposuimus, nihil proprium exprimentes, sed potius sanctorum verba tanquam flores colligentes hæc nunc tanquam favos finximus, usi adiutrice, vel potius causa & principio sapiente ape, cujus labores reges & privati ad sanitatem adhibent.

ANASTASII,

PATRIARCHÆ ANTIOCHENI,

DE

DIVINA OECONOMIA, ID EST, INCARNATIONE,

ORATIO III.

Oportet sapientem Salvatoris nostri œconomiam pro tenuitate nostræ intelligentiæ laudare, non pro dignitate magnitudinis Verbi. non hoc polliceor; nequaquam! non enim potest humana mens, quamvis purgatissima sit, tantam amplitudinem complecti, sed ut infirmæ, & parvæ vires nostræ ferunt, de hac re disseremus. quamobrem ab iis, qui ad legendum accesserint, petimus, ne cum sensu humili eorum, quæ à nobis scribuntur, simul humi repant, sed potius cum amplitudine rerum, in altum tollantur: etsi enim oratio una cum instrumento suo infirma est, manet tamen materia detrimenti expers: quæ hoc ipso granditatem demonstrat, quod omnem sermonem superat: non enim universi fabrica, cœlum verbo confectum, & sideribus ornatum, & terra super nihilum fundata, & omni genere arborum pulchrè consita, omnique generi animantium alimenta idonea suppeditans, mare liberum, & fines suos non egrediens, aër fusus, & à nullo per vim occupatus, sed æquabili participatione aspirantium honoratus, & cæteræ partes mundi creati, ita potestatem illam, quæ supra omnia est, demonstrant, quantum demonstrat, potuisse divinam naturam cum nostra misceri, & copulari, sine ulla mutatione cum corpore anima rationali prædito. ac causam quidem hujus tanti descensus perfectam ipse solus novit, & ii quibus patefecit, & hac cognitione digni fuerunt.

Lapsus primi hominis causa malorum. Quantum autem nos assecuti sumus illorum scriptis eruditi, causa fuit, ut homo, qui malè perierat, salvus fieret, qui manu Dei formatus, & imagine honoratus, providè in paradiso à conditore positus fuit, ut operaretur, & custodiret eum, sicut jussum erat, alterum enim sine altero non erat utile. sed non custodivit semper quod ei commissum erat, per segnitiem, & aggressus ad vetita, dolo cujusdam fallacis voluptatis inductus. Hinc illi omnis labor natus est, & malorum inundatio; quæ cum resecari alioqui opus fuisset, magis tamen aucta sunt. Sic enim iis evenire solitum est, qui nullo ordine servato ægrotant, sic & præceptis medicorum non sicut debent, utuntur: *in profundum* igitur *malorum cum devenisset*, sicut ait sapiens in proverbiis, *contemsit.* unde quia ex tanta excellentia & altitudine lapsus erat, non congruebat bonitati naturali Dei, sic lapsum sine medicina, & extra fœlicem statum, in quo conditus fuerat, neglectum præterire. qui enim aliquando in purpura, ut ait Propheta, *altus & educatus erat, indutus est stercore.*

Christus incarnatus. Idcirco sapienter Verbi Dei œconomiæ negotium suscepit, magnus ille rex, & verè præclari generis, ac verè liber ex omnibus, qui sunt ab oriente solis, egressus enim è sua civitate propter eum, qui inde exulaverat, sedit super nostrum stercus, in quo sede-

sedebamus, exuti splendidum vestitum, quo eramus ante transgressionem induti, & hoc foetore amicti, & quoniam ex stercore foetido ulcera & vulnera acceperamus, quæ totam naturæ nostræ fabricam corrumpebant, accepit testam, ut multum putrorem eo raderet, purgare enim volebat vulnus, & lavare. sed quæ ista testa est? corpus scilicet terrenum, quo peccatum nostrum emundavit agnus Dei factus, qui tollit peccatum mundi. hoc nobis est magnum mysterium, à sæculis, & à generationibus in Deo, qui omnia creavit, absconditum, quod Joannes Theologiæ tonitru prædicavit, cum supra sensum, & supra ea, quæ sub sensum cadunt, elevatus: *In principio*, inquit, *erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, omnia per ipsum facta sunt.*

SÆC. VI. ANNO 570.

Joan. 1.

Ipsum igitur magistrum & ducem sequentes, ejusdem vocibus divinis utamur ajentes, *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Postquam enim nimiam ejus erga nos misericordiam ostendit, illum ipsum dixit factum esse hominem. Quomodo autem fieri potuisset, ut qui erat alioqui immutabilis, fieret, quod non erat; docuit, cum dixit, *& habitavit in nobis*, quod perinde est, ac si diceret, usus est carne pro tabernaculo; oportebat enim, ut qui verè & natura rex noster erat, nos ab alieno, & adulterino quodam Domino oppressos, qui regnum rapuerat, quod ad eum nulla ratione pertinebat, non relinqueret captivos, nulla nostri habita ratione & cura: quin potius insignia nostræ servitutis indueret, & ad nos veniret, ut muro disjecto, & diruto, nobis præiret, & secum ejusdem naturæ homines extraheret; immo servitutis eorum, quibuscum natura sibi communis esset, vincula sibi sponte injiceret.

Ob hanc causam venit ad nos, qui longe eramus, & nobis in longinquo positis appropinquavit, non loco, nec enim facta est loci mutatio; quomodo enim divinitas, aut ubi circumscribatur, quæ universa in se continet, & à nullo continetur? non igitur poterat is, qui ab eo defecerat, esse extra numerum eorum, quæ sunt, ut adventum, qui similiter ad locum pertineat, quæramus, utrumque enim erat impossibile. procul autem ab eo aberamus affectione, & voluntate spiritus, ut ait Scriptura: idcirco ad nos descendit, non relicta vita divina, quam cum Patre & Spiritu sancto naturaliter degebat; cum quibus ante sæcula in gloria erat in sinu paterno requiescens; sed propter charitatem suscepta sponte œconomia, quæ bonitatem ejus naturalem decebat, sic carnem crassam, terrenam, & mortalem, & morti resistentem induit, exuperantia potestatis suæ usus ad occultandam gloriam, & ad assumendam carnem, quam sibi univit, & in qua habitavit, divinitatis propriæ amplitudinem inumbratione tegens. oportebat enim eum, qui erat inaspectabilis, cui propositum erat venire ad eos, qui secundum sensum vivebant, aspectabilem eis fieri, & similem. quamobrem instrumentum hoc divinum sibi formavit, ut per ipsum fieret visibilis, & quod nostræ naturæ erat, & naturæ divinæ unitum divinis actionibus ministraret. ut hac ratione omnibus, qui redemptionem ejus expectabant, diceret, *ipse, qui loquebar, adsum;* adest enim vere verbum, & quamvis solum corpus cernitur, Deus verus est, & humanam formam oculis nostris subjicit; & ante sæcula est, licet ortus ejus tempore factus describitur, ex genere Abraam & David, ex his enim extitit corpus terrenum, quod tempori subjecit. ex spiritu vero est, quod est divinum, & sine tempore, quod carni animatæ unire voluit, per quam nobiscum versatus est hoc velamine opertus; sicut corpus tegit animam nostram, quæ est inaspectabilis, & in iis, quæ sub sensum cadunt, non numeratur. quia facta est ad imaginem ejus, qui eam creavit, servatque signa similitudinis ad quam facta est, quod enim natura inditum est, non est aptum natum, ut facile mutetur..

Quantum igitur nobis modum unionis verbi cum carne conjectura consequi licet, aliam imaginem, & similitudinem non poterimus reperire, quam animæ cum proprio corpore, ex quibus unum animal homo existit, neque partibus in compositione inter se mutatis, nec una earum alterutram ex se faciente. sed potius coëuntibus duobus diversis illud existit, quod post compositionem est, & nominatur. Adhibentes igitur ex hac imagine, quantum utile est ad exemplum similitudinis, unionem verbi cum humanitate contemplabimur. Verbum enim quod in principio erat Deus, cum vellet fieri homo, quia non posset homo aliter salvus fieri, ingressum est in uterum virginalem, & omnis corruptionis expertem, erat enim virgo casta spiritu & corpore. Quamobrem necessariò, ut decebat, ad tantum mysterii ministerium eam elegit, unitumque est sine confusione & mixtione totum toti carni, anima rationis participe animatæ, & per adventum Spiritus sancti ex carne virginis matris conflatæ, & constitutæ, nulla causa in ea antegressa, ex iis, quibus consueverunt corpora fieri, præter virtutem altissimi. sola enim mulier materiam corpori, quod divinitatis instru-

 mentum

Sæc. VI. Anno 570.

mentum factum est, suppeditavit, sicut olim ex propria carne solius viri mulier & mater viventium facta est.

Christus nobis Consubstantialis.

Vanè igitur delirant, qui propter modum generationis negant esse nobis consubstantiale, eadem enim ratione nec Eva erit consubstantialis viro, aut ei, qui ex utroque simul natus est, ambo enim vario modo extiterunt; nec cum alioqui potuisset, proprium corpus aliunde duxit, quam ex materia nostris corporibus subjecta, *non enim*, inquit, *apprehendit angelos, nec aliam cœlestem virtutem, sed semen Abrahæ*, cui facta fuerat promissio. Quomodo igitur ajunt quidam, corpus terrenum & in terra natum cœleste fuisse, siquidem hujusmodi materia non est in illis locis cœlestibus? ergo nec ex natura propria immutabili, nec ex ulla alia, nisi ex qua dictum est, fabricavit sibi corpus. Valde enim absonum fuisset, si cum ad nos veniret, alienum à nobis corpus ferret; quin potius cum Deus tantum esset ex patre genitus, & naturam ejus sine ulla varietate, id est, seipsum haberet, corpus ex matre assumpsit, factusque est ei consubstantialis. quamobrem secundum imaginem superius propositam, ex utraque substantia unus CHRISTUS apparuit nobis, idem DEUS & homo.

Unio naturarum sine Confusione.

Et hoc est in hoc mysterio admirabile, quod utrumque eorum, quæ coierunt, proprietatem naturalem servat perinde ac si per se solum existeret, non facta alterius cum altero unione, cum alioqui una sit hypostasis. Christus igitur est quod ex unione harum naturarum existit, non habitudo, sed idipsum, quod ex his substantiis constat, immo ipsæ substantiæ, & non divina absque humana, neque rursus humana absque divina, sed utriusque inseparabilis unio: quam non dicimus factam esse ad imitationem liquidorum, quæ inter se mixta in aliud quid mutantur, sed ad similitudinem propositam animæ & corporis, ex quibus animal rationis particeps, homo, constituitur; ex intelligente, inquam, & sensili intelligens simul & sensile. sic hic potest quis tenuiter mysterium contemplari, ambo enim simul coëunt divinum & humanum. & quod ex hac compositione constat, nihil aliud est quam naturæ unitæ. æque enim Deus & homo Christus, qui ex unitis modo ineffabili apparuit mundo, mortali corpore ad delendam mortem utens, quod est admirabile; est igitur vere Deus simul & homo Christus. quæ appellatio vera esse non potest, nisi sint diversæ naturæ ei subjectæ. tribuitur autem sæpe separatim iis, ex quibus constat, non quidem quod hoc solum sit, non enim fieri potest, ut alterum ex unitis contemplemur, nisi sola cogitatione mentis discernentis, quatenus cognoscimus, quid est divinum, quod non est humanum; quid rursus humanum, quod non est divinum. si enim aliquando has notiones mente exprimemus, volentes significare subjectas substantias, & earum inter se diversitatem, statim copulamus actu; rursus unientes priusquam disjungamus, cognoscentes unum CHRISTUM esse ex diversis naturis constantem.

Una Hypostasis in filio.

Etsi enim sunt diversæ naturæ, ex quibus unitus est ad manifestationem mysterii, una tamen est hypostasis, eadem enim proprietas hypostasis mansit, filio etiam incarnato. Filius enim rursus est etiam secundum carnem. quare natura quidem differunt assumens, & assumpta; hypostasi verò minimè. sic dicimus, unam esse hypostasim natura differentium, omnibus Theologis & Ecclesiæ doctoribus approbantibus, qui eundem affirmant esse Deum & hominem. hæ enim sunt naturæ, ex quibus compositus est. naturas verò nunc dicimus non principia, ut quidam dicunt, qui simplicioribus insidias ponunt ad decipiendum, dicentes naturas, ex quibus facta est unio, esse Deum patrem, & virginem matrem, qui tectè & inumbratè dicunt illud, ex quibus, ut nihil assumptionis in Christo confiteantur. Nos verò spectantes unionem naturarum secundum hypostasim Christi, qui non solum ex Deo & homine constat, sed idem Deus & homo est, salvis substantiis in unione, quæ per compositionem compositam hypostasim, quam Christum vocamus, reddunt.

Duplex natura.

ἀποίκιλον τῆς εὐσεβείας κήρυγμα.

Idcirco sancti Patres de Christo non solum tanquam ex Deo & homine, nec ex duabus naturis tanquam ex principiis loquuntur, sed tanquam de Deo & homine, & de duabus naturis; ut fallaciam longissime relegent; & veritatem plane prædicent. atqui simplex, & *recta* erat prædicatio pietatis, nisi plerique varie conati fuissent eam verbis fallacibus depravare. Quamobrem ne qui in simplicitate animæ ingrediuntur, istorum laqueis indicta causa caperentur, diversis temporibus Spiritus sanctus mentes sanctorum adventu suo docuit, deditque illis sermonem ad contradicendum, & ad tendiculas fallaciarum contra veritatem violentas effugiendum, qui nobis tradiderunt thesaurum magnum, ac præcipue quidem in vasis fictilibus; hoc enim decebat divina dogmata, & doctrinam, quia conveniebat, ut semper vasa frangerentur, in quibus magnus thesaurus reconditus est, propter infirmiores, dedit prædicatoribus veritatis vim verborum ad resistendum contradicentibus, & ad jacula adversariorum temerè emissa

emissa propulsanda. Quare verbum veritatis non vincitur mendacio, sed potius, fallaciam mendacii redarguit. Et ipsum omni eo, quod alienum est, exploso, manet, neque deponitur, neque circumfertur. idcirco Christum Dei virtutem & Dei sapientiam esse docet, unum ex cœlo & ex terra Deum & Servi forma indutum, ut lateret Deus principem sæculi hujus, cum quo erat ei certamen, & non defugeret luctam, tanquam non cum Deo certaturus; fortasse vero, ut per simile servaret simile. non ferebat igitur aliquid externum & alienum præter id, quod nos sumus, sed totam nostram massam in uno relicto nobis semine assumpsit, factus primitiæ naturæ nostræ. hac autem ratione dicitur primitiæ. SÆC. VI. ANNO 570.

Etenim quia totum quod ceciderat, excitare propositum erat ei, ceciderat autem totum genus, se totum toti Adæ immiscuit, vita mortuo, ut eum servaret, in eum totum penetrans, cui unitus erat, sicut anima magni corporis, totum animans, & toti vitam impartiens sensiliter. sic dicitur genus humanum corpus Christi, & membra ex parte, tanquam per omnes communiter permeantis, & tanquam in unoquoque habitantis separatim secundum mensuram fidei. membra enim proprium quid significant, quatenus membrorum dignitates differentes sunt; horum enim alia sunt honorata; alia infirma, alia vero honesta. aliis autem major honor adhibetur. atque hæc non de communitate corporis prædicantur. Quare cum Apostolus dixit corpus, & membra nominavit, docuit differre genus à parte. & cum nos genus Christi vocavit, significavit, communitati substantiæ nostræ unitum esse, non autem particulari hypostasi, alioqui membrum ejus, non membra, neque corpus esse diceremur.

Postquam vero semel voluit Verbum fieri homo, & nos totos indumentum suum facere, cum utrumque sit, alterum dicitur; & cum alterum dicitur, utrumque est, non nominibus commutatus, nec enim hæc per abusionem dicuntur; sed cum utrumque sit, nominatur separatim; eum enim nominamus Deum, non aliquem Deum; eundem etiam nominamus hominem, non aliquem hominem. est autem Deus simul & homo per nomina generaliora declaratus, ex quibus constat; scilicet non ex particularibus hypostasibus constat, sed ex generalibus substantiis. Existimo enim neque partem substantiæ esse: ajunt enim qui in his se exercent, partes substantiarum substantias esse. an igitur pars substantiæ reperietur, quæ rationem substantiæ non recipit, ut substantiam particularem nominemus? sin autem quam vocant partem, totam rationem recipit, totum erit, non pars. nec enim sicut in sectione circuli in duos semicirculos, aut in reliquas partes, neque sicut in sectione sphæræ in quatuor partes, aut in hemispheria, sic sectio substantiæ intelligi potest. quid enim faciet substantia secta? fortasse partes substantiæ: at dictum est partes substantiæ substantias esse, igitur individua est, impartibilis substantia. sicut enim non potest secari sphæra, aut circulus, & facere rursus sphæras, vel circulos, sic non potest divisa substantia facere particulares substantias * per se esse. *ὑποστῆναι, *suppositare.*

Ne igitur quis frustra laboret, ut vanis rationibus demonstret, quod demonstrari non potest, esse scilicet unionem incarnationis verbi factam in naturis particularibus, & non generalibus; quod quidem miror, quomodo non eos pudet, qui hoc dicunt. est enim non minus ad intelligendum difficile, quam difficile est griphos interpretari. Cum enim substantia significet esse, & omnia scilicet, quæ sunt substantiæ similiter essentiam participent, quid eorum secundum rationem essentiæ minus est, ut illud particularis ac singularis substantia dicatur? cum alioqui substantia aliquid generale, non autem *singulare* declaret, ac genus quidem generalissimum audivimus, & speciem specialissimam; genus vero singularissimum nunc primum discimus. & si enim quædam dicuntur genera specierum, sicut media, quæ dicuntur species generum, & ipsa sunt aliarum specierum genera, verum hæc omnia de pluribus prædicantur, quod quidem magis est communitatis, quam particularitatis. Igitur quod commune est, non est particulare; & si retro commeat, id est, quod particulare est, est commune. *ἰδικὴ particulare.*

Denique quo magis sit hoc absurdum, quis tam demens est, ut esse, & taliter esse cujusmodi sunt substantiam esse, & hypostasim esse, alterum pro altero vicissim accipiat? non enim substantia est particularis natura. cum igitur naturarum sive substantiarum unionem dicimus, ipsas substantias in unione contemplamur, non sic facta unione, ut natura in naturam transeat; aut fiat confusio, vel mixtio: sed naturalis copulatio. has vero naturas, sive substantias sententia nostra est esse inter se inseparabiles. non enim secundum habitudinem, aut appositionem, aut prosopopœiam, aut dignitatem, aut alium modum ab iis excogitatum, qui duas personas dicunt, dicimus factam esse incarnationem Salvatoris nostri; sed unionem ipsarum naturarum secundum hypostasim contemplantes, unum & eundem Christum adoramus, qui erat ante *Unio inseparabilis.*

 incar-

Sæc. VI. Anno 570.

incarnationem Deus, & mansit Deus post incarnationem, qui fuit unitus diversæ substantiæ, ut salvum faceret quod erat sibi consubstantiale. consubstantialis enim factus est diversa substantia præditis, & ad capiendam generationem humanam processit, qui erat alioqui ante sæcula ex Patre nullo medio interjecto genitus.

Duæ generationes in Christo.

Unde duas generationes esse credimus; eundem enim per duas naturas exivisse non similiter, sed dissimiliter didicimus; aliter namque ex Patre genitus est, & aliter ex matre. cæterum idem est, etsi non secundum idem. differentia enim substantiarum unitarum differentes generationes fecit, & utraque est excellentior, & admirabilior, quam ut intelligentia comprehendi queat. tametsi unus est, cui dignitas datur, sicut in nobis, ut hac comparatione utamur, ex corpore & anima, quæ diversæ naturæ sunt, unus existit. eum enim qui ante sæcula est, & sæculorum auctor vel mediocriter assequi impossibile est.

Trinitas non est incarnata.

Nemo vero ex iis, qui extra Ecclesiam sunt, ea, quæ diximus, carpat, & more suo hanc doctrinam laceret, & tanquam sus fulgentes margaritas illotis pedibus proterat. ignorantes enim quæ sit certa & tuta doctrina de iis, quæ didicerunt, audacter contra verbum veritatis insiliunt, ajuntque sentire sanctam Trinitatem carni unitam esse, qui quomodocunque dicit unam divinitatem substantiæ esse, & hanc confitetur cum natura nostra esse copulatam. & dum temeritatem mentis suæ patefaciunt, & absurditatem, quam piis induxerunt, fugere videntur; aiunt habere verbum propriam naturam, Patri & Spiritui sancto connaturalem, quæ nobis per incarnationem ex charitate unita est. Miror ipse hoc tam absonum, velimque dicere in istum pro viribus, quæ conveniunt; non arguo nunc, possitne Deus carnem indutus habere propriam naturam, an non; sed demonstro eum, qui hæc dicit, non posse sentire esse filium Patri consubstantialem. omne enim, quod est unius substantiæ, eandem rationem substantiæ recipit; & vicissim omne, quod eandem rationem substantiæ recipit, unius & ejusdem substantiæ est. & contra, quod non est ejusdem substantiæ, nec eandem rationem recipit: & quod non recipit eandem rationem, nec ejusdem substantiæ esse potest. eligant igitur, utrum velint, undecunque occurret eis absurdum. si filius eandem rationem substantiæ cum Patre recipit, una substantia est Patris & Filii. & communis definitio eis reddetur. At quomodo quod communiter redditur, particulare erit? sin autem non eandem definitionem & rationem recipit, non erit una substantia: quorum autem non est una substantia, consubstantialitas non erit. sicut enim quæ ejusdem substantiæ sunt, consubstantialia sunt: sic quæ non sunt ejusdem substantiæ, non sunt consubstantialia. quomodo igitur ajunt filium esse Patri consubstantialem, tribuentes ei particularem substantiam? particularis enim esse non potest, quæ cum altero facta est communis.

Quid ergo dicent esse hanc particularem substantiam? si dicant esse filiationem: primum, non est filiatio substantia. Deinde etsi detur & concedatur hoc; rursus concludetur in eos diversitas substantiæ. Sicut enim non est eadem ratio paternitatis, & filiationis, sic non erit filius secundum ipsos unius & ejusdem cum Patre substantiæ. quæ autem non sunt ejusdem substantiæ, nemo negabit, non esse consubstantialia. desinat ergo ista verborum vanitas eorum, qui communem & particularem substantiam dicunt. demonstratum enim est copiosè, non esse substantiam particularem: qui enim nominat aliquorum substantiam, necessario communem significat: supervacaneum igitur est addere substantiæ *commune;* perinde enim est, ut si quis dicat *communem communitatem:* & multo magis supervacaneum est dicere particularem substantiam, quod quidem non est aliud quam dicere communem particularitatem. idcirco doctores Ecclesiæ propriè loquentes, commune quidem vocaverunt substantiam; particulare vero sive speciale hypostasim. ut homo commune est; aliquis homo particulare, hoc est hypostasis, illud substantia. nec enim aliquis homo non est homo, sed est quidem ἐνόσιος, id est, in substantia, non autem secundum substantiam particularem, & separatam à communi, sed secundum eandem, secundum quam singuli omnes sub eadem specie sortiti sunt substantiam. unusquisque enim eandem cum reliquis rationem recipit. homo enim est communis homo, & aliquis homo, & neuter est plus, aut minus homo. filiatio igitur habitudo quidem naturalis est, ad eum, ad Patrem scilicet, ex quo filius; filius vero ejusdem divinitatis est cum Patre. rursus enim dicimus substantiam particularem habere characterem, filiationem. hac enim dicitur esse character paternæ, non quidem naturæ, illud enim ipsum est natura, quod Pater est, sed hypostasis, id est, personæ. utpote inferens secum Patrem, simul ut nôminatus est filius secundum habitudinem categoriæ ad aliquid, quæ est, cum id quod est, alterius esse dicitur, ut filius Patris est filius, & Pater filii Pater, quia per ipsum habemus

mus accessum ad Patrem; & ipse est magister noster, & auctor cognitionis ejus. sicut idem dixit Patri: *manifestavi nomen tuum hominibus;* manifestavit autem nomen non ut Dei, hoc enim jam olim cognitum erat, sed ut Patris. ipse enim cognitionem Patris revelavit,

Usus sum tot digressionibus, quia volebam demonstrare, quod pars substantiæ non est, ut dicat aliquis, factam esse incarnationem assumendo partem alterius substantiæ: & quia nolebam corrigere eorum opinionem, qui putant, eum qui dicit substantiam integram verbi unitam esse carni, Patrem & spiritum sanctum ad œconomiam incarnationis deferre: quod quidem non esse necessarium, satis demonstravimus iis, qui non contentiosè, sed benevole in Deum pia & divina veræ fidei nostræ dogmata accipiunt. filius enim non est substantia, sed hypostasis ἐνύσιος, id est substantiam habens. Quod si substantia est; ut hoc nunc concedamus, at non est substantia particularis, totam enim substantiam integre habet, qui ejus particeps est: verum igitur est, quod dicitur, quod ex duabus substantiis perfectis extitit una hypostasis Christi, qui est Deus, sicut Pater, si pars esset, & non totum: atqui quod Deus appelletur, statim docebimus; deinde quod homo; postea, quod compositus ex diversis.

Divinitas Christi probatur.

Dixit ergo Hieremias indicans hunc, *hic est Deus noster, & non æstimabitur alius adversus eum; hic adinvenit omnem viam disciplinæ, & dedit illam Jacob puero suo, & Israel dilecto suo. posthæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est.* Quod autem hoc vaticinium de Christo dictum sit, planè demonstrat conversatio cum hominibus, quando carnem suscepit Deus, de quo David plectro chordas percutiens canebat, *Deus deorum Deus locutus est, & vocavit terram, & Deus manifeste veniet.* Et ne forte existimes de alio quopiam, quam de ipso prædici, quod subjungit declarat eum esse, qui potestatem judicii à patre accepit, quia filius hominis est: sequitur enim, *ignis in conspectu ejus ardebit, & in circuitu ejus tempestas valida. advocabit cælum desursum, & terram, discernere populum suum.* Quod autem Pater non judicat quemquam, ex ipso Domino audivimus. Deus igitur dijudicans populum suum Christus est secundum humanitatem.

In eandem sententiam dictum est illud, *Deus stetit in synagoga deorum; in medio autem Deos dijudicabit.* Clamat præterea Oseas ex persona ejus prophetans, & dicens, *Deus sum, & non homo, in te sanctus.* Et Esaias ad eum referens, *In te,* inquit, *est Deus, & non est alius præter te. tu enim es Deus, & nescivimus. Deus Israel Salvator. Confundentur, & reverebuntur omnes, qui adversantur ei.* Quod autem Judæi, & legis doctores propter indumentum carnis ei adversati sunt; manifestum est. Cum enim ignoraretur quis esset, qui in aliena forma cernebatur, audiebat ab iis, qui ignorabant, *quare tu homo cum sis, facis te ipsum Deum?* hi igitur confundentur aliquando, cum intelligent veritatem cum pudore superioris ignorantiæ. atque hæc hactenus, nunc ex multis pauca, quæ testimonium tribuunt divinitati Christi, & Deum esse eum cum carne demonstrant.

Ejus Humanitas.

Quod autem homo est, rursus ex eisdem scripturis Spiritus sancti pro virili parte patefaciemus. primo igitur Esaias postquam eum vocavit puerum, & virgam ex radice Jesse ortam, & Emanuelem, & marem ex prophetissa natum, & postquam nominavit eum *Celeriter spolia, & cito prædare,* hunc ipsum his verbis nominans hominem; *& vidimus,* inquit, *eum, & non habebat speciem, neque pulchritudinem; sed species ejus inhonorata. deficiens præter omnes homines. homo in plaga existens, & sciens ferre infirmitatem.* Et rursus David Psalmorum scriptor, divinam lyram plectens, *quid,* inquit, *est homo, quod memor es ejus, aut filius hominis, quia visitas eum? minuisti eum paulo minus ab angelis.* minoratus est enim, ut Paulus ait, paulominus quam angeli, factus homo, propter passionem mortis. quamobrem gloria, & honore coronatus est, omnes gentes, pro quibus mortem subiit, in hæreditatem accipiens, hæc enim erat gloria, quam apud Patrem habebat, antequam mundus fieret. propter hanc scivit ferre infirmitatem, ut quæ universo mundo sanitatem afferebat. hic igitur etsi videbatur non habere speciem, vel pulchritudinem, *erat tamen speciosus forma præ filiis hominum.* filius enim erat Dei, & filius hominis confirmatus, & vir dextræ à Spiritu sancto vocatus. *Fiat,* inquit, *manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.* Dicitur vir Oriens, secundum prophetiam Zachariæ, cum ait, *ecce vir, Oriens nomen ejus,* marem enim ex prophetissa editum, ut Esaias evangelizavit, reliqui interpretes vocaverunt *virum.*

Demonstratum ergo est vocari etiam apud prophetas hominem, qui est alioqui Deus. Relinquitur, ut ex eisdem scripturis manifestum faciamus, quomodo idem Deus est simul homo, ut quæ diximus auctoritatem habeant, testimoniis scripturarum con-

SÆC. VI. ANNO 570. confirmata; considera igitur mihi, an hoc compositum David in ænigmate significet in Psalmo quadragesimo quarto, qui inscriptus est, *pro immutandis ad intellectum canticum pro dilecto.* Dilectus autem est solus filius, ut testatur Evangelium, in quo vox Patris fertur, quæ dixit Christo, *tu es filius meus dilectus.* hic enim mutatus est factus homo, non mutatione naturæ immutabilis, sed assumptione alterius. hæc enim est mutatio dexteræ Altissimi, quæ facta est, quod non erat. aut sic, *pro immutandis gentibus* per ipsum, in hoc igitur Psalmo pro *dilecto*, vel pro *immutandis* ait David, *speciosus forma præ filiis hominum*; *diffusa est gratia in labiis tuis*, *propterea unxit te Deus*, *Deus tuus oleo exultationis*, *præ participibus tuis*; quod manifestius fecit alius ex interpretibus, inquiens, *unxit te Deus Deus tuus*, ungitur enim Deus à Deo, non quatenus Deus, sed quatenus filius hominis: cum enim vocasset eum filium hominis, *speciosum forma præ filiis hominum*, ne qui forte per imperitiam hominem tantum esse suspicarentur, divina gratia præ aliis hominibus decoratum, eum deinceps Deum nominavit, inquiens, *unxit te Deus*, *Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.* Similia his sunt, quæ Dominus à mortuis suscitatus dixit Mariæ: *ascendo ad Patrem meum*, *& Patrem vestrum*, *Deum meum*, *& Deum vestrum.* Nemo autem est tantopere sensu mentis puer, ut suspicetur eum, qui vere Deus est, propriè dici posse habere Deum; nec eum, qui homo tantum sit, Patrem vocare propriè Deum suum. Sed quia hoc & illud est in eodem Deus simul & homo, utrumque propriè esse cernitur; filius enim est, & servus; idcirco proprie vocat Deum simul Deum, & Patrem: Patrem quidem ut Patrem Dei, Deum vero, ut Deum hominis. non enim potest quis separare, quæ separari non possunt, dum Christus est, qui ex his compositus est.

Unde adversus eos, qui propter indumentum carnis decepti sunt, existimantque prophetam sanctum esse eum, viderique hominem tantum; ait Dominus per Zachariam Prophetam; *non sum ego propheta*, *quia homo genuit me ab adolescentia mea*, id est, ne existimes, qui ex homine genitus sum, prophetam esse. meæ enim adolescentiæ est hæc generatio, non autem æternæ meæ essentiæ. Et per alium Prophetam clarius dixit, *Deus sum*, *& non homo in te sanctus*, non negat se hominem, sed potius ex eo, quod principalius est, & quod non credebatur, quia oculis carnis non videbatur, se ipsum nominat: erat enim & est utrumque, ex quo instrumentum corporeum sibi aptavit naturæ divinæ vehiculum, quo salutem machinatus est, quibus opus erat. Idcirco post sacrificia legis, quæ prodesse non potuerant, ajebat, ecce venio aptato mihi corpore, quo peccatum mundi tollam, hæc enim est voluntas Patris, ut omnes homines salvi fiant; venio, inquit, ut faciam voluntatem tuam.

Idem probatur ex n. Test. Demonstrato igitur iis, qui non sunt nimis ab audiendo & obedientia alieni, quod Deus est Christus, & quod homo; & quod Deus simul & homo est, testimonio legis, & prohetarum, tametsi supervacuum sit testimonia novi testamenti adhibere, tamen ex redundanti accedant ad vetera nova, quæ illis ipsis consonent, tanquam ab uno & eodem spiritu scripta. Quid autem est in his explanatius nomine *Emmanuel*, quod interpretatum est, ut ait Evangelista, *nobiscum Deus*, non aliter nobiscum Deus *Matth. 1.* dictus, nisi quia Deus erat simul *& homo*, ex nobis simul & ex Deo. hujusmodi enim est compositio Salvatoris. unde cum pontifex jusjurandum ei proposuisset, dum judicium, & calumniam subiret, nihilque ad falsas criminationes responderet, interrogatus an ipse filius Dei esset, commodum respondit; *tu dixisti*, sanè quidem non assensus fuisset percunctationi ejus, qui malitiose & veteratorie jusjurandum ei inferebat, nisi planè sciret se Deum esse simul & hominem. Etenim si homo solum erat, ut quidam de eo sentiunt, quomodo affirmabat se Deum de hoc interrogatus? non enim servatur secundum istos ratio justi, si quidem qui divinitatis gloriam & opinionem sibi assumit, cum alioqui non sit Deus, non solum non est justus, sed valde blasphemus: atqui tanquam blasphemum fatui & cœci eum ad mortem damnaverunt, non intelligentes, quod clarè, & verè dictum erat. quare alterum ex duobus necessarium est, aut confiteri eum Deum; aut neque hominem quidem justum, qui se dixit Deum esse. sicut enim unius negatio alterius est recusatio; sic unius affirmatio alterius est confirmatio. Itaque confitentibus justum hominem esse, sequitur, ut necessario Deum esse confiteantur, qui dixit se esse Deum. Quid enim obstat, quin ita sit? si enim non facit, ut ajebat, opera ejus, qui eum misit, non est credendum ei esse Deum; sin verò facit, necesse est operibus ejus credere, hæc enim demonstrant substantiam, secundum axioma quod ait, quorum est operatio eadem, & substantia est eadem; & rursus quorum est substantia una, eadem erit & suboperatio. quocirca in carne latebat consubstantialis Patri, eademque illi faciens, qui ajebat, *Pater meus usque modo operatur*, *& ego operor.* Et iterum, *quæ videt Patrem facientem*, *hæc Filius similiter facit.*

Recte

Recte ergo de Deo sentientes videbimus eum sicuti est, non quantus est; est autem Deus benedictus in sæcula, ut Apostolus ait. Sed licet Deus est, tamen ex altera parte à se ipse vocatus reperitur, quin etiam à discipulis suis: ajebat enim Judæis, *nunc quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis dico;* quæ quidem cum perfecte Paulus intelligeret, vocem, quæ parem vim habet, in epistolis suis reliquit, cum dixit, *homo Christus Jesus, qui dedit seipsum pro omnibus.* Sic igitur qui sine contentione quærit, non aberrabit à veritate, quæ iis, qui eam desiderant, patefieri potest, cujus nos cupidi & studiosi pauca ex multis, quæ in divinis scripturis dispersè continentur, exposuimus, quantum memoria ex tempore obtulit. Possunt autem qui libros sacros in manibus habent, colligere omnia de re hac, & habere in promptu ad suam utilitatem, & redarguendum mendacium: quod quidem ego nunc facere non potui in exilio; sed cum pauca habeant eandem vim, quam habent multa, paucitas eorum, quæ exposita sunt, non obstabit iis, qui voluerint certum & exploratum habere, in quo opus erat habere. quod enim fidem & auctoritatem habet in uno, quod ab eo dicitur, non minus credibile facit, quam si à mille similis auctoritatis dictum esset, idem enim spiritus est in omnibus. Sed quid opus est pluribus verbis? siquidem ipse, à quo Spiritus sanctus procedit, de seipso aperte testimonium veritati præbet, qui se ipsum, & quod in se est, cognoscit; *ipse enim,* inquit Evangelista, *sciebat, quid esset in homine.* Satis hactenus, pergamus deinceps ad exponendum pro viribus, quæ ad passionem Salvatoris pertinent.

SÆC. VI. ANNO 570.

ANASTASII ANTIOCHENI

DE

PASSIONE ET IMPASSIBILITATE CHRISTI,

ORATIO *IV.*



CUm se Christus per ea, quæ dicebat, & faciebat, verum Deum, & Dominum universi demonstrasset, dicebat discipulis suis ascensurus Hierosolymam; *Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur gentibus, & pontificibus, & scribis, ad flagellandum, & illudendum, & crucifigendum.* Ajebat autem hæc, que erant consentanea prædictionibus prophetarum, qui prædixerant exitum, quem erat Hierosolymis facturus, unde tempore illius incursionis sceleratorum, quando cum gladiis & fustibus venerunt ad comprehendendum Jesum, duce illius turmæ Juda, quem melius fuisset non esse natum, cum Petrus districto gladio, & auricula cujusdam Malchi servi pontificis amputata injuriam magistri ulcisci vellet, ipse Dominus Petrum increpans, *Converte,* inquit, *gladium in locum suum; omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quod non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri.* Si ergo oportebat fieri, necesse prorsus erat fieri. quod autem necesse est, ut fiat, non potest non fieri. Cum igitur divina scriptura à principio prædixisset mortem Christi, & passiones ante mortem; quæque post mortem corpori ejus mortuo acciderunt, & hunc Deum, cui hæc acciderunt, impassibilem & im-

Christus homo passibilis, Deus impassibilis.

SÆC. VI. ANNO 570.

mortalem prædicit: aliter enim nunquam Deus fuerit, nisi in veritatem incarnationis intuentes, illinc causas ducamus recte & juste utrumque confitendi, passionem scilicet, & impassibilitatem, ac causam quidem propter quam verbum Dei, alioqui impassibile, ad passionem venit, quippe cum non posset aliter homo salvus fieri, ipse solus novit, & quibus ipse aperuit, omnia enim novit, quæ patris sunt, sicut spiritus scrutatur profunda mysteria.

Verum tamen oportebat pati Christum; & non poterat penitus non fieri passio, sicut ipse affirmavit, cum *tardos* & *stultos* vocavit eos, qui ignorabant sic oportere Christum pati, & ingredi in gloriam suam. Siquidem exivit ad salutem populi sui, relicta gloria illa, quam habebat apud partem, antequam mundus fieret: salus autem consummatio erat, quæ oportebat ut per passionem fieret, & auctori vitæ nostræ adscriberetur, sicut Paulus docet, cum ait, *ipsum esse auctorem vitæ per passiones consummatum.* Et videtur quodammodo gloria unigeniti, extra quam ad breve tempus propter nos fuerat, per crucem eidem restituta in carne assumpta: ait enim filius tonitrui in evangelio suo, cum exponit, quæ esset aqua illa, quam dixit Salvator fluxisse, *tanquam flumina de ventre credentis. Hoc autem*, inquit, *dixit de Spiritu sancto, quem accepturi erant credentes in eum. nondum enim datus erat Spiritus; quia Jesus nondum erat glorificatus;* gloriam vocat mortem in cruce. unde Dominus, cum preces, antequam crucem subiret, adhiberet, patrem precabatur, ut glorificaretur ea gloria, quam habebat apud eum, antequam mundus esset.

Christus debuit mori ut redimeret genus Humanum.

Post resurrectionem vero dum versaretur cum discipulis suis, hanc quam petebat, affirmavit accepisse, inquiens, *data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra:* ut jam manifeste demonstratum sit, hujus gloriæ causam esse crucem, & mortem per crucem: erat enim universum genus nostrum reum mortis, quia omnes peccaverunt; stimulus autem mortis peccatum est, quo nos mors vulneratos prostravit. nec aliter qui armis expugnati & capti erant, nisi per mortem à vinculis servitutis liberari poterant. precium enim liberationis in voluntate eorum, qui captivos detinent, positum est. non erat igitur, qui posset negotium suscipere, & redimere genus; nullus humani generis liber erat. vix enim quis pro se moriens propria obligatione liberatur, qui minime potest vel unum secum liberare. quod si ne unum quidem potest; quis poterat totum mundum servitute liberare? Etsi enim, ut hoc ponamus, unusquisque idoneus fuisset ad liberationem suam, tamen non decebat, ut omnes morerentur; & omnes sub potestate mortis remanerent. Cujus ergo erat tam excellens officium, scilicet alicujus, qui peccare non potuisset. Quis autem ex omnibus erat, qui peccare nequiret, nisi solus Deus? igitur quia Dei erat hoc opus, idque sine morte, & sine passionibus, quæ morti antecedunt, perfici non poterat, Deus autem penitus non est capax mortis; assumpsit naturam, nostræ consubstantialem, & per omnia similem, quæ passiones & mortem capere posset; præbens simul occasionem morti oppugnandi carnem, & ipsam mortem per naturam morti subjectam decertando expugnaturus, ut neque mors dicere posset se non ab homine, sed à Deo superatum esse; neque nos molles efficeremur ad certamen, cum tempus vocaret, siquidem exemplum haberemus in carne ejusdem naturæ, ac substantiæ, in qua peccatum damnatum fuisset, quod locum nullum in ea reperisset. Conflixit enim per eam cum morte impassibiliter verbum Dei, quia ipsam carnem propriam fecit, & cum ea unitum est, sicut anima cum corpore: hanc proprium corpus & carnem vocat. Et omnia, quæ in ipsa facta sunt, propria ducit & reputat. Siquidem ex persona ejus clamat Propheta inquiens, *super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* vulnus suum vocat vulnus corporis sui; & partes corporis propria membra reputat, sicut & totum corpus, *dorsum meum*, inquit, *dedi in verbera, & genas meas in alapas. & faciem meam non averti à dedecore sputorum.* Et rursus: *Foderunt manus meas & pedes meos, & dinumeraverunt omnia ossa mea.* Atque hæc quidem dicit de corpore quod suum dicit. Et quæ illata fuerunt corpori, sibi, qui corpus gestabat, illata dicit.

Deus impassibilis.

Cæterum & ipse dicit, se passum esse, sine nominatione corporis, aut numeratione membrorum. ut cum ait propheta, *tanquam ovis ad occisionem ductus est.* Et; *dederunt in cibum meum fel; & in siti mea potaverunt me aceto.* ne quis divisè, sed potius conjunctè omnia de ipso dici putet, idcirco & humana & divina communiter de ipso prædicantur, mente distinguente quæ utramque naturam condecent. divinitas enim impassibilis est; & non potest unquam passio attingere impassibilem; nec quæcunque animæ conveniunt, aut quæcunque corpori, aut corpori animato. animæ enim ratione præditæ est dolere, & turbari, & mœrere, & tristia urgentia & adventantia cogitare; corporis verò secari, & conjungi: corporis animati esurire, sitire, labo-

laborare, & sudare. hæc omnia, & eorum singula patienti accidunt secundum mutationem dispositionis; *Deus autem* inquit, *ego sum, & non mutor.* Et ei alius Theologus dicit, *tu autem idem ipse es.* Qualem igitur passionem suspicari aliquis potest accidere impassibili? An passionem corpoream? at quo pacto hæc accidat, quæ nec animæ, quæ creata est, & recens, accidere queat? an passionem animalem, id est, animæ ratione præditæ? at hoc valde absurdum est, si quis dicat, easdem passiones cadere in creatorem universi, quæ in creaturas cadunt; & non hoc tantum, sed capere etiam mutationem & variationem; siquidem fieri non potest, ut ejusmodi passiones cadant sine mutatione; divina autem natura mutari non potest. At carnis animatæ passio attigit divinitatem. Apage, inquit propheta, *Deus enim æternus non esuriet, neque laborabit: nec est investigatio prudentiæ ejus.* ἐξιόριστι.

Cum igitur natura divina substantialiter sit expers passionis, & prædicetur passio, & crux, quibus salvi facti sumus, ait enim Paulus, *non judicavi quicquam scire in vobis, nisi Christum & hunc crucifixum;* necessariò sequitur, passionem proprie quidem, & primo esse naturæ assumptæ, minimè verò separata natura assumente, sed unita secundum hypostasim unione indissolubili, ita ut omnia sint unius Christi, tum divina, tum humana, non confundente ea cogitatione nostra, cum vult discernere, quid est divinum, & quid rursus humanum. Quin potius de uno & eodem oportet utraque prædicare, passiones dico, & impassibilitatem, quia ipse, de quo prædicantur, ex utrisque compositus est: sicut sectiones corporis animati, & vibices inprimis ad corpus pertinere cognoscimus; propter compositionem vero dicimus esse animæ, cum alioqui sciamus non posse fieri, ut his anima afficiatur. Deinde motus animæ, & scientias, quæ ratione traduntur, cum sint alioqui animæ, dicimus tamen esse animalis compositi, quamvis natura corporea non sit apta nata ad capiendam cognitionem; sic in Christo, qui Deus simul & homo est, omnia unius & ejusdem esse profitemur, passionem naturalem & impassibilitatem. *Christus passus in carne assumpta a divinitate.*

Sic loqui, & sentire Petrus princeps Apostolorum nos docuit, cum ait, *Christo ante passo pro nobis carne;* cum tamen clare & aperte filium Dei esse confessus esset, cum merito prædicatus est beatus, ut qui hujusmodi revelationem à Deo Patre accepisset. oportet igitur ut nos Petrum sequentes, qui de hac re cognitionem à Deo accepit, eadem regula utamur, & Christum dicamus passibilem esse, ut Paulus sapientissimus loquitur, non tamen secundum divinitatem; & eundem impassibilem, verùm non secundum humanitatem. Passus ergo est passiones naturæ, quas non sequitur vituperatio, sed magnifica contemplatio naturarum sibi inter se oppositarum. Et est quidem Deus, qui patitur, non capiente passionem divinitate; idem verò homo non patiens, divinitate, quæ in ipso erat, habente secundum naturam impassibilitatem, licet composita cum corpore patiente: ipse vero modus passionis demonstrat differentiam naturarum compositarum, & naturæ passibilis innocentiam. non enim quod aliquid commisisset morte, aut contumelia dignum, capite damnatus est; peccatum enim non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.

Hoc autem & ii, qui eum capitis condemnarunt, testati sunt ei, siquidem Judæis congregatis, & petentibus Barrabam latronem, Pilatus dixit. *vultis, dimittam vobis Jesum, qui dicitur Christus? sciebat enim, quod per invidiam tradidissent eum; responderunt, non, sed Barrabam.* quibus rursus dixit Pilatus, *quid ergo faciam de Jesu, qui dicitur Christus? illi autem dixerunt, crucifigatur.* atque iterum ut pudore eos Pilatus afficeret, dixit, *quid enim male fecit?* igitur cum nihil mali commisisset, traditus est in mortem per crucem. unde Esaias ait, *propter peccata eorum,* scilicet hominum, *traditus est.* Et iterum: *à peccatis populi mei actus sum ad mortem.* Revera enim nos eramus, qui mortem habebamus adulterinam dominam, & honores nostros ab eo tuleramus, ac peccata ad mortem peccaveramus. Clamat igitur propheta arguens scelus venditionis, inquiens, *ecce peccatis vestris venditi estis.* Sed licet venditio scelerata fuerat, oportebat tamen justam & legitimam esse liberationem. Empti enim sumus omnes precioso sanguine agni immaculati & incontaminati, Christi, atque ita liberati à carcere ejus, qui nos primum in servitutem redegerat.

Opportune libertatem consecuti sumus. Scidit igitur nostrum chirographum, quo nos ipsi servituti manicipavimus, omnia propter nos perpessus, quæcunque dicunt esse signa integræ libertatis. Etenim verberatus est, & pugnis cæsus, perductis quidem ad effectum prædictionibus prophetarum, quæ de his factæ erant, nobis verò liberationem servitutis ab illis prænunciatam adeptus, nihil enim eorum, quæ in passione ejus honorata acciderunt, frustra, aut temere accidit; absit, ut hoc opinemur! sed ratione quadam meliore, & necessaria, quam nulla vis verborum assequi possit. *Ejus passionibus redempti sunt homines.*

SÆC. VI. ANNO 570.

Cum enim nos venditi essemus, & facti servi mortis, quæ in omnes imperium tenebat, & ipse voluit pro nobis vendi, verùm nos precio voluptatis, ipse vero argenti: ipse enim fortior erat voluptate. Et nos ipsi à nobis venditi sumus; ipse vero à nobis. quia ipse non est venditor libertatis, sed vindex. Et honoribus, quos ab eo tuleramus, ad interitum abusi sumus. Æstimatio autem liberi, fuit peregrinis sepultura, ut servet corpora eorum, qui in terra aliena vivere desierunt; donec veniat, qui corpora suscitet, quorum animæ precioso sanguine redemptæ sunt. effusus enim est sanguis ejus, ut esset precium redemptionis pro multis. fortasse autem melius esset dicere pro omnibus. omnes enim sunt, qui sunt multi. & erat quidem primo aspectu homo, qui mactatus est; hoc enim solum cernebatur, prodigia vero ab eo edita testabantur supra hominem esse naturam ejus, ex qua operatio proficiscebatur. non dico suscitationem mortuorum, aspectum cœcis restitutum, non leprosorum emundationem, non aliarum læsionum curationem: hæc enim omnes vulgo Salvatori tanquam Deo attribuebant; sed illud etiam, quod fortasse non multis in mentem venit. Quid hoc? nempe facere omnia cum potestate, supra omnia autem, ejicere ex templo sacrorum caupones, qui domum orationis speluncam latronum faciebant: nisi enim potestas ejus nimia fuisset, nunquam tam multa millia ementium, & vendentium ex templo exturbasset; præsertim festo instante, & undique ad eum confluentibus, cum lex omnes ex omni loco ad diem azymorum convocaret, in quo ut pascha immolaretur, lege sancitum erat. Quis enim dux copioso exercitu militum armatorum immisso, tam multos ejicere potuisset, præsertim cùm illa nefaria mercatura diuturno tempore confirmata esset? ipse vero solo flagello ex funiculis facto universos ejecit appellans domum suam domum orationis, quam illi, qui Deum cauponabantur, emporium fecerant ementes pullos columbarum, & divinas scripturas permutantes tanquam mensarii nummos, quorum mensæ merito evertuntur, & pecuniæ effunduntur divina virtute illius, qui venerat ad repurgandum templum, in quo lex jubebat puras hostias Deo immolare, non autem ut nefaria ista fierent.

Quamobrem cum admirantur, qui hoc, quod fiebat, spectabant, & cum hoc tam ingens miraculum, ut par erat, divulgaretur, congregaverunt cunctos, quibus partes corporis læsæ erant, qui accesserunt ad eum in templo, & sanati sunt, majus priore miraculum secundum. Lex enim claudos & cœcos procul à templo arcebat, at cum hoc admirabile prodigium ejectionis eorum, qui in mercatu erant, hi qui viderant, & audierant, & majus quam pro viribus humanis hujusmodi opus docebant, audacter ingressi sunt; & cùm in templo essent, accesserunt ad Jesum, & curavit eos. demonstrans per omnia, esse se Deum abditum in carne, quam Paulus *velamen* vocat. velum autem integumentum sanctorum est, & sanctorum sanctissimorum operculum; quo solus pontifex semel per annum ingrediebatur, ut Deum pro suis & populi ignorantiis propitium redderet; quare sanctum primo velo tectum, & sanctum sanctorum secundo, sic interpretari audemus, ut dicamus primum quidem velum esse corpus Christi; secundum vero animam. anima enim corpore, tanquam primo velo tegitur; anima vero est secundum velum verbi.

Cæterum duo tabernacula commissa ac conjuncta fuerunt retinaculis & annulis, quæ mihi videntur symbolice significasse, quibus modis, & rationibus, quæ sicut symbola obscura ad expediendum, valde difficiles ad explicandum contemplationes habent, tanta Dei erga nos charitas exhibita est. unum enim tabernaculum, unum velum habet à summo ad imum. nec aliter licet ea vela contemplari, quam si quis ab extremis ad prima ascendens, evadat in principium. compositio quidem tendit à summo deorsum; dissolutio vero, (hanc autem vocamus intelligentiam) ab imo ad summum eos, qui digni sunt, evehit. hoc tabernaculum posuit verbum in circuitu latibulum suum, primitias totius humanitatis; & hoc dedit precium pro omnibus, tradens animam suam in mortem; ut fieret pro universo genere humano commutatum: pro omnibus enim gustavit mortem, à nullo per vim ad hoc invitè tractus. dixit enim, *nemo tollit animam meam à me; sed ego pono ipsam à me; potestatem habeo ponendi eam; & potestatem habeo iterum sumendi eam*, in quo etiam se supra quam hominem esse declarabat, siquidem omnis homo invitè animam suam dimittit, & alii sunt, qui animam tollant, qui sunt ad hoc ministri constituti, sicuti dictum est illi diviti, cujus ager uberes fructus tulerat, qui imprudens consilium ceperat, *hac nocte animam tuam à te repetent*. animam vero Salvatoris nostri nemo abstulit, sed ipse potius eam sponte posuit ad breve, eadem divina providentia, qua propter nos factus est homo; oportebat enim proficisci ad animas solutas corporibus, & prædicare captivis remissionem: qui igitur volens animam propriam dimittit, non est solum anima corpore utens. quid enim

Christus libere mortuus.

nim est, quod animam sponte solvit? non enim consentaneum rationi est existimare SÆC.
posse hoc facere corpus, quod non habet voluntarias appetitiones. Verùm si hoc concedatur, reperietur esse corpus nobilius anima rationis participe; siquidem corpus dimittit animam; anima vero dimittitur. idcirco necesse est omnino putare in compositione Christi, aliud quid præter corpus & animam, utroque quidem nobilius, præstantiore vero principalius; quod quidem pro auctoritate sua corpus in cibum discipulis dedit; & animam pro amicis posuit. atque hac ratione nimiam charitatem in nos suam ostendit.

VI. ANNO 570.

Divinitas Christi probata in morte.

Quid autem hoc erat? nempe divinum numen, compositum scilicet sine passione cum terreno corpore. ac latebat quidem, & non cernebatur, propter tabernaculum, quod, ut dixi, in circuitu erat; & quia natura est inaspectabili: verum tamen demonstrabat se Deum per ea, quæ faciebat. Clamabant enim opera, quæ Deum in carne absconditum prædicabant. & erant passiones præcipuè quidem & inprimis carnis; quatenus verò eas sibi attribuebat, erant ejus, qui carnem assumpserat. miracula verò inprimis erant verbi Dei, simul autem cum his caro glorificabatur, quia scilicet verbi Dei erat. Caro ipsa transfixa est clavis in cruce, & lancea vulnerata est, & aceto potata, & omne genus contumeliæ à scelestis illis sponte accepit, cum verbum Dei secum secundum hypostasim unitum haberet: Unde sanguis, qui ex ipsa fluebat, sanguis verbi incorporei, & sanguine carentis esse dicitur, quatenus unus est ex utrisque compositus Christus, Deus simul & homo. hoc autem ita esse apertę declarat ipse, cum Deum in cruce Patrem, & Deum suum vocat. *Eloi*, inquit, *eloi, lamma sabachthani, quod interpretantur, Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti.* Et iterum, *Pater meus, in manus tuas commendo Spiritum meum.* Et illud, aperto latere exisse sanguinem & aquam ex corpore jam mortuo, supra naturam hominis erat, quod quidem nonnullos ex infidelibus, qui astabant, ad credendum adduxit. confitentes verè filium Dei esse, propter quem, & per quem tot ac tanta prodigia edita essent. Quæ verò prodigia erant? nempe solis defectio decima quarta luna, cum fas erat Judæis immolare pascha. terræ motus, saxa scissa, sepulchra aperta, mortui suscitati, velum templi scissum à summo usque deorsum, & cætera ejusmodi, quæ vim ejus declarabant, qui in ligno pendebat, & peccatum nostrum in eo damnavit. non enim consentaneum erat, ut propter eum, qui homo solum esset, tantopere universum commoveretur; & si quis fortasse compassum esse dicat, non aberrabit. oportebat enim ut creaturæ Creatori compaterentur. Neque sine probabili ratione hæc dicimus, quoniam cum plerique justi antea passi essent, nihil in universitate mundi ordinem suum reliquit. quid enim litteris proditum est evenisse lapidatis sanctis, occisione gladii peremptis, sectis? At quia universa creatura hoc patiente commota est, facta est prædicatrix iis, qui aures audiendi habent, vere fuisse filium Dei, ac Deum, non adoptatum filium, aut secundum gratiam Deum, sed natura filium, & natura Deum, & genitori consubstantialem, ex quo ante luciferum genitus est Deus incorporeus, qui postea semen Abrahæ apprehendit, & per unionem eum eo factus est homo, qui carnem & sanguinem, sicut pueri, participavit. hanc carnem in qua Deus erat, de cruce depositam posuerunt in sepulchro, & sindone munda involverunt. secesseruntque, qui præ nimia condolentia corpus petierant. Erat autem Lapis, qui ostium monumenti obstruebat, testimonio, vere mortuum esse, & sepultum.

ANASTASII ANTIOCHENI DE RESURRECTIONE CHRISTI, ORATIO V.

SÆC. VI. ANNO 570. *Mors Christi certa.*



VErum res Salvatoris & Domini nostri non usque ad hæc tantum consummatæ sunt, opus enim erat plenissima œconomia, deeratque finis, propter resurrectionem enim ex mortuis ejus, qui mortuus est, extitit ortus ejusdem, qui ante sæcula genitus est, & mors per crucem ejus, qui est immortalis; quæ quidem non accidit fortuito, ut aliquis fortasse dicat; multi namque sunt, & diversi mortis modi, qui hominibus accidunt, alii quidem ex providentia, alii verò ex insidiis; sed ut apud omnes publica esset mors ejus, & neminem lateret, quod factum fuerat, idcirco sic mortuus est: quis enim eum qui in cruce pependit, & clavis transfixus est, & sic vitam reliquit, mortuum esse neget, quamvis veritati magnopere repugnet? Solus enim Jesus ex iis, qui cum eo in patibulo fuerunt, mortuus est, duos dico latrones, qui cum eo crucifixi nihil tale passi sunt. testantur hoc, quæ deinceps gesta sunt. cum enim magno Sabbato in festum azymorum incurrente Judæi à Pilato petiissent, ut corpora eorum, qui crucifixi erant, deponerentur, concessissetque Pilatus eorum justum postulatum, jussissetque, ut eorum crura frangerentur, narrat historia, primi quidem, & secundi, qui cum eo fuerant in crucem acti, fregisse crura, ad Jesum autem cum venissent, eumque jam mortuum vidissent, non fregisse ejus crura.

Cum igitur testes sint, mortuum esse, nullus habebit locum negandi mortem suscitati. immo & Joseph cum petiisset corpus ad humandum, miratus est Pilatus, quod jam mortuus esset. Quid esse potest evidentius testimonio Judæorum, qui omni artificio resurrectionem Domini occultare volunt? Cum enim postero die apud Pilatum convenissent, dixerunt, *recordati sumus, quod seductor ille cum adhuc viveret, dixit; post tres dies resurgam.* Cum ergo hi dicant, cum adhuc viveret, ajebat; & dicendo, *cum adhuc viveret*, plane declarant, mortuum fuisse: omne commentum convictum erit eorum, qui dicere audent non fuisse mortuum.

Deinde signatum fuisse sepulchrum, quod scelesti illi suggesserant, consultissimo factum est ad pudorem eorum, qui dicebant venisse discipulos nocte, & furatos esse eum. Signato enim monumento, & militibus signa custodientibus, quæ ratio probabilis videbitur ad inumbrandum veritatem? Sed nec illud ab ullo, ut arbitror, juste dici poterit, accusandos esse violati sepulchri propinquos; furto corpus sustulisse relictis signis integris; non enim constructum erat monumentum ex electis lapidibus inter se coagmentatis, sed potius erat petra nativa, quæ totam hanc suspicionem ejiciebat. ob hanc causam novum erat monumentum, recenter in petra factum, in qua nullum antea corpus conditum fuerat, ne in dubium veniret iis, qui utcunque resurrectionem recipiunt, quisnam à mortuis excitatus esset.

Hæc omnia, & alia plura his provisa sunt, ad faciendam fidem resurrectionis Salvatoris nostri, ad quam ostendendam descendit angelus, qui lapidem ab ostio monumenti revolvit, non ut exitum humato pararet; jam enim prius die tertio surrexerat Dominus à nullo prohibitus, sed ut demonstraret locum, ubi corpus positum fuerat, ubi vestes tantum erant suscitati, unde angelus, qui mulieribus quæ convenerant apparuit, *nolite*, ajebat, *timere vos, scio, quod Jesum Nazarenum crucifixum quæritis, non est hic, resurrexit, sicut dixit; venite, videte locum, ubi positus erat.* His gestis mili-

milites custodes metu perterriti jacebant tanquam mortui, vix autem terrore formidinis liberati fugerunt in civitatem, ut nunciarent, quæ accidissent. Scelerati verò sacerdotes Judæorum, quos oportebat tandem sensum capere, & eorum, quæ fecerant pœnitere, contra potius in malitia perseverantes, studebant, ut resurectionem cælarent, & multam pecuniam militibus polliciti, suadent occulere, & mendacia contexere, quæ ipsi valde fatue ipsis suggesserunt, *Dicite*, inquiunt, *quod discipuli ejus venerunt noctu, & nobis dormientibus furto eum sustulerunt.* Meritò in istos dici potest: O magistros absurdi & repugnantis mendacii, quomodo fieri poterat, ut qui dormiebant, viderent quinam essent, qui furati sunt? Si autem verè cognoverunt fures, hoc enim ipsis ut dicerent, suggessistis; profecto videndo cognoverunt: quomodo igitur dormiebant, si viderunt? Cur non potius furtum prohibebant? ob hanc enim causam remanserant in monumento, ut propositum fuerat impiis & falsis magistris, qui affirmaverant suasuros se præsidi Pilato, quod dormientes vera dicunt se vidisse.

Sæc. VI. Anno 570.

Atque illi quidem sic se existimabant veritatem obscurare & contegere; Salvator verò vere tertio die surrexit, relicta corruptione in sepulchro, & factus primogenitus ex mortuis. descendit enim in inferiores partes terræ, & in cor ejus venit, tanto tempore illic commoratus, quanto oportuit, ut gratiam suam & utilitatem iis, qui in inferno tenebantur, impartiret; non enim frustra illuc descendit, quia nihil incassum facit Deus, sed ut eos, qui in carcere erant, educeret, & reduceret præeundo ante eos, ut pastor ante oves, quærendo, quos perdiderat, & inveniendo, quos quæsierat; ac reducendo eos, propter quos descenderat. non enim solum interitum corporum dissolvit in sepulchro, sed & captivas animas ex inferno, in quo per tyrannidem detinebantur, liberavit, & fortasse non per tyrannidem, sed pro multis debitis detinebantur, quibus persolutis, qui propter liberationem descenderat, reduxit magnam copiam captivorum, promittens ipsum etiam aliquando, qui captivos duxerat, captivum & servum habiturum, illum dico, qui paulo ante dominus putabatur; erunt enim (inquit) captivi, qui vos captivos duxerunt; & dominatum subibunt, qui vobis dominantur.

Resurrexit Christus.

Ad hoc Christus mortuus est, & vixit, ut & mortuorum & vivorum Dominus sit. Sed non est Deus Deus mortuorum, sed viventium; igitur mortui, quibus, qui vivit, dominatur, non sunt amplius mortui, sed viventes; & idcirco dominatur eis vita, ut vivant non amplius mortem metuentes, sicut Christus excitatus à mortuis, non amplius moritur; sic suscitati, & à corruptione liberati, non amplius mortem videbunt, futuri participes resurrectionis Christi, sicut ipse mortis eorum particeps fuit. non enim alia de causa descendit in terram, cujus vectes detinentes æterni, nisi ut æreas portas contereret, & vectes ferreos confringeret, & ut ex corruptione vitam nostram ad seipsum educeret pro servitute donata nobis libertate. quòd si hujus œconomiæ opus nondum perfectum videtur, adhuc enim homines moriuntur, & corpora interitu dissolvuntur, absit, ut hoc fiat occasio perfidiæ. jam enim antea omnium honorum, quæ dicta sunt, arrabonem tulimus per primitias nostras, per quas ad altitudinem cœli evasimus; & consedimus ei, qui nos secum in sublime sustulit, sicuti Paulus quodam loco ait, *& conresuscitavit, & considere nos fecit in cælestibus in Christo.* feremus autem consummationem, cum aderit tempus à Patre præfinitum; cum nos pueritiam deponemus, & in virum perfectum evademus. hoc enim visum est Patri sæculorum, ut firmum sit datum munus, & non rursus contemnatur repuerascente adhuc mente.

Mortem vicit.

Ne quis igitur existimet, non esse datum arrabonem, ex eo, quod adhuc videt quosdam prioribus debitis obligatos. antea enim solutus est, ut diximus, arrabo, qui certos facit de solutione totius summæ; arrabo namque non est tota summa, sed pars, quam quidem Paulus vocat *ænigma*. hæc vero omnia tunc evacuabuntur, *cum erit Deus omnia in omnibus*. Vides unde nos eduxit? sane quidem & educet; mors enim Christi facta est vita mortuis: contraria contrariis curat, qui potest sapienter morbis insanabilibus mederi. sed etiam consummato mysterio mortis, ut dictum est, & morte, quæ in corpora habebat imperium, interempta, potestate Dei corpus nostrum induti, postquam sepulchrum die tertio, qui verè humatus fuerat, reliquit, oportebat, ut rursus cum corpore assumpto ad Patrem, qui miserat, ascenderet, qui descenderat ad tollendum peccatum mundi. non enim erat inposterum terra locus idoneus & aptus corpori, quod crassitudinem carneam deposuerat, & ex corruptibili factum erat incorruptibile, ex mortali immortale, ex animali spirituale. Sicut enim locus terrenus corporum crassorum domicilium est, sic locus cœlestis spiritualium. quòd autem corpus Domini spirituale surrexit, quid opus est dicere, cum Paulus de corporibus

τοῖς πρότισις ἐνέχεσθαι. Ascensionis necessitas.

SÆC. VI. ANNO 570.

bus universe testetur *seminari animalia*, & *surgere spiritualia*. transfigurata scilicet ad gloriosam transfigurationem Christi Ducis præeuntis. Siquidem & Apostolus hoc, quod plane sciebat, omni generi humano eventurum esse ait per Christum, *qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ*, ut faciat illud conforme corpori claritatis suæ, si igitur transfiguratio est mutatio in corpus spirituale, hoc autem conforme est corpori gloriæ Christi, cum corpore igitur spirituali surrexit Christus, quod non est aliud quam quod seminatum est in ignobilitate, sed illud ipsum, quod in honorem mutatum est. quod quidem corpus vere mansit, caro vero minime, non quidem quod substantia subjecta interierit, sed quod facta fuerit gloriosior. substantia enim contrarias qualitates capere potest, etsi non omnes simul; neque efficitur alia, sed varia, id est, aliis qualitatibus affecta, quàm quibus prius affecta erat. variat autem & mutat has, quando placet creatori.

Mutatio in corpore Christi quanam?

Nemo ergo cum audit spirituale factum ex animali, existimet non suscitatum esse prius corpus. error enim est hic, & inimici veritatis sententia. substantia namque subjecta corpori, dicam iterum, perseverat quidem eadem semper, quamdiu creatori usum erit, ut persistat; mutata autem in spirituale, variata est, sed non alia facta. Sic enim & Christus surrexit, suntque ejus testimonia cum multa alia, tum hæc omnium potissima, reliquisse scilicet in monumento lintea, exisse signato monumento, ingressum esse januis clausis, non conversari amplius omni tempore cum discipulis, sicut prius, sed derepente adesse illis in aliis formis, non amplius cibo, aut vestitu indigere: primas enim vestes milites partiti sunt, quæ ad sepulturam spectabant, ea reliquit in monumento, & surrexit. Et quando discipulis apparebat, colloquebatur quidem cum eis, non tamen agnoscebatur, quis esset, donec præbuisset eis signa, quod esset ipse, aliquando quidem ostensis manibus & pedibus clavis perforatis; & latere lancea aperto; aliquando vero sumpto cum ipsis cibo, & renovata memoria comprandendi cum eis ante passionem, quod perinde erat, ut si diceret dum hæc agebat, ipse sum ille, quem in crasso corpore vobiscum versantem & conviventem cognovistis, quod nunc corpus ab omni infirmitate liberum gero, mutatione factum gloriosum: nunquam tot tantisque signis se discipulis idque non ita diu à se absentibus manifestum facere voluisset, nisi mutatio formæ corpus ejus variasset. Etenim si multum temporis præteriisset, fortasse quis dicere posset, oblitum se qualia essent corporis lineamenta, ex quibus nos inter nos naturas dignoscere solemus. tribus vero diebus lapsis, quæ oblivio capere potuit eos, qui tam diuturno tempore cum eo versati fuerant? manifestum ergo est, & minime dubium, mutatum esse in gloriosius, ex animali factum spirituale, ex infirmo firmum. ait enim Apostolus, ex infirmitate crucifixus est, sed vivit ex virtute. non amplius hanc infirmitatem habens, est autem hæc infirmitas corpus illud crassum & terrenum sanctum corpus, quod post dies quadraginta ad cœlum tanquam ad proprium locum recessit, nube veluti vehiculo usum: non enim corpus amplius deorsum nutu suo ferebatur, sicut gravia corpora natura feruntur, sed potius cum nube levius esset, super ipsam in sublime sublatum est, & consedit ad dexteram Dei Patris, profectus in cœlum, subjectis ipsi angelis, & potestatibus, & virtutibus, veniet autem iterum eodem corpore Christus judex vivorum, & mortuorum, sicut Angeli dixerunt discipulis, cum in illo ad cœlos ascensu mirabantur, & in eum aspiciebant, *viri*, inquit, *quid statis aspicientes in cœlum? hic Jesus, qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum ascendentem in cœlum*. *Actor. I.*

Itaque iterum cum corpore resurrectionis aderit, sicut angeli sancti voce sua dixerunt, cum quo nunc proprio Patri considet, hoc autem cum ad Patrem adduxerit naturæ nostræ primitias, etiam universum in totum adducet, siquidem hoc promisit, cum dixit, *cum exaltatus fuero, omnes ad me ipsum adducam*, tunc & inimici subjicientur sub pedibus ejus, sicut ei promissum est, *dixit enim Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Ponuntur autem partim invitè, partim sponte. necessariò enim oportet omnes peccatores sceleratos de terra deleri, ut non amplius existant; tunc nova laudatio & perpetuus hymnus per omnium ora adhibebitur Patri temporum & sæculorum; & omne genu flectetur cœlestium, terrestrium, & infernorum; & omnis lingua confitebitur, quod Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

FINIS.

ANA-

ANASTASII SINAITÆ, ORATIO *

DE SACRA SYNAXI,

& de non Judicando, deque oblivione injuriarum.

ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ ΤΟΥ ΣΙΝΑ ΟΡΟΥΣ

ΛΟΓΟΣ

περὶ τῆς ἁγίας συνάξεως, καὶ περὶ τοῦ μὴ κρίνειν καὶ μνησικακεῖν.

Benedic Pater.

Ex Regiis Cod. exque editis ab Henrico Canisio t. 3.



SEMPER quidem Spiritûs sancti gratia, per omnem nos divinam Scripturam, ad Dei mandatorum observationem incitat: maximè verò eò impellit, quæ quotidie in Psalmodiis decantatur, Prophetæ Davidis commonitio. Nam liber Psalmorum de religione instituit: de fide sancit; temperantiam docet; ad timorem Dei adducit; de punitione disserit; de compunctione; continentia; pœnitentia; compassione; de dilectione Dei; de patientia; de castitate; de longanimitate; de jejunio; de beneficentia. Assiduitas enim ac studium, cùm orationis, tum divinarum Scripturarum, ma-

Psalmorum præstantia.

Orationis assiduitas ac lectionis scripturarum, virtutum mater.

εὐλόγησον πάτερ.



ΑΕΙ μὲν ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάρις διὰ πάσης τῆς τοῦ θεοῦ γραφῆς, πρὸς ἐργασίαν * τῶν θείων αὐτοῦ ἐντολῶν ἡμᾶς προτρέπεται μάλιστα δὲ, ἡ διὰ τοῦ προφήτου Δαβὶδ καθ' ἡμέραν τῆς ψαλμῳδίας μελῳδουμένη παραίνεσις. ἡ γὰρ τῶν ψαλμῶν βίβλος θεοσέβειαν παιδεύει, περὶ πίστεως νομοθετεῖ, σωφροσύνην διδάσκει, εἰς θεοῦ φόβον ὁδηγεῖ, περὶ κολάσεως διηγεῖται, περὶ κατανύξεως, περὶ ἐγκρατείας, περὶ μετανοίας, περὶ συμπαθείας, περὶ ἀγάπης θεοῦ, περὶ * ὑπομονῆς, περὶ ἁγνείας, περὶ μακροθυμίας, περὶ νηστείας, περὶ εὐποιΐας. ἡ γὰρ προσεδρεία καὶ σχολὴ τῆς τε προσευχῆς, καὶ τῶν θείων

* τῶν τοῦ θεοῦ.

* ὑπομονῆς θεοῦ.

ter

* Quanquam Henricus Canisius hanc Orationem tom. 3. antiquæ lectionis ex Bavarico Codice ediderat; haud tamen putavi, actum omninò acturum me, aut frustra laboraturum, edendo iterum ex uno ac altero Regio Codice mihi repositam, ac diligenter cum editis collatam, quâ collatione purior textus exiret, multisque locis restitutus & auctus, lacunis quibusdam, quæ verè lacunæ erant, tametsi non videbantur, expletis: exceptâ versione, quam novam damus, aut fere novam, multis aliter, ac majori expressione redditis. Chrysostomi Oratio eodem fere arg. tom. 1. ac post Orationes de Statuis, sive earum ultima, de oblivione injuriarum, pene nova perquàm plurimis restitutis edi posset, ex antiquioribus Codicibus à me collatis; sed præstat modum adhibere. Porrò Oratio hæc ac sequens in Psalm. 6. quam idem Canisius ex eodem Bavarico Codice juris publici fecerat, tales omninò videri possint, ut non in paucis, ac raris satis ejus exemplaribus apud librorum curiosiores delitescere debeant, sed ab omnibus morum magistris, ac maximè verbi Dei prædicatoribus, diurnâ ac nocturnâ manu versari; sic bonis, ac compunctioni congruis, fraternæque dilectioni, quæ est vinculum perfectionis, plenæ sunt ac refertæ. His ergo nostris qualibuscunque Lector fruere, dum pleniora Anastasii, quæ sollicitant alii, operum ejus omnium, si quæ extant, aut poterunt inveniri, novâ editione expectas. *Combefis.*

SÆC. VI. ANNO 570. aut 680.

ter est omnium virtutum. Nam per orationem, quicquid petimus, ac donum omne, à Deo obtinemus. Ait enim: *In Ecclesiis benedicite Dominum:* Et, *In medio Ecclesiæ laudabo te.* (Ps. 77. v. 27. Ps. 21. v. 23.) Unde Propheta, quasi ex Persona Dei, jugem vacandi Deo assiduè contentionem [1] documento tradens, injungensque: *Vacate*, inquit, *& scitote, quoniam ego sum Deus.* (Ps. 45. v. 11.) Fieri enim non potest, nisi quis sedulò vacet, ac assiduus sit in oratione ac Scripturis sacris, ut aut postulata à Deo impetret, aut Deum verè cognoscat.

Serio vacandum Deo.

Si enim in pereuntibus artium studiis, plures quis annos sæpiùs versatus, vix tandem communem quandam condiscit artem: quantò magis, eum, qui Dei cognitionem acquirere, eique placere studet, vacare oportet Deo, ac usque ad vitæ finem, animam suam ferventer ac accensè, velut alis quibusdam ad eum sublimem habere? Nonne vides, ut illi, qui sæculares ac temporaneos magistratûs adeunt, oblatâ rei aliquâ gerendæ occasione, à propriis cogitationibus, velut ab igni incitentur ac impellantur, contendatque quilibet illorum, ac dicat: Quantam nactus sum opportunitatem! Quàm latè dominor! Quàm multis præcipio, ac dicto audientes habeo! Quàm lætis successibus omnia statim mihi eveniunt! Ditescam; extruam; plantabo; rapiam; ampliabo; antevertam, antequam opportuni temporis mutatio accidat. Non expectabo; non negligam: Nescio enim quid ferat postera dies. Ab his & id genus aliis cogitationibus plerique mortalium, quasi à dæmonibus agitati ac instincti, impelluntur, & in hujus vitæ tentationibus ac sollicitudinibus suffocantur, nec maturi quicquam fructûs edunt. (Matth. 13. v. 7.) Nulla ratio ac cura de anima; nulla de morte; de supplicio; de judicio: sed ferè nos ipsos ignoramus ac decipimus. Atque utinam hoc uno malum conclusum esset! Foret enim levius malum: quin & nos mutuò odio prosequimur; & convitiis impetimus, invicemque insidiamur, ac invidemus; & calumniamur, & scommatis dive- ximus

Quàm sæculares in mundana accensi.

Quantus spiritualium neglectus, ac quàm pravi hominum mores.

γραφῶν, μήτηρ ὑπάρχει πασῶν τῶν ἀρετῶν. διὰ μὲν γὰρ τῆς προσευχῆς, πᾶν αἴτημα καὶ δώρημα παρὰ Θεοῦ κομιζόμεθα· ἐν ἐκκλησίαις γάρ, φησιν, εὐλογεῖτε τὸν Θεόν, καὶ ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. ὅθεν ἡμῖν ὁ προφήτης τὴν ἀδιάλειπτον τῆς πρὸς Θεὸν προσεδρείας σχολὴν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ ἀναγκαίως ὑποτίθεται λέγων: σχολάσατε καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός. ἐκτὸς μὲν γὰρ σχολῆς καὶ πολλῆς τῆς προσεδρείας τῆς ἐν ταῖς προσευχαῖς, καὶ ἐν ταῖς θείαις τῶν γραφῶν ἀναγνώσεσιν, οὐκ ἔστιν οὔτε τὰ αἰτήματα λαβεῖν, οὔτε τὸν Θεὸν ἀληθῶς ἐπιγνῶναι.

Εἰ γὰρ ἐν ταῖς ἀπολλυμέναις τῶν τεχνῶν σχολαῖς πολλάκις τὶς χρόνους ἱκανοὺς πεποιηκώς, μόλις ποτὲ τὴν τυχοῦσαν ἠδυνήθη μαθεῖν τέχνην, πόσῳ μᾶλλον ὁ τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν εὐαρέστησιν κατορθῶσαι βουλόμενος, ὀφείλει σχολάζειν ἐν Θεῷ, καὶ θερμῶς καὶ ἐμπύρως μέχρι τέλους ζωῆς, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἔχειν πρὸς αὐτὸν ἐπτερωμένην. οὐχ ὁρᾷς τοὺς τὰς βιωτικὰς καὶ προσκαίρους λαμβάνοντας ἀρχάς, πῶς ἐπιδὰν καιροῦ τινος δράξωνται, ὡς ὑπὸ πυρὸς ὠθούμενοι ὑπὸ τῶν ἰδίων λογισμῶν ἐλαύνονται καὶ συνωθοῦνται, καὶ σπεύδει ἕκαστος αὐτῶν καὶ λέγει· ἐφ᾽ ὅσον εὗρον καιρόν· ἐφ᾽ ὅσον κρατῶ· ἐφ᾽ ὅσον ἔχω τὸ ἐπιτάττειν καὶ εἰσακούεσθαι· ἐφ᾽ ὅσον τὰ πρὸς τὸν βίον πράγματά μοι εὐθέως ὑπακούει; πλουτήσω, κτίσω, φυτεύσω, ἁρπάσω, πλατυνῶ, προλαβῶ πρὶν ἢ γένηται καιροῦ παραλλαγή. μὴ ἀναμενῶ, μὴ ἀμελήσω, οὐ γὰρ οἶδά τι τέξεται ἡ ἐπιοῦσα. ὑπὸ τούτων καὶ τῶν τοιούτων λογισμῶν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ὡς ὑπὸ δαιμόνων ἐλαυνόμενοι, καὶ συνωθούμενοι, κατεπείγονται ἐν πειρασμοῖς καὶ μερίμναις βιωτικαῖς συμπνιγόμενοι, καὶ οὐ τελεσφοροῦντες. καὶ οὐδεὶς αὐτοῖς λόγος περὶ ψυχῆς, περὶ θανάτου, περὶ κολάσεως, περὶ κρίσεως. ἀλλὰ σχεδὸν ἑαυτοὺς ἀγνοοῦμεν καὶ ἀπατῶμεν. καὶ εἴθε μόνον τοῦτο· ἔλαττον γὰρ ἂν ἦν τὸ κακόν. ἀλλὰ καὶ ἀλλήλους μισοῦμεν, καὶ λοιδοροῦμεν, καὶ ἐπιβουλεύομεν, καὶ φθονοῦμεν, καὶ διαβάλλομεν, καὶ σκώπτομεν· καὶ οὐδεὶς ἐξ ἡμῶν προσέχει ταῖς ἑαυτοῦ ἀ-

[1] *Documento tradens, injungensque.* ἀναγκαίως ὑποτίθεται τὴν τῆς πρὸς Θεὸν προσεδρείας σχολήν. Non ita benè Interpres, *nobis his verbis ob oculos ponit*: nullâ aut præcepti aut necessitatis mentione, cùm verba auctoris præceptum sonent: ac inducta auctoritas petat: *Vacate & cognoscite* &c. Erat in Bavar. προσεδρείαν σχολήν· pro quo conjicit Canisius legendum προσεδρείαν καὶ σχολήν· quæ lectio cum superioribus congruit: ἡ γὰρ προσεδρεία καὶ σχολή. *Combefis.*

xamus, ac inceſſimus: nulluſque noſtrûm ad peccata ſua animum advertit; nullus de ſuo onere ſollicitus eſt; ſed proximorum noſtrorum peccata curioſè luſtramus. Ad collum uſque cœno obliti ſumus, nec quicquam eâ de re curamus. Ad ſenectam uſque de alienis ſolliciti, ne in ſenio quidem mala propria expendimus. Minuta fratrum noſtrorum errata intuemur: ac trabem, quæ eſt in oculo noſtro, non videmus. Criminum noſtrorum pondere degravati deprimimur, ac curioſè aliorum defectibus delictiſque indagandis occupamur. Sub inimici pedibus conculcamur; ac ne ſic quidem erubeſcimus. Nemini parcimus; neminem reveremur; ſed omnes mordemus; omnes devorare nitimur, parvos, magnos; ſontes, inſontes; ſacerdotes, doctores noſtros; ductores noſtros, correctores, admonitores, & qui nos ad meliora revocant. Propterea ira Dei nobis incumbit; propterea caſtigamur, & in multas calamitates & anguſtias incurrimus; ob eam videlicet cœcitatem, quâ detinemur.

Magna eſt cœcitas noſtra; ingens ſocordia; neglectus plurimus. Non reperitur apud nos compunctio; non timor Dei; non morum emendatio; non pœnitentia: ſed tota mens noſtra converſa eſt ad malitiam, ad voluptates, ad ebrietatem. Ac fit ſæpe, ut integros dies in theatris, & turpiloquiis, ac reliquis diaboli operibus occupati, nihil tædio afficiamur: quinimò, cibum quoque, ac domum, cæteraſque res neceſſarias, propter vana illa, contemptui ac neglectui habeamus: At in Dei Eccleſiâ, inque oratione ac lectione, ne unam quidem horam Deo adſtare volumus, ſed ab Eccleſia quamprimùm, non ſecus ac ab ardenti rogo, expediri contendimus. Si divini Evangelii lectio [2] longiorem ſententiam habeat, ægrè ferimus, ac vagis oculis circunſpicimus. Si ſacerdos, quas fundit preces, paulò diutiùs protrahat, triſtitiâ afficimur, ac negligimus. Si is, qui incruentum ſacrificium offert, nonnihil moroſiùs rem divinam peragat, tædio afficimur, dormitantes ac oſcitantes: nec à tribunali, quàm ab oratione citiùs liberari ſtudemus; utque ad vanas actiones, ac luxurias abea-

μαρτίαις, οὐδεὶς μεριμνᾷ τὸ ἑαυτοῦ φορτίον· ἀλλὰ τὰ τῶν πλησίον ἡμῶν ἁμαρτήματα σκοποῦμεν ἀκριβῶς. ἕως τραχήλου γέμομεν βορβόρου, καὶ οὐδὲν περὶ τούτου διαμεριμνῶμεν· ἕως γήρως τὰ τῶν ἑτέρων μεριμνῶμεν, καὶ οὐδὲ ἐν αὐτῷ τῷ γήρᾳ τὰ ἑαυτῶν κακὰ ἐρευνῶμεν. καὶ τὰ μὲν μικρὰ ἐλαττώματα τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν βλέπομεν, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν ὀφθαλμῷ ἡμῶν, οὐ κατανοοῦμεν. ὑπὸ τοῦ φορτίου τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῶν καταμπτόμεθα, καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἐλαττώματα περιεργαζόμεθα· ὑπὸ τοὺς πόδας τοῦ ἐχθροῦ καταπατούμεθα, καὶ οὐδὲ οὕτως αἰσχυνόμεθα, οὐδενὸς φειδόμεθα, οὐδένα εὐλαβούμεθα· ἀλλὰ πάντας δάκνομεν· πάντας κατεσθίομεν, τοὺς μικροὺς, τοὺς μεγάλους· τοὺς αἰτίους, τοὺς ἀναιτίους. τοὺς ἱερεῖς, τοὺς διδασκάλους ἡμῶν, τοὺς ὁδηγοῦντας ἡμᾶς, τοὺς νουθετοῦντας, τοὺς παραινοῦντας καὶ ἐπιστρέφοντας. καὶ διὰ τοῦτο ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπέρχεται ἐφ' ἡμᾶς. διὰ τοῦτο παιδευόμεθα, καὶ παραδιδόμεθα εἰς πολλὰς θλίψεις καὶ περιστάσεις, διὰ τὴν κατέχουσαν ἡμᾶς πώρωσιν.

Πολλὴ γὰρ ἡ τύφλωσις ἡμῶν· πολλὴ ἡ ῥαθυμία· πολλὴ ἡ ἀμέλεια. οὐκ ἔστι παρ' ὑμῖν κατάνυξις, οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ, οὐδὲ διόρθωσις, οὔτε μετάνοια· ἀλλ' ὅλος ἡμῶν ὁ νοῦς εἰς πονηρίας, καὶ τρυφὰς, καὶ μέθην. καὶ πολλάκις διὰ πάσης τῆς ἡμέρας ἐν θεάτροις καὶ αἰσχρολογίαις, καὶ λοιποῖς τοῦ διαβόλου ἔργοις ἀσχολούμενοι, οὐκ ἀκηδιῶμεν, ἀλλὰ καὶ βρώσεως διὰ ταῦτα καταφρονοῦμεν, καὶ οἴκου, καὶ ἑτέρων ἀναγκαίων πραγμάτων. ἐν ἐκκλησίᾳ δὲ θεοῦ, καὶ προσευχῇ, καὶ ἀναγνώσει, μίαν μόνην ὥραν παραστῆναι Θεῷ οὐ βουλόμεθα· ἀλλ' ὡς ἀπὸ πυρὸς, τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἐξελθεῖν σπεύδομεν. κἂν τὸ θεῖον εὐαγγέλιον μείζονα περικοπὴν εἴπῃ, ἀγανακτοῦμεν, καὶ περισκοπούμεθα· κἂν ὁ τὰς εὐχὰς ποιῶν ἱερεὺς, ἐὰν ταῦτα μικρὸν παρεκτείνῃ, στυγνάζομεν καὶ ὀλιγωροῦμεν. καὶ ὁ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν προσφέρων, πρὸς βραχὺ βραδύνῃ, ἀκηδιῶμεν νυστάζοντες, καὶ χασμώμενοι, καὶ ὡς ἀπὸ δικαστηρίου, οὕτως συντόμως τῆς προσευχῆς ἀποστῆναι σπεύδομεν καὶ ἐπὶ τὰς

2. *Longiorem ſententiam habeat.* μείζονα περικοπὴν εἴπῃ· Putem legendum ἴσχῃ· Vox Græca clarior, quâ & Hieronymus ſæpe utitur, ut lib. 2. adverſus Jovinianum, & Epiſt. ad Pammach. Eſt ſententia certo ambitu comprehenſa. Hîc περικοπὴ, tota videtur Evangelii lectio recitanda, quæ vel brevior vel longior eſſe poteſt. Edita mendoſa ſunt, ut & aliis multis locis. *Combefiſ.*

SÆC. VI. ANNO 570. aut 680.

abeamus, diabolicâ suggestione impellimur. Grandis est miseria nostra, charissimi. Nam cum in omni nos oratione ac precatione, cum fervore ac animi multâ contentione habere oporteret; cum primis verò, interim dum immaculata mysteria peraguntur, hoc præstare deberemus, ut scilicet timore ac tremore in ejusmodi Collecta Domino assisteremus; ne eam quidem 3 in conscientiâ purâ, contritoque ac humiliato spiritu, ei offerimus; sed lites nostras, multarumque ac inanium rerum nostrarum administrationes, in ejusmodi collectis peragimus.

Dan. 3. v. 19. Multa hominum in divinam rem irreverentia.

Ac alii quidem non curant, quâ puritate & pœnitentiâ ad sacram mensam adeant, sed quibus vestimentis cohonestentur. Alii venientes, non dignantur adsistere, donec res sacra compleatur; sed per alios interrogant, quidnam agatur in Collecta, ac num tempus communionis adsit: tumque præproperè, canum instar, insiliunt, ac rapto mystico pane, exeunt. Alii postquam in Dei templum venerunt, ne unâ quidem horâ quiescunt, mutuò consertis sermonibus nugantes, ac ineptis fabulationibus magis quàm precibus intenti. Alii relictâ re sacrâ ac Missâ, carnis se voluptatibus dedunt. Alii nihil curæ ac operæ impendunt, ut per pœnitentiam, conscientiam suam à peccatorum sordibus expurgent: sed plura peccatorum onera sibi comportantes, mulierum pulchritudinem ac formas contemplantur, irrationali suà cupiditate, Dei ecclesiam facientes lupanar. Alii de rebus ac possessionibus suis paciscentes, emporium ac nundinarum locum, terribilissimam illam horam faciunt. Alii detrahendo invicem, seu etiam ipsis sacerdotibus offerentibus sacrificium, in Collecta occupantur.

Similia Chrysost. in Florilegio. *Quod non sit contemnenda Ecclesia.*

Extra hunc censum, haudquaquam mulieres aliquæ collocandæ sunt: quin præter viros, quotquot fœminæ diabolo serviunt, non tam in Dei Ecclesiâ immorantur ad orationem, quàm ut videantur, multosque ex

ματάιας πράξεις, καὶ ἀσωτίας ἀπέρχεσθαι ὑπὸ τοῦ διαβόλȣ κατεπειγόμεθα· πολλὴ ἡ ἡμετέρα ταλαιπωρία, ἀγαπητοί. καὶ γὰρ ἐν πάσῃ προσευχῇ καὶ δεήσει θερμῶς καὶ ἐπισυντόνως ὀφείλοντες διατίθεσθαι, ἐξαιρέτως δὲ ἐν τῇ θείᾳ ἱερȣργίᾳ τῶν ἀχράντων μυστηρίων, τοῦτο ποιεῖν χρεωστοῦντες τὸ μετὰ φόβȣ καὶ τρόμȣ παρίστασθαι τῷ δεσπότῃ ἐν τῇ τοιαύτῃ συνάξει. οὐδὲ ταύτην προσφέρομεν αὐτῷ ἐν εἰλικρινεῖ † δεήσει, καὶ συντετριμμένῳ καὶ * καταβεβλιμμένῳ φρονήματι. ἀλλὰ τὰ δικαστήρια ἡμῶν, καὶ τὰς διοικήσεις τῶν πολλῶν καὶ ματαίων ἡμῶν πραγμάτων, ἐν ταῖς τοιαύταις συνάξεσι ἐπιτελοῦμεν.

* κατατετριμμένῳ.

Καὶ οἱ μὲν οὐ φροντίζȣσι οἵᾳ καθάρσει καὶ μετανόιᾳ τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ προσέλθωσιν. ἀλλὰ ποίοις ἱματίοις καλλωπισθῶσιν. οἱ δὲ ἐλθόντες, οὐ μέχρι τῆς συμπληρώσεως παρίσταθαι ἀξιοῦσιν. ἀλλὰ δι' ἑτέρων ἐρωτῶσι, τί τελεῖται ἐν τῇ συνάξει, καὶ εἰ ὁ καιρὸς τῆς μεταλήψεως πάρεστι· καὶ τότε εἰσπηδῶντες δρομαίως ὡς κύνες, καὶ τὸν ἄρτον τὸν μυστικὸν ἁρπάζοντες ἐξέρχονται. ἄλλοι δὲ παραγενόμενοι ἐν τῷ ναῷ τοῦ θεοῦ, οὔτε μίαν ὥραν ἠρεμοῦσι λογολεσχοῦντες πρὸς ἀλλήλȣς, καὶ φλυαρίαις μᾶλλον, ἢ προσευχαῖς συγκροτούμενοι. ἕτεροι δὲ τὴν μυσταγωγίαν τῆς θείας λειτȣργίας καταλείψαντες, πρὸς τὰς τῆς σαρκὸς ἡδονὰς ἐκδιδόασιν ἑαυτούς. ἄλλοι οὐ σχολάζȣσι καὶ προσέχȣσι, τὸ ἑαυτῶν συνειδὸς καθαίροντες τοῦ ῥύπȣ τῶν ἁμαρτημάτων διὰ τῆς ἐπιγνώσεως, ἀλλὰ πλείονα ἁμαρτημάτων φορτία ἑαυτοῖς συνάγοντες, τὰ κάλλη καὶ τὰς μορφὰς τῶν γυναικῶν κατασκοποῦσι, πορνεῖον τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν διὰ τῆς ἀλόγȣ αὐτῶν ἐπιθυμίας ἐργαζόμενοι· ἕτεροι περὶ πραγμάτων καὶ κτημάτων συμφωνοῦσιν, ἐμπόρειον καὶ ἀγορᾶς τόπον, τὴν φρικωδεστάτην ἐκείνην ὥραν ποιούμενοι. ἄλλοι εἰς καταλαλιὰς ἀλλήλων, ἢ καὶ αὐτῶν τῶν ἱερέων τὴν θυσίαν προσφερόντων ἐν τῇ συνάξει ἀπασχολοῦνται.

Οὐκ ἔξω δὲ τῶν τοιούτων καὶ τινες τῶν γυναικῶν ἐφευρίσκονται. ἀλλὰ πρὸς τούτοις ὅσαι τῷ διαβόλῳ δȣλεύȣσιν, οὐ τοσοῦτον τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ σχολάζȣσιν ἐν εὐχῇ, ὅσον διὰ τὸ ὀφθῆναι, καὶ ἀποπλανῆσαι πολλοὺς τῶν ἀφε-

3. *In conscientiâ purâ.* Habent tam Edita, quàm MS. Codex ἐν δεήσει quomodò reddit Interpres: sed ego devorare non possum. De ipsâ enim Oratione est sermo inter Missæ sacrificia, quæ debeat in sincerâ ac purâ conscientiâ fieri, juxta illud 1 Tim. 2. vers. 8. *Volo viros in omni loco orare, levantes puras manûs:* quod videtur auctor respicere. Sequentia sunt ex Dan. malè in editis repræsentata. *Combefis.*

† Combef. legi vult συνειδήσει *conscientiâ.* quia hic agitur de ipsa oratione, quæ debeat in purâ conscientiâ fieri. Sic inferius καθαρῷ συνειδότι. BASN.

SÆC. VI. ANNO 570. & 680.

ex simplicioribus seducant. Cùm igitur nostra hæc commonitio, utrumque sexum, viros scilicet ac mulieres, comprehendat, redeo ad institutam initio orationis viam ac rationem, & ea queror ac deploro, quæ nobis, qui Christiani videmur, propria desidia & contemptus peperit. Quid enim more illo nefarium magis; ut, cùm rapinis, improbitate, omnique scelerum genere oppleti simus, aquâ modicâ abluentes manûs, sic sacrum illud corpus, divinumque sanguinem, pro mundi salute effusum, immundi ac sordidati percipiamus?

Inepta ad sacram Communionem expiatio.

Nonne vides, quomodò Judas indignè, 4 ac dolò Dominicum corpus sumens, statim reus effectus est, ac locum ampliorem maligno dedit? Ait enim: *Et cùm accepisset buccellam*, statim *introivit in eum Satanas:* non tanquam diabolus panem sperneret; sed ut eum, qui sumpserat, redargueret; qui utique sibi in judicium sumpsisset. Quâ enim, sodes, conscientiâ, ad mysteria accedis? quo animo; quid cogitans, qui intus habeas accusatricem conscientiam? Dic age; siquidem manûs sordidas ac conspurcatas haberes, auderesne regias vestes attingere? Quid dico regias? Ne tuas ipse vestes tangeres inquinatis manibus; sed lotis priùs ac extersis, tum demum tuas contrectares vestes. Quid ergo? Ne eum quidem, quem vilibus indumentis ac vestibus habes, honorem Christo impertis? Et quam veniam, oro, consequêris? Nec enim satis est, in Dei Ecclesiam ingredi, divinasque sanctarum imaginum figuras (*a*) venerandasque cruces honorare ac osculari: neque verò manûs aquâ abluere, id purgatio est: sed fuga, ac ablutio sordium peccati; inque confessione, & lacrymis, animoque humiliato, ac supercilio detracto, 5 peccatorum abstergere maculas, sicque ad intemerata mysteria accedere.

Judæ exitiosa indigna Communio.

Vide Chrysost. hom. 61. ad populum part. 1.

λεστέρων. τῆς οὖν παραινέσεως τὰ δύο γένη προσλαμβανούσης, τῶντε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς τοῦ λόγου μέθοδον ἐπάνειμι τοιαῦτα λέγων καὶ θρηνῶν, οἷα ἡμῖν τοῖς δοκοῦσιν εἶναι χριστιανοῖς ἡ ἑαυτῶν ῥαθυμία καὶ καταφρόνησις εἰργάσατο. τί γὰρ δεινότερον τοῦ τοιούτου τρόπου, ὅταν ἁρπαγὰς, καὶ πονηρίας, καὶ πλήθη ἁμαρτημάτων ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες, ὕδατι μικρῷ τὰς χεῖρας ἀπονιπτόμενοι, οὕτω τὸ ἅγιον σῶμα, καὶ τὸ θεῖον αἷμα, τὸ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ῥεῦσαν σωτηρίας, ἀκάθαρτοι καὶ ἐρρυπωμένοι ὄντες ἑαυτοῖς προσάγομεν.

Οὐχ ὁρᾷς πῶς Ἰούδας ἀναξίως καὶ δολίως τοῦ σώματος μεταλαβὼν τοῦ δεσποτικοῦ, εὐθέως κατεκρίθη, καὶ χώραν πλείονα δέδωκε τῷ πονηρῷ; Φησὶ γὰρ καὶ λαβὼν τὸ ψωμίον, εὐθέως εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν ὁ σατανᾶς, οὐ τοῦ ἄρτου καταφρονῶν ὁ διάβολος, ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν μεταλαβόντα ἐλέγχων, ὅτι εἰς κατάκριμα ἑαυτοῦ μετέλαβε. πόιῳ γὰρ συνειδότι, εἰπέ μοι, προσέρχῃ τοῖς μυστηρίοις; πόιᾳ ψυχῇ, πόιῳ λογισμῷ, ἔχων ἔνδον τὸ σὸν συνειδὸς κατήγορον; εἰπέ μοι, ἆρα εἰ ῥερυπωμέναις καὶ ἐσπιλωμέναις χερσὶν ἐτόλμησας ἂν ἅψασθαι τῶν ἱματίων τῶν βασιλικῶν; καὶ τί λέγω βασιλικῶν. οὐδὲ τῶν σῶν ἱματίων ἥψω ῥυπαρὰς τὰς χεῖρας ἔχων; ἀλλὰ πρότερον ἀποπλυνάμενος καὶ ἐκμάξας αὐτὰς, τότε τῶν ἱματίων ἥψω· τί οὖν οὐδὲ ὡς ἱματίοις εὐτελέσι καὶ ἐνδύμασι προσάγεις τῷ * θεῷ τὴν τιμήν; καὶ ποίας ἀπολαύσεις συγγνώμης εἰπέ μοι; οὐ γὰρ τὸ εἰσέρχεσθαι ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, καὶ τὰς θείας μορφώσεις τῶν ἁγίων εἰκόνων, καὶ τοὺς τιμίους σταυροὺς ἀσπάζεσθαι, τοῦτο * ἀρκετὸν, οὐδὲ τὸ, ὕδατι ἐκπλύναι τὰς χεῖρας, τοῦτο κάθαρσις: ἀλλά τὸ ἀποφυγεῖν καὶ ἀποπλύναι τὸν τῶν ἁμαρτημάτων ῥύπον, καὶ ἐν ἐξομολογείσει, καὶ δάκρυσι, καὶ ψυχῇ τεταπεινωμένῃ καὶ ὀφρύϊ κατεσπασμένῃ, ἀποσμήχειν τῶν ἁμαρτημάτων τὰς * σειράς, καὶ οὕτως προσέρχεσθαι τοῖς ἀχράντοις μυστηρίοις.

* χριστῷ.

* ἀρεστόν.

* leg. σπίλας.

At

4. *Ac dolò. δολίως·* Velit fortè indicare, quam Græci multi opinionem tenent, ut Judas mysticum panem Judæis ostendendum servaverit, ad conflandam ei invidiam, qui eum, suum corpus diceret, & ut tale discipulis tradidisset. De buccella ac intincto pane, & an ille mysticus panis fuerit, quod videtur velle Anastasius, videndi sunt expositores. *Combefis.*

(*a*) Bis peccant hic interpretes. Canisius hunc locum sic reddidit: Neque venerandas cruces *honorare* & salutare *per se deo placitum est*, Combefisius vero: venerandas cruces honorare ac osculari. Græca vero sic habent: venerandas cruces salutare, hoc non sufficit; quia fugam & ablutionem sordium peccati postulabat; desunt igitur in græco hæc verba *osculari & honorate*; nam venerationem cruci exhibitam per salutationem, non per osculum & honorem, indicat Anastasius. Secundò, illud *per non placet deo* quod legitur apud Canisium, sive Turrianum non apparet in græco, & jure Combefisius omisit. BASN.

5. *Peccatorum abstergere maculas.* Haud dubium esse vitiosam literam, quâ est: ἀποσμήχειν σειράς· nec enim catenæ absterguntur à corpore: idcircò legendum putavi σπίλας· ut urgeat Anastasius metaphoram, ac purgationem. cui insistit toto hoc numero. Interpres; *delictorum*

SÆC. VI. ANNO 570. aut 680.

Reverenter assistendum in ecclesiâ.

At fortè dixerit quispiam; Non in promptu lacrymas habeo, & ut lugeam meipsum. Quâ de causâ verò? Quia non laboras: quia non sentis: quia non reputas terribilem judicii diem. Nihilominus si flere non potes, ex imo saltem ingemisce; saltem tristare; risum saltem reseca; saltem abjice elationem, & cum timore Domino assiste, oculis humi defixis, ac demisso humilique spiritu ei confitens. *Pulchrum simile.* Nonne vides eos, qui terreno Imperatori adstant; ac sæpiùs quidem impio; quomodo ei assistant cùm omni reverentiâ? ut horrore quodam intentis in ipsum oculis, sine voce, nullo indecoro motu, nullâ distractione; sed quietè ac timore ad eum accedentes, eique assistentes, omnia peragant? Nos verò haud aliter in ecclesiâ agimus, quàm in theatro aut balneo, ridendo, nugando, garriendo, nos ipsi decipientes, 6 non putantes versari in Ecclesia.

Ecclesia, officina medica ac portus. An ignoras, Ecclesiam Dei officinam medicam esse, ac portum? Si igitur in medica ejusmodi officina æger perseveras, nec curaris; ubi de cætero medelam consequeris? Ac si in portu fluctibus agitaris, ubi posteà quiesces? State igitur, fratres, obsecro, cum reverentia: State cum timore, in rei sacræ tremendâ horâ. Quo enim affectu ac quo animo quisque nostrûm eâ horâ assistit, sic & ipse Domino pariter offertur. Idcirco enim ἀναφορὰ, id est, oblatio velut quadam elevatione, dicitur, quia sursum ad Deum feratur. *Quid, ac unde Anaphora.* Assiste igitur Deo quietè ac compuncto corde. Confitere Christo per Sacerdotes peccata tua. Condemna actiones tuas, & ne erubescas. *Est enim confusio adducens peccatum; & est confusio gloria & gratia.* *Eccl. 4. v. 25.* Condemna te in conspectu hominum, ut coram Angelis, totoque mundo Judex te justificet. Pete misericordiam; pete veniam; pete remissionem præteritorum, ac liberationem à futuris, ut dignè ad sacramenta accedas; ut purâ conscientiâ corpus & sanguinem sumas; ut tibi cedat ad emundationem ac expiationem, non ad judicium. Audi admirabilem Paulum dicentem: *Pro-*

Αλλ' ἴσως ἐρεῖ τίς· οὐκ εὐχερές μοι τὸ δακρύειν καὶ θρηνεῖν ἑαυτόν· διατί; ὅτι οὐ πονεῖς, ὅτι οὐκ αἰσθάνῃ, ὅτι οὐ λογίζῃ τὴν φοβερὰν ἡμέραν τῆς κρίσεως· ὅμως εἰ οὐ δύνασαι δακρύσαι, κἂν ἐπίπονα στέναξον· κἂν στύγνασον, κἂν τὸν γέλωτα περίκοψον, κἂν τὴν ἔπαρσιν ἀπόῤῥιψον· καὶ μετὰ φόβου παράστηθι τῷ δεσπότῃ, τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς γῆν νενευκὼς, καὶ καταβεβλημένῳ τῷ φρονήματι αὐτῷ ἐξομολογούμενος. οὐχ ὁρᾷς τοὺς τῷ ἐπιγείῳ βασιλεῖ παρισταμένους, πολλάκις δὲ καὶ ἀσεβεῖ ὄντι, πῶς αὐτῷ παρίστανται μετὰ πάσης εὐλαβείας, μετὰ φρικῆς πρὸς αὐτὸν ἐνατενίζοντες, μήτε φθεγγόμενοι, μήτε παρακινούμενοι, μήτε περισπώμενοι· ἀλλ' ἐν ἡσυχίᾳ καὶ φόβῳ προσερχόμενοι αὐτῷ καὶ παριστάμενοι, ἅπαντα διατελοῦσιν. ἡμεῖς δὲ ὡς ἐν θεάτρῳ ἢ βαλανείῳ, οὕτως ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ παριστάμεθα, γελῶντες, φλυαροῦντες, λογολεσχοῦντες, ἑαυτοὺς ἀπατῶντες, καὶ δοκοῦντες ὅτι ἐν ἐκκλησίᾳ παριστάμεθα.

Οὐκ οἶδας, ὅτι ἰατρεῖον καὶ λιμήν ἐστιν ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία; ἐὰν οὖν ἐν τῷ ἰατρείῳ μείνῃς νοσῶν, καὶ μὴ θεραπευόμενος, πότε λοιπὸν * ἰατρεύσῃ; καὶ ἐὰν ἐν τῷ λιμένι χειμάζῃς, ποῦ λοιπὸν ἡσυχάσεις; στήκετε οὖν ἀδελφοὶ, δυσωπῶ, μετ' εὐλαβείας. στήκετε μετὰ φόβου ἐν τῇ φοβερᾷ ὥρᾳ τῆς ἀναφορᾶς· οἵᾳ γὰρ διαθέσει, καὶ οἵῳ λογισμῷ παρίσταται ἕκαστος ὑμῶν κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν, οὕτως καὶ προσαναφέρεται τῷ δεσπότῃ. ἀναφορὰ γὰρ λέγεται διὰ τὸ πρὸς Θεὸν ἀναφέρεσθαι. παράστηθι οὖν τῷ Θεῷ μεθ' ἡσυχίας, καὶ κατανύξεως. ἐξομολόγησαι * χριστῷ διὰ τῶν ἱερέων τὰς ἁμαρτίας σου. καταδίκασόν σου τὰς πράξεις, καὶ μὴ αἰσχυνθῇς· ἔστι γὰρ αἰσχύνη ἐπάγουσα ἁμαρτίαν, καὶ ἔστιν αἰσχύνη δόξα καὶ χάρις. κατάκρινον σεαυτὸν ἐνώπιον ἀνθρώπων, ἵνα ἐνώπιον ἀγγέλων, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου ὁ κριτής σε δικαιώσῃ· αἴτησαι ἔλεος, αἴτησαι συγγνώμην, αἴτησαι ἄφεσιν τῶν παρελθόντων, καὶ λύτρωσιν τῶν μελλόντων, ἵνα πρεπόντως τοῖς μυστηρίοις προσέλθῃς, ἵνα καθαρῷ συνειδότι τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος μεταλάβῃς, ἵνα σου εἰς κάθαρσιν, καὶ μὴ εἰς κατάκρισιν γένηται. ἄκουσον τοῦ θείου Παύλου

* ἰαθήσῃ.

* τῷ θεῷ.

Jac. 2. Matt. v. 21.

Matth. v. 31.

bet

lictorum catenas solvat: sed est hoc alienum valdè à verbi illius significatione, nec quicquam consequens: Nihil enim hactenus de vinculis aut solutione ab eis, sed solùm de puritate necessariâ ad dignam communionem, deque peccatorum eluendis sordibus. *Combefis.*

6. *Non putantes versari in ecclesia.* Hæc ex editis, lacunâ in MS. Legendum verò μὴ δοκοῦντες· ac negativè, liquet, quicquid Interpres devoret: ex eo enim, quod non reputemus esse nos in loco sacro, ac Deo assistere, tanta illa peccamus, ac nos decipimus, ita in eo habentes, ac haberemus in profano loco.

1 Cor. 11. v. 28. *bet autem quisque seipsum, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.* Animadvertis, infirmitates ac mortem crebrò ex hoc oriri, quòd indigne ad Mysteria aditur?

At fortè dices: Quisnam verò, inquit, dignus existat? Novi & ego. Attamen dignus fies, dummodò velis. Agnosce te peccatorem. Te à peccato abscinde: Absiste à malitia & ira: Pœnitentiæ opera exhibe. Assume temperantiam, mansuetudinem, longanimitatem. De justitiæ fructibus in egenos condolescentiam prome, ac misericordiæ viscera, esque effectus dignus. Funde preces ad Deum in animo contrito, & ipse implebit petitiones tuas. Nam nisi hoc feceris, frustra in ecclesia tempus teris. Non est meus hic sermo, sed Dominica vox dicentis: *Quid enim dicitis, Domine, Domine, & non*
Jac. 2. v. 20. Matth. 7. v. 21. *facitis voluntatem meam? Etenim fides sine operibus mortua est.* Quid ergo, inquit? An quia malè factis obstrictus sum, ideò ab oratione cessare debeo, nec in Dei ecclesia versari? Non hæc loquor, aut jubeo; sed quomodo orare oporteat, admoneo. Rogo, ut cùm ad orationem accedimus, divinæ congruâ majestati oratione adstemus, ne & nobis Do-
Matth. 21. v. 31. minus dicat, quod Judæis: *Domus mea domus orationis vocabitur; vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Si enim vendentes & ementes in Judaico templo flagellis Dominus ejiciebat; qui se mutuis conviciis proscindunt, & injuriarum memoriam retinent, quam pœnam ac gehennam merebuntur? Quid autem non supplicii nobis infligetur, qui addicti Deo, ac initâ cum eo societate, diabolo subjiciamur?

Nam cùm sacerdos mediator inter Deum & homines existat, ac pro peccato multitudinis Deum propitiet; considera, oro, quomodo omnes præmuniat & obtestetur, in hæc quasi verba populum alloquens: Quandoquidem, charissimi, me, inter vos & Deum ad mysticam hanc mensam, mediatorem constituistis, etiam atque etiam moneo, ut mecum parem diligentiam adhibeatis. Abscedite à mundanis omnibus cogitati-

λέγοντος· δοκιμαζέτω δὲ ἕκαστος ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω. ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως, κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ κυρίου· διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. ὁρᾷς ὅτι καὶ ἀσθένειαι, καὶ θάνατος, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐπάγονται, διὰ τὸ ἀναξίως τοῖς θείοις μυστηρίοις προσέρχεσθαι; SÆC. VI. ANNO 570. aut 680.

Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς· καὶ τίς ἄξιός φησιν. οἶδα τοῦτο κἀγώ. ἀλλ' ὅμως ἄξιος γενήσῃ, μόνον εἰ βουληθῇς, ἐπίγνωθι σαυτὸν ἁμαρτωλόν. ἔκκοψον ἑαυτὸν τῆς ἁμαρτίας. ἀπόστηθι τῆς πονηρίας καὶ τῆς ὀργῆς. δεῖξον τὰ τῆς μετανοίας ἔργα. ἀναλαβοῦ σωφροσύνην, πραότητα, μακροθυμίαν. ἐπίδειξαι συμπάθειαν ἀπὸ καρπῶν δικαιοσύνης ἐπὶ τοῖς δεομένοις, καὶ γέγονας ἄξιος. δεήθητι τοῦ θεοῦ ἐν ψυχῇ συντετριμμένῃ, καὶ αὐτὸς πληρώσει τὰ αἰτήματά σου. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ποιήσεις, εἰς μάτην σχολάζεις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ δεσποτικὴ ἡ φωνή. τί γάρ, φησι, λέγετε, τὸ κύριε, κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε τὸ θέλημά μου. καὶ γὰρ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι. καὶ τί, φησιν, ἐπειδὴ πονηρὰ ἔργα ἔχω, οὐ δεῖ προσεύχεσθαι; οὐ δεῖ ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ σχολάζειν; οὐ τοῦτο λέγω, οὐδὲ τοῦτο ἐπιτρέπω. ἀλλὰ τὸ, ὡς δεῖ προσεύχεσθαι, παρακαλῶ, ἵνα ἐν ταῖς προσευχαῖς προσερχόμενοι θεοπρεπῶς παριστάμεθα. ἵνα μὴ καὶ πρὸς ἡμᾶς εἴπῃ ὁ χριστὸς, ὥσπερ καὶ τοῖς Ἰουδαίοις. ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς κληθήσεται, ὑμεῖς δὲ ἐποιήσατε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν. εἰ γὰρ οἱ πωλοῦντες καὶ οἱ ἀγοράζοντες ἐν τῷ Ἰουδαϊκῷ ναῷ τυπτόμενοι ὑπὸ κυρίου ἐδιώκοντο, οἱ λοιδοροῦντες ἀλλήλους, καὶ μνησικακοῦντες ποίας ἄρα κολάσεως καὶ γεέννης ἀξιωθήσονται; τί δὲ καὶ πεισόμεθα, οἱ τῷ θεῷ συντασσόμενοι, καὶ τῷ διαβόλῳ ὑποτασσόμενοι;

Ἐπειδὴ γὰρ μεσίτης τοῦ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ὁ ἱερεὺς τυγχάνει, καὶ ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν τοῦ πλήθους ἁμαρτιῶν τὸν θεὸν ἐξιλεοῦται, βλέπε πῶς πάντως προασφαλίζεται, καὶ διαμαρτύρεται, ὡσανεὶ τῷ λαῷ τοιαῦτά τινα φθεγγόμενος. ἐπειδήπερ, ὦ ἄνδρες, μεσίτην με πρὸς θεὸν ὑπὲρ ὑμῶν ἐπὶ τῆς μυστικῆς ταύτης τραπέζης ἐστήσατε, παρακαλῶ, σπουδάσατε καὶ ὑμεῖς σὺν ἐμοί. ἀπόστητε πασῶν τῶν βιωτικῶν ἐννοιῶν. καταλεί-

bus;

SÆC. VI. ANNO 570. aut 680.

In Jacobi & Baſilii Liturg.

bus. Vale dicite omni corporearum rerum curæ. Tempus enim eſt, non vanæ occupationis, ſed attentæ & intentæ orationis. Audite quid Diaconus vobis acclamet: [7] *Stemus honeſtè: ſtemus cum timore:* (*b*) *Attenti ſimus ſanctæ oblationi: inclinemus cervices:* [8] Occludamus cogitationem: Occludamus linguam: [9] Velut aſſumptis alis mentem ac cor ſurſum attollamus: In cœlum aſcendamus: Surſum habeamus mentes ac corda: Surſum ad Deum animæ oculos levemus: Tranſeamus cœlum: Tranſeamus Angelos: Tranſeamus Cherubim, & ad ipſum Domini thronum accurramus. Ipſos Chriſti immaculatos pedes apprehendamus: ploremus; ejuſque miſericordiam exprimamus. In ſancto, ac ſupercœleſti, ſpiritalique ejus altari confiteamur.

Sacerdotis in verba in Miſſa, illuſtrata.

Hæc nobis denunciat ac obteſtatur Sacerdos, cùm ait: *Surſum habeamus corda.* Tùm verò quid ad hæc ipſi reſpondemus? *Habemus ad Dominum.* Quid ais? Quid agis, ô homo? Sacerdos incruentum ſacrificium pro te Domino offert; & tu contemnis? Sacerdos pro te anxius eſt, ac velut tremendo tribunali, ſic altari aſſiſtens, obſecrat urgetque ut tibi Spiritus ſancti gratia de cœlo adveniat: te verò ſalutis tuæ nulla cura tangit? Mens tua ad caduca hæc & mortalia ſuſpenſa hæret, pecuniiſque, & opibus, & voluptatibus, ac litibus occupatur, & dicis: *Habeo ad Dominum?* Attende oro, ne fortè non habeas cor ſurſum ad Dominum, ſed deorſum ad vana, & quæ diabolo placita ſunt. Ne ita, rogo. Abdica â te hanc malam ac vanam conſuetudinem. Junge clamorem tuum

ψατε πᾶσαν σωματικὴν φροντίδα· προσευχῆς γὰρ ἐκτενοῦς, ἀλλ᾽ οὐκ ἀσχολίας ματαίας ὁ καιρός. ἀκούσατε τὶ ὁ διάκονος ὑμῖν προσφωνεῖ λέγων· στῶμεν καλῶς, στῶμεν μετὰ φόβου, προσχῶμεν τῇ ἁγίᾳ ἀναφορᾷ, κλίνωμεν τοὺς αὐχένας, κλείσωμεν τὴν διάνοιαν, κλείσωμεν τὴν γλῶσσαν, πτερώσωμεν τὸν νοῦν, πρὸς οὐρανὸν ἀνέλθωμεν. ἄνω σχῶμεν τὸν νοῦν καὶ τὰς καρδίας, ἄνω πρὸς θεὸν τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα ἐπάρωμεν, παρέλθωμεν τὸν οὐρανὸν, παρέλθωμεν τοὺς ἀγγέλους, παρέλθωμεν τὰ χερουβὶμ, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν θρόνον τὸν δεσποτικὸν προσδράμωμεν, αὐτῶν τῶν ἀχράντων τοῦ χριστοῦ ποδῶν ἐπιλαβώμεθα, δακρύσωμεν, βιασώμεθα τὴν αὐτοῦ εὐσπλαγχνίαν, ἐξομολογησώμεθα εἰς τὸ ἅγιον καὶ ὑπερουράνιον καὶ νοερὸν αὐτοῦ θυσιαστήριον.

Ταῦτα διαμαρτύρεται ἡμῖν ὁ ἱερεὺς λέγων. ἄνω σχῶμεν τὰς καρδίας. εἶτα τί πρὸς ταῦτα ἡμεῖς ἀποκρινόμεθα. ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον· τί λέγεις; τί ποιεῖς, ἄνθρωπε, ὁ ἱερεὺς τὴν ἀναίμακτον θυσίαν ὑπὲρ σοῦ προσφέρει τῷ δεσπότῃ, καὶ σὺ καταφρονεῖς; ὁ ἱερεὺς ὑπὲρ σοῦ ἀγωνᾷ, καὶ ὡς ἐν δικαστηρίῳ φοβερῷ, οὕτως τῷ θυσιαστηρίῳ παριστάμενος, παρακαλεῖ καὶ ἐπισπεύδει ἄνωθεν τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος σοὶ ἐπιφοιτῆσαι. καὶ σὺ ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας οὐ φροντίζεις; ὁ νοῦς σου πρὸς τὰ φθαρτὰ καὶ τὰ πρόσκαιρα μετεωρίζεται· καὶ πρὸς χρήματα, καὶ οὐσίας, καὶ ἡδονὰς, καὶ δίκας ἀσχολεῖται, καὶ σὺ λέγεις, ἔχω πρὸς τὸν κύριον; πρόσεχε, παρακαλῶ, μήποτε οὐκ ἔχεις ἄνω τὸν νοῦν πρὸς τὸν κύριον, ἀλλὰ κάτω πρὸς τὰ μάταια καὶ τὰ τῷ διαβόλῳ περισπούδαστα.

cum

7. *Stemus honeſtè.* Habentur hæc in Jacobi Liturgia uſque ad illa verba κλίνομεν τοὺς αὐχένας: quæ, & ſequentia, non extant in vulgatis liturgiis, ſaltem omnia, & ut à Diacono dicenda. Nam illa, ἄνω σχῶμεν τὸν νοῦν καὶ τὰς καρδίας· in eadem Jacobi Liturgia ſequuntur, ſed dicenda à Sacerdote: quibus reſpondent, quæ ſequenti numero urget Anaſtaſins: ἔχομεν πρὸς τὸν Κύριον· *Habemus ad Dominum*: quæ in Jacobi Liturgia edita deſiderantur, utique mutila, quæque ex iſtis, ac Chryſoſtomi Liturgia ſit ſarcienda. *Combefiſ.*

(*b*) Turrianus apud Caniſium hæc verba ſic reddidit: *attendamus ad ſanctam elevationem.* Sed ἀναφορὰ ſignificat oblationem, vel myſteriorum celebrationem. Sic apud Palladium in vita Chryſoſtomi ὑμνοὶ μὲν καὶ ἀναφοραὶ μυστηρίων ἐν ταῖς φυλακαῖς ἐπιτελοῦντο *in carceribus perſungebantur myſteriorum celebrationes.* & apud Lambecium l. 4. p. 141. εὗρε τὸν πάπαν ῥώμης ἀναφερόμενον ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ· *invenit Papam Romæ celebrantem in magna eccleſia.* fuit quidem elevatio fieri ſolita apud Græcos, cum populus invitaretur ad communicandum, poſt orationem dominicam; ſed fuit prorſus diverſa ab illa, quam indicare voluit Turrianus. denique Combeſiſius ipſe vertit ἀναφορὰν per oblationem. addit Anaſtaſius, inclinari debere cervices cum fit oblatio, de genuflexione ne verbum quidem. hanc capitis inclinationem apud eos ſolitam Græci recentiores μετάνοιαν appellant. BASN.

8. *Occludamus cogitationem.* κλείσωμεν τὴν διάνοιαν· Alludit Anaſtaſius ad ea quæ fiunt ſtatim poſt ea Diaconi verba, quando Sacerdos obducto velo intra illud ſecretiùs oraturus, ac divinam rem peracturus ingreditur; ut ſit illud ſymbolum eximiæ cujuſdam à ſenſibus ac animi cogitatibus, abſtractionis, ſub tremendam ſacrificii horam, quando ſolâ mente, ac puriori parte animi adire oportet ſupercœleſte illud altare, quo victima Chriſtus Patri æterno offertur. Ut ſic expoſita hæc Anaſtaſii Lector habeas, debes Euchologii ac Græcorum Eccleſiæ ceremoniarum inſigni illuſtratori, meo collegæ. *Combefiſ.*

9. *Velut aſſumptis alis*, &c. πτερώσωμεν· Ea vox optimè congruit aliis, quibus ad aſcenſum illum in Deum provocat. At nec altera diſplicet, quæ eſt editis, πληρώσωμεν· *impleamus*: ut fortè reſpiciat illud, quod poſt Angelicum canticum habetur in Liturgia Jacobi, & à quo ponit Amphilochius inchoaſſe Baſilium Liturgiam, cùm eam compoſuit: πληρωθήτω τὸ στόμα μου αἰνέσεως σου Κύριε· *Impleatur os meum laude tuâ Domine*, &c. *Combefiſ.*

Sæc. VI. Anno 570. & 680.

cum sacerdote pro te decertante: tuam cum eo confer operam, pro te deprecante. Teipsum impende pro tua salute. *Multum enim valet deprecatio justi intenta & efficax.* Erit autem efficax, si & tu cum Sacerdote partes tuas copules, ac pœnitentiæ fructûs præstes. Nam *unus ædificans, & unus destruens: quid prodest illis, nisi labor?* Quid enim eâ pejus destructione, ut nedum in tremenda illa divinæ Collectæ hora Christo mentiaris; sed & odium in fratres, injuriarum memor, retineas: quamvis in oratione illud pronuncies: *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.*

Jacob. 5. v. 16.

Eccl. 5. v.

Matth. 6. v. 12.

Dominicæ orationis verborum vis, ac malè usurpantium temeritas.

Quid ais, homo? Quid adeò audacter adversus Deum insolescis? Injuriæ memor adversus fratrem tuum, ensem in illum exacuis, dolosque ei machinaris, ac dirum venenum in tuo fers pectore, interimque ad Deum clamas: Dimitte mihi debita, sicut & ego dimisi debitori meo? Venisti ut precareris in Dei ecclesiam, an ut mentireris? Ut reciperes gratiam, an ut iram arcesseres? Ut peccatorum remissionem parares; an ut criminum cumulum augeres? Ut salutem, an supplicium reportares? Nonne vides, ut idcircò circa illam tremendam horam, mutuò nos in osculo pacis amplexemur, ut *omni colligatione iniquitatis* ac cordis duritie abjecta, puro corde ad Dominum accedamus?

Isai. 58. v. 6.

Quanti tremendi sacrificii reverentia.

Quid agis, ô homo? Dum Angeli ministerio defunguntur: senis illi alis præditi mysticam mensam obvelant: dum Cherubim circumstant: [10] ac Seraphim Trisagium hymnum clarâ voce clamant: dum Sacerdos reverenter inclinat, ac Dei tibi misericordiam conciliat: [11] omnibus intereà timore ac tremore ministrantibus: Dum Agnus Dei sacrificatur: Spiritus S. desuper advenit: dum Angeli populum omnem invisibili ratione circumeunt, [12] initiatorumque ac mystarum animas consignant ac describunt, nec tu spernens, animo per-

μὴ, παρακαλῶ. ταύτην τὴν πονηρὰν. καὶ ματαίαν συνήθειαν, συμβόησον τῷ ἱερεῖ ὑπὲρ σοῦ ἀγωνιζομένῳ, συγκοπίασον αὐτῷ ὑπὲρ σοῦ προσευχομένῳ. ἐπίδος σεαυτὸν ὑπὲρ τῆς σῆς ζωτηρίας· πολὺ ἰσχύει δικαίυ ἐνεργυμένη, ἐνεργεῖται δὲ, ἐὰν καὶ σὺ συναγωνίσῃ τῷ ἱερεῖ, καὶ τοὺς τῆς μετανοίας σπυδαίως ἐπιδείξῃ καρπούς. ἐπεὶ εἷς οἰκοδομῶν, καὶ εἷς καταλύων, τί ὠφέλησαν, ἀλλ' ἢ κόπυς; ποία γὰρ * ἐςι χείρων ταύτης τῆς καταλύσεως τοῦ μὴ μόνον ψεύδεσθαι τῷ χριςῷ κατ' ἐκείνην τὴν φοβερὰν ὥραν τῆς θείας συνάξεως, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἑαυτῶν ἀδελφοῖς μνησικακεῖν; καίπερ λέγοντας ἐν προσευχῇ, καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν.

* ὐκ ἔςι ταύτης τῆς καταλύσεως δεινότης.

Τί λέγεις ἄνθρωπε; τί τολμηρῶς κατὰ τοῦ θεοῦ νεανιεύῃ; μνησικακεῖς κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ συ μάχαιραν αὐτῷ ἀκονῶν, καὶ δόλυς κατ' αυτοῦ κατασκευάζων, καὶ τὸν πονηρὸν ἰὸν ἐν τῇ καρδίᾳ συ φέρων, καὶ βοᾷς τῷ θεῷ, ἄφες μοι τὰ ὀφειλήματα, ὡς κᾀγὼ ἀφῆκα τῷ ὀφειλέτῃ μυ. εὔξασθαι ἦλθες τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἢ ψεύσασθαι; χάριν λαβεῖν, ἢ ὀργὴν ἐπισπάσασθαι; ἄφεσιν ἁμαρτιῶν * πορίσασθαι, ἢ προσθήκην πλημμελημάτων; σωτηρίαν κομίσασθαι ἢ κόλασιν; οὐκ ὁρᾷς ὅτι διὰ τοῦτο ἀσπαζόμεθα ἀλλήλυς κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν τὴν φοβερὰν, ἵνα πάντα σύνδεσμον ἀδικίας καὶ σκληροκαρδίας ῥίψαντες ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ τῷ δεσπότῃ προσέλθωμεν.

* ποιήσασθαι.

Τί ποιεῖς ἄνθρωπε; ἀγγέλων λειτυργούντων, ἑξαπτερύγων τὴν μυςικὴν τράπεζαν καλυπτόντων, τῶν χερυβὶμ παριςαμένων, καὶ τὸν τρισάγιον ὕμνον λαμπρᾷ τῇ φωνῇ κεκραγότων τῶν σεραφὶμ, μετ' εὐλαβείας * κεκυφότος τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ὑπὲρ σοῦ ἐξιλευμένυ, πάντων φόβῳ καὶ τρόμῳ διακονυμένων, τοῦ ἀμνοῦ τοῦ θεοῦ σφαγιαζομένυ, τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίυ ἄνωθεν ἐπιφοιτῶντος, ἀγγέλων ἀοράτως πάντα τὸν λαὸν περιτρεχόντων, καὶ τὰς τῶν μυςῶν

* κεκυφότων τῷ ἀρχιερέως ὑπὲρ &c.

hor-

10. *Ac Seraphin Trisagium hymnum.* Mala interpunctione, ac unius vocis levi in fine depravatione, malè hîc edita luxata erant, ac perperam reddita, attributis Cherubinis, quæ auctor consonè Scripturæ Isai 6. tribuit Seraphinis, ac Seraphinis, quæ auctor adscribit Pontifici ac Sacerdoti. Quippe Seraphim Trisagium clamant, Sacerdosque reverentiâ ac metu inclinans ac cernuus, divinum numen sub id tempus conciliat: tametsi in Apocal. 4. v. 8. non Seraphim, sed *Animalia* appellantur, qui sic clamant: videnturque ii ipsi significari, quibus Regius Psaltes Deum insidere ait, nominatque Cherubim Psal. 79. v. 2. & alibi.

11. *Omnibus ministrantibus.* διακονουμένων· Angelis pariter ac sacris ministris. Nihil ad rem τὸ, διανυμένων in Editis.

12. *Initiatorum ac mystarum.* τῶν μυςῶν· eorum, qui sacramentorum participes erant, ac nec Catechumeni, nec Pœnitentes, sed πιςοί; *Fideles ac sancti*, quos solos Diaconus jubebat manere, ubi jam ad rem sacram erat procedendum. Vox πιςῶν· quam edita habent, videtur magis ex usu Ecclesiastico, nihil sensu diversa ab eâ quam edimus ex Cod. Regio.

Sæc. VI. Anno 570. aut 680.

horrescis, ac Judæ osculum fratri offerens; diuturnamque ac tenacem injuriarum memoriam, atque exitiosum serpentis venenum adversus fratrem tuum animo abscondens? Cur non horres, concidisque, qui dicas scienti cordis abscondita: Dimitte mihi, sicut & ego dimisi fratri meo? Quid differt precatio ejusmodi à diris, ac malâ imprecatione? Ecce ais, ac contra te ipsum sententiam dicis: Siquidem dimisero, Dimitte: si ignosco, ignosce: si compatior ac afficio misericordiâ, compatere ac misericordia affice: si retineo injuriarum memoriam adversus conservum meum, & tu retine: si irascor, irascere: In qua mensura metior, in ea mihi remetiaris: si per simulationem fingo me veniam dare, etiam per simulationem veniam fictam consequar. Ego contra meipsum, Domine, sententiam fero. Audivi enim tremendam vocem tuam, qua dicis: *In quâ mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Et, *si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater vester cælestis dimittet vobis.* Huic verborum tuorum, quæ falsa esse non possunt, testificationi fidem habui, & dimisi ignovique illis, qui me offenderunt: Dimitte ergo, ô Domine, sicut & ego conservis dimisi.

Matth. 7. v. 2.

Matth. 6. v. 15.

Pulchra ac moralis cerimoniarum Missæ elucidatio.

Hæc singulis horis orantes, Christo dicimus, dumque tremendæ ac horrendæ rei sacræ peragendæ assistimus: idque Sacerdos intelligens, post sacrificii illius incruenti consecrationem, *Panem* vitæ in altum *elevat*, ipsumque omnibus ostendit. Postmodumque exclamat Diaconus, & ait: *Attendamus:* hoc est: Vobis ipsi attendite, fratres. Ecce paulò antè adstipulati estis, dicentes: *Habemus corda ad Dominum:* rursumque purum animum, atque ab omni simultate ac injuriarum memoria liberum Deo profitentes, dixistis: *Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris:* eàque de causa invicem amplexati estis in osculo pacis. Quia tamen & ego homo sum, quid vestris animis insideat ignorans, idcircò à me judicium abjicio. Non enim novi, quis horum mysteriorum participatione dignus sit, aut quis indignus. Propterea inclamo, ut vobis ipsi attendatis, ac consideretis, cui assistatis.

Verba Sacerdotis ante communionem exposita.

Tum statim adjungit Sacerdos, aitque: *Sancta Sanctis:* Quid verò

ψυχὰς σημειουμένων καὶ ἀπογραφομένων, οὐ φρίττεις καταφρονῶν, καὶ ἀσπασμὸν ἰουδαϊκὸν τὸν ἀδελφὸν ἀσπαζόμενος, καὶ πολυχρονίους μνησικακίας καὶ ἰὸν ὀλέθριον τὸν τοῦ ὄφεως ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἐναποκρύπτων κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου; πῶς οὐ φρίττεις καὶ καταπίπτεις, τῷ τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας γινώσκοντα λέγων; ἄφες μοι ὡς κἀγὼ ἀφῆκα τῷ ἀδελφῷ μου: τί διαφέρει κατάρας ἡ τοιαύτη σου εὐχή; ἰδοὺ λέγεις, καὶ καθ᾽ ἑαυτοῦ ἀποφαίνῃ. εἰ ἀφῶ, ἄφες. εἰ συγχωρῶ, συγχώρησον. εἰ συμπαθῶ, συμπάθησον. εἰ κρατῶ μνησικακίαν πρὸς τὸν σύνδουλόν μου, κράτησον. εἰ ὀργίζομαι, ὀργίσθητι. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρῶ, μετρηθήτω μοι. εἰ ἐν ὑποκρίσει συγχωρῶ, ἐν ὑποκρίσει ἐλεηθῶ. ἐγὼ τὴν ψῆφον κατ᾽ ἐμαυτοῦ ποιοῦμαι, δέσποτα, ἤκουσα γὰρ τῆς φοβερᾶς σου φωνῆς τῆς λεγούσης· ὅτι ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. καὶ ἐὰν μὴ ἄφητε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀφήσει ὑμῖν. τούτων οὖν τῶν ἀψευδῶν σου φωνῶν ταῖς ἀποφάσεσι πισθεὶς ἀφῆκα καὶ συνεχώρισα τοῖς πταίσασιν εἰς ἐμὲ, ἄφες οὖν μοι, δέσποτα, ὡς ἀφῆκα κἀγὼ τοῖς ὁμοδούλοις.

Ταῦτα λέγωμεν τῷ χριστῷ καθ᾽ ἑκάστην ὥραν προσευχόμενοι καὶ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς φοβερᾶς καὶ φρικώδους συνάξεως παριστάμενοι, ὅπερ γινώσκων ὁ ἱερεὺς μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι τὴν θυσίαν ἐκείνην τὴν ἀναίμακτον ἀνυψοῖ τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, καὶ πᾶσιν αὐτὸν ὑποδεικνύει. εἶτα ἐκφωνεῖ ὁ διάκονος, καὶ λέγει. προσχῶμεν, ὅπερ ἐστὶ, προσέχετε ἑαυτοῖς ἀδελφοὶ, φησίν. ἰδοὺ πρὸ βραχέως συνέθεσθε λέγοντες. ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον τὰς καρδίας. καὶ πάλιν τὸ καθαρὸν καὶ ἀμνησίκακον ὁμολογοῦντες τῷ θεῷ, εἴπατε, ὅτι ἄφες ἡμῖν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, διὸ καὶ ἀλλήλους ἠσπάσασθε. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἄνθρωπός εἰμι κἀγὼ, ἀγνοῶν τὰς ἐνθυμήσεις ὑμῶν ἀποῤῥίπτω ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ τὸ κρίμα. οὐ γὰρ οἶδα τὶς ἄξιος ἢ ἀνάξιος τῆς τῶν μυστηρίων τούτων μεταλήψεως, καὶ διὰ τοῦτο προσφωνῶ, προσέχειν ὑμᾶς ἑαυτοῖς, καὶ ἐπιγινώσκειν τινὶ παρίστασθε.

Εἶτα ἐπάγει ὁ ἱερεὺς εὐθέως καὶ λέγει. τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, τὶ δέ φησιν, ὁρᾶτε, ἀγαπητοὶ, πῶς τῇ μεταλήψει τῶν θείων

hoc

SÆC. VI. ANNO 570. aut 680.

hoc ait? Videte, charissimi, quomodo ad communionem divinorum Mysteriorum accedatis: ne quis vestrum communicaturus accedens, audiat: *Noli me tangere. Discede à me qui operaris iniquitatem*, ac injuriarum memoriam retines. Procul abscede, qui non ignovisti fratri tuo. *Dimitte munus tuum ante altare, & vade prius, reconciliare fratri tuo, tumque veniens offeres munus tuum*, & eris dignus communione. Omne à te malitiæ cœnum abjice, tuncque veniens emundatorium accipe carbonem. Dic ad illum: Scio, Domine, multorum me peccatorum ac debitorum reum esse; at propter mandatum tuum ignovi fratribus meis, ut & ego, à te, Domine, veniam consequar. Hæc nobis ac similia, brevi illà exclamatione Sacerdos documenta tradit.

Joan. 20. *v.* 17. *Ps.* 6. *v.* 9.
Matth. 5. *v.* 24.
Isai. 6. *v.* 6.

Quocircà fratribus nostris ignoscámus, exque nobis ipsi omnem malitiam & improbitatem exterminemus, siquidem dignè eâ vocatione quâ sumus vocati, ambulare volumus. Ne dixeris: sæpius ignovi fratri meo, rursusque in me deliquit: nam illud ipsum tibi à Domino potest objici. Ne dixeris: ingentia damna mihi ille intulit: domui meæ insidias struxit: agrum meum sibi vendicavit: filium meum occidit: multis incommodis me affecit: in carcerem conjecit: in mortem tradidit; nec valeo malè commissorum gratiam facere, aut ei reconciliari. Ne, charissime, ne, rogo, in ea verba eruperis.* Quanta enim fratri tuo remiseris, tanta & majora remittet tibi Dominus. Imitare & tu Stephanum, primum illum Martyrem. Quid enim & ille dixit cùm lapidibus obrueretur? *Domine, ne statuas illis hoc peccatum.*

Eph. 4. *v.* 1.
Semper, quicquid in nos peccetur ignoscendum.
Act. 7. *v.* 59.

Imitare Jacobum fratrem Domini, de quo etiam [13] antiqui * Scriptores memoriæ prodiderunt, mortem oppetiisse orantem pro interfectoribus suis, atque dicentem: *Domine dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt.* Imitare ipsum Dominum, qui pro nostra salute

Jacobi fratris Domini oratio pro occisoribus.
* *Judaici.*

μυστηρίων προσέρχεσθε, μήτις ὑμῶν μεταλαβεῖν προσερχόμενος, ἀκούσῃ, μή μου ἅπτου, ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ ὁ ἐργαζόμενος ἀνομίαν καὶ μνησικακίαν. ἀπόστα μακρὰν ὁ μὴ συγχωρήσας τῷ ἀδελφῷ. ἄφες τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε πρῶτον, διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε, ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου, καὶ ἀξιοθήσῃ τῆς μεταλήψεως. ἀπόῤῥιψον πάντα βόρβορον κακίας ἀπό σου, καὶ τότε ἐλθὼν ὑπόδεξαι τὸν καθαρτήριον ἄνθρακα. εἰπὲ πρὸς αὐτόν. οἶδα δέσποτα, ὅτι πολλῶν ἁμαρτημάτων καὶ ὀφειλημάτων χρεώστης εἰμὶ, ἀλλὰ διὰ τὴν σὴν ἐντολὴν συνεχώρησα τοῖς ἐμοῖς ἀδελφοῖς, ἵνα κᾀγὼ τῆς παρὰ σοῦ συγχωρήσεως ἀξιωθῶ, δέσποτα. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ὑποτίθεται ἡμῖν ὁ ἱερεὺς διὰ τῆς μικρᾶς ἐκείνης ἐκφωνήσεως,

Διὸ συγχωρήσωμεν τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν, καὶ ἐξ ἑαυτῶν ἀποῤῥίψωμεν πᾶσαν κακίαν καὶ πονηρίαν, οἱ βουλόμενοι ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως, ἧς ἐκλήθημεν. μὴ εἴπῃς, πολλὰ συνεχώρησα τῷ ἀδελφῷ μου, καὶ πάλιν μοι ἥμαρτεν, ἐπεὶ καὶ σὺ τὸ αὐτὸ ἀκούσεις παρὰ τοῦ δεσπότου· μὴ εἴπῃς, μεγάλα μοι ὁ δεῖνα ἔπταισεν. τῷ οἴκῳ μου ἐπεβούλευσε, τὸν ἀγρόν μου ἰδιοποιήσατο, τὸν υἱόν μου ἀπέκτεινε, πολλὰ κακά μοι ἐνεδείξατο, εἰς δεσμωτήριον ἐνέβαλεν, εἰς θάνατόν με παρέδωκεν, καὶ οὐ δύναμαι τούτῳ συγχωρῆσαι, ἢ διαλλαγῆναι. μὴ, ἀγαπητὲ, μὴ λέγε οὕτως, παρακαλῶ. ὅσα γὰρ ἀφήσεις τῷ ἀδελφῷ σου, τοσαῦτα καὶ * πλείονα ἀφήσει σοι ὁ δεσπότης. μίμησαι καὶ σὺ Στέφανον ἐκεῖνον τὸν πρῶτον ἐν μάρτυσι· τί γὰρ ἐκεῖνος ἔλεγε λιθολευστούμενος; κύριε, μὴ στήσεις αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην.

* μείζονα.

Μίμησαι Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον, οὗ καὶ οἱ * παλαιοὶ λογογράφοι μέμνηνται εὐχόμενον ὑπὲρ τῶν ἀναιρούντων αὐτὸν, καὶ λέγοντα. κύριε, ἄφες αὐτοῖς. ὅτι οὐκ οἴδασι τί ποιοῦσι. μίμησαι αὐτὸν τὸν δεσπότην, τὸν διὰ τὴν * ἡμῶν σωτηρίαν θάνατον καταδε-

* Γαλιλαῖοι
* σύν.

[13]. *Antiqui Scriptores.* οἱ παλαιοὶ λογογράφοι· nempe Clemens Alexandrinus & Egesippus, quos ambos Eusebius refert l. 2. c. 22. multis Jacobi historiam ac martyrium prosequentes. Edita habent οἱ Γαλιλαῖοι, quod planè, vel si deesset Codex, statim appareret mendosum. Quinam enim illi Galilæi Scriptores, à quibus Anastasius hoc scriptum acceperit? cùm præsertim Judæi non solerent sic nominari, quod Interpres eam vocem reddidit: nec Christiani, nisi per contemptum, & ab adversariis. Simplicior est Anastasius, quàm ut captet tales verborum fumos. Josephus, refert quidem Jacobi mortem l. 20. c. 8. ac lapidationem, veriùs fortè, ut succinctiùs, quàm duo illi ab Eusebio relati, sed nihil meminit illius ad Deum Jacobi precationis, pro iis qui ipsum necarunt: cujus ut silentium non officit narratæ historiæ à Christianis historicis, sic nec potuit Anastasium movere, ut scriptam asseruerit à Galilæis, vel Judæis, ut Interpres reddit, cùm maximè Josephus, Hieronymo teste, non Galilæus, sed Hierosolymita, sacerdotali ortus genere fuerit. Præter Josephum, quærendi nostro Interpreti, alii earum rerum Scriptores Judæi.

SÆC. VI. ANNO 570. aut 680.

lute suscepit mortem: utque te in ligno frater tuus velit suspendere; clama tu Domino, ac dicito: Dimitte ei ejus peccatum. Vide eum, qui decem millium talentorum debitor erat. Cùm autem audis, decem millia talenta, peccatorum intellige onera. Iste, ubi ad pedes Domini accidit; ubi egit pœnitentiam; ubi obsecravit, omnium illorum veniam obtinuit. At ubi injuriæ memor, conservo suo ignoscere renuit, nullam amplius veniam impetravit; sed sempiternis suppliciis traditus est. Fuitque potentior injuriarum memoria ac simultas ad eum perdendum, quàm tanta illa pondera decem millium talentorum.

Matth. 18. v. 24.

Sola injuriarum memoria ac simultas, omnibus aliis peccatis fortior ad ruinam.

Quocirca fugiamus, oro, nefarium hoc peccatum, ac veniam non habens. Ac si scire cupis injuriarum memoriam ac simultatem omne aliud peccatum malitià vincere; paucis docebo. Omne peccatum ad breve tempus peragitur, ac citò consummatur. Verbi gratià: Fornicatur quis; patratoque flagitio seipsum condemnans, ad pœnitentiam venit. Patrat quis homicidium; tumque sceleris immanitatem in animum revocans, culpam agnoscit. At simultas, indesinenter sub pectore fervet & gliscit. Qui enim eà laborat ægritudine, sive à somno surgat, sive lecto cubet, sive oret, sive iter faciat, irrequietum ac perpetuum venenum in suo pectore habet: ut proinde hoc mancipatus vitio, nec divinà gratià potiatur, nec delictorum remissionem consequatur. Ubi enim simultas radices egit, illic nihil juvat; non jejunium, non preces, non lacrymæ, non confessio, non oratio, non virginitas, non eleemosyna, non aliud quicquam boni. Omnia enim simultas in fratrem pessundat ac destruit.

Ut præstet malitià.

Ubi simultas, nullà virtus juvat.

Sed & illud diligenter observandum. Non enim dixit: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quòd aliquid habeas adversus fratrem tuum, vade, reconciliare fratri tuo; & tunc veniens offeres munus tuum: sed, *Si offers munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te: vade reconciliare.* Cùm ergo fratrum cuique malitiam ac improbitatem curare incumbat, quam nobis veniam pollicemur, qui nedum hoc facimus, verùm etiam simultates in fratres exercemus, malumque serpentis venenum in nobis abscondimus.

Ipse frater placandus nedum nos ipsi.

Matth. 5. v. 23.

ξάμενον, καὶ εἰ ἐπὶ ξύλου σε θελήσει ὁ ἀδελφός σου ἀναρτῆσαι, * συμβόησον τῷ δεσπότῃ, καὶ εἰπέ. ἄφες αὐτῷ τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ ταύτην. ὅρα τὸν τὰ μυρία τάλαντα τῷ δεσπότῃ χρεωστοῦντα. μυρία δὲ τάλαντα ἀκούων, φορτία ἁμαρτημάτων νόησον. οὗτος ἐπειδὴ προσέπεσε τῷ δεσπότῃ, ἐπειδὴ * μετενόησεν, ἐπειδὴ δυσώπησεν, ἐπὶ πᾶσιν ἐκείνοις συγχωρήσεως ἔτυχε. μνησικακήσας δὲ, καὶ μὴ συγχωρήσας τῷ συνδούλῳ αὐτοῦ, οὐκ ἔτι ἀνέσεως ἔτυχεν, ἀλλ' αἰωνίᾳ παρεδόθη γεέννῃ, καὶ ἴσχυσεν ἡ μνησικακία μόνη ἀπολέσαι αὐτὸν, ὑπὲρ πάντα ἐκεῖνα τὰ βαρέα τῶν μυρίων ταλάντων ἁμαρτήματα.

* συμβόησον.

* παρεκάλεσεν.

Διὸ παρακαλῶ, φύγωμεν τὸ πονηρὸν τοῦτο καὶ ἀσυγχώρητον ἁμάρτημα, καὶ εἰ βούλει μαθεῖν, ὅτι ὑπὲρ πᾶσαν ἄλλην ἁμαρτίαν χεῖρον ὑπάρχει ἡ * μνησικακία, ἄκουσον· πᾶσα ἁμαρτία πρὸς βραχὺ μὲν ἐπιτελεῖται, ταχέως δὲ καὶ τελειοῦται, οἷον πορνεύει τίς, καὶ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἑαυτοῦ καταγνοὺς, εἰς μετάνοιαν ἔρχεται. φονεύει τίς. καὶ μετὰ τοῦτο τὸ μέγεθος τοῦ ἁμαρτήματος ἐννοήσας, πρὸς ἐπίγνωσιν μεταβαίνει· ἡ μνησικακία δὲ ἄπαυστον ἔχει τὸ πάθος φλεγμαῖνον. καὶ γὰρ καὶ ἀνιστάμενος καὶ κοιταζόμενος, καὶ προσευχόμενος, καὶ ὁδοιπορῶν, ἄπαυστον καὶ ἀδιάλειπτον κέκτηται τὸν ἰὸν ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ ὁ τούτῳ τῷ πάθει κατεχόμενος. ὥστε τὸν τούτῳ δεδουλωμένον μήτε χάριτος θεοῦ ἀπολαύειν, μήτε ἀφέσεως ἁμαρτημάτων ἀξιοῦσθαι. ὅπου γὰρ μνησικακία πεφυτευμένη, ἐκεῖ οὐδὲν ὠφελεῖ, οὐ νηστεία, οὐ προσευχή, οὐ δάκρυα. οὐκ ἐξομολόγησις, οὐ δέησις, οὐ παρθενία, οὐκ ἐλεημοσύνη, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἀγαθόν. πάντα γὰρ καταλύει ἡ μνησικακία ἡ πρὸς τὸν ἀδελφόν.

* τῆς μνησικακίας σκέψις.

Προσέχωμεν δὲ κἀκείνῳ μετὰ ἀκριβείας. οὐ γὰρ εἶπεν· ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ἔχεις τι κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου. ἀλλὰ, μνησθῇς ὅτι ἔχει τί κατὰ σοῦ ὁ ἀδελφός σου. ὕπαγε πρῶτον, διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου· εἰ οὖν τὴν κακίαν καὶ πονηρίαν τοῦ ἀδελφοῦ * ὀφείλομεν θεραπεύειν, ποίαν συγγνώμην ἔχομεν ἡμεῖς, οὐ μόνον τοῦτο μὴ ποιοῦντες, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν μνησικακοῦντες, καὶ τὸν πονηρὸν ἰὸν τοῦ ὄφεως ἐν ἑαυτοῖς ἀποκρύπτοντες.

* χρεωστοῦμεν.

Mul-

Multos sæpe audio dicentes! Heu mihi: quo pacto valeam consequi salutem? Jejunare non valeo: vigilare nescio: non possum celebs vivere: durius est, quàm ut feram, à sæculo recedere. Quomodo obtineam salutem? Quomodo? Tibi ego ostendam. *Dimitte*, *& dimittetur* tibi: ignosce, & tibi ignoscetur. En brevis & expedita ad salutem via. Quin & aliam tibi monstrabo. Quam verò? *Nolite*, inquit, *judicare*, *& non indicabimini.* Ecce & alia via, absque jejunio, & vigiliis, & labore.

Mat. 11. v. 25.

Matth. 7. v. 1.

Ne itaque fratrem judices, vel si tuis ipse oculis peccantem aspexeris. Unus enim est Judex ac Dominus, *qui reddet unicuique secundum opera ejus:* unaque judicii dies, in qua adstabimus [14] *manifesti*, secundum merita nostrarum actionum [ac] Dei misericordiam accepturi. *Non enim Pater judicat quemquam: sed omne judicium dedit Filio.* Qui igitur judicat ante Christi adventum, is Antichristus est, qui sibi Christi officium usurpat. Ne ergo, quæso, judicemus fratres, quò ipsi veniam impetremus. Tu fortassis peccantem vides: at nescis, quo fine vitam hanc sit terminaturus. Latro ille cum Christo crucifixus, homicida erat: at Judas, Apostolus & discipulus erat, unusque ex veris ac germanis discipulis. Cæterùm intra exiguum temporis spatium mutatio accidit: Latro in regnum ingressus est: Discipulus in interitum ruit. Verùm esto; Frater peccator sit: unde cæteras ejus actiones compertas habes? Nam multi crebrò reperiuntur, qui cùm palam peccassent, magnam in occulto pœnitentiam egerunt. Et nos quidem peccantes novimus; nescimus verò eorum conversionem ac pœnitentiam; ac à nobis quidem judicantur velut pec-

Rom. 2. v. 6.

Hebr. 4. v. 13.

Joan. 5. v. 22.

Judicans fratrem ante diem Christi, Antichristus est.

Incertus ad modum animarum status.

τες; πολλῶν ἀκούω πολλάκις λεγόντων. οἴ μοι, πῶς ἔχω σωθῆναι. νηστεύειν οὐκ ἰσχύω, ἀγρυπνεῖν οὐκ ἐπίσταμαι, παρθενεύειν οὐ δύναμαι, κόσμου ἀναχωρῆσαι οὐ φέρω, πῶς λοιπὸν δύναμαι σωθῆναι; πῶς; ἐγώ σοι λέγω· ἄφες, καὶ ἀφεθήσεταί σοι, συγχώρησον, καὶ συγχωρηθήσεταί σοι· ἰδοὺ μία ὁδὸς σύντομος πρὸς σωτηρίαν. ὑποδείξω σοι οὖν καὶ δευτέραν. ποίαν; μὴ κρίνετε, φησὶ, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε. ἰδοὺ καὶ ἄλλη, χωρὶς νηστείας, καὶ ἀγρυπνίας, καὶ κόπου.

Μὴ τοίνυν κρίνῃς τὸν ἀδελφὸν, εἰ καὶ ἰδίοις ὀφθαλμοῖς ἴδῃς αὐτὸν ἁμαρτάνοντα. εἷς γάρ ἐστιν ὁ κριτὴς καὶ δεσπότης, ὃς καὶ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ μία ἡμέρα τῆς κρίσεως, ἐν ᾗ παραστησόμεθα τετραχηλισμένοι κατὰ τὰς πράξεις ἡμῶν, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ ἔλεον λαμβάνοντες. οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα. ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ. ὁ οὖν κρίνων πρὸ τῆς τοῦ χριστοῦ παρουσίας, ἀντίχριστός ἐστιν, ὅτι τὸ ἀξίωμα τοῦ χριστοῦ ἁρπάζει. μὴ τοίνυν κρίνωμεν τοὺς ἀδελφοὺς, παρακαλῶ, ἵνα συγχωρήσεως ἀξιωθῶμεν· σὺ μὲν γὰρ ἴσως ὁρᾷς αὐτὸν ἁμαρτάνοντα, οὐκ οἶδας δὲ ποίῳ τέλει τὸν βίον παρέλθοι. ὁ λῃστὴς ἐκεῖνος ὁ τῷ Ἰησοῦ συσταυρωθεὶς, φονεὺς ἦν καὶ ἀνθρωποκτόνος. ὁ δὲ Ἰούδας ἀπόστολος καὶ μαθητὴς τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τῶν γνησίων μαθητῶν· καὶ ἐν ὀλίγῳ καιρῷ ἡ ἐναλλαγὴ γέγονεν· ὁ λῃστὴς εἰς βασιλείαν, ὁ δὲ μαθητὴς εἰς ἀπώλειαν. πλὴν ἔστω, ὅτι καὶ ἁμαρτωλός ἐστιν ὁ ἀδελφὸς, πόθεν γινώσκεις τὰς λοιπὰς αὐτοῦ πράξεις. καὶ γὰρ πολλοὶ πολλάκις ἁμαρτήσαντες φανερῶς, μετενόησαν μεγάλα κρυπτῶς; καὶ ἡμεῖς μὲν ἁμαρτάνοντας αὐτοὺς εἴδομεν, τὴν δὲ μετάνοιαν καὶ ἐπιστροφὴν αὐτῶν οὐκ ἔγνωμεν, καὶ παρ᾽ ἡμῖν μὲν ὡς ἁμαρτωλοὶ κρί-

14. *Manifesti.* τετραχηλισμένοι· Dictio est Pauli, per metaphoram ab iis, quos resupinatos, ac adversâ facie intuemur. Malè Interpres cum sequentibus jungit τετραχηλισμ. κατὰ τὰς πράξεις ἡμῶν· ita reddens: *cunctis actionibus nostris patefactis*; cùm illa palam respicipiant participium λαμβάνοντες· dicatque auctor, recepturos nos pro meritis operum, juxta quod ait Paulus 2. Cor. 5. *ut referat unusquisque propria corporis prout gessit*, &c. & Rom. 2. v. 6. *Qui reddet unicuique secundum opera ejus*: quæ verba proximè retulerat. Putem verò sequentem copulativam redundare, quàm ideò uncis clausi: velitque Anastasius ita nobis fore Deum in die illâ misericordem, dum tamen dignos nos ejus misericordiâ ex ante acta vita reddiderimus. quæ est ipsa Pauli sententia, inculcantis districtionem ejus judicii, quo nihil novæ gratiæ sit sperandum, sed sola retributio operum: quæ quidem bona, ut Dei donum ac gratia, nostra tamen sunt opera. *Combefis.*

Ibid. Vox est a victimarum ritibus desumpta, illæ enim resupinæ sternebantur, ut earum exta facilius inspici possent. sic *resupini* coram Deo erimus, ut peccatorum acta & motus facilius dignoscat, omnia enim aperta sunt omnipotentis oculis. Mutanda igitur non fuit punctuatio, ut fecit Combefisius, qui sententiam hujus loci penitus immutavit. 1°. apertus est sensus: Manifesti sumus Deo secundum *actiones nostras*, quas perscrutatur & judicat, ut aruspex victimarum præcordia, ut inde omen educeret. 2°. inde sequitur homines non esse manifestos *secundum actionum merita* ac Dei misericordiam recepturos; quippe divina misericordia non conciliatur cum meritis actionum, nec ulla *meritorum* hic apparent vestigia, nisi in versione latina. Sic igitur legendus & interpretandus hic locus: *manifestabimur secundum actiones nostras & misericordiam obtinebimus*, nam in die Judicii in lucem protrahentur omnia mortalium peccata, deinde misericordia pœnitentibus opem feret, & salvabuntur. Hoc voluit Anastasius, quod S. scripturæ consentaneum est. BASN.

Sæc. VI. Anno 570. aut 680.

peccatores; apud Deum autem justificati sunt.

I. Cor. 4. v. 5.

Quocircà rogo, ut ne injuriarum memoriam retineamus, neve judicemus quemquam, *quoadusque venerit* justus Judex, *qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Ante omnia autem, cave, [15] ne Sacerdotem judices de occultis illis ac incertis, quorum eum reum agi audieris. Ne dixeris: peccator est qui offert; reus est; indignus est; non adventat Spiritus S. gratia. Nihil ejusmodi in animum induxeris: Alius est occultorum judex ac examinator. Hoc in te agnosce, esse quemlibet te sublimiorem, justoque Judici judicium permitte. Sit Sacerdos, qui circa divina dogmata non aberret: cæterorum tu noli esse judex: siquidem ex mentis potestate non abiisti, modulumque tuum ac officium agnoscis. Quid ergo, dicat aliquis? An non judicio ac Ecclesiasticis Canonibus subjectus est Sacerdos? Immò vel maximè. At ille non à te examinatur aut judicabitur, sed à Deo: ac sæpe etiam à majore Antistite. Cur tu, cùm ovis sis, pastorem judicas? Cur Pharisæorum more, Deo proprias arripis judicandi partes, [16] ac Sacerdotalis ordinis munus quod tibi minimè commissum, aut à Deo concreditum fuit.

Non judicandus Sacerdos à subditis.

Ut solum à fide deviet, ab iis indicari potest.

Propterea obsecro, ne quemquam judicetis: maximè verò ne Dei Sacerdotem: sed cum fide, vividàque ac intentâ pœnitentiâ, & conscientiâ purâ, ad divina Mysteria accedas, omninoque sanctificationem consequêris. Nam alioqui, tametsi Dei Angelus sit, qui incruentum sacrificium offert, tu autem indignè accedas,

Nihil prodest ministri sanctitas, si indigni sumus.

νονται, παρὰ δὲ Θεῷ δεδικαιωμένοι τυγχάνυσι.

Διὸ παρακαλῶ, μὴ μνησικακῶμεν, μηδὲ κρίνωμεν μηδένα ἄνθρωπον, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ δίκαιος κριτὴς, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότυς, καὶ φανερώσει τὰς βυλὰς τῶν καρδιῶν. ἐξαιρέτως δὲ, μηδὲ ἱερέα Θεοῦ περὶ κρυπτῶν καὶ ἀδήλων πραγμάτων, ὧν εἰς αὐτὸν ἤκυσας, ἀνάκρινε. μὴ εἴπῃς ἁμαρτωλός ἐστιν ὁ προσφέρων. καταδεδικασμένος ἐστὶν, ἀνάξιός ἐστι, οὐκ ἐπιφοιτᾷ ἡ χάρις τοῦ παναγίυ πνεύματος. μηδὲν τοιοῦτον ἐννοήσῃς. ἄλλος ἐστὶν ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης καὶ ἐξεταστὴς, ἐπίγνωθι σαυτὸν, ὅτι συ πᾶς ὑψηλότερος, καὶ παραχώρησον τῷ δικαίῳ κριτῇ τὴν κρίσιν· ἔστω δὲ ὁ ἱερεὺς εἰς τὰ περὶ Θεοῦ μὴ σφαλλόμενος δόγματα. τῶν δὲ λοιπῶν οὐκ εἶ σὺ δικαστὴς, εἰ ἄρα οὐκ ἐξέστης ἑαυτοῦ. ἀλλ᾽ ἐπιγινώσκεις τὸ οἰκεῖον μέτρον τε καὶ ἀξίωμα. τί οὖν φησιν; οὐχ ὑπόκειται ἀνακρίσει καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς κανόσιν ἀρχιερεύς; ναί φημι. ἀλλ᾽ οὐ διὰ σοῦ οὗτος ἐξετασθήσεται ἢ ἀνακριθήσεται, ἀλλ᾽ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἢ καὶ πολλάκις καὶ ὑπὸ τοῦ μείζονος ἀρχιερέως. σὺ δὲ τί τὸν ποιμένα ἀνακρίνεις πρόβατον ὑπάρχων; τί ἁρπάζεις φαρισαϊκῶς τὸ τοῦ Θεοῦ κριτήριον, καὶ τὸ ἱερὸν ἀξίωμα, ὅπερ σοι οὐκ ἐνεχειρίσθη, οὐδὲ ὑπὸ Θεοῦ πεπίστευται;

Διὸ παρακαλῶ, μὴ κρίνετε τινὰ, ἐξαιρέτως δὲ ἱερέα Θεοῦ. ἀλλὰ μετὰ πίστεως πρόσελθε, καὶ μετανοίας ἐμπράκτυ, καὶ συνειδότος καθαροῦ τοῖς θείοις μυστηρίοις, καὶ τοῦ ἁγιασμοῦ ἐπιτεύξεις πάντως. ἐπὶ κἂν ἄγγελος Θεοῦ ἐστιν ὁ προσφέρων τὴν ἀναίμακτον θυσίαν, σὺ δὲ ἀναξίως προσέρχῃ,

15. *Ne Sacerdotem judices.* ἐξαιρέτως δὲ μηδὲ ἱερέα ἀνάκρινε· Minorem Sacerdotem ac Episcopo subjectum intelligo, ejusque judicio stantem, nec rarò ab eo puniendum, ubi inventus sit esse scandalo subjectæ plebi: nec benè puto postmodum editis mutari ἱερέα in ἀρχιερέα· ὐχ ὑπόκειται ἀνακρίσει καὶ ἐκκλησιαστικοῖς κανόσιν ἀρχιερεύς; *nonne subjectus est Judicio ac Ecclesiasticis regulis Pontifex?* MS. ἱερεύς· quod & reddit Interpres: *Sacerdos.* Sic supra ubi de ministro sacris operante, quem ubique Anastasius Sacerdotem, ἱερέα, dixerat, edita item: τῦ ἀρχιερέως ὑπὲρ σῦ ἐξιλεοῦντος· MS. ἱερέως· *Sacerdote Deum tibi conciliante*: quod ejus ut talis proprium munus est, nihil eâ parte minus habentis Episcopo. Is ergo, Sacerdos, ὑπὸ τῦ μείζονος ἀρχιερέως ἐξετάζεται καὶ κρίνεται· *ab Episcopo, qui est major, in judicium cogitur ac judicatur.* At Episcopus, non ab uno majori, sed à Concilio, vel provinciali, vel plenario ac generali, judicari solet: atque etiam relatâ causâ ad Romanum Pontificem, cùm de eo abdicando agitur, tanquam ea inter majôres meritò censenda sit: in quâ nec Aphri olim appellationes ultramarinas graviores habuere. *Combefis.*

16. *Ac Sacerdotalis ordinis munus.* τὸ ἱερατικὸν ἀξίωμα· ut Dei tantùm, ac Sacerdotum, sint Clericorum judicia, quibus eorum castigantur mores: sive alioqui illa immunitas divino jure illis competat, sive tantùm humano, & quia Principes consenserint, exemplo Constantini, ut sibi ipsa Ecclesia jus diceret: sic planè decoro exigente, ac ne ovis pastorem judicaret, quàm hîc rationem urget Anastasius. Quod ait de judicio fidei, ac permittere videtur subditis, sic accipio, ut in iis quæ antiquâ fide tenentur, suntque perspicua Ecclesiæ doctrina, si qua oves videant novantem pastorem, ab eo statim tanquam lupo resiliant, eique anathema dicant, quisquis tandem ille pastor sit, aut videatur esse, cùm Paulus eo casu, vel Angelo de cœlo, ut ille sic posset habere, anathema dictum velit. Gal. 1. v. 8. quo Pauli spiritu, ejus ac Petri φυτεία Romana Ecclesia, eo in Liberium Arianizantem, seu visum Arianizare, zelo efferbuit, quem Baronius in eo describit, nosque ex eo perstrinximus, in tractatu de Actis 6. Synodi. Edita sensum nullum potuerunt exhibere interpreti, unde nec reddidit: cùm nostra hæc adeò illustria sint, ac sensu plena, sic ut ex Regio repræsentamus, restituta. *Combefis.*

das, nequaquam te Angelus à peccatis expiabit. Idque verum esse, testatur ipse Judas. Hic enim, cùm ex ipsis immaculatis Domini manibus Panem accepisset, qui tamen indignè acceperat, statim introivit in eum satanas.

Pulchra Monachi animam agentis historia.

Et si lubet narrationem quandam audire, quâ palam fiat, ut neminem judicare, immunem à peccatis faciat; ac contrà, judicare, peccata congerat, audite. Adhuc enim, teste Christo ac Domino, in carne agunt, qui hominem viderunt. Vir quidam professione Monachus, cùm vitam summâ negligentiâ ac desidiâ exegisset, in lethalem morbum incidit: cumque ad extremum usque spiritum pocessisset, mortem nequaquam exhorruit: sed summa cum gratiarum actione ac alacritate, leniusque ridens, ex corpore excedebat. Quidam igitur ex assidentium Patrum numero; (Quippe sic moris erat in eo monasterio, ut cùm quis ad vitæ extrema devenisset, ei fratres omnes monasterii unà cum pastore ac præposito assiderent, ac agentem animam, donec illa migrasset à corpore, adspectarent:) eum interrogavit, dicens: *Frater, crede,* nos *prout videbamus, existimabamus, te vitam tuam multâ negligentiâ ac socordiâ traduxisse: unde ergo tibi tantum securitatis, ac suavis ille risus hac horâ accesserit, ignoramus. Verùm Domini Jesu Christi potentiâ roboratus, surgens narra nobis, quò omnes Dei magnalia intelligamus.* Ad hæc frater dicto audiens ac exsurgens, ait: *Planè, honorandi Patres, vitam meam omni revera negligentia traduxi, nuncque ipsa hac hora attulerunt ad me Angeli Dei chirographum meorum peccatorum, ac legentes peccata quæ commisissem, ab eo tempore quo nuntium sæculo remisissem, ita ex me percontati sunt: Agnoscis hæc? Respondi ego: Maximè: Novi illa optimè: Ex quo tamen, aio, sic remisi nuntium, ac professus sum Monachum, neque aliquem judicavi, neque injuriarum memor fui: ac rogo, in me quoque servari sermonem Christi: Dixit enim:* Nolite judicare, ut non judicemini; *Et,* Dimitte & dimittetur vobis: *cumque hæc dixissem ad Angelos, è vestigio discerptum est peccatorum meorum chirographum. Et ecce omni curâ solutus, ac plenus gaudio, quod parva illa mandata servaverim, ad Dominum abeo.* Utque frater illa Patri-

Sancta consuetudo, ut omnes fratres assint fratri agenti animam: quæ etiamnum obtinet apud meos Prædicatores.

Matth. 7. v. 1.

οὐδαμῶς σε ὁ ἄγγελος ἁμαρτημάτων καθαρίσει. καὶ ὅτι τὸ λεγόμενον ἀληθὲς, αὐτὸς ὁ Ἰούδας μαρτυρεῖ. οὗτος γὰρ ἐξ αὐτῶν τῶν ἀχράντων χειρῶν τοῦ δεσπότου τὸν θεῖον ἄρτον δεξάμενος, ἐπειδὴ ἀναξίως τοῦτον ἐδέξατο, εὐθέως εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν ὁ σατανᾶς.

Σæc. VI. Anno 570. aut 580.

Καὶ εἰ βούλεσθέ τινος διηγήματος ἀκοῦσαι, ὅτι τὸ μὴ κρῖναί τινα τῶν ἁμαρτημάτων ἐλευθεροῖ, καὶ πάλιν τὸ κρῖναι τὰ ἁμαρτήματα * συνάγει, ἀκούσατε. ἔτι γὰρ, μαρτυροῦντος τοῦ χριστοῦ καὶ δεσπότου, ἐν σαρκὶ ζῶσιν οἱ τοῦτον θεασάμενοι. ἀνήρ τις τῶν ἐν τῷ μοναχικῷ σχήματι ἐμπρεπόντων, ἐν ἀμελείᾳ πάσῃ καὶ ῥαθυμίᾳ τὸν ἑαυτοῦ βίον διατελέσας, ἠσθένησε τὴν πρὸς θάνατον αὐτοῦ ἀῤῥωστίαν, καὶ ἐλθόντος αὐτοῦ εἰς τὰς ἐσχάτας ἀναπνοὰς, οὐδαμῶς τὸν ἑαυτοῦ θάνατον ἐφοβήθη, ἀλλὰ μετὰ πάσης εὐχαριστίας καὶ προθυμίας καὶ μειδιάσματος τοῦ σώματος αὐτοῦ ἐχωρίζετο. εἷς οὖν τῶν συγκαθεζομένων αὐτῷ θεοφιλεστάτων πατέρων· (εἴθιστο γὰρ τοῦτο παρὰ τῇ αὐτῇ μονῇ, ὁπόταν τὶς εἰς τὰ τέλη τοῦ βίου κατήντα, παρεκάθηντο αὐτῷ πάντες οἱ τῆς μονῆς ἀδελφοὶ μετὰ τοῦ ποιμένος αὐτῶν, καὶ ἔβλεπον τὸν ψυχοῤῥαγοῦντα ἀδελφὸν, ἕως τῆς ψυχῆς ὁ χωρισμὸς ἐκ τοῦ σώματος ἐγεγόνει) ἠρώτησεν αὐτὸν λέγων, ἀδελφὲ, πίστευσον, ὡς ἡμεῖς ἐθεωροῦμεν, ἐνομίζομεν, ὅτι ἐν πάσῃ ῥαθυμίᾳ καὶ ἀμελείᾳ τὴν σεαυτοῦ ζωὴν διήνυσας, καὶ πόθεν σοι ἡ τοιαύτη ἀμεριμνία κατὰ τὴν ὥραν ταύτην, καὶ ὁ γλυκὺς μειδιασμὸς, οὐκ οἴδαμεν. ὅμως τῇ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ δυναμούμενος ἰσχύει, ἀναστὰς διήγησαι ἡμῖν, ἵνα γνῶμεν πάντες τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ. πρὸς ταῦτα ὁ ἀδελφὸς ὑπακούσας καὶ διαναστὰς εἶπεν. ὄντως, τίμιοι πατέρες, ἀληθῶς ἐν πάσῃ ῥαθυμίᾳ τὸν ἐμαυτοῦ βίον * διήνυσα, καὶ νῦν ἤγαγον τὸ χειρόγραφον τῶν ἐμῶν ἁμαρτιῶν οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ πρὸς μὲ τῇ ὥρᾳ ταύτῃ, καὶ ὑποναγνώσαντες τὰ ἁμαρτήματα. ἅπερ ἔπραξα ἀφ' οὗ ἀπεταξάμην, εἶπον πρὸς μέ. γνωρίζεις ταῦτα; καὶ εἶπον· ναὶ, ἀκριβῶς ἐπίσταμαι αὐτά. ἀλλ' ὅμως ἀφ' οὗ ἀπεταξάμην καὶ γέγονα μοναχὸς, οὔτε ἔκρινά τινα τῶν ἀνθρώπων. οὔτε ἐμνησικάκησα. καὶ παρακαλῶ φυλαχθῆναι καὶ ἐπ' ἐμοὶ τὸν λόγον τοῦ χριστοῦ. εἶπε γὰρ, μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε. καὶ ἄφετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν·

* ἐπισωρεύζει.

* διετέλεσα.

bus

SÆC. VI. ANNO 570. aut 680.

bus expoſuiſſet, ſpiritum Domino in pace tradidit: utilitatem omnem ac ædificationem præſentibus exemplo relinquens: cujus nos utilitatis & ædificationis ac partis, eâ, fratres, ratione, futuri ſimus participes, ſi modò ab omni ſiniſtro judicio ac ſimultate immunes nos ipſos ſervaverimus. Quippe, cùm Deus noſter clemens ſit ac benignus, noſtræque ſalutis curam gerat, plures nobis aperuit vias, ut vel pauca ac exigua ſervantes, magna recipiamus. Nam quid, rogo, iſtis mandatis facilius? Habent nihilominus illa magnam ſalutem, quam nos quoque, Domini noſtri Jeſu Chriſti virtute, enitamur aſſequi; quò & ejus bona obtinere mereamur: Quippe quem deceat gloria, unà cum Patre principii experte, ac vivifico Spiritu, in ſæcula: Amen.

καὶ ὡς ταῦτα εἶπον πρὸς τοὺς ἀγγέλȣς, ἐσχίσθη εὐθέως τὸ χειρόγραφον τῶν ἁμαρτιῶν μȣ, καὶ ἰδοὺ μετὰ πάσης χαρᾶς καὶ ἀμεριμνίας διὰ τῶν μικρῶν τούτων ἐντολῶν ἀπέρχομαι πρὸς τὸν κύριον. καὶ ὡς ταῦτα ὁ ἀδελφὸς τοῖς πατράσι διηγήσατο, παρέδωκε τὸ πνεῦμα ἐν εἰρήνῃ. τῷ κυρίῳ, πᾶσαν ὠφέλειαν καὶ οἰκοδομὴν τοῖς παρεστῶσιν αὐτῷ ποιησάμενος. ἧς τινος ὠφελείας καὶ μερίδος ἐκ τοῦ φυλάττειν ἑαυτοὺς ἀτρώτȣς ἀπὸ πάσης κατακρίσεως καὶ μνησικακίας, καὶ ἡμεῖς * ἀδελφοὶ μετάσχωμεν· ἐπειδὴ φιλάνθρωπος ὢν ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ κηδόμενος τῆς σωτηρίας ἡμῶν, πολλὰς ὁδοὺς ἔτεμεν ἡμῖν. ἵνα κἂν ἐξ αὐτῶν μικρὰ φυλάξαντες, μεγάλα ἀπολάβωμεν. τί γὰρ, εἰπέ μοι, εὐκολώτερον τὸν ἐντολῶν τούτων; ἀλλ' ὅμως μεγάλην ἔχει τὴν σωτηρίαν, ἧς ἀγωνισώμεθα καὶ ἡμεῖς τῇ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ δυνάμει, ἐπιτυχεῖν· ἵνα καταξιωθῶμεν καὶ τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν· ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, σὺν τῷ ἀνάρχῳ πατρὶ, καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.


* Edita Caniſii ſequentia ſic habent: ἀξιωθείημεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τȣ͂ παναγίȣ καὶ ἐλεήμονος θεȣ͂ ἡμῶν, ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξη, τιμὴ, καὶ προσκύνησις σὺν τῷ μονογενεῖ αὐτȣ͂ υἱῷ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ αὐτȣ͂ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

O R A T I O
S. PATRIS NOSTRI
A N A S T A S I I
Monachi Montis Sina.
I N S E X T U M P S A L M U M. (*a*)

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ

μοναχοῦ τοῦ Σινᾶ ὄρȣς, λόγος εἰς τὸν ἕκτον ψαλμόν.

Benedic Pater.

ONGRUAM admodum jejuniorum initio, ſinceræ pœnitentiæ materiam, Eccleſiæ uſui continet Pſalmo ſexto, ſancti Spiritûs adhortatio. In eo

εὐλόγησον πάτερ.

ΠΡέπȣσαν * τῆς τῶν νηστειῶν ἀρχῆς εἰλικρινοῦς μετανοίας ὑπόθεσιν τῇ ἐκκλησίᾳ περιέχει ἐν τῷ ἕκτῳ ψαλμῷ ἡ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίȣ

* Leg. τῇ τῶν ν. ἀρχῇ.

(*a*) Hanc orationem edidit bis Combeſiſius Auctarii Bibl. tomo primo p. 908. & 943. propterea quod Regii Codices, quibus uſus erat, ita variabant a noſtris, ut non modo diverſæ lectiones non poſſent ad marginem reponi

eo enim docemur, quo modo Deum placaturi simus. Habet enim verè pœnitentium nihil fictam humilitatem; confessionem; lacrymas; luctum; conversionem; gemitum; conscientiæ turbationem; infirmitatem; conceptam ab innumerabilibus peccatis contritionem; salutem ex Dei misericordiâ partam; nocturnam cum Deo assiduitatem; frequèns in lecto ac strato interdiu gestorum perceptum sensum, ac per eum veri Spiritûs sancti lacrymarum obtentu visitationem. Nec modo hæc, veræ pœnitentiæ certa argumenta, sed etiam inde provenientem remissionem, ac perfectam veniam, [2] insuperque increpationem, vimque orationis apud Deum, ac dæmonibus illatam per eam confusionem; hominis denique, in peccatis inveterati, salutem ac reformationem.

Sic porrò Psalmi inscriptio continet: *Psalmus Davidis, de Octava.* Octavam solèt vocare Scriptura vitam illam, quæ post septimam hujus sæculi subsequetur: quam & octavo die facta Circumcisio præsignificavit. Jam de Octava etiam ipse sapientissimus Salomon nos admonet, dicens: *Da partem septem, nec non octo.* quasi dicat: Sollicitus sis [3] in hac vita septimæ, boni illius millenarii futuræ vitæ ac manentis, id est, æternæ.

Quid titulus de Octavâ.

Eccl. 11. v. 2.

παραίνεσις. ἐν γὰρ τούτῳ τῷ ψαλμῷ διδασκόμεθα ποίῳ τρόπῳ τὸν Θεὸν ἐξιλεωσόμεθα. ἔχει γὰρ τὴν τῶν μετανοούντων ἀληθῶς ἀψευδῆ ταπείνωσιν, τὴν ἐξομολόγησιν, τὰ δάκρυα, τὸ πένθος, τὴν ἐπιστροφὴν, τὸν στεναγμὸν, τὴν τοῦ συνειδότος ταραχὴν, τὴν ἀσθένειαν. τὴν ἐξ ἀμυθήτων πλαισμάτων συντριβὴν, τὴν ἐξ ἐλέυς Θεοῦ σωτηρίαν, τὴν ἐν νυκτὶ πρὸς Θεὸν προσεδρείαν, τὴν ἐν τῇ κλίνῃ καὶ στρωμνῇ γινομένην πολλάκις (τῶν καθ' ἡμέραν πραττομένων) συναίσθησιν, καὶ τὴν δι' αὐτῆς τοῦ ἀληθοῦς πνεύματος τοῦ ἁγίυ διὰ δακρύων ἐπίσκεψιν. καὶ οὐ ταῦτα μόνον τῆς ἀληθοῦς μετανοίας τεκμήρια, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ τούτων προσγινομένην ἄφεσιν, καὶ τὴν τελείαν συγχώρησιν, καὶ τὴν πρὸς αὐτοῖς ἐπιτίμησιν, καὶ τὴν τῆς εὐχῆς παρὰ Θεοῦ ἰσχὺν, καὶ τὴν ἐκ ταύτης γινομένην τοῖς δαίμοσιν αἰσχύνην, καὶ τὴν τοῦ παλαιωθέντος ἀνθρώπυ ἐν ἁμαρτίαις σωτηρίαν καὶ ἀνάπλασιν.

Περιέχει δὲ ἡ ὀγδόη τοῦ ψαλμοῦ ἐπιγραφὴ οὕτω, ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, περὶ τῆς ὀγδόης. ὀγδόην ὀφείλει ἡ γραφὴ ὀνομάζειν τὴν κατὰ τὴν ἑβδόμην τοῦ παρόντος αἰῶνος ζωὴν καὶ διαγωγήν. ἣν προεμήνυσεν ἡ ὀκταήμερος περιτομή. περὶ τῆς ὀγδόης καὶ ὁ σοφὸς Σολομὼν ἡμᾶς νυθετεῖ λέγων. δὸς μερίδα τοῖς ἑπτὰ, καί γε τοῖς ὀκτώ. ὡσανεὶ λέγων, φρόντισον ἐν τῷ βίῳ τούτῳ τῆς ἑβδόμης χιλιοντάδος ἀγαθῆς τῆς μελλούσης καὶ

reponi; sed quia videtur Anastasius bis illum Psalmum enarrasse & prout postulabant circumstantiæ temporis, vel memoria suggerebat, verba vel etiam integra commata tum omisit tum mutavit; quod sæpius concionatoribus hodiernis evenire solet. Sic Tertullianus ipse Apologiam limatiorem edidit quàm antea sub alio titulo vulgaverat. BASN.

† Satis fore putaveram, ut ex Regio Codice novam ederem, ac margini, quæ nova ac diversa in editis occurrissent, adscriberem. Verùm factâ aliquâ collatione, sic plerisce locis diversa comperi ac immutata, ut visum sit impossibile eam inire rationem, ac necesse putaverim, id ipsum hîc præstare, ac Savilius præstitit in Chrysostomi homiliâ in proditionem Judæ; nempe, ut utramque editionem ederem; quòd præcipuè, quam repræsentat Regius Codex, longè præstet totâ phrasi ac judicio, sententiarumque connexione, datis in lucem à Canisio tom. 3. Interprete Philippo Suevenzellio, Societatis Jesu, minus planè accurato, ut sunt fere, siqui Belgæ reddendis Græcis manum admovere. Cùm ergo ejus retexam versionem, textusque editi menda, quæ devorat, nonnulla judicabo, ac emendabo, tum novam ex Regio Codice proferam. Nihil vetat suis usum Anastasium, semel & iterum hunc Psalmum enarrasse, proque auditorum ratione, vel ut suggerebat memoria, verba plurima, ipsaque tota commata, quà mutasse, quà omisisse. *Combefis.*

1. *Congrua admodum jejuniorum initio.* Indicat his verbis Anastasius hanc se homiliam habuisse initio Quadragesimæ, quod & Niceph. tradit lib. 18. histor. cap. 44. haud planè aliunde quàm ex isto exordio. Quid si alius pauculas has voces inseruit: is nimirum, qui hunc tractatum in librum homiliarum pro initio Quadragesimæ intulit? Regius Codex non agnoscit, sive istam enatrationem nedum initio Quadragesimæ, verùm etiam alio tempore peroraverit. *Combefis.*

2. *Insuperque increpationem.* καὶ τὴν πρὸς αὐτοῖς ἐπιτίμησιν. Respicit istud, versum 8. *Discedite à me omnes*, &c. quo significatur animi veniam consecuti justâ in dæmones, ac malos reliquos increpatio, ut priora ponantur, quæ sunt merita, posteriora autem, quæ sunt præmia. Male Interpres ac contra auctoris mentem: *sui ipsius reprehensionem:* tanquam hoc ad priora, ac veniam præcedentia spectaret, non veniæ ac remissionis peccatorum cumulo adjectum esset. In Regio deest. *Combefis.*

3. *In hac vita septima, boni illius millenarii.* Φρόντισον ἐν τῷ βίῳ τούτῳ τῆς ἑβδομης, χιλιοντάδος ἀγαθῆς. *Hac vitâ septima*; quam designat Septima, uti Octava designat futuram; nec non beatus ille Sanctorum cum Christo Millenarius Clara hæc, totaque Anastasii mens ac allusio ad Christi illud regnum mille annorum Apocal. 20. quod est ejus regnum æternum in sanctis ac cum sanctis, eorumque Octava. Nullo sensu reddiderat Interpres, aut planè absono: *Sollicitus in hac vitâ septimi millenarii boni esto de futura & permanentis æternæ vita.* Quære Lector quid hæc velint; mihi sanè sunt plusquam Arabica: nec ista habuit Codex Regius. Expositio hæc ejus loci Eccles. moralis est, nec ignota aliis Patribus. Literalis videtur, ut jubeat Salomon, seu per eum Spiritus sanctus, dare cuique indigenti juxta quod Dominus ait Luc. 6. *Omni petenti te tribue:* Sumpto numero determinato pro indeterminato, ut passim solet. Vidend. ibi Pineda, & alii. *Combefis.*

Sæc. VI. Anno 570. aut 680.

næ. Sed jam videamus ipsius Psalmi exordium.

Psal. 6. v. 2.

Domine ne in furore tuo arguas me. Mentis sese oculis Propheta, tanquam nudum ac resupinum ante terribile illud futurum tribunal constituens, ac ipsos Dominicos complexus pedes: velut aliquis fiduciam non habens, sed præ verecundia vultum demittens, nec audens aspicere, omnique excusatione, quâ sua peccata defendat, carens: nihil jam à Judice postulat; sed hoc tantùm profert: *Domine ne in furore tuo arguas me.*

Humilis animi contriti confessio.

Scio, Domine, nihil non grave ac horrendum manere me, cùm in conspectu Angelorum, & Archangelorum, omnisque creaturæ posito tribunali, inque terribili ac elevato solio tuo ad judicium præsidens, commissa à nobis peccata omnia manifestabis, ac reteges. Nec audeo, Domine, aut pro mea apud te gratia præsumo, integram plurimorum meorum peccatorum veniam abs te petere: nam major est mea iniquitas, quàm ut mihi condonari debeat: Quippe, [4] coram omnibus in te deliqui: supra modum omnem nomen sanctum tuum irritavi: Supra Prodigum prodigus ego, prodigè ac luxuriosè vixi: Supra eum qui decem talentorum millia debebat, debitor tibi factus sum: [5] Supra Publicanum, me malè hostis vectigalem fecit: Supra latronem, me ille homicida malè vulneravit ac cecîdit: Supra Meretricem, fornicarius ego, deficiens à Deo fornicatus sum: Supra Ninivem impœnitenti animo peccavi: Super Manassem *iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum:* & super Chananæam, *sicut onus grave gravatæ sunt; ac miser factus, curvatus sum usque in finem.* Nomen sanctum tuum irritavi: mandatis tuis

Luc. 15. v. 15. Matth 18. v. 24. Luc. 18. v. 10. Luc. 10. v. 30. Luc. 7. v. 37. Jon. 3. v. 4. 4. Reg. 21 v. 16. Psal. 37. v. 5. Matth. 15. v. 22.

μενούσης ζωῆς αἰωνίου. ἀλλ' ἴδωμεν αὐτοῦ τοῦ ψαλμοῦ τὸ προοίμιον.

Κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. ὄμμασι νοεροῖς ὁ προφήτης ὡσανεὶ καὶ τετραχιλισμένος πρὸς τὸ φοβερὸν ἐκεῖσε παρεστὼς δικαστήριον, καὶ αὐτῶν τῶν τοῦ κυρίου ποδῶν ἐφαπτόμενος ὡς οἷά τις ἀπαῤῥησίαστος καὶ κατηφὴς καὶ ἀπρόσωπος ὑπάρχων, καὶ μηδεμίαν ἀπολογίαν ὑπὲρ τῶν ἰδίων πλημμελημάτων εὐπορῶν, οὐδὲν λοιπόν. μετὰ τὸν δικαστὴν ἐξαιτεῖ, ἀλλ' ἢ τοῦτο λέγων κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. οἶδα δέσποτα ὅτι πᾶν δεινὸν καὶ φρικτὸν ἀναμένει με, ὅτε συστήσασθαι μέλλεις δικαστήριον ἐνώπιον ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων † προκαθήμενος, καὶ πάντων τῶν πεπραγμένων ἡμῖν ἁμαρτημάτων φανέρωσιν, καὶ ἀποκάλυψιν ποιούμενος· καὶ οὐ τολμῶ, οὐδὲ εὐπροσωπῶ τελείαν τὴν συγχώρησιν τῶν πολλῶν μου ἁμαρτιῶν παρὰ σοῦ αἰτήσασθαι δέσποτα, ὅτι μείζων ἡ ἁμαρτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με· ὅτι * ἐνώπιον παντὸς ἀνθρώπου εἰς σὲ ἐπλημμέλησα· ὅτι ὑπὲρ μέτρον τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον παρώξυνα: ὅτι ὑπὲρ τὸν ἄσωτον ἐγὼ ὁ ἄσωτος ἐβίωσα. ὅτι ὑπὲρ τὸν τὰ μύρια τάλαντά σοι χρεωστοῦντα χρεωφειλέτης σοι γέγονα. ὑπὲρ τὸν τελώνην ὁ ἐχθρὸς κακῶς με ἐτελώνησεν ὑπὲρ τὸν λῃστὴν ὁ φονοκτόνος ἐμὲ κακῶς ἐθανάτωσεν. ὑπὲρ τὴν πόρνην ἐγὼ ὁ φιλόπορνος, ἐκ θεοῦ ἐπόρνευσα. ὑπὲρ τὴν Νινευὴ ἀμετανόητα ἐπλημμέλησα. ὑπὲρ τὸν μανασσῆ αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου. ὑπὲρ τὴν χαναναίαν, ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ. καὶ ταλαιπωρήσας κατεκάμφθην ἕως τέλους· τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον παρώργισα. τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐλύπησα· τῶν ἐντολῶν σου παρήκουσα. τὸν πλοῦτον σου κακῶς διεσκόρπισα. τὸν θησαυ-

† Codex Reg. addit καὶ πάσης κτίσεως, ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ καὶ ἐπηρμένου θρόνου εἰς κρίσιν.

non

4. *Coram omnibus in te deliqui.* ἐνώπιον παντὸς ἀνθρώπου. Velit auctor Davidis peccatum aggravare ex facti notorietate, ut vocant: tametsi enim putabat ipse rem in occulto esse, haud tamen erat, juxta Prophetæ Nathan ad eum increpationem: *Quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini:* dato utique tanto scandalo: quanquam nihil cogit, ut dicta hîc omnia ex personâ humilis pœnitentis, in Davidem referenda sint. Regius Codex loco ἐνώπιον, habet πλείω, ut non publicum peccatum designetur, sed peccatorum maximus cumulus, seu etiam gravitas, quam subinde variis exemplis exaggerat, quæ mihi litera magis placet. *Combefis.*

* Codex Regius, habet πλείω, quod probat *Combefisius*, ut non publicum peccatum, sed peccatorum maximus cumulus designetur. Sed nihil mutandum. Perinde est Davidi si publice peccasse confiteatur, ac si dicat se magis cæteris hominibus peccasse. Publica sunt Regum peccata, nec ea publice confiteri Davidem puduit, ut patet ex Psalmo 51. Basn.

5. *Supra Publicanum.* Non videtur illud membrum satis omninò præcedentibus cohærere, quibus peccator pœnitens suam exaggerat culpam: Fortè videatur illa vox ἐτελώνησε aliter hîc usurpata, quàm vel usurpet Gregorius, vel Plutarch. cùm scribunt, ἐτελώνησεν Αἴγυπτον, ὡς κακῶς ἐτελώνησας, διεσκόρπισον, non, tributis diripuit ac telonii lucris: sed publicanum fecit, ac inhiantem ejusmodi lucris iniquis. Sequenti membro, quo item editis significatur passus peccator à dæmone seu latrone, velut is, quem Lucas ab eis spoliatum, ac semivivum relictum narrat: melius MS. Cod. peccator ipse latro, ac prior Latrone describitur: οἶδα ἐμαυτὸν ὑπὲρ τὸν λῃστὴν λῃστρικῶς ζήσαντα. *vixisse latronum more plusquam latronem.* In MS. ubi est particula rationalis, possit accipi illa à dæmone ut publicano exactio, ut ratio grandis illius debiti plusquam decem millium talentorum, tanquam nihil Domino possit reddere, qui sic est diabolo vectigalis. Verùm hæc fortè scrupulosiùs. *Combefis.*

SÆC. VI. ANNO 570. aut 680.

non obtemperavi: divitias tuas malè dissipavi: thesaurum tuum malè expendi: pignus, quod mihi dedisti, in peccata consumpsi: templum tuum, quod est corpus meum, contaminavi: animam meam, quam ad imaginem tuam creaveras, [6] commaculans infeci: tempus à te mihi concessum, cum hostibus tuis traduxi: tui vocem præcepti non observavi: tunicam, quam me indueras, sordibus conspurcavi: lampadem, abs te mihi præparatam, dormitans extinxi: vultum illum meum, quem tu ornaveras, ego peccatis fœdavi: oculos meos, quos illustraras, malè iterum excœcavi: labia mea, quæ sanctificaveras, ego rursum infeci sordibus. Scio autem fore, ut à me commissa omninò arguas: nec ab hoc ullum mihi effugium est: sed planè fiet ut arguar: ac siquidem ita prorsus futurum est; *Domine, ne in furore tuo arguas me:* hocque ego à te lucri reportem, qui solus clemens ac benignus es. Scis ipse accuratè meas omnes quantumvis occultas offensiones, sed ne arguas me, ne me traducas: ne eas palam omnibus proferas, Angelis pariter ac hominibus, ad confusionem meam, ac probrum meum.

Domine ne furore tuo arguas me. Nam si perituri Regis furorem nemo sustinere potest: quantò magis Dei furorem sustinere non poterit universitas creaturarum? *Neque in ira tua corripias me.* Dignus quidem ego omni castigatione & pœnâ; sed cùm castigaveris, *ne in ira tua castigaveris me.* Memini Latronem à te
Luc. 23. v. 43. veniam petiisse, ac obtinuisse. Memini Peccatricem ex animo accessisse, ac pœnituisse, nec veniâ frustratam esse.
Luc. 7. v. 37. Memini Publicanum ingemuisse, & justificatum esse. Verùm
Luc. 18. v. 10. sum ego illis miserior. Nam neque illis sum similis. Non enim habeo propensas lacrymas: non veram confessionem: non ex imo corde gemitum: non mundam animam: non sincerum jejunium: non fraternum amorem: non paupertatem spiritûs: non

ρόν σου κακῶς ἐδαπάνησα. τὸν ἀῤῥαβῶνα, ὅν μοι δέδωκας, εἰς ἀνομίας ἀνήλωσα. τὸν ναόν σου τοῦ σώματός μου ἐσπίλωσα. τὴν κατ' εἰκόνα σου ψυχήν μου μολύνας * ἐχρείωσα. τὸν χρόνον ὅν μοι δέδωκας, μετὰ τῶν ἐχθρῶν σου ἐβίωσα. τὴν φωνὴν τῆς ἐντολῆς σου οὐκ ἐφύλαξα. τὸν χιτῶνα ὅν με ἐνέδυσας, ῥυπώσας ἐσπίλωσα· τὴν λαμπάδα, ἥν μοι ἐσκεύασας, νυστάξας, ἀπέσβεσα. τὸ πρόσωπόν μου ὃ ἐφαίδρυνας, ἁμαρτήσας κατῄσχυνα. τοὺς ὀφθαλμούς μου οὓς ἐφώτισας, κακῶς πάλιν ἐτύφλωσα· τὰ χείλη μου ἅπερ ἡγίασας, πάλιν ἐῤῥύπωσα. καὶ οἶδα ὅτι πάντως τὰ πεπραγμένα μοι ἐλέγξεις, καὶ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν οὗ διαφεύξομαι, ἀλλὰ πάντως ἐλεγχθήσομαι· καὶ εἰ ὅλως ἐλέγχομαι, κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. κἀγὼ κερδήσω παρὰ σοῦ τοῦτο τοῦ μόνου φιλανθρώπου, οἶδας αὐτὸς ἀκριβῶς ἅπαντα τὰ κρύφια πλαίσματα, ἀλλὰ μὴ ἐλέγξῃς με, μὴ δημοσιεύσῃς με, μὴ φανερώσῃς αὐτὰ πᾶσιν, ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις εἰς ἐμὴν αἰσχύνην καὶ ἐμὸν ὄνειδος.

Κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. εἰ γὰρ φθαρτοῦ βασιλέως θυμὸν οὐδεὶς δύναται ὑποφέρειν, πόσῳ γε μᾶλλον θεοῦ θυμὸν οὐχ ὑποστήσεται πᾶσα κτίσις; μὴ δὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. αἴτιος γὰρ ἐγώ εἰμι πάσης παιδεύσεως καὶ κολάσεως. ἀλλὰ παιδεύων μὴ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. οἶδα λῃστὴν αἰτησάμενον καὶ κομισάμενον συγχώρησιν παρὰ σοῦ. οἶδα πόρνην ὁλοψύχως προσελθοῦσαν καὶ μετανοήσασαν †. οἶδα τελώνην στενάξαντα καὶ δικαιωθέντα. οὐ γὰρ εἰμὶ ὡς αὐτοί. οὐ γὰρ ἔχω δάκρυον ἐκτενές. οὐκ ἔχω ἐξομολόγησιν ἀληθινήν· † οὐκ ἔχω ἐκ βάθους καρδίας στεναγμόν· οὐκ ἔχω καθαρὰν τὴν ψυχήν· οὐκ ἔχω νηστείαν εἰλικρινῆ· οὐκ ἔχω ἀγάπην πρὸς ἀδελφόν. οὐκ ἔχω πτωχείαν πνευματικήν· οὐκ ἔχω προσευχὴν διηνεκῆ. οὐκ ἔχω συμπάθειαν, ἵνα συμπαθηθῶ. οὐκ ἔχω κατάνυξιν, ἵνα συγχωρηθῶ. οὐκ ἔχω κα-

† Codex Reg. addit: (καὶ τῆς συγχωρήσεως μὴ ἀποτυχοῦσαν.)

† (τούτων ἐγὼ ἀθλιώτερος.)

6. *Commaculans infeci.* Lego μολύνας ἐχρείωσα, tanquam à χροία, *color:* non ἐχρείωσα, tanquam à χρεία, *debitum:* Quid enim infectioni cum debito & obligatione? quod reddit Interpres? *animam meam, quam ad imaginem tuam creaveras, commaculans obligavi.* Inscitus planè metaphoris Anastasius, ut sic vel voluisset. Idem planè videtur hîc voluisse iis verbis, atque paulò post similibus istis: τὸν χιτῶνα, ὃν με ἐνέδυσας, ῥυπώσας ἐσπίλωσα, *sordibus aspergens commaculavi.* Gregor. dixit ἐχρόησα. Nec aliud vult Regii Codicis editio: τὴν κατ' εἰκόνα σου ἀξίαν καθύβρισα, *dignitatem imaginis violavi.* Nempe eam inficiendo. vel etiam scriptum sit ἠχρείωσα· ab ἀχρειόω. quæ vox hîc aptissima est. *Commaculans perdidi, abolevi, inutilem reddidi, deturpavi:* sic Regiâ editione, de vultûs decore ac munditiâ, quæ est regeneratione, κατῃσχείωσα· ubi edit. κατῄσχυνα. *deturpavi, exterminavi, abolevi. Combefis.*

Sæc. VI. Anno 570. aut 980.

non assiduam orationem: non commiserationem, [7] ut dignus ipse commiseratione habear: non compunctionem, ut mihi condonetur: non puritatem cogitationum; non propositum Deo placens. Quâ igitur fronte, quâ licentiâ veniam postulabo? Frequenter Domine acturum me pœnitentiam spopondi; sed fidem tibi datam fefelli. Tibi in Ecclesiâ frequenter procido, ac statim egressus in peccata incido. Frequenter te mei misertum est, & ego sprevi te. Frequenter me sustinuisti, sed nihil me emendavi. Sæpe me erexisti, sed ego rursus concidi. Quot me modis adjuvisti, & ego tibi ingratus fui? Quoties in me humanitatem habuisti, tibique ego nequaquam servivi? Quàm multis me tu honorasti, & ego te inhonoravi? Quoties peccantem me tanquam pater adhortatus es? tanquam bonus tolerasti; tanquam filium exosculatus es? tanquam charissimum pignus me es allocutus; tanquam pater corripuisti; tanquam infantem vocasti; ulnas expandisti; lapsum me tenuisti, atque dixisti: Ne metue: erigere: rursum consiste: rursum veni: rursum ne metue: non persequor te; non aversor; non exprobro; non abominor meum figmentum; non abdico meum opus; non obduro viscera mea ad meum filium. Non enim odisse possum hominem, quem meis ipse manibus effinxi: cujus causâ memet humiliavi: pro quo sanguinem meum fudi. Quomodò non suscipiam ad me conversum, ac mihi procidentem? Ego nihilominus aurem aggravans, non adhibui animum, nec sum conversus. Idcircò, Domine, tanquam qui cognatam [8] ac inseparabilem habeas clementiæ abyssum, ac longanimitatis pelagus: *Ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me:* sed adhuc, adhucque toleranti in me esto animo.

Editio vetus ex Græcis Canisii.

θαρότητα λογισμῶν· οὐκ ἔχω προαίρεσιν θεοπρεπῆ. ποίῳ λοιπὸν προσώπῳ, ποίᾳ παῤῥησίᾳ αἰτήσω συγχώρησιν; πολλάκις σοι δέσποτα μετανοεῖν συνταξάμην, καὶ ψεύστης πρὸς σὲ τῆς συνταγῆς ἐγενόμην. πολλάκις σοι ἐν ἐκκλησίᾳ προσπίπτω, καὶ εὐθέως ἐξερχόμενος ἐν ἀνομίαις ἐμπίπτω. πολλάκις με ἠλέησας, κἀγώ σε ἠθέτησα. πολλάκις με ἐβάστασας, κἀγὼ οὐκ ἐπέστρεψα. πολλάκις με ἀνέστησας, κἀγὼ πάλιν κατέπεσον. πόσα με συνεκρότησας, κἀγώ σε ἠγνωμόνηκα; ποσάκις μου ἐισήκουσας, κἀγώ σου παρήκουσα; ποσάκις μοι συνεπάθησας, καὶ οὐδαμῶς σοι ἐδούλευσα; πόσα δέ με ἐτίμησας, ἐγὼ δέ σε ἠτίμασα; ποσάκις ἁμαρτήσαντός μου, ὡς πατὴρ παρεκάλεσας; ὡς ἀγαθὸς ἐβάστασας. ὡς υἱὸν κατεφίλησας· ὡς τέκνῳ μοι ἐλάλησας. ὡς πατὴρ ἐνουθέτησας. ὡς νήπιον ἐκάλεσας. τὰς ἀγκάλας ἀφήπλωσας. καὶ πεσόντα με ἐκράτησας. καὶ εἶπας μοι, μὴ φοβοῦ, ἐγείρου· πάλιν στῆθι, πάλιν δεῦρο· πάλιν μὴ φοβοῦ. οὐ διώκω σε, οὐκ ἀποστρέφω σε· οὐκ ὀνειδίζω σε. οὐ βδελύσσομαι τὸ ἐμὸν πλάσμα· οὐκ ἀποῤῥίπτομαι τὸ ἐμὸν ποίημα. οὐ σκληρύνω τὰ σπλάγχνα μου πρὸς τὸ ἐμὸν τέκνον· οὐ γὰρ δύναμαι μισῆσαι ὃν ταῖς χερσὶ ταῖς ἐμαῖς διέπλασα ἄνθρωπον, ὑπὲρ οὗ ἐμαυτὸν ἐταπείνωσα· ὑπὲρ οὗ τὸ ἐμὸν ἐξέχεα αἷμα· πῶς οὐ προσδέξομαι πρὸς ἐμὲ ἐπιστρέφοντα καὶ προσπίπτοντα; ἐγὼ δὲ τὴν ἀκοὴν βαρύνας οὐ προσέσχον, οὐδὲ ἐπεστράφην. διὸ δέσποτα ὡς ἔμφυτον καὶ ἀχάριστον * ἔχων τῆς φιλανθρωπίας τὴν ἄβυσσον, καὶ τῆς μακροθυμίας τὸ πέλαγος. μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. ἀλλ' ἔτι καὶ ἔτι μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί. μὴ σπεύσῃς τοῦ ἐκκόψαι με ὡς τὴν συκῆν τὴν ἄκαρπον· ἀλλ' ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος δέσποτα, μετὰ πάντων καὶ τὸ ἔτος τοῦτο ἔασόν με πρὸς τὴν μετάνοιαν. καὶ μὴ ἀκη-

Psal. ... 3. Psal. ... 9. Psal. ... v. 33

7. *Ut dignus ipse commiseratione habear.* ἵνα συμπαθητῶ. exponit editio Regia, ἵνα συμπαθείας ἀξιωθῶ: quam expositionem ut vidisset Interpres, non reddidisset, *ut doleam alienis incommodis*: tanquam esset, ἵνα συμπαθήσω: tametsi vox edita συμπαθηθῶ, expressa satis est. Paulò inferiùs eandem vocem incongruè reddit Interpres, ubi est, ποσάκις μοι συνεπάθησας. *Quotius mihi consensisti?* potius, *impensiori quadam benignitate ignovisti*: quomodo altera, ac Regii Cod. editio. ποσάκις μοι συνέγνως. *Combefis.*

8. *Ac inseparabilem.* Haud opus perspicaciori intellectu, ut quis videat legendum ἀχώριστον· quod sit explicatio præcedentis vocis, ἔμφυτον quam solam retinuit Regii Codicis editio. Quæ enim cognata sunt ac congenita, eadem sunt & inseparabilia. Interpres male retinens vocem ἀχάριστον, inaudito sensu explicat, ita reddens: *Cùm innata tibi sit, quæ nullâ gratitudine compensari potest, benignitatis abyssus.* Certè ut is multa reddat ex Lexico, haud istud putem ex eo reddere: ut nec plura, redditis è Lexico temerè hîc passim absurdiùs reddita. *Combefis.*

* Legi vult Combefisius ἀχώριστον inseparabilem: ego vero vel delerem penitus vocem ἀχώριστον, quæ deest in codice Regio. Vel legerem prout legit Canisius ἀχάριστον. Quid enim sibi vult in Deo inseparabilis misericordia? sed illius in homines amorem miris modis elevat, quod mere gratuitus sit, nec ulla a parte hominum gratiâ possit compensari. Basn.

Luc. 13. v. 6. animo. Ne citò exscindas me ut ficum illam infrugiferam, sed tanquam bonus ac clemens, Domine, hoc quoque anno cum cæteris relinque me, ut pœnitentiam agam: nec te tædeat ferre meum in agendis tædium ac segnitiem. Ne me rapias imparatum: ne me accipias, non accensâ lampade: ne accipias me, destitutum veste nuptiali: ne nudam animam meam tuo tribunali traducendam stiteris: ne me acceperis hactenus, dum nihil habeo quod efferam: sed patientiam habe; sed expecta; sed benignè mecum age: misereat te mei pauperis, nudi, socordis, incurii, miserabilis, inopis, adulteri, sordidi, prodigi, ingrati, inhumani, obdurati, demersi, damnati, qui nec vultum ostendere, nec liberiùs loqui, nec excusare habeam: indigni cœlo & terrâ; dignique omni pœnâ, & tormento, & supplicio.

At, *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Miserere mei Domine, quoniam in-*
Psal. 6. v. 3. *firmus sum.* Infirmus sum carne: infirmus animâ. Est mihi infirmus ani-
Psal. 7. v. 9. mus: est mihi infirma ratio. *Defecit*
Psal. 77. v. 33. *virtus mea*, defecit tempus: *defecerunt in vanitate dies mei*, & video appropinquantem finem. Verùm tu mihi porrige manum in profundo voluptatum tempestate jactato. Mihi quoque aperi, Domine, licet indignè pulsanti; nec januam tuæ misericordiæ mihi præcluseris. Nam si tu clauseris, quis tandem aperiet? Nisi tu feceris, quis aperiet? Nisi tu festinaveris, quis prætereà nobis succurret? Nemo planè alius. Tu autem qui es Deus naturâ, da nobis vitæ tempus, ac tempus conversionis. Vince cordis duritiem, ac me emenda. Tu mihi adhuc paululum temporis concede, & operare mihi salutis modum. Nisi enim eum tu feceris, quæcunque ego fecero, imbecilla sunt ac infirma. Quæcunque ego probavero, sine viribus erunt, facileque evanescent. Quæcunque fuero aggressus, inutilia erunt ac imperfecta. Ne ultrà distuleris, Domine, sed citò salva figmentum tuum. Dixisti enim Domine, *Sine me nihil*
Joan 15. v. 5. *potestis facere.* Præverte conversione animæ, tempus vitæ meæ. Mihi quippe adversarius meus vim infert: infert cogitatio: infert natura: infert mala voluntas: omnium maximè infert prava consuetudo. Eapropter, *Miserere mei Domine, quoniam infir-*

διάσης βαστάζων τὴν ἀδικίαν μου, καὶ τὴν ῥαθυμίαν μου. μὴ ἁρπάσῃς με ἀνέτοιμον ὑπάρχοντα. μὴ λάβῃς με τὴν λαμπάδα μὴ ἅψαντα. μὴ λάβῃς με μὴ ἔχοντα ἔνδυμα γάμου. μὴ παραστήσῃς γυμνὴν τὴν ψυχήν μου τῷ βήματί σου στηλίτευμα. μὴ λάβῃς με τέως μηδὲν προενέγκαι σοὶ ἔχοντα. ἀλλὰ μακροθύμησον. ἀλλὰ ἀνάμεινον. ἀλλὰ φιλανθρωπεύθητι. ἀλλὰ συμπάθησον κἀμοὶ τῷ πτωχῷ, τῷ γυμνῷ, τῷ ῥαθύμῳ, τῷ ἀμελεῖ, τῷ ἐλεεινῷ, τῷ ἀπόρῳ, τῷ πόρνῳ, τῷ ῥυπαρῷ, τῷ ἀσώτῳ, τῷ ἀγνώμονι, τῷ ἀσπλάγχνῳ, τῷ πεπωρωμένῳ, τῷ βεβυθισμένῳ, τῷ κατακεκριμένῳ καὶ ἀπροσώπῳ καὶ ἀπαρρησιάστῳ, καὶ ἀναπολογήτῳ, τῷ ἀναξίῳ πάσης φιλανθρωπίας· τῷ ἀναξίῳ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς· τῷ ἀξίῳ πάσης τιμωρίας, καὶ γεέννης, καὶ κολάσεως. Sæc. VI. Anno. 570. aut 680.

Ἀλλὰ κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με· ἐλέησόν με κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι. ἀσθενὴς εἰμὶ τῇ σαρκὶ, ἀσθενὴς εἰμὶ τῇ ψυχῇ. ἀσθενεῖ μου ἡ γνώμη. ἀσθενεῖ μου ὁ λογισμὸς· ἐξέλιπέ μου ἡ ἰσχὺς. ἐξέλιπεν ὁ χρόνος· ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι μου· καὶ θεωρῶ τὸ τέλος ἐγγίζον. ἀλλ' ἔκτεινόν μοι τὴν χεῖρα, τῷ ἐν βυθῷ τῶν ἡδονῶν χειμαζομένῳ· ἄνοιξον κἀμοὶ δέσποτα τῷ ἀναξίως κρούοντι· καὶ μὴ ἀποκλείσῃς κατ' ἐμοῦ τὴν θύραν τοῦ ἐλέους σου· ἐὰν γὰρ σὺ κλείσῃς, τίς ἄρα ἀνοίξει; ἐὰν σὺ φθάσῃς, τίς ἄρα ἀνοίξει; ἐὰν μὴ σὺ φθάσῃς, τίς ἵνα φθάσῃ; ἐὰν μὴ σὺ σπεύσῃς, τίς λοιπὸν βοηθήσει ἡμῖν; οὐδεὶς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ φύσει θεός. δὸς ἡμῖν καιρὸν ζωῆς, καὶ καιρὸν ἐπιστροφῆς· νίκησον τὴν πώρωσιν, καὶ ποίησον τὴν διόρθωσιν. σὺ δὸς μοι ἔτι μικρὸν χρόνον, καὶ ποίησόν μοι σωτηρίας τρόπον. ἐὰν γὰρ σὺ μὴ ποιήσῃς τρόπον, ὅσα ἂν ἐγὼ ποιήσω σαθρά εἰσι καὶ ἀβέβαια. ὅσα ἂν δοκιμάσω, ἀδύναμά εἰσι καὶ εὐκατάλυτα. ὅσα ἂν ἐπιχειρήσω, ἀνωφελῆ εἰσι καὶ ἀπλήρωτα. λοιπὸν μὴ ἀναβάλλῃ δέσποτα, ἀλλὰ φθάσον* τὸ πλάσμα σου. σὺ γὰρ εἶπας δέσποτα, ὅτι οὐ δύνασθε χωρὶς ἐμοῦ ποιῆσαι οὐδέν. πρόλαβε τῇ ἐπιστροφῇ τῆς ψυχῆς μου τὸν χρόνον τῆς ζωῆς μου. τυραννοῦμαι γὰρ ὑπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου. τυραννοῦμαι ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ. τυραννοῦμαι ὑπὸ τῆς φύσεως. τυραννοῦμαι ὑπὸ τῆς κακῆς προαιρέσεως. ἐπιπλείω δὲ τυραννοῦμαι ὑπὸ τῆς κακῆς συνηθείας· διὸ ἐλέησόν με κύριε, ὅτι ἀσθε-

* σώζων

Sæc. VI. Anno. 570. aut 680.

mus ſum. Me enim enervavit inimicus: infirmum me ac contritum fecit. Infirmus autem ac contritus ſibi ipſe miſeridordiam impendere nequit. Quod ergo ſupereſt, *Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum.* Qui eſt infirmus, operari non poteſt. *Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: ſana me Domine quoniam turbata ſunt oſſa mea.* Turbata ſunt ac contrita meæ animæ oſſa: cujus autem ſunt contrita oſſa, is nequit ſurgere ut ſibi medicum quærat; non poteſt currere ut hoſtes effugiat. Tu itaque Domine, quære me, qui veniſti *quærere & ſalvum facere, quod perierat.* (Luc. 19. v. 10.) Tu rurſum ad me, qui in latrones inciderim, (Luc. 10. v. 30.) accede, ac me anteverte: Non enim me jam tantùm ſemimortuum, ſed planè mortuum effecerunt. Cæterùm, *Sana me Domine, & ſanabor; Salvum me fac, & ſalvus ero.* (Jer. 17. v. 14.) Sana me, Domine, quoniam ſerpens ille malus totum me infirmum ac putridum fecit: qui autem infirmus eſt atque putridus, totus humo affixus jacet; totus abjectus eſt in modum cadaveris; totus iners: Clamat duntaxat; & qui liberet, aliquem quærit. Oculos tantùm attollere poteſt, ac circumſpicere, quando veniat, ipſumque ille inviſat, *qui colligat contritos*, (Pſal. 146. v. 3.) eoſque ſalvos facit, quorum ſalutis ſpes nulla erat.

νής εἰμι. ἐξενεύρωσε γάρ με ὁ ἐχθρός; ἀσθενῆ με καὶ συντετριμμένον ἐποίησεν. ὁ δὲ ἀσθενὴς καὶ συντετριμμένος οὐ δύναται ἐλεῆσαι ἑαυτόν. λοιπὸν ἐλεησόν με κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι. ὁ ἀσθενῶν οὐ δύναται ἐργάσασθαι ἐλέησόν με κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι· ἴασαί με κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου. ἐταράχθη καὶ συνετρίβη μου τὰ ὀστᾶ τῆς ψυχῆς. ὁ δὲ συντετριμμένος τὰ ὀστᾶ, οὐ δύναται ἀναστὰς ἐπιζητῆσαι ἰατρόν. οὐ δύναται δραμεῖν καὶ ῥυθῆναι * τὸν ἐχθρόν. (* τῶν ἐχθρῶν.) λοιπὸν σὺ ζήτησόν με δέσποτα, ὁ ἐλθὼν ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός· σὺ πάλιν πρός ἐμὲ τὸν περιπεσόντα λησταῖς κατάλαβε, καὶ προκατάλαβε. οὐ γὰρ ἡμιθανῆ, ἀλλ' ὁλοθανῆ με πεποίηκε. λοιπὸν ἴασαί με κύριε, καὶ ἰαθήσομαι. σῶσόν με, καὶ σωθήσομαι. ἴασαί με κύριε, ὅτι ὁ ὄφις ὁ πονηρὸς ὅλον με ἀσθενῆ καὶ σεσηπότα πεποίηκεν. ὁ δὲ ἀσθενὴς καὶ σεσηπὼς, ὅλος χαμαὶ κεῖται· ὅλος ἔρριπται πτῶμα· ὅλος ἀργεῖ· μόνον ὅτι βοᾷ, καὶ τὸν ῥυόμενον ζητεῖ. μόνον ὅτι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνυψοῖ, καὶ περισκοπεῖ πότε ἥξει, πότε ἐπισκέψεται αὐτὸν ὁ δεσμεύων τοὺς συντετριμμένους, καὶ σώζων τοὺς ἀπεγνωσμένους.

(v. 4.) *Sana me, Domine quoniam turbata ſunt oſſa mea: Et anima mea turbata eſt valde.* [9] Corporis ſimul ac animæ, inquit, ô Domine, turbatio invaſit me: eò quod in carnis ac animi paſſiones ac morbos prolapſus ſim, carnem pariter ac animum ludibrio habens. *Sana me, Domine, quoniam turbata ſunt oſſa mea:* quæ nimirum interiorem meum hominem compagine connectunt, ac [10] exſtruentia erigunt. (Animæ oſſa.) Quænam verò illa? Nimirum, fides, prudentia, ſpes, charitas, temperantia, continentia, juſtitia, pietas, manſuetudo, humilitas. Hæc in me oſſa contrita ſunt; turbata ſunt; putruerunt. In Sanctis autem tuis, Domine, *cuſtodis tu omnia oſſa eorum, nec eorum aliquod conteretur:* (Pſal. 33. v. 21.) quantumvis corporis oſſa in Martyribus tuis contrita fuerunt.

Ἴασαί με κύριε ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου· καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. σωματικὸς ἅμα καὶ ψυχικὸς φησὶν ὦ δέσποτα κατέλαβέ με τάραχος· ψυχικοῖς καὶ σαρκικοῖς περιέπεσον πάθεσι, τὴν σάρκα καὶ τὴν ψυχὴν ποιησάμενος παίγνιον. ἴασόν με κύριε, ὅτι ἐτάράχθη τὰ ὀστᾶ μου, τὰ συνδεσμοῦντα καὶ ἀνορθοῦντα τὸν ἔσω μου ἄνθρωπον· ποῖα ταῦτα; ἡ πίστις, ἡ φρόνησις· ἡ ἐλπὶς· ἡ ἀγάπη· ἡ σωφροσύνη· ἡ ἐγκράτεια· ἡ δικαιοσύνη. ἡ εὐσέβεια. ἡ πραότης· ἡ ταπεινοφροσύνη· ταῦτα τὰ ὀστᾶ ἐπ' ἐμοὶ συνετρίβησαν, καὶ ἐταράχθησαν, καὶ ἐσαθρώθησαν. ἐπὶ δὲ τῶν σῶν ἁγίων κύριε φυλάττεις πάντα τὰ ὀστᾶ αὐτῶν, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ συντριβήσεται, εἰ καὶ τὰ τοῦ σώματος τῶν σῶν μαρτύρων συνετρίβησαν. ἴασαί με κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου, καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα.

9. ***Corporis ſimul ac animæ.*** Sic reſtituta ex Regio litera utramque, corporis, ac animæ turbationem, à Prophetâ expreſſam declarat: ut oſſa, corpus deſignent: tametſi ſtatim ad animam referens, virtutes explicat. *Combeſiſ.*

10. *Exſtruentia erigunt.* ἀνορθοῦντα: excitant: metaphorâ domûs, quæ fulcientibus trabibus, iiſque commiſſis excitatur, & in molem exurgit. Interp. ***vinciunt atque corrumpunt.*** Ut prior vox nonnihil reſpondeat Græcæ voci συνδεσμοῦντα· nihil certè altera alteri congruit. Putarem mendum typographicum, ac ſcripſiſſe Interpretem, ***conſtituunt***, vel quid ſimile: niſi menda alia vix leviora, eaque plura, hoc quoque à calamo potuiſſe excidere, ſuaderent. *Combeſiſ.*

fuerunt. *Sana me, Domine, quoniam turbata sunt ossa mea: & anima mea turbata est valde.* Jam enim animæ meæ vigorem video processisse; tempus defecisse; finem propinquasse: altam senectutem; inclinatam messem meam, atque ad demessionem perductam: festinantem messorem meum, falcem ostendentem; securim gestantem excisionis indicem: *Et anima mea turbata est valde.* Video res meas nihil emendatas, sed me quotidie in deterius prolabi: *Et anima mea turbata est valde.* Video jam furem accedentem, meque è vita abripere properantem: *Et anima mea turbata est valde.* Video difficilem ac longam ab hoc sæculo ad illius statum, migrationem; meque destitutum viatico: *Et anima mea turbata est valde.* Video accedentem creditorem, [11] ac me investigantem, Video impletum præfinitum tempus, meque consilii inopem. Video rationum præfectum prætendentem mihi chirographum, ac [12] frementes lictores. Video multos accusatores, nullum autem defensorem: *Et anima mea turbata est valde.* Contremisco ac sum turbatus, nec expedio quid agam. Vivendi spatium petam? At vereor ne quid rursum ad peccatorum cumulum adjiciam, ac imparatus abeam: quo autem vultu adspectaturus sim Judicem, ignoro, cùm res meas in extremis constitutas videam. Non desinit malignus molestus esse: non cessant hostes bello impetere: nullà requie intestinum carnis bellum perturbat: nihil malæ cogitationes conquiescunt.

Matth. 13. v. 30. *Luc. 13. v. 6.* *Matth. 24. v. 43.* *Matth. 5. v. 25.*

Sed tu Domine usquequo? Quidnam Propheta indicare vellet, non expressit: verùm cum ex maximo illo mœrore quo tenebatur, ac afflictione, horrendum quid ac audax voluisset Deo dicere, seipsum cohibuit, nec ausus est proferre: sed ait: *Sed tu Domine usquequo?* Ecce, inquit, Domine, tu nosti ut sint mea omnia, laboribus, ærumnis, ac miseriis plena. Ecce tu vides, quàm mihi instent ad-

ὁρῶ γὰρ ἤδη λοιπὸν τὴν ὥραν τῆς ψυχῆς μου προκόψασαν· τὸν χρόνον ἐκλείψαντα. τὸ τέλος ἐγγίσαν. τὸ γῆρας ἀκμάσαν. τὸ θέρος μου κλῖναν, καὶ πρὸς τὴν τομὴν ἐπεῖγον, τὸν θεριστὴν μου σπεύδοντα, τὴν δρεπάνην δεικνύοντα, ἀξίνην βαστάζοντα, τὴν ἐκκοπὴν μηνύουσαν, καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα· ὁρῶ τὰ κατ᾽ ἐμαυτὸν ἀδιόρθωτα, καὶ καθ᾽ ἡμέραν εἰς τὸ χεῖρον ἐρχόμενον. καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. ὁρῶ τὸν κλέπτην λοιπὸν προσεγγίζοντα, καὶ τοῦ βίου με ἁρπάσαι σπεύδοντα. καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. ὁρῶ τὴν ἔξοδον τοῦ βίου πρὸς τὰ ἐκεῖσε χαλεπὴν καὶ μακράν· καὶ ἐμὲ ἐφόδια μὴ ἔχοντα. καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα· ὁρῶ τὸν δανειστὴν ἐγγίσαντα, κἀμὲ φυράσαντα. ὁρῶ τὴν προθεσμίαν πληρωθεῖσαν, καὶ ἐν ἀπορίᾳ με φθάσαντα. ὁρῶ τὸν λογοθέτην τὸ χειρόγραφόν μοι ἐπισείοντα, καὶ τοὺς δεσμίους βρύχοντας· ὁρῶ πολλοὺς κατηγόρους, καὶ οὐδένα ξυνήγορον καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα· θροοῦμαι καὶ ἀγωνιῶ φρίττω καὶ προκατασείομαι, καὶ τί πρᾶξαι οὐκ ἐπίσταμαι. χρόνον ζωῆς αἰτήσομαι; ἀλλὰ φοβοῦμαι μήπως πάλιν ἁμαρτημάτων ποιήσωμαι προσθήκην, καὶ ἀνετοίμως πορεύσωμαι, καὶ ποίῳ προσώπῳ τὸν κριτὴν θεάσωμαι ἀμηχανῶ, ὅτι ἐν ἄκροις τὰ κατ᾽ ἐμαυτὸν ὁρῶ· ὁ πονηρὸς διενοχλῶν μοι οὐ παύεται· οἱ ἐχθροὶ τοῦ πολεμεῖν οὐκ ἀφίστανται; ὁ ἐμφύλιος τῆς σαρκὸς πόλεμος ἐκταράττων οὐ φείδεται· οἱ πονηροὶ λογισμοὶ οὐδαμῶς ἡσυχάζουσι.

Καὶ σὺ κύριε ἕως πότε; τί μὲν ἐσήμανεν οὐκ εἶπεν, ἀλλ᾽ ἐξ ἄκρας ἀθυμίας καὶ περιστάσεως φρικτόν τι καὶ τολμηρὸν βουληθεὶς εἰπεῖν πρὸς θεὸν, ἐπέσχεν ἑαυτὸν, καὶ τοῦτο ἀγαγεῖν οὐκ ἐτόλμησεν· ἀλλὰ φησί. καὶ σὺ κύριε ἕως πότε; ἰδοὺ, φησὶν, οἶδας δέσποτα κατ᾽ ἐμὲ πανάθλια καὶ ταλαίπωρα καὶ ἐλεεινά. ἰδοὺ βλέπεις τὴν κατ᾽ ἐμὲ εὔστασιν, καὶ τὴν κάμινον τῆς σαρκός. καὶ

ver-

11. *At me investigantem.* φωράσαντα· Levi hac mutatione, constat optimus Anastasii sensus; quem nullum congruum exhibebat vox φυράσαντα. Nam amabo, quid creditori, cum subactione instar farinæ, quod eam vocem Interpres reddit? Quærit certè ille accedens, ac deprehendere nititur debitorem, à quo solutionem exigat; non farinæ instar eum subigere, seu ex eo massam facere; idque præsertim πληρωθείσης προθεσμίας· *impleto termino*, ac ubi advenit constituta dies quâ solvendum sit, ac ultra quam non sit prorogandum debitum: quod statim subditur, nec minùs Interpres depravat, reddens τὸ, προθεσμίαν, *vaticinium. Combefis.*

12. *Frementes lictores.* δημίους βρύχοντας· Sic ex Regio restituta litera clara est, ubi pro βρύχοντας, est πικρὸν ἐμβλέποντας· Ut esset retinenda vox δεσμίους· aliter reddendum ac reddidit Interpr. *vinculaque stridentia.* Verùm præstet omittere pleraque talia emendata ac restituta. *Combefis.*

SÆC. VI. ANNO 570. aut 680.

versarii: vides carnis incendium ac rebellionem; latronum quoque bellum: vides me tempus deficere, ac meas debilitari vires. Jam ergo Domine, usquequo non mihi misereris? usquequo non ulciſceris? usquequo negligis? usquequo tolerabis? usquequo non corripis? usquequo non aſpicis? usquequo non liberabis? Tametſi enim penitùs deſeri mereor, tuâ tamen miſericordiâ veniam conſequar. Quòd tu enim deſpicias negligaſque, ruinæ nobis occaſio fit. Hæc ille, ac iis ſimilia, ex animi illo mœrore ad Deum proloqui cogitans, ſeipſum nihilominus cohibuit, ne ea fando, in Deum pugnare videretur: deincepſque, ab his potiùs ad ſupplicandum Deo transfert animum, aitque:

V. V. *Converte Domine; eripe animam meam: ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.* Sic quoque, inſuperioribus Propheta, juxta proprias Domini rationes, ſermonem inſtruens, dicebat: *Miſerere mei Domine: ſana me:* Tum verò ſubnectit illud, *Converte*: *Converte*, ut paſtor: ut viæ dux, *eripe:* ut potens, *ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.* Non propter opera mea: Quippe mala ſunt. Non propter meos ſermones: Nam ſunt vani: Sed, *Salvum me fac propter miſericordiam tuam.* Si vis mecum judicio contendere, Domine, ego ipſe adverſum me pronuncio, ac me reum mortis confiteor, ac agnoſco. Ad tuam confugio miſericordiam. Nihil ſuppetit, quod tibi offeram. Quæro à te miſericordiam: ne ejus à me requiras pretium: Nemo enim unquam eleemoſynam vænum expoſuit. Quapropter, *ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.* Memento, Domine, verborum tuorum, quæ in ſacris ſcripturis prolocutus es. Memento, Domine, quòd

Gen. 8. *v.* 21. *mens hominis diligenter malis inſiſtat à juventute ſuâ.* Memento, Domine, quòd [13] lutum me rufum ac ſanguinei coloris finxeris. Memento quòd

Pſal. 143. *v.* 4. homo vanitati aſſimilatus ſit. Memento fore, ut non juſtificetur in con-

Pſal. 142. *v.* 2.

τὴν ἀντίςασιν, καὶ τὸν πόλεμον τῶν λῃςῶν. καὶ τὴν ἔκλειψιν τοῦ χρόνυ. καὶ ἀτονίαν τῆς ἐμῆς δυνάμεως. λοιπὸν κύριε, ἕως πότε οὐ συμπαθεῖς; ἕως πότε οὐκ ἐκδικεῖς; ἕως πότε παρορᾷς; ἕως πότε μακροθυμεῖς; ἕως πότε οὐ παιδεύεις; ἕως πότε οὐκ ἐπιβλέπεις; ἕως πότε οὐ ῥύσῃ; εἰ γὰρ κἀγὼ ἄξιός εἰμι πάσης ἐγκαταλείψεως, ἀλλὰ τῷ ἐλέει συ τεύξομαι τῆς ἀφέσεως· ἡ γὰρ σὴ παρόρασις, γίνεται ἡμῖν κατάπτωσις. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πρὸς Θεὸν ὁ προφήτης ἐξ ἀθυμίας, φθέγξασθαι λογισάμενος, ἐπέσχεν ἑαυτὸν, ἵνα μὴ μαχόμενος ἔνθεν φανῇ· καὶ λοιπὸν ἀπὸ τούτων εἰς ἱκεσίαν μᾶλλον πρὸς Θεὸν μεταφέρει τὸν λογισμὸν, καὶ φησίν.

Ἐπίςρεψον κύριε ῥῦσαι τὴν ψυχήν μυ· σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέυς συ. κατὰ τὰ ἰδιώματα τοῦ δεσπότυ, οὕτω καὶ ὁ προφήτης ἀνωτέρω προσάγων, εἶπεν. Ελέησόν με κύριε, ἴασαί με. εἶτα ἐπάγει τούτοις τὸ, ἐπείςρεψον, ἐπίςρεψον, ὡς ποιμήν. ὡς ὁδηγὸς ῥῦσαι· ὡς δυνατὸς σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέυς συ. οὐχ ἕνεκεν τῶν ἔργων μυ, πονηρὰ γάρ εἰσιν. οὐχ ἕνεκεν τῶν λόγων μυ, μάταιοι γάρ εἰσιν. ἀλλὰ σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέυς συ. εἰ δεδικάσθαι βούλει πρός με δέσποτα, ἐγὼ κατ' ἐμαυτοῦ ἐκφέρω τὴν ἀπόφασιν. καὶ ὁμολογῶ ὅτι ἄξιος θανάτυ ἐγώ. εἰς τὸ ἔλεός συ καταφεύγω. οὐδὲν ἔχω προσαγαγεῖν σοι. ἐλεημοσύνην ζητῶ παρὰ σοῦ. μὴ ζητήσῃς τὴν ταύτης τιμήν. οὐδεὶς γάρ πότε ἐλεημοσύνην πιπράσκει, ἀλλὰ δῶρον παρέχει. διὸ σῶσον με ἕνεκεν τοῦ ἐλέυς συ. μνήσθητι τῶν λόγων συ ὧν ἐν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς εἴρηκας. μνήσθητι δέσποτα ὅτι ἐπιμελῶς ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπυ ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος αὐτοῦ. μνήσθητι δέσποτα ὅτι πηλόν με ἔπλασας * πυρὰν καὶ αἱματώδη. μνήσθητι ὅτι ἄνθρωπος ματαιότητι ὡμοιώθη. μνήσθητι ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν συ πᾶς ζῶν. μνήσθητι ὅτι ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσεις, οὐδεὶς ὑποςήσεται. μνήσθητι ὅτι οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπυ,

* Fort. φυρὰν pro φύραμα: ut ſenſus ſit: feciſti me maſſam ſanguineam Can.

ſpectu

13. *Lutum me rufum & ſanguinem feceris.* πηλόν με πυῤῥὸν καὶ αἱματώδη ἔπλασας: Sic lego, pro πυράν. quod Interpres reddit, *buſtum*: ſed planè liquet alienum hoc eſſe à creatione hominis, quam auctor perſtringit, nec quicquam cohærere antecedentibus aut ſubſeq. Conjectura etiam quam Interpres marg. adſcripſit, admodum frigida eſt: *Fortè*, inquit, φυρὰν, pro φύραμα· *ut ſit ſenſus*: *feciſti me maſſam ſanguineam.* Clarè alludit ad verba Scripturæ Gen. 2. reddens quod juxta etymum ſonant Hebraica: ubi enim illi habent: καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς· *Et finxit Deus hominem, pulverem de terrâ*: Hebraicè eſt: ויצר יהוה אלהים את האדם עפר מן האדמה. ubi vox ultima; à quâ etiam homo, ſuum illud nomen mutuatus eſt, nempe *Adam*: quod naturæ potiùs ac ſpeciei videtur ex præfixâ emphaſi, juxta Grammaticorum regulam, negantium præfigi nominibus propriis, quàm viri proprium; rufum ſonat, à verbo אדם: quod eſt, *rubeſcere*: Vide Pagn. ad eam vocem, & Theſaurum in voce πυῤῥός. *Combefis.*

SÆC. VI. ANNO: 570. aut 860.

Psal. 129. v. 3. spectu tuo omnis vivens. Memento fore, ut si iniquitates observaveris, Job. 4. v. 17. nemo sustineat. Memento, quòd nemo mundus à sorde, ne si unus dies Psal. 50. v. 7. fuerit ejus vita. Memento, quòd in iniquitatibus conceptus sim, & in peccatis conceperit me mater mea. Memento, quòd ne ipsum quidem cœlum mundum sit coram te, nec ipsi Angelorum exercitûs sine culpâ, siquidem eorum aliqui è cœlo ceciderunt propter peccatum suum. Eapropter, *salvum me fac propter misericordiam tuam;* me, inquam, planè, qui necessariam habeam misericordiam. Si pro merito salutem contuleris, nullam res habet admirationem. Si justi misertus fueris, nihil hoc novum: quippe cùm ejusmodi misericordiâ dignus sit. Si denique bonum ac probum virum gloriâ affeceris; nihil hoc magnum videatur: Ita quippe æquum est. Verum enim in me potius mirifica misericordias tuas, ut laudetur in me clementia tua, ac benignitas. Nam & probatus medicus tunc demum laudatur atque admirationi est, quando incurabiles ac desperatos morbos curat. Bonus quoque Rex tunc commendatur, ac celebri habetur famâ, cùm in ipsos etiam immeritos munificus est. Scis enim humanæ naturæ imbecillitatem, cùm eam ipse formaveris: scis item, quòd eandem ipse assumpseris, ac salute donaveris.

οὐδ᾽ ἂν μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστι. μνήσθητι ὅτι ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκύσσησέ με ἡ μήτηρ μου. μνήσθητι ὅτι οὐδὲ αὐτὸς ὁ οὐρανὸς καθαρὸς ἐνώπιόν σου. οὐδὲ αὐτὰ τὰ στρατεύματα τῶν ἀγγέλων ἄμεμπτα ἐνώπιόν σου εἰσίν. εἴ γε καὶ ἐξ οὐρανοῦ ἔπεσόν τινες διὰ τὴν ἁμαρτίαν αὐτῶν. διὸ σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου, ἐμὲ τοῦ ἐλέους δεόμενον. ἐὰν τὸν ἄξιον διασώσῃς, οὐδὲν θαυμαστόν. ἐὰν τὸν δίκαιον ἐλεήσῃς, οὐδὲν ξένον, ἄξιος γάρ ἐστι. καὶ ἐὰν τὸν σπουδαῖον δοξάσῃς, οὐδὲν μέγα. δίκαιον γάρ τοῦτό ἐστιν. ἀλλὰ μᾶλλον εἰς ἐμὲ θαυμάστωσον τὰ ἐλέη σου, ἵνα ἐν ἐμοὶ δοξασθῇ ἡ φιλανθρωπία σου. ἐπεὶ καὶ ἰατρὸς δόκιμος τότε ἐπαινεῖται καὶ θαυμάζεται, ὅτε νόσους ἀνιάτους καὶ ἀπελπισμένας ἰᾶται. καὶ βασιλεὺς ἀγαθὸς τότε δοξάζεται καὶ εὐφημεῖται, ὅτε τοῖς ἀναξίοις δῶρα χαρίζεται· οἶδας γὰρ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως ὡς πλάσας. καὶ οἶδας αὐτὴν ὡς ἐνδυσάμενος αὐτὴν, καὶ σώσας αὐτήν.

Propterea, nunc quoque *salvum me fac propter misericordiam tuam.* Ne vincat, quæso, tuam misericordiam mea malitia; ne mea segnities incomparabilem tuam illam clementiam superet. *Ne intres in judicium* Psal. 142. v. 2. *cum servis tuis.* Nam si judicio nobiscum contendere volueris, omnium ora obstruentur, nec erit quo se quis excuset. Quî enim pro tantis in nos beficiis possimus satis laudare inexplicabilem tuam bonitatem? Fecisti nos, cùm non essemus: factosque ac creatos, multiplicasti; protexisti; adauxisti; *omnia subjecisti sub pedibus nostris.* Post Psal. 50. v. 7. hæc in errorem inductos convertisti: perditos quæsivisti; invenisti; bajulasti: tuo ipsius sanguine redemisti: nudatos vestisti: [14] extenuatos ditasti: filios nos, & fratres, ac hæredes, & cohæredes effecisti. Nihil sanè occurret quod ad ea respondeamus. Quare ne *intraveris in judicium cum servo tuo:* neque tuas minas ex adverso peccatis nostris appenderis: sed Psal. 50. v. 11. Psal. 77. v. 9. *averte faciem tuam ab iniquitatibus meis;*

Διὸ καὶ νῦν σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου· μὴ νικήσῃ ἡ ἐμὴ κακία τὴν σὴν εὐσπλαγχνίαν, μὴ νικήσῃ ἡ ἐμὴ ῥαθυμία τὴν ἀνείκαστόν σου φιλανθρωπίαν. (μὴ εἰς κρίσιν ἔλθῃς μετὰ τῶν δούλων σου.) εἰ γὰρ καὶ κριθῆναι βουληθῇς πρὸς ἡμᾶς, πᾶν στόμα φραγίσεται μὴ ἔχον τὶ ἀπολογήσασθαι. ὑπὲρ πόσων γὰρ εὐεργεσιῶν δυνάμεθα ἐξομολογήσασθαι τῇ ἀνεκδιηγήτῳ σου ἀγαθότητι. μὴ ὄντας ἡμᾶς ἐποίησας. καὶ ποιήσας ἐπλήθυνας. ἐσκέπασας· ηὔξησας· πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν ἡμῶν. εἶτα πλανηθέντας ἐπέστρεψας, ἀπολεσθέντας ἐζήτησας, ηὗρας, ἐβάστασας. ἰδίῳ αἵματι ἐξηγόρασας. γυμνωθέντας ἐνέδυσας. ταπεινωθέντας ἐπλούτισας· υἱοὺς ἡμᾶς καὶ ἀδελφοὺς καὶ κληρονόμους θεοῦ καὶ συγκληρονόμους πεποίηκας. καί τι πρὸς ταῦτα ἡμεῖς ἀπολογήσασαι οὐχ εὑρίσκομεν. διὸ μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου. μὴ ἐπιστάθμήσῃς ταῖς ἡμῶν ἁμαρτίαις τὴν ἀπειλήν. ἀλλὰ ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν

14. *Extenuatos ditasti.* ταπεινωθέντας ἐπλούτισας. Videntur hæc non ita opposita; potiusque scribendum esset, ἀνύψωσας· *depressos ac humiles sublimasti.* Putem aliquid desiderari, ut in ejusmodi passim solet. *Combefis.*

Sæc. VI. *meis;* nec libram tuam justè statuas,
Anno sed fac vergere, ac *inclina ex hoc in*
570.aut *hoc:* ex nostro onere grava in lance
680. tuæ misericordiæ; sponteque tuâ
peccatorum nostrorum pondus negli-
ge, ac grandem numerum iniquita-
tum nostrarum transcende. Salvos
nos fac propter misericordiam tuam,
per quam salutem consecuti sunt,
Num. 20. quotquot salvi fuere. Nam sive Mo-
v. 12. sen dixero, non est absque peccato,
Exod. 32. v. 2. juxta quod Scriptura testis est: sive
2. Reg. 11. Davidem cogitavero: sive magnum
v. 4. ipsum Petrum Apostolici cœtûs prin-
Matth. 26. cipem; ne hic quidem immunis est à
v. 70. peccato, ac vacat crimine. Idcir-
cò [15] per fidem salvus fieri cupio: Per
fidem, inquam, non ex meo opere:
ut & ego à tua clementia audiam:
Luc. 7. v. *Fides tua te salvum fecit: vade in pa-*
50. *ce.* Nemini enim omnium, quibus
veniam dedisti, Domine, dixisti:
Opera tua te salvum fecerunt: vade
Isai. 64. v. in pace: Nam nostra omnis justitia
6. tanquam pannus menstruatæ in con-
spectu tuo. Quamobrem dico iterum:
Psal. 22. v. *Salvum me fac propter misericordiam*
6. *tuam. Et misericordia tua subsequetur*
me omnibus diebus vitæ meæ. Miseri-
cordia tua subsequetur me, qui turpi-
ter abs te aufugi; me servum fugiti-
vum: qui semper ad peccatum curro.
Misericordia tua subsequetur me, ac
implicabit, atque *in chamo & fræno*
Psal. 31. v. 9. *constringet me non approximantem ad*
Psal. 135. *te. Tu enim Deus es, qui facis mira-*
v. 4. *bilia magna solus.* Quapropter in me
Psal. 16. quoque *mirifica misericordias tuas, qui*
v. 7. *salvos facis sperantes in te.* qui facis
misericordiam supra quàm speremus,
ac supra quàm petamus.

Matth. 18. v. 24. Accessit ad te aliquando tuus ille
debitor decem millium talentorum;
ac cùm diem condictum prorogari
duntaxat aliquantisper peteret, tu
etiam pro tuâ benignitate, ipsum uni-
versum decem millium talentorum
debitum ipsi condonaras; nisi impro-
bè post hæc, acceptas olim à fratre

ἡμῶν, καὶ μὴ στήσῃς δικαίως τὸν ζυγόν σου· ἀλλὰ φιλάνθρωπε ῥέψον καὶ κλῖνον ἐκ τούτου εἰς τοῦτο. ἐκ τοῦ ἡμετέρου φορτίου βάρησον εἰς τὸ ἔλεός σου. καὶ πάριδε ἑκουσίως τὸ βάρος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. καὶ ὑπέρβηθι τὸ πλῆθος τῶν ἀνομιῶν ἡμῶν. καὶ σῶσον ἡμᾶς ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. δι' οὗ πάντες οἱ σωθέντες ἐσώθησαν. κἂν γὰρ Μωσέα εἴπω, ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ἀναμάρτητος, ὡς ἡ γραφὴ ἐμαρτύρησε. κἂν Ἀαρὼν, κἂν τὸν Δαβὶδ κατανοήσω, κἂν αὐτὸν ἐκεῖνον Πέτρον τὸν κορυφαῖον καὶ μέγαν, οὐδὲ αὐτὸς ἀναμάρτητος, οὐδὲ ἄμεμπτος. διὸ πίστει ζητῶ σωθῦναι. πίστει, οὐ πράξει. ἵνα καὶ πρὸς ἐμὲ ὁ φιλάνθρωπος εἴπῃς. ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. πορεύου εἰς εἰρήνην. ὅσοις γὰρ συνεχώρησας δέσποτα, οὐδενὶ εἴρηκας, τὰ ἔργα σου σεσώκασί σε, πορεύου εἰς εἰρήνην. ὅτι πᾶσα ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν ἐνώπιόν σου, ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης. διὸ πάλιν λέγω, σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξει με πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου· καταδιώξει με τὸ ἔλεός σου, τὸν κακῶς ἀπὸ σοῦ ἀποφυγόντα, τὸν δραπέτην, τὸν ἀεὶ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν τρέχοντα. τὸ ἔλεός σου καταδιώξει με, καὶ ἐμποδίσει. καὶ ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ ἄγξει με τὸν ἐγγίζοντα πρὸς σέ. σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς, ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος. διὸ θαυμάστωσον καὶ ἐπ' ἐμοὶ τὰ ἐλέη σου, ὁ σώζων τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σοί. ὁ ποιῶν ὑπὲρ ὃ ἐλπίζομεν καὶ ὑπὲρ ὃ αἰτούμεθα ἔλεος.

Προσῆλθέ σοι δέσποτα ποτὲ χρεοφειλέτης σου μυρίων ταλάντων, προθεσμίαν μόνην μικρὰν ἄλλην αἰτούμενος, καὶ ὡς φιλάνθρωπος τελείαν αὐτῷ τὴν συγχώρησιν δέδωκας τῶν μυρίων ταλάντων εἰ μὴ κακῶς μετὰ ταῦτα τῷ ἀδελφῷ ἐμνησικάκησεν. ἐπέστρεψέ ποτε πρὸς σὲ ὁ ἄσωτος δυσωπῶν γενέσθαι ὡς εἷς τῶν μισθίων σου,

inju-

15. *Per fidem salvum fieri cupio.* πίστει ζητῶ σωθῦναι. Altera ac Regii Cod. editio· πίστει μόνῃ κἀγὼ σωθῦναι ζητῶ. *Per solam fidem salutem quæro:* quibus verbis nihil Anastasius catholicæ doctrinæ necessitatis operum adversatur; sed veram unam salutis radicem assignat; fidem illam per charitatem ἐνεργουμένην, juxta Paulum; in quâ virtute insint opera, uti fructus in radice: ut fides iis carens pro loco ac tempore, fides mortua sit, non viva ac vivificans. Opera autem non ex eâ fide, opera sunt non accepta Deo, ac verè sicut pannus menstruatæ coram ipso; ac si vis, peccata: amplâ satis ejus vocis significatione: quæ proinde nequeant salutem conferre: ac nec alia, ac sequentia fidem, conferunt, nisi ejus vi; cui proinde, Anastasii ac Patrum phrasi, tota ipsa salus velut intrinsecè ac formaliter, ut vocant, ac per se primò, tribui potest: quanquam nostra tempora hæreticorum abusu aliquam exigant cautionem. Eodem stylo ac phrasi Gregorius Theologus in Athanasio, viri perfecti ideam in scientiâ Trinitatis, 1. fide, definit, nullâ operum mentione, in quo sanam ejus ac altam mentem D. Maximus fusis admodum disputationibus enarrat. Totum illud ejus in Gregorium opus ex Reg. Codice multo pridem, sed ingratiori labore Latinè reddidi, novamque Maximi editionem paranti ex Cleri ordine, tradidi. Adjeceram notas, quibus maximè Hebraicæ voces illustrarentur, in quibus ille sensus mysticos fundat, ac contemplationes, quas vocat. *Combefis.*

Luc. 15. v. 19. 19. injurias ulcisci voluisset. Reversus ad te olim filius prodigus rogabat tantummodò ut esset sicut unus de mercenariis tuis: at tu illum & filium & hæredem fecisti. Rogabat te Latro, Luc. 23. v. 42. ut ejus tantùm meminisses in regno tuo: tu verò totum illi paradisum donasti. Accessit ad te Meretrix lacrymas Luc. 7. v. 48. solùm proferens, nec rogans quicquam; majoraque iis quæ speraverat ac quæsierat, invenit. Flevit quandoque Petrus petens veniam; tuque eum Ecclesiæ ac regni clavigerum creasti. Sic enim, Domine, moribus comparatum habes, ut in valde desperatis; in quibus spes nulla salutis affulgeat, quique ad imum ipsum inferni barathrum devenerunt, clementiæ ac benignitatis tuæ magnitudinem ostendas. Propterea repeto, nec desinam unquam repetere: *Salvum me fac, propter misericordiam tuam, Domine.*

V. VI. *Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?* Propterea festino: propterea tremo: propterea sum anxius, quòd sciam certò nequaquam me in inferno confessurum Deo, si fortè me vitæ finis occupaverit. Non enim est apud inferos pœnitentia: [16] non mortis condonatio: nulla est in sepulchro remissio. (*In inferno nullus pœnitentiæ locus.*) Nundinæ sunt præsens vita: quibus semel solutis, nemo illic ampliùs potest mercari. Stadii cursu peracto, nemo illic certat, ac coronatur. Postquam nox advenit, deinceps nec forum, nec lucrum ullum apparet. Audi quid dicat Scriptura de quovis homine vitâ functo: Job. 3. v. 23. *Mors viro requies, cujus abscondita est via: Conclusit enim Deus super eum.* Ubi autem Deus conclusit, quæ potest ibi superesse pœnitentia? Hæc vita, laborantium est; illa, coronarum: hæc, Dei clementiæ: illa, veri justique judicii. Quare, *Salvum me fac propter misericordiam tuam: quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?* Quisnam? Nemo. Quapropter operæpretium sit, ut anticipatò nobis præparemus quæ ad hoc iter sunt necessaria; ne nos etiam nocturna illa ac Matth. 25. v. 1. tenebrosa, fatuarum Virginum inopiæ calamitas opprimat: Quam alius item sapiens agnoscens, excitat nos, ac ad diligentiam provocat, dicens: Prov. 24. v. 27. *Præpara ad egressum opera tua, & præpa-*

οὐ αὐτὸν υἱὸν καὶ κληρονόμον πεποίηκας. ᾐτήσατό σε λῃστὴς μνήμην μόνον λαβεῖν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, σὺ δὲ ὅλον * αὐτὸν ἐδωρήσω τὸν παράδεισον. προσῆλθέ σοι πόρνη μόνον δακρύσασα, μηδὲν αἰτήσασα, καὶ ἔλαβεν ὑπὲρ ὧν ἤλπισε καὶ ἐζήτησεν. ἐδάκρυσέ ποτε Πέτρος τὴν συγχώρησιν αἰτούμενος, σὺ δὲ κλειδοῦχον αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς βασιλείας πεποίηκας. τοιοῦτον γάρ σου τὸ ἔθος, ἐν τοῖς ἄκρως ἀπεγνωσμένοις, ἐν τοῖς μηδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας ἔχουσιν, ἐν τοῖς εἰς αὐτὸν τὸν πυθμένα τοῦ ᾅδου τῇ ἁμαρτίᾳ φθάσασιν, εἰς αὐτοὺς ἐνδείκνυσθαι τὸ μέγεθος τῆς φιλανθρωπίας σου. διὰ τοῦτο πάλιν λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι. σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου, κύριε.

(* vel αὐτῷ.)

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου. ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; διὰ τοῦτο σπεύδω· διὰ τοῦτο τρέμω· διὰ τοῦτο ἀγωνιῶ, γινώσκων ἀκριβῶς ὅτι ἐπ' ἂν τὸ πέρας τῆς ζωῆς μου φθάσῃ, ἐν τῷ ᾅδῃ οὐδαμῶς τῷ θεῷ ἐξομολογήσομαι· οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῷ ᾅδῃ μετάνοια. οὐκ ἔστι θανάτου συγχώρησις. οὐκ ἔστιν ἐν τῷ μνήματι ἄφεσις. πανήγυρις γάρ ἐστιν ὁ βίος ὁ ἡμέτερος. καὶ ἐπ' ἂν λυθῇ ἡ πανήγυρις, οὐδεὶς οὐκέτι ἐκεῖ πραγματεύσασθαι δύναται. ἐὰν τὸ στάδιον παρέλθῃ, οὐδεὶς ἐκεῖ ἀγωνίζεται καὶ στεφανοῦται. ἐπ' ἂν ἡ νὺξ καταλάβῃ, ἡ ἀγορὰ καὶ τὸ κέρδος οὐ φαίνεται. ἄκουσον τί φησιν ἡ γραφὴ περὶ παντὸς ἀνθρώπου τὸν βίον τελευτήσαντος· θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, οὗ ἡ ὁδὸς ἀπεκρύβη· συνέκλεισε γὰρ ὁ θεὸς κατ' αὐτοῦ. ὅπου δὲ θεοῦ συγκλεισμὸς, ποία λοιπὸν ἐκεῖ μετάνοια; οὗτος ὁ βίος τῶν καμνόντων, ἐκεῖνος τῶν στεφάνων. οὗτος τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας, ἐκεῖνος ὁ βίος τῆς ἀληθοῦς δικαιοκρισίας. διὸ σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου· ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; τίς; οὐδείς. διὰ τοῦτο καλὸν τῷ προλαβόντι εὐτρεπίζειν ἑαυτὸν πρὸς τὴν ἐκεῖσε ὁδοιπορίαν, τὰ διαρκοῦντα ἐφόδια. ἵνα καὶ ἡμᾶς ἐκείνη ἡ νυκτερινὴ καὶ σκοτεινὴ τῶν μωρῶν παρθένων μὴ καταλάβῃ τῆς ἀπορίας ἡ δυστυχία, ἣν γινώσκων καὶ ἄλλος τις σοφὸς

rare

16. *Non mortis condonatio.* οὐκ ἔστι θανάτου συγχώρησις. Planè mendosum existimo, pro quo legendum sit, οὐκ ἔστι ἐν τῷ θανάτῳ συγχώρησις: *non est in morte venia*: quod respondeat Regii Codicis editioni, quâ dicitur οὐκ ἔστι ἐκεῖ λαβεῖν ἁμαρτίας συγχώρησιν. *Fieri non potest, ut quis illic consequatur peccati condonationem*: i. in inferno ac morte, quæ ambo pro eodem accipit: ut accipiat mortem velut in termino. *Combefis.*

SÆC. VI. ANNO 570. aut 680.

Isai. 40. v. 6. *Psal.* 101. v. 12. *Eccle.* 12. v. 41. 1. *Cor.* 15. v. 52. *Eccl.* 7. v. 40.

rare in agro: agrum appellans, humanam vitam; quia *omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis sicut flos* [*fœni. Præpara ad egressum opera tua:* quia, *homo sicut fœnum dies ejus: Et præparare in agro*, quia *tanquam flos*] *fœni sic efflorebit*, [& deflorebit,][17] *& declinabit, & arescet: subque voce passeris omnis herba consurget:* hoc est, *in voce Archangeli, in novissimâ tubâ*, omnis caro à mortuis resurget. *Præpara ad egressum opera tua, & præparare in agro.* Rursum quoque ait: *Memorare novissima tua, & in æternum non peccabis.* Hæc itaque novissima semper memorans Propheta, jugique terribilis illius horæ terrore perculsus, in assiduâ cordis compunctione vivens, in dolore & luctu noctes ipsas transigebat.

διανίστησιν ἡμᾶς. καὶ διυπνίζει τὴν προθυμίαν, καὶ λέγει· ἑτοίμαζε εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα σου, καὶ παρασκευάζου εἰς τὸν ἀγρόν. ἀγρὸν λέγω τὸν ἀνθρώπινον βίον, ὅτι πᾶσα σὰρξ ὁ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου, ὡς ἄνθος (χόρτου. ἑτοίμαζε εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα σου. ὅτι ἄνθρωπος ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ. καὶ παρασκεύαζου ἐν τῷ ἀγρῷ· ὅτι ὡσεὶ ἄνθος) τοῦ ἀγροῦ, οὕτως ἐξανθήσει (καὶ ἀπανθήσῃ) καὶ κλιθήσεται, καὶ ξηρανθήσεται. καὶ ὑπὸ τὴν φωνὴν τοῦ στρουθίου πᾶσα βοτάνη ἀναστήσεται, τουτέστιν * ἐφ' ὧν ἀρχαγγέλου, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι πᾶσα σὰρξ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται. ἑτοίμαζε εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα σου, καὶ παρασκευάζου εἰς τὸν ἀγρόν. πάλιν φησίν· ὑπομιμνήσκου τὰ ἔσχατά σου, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἁμαρτήσεις. τούτων γὰρ τῶν ἐσχάτων ὑπομιμνησκόμενος ὁ προφήτης ἀεὶ καὶ τῆς ὥρας ἐκείνης τῆς φοβερᾶς, ἀδιαλείπτως ἔχων τὸν φόβον, διηνεκῶς ἐν κατανύξει διάγων ἐν πένθει καὶ ἐν κλαυθμῷ διενυκτέρευεν.

* *Leg.* φωνῇ.

Psal. 125. v. 6.

Baptisma ac vera compunctio à Spiritu sancto.

Quamobrem etiam subjungit dicens: *Laboravi in gemitu meo: lavavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.* Nimirum certò sciens, fore, ut qui aquæ stillam ab oculis in terrâ seminant, cœlorum herbam in exultatione metant. *Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua: venientes autem venient in exultatione* in resurrectione, *portantes manipulos suos.* Quemadmodum enim renascimur per aquam & Spiritum: sic per lacrymarum aquam & ignem, ferventemque compunctionem, [18] novùm baptizamur, & emundamur; sanctique Spiritûs participes efficimur. Nam neque baptisma, neque vera lacrymarum compunctio unquam datur absque Spiritu sancto. Nec verò mireris: [Sæpe enim ipsâ baptismatis horâ, inventa est in nobis compunctio.] Quam enim gratiam ac remissionem, infantes in baptismo accepimus, auctâ in peccatis ætate postmodum fœdavimus ac extinximus. Verùm per lacrymas, ad ipsam usque senectutem ac supremum spiritum, quotidie baptizari possumus ac emundari, juxta quod Psalmus in sequentibus habet. Ait enim.

Διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου. λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου. (ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου) βρέξω, γινώσκοντος ἀκριβῶς ὅτι οἱ σπείροντες ἐπὶ τῆς γῆς ῥανίδα ὕδατος ἐξ ὀφθαλμῶν, ἐν ἀγαλλιάσει θεριοῦσι τὴν βοτάνην τῶν οὐρανῶν· (πορευόμενοι ἐπορεύοντο) καὶ ἔκλαιον βάλλοντες τὰ σπέρματα αὐτῶν. ἐρχόμενοι δὲ ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει, ἐν τῇ ἀναστάσει, αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν. καὶ γὰρ ὥσπερ δι' ὕδατος, καὶ πνεύματος ἀναγεννώμεθα, οὕτως δι' ὕδατος τῶν δακρύων καὶ πυρὸς καὶ θερμῆς κατανύξεως καταβαπτιζόμεθα· καὶ καθαιρόμεθα· καὶ πνεύματος ἁγίου μετοχὸν * γινόμενοι· οὔτε γὰρ τὸ βάπτισμα, οὔτε ἡ ἀληθὴς τῶν δακρύων κατάνυξις ἄνευ τοῦ ἁγίου πνεύματος δίδοταί ποτε· καὶ μὴ θαυμάσῃς, πολλάκις γὰρ ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ τοῦ βαπτίσματος εὑρέθη ἐν ἡμῖν ἡ κατάνυξις. τὴν γὰρ χάριν καὶ τὴν ἄφεσιν τὴν ἐν τῷ βαπτίσματι νήπιοι ἡμεῖς λαμβάνοντες ἐν ἁμαρτίαις αὐξόμενοι κατερρυπώσαμεν ταῦτα καὶ ἐσβέσαμεν· διὰ δὲ δακρύων καὶ ἕως γήρως καὶ ἐσχάτης ἀναπνοῆς καθημέραν βαπτίζεσθαι καὶ ἀνακαθαίρεσθαι δυνάμεθα, καθὼς λέγει τὰ ἀκόλουθα τοῦ ψαλμοῦ. λέγει γάρ.

* γινόμεθα.

Tur-

17. *Et declinabit & exarescet.* καὶ κλιθήσεται. Sic Regius. Edita, κληθήσεται· quod etiam reddit Interpr. *& vocabitur:* sed nihil consequenter: Sunt ipsa verba Psal. 101. quæ marg. adscripsi. *Combefis.*

18. *Novùm baptizamur.* Lego ex Reg. ἀναβαπτιζόμεθα· Illud enim καταβαπτιζόμεθα, etsi fortè possit sumi bonô sensu, & ut quandam baptismi perfectionem sonet: à Gregorio tamen Orat. de baptismo accipitur in malam partem, cùm ait, quære tibi βαπτιστήν, ἢ καταβαπτιστήν· velut dicat: *quære qui te intingat, aut etiam submergens extinguat*, à quo non videatur alienus Anastasius. *Combefis.*

Sæc. VI. Anno 570. aut 980.

V. VIII. *Turbatus est à furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.* Hoc est: Contaminatus sum: concrevi ac consenui in peccatis. Hoc enim volunt ea verba: *Inveteravi inter omnes inimicos meos.* Vide autem, post diuturnam illam in peccatis inveterationem, post vitam in omni iniquitate traductam, nihil tamen Propheta de se desperavit: nihil de divina misericordia diffisus est. Non se dedit inertiæ; sed per compunctionem salvus factus est: per lacrymas mundatus est; per confessionem est justificatus. Quæ planè omnia, in ipsâ etiam senectute, & extremâ canicie præstare possumus: lacrymari, dico; gemere; confiteri; orare. Verùm audi quid inde nobis accedat commodi. Cùm enim dixisset: *Inveteravi inter omnes inimicos meos:* ac mox per pœnitentiam ac compunctionem, fiduciamque ac illustrationem sensisset, suos deinceps hostes cum potestate increpat, aitque.

V. IX. *Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.* Hoc est, desinite; erubescite; abscedite: quoniam exaudivit Dominus quam in senectute fudi

V. X. precationem. *Exaudivit Dominus vocem fletûs mei; Dominus orationem meam suscepit. Erubescant & conturbentur omnes inimici mei; avertantur & erubescant valde velociter.* Vidistin' lacrymarum potentiam? Vidistin' confessionis fructum? Vidistin' inveterationem in omni peccatorum genere, atque ex iis regenerationem? Ne mihi posthac dixeris: Senex sum; infirmus sum; inveteravi jam & peccatis omnibus assuevi, nec possum ampliùs Dei facere mandata. Nihil mihi tale dixeris. *Ne excusaveris in peccatis.* Quòd si excusaveris, confestim monstrabo tibi, ut in ipsâ senectute, meliùs quàm in juventute Dei mandata servare possis, si modò volueris. Cæterùm interroganti mihi verum responde. Quosnam Scriptura beatos prædicat, cùm ait: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum?* Planè dices; eos qui sensu demisso sunt, ac humili. Quandonam verò demissior nobis ac humilior existit sensus; in juventute, an in senectute? Etenim juventuti innatus est fastus. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Hîc tu mihi dic Quænam ad luctum ac lacrymas apta est ætas; juventus, an senium? Palam

Præclarum pœnitentiæ facinus.

Psal. 140. v. 4.

Senectus ad virtutem præ juventute commodior.

Matth. 5. v. 3.

Ἐταράχθη ἀπὸ θυμοῦ ὁ ὀφθαλμός μου· ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου. τουτέστι κατερρυπώθην. συνηύξησα, συνεγήρασα ταῖς ἁμαρτίαις. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ εἰπεῖν. ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου· ἀλλ' ὅρα μετὰ τὴν ἔγχρονον ἐν ἁμαρτίαις παλαίωσιν, κατὰ τὴν ἐν πάσῃ ἀνομίᾳ συμβίωσιν, οὐκ ἀπέγνω ὁ προφήτης αὐτοῦ, οὐκ ἀπήλπισε τοῦ ἐλέους τοῦ θεοῦ. οὐκ ἔδωκεν ἑαυτὸν εἰς ῥαθυμίαν, ἀλλὰ διὰ κατανύξεως ἐσώθη. διὰ δακρύων ἐκαθαρίσθη. δι' ἐξομολογήσεως ἐδικαιώθη· ἅπερ πάντα καὶ ἐν αὐτῷ τῷ γήρᾳ, καὶ ἐν ἐσχάτῃ πολιᾷ ποιῆσαι δυνάμεθα. λέγω δὴ δακρῦσαι, στενάξαι, ἐξομολογήσασθαι, δεηθῆναι. τί δὲ ἡμῖν ἐκ τούτων προσγίνεται, ἄκουσον· εἰπὼν γὰρ ὅτι ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου. εἶτα, διὰ μετανοίας καὶ τῆς κατανύξεως θείας τινὸς ἀντιλήψεως καὶ ἀφέσεως καὶ παῤῥησίας καὶ ἐλλάμψεως αἰσθόμενος, ἐπιτιμᾷ λοιπὸν τοῖς πολεμοῦσιν αὐτὸν μετ' ἐξουσίας, καὶ λέγει.

Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. παύσασθε, αἰσχύνεσθε. ἀναχωρεῖτε· διότι εἰσήκουσε κύριος τῆς ἐν γήρᾳ δεήσεώς μου. εἰσήκουσε κύριος τῆς φωνῆς τοῦ κλαυθμοῦ μου, κύριος τὴν προσευχήν μου προσεδέξατο. αἰσχυνθείησαν (καὶ ταραχθείησαν) πάντες οἱ ἐχθροί μου· ἀποστραφείησαν (καὶ καταισχυνθείησαν) σφόδρα διὰ τάχους· εἶδες τῶν δακρύων τὴν ἰσχύν; εἶδες τῆς ἐξομολογήσεως τὸν καρπόν; εἶδες τὴν ἐν πάσῃ ἁμαρτίᾳ παλαίωσιν, καὶ ἀναγέννησιν. λοιπὸν μή μοι εἴπῃς, γέρων εἰμί. ἀσθενὴς εἰμί· ἐπαλαιώθην λοιπὸν καὶ * συνήθησα ἐν πάσῃ ἁμαρτίᾳ καὶ οὐκ ἔτι ἰσχύω τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ ποιῆσαι· μηδὲν τοιοῦτον εἴπῃς, μὴ προφασίσῃ ἐν ἁμαρτίαις· εἰ δὲ προφασίσῃ εὐθέως σοι δείξω, ὅτι ἐὰν μόνον θελήσῃς ἐν αὐτῷ τῷ γήρᾳ ὑπὲρ τὴν νεότητα ἔχεις φυλάξαι τὰ τοῦ θεοῦ προστάγματα· ἀλλ' ἐρωτῶντι δός μοι ἀψευδῆ τὴν ἀπόκρισιν. (τίνας ὁ λόγος μακαρίζοι) μακάριοι οἱ πτωχοὶ (λέγων) τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, (πάντως ἐρεῖς τοὺς τὴν διάνοιαν κατεσταλμένους καὶ ταπεινούς) καὶ πότε ταπεινότερόν ἐστιν ἡμῶν τὸ φρόνημα, ἐν νεότητι ἢ ἐν γήρᾳ; (οὐκ εὔδηλον ὅτι ἐν γήρᾳ) σύμφυτος γάρ ἐστιν ὁ τῦφος ἐν νεότητι. μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παuti-

* *Fort.* συνειθισα.

Sæc. VI. Anno 570. aut 680.

utique senium, *Beati mites.* At nunquid omnes fatemur, quòd ad iram propensior sit ac calentior juventus; senectus verò sit mitior? Perinde, si rectè expenderis, invenies senectam longè aptiorem tibi adjutricem esse ad quodvis Dei perficiendum mandatum, præ ipsâ juventute. Nam in juventute etiam amor corporum in nobis accenditur: in juventute voluptatis ardor impugnat, ac pleraque alia vitia; nempe inanis gloria; avaritia; gula; simultas; alieni improba cupiditas. Ac sicut duobus in palæstrâ luctantibus, quò unus debilior efficitur, eò alterum necesse est fortiorem fieri; ita in anima ac corpore accidit: Quippe confectis vetustate ac senio carnis cupiditatibus atque viribus, habet anima, dum omninò velit, vires ac facultatem ad Dei mandatorum observationem; ac potissimùm ad compunctionem & lacrymas. Porrò lacrymas dico, quæ Deo consentaneæ sunt. Nam sunt etiam naturales lacrymæ, quales fundimus super mortuos: sunt & lacrymæ satanicæ, quas inanis gloriæ ac satanici amoris causâ emittunt aliqui. Sunt & ex ebrietate, ac deliciarum nimio humore profluentes lacrymæ. Denique sunt lacrymæ purgatrices, quæ cùm ex Dei timore, tum ex mortis suppliciorumque cogitatione nobis oboriuntur: in quibus si perseveremus ac laboremus, haud dubiè ad spiritales illas perveniemus; non jam timorem habentes, sed desiderium in Deum per consolationem & illustrationem, ac exultationem sancti Spiritûs.

Multiplices Lacrymæ.

Tales lacrymas ex divino in Deum desiderio fudit, qui dixit: *Adhæsit anima mea post te:* quique alio loco dicit: *Inflammatum est cor meum, & renes mei immutati sunt: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum: Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum & caro mea exsultaverunt in Deum vivum:* tanto in Deum desiderio habebat, tantisque lacrymis, Psaltis animus. *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus noster.* Ignota sunt fortasse plerisque vestrûm, quæ dicuntur. Haud verò ita operæpretium est. Non enim vobiscum de re aliquâ disputamus in abysso positâ, aut quæ non nisi in Barbarorum solitudinibus, idque admodum rarò, inveniatur: sed de re, quæ nobis intus in corde data

Psal. 62. v. 9.

Psal. 72. v. 21. & 26.

Psal. 83 v. 3.

Psal. 41. v. 2.

ρακληθήσονται ἄρτι σύ μοι εἰπὲ, τί ἐστι πρὸς πένθος καὶ δάκρυα εὐχερές; νεότης, ἢ τὸ γῆρας; (εὔδηλον ὅτι τὸ γῆρας) μακάριοι οἱ πρᾳεῖς. ἆρα οὐ πάντες ὁμολογοῦμεν, ὅτι ἡ νεότης ὀξυτέρα ἐστὶ καὶ θερμοτέρα πρὸς ὀργήν; τὸ καὶ γῆρας πρᾳύτερον; ὡσαύτως ἐὰν σαφῶς κατανοήσῃς, εὑρήσεις συνεργέστερόν σοι τὸ γῆρας πρὸς πᾶσαν θείαν ἐντολὴν ὑπὲρ τὴν νεότητα· ἐν γὰρ τῇ νεότητι καὶ ὁ τῶν σωμάτων ἔρως ἐν ἡμῖν ἀνάπτεται. ἐν νεότητι, καὶ ἡ τῆς * φυλαργυρίας κάμινος πολεμεῖ, καὶ τὰ πλεῖστα πάθη, ἤγουν ἡ κενοδοξία, καὶ ἡ φιλαργυρία, καὶ ἡ γαστριμαργία, καὶ ἡ μνησικακία, καὶ ἡ πλεονεξία. καὶ καθάπερ δύο τινῶν παλαιόντων, ἐὰν ὁ εἷς ἀσθενὴς ᾖ, ὁ ἕτερος δυνατώτερος πάντως εὑρίσκεται. οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος τῶν ὀρέξεων, καὶ τῶν δυνάμεων τῆς σαρκὸς παλαιουμένων καὶ γηρώντων. ἐὰν ὅλως βουληθῇ ἡ ψυχὴ, ἔχει ἡ ψυχὴ πρὸς τὴν τῶν θείων ἐντολῶν τήρησιν ἰσχὺν καὶ δύναμιν, καὶ μάλιστα πρὸς κατάνυξιν καὶ δάκρυα. δάκρυα δὲ ἐγὼ τὰ κατὰ θεὸν φημί. εἰσὶ γὰρ δάκρυα φυσικὰ, οἷα ἐπὶ τοῖς νεκροῖς ἐπιχέομεν. καὶ εἰσὶ δάκρυα σατανικὰ, ἅπερ τινὲς διὰ κενοδοξίαν καὶ δι' ἔρωτα σατανικὸν κλαίουσιν. εἰσὶ δὲ δάκρυα ἐκ μέθης καὶ πολυύχρου τρυφῆς. εἰσὶ δὲ δάκρυα καθαρτικὰ ἐκ φόβου θεοῦ, καὶ ἐννοίας θανάτου καὶ κολάσεως ἡμῖν γενόμενα, ἐν οἷς ἂν χρονίσωμεν, καὶ πονήσωμεν, εἰς δάκρυα πνευματικὰ ἐρχόμεθα. οὐκ ἔτι φόβον, ἀλλὰ πόθον πρὸς θεὸν ἔχοντες διὰ παρακλήσεως καὶ ἐλλάμψεως, καὶ ἀγαλλιάσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος.

*Deg. φιλοδοξίας.

Τοιαῦτα δάκρυα ἐκ πόθου θείου ἐδάκρυσε πρὸς θεὸν ὁ εἰπὼν, ἐκκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου· καὶ ἀλλαχοῦ λέγων, ἐξεκαύθη ἡ καρδία μου, καὶ οἱ νεφροί μου ἠλλοιώθησαν, ὁ θεὸς τῆς καρδίας μου. καὶ ἡ μερίς μου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα. ὅτι ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ κυρίου, ἡ καρδία μου καὶ ἡ σάρξ μου ἠγαλλιάσαντο ἐπὶ θεῷ ζῶντι. τοσοῦτον πρὸς θεὸν πόθον καὶ δάκρυα εἶχεν ἡ ψυχὴ τοῦ ψάλλοντος. ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ ὁ θεὸς ἡμῶν. τάχα ἀγνοεῖται τοῖς πολλοῖς ἡμῶν τὰ λεγόμενα· ἀλλ' οὐκ ὠφελεῖ· οὔτε γὰρ περὶ πράγματος ὑμῖν διαest

SÆC. VI. ANNO 570. aut 680.

Luc. 17. v. 21. est à Christo dicente: *Regnum cœlorum intra vos est:* id est, Spiritus sanctus, in vobis compunctionem ac lacrymas, ad remissionem & regenerationem ac redemptionem peccatorum gignens.

Magna itaque lacrymarum, quæ quidem pietati congruunt, vis; magna efficacia. Testes in veteri quidem testamento, Ninivitæ, Ezechias, Nabuchodonosor, Manasses. In novo autem, Petrus, qui utique lacrymarum vi Deum placavit, ac quod negatione peccatum erat, curavit: Meretrix quoque, quæ lacrymis Dei misericordiam attraxit, ac commissorum remissionem accepit. Omninò explicari nequit divinarum miserationum altitudo; non latitudo, non multitudo, non pelagus comprehendi. Manasses per pœnitentiam salutem consequitur: quis verò deinceps, quem toto corde peccatorum pœniteat, non consequatur? Quorsum mihi dicis: Fornicatus sum: adulterium commisi: homicidium perpetravi; in iniquitatibus consenui, nec possum salutem adipisci? Quid hæc loqueris? Cùm Deus Manassen per pœnitentiam receperit, forsan ausim dicere, fore, ut & ipsum diabolum, siquidem eum omninò ex animo pœniteret, recepturus esset. Quis certè adeò atque Manasses peccavit? qui nimirum quinquaginta duobus annis, Israeliticum universum populum, ad serviendum idolis, eaque adorandum, adegit? Quot, putas, hominum millia, toto illo annorum spatio defuncti, in interitum abierunt? quorum damnationis Manasses reus ac debitor fuit. At non vicit tanta scelerum multitudo Dei clementiam. Testantur enim antiqui Scriptores, Manassen Israelis Regem à Chaldæis captivum in Babylonem Persiæ avectum, ibique à Persarum Rege æneâ inclusum machinâ; cùm in eâ positus, cum lacrymis Cantici sui orationem fudisset, mox Dei jussu ac clementiâ, fractâ machinâ, exiisse, 19 atque à Dei Angelo in Jerusalem salvum

Margin notes: Joh. 2. v. 6. Isai. 38. v. 2. Dan. 4. v. 31. 2. Paral. 33. v. 13.

Manassis exemplo, Dei grandem misericordiam exponit.

λεγόμεθα εἰς τὴν ἄβυσσον ὄντος, οὐ δὲ περὶ εἴδυς εἰς τὰς τῶν βαρβάρων ἐρήμυς εὑρισκομένυ σπανίως, ἀλλὰ περὶ πράγματος ὑμῖν λαλοῦμεν ἔνδον ἐν καρδίᾳ ὑπὸ χριστοῦ ἡμῖν δοθέντος τοῦ εἰπόντος ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ἡμῶν ἐστιν, ἤγυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τίκτον ὑμῖν κατάνυξιν, καὶ δάκρυα, πρὸς ἄφεσιν, καὶ ἀναγέννησιν, καὶ λύτρωσιν ἁμαρτιῶν.

Μεγάλη τοίνυν τῶν κατὰ θεοῦ δακρύων ἡ ἰσχὺς, μεγάλη αὐτῶν ἡ ἐνέργεια, καὶ μάρτυρες ἐν τῇ παλαιᾷ Νινευῖται, Ἐζεκίας, Ναβυχοδονόσορ, Μανασσῆς. (ἐν δὲ τῇ νέᾳ, Πέτρος διὰ δακρύων τὸν θεὸν ἱλεούμενος καὶ τὴν ἄρνησιν θεραπεύων. πόρνη, δάκρυσι τὸ φιλάνθρωπον ἕλκουσα, καὶ τὴν ἄφεσιν τῶν πεπραγμένων λαμβάνυσα) ἀδιήγητον τὸ βάθος, καὶ ἀκατάληπτον τὸ πλάτος καὶ τὸ πλῆθος, καὶ τὸ πέλαγος τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ· Μανασσῆς διὰ τῆς μετανοίας σώζεται. καὶ τίς λοιπὸν μετανοῶν ὁλοψύχως οὐ σώζεται; τί μοι λέγεις; ἐπόρνευσα. ἐμοίχευσα· ἐφόνευσα· ἐν ἀνομίαις ἐγήρασα, καὶ σωθῆναι οὐ δύναμαι· τί ταῦτα λέγεις; εἰ Μανασσῆν ὁ θεὸς διὰ μετανοίας ἐδέξατο, τάχα τολμῶ εἰπεῖν, ὅτι καὶ τὸν διάβολον μετανοοῦντα ὁλοψύχως δέξεται. τίς ἄρα ἥμαρτεν, εἴτι Μανασσῆς ἥμαρτεν; πεντηκονταδύο χρόνυς ποιήσας τὸν λαὸν ὅλον τοῦ Ἰσραὴλ λατρεύειν, καὶ προσκυνεῖν τοῖς ἰδόλοις· πόσαι μυριάδες, εἰπέ μοι, ἀπέθανον ἐν τοῖς πεντηκονταδύο χρόνοις, καὶ ἀπῆλθον εἰς ἀπώλειαν; ὧν τὸ κρίμα ὁ βασιλεὺς Μανασσῆς ἔλαβε, καὶ χρεωστεῖ· οὐκ ἐνίκησε τοσοῦτον πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ θεοῦ. φασὶ γὰρ οἱ ἀρχαῖοι τῶν ἱστοριογράφων, ὅτι ἀπενεχθεὶς Μανασσῆς ὁ βασιλεὺς Ἰσραὴλ ὑπὸ χαλδαίων αἰχμάλωτος ἐν Βαβυλῶνι τῆς Περσίδος, κατεκλείσθη εἰς ζώδιον χαλκοῦν, ὑπὸ βασιλέως Περσῶν. καὶ ἔσω ὢν ἐν τοιούτῳ ζωδίῳ, προσηύξατο μετὰ

19. *Atque à Dei Angelo.* Antiqui scriptores, à quibus hanc narrationem Anastasius accepisse ait, haud alii videantur, quàm Clemens Romanus in Apostolicis constitutionibus, ac si qui ab eo acceperunt: apud Josephum enim non occurrit modus iste mirabilis ac portentosus, sed suavior alius, ut nimirum Deus inflexerit animum Regis Babylonis, à quo Manasses dimissus sit, ac regno restitutus. Sic Joseph. L. 10. Antiquit. c. 4. ὁ δὲ Μανασσῆς τότε συνεὶς ἐν οἵοις κακοῖς ἐστι, καὶ πάντων αἴτιον ἑαυτὸν νομίζων, ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ παρασχεῖν αὐτῷ φιλάνθρωπον καὶ ἐλεήμονα τὸν πολέμιον. χαρίζεται δὲ τοῦτο τῆς ἱκεσίας ἐπακούσας ὁ Θεὸς αὐτῷ. καὶ πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν ὁ Μανασσῆς ἀπολυθεὶς, ὑπὸ τοῦ Βαβυλωνίων βασιλέως διασώζεται. *Tum demum Manasses, intelligens in quantis versaretur malis, seque eorum omnium caussam agnoscens, ut hostem humanum ac clementem experiretur à Deo precibus petiit. Nec se Deus inexorabilem præbuit, sed misertus exaudiit supplicem; quem rursum Babylonius domum remissum, in pristinum principatum restituit.* Clemens verò citatus l. 2. c. 21. ita eam liberationem describit, post ejus recitatam Orationem, quam meritò Ecclesia inde acceptam à Canone exclusit: καὶ ἐπήκουσε τῆς φωνῆς αὐτοῦ ὁ κύριος, καὶ ᾠκτείρησεν αὐτόν. καὶ ἐγένετο περὶ αὐτὸν φλὸξ πυρὸς, καὶ ἐτάκησαν πάντα τὰ περὶ αὐτὸν σίδηρα, καὶ ἰάσατο κύριος τὸν Μανασσῆν ἐκ τῆς θλίψεως αὐτοῦ, καὶ ἐπέστρεψεν αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. *Et exaudivit Dominus vocem ejus, & misertus est ejus, & exstitit flamma ignis circa eum,* &

SÆC. VI. ANNO 570. aut 680.

salvum perductum esse; ac illic pœnitentem ac confitentem, diem extremum clausisse. Hîc mihi observa inenarrabile pelagus miserationum ejus, qui solus bonus ac benignus est, Dei, qui salvos facit, ac misericordiâ gratis prosequitur confugientes ad ipsum. Planè gratis. Nam quid mihi Manassen obtulisse Deo dicere possis, quod ullâ ex parte conferendum sit cum damnatione ac interitu tot millium animarum, quæ in gehenna damnatæ perierunt? Nihil sanè. Confugit ad Deum, seque in ejus miserationes conjecit, ejusque benignitatem ac clementiam experiri meruit.

Quod si velis, adhuc etiam historica alia, quæ nos ad pœnitentiam ac conversionem ad Deum excitent, tibi afferam. [20] Scribit enim Clemens Alexan-

δακρύων τὴν προσευχὴν τῆς ᾠδῆς αὐτοῦ· καὶ προστάξει καὶ φιλανθρωπίᾳ Θεοῦ διεῤῥάγη τὸ ζώδιον· καὶ ἐξῆλθεν ὁ Μανασσῆς καὶ ἐσώθη ὑπὸ ἀγγέλου Θεοῦ εἰς Ἱερουσαλὴμ, κἀκεῖ ἐτελεύτησεν ἐν μετανοίᾳ καὶ ἐξομολογήσει, ὅρα πῶς τὸ πέλαγος ἀδιήγητον τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ ἐλέους τοῦ μόνου ἀγαθοῦ καὶ φιλανθρώπου Θεοῦ, τοῦ σώζοντος καὶ ἐλεοῦντος δωρεὰν τοὺς εἰς αὐτὸν καταφεύγοντας, δωρεὰν ἀληθῶς. τί γὰρ εἰπέ μοι καὶ προσήγαγε Μανασσῆς τῷ Θεῷ ἀντάξιον τοῦ κρίματος, καὶ τῆς ἀπωλείας τῶν τοσούτων μυριάδων ψυχῶν τῶν ἐν γεέννῃ κατακριθέντων καὶ ἀπολωλότων; οὐδέν. καὶ προσέφυγε καὶ ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν εἰς τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἠξιώθη φιλανθρωπίας παρ' αὐτοῦ.

Εἰ δὲ βούλει, καὶ ἔτι τάξομαί σε ἱστορι-

& liquefacta sunt omnia vincula ferrea circum eum, & sanavit Dominus Manassen ex afflictione ejus, & reduxit, eum Jerusalem in regnum ejus: Atque, ut fere solet, ut auctiores prodeant historiæ, quò antiquiores, præter dicta à Clemente, novum aliud addit Canisiana editio Anastasii, nimirum Manassen ὑπὸ ἀγγέλου Θεοῦ εἰς Ἱερουσαλὴμ σωθῆναι· *à Dei Angelo salvum perductum esse in Jerusalem:* quasi Angelo miraculosè transferente, ut ita liberatus sit duplici miraculo, altero fractionis carceris ac machinæ æneæ, quâ tenebatur, seu etiam liquefactionis catenarum; altero miraculosæ illius translationis: quorum alterum nihil alteri necessariò connexum est: sic enim legimus in Actis, solutum à vinculis Petrum, ac liberatum à carcere per Angelum, humanâ postmodum cautione ac prudentiâ, fugâ lapsum, saluti prospexisse. Videor mihi in hac Manassis historiâ idipsum deprehendere, atque in historiâ liberationis Caroli 2. Regis Siciliæ ac Provinciæ Comitis, quem antiquiores Scriptores, indulgentiâ Regis Aragonum, datis quoque obsidibus, liberatum testentur; nostri autem aliqui Sammaximinenses, seu etiam Provinciales alii; nedum vinculis absolutum ac extractum è carcere, verùm etiam penè momentò, ad Narbonam Occitaniæ per Magdalenam translatum, instar fere Habacuc, ac mirabiliùs Petro, comminiscantur: improbando certè commento, quod non parum rei gestæ, ac veræ per Magdalenam ejus liberationis fidem elevet. Describit pluribus Joannes noster à Rechaç, in ejus Conventûs fundatione ac historiâ, ex Bernardo Guidonis auctore æquali, cujus in multis nostrorum Conventuum extant historica, ut hæc habuerint, ac Magdalenæ patrocinio Carolus liberatus sit mitiore in eum facto Aragonum Rege, haud secus ac Josephus describit in Manasse. Utque Manasses, pio prudentique consilio, suam in Deum liberationem retulit, tametsi videbatur fuisse liberatus humano modo, sic & Carolus: quòd præsertim ea Regum captivos tenentium miraculo proxima mutatio, ac delinitio, concepta in Deum vota, ac in Carolo, Magdalenæ patronæ Provinciæ invocationem, seu etiam apparitionem, visione nocturnâ, quâ Deus non rarò per Angelos suos impertit homines, secuta esset. Scriptura ipsa de Manasse 2. Paral. 33. *Deprecatus est eum* [Deum,] *& obsecravit intentè: & exaudivit orationem ejus, reduxitque eum Jerusalem in regnum suum, & cognovit Manasses quòd Dominus ipse esset Deus:* ex quibus Scripturæ verbis, & quia dicat Deum liberasse Manassen, prodigia ejusmodi in modo liberandi à posterioribus conficta sint. Atque utinam in aliis quoque maluissent sinceriores, quàm fusiores ac integriores historias ad nos transmittere. Præstaret sanè pauca admodum benè certa scire, quam plura illa sic aucta, in quibus cùm aliqua fide nutent, nullis omninò indubitata potest haberi; uti benè admonet Cardinalis Baronius in Annal. occasione Actorum Catharinæ sive Hecatharinæ Martyris Alexandrinæ sub Maximino, cujus ne nomen æqualis seu suppar Eusebius potuerit scire; cùm nos singula quæque ejus sciamus, si tamen verè scimus, ex Actis locupletibus, certamina. Interpres, semel ac iterum, ubi Græca habent annos *quinquaginta duos*; septuaginta duos substituit: quo, nedum auctori, sed & sacro textui contrarius est, quo habetur regnasse solùm annis quinquaginta quinque; ut juxta Anastasii computum, duobus de quinquaginta scelestissimè in regno transactis, tres residuos in pœnitentia, ac Regum sanctissimus, instaurando Dei cultu, ac abolendâ idololatriâ, cui ita deditus fuisset, peregerit: ut ne vitæ anni omnes, ad duos illos de septuaginta Anastasiani Interpretis ascendant; cùm sacer textus, duodecim annorum regnum cepisse visse dicat: postmodumque duos illos de quinquaginta regnasse, ac sic pœnitentem ac religiosum ex perditissimo idololatrâ consummatum esse. *Combefis.*

20. *Scribit Clemens Alexandrinus.* Hanc historiam tribuit Antiochus Monachus ser. 122. Irenæo Lugdunensi, tametsi non extat in ejus, quæ extant, opusculis, uti etiam ibi Interpres adscripsit margini: sive præfatus Antiochus vidit alia Irenæi opera, ut constat aliqua excidisse, sive lapsus est memoriâ; ac Irenæum posuit pro Clemente, cui tribuit Eusebius, ex quo accepit Anastasius noster. Chrysostomus libro 1. ad Theodorum lapsum cap. 1. perstringit quidem historiam, nullum tamen ejus refert antiquiorem scriptorem. τὰ μὲν κατὰ τὸν νέον ἐκεῖνον, τὸν πρότερον μὲν Ἰωάννου τοῦ Ζεβεδαίου γενόμενον μαθητὴν, ὕστερον δὲ ἐπὶ πολὺν λῃσταρχήσαντα χρόνον, καὶ πάλιν ἐπὶ τῶν ἁγίων τοῦ μακαρίου θηρευθέντα χειρῶν, ἀπὸ τῶν καταδύσεων τῶν λῃστρικῶν καὶ σπηλαίων, καὶ ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανελθόντα ἀρετὴν, οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοεῖς, ἀλλ' οἶδα ἡμῶν οὐχ ἧττον ἅπαντα ἀκριβῶς· καί σου πολλάκις ἤκουσα θαυμάζοντος τὴν πολλὴν, καὶ ὅτι τὴν αἱμαχθεῖσαν πρῶτον ἐφίλησε δεξιὰν, τῷ νέῳ περιχυθεὶς, καὶ οὕτως αὐτὸν ἐπὶ τὰ πρότερα ἐπανήγαγε. *Quæ autem gesta sunt cum illo juvene, qui priùs discipulus fuit Joannis filii Zebedæi: postmodum verò, longo tempore ducem egit latronum; iterumque à sanctis beati viri manibus ceu venatu interceptus, in superiorem virtutem, è lustro, è speluncâ latronum penetravit, ipse non ignoras; nosti enim non minùs quàm ego. Nec te rarò admirantem audivi, multa illam benignitatis inclinationem, utque prior ipse cruentam dexteram sit deosculatus, hærens in adolescentis amplexu, eâque viâ ad amissam virtutem reduxerit.* En tibi compendiò, quam sic multis Anastasius post Eusebium enarrat historiam: ac fortè pluribus quàm par esset, ut adjecta aliqua, minùs fortè senem Joannem decentia; citatus nimirum ille cursus, ac equitatio; ejus apud quosdam, ingenii ad judicium severioris, qualis est noster Canus, elevent fidem. Historia pœnitentis Monachi, cujus Dominus precibus imbrem concesserit, quam Chrysostomus illi adolescentis à Joanne conversi eodem capite præmittit, ipsa eadem videtur ex maximâ omnium affinitate, quam Amphilochius hom. de pœnitentiâ retulit: cumque Chrysostomus alioqui junior magno Amphilochio ac seniori, ceu rem recentis memoriæ narret, Amphilochius autem, ut quid ex patrum antiquâ historiâ acceptum referat, argumento sit, excepto stylo & aliis ibi indicatis, alterius esse à magno illo Amphilochio, ac longè sequio-

Egregia juvenis à Joanne Theologo conversi ad fidem, iterumque post naufragium ac latrocinia ad meliorem revocati frugem, historia.

Alexandrinus historicus de Joanne Theologo, cùm aliquando præfatus Christi discipulus, Joannes, inquam; lustrando provinciam ad Asiæ quendam locum venisset, atque in juvenem quendam, elegantiori specie, corporisque viribus ac magnitudine præstantem incidisset, ejus animæ amore captum, hortatum esse ut Christo nomen daret, fideique accederet; persuasumque adolescentem, fidei rudimentis imbuendum civitatis Episcopo obtulisse, inque hunc modum affatum esse: *Hunc tibi virum, Episcope, Deo teste, ac universâ hacce Ecclesiâ, deposito trado:* hisque dictis, Joannem, aliis quoque regionibus fidem prædicaturum, abiisse. Episcopum autem assumptum puerum, hortari cœpisse, ac instruere; illi cavere, docere, ejus curam agere: postque demum aliquantum tempus, baptizasse, ac Christianis hominem cooptasse: Deinceps verò, tanquam baptismate, res ejus in tuto collocasset, ac abundè adolescenti cavisset, non ampliùs monitiones solitas adhibuisse. Itaque, libertatem nactum adolescentem, factiosos quosdam, exitiososque ac nefarios viros sibi adjunxisse. Ac principiò quidem, ad sumptuosa convivia ac nocturnas sodalitates, depravatum animo pellexisse; post etiam ad furta quædam, ac grassationes: postremò in montes eductum, tanquam virum procerâ staturâ, ac forti robore, la-

κὰς διηγήσεις διεγειρούσας ἡμᾶς πρὸς μετάνοιαν, καὶ ἐπιστροφὴν πρὸς Θεόν. γράφει γὰρ Κλήμης ὁ ἱστορικὸς Ἀλεξανδρείας, περὶ Ἰωάννου τοῦ θεολόγου, ὅτι πρὸ ἐπί τινα τόπον τῆς Ἀσίας ἐλθὼν ἐν ταῖς αὐτοῦ περιόδοις ὁ μαθητὴς τοῦ χριστοῦ Ἰωάννης, καί τινα νεανίαν εὑρὼν, κάλλει τε καὶ ἰσχύι καὶ μεγέθει κεκοσμημένον, τῆς τούτου ψυχῆς ἐρασθεὶς, νουθετεῖ τοῦτον γενέσθαι πιστόν· καὶ δὴ πεισθέντος αὐτοῦ, τοῦτον τὸν νέον προσάγει εἰς τὸ κατηχεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως ὁ Ἰωάννης, λέγων· τοῦτόν σοι παρακατατίθημι τὸν ἄνδρα, ὦ ἐπίσκοπε, μαρτυροῦντος τοῦ Θεοῦ καὶ ταύτης πάσης τῆς ἐκκλησίας· καὶ τοῦτο ὁ Ἰωάννης εἰπὼν ἐξῆλθε καὶ ἐπὶ τὰς ἑτέρας χώρας, ποιούμενος τὸ τῆς πίστεως κήρυγμα. ὁ δὲ ἐπίσκοπος τὸν παῖδα παραλαβὼν, ἐνουθέτει καὶ κατήχει. ἐφρούρει, ἐδίδασκεν, ἐπεμελεῖτο· καὶ δὴ μετά τινα χρόνον ἐβάπτισε, καὶ χριστιανὸν αὐτὸν ἐποίησε. καὶ λοιπὸν, ὡσανεὶ τῷ βαπτίσματι τοῦτον ἀσφαλισάμενος. καὶ περιτειχίσας. οὐκ ἔτι ταῖς προτέραις κέχρηται πρὸς αὐτὸν νουθεσίαις. καὶ δὴ ἄδειαν λοιπὸν λαβόντος τοῦ παιδὸς, προσκαλοῦνται αὐτὸν τινὲς νεωτερισταὶ, φθόροι τε καὶ ἐξώλεις, καὶ ἐθελόκακοι ἄνδρες· καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ δεῖπνα πολυτελῆ καὶ νοῦς, καὶ ἐπὶ τίνας πορνικοὺς σπίλους καὶ διανυκτερεύσεις. εἶτα καὶ ἐπὶ κλοπὰς

tronum

sequioris. Baron. ann. 89. præter Chrysostomum & Antiochum, etiam Cassianum pro historiâ istâ citat, Collat. 24. cap. 22. nec non Henr. Canisius ex ipso: sed id nimiâ oscitantiâ, cùm eo capite, nihil Cassianus exemplum hoc pertractet, sed quoddam Joannis Apophtegma edisserat, cùm à quodam venatore deprehensus esset, perdicem manibus molliter demulcens: cujus exemplo docet D. Thomas 2. 2. quæst. 168. art 2. etiam viris gravibus actiones ludicras interdum convenire. Verùm error hic, vt crassus, haud tamen magni adeò momenti videri debet: ut magis displiceat, quod tanquam ex Interprete approbat pro sacramento Confirmationis: Sic enim exscribit: *Posteà verò ubi sigillo Domini* (nempe sacramento Confirmationis, inquit, ut addit Interpres) *tanquam perfectâ tutâque ejus animæ custodiâ obsignasset, nonnihil de curâ & observatione in eo instituendo susceptâ remisit.* Sic reverâ Interpres; at liberior, suaque ingerens, non dicta ab auctore, ac Eusebio. Verba Eusebii sunt: ὁ δὲ πρεσβύτερος ἀναλαβὼν οἴκαδε τὴν παραδοθέντα νεάνισκον, ἔτρεφε, συνεῖχεν, ἔθαλπε, τὸ τελευταῖον, ἐφώτισε· καὶ μετὰ τοῦτο ὑφῆκε τῆς πλείονος ἐπιμελείας καὶ παραφυλακῆς, ὡς τὸ τέλειον αὐτῷ φυλακτήριον ἐπιστήσας, τὴν σφραγῖδα τοῦ Κυρίου. *Presbyter autem traditum sibi adolescentem in domum recipiens, educavit, continuit, fovit humaniter: ad extremum, baptizavit; tumque, tanquam perfectâ tutâque ejus animi custodiâ, Domini adhibito signaculo, multam illam in eum curam ac observationem remisit.* Ut planè idipsum Eusebius dicat, *sigillum Dominicum, ac illuminationem seu baptismum*, qui & σφραγὶς dicitur à Gregorio Orat. 40. σφραγῖδα δὲ, ὡς συντήρωσιν, καὶ τῆς δεσποτείας σημείωσιν. *Sigillum quia conservatio est, & dominationis significatio:* divini scilicet in nos dominii velut quidam character, ex gratiâ adoptionis quam facit. Sic post aliqua. εἰπὲ, τῇ σφραγῖδι θαῤῥήσας, εἰκών εἰμι καὶ αὐτὸς Θεοῦ· *Dic, signaculo fretus, ipse quoque Dei imago sum.* Sic Amphilochius Orat. in Peccatr. τὴν σφραγῖδα ponit, pro signaculo, quo primùm Dei gregis ceu oves efficimur, cùm de Zacchæi primâ conversione ait: ὡς πρόβατον ἐκ στόματος λύκου ἀφήρπασε, καὶ τῇ μάνδρᾳ συνέμιξε, καὶ σφραγῖδος ἠξίωσε. *Velut ovem ex ore lupi abripuit, caulæque admiscuit, ac signaculo impertivit.* Malè ergo Eusebii Interpres, longâ sæpe paraphrasi, auctoris detorquens, obscurans, ac mutans sensum, incautumque, ac Græci idiomatis rudem lectorem, in errorem mittens, ac risui exponens: dum putant magnum quid ex Eusebio proferre stabiliendis dogmatis, cùm reverâ nihil ille pro eis faciat, utì hìc Baronio accidit, indicanti facere Eusebium pro sacramento Confirmationis distincto à Baptismo, cùm nihil ille hoc velit. Cujus sacramenti probandi solidior ratio à manuum impositione Apostolorum, ac Spiritûs sancti per eam datione, quam Ecclesia, jugi traditione ceu Mysterium, ac gratiæ statum signum, à Christo institutum, ejusque ordinatione per Apostolos ac successores Episcopos, dispensandum, constanti traditione acceperit, ac teneat hactenus. Clarè editio Regia Anastasii, pro eo atque Eusebius, ὡς τὸ τέλειον αὐτῷ φυλακτήριον ἐπιστήσας, τὴν σφραγῖδα τοῦ Κυρίου· ὡσανεὶ τῷ βαπτίσματι τοῦτον ἀσφαλισάμενος· apertè synonyma habens τὸ, βάπτισμα καὶ σφραγῖδα. In Regiâ editione ipso statim initio videtur lapsus memoriâ Anastasius: cùm citat ex uno librorum, quos de diversis contextos, στρωματεῖς vocant: cùm non extet in libris Stromaticis, quos octo Eusebius refert, qui hactenus extent, citetque ille ex libro alio, quem etiam seorsim in catalogo refert: sed videtur nobis excidisse: eo titulo, τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος· *Quis ille dives sit qui salvatur? Combefis.*

Sæc. VI. Anno. 570. aut 860.

tronum principem creantes, immitem planè ac inhumanum, planeque acerbum, truculentumque, ac impium fecisse. Post multos autem inde elapsos annos, cùm Joannes Theologus rediret Ephesum, sub omnium oculis Episcopo dixisse: *Age jam, Episcope, profer depositum, quod tibi à me, Deo teste, universaque tuâ Ecclesiâ, consignatum est.* Episcopum verò hoc verbo perculsum, putare abs se repeti pecuniæ aliquid, quod ille deposito dedisset. Joannem, ut vidisset Episcopum dubitatione hærentem, dixisse: *Age adhuc juvenem illum, Episcope, quem tibi tanquam fideli custodi curandum tradidi.* Episcopum audito hoc, alto ex corde ducto suspirio, subindeque flentem, Johanni dixisse: eum jam mortuum esse. Ad quem Joannem: *Quomodò*, inquit, *aut qua tandem morte?* Ad quem Episcopum: *Mortuus*, inquit, *est morte animæ: Quippe factus est improbus ac perditissimus: ac tandem in immanem latronem promovit.* Ad hæc Joannem Episcopo: *Egregium scilicet te*, inquit, *ô Episcope, animæ pueri custodem præfeci: Egregium te pastorem ovis Christi feci? Sed nunquid equum*, inquit, *nunc aliquem habetis, & itineris duces, qui me ad juvenem deducant?* Mox verò Joannem ibidem ab Ecclesiâ conscenso equo, vi totâ impulisse requirentem errantem ovem. Cùm jam autem ad montes pervenisset, in quibus latronum latibula erant, correptum ab excubiis esse nihil invitum, aut se captum dolentem; sed clamantem; eo fine venisse atque ad eorum ducem adduci velle. Stabat autem ille in armis; utque tantum aspexisset accedentem ad eum Joannem, senis faciem reveritum, in fugam versum esse. Joannem, tanquam suæ ætatis oblitum, citato cursu juvenem persecutum, in hæc verba affantem: *Quid fugis, fili, patrem tuum? Quid mihi laborem facis? Te mei misereat peregrini, nudi, senis, imbellis, pauperis. Siste gradum, ne timeas: Superest tibi salutis spes: Ego pro te excusabo: Ego animam meam pro te ponam, sicut Dominus pro nobis posuit. Ne metuas, fili: Siste: Crede mihi: Me Christus misit, ut tibi peccatorum inferrem veniam. Ego pro te mortem subire paratus sum. In me sit sanguis quem effudisti: In me onus suscipio tuorum peccatorum, ac*

τινὰς, καὶ λωποδυσίας αὐτὸν παραφθείραντες. τὸ δὲ δὴ πέρας, ἐπὶ τὰ ὄρη αὐτὸν παραλαβόντες ὡς παμμεγέθη ὄντα τῷ σώματι καὶ τῇ δυνάμει, λῄσταρχον αὐτὸν χειροτονήσαντες, ὅλον ἀνελεῆ καὶ ἀπάνθρωπον, ὅλον πικρὸν καὶ δεινὸν, καὶ ἄθεον αὐτὸν ἀποκατέστησαν· εἶτα χρόνοι ἐν τῷ μέσῳ διίπλασαν πλεῖστοι· καὶ ἐπανελθὼν Ἰωάννης ὁ Θεολόγος, ἐπὶ Εφεσίων πόλιν, φησὶν ἐπὶ πάντων τῷ ἐπισκόπῳ, ἄγαγε δήμοι, ὦ ἐπίσκοπε, τὴν παρακαταθήκην, ἣν παρεθέμην σοι τοῦ Θεοῦ προσμαρτυροῦντος καὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας σου. ὁ δὲ ἐπίσκοπος ἐπὶ τῷ ῥήματι θαμβηθεὶς, ἐνόμιζε χρήματός τινος παρατεθέντος παρὰ Ιωάννου εἰσπράττεσθαι. ὡς οὖν εἶδεν αὐτὸν ἀπορούμενον, ἐν ἀμηχανίᾳ ὁ Ἰωάννης, φησὶ πρὸς αὐτόν· ἄγαγε δήμοι ὦ ἐπίσκοπε τὸν νεανίαν, ὃν σοι ὡς πιστῷ κατεπίστευσα. ὁ δὲ ἐπίσκοπος ἀκούσας, στενάζει μέγα ἐκ βάθους, εἶτα δακρύει εἰπὼν πρὸς Ιωάννην. τέθνηκεν ἐκεῖνος φησὶν. ὁ δὲ Ιωάννης πρὸς αὐτὸν, πῶς, φησὶν, ἢ ποίῳ θανάτῳ; ὁ δὲ ἐπίσκοπος, τὸν τῆς ψυχῆς τέθνηκε θάνατον: ἀπέβη γὰρ πονηρὸς ἐξωλέστατος. καὶ τὸ δὴ πέρας, ληστὴς ἀπεινὴς κατέστη. καὶ πρὸς ταῦτα ὁ Ιωάννης τῷ ἐπισκόπῳ φησί· καλὸν σε ὦ ἐπίσκοπε φύλακα τῆς τοῦ παιδὸς ψυχῆς κατεπίστευσα· καλόν σε ποιμένα τοῦ προβάτου τοῦ χριστοῦ πεποίηκα, ἀλλὰ εἰ πάρεστιν ὑμῖν νῦν ἵππος, καὶ τῆς ὁδοῦ τινες ὁδηγοὶ, τῆς ἀπαγούσης ἕνεκεν τοῦ παιδὸς; λοιπὸν ὡς εἶχεν Ιωάννης αὐτόθι ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας τῷ ἵππῳ ἐπιβὰς, ἀκρατῶς ἤλαυνε, τὸ πλανηθὲν πρόβατον ἀνακαλούμενος. καὶ δὴ φθάσας τὰ ὄρη ἔνθα τὸ λῃστήριον ὑπῆρχε, κρατεῖται ὑπὸ τῆς φυλακῆς μηδὲν ἀντιλέγων; μηδὲ λυπούμενος, ἀλλὰ βοῶν, ἐπὶ τοῦτο ἐλήλυθα, πρὸς τὸν ἄρχοντα ὑμῶν ἀγάγετέ με. ὁ δὲ εἱστήκει ὡπλισμένος· καὶ ὡς μόνον ἐθεάσατο τὸν Ἰωάννην πρὸς αὐτὸν ἐρχόμενον, αἰδεσθεὶς εἰς φυγὴν ἐτρέπετο. ὁ δὲ Ἰωάννης ὥσπερ τοῦ γήρως ἐπιλαθόμενος, ἀκρατῶς τὸν παῖδα κατεδίωκε λέγων. τί φεύγεις, τέκνον, τὸν σὸν πατέρα; τί μοι κόπους παρέχεις, ἐλέησόν με τὸν ξένον, τὸν γυμνὸν, τὸν γέροντα, τὸν ἀδύνατον, τὸν πτωχόν. στῆθι, μὴ φοβοῦ· ἔχεις ἐλπίδα σωτηρίας. ἐγὼ ὑπὲρ σοῦ ἀπολογήσομαι· ἐγὼ τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ σοῦ θήσω, ὡς ὁ κύριος ὑπὲρ ἡμῶν. μὴ φοβοῦ τέκνον, στῆθι, πίστευσόν μοι, ὁ χριστὸς με ἀπέστειλεν, ἄφεσίν σοι ἐπιφερόμενον, ἐγὼ ὑπὲρ σοῦ ὑπομένω θάνατον. ἐπ' ἐμοὶ τὸ αἷμα ὅπερ ἐξέ-

cervi-

Sæc. VI. Anno 570. aut 980.

cervicem meam. Tum ſtitiſſe juvenem: tremoreque ac grandi luctu, arma projeciſſe: atque ad Joannem accedentem, amplexatum eſſe, [21] cùm permixti lacrymis gemitûs, ne verbum quidem ad defenſionem proferre ſinerent. Tumque ubi tantùm dexteram ejus manum etiamnum ſanguine cruentatam tenuiſſet; Joannem eandem ori admotam, tanquam lacrymis jam intinctam atque purgatam, oſculatum eſſe; nec priùs deſtitiſſe, quàm ſecum juvenem in Eccleſiam induxiſſet: dato omnibus ſinceræ pœnitentiæ exemplo, [22] ſubjectæque oculis ac corporum reſurrectionis velut quodam erecto trophæo.

Latronis ſub Mauricio converſi, celebris hiſtoria.

Quàm autem verè digna fide ſint, quæ jam diximus, teſtantur, tum qui in cruce Latro per verbum fidele ſalutem eſt conſecutus; tum alii improbi plures per pœnitentiam item ſalvati: in quibus, noſtrâ ipſâ ætate ſub Mauritio Chriſtianorum Imperatore, Latronum quidam princeps in Thraciæ finibus, crudelis ac inhumanus emerſit. Is talis erat, ut & ea itinera infeſta admodum redderet. Hunc cùm fruſtra multi milites ac latrunculatores omnibus adhibitis machinis comprehendere tentaſſent, eo audito diviniſſimus Imperator Mauricius, per quendam adoleſcentem, Latronum duci [23] ſua ipſe mandata miſit. Is verò, tanquam divinâ quàdam inſtinctus virtute, Imperatoris ſermonem reveritus, abjectis latronis moribus, in modum ovis manſuetæ, ad Imperatoris pedes ſcelerum confeſſione accidit.

χεας. ἐπ' ἐμοὶ τὸ φορτίον τῶν ἁμαρτιῶν σου ἐπὶ τὸν τράχηλον· εἶτα ἔστη ὁ παῖς. ἔῤῥιψε τὰ ὅπλα τρέμων ὁμοῦ τε καὶ σφοδρῶς κλαίων. καὶ δὴ προσελθὼν τῷ Ἰωάννῃ ἠσπάζετο, ταῖς οἰμωγαῖς τῶν δακρύων αὐτοῦ μηδὲν πρὸς ἀπολογίαν φθέγξασθαι δυνάμενος, μόνον δὲ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα ἔτι αὐτὴν ᾑμαγμένην ἐκράτει. ὁ δὲ Ἰωάννης παρὰ τῷ ἑαυτοῦ στόματι τὴν δεξιὰν τοῦ λῃστοῦ κατεφίλει, ὡς ἤδη βαπτισθεῖσαν τοῖς δάκρυσι· καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη ἕως ἂν τὸν παῖδα μεθ' ἑαυτοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συνήγαγεν. διδοὺς πᾶσιν ὑπόδειγμα μετανοίας εἰλικρινοῦς, καὶ τρόπαιον ἀναστάσεως βλεπομένης.

Καὶ ὅτι ἀξιόπιστον ἀληθῶς τὸ εἰρημένον, μαρτυρεῖ μὲν καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ λῃστὴς διὰ πιστοῦ ῥήματος σωθείς· μαρτυροῦσι δὲ καὶ ἕτεροι πλείονες διὰ μετανοίας σωθέντες πονηροὶ, ἐν οἷς καὶ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς ἐπὶ Μαυρικίου τοῦ τῶν χριστιανῶν βασιλέως γεγονότος, ἐγένετό τις ἀρχιλῃστὴς περὶ τὰ μέρη τῆς θράκης ὠμὸς καὶ ἀπάνθρωπος, καὶ τοιοῦτος ἦν ὡς καὶ τὰς ὁδοὺς ἐκείνας ἀβάτους ἐποίησε. τοῦτον χειρώσασθαι πολλῶν στρατιωτῶν καὶ λῃστοδιωκτῶν πάσῃ μηχανῇ ἐπιχειρησάντων, καὶ μὴ δυνηθέντων, ἀκούσας ὁ θειότατος βασιλεὺς Μαυρίκιος, διά τινος νεανίσκου παιδὸς τὰ ἴδια φυλακτὰ ἀπέστειλε τῷ ἀρχιλῃστῇ, καὶ ὥσπερ ἐξ ἐνεργείας θεοῦ αἰδεσθεὶς τὸν λόγον τοῦ βασιλέως, ἀποβαλὼν τὸ ἦθος τὸ λῃστρικὸν, ἐν πραΰτητι δίκην προβάτου κατελθὼν ἐν τοῖς ποσὶ τοῦ βασιλέως μετ' ἐξομολογήσεως προσέπεσεν.

De

21. *Cùm permixti lacrymis gemitus*, &c. Malâ Interpres interpunctione, τὸ ταῖς οἰμωγαῖς τῶν δακρύων αὐτοῦ, jungens verbo ἠσπάζετο, abſonum ſenſum reddit: *ſalutabat illum gemitu lacrymarum ſuarum*: quaſi verò lacrymis ac ſingultibus amplectamur, aut ſalutemus: Euſebius: ἀπολογούμενος ταῖς οἰμωγαῖς, ὡς ἠδύνατο· *excuſans ac ſatisfaciens gemitibus, prout poterat*: prohibentibus iiſdem loqui, ac verbis excuſare, ut benè exprimit Anaſtaſii paraphraſis, ut hîc à nobis expreſſa eſt, & clariùs altera editio Regii Codicis. τρέμων ὁμοῦ καὶ κλαίων σφοδρῶς, ὡς μηδὲ φθέγγεσθαι ὑπὸ τῶν δακρύων ἰσχύειν, μάλιστα τῷ ἐκ τοῦ πένθους λυγμῷ τῆς φωνῆς ἐπικοπτομένης. *Tremore ac fletu valido, ut nec præ lacrymis quicquam effari poſſet, ſingultu, quem luctus ac mœror faceret, vocem intercidente*: quam paſſim affectionem graviori aliquo luctu, experimur *Combeſiſ.*

22. *Subjectaque oculis ac corporum reſurrectionis.* τρόπαιον ἀναστάσεως βλεπομένης. Quàm benè gloſſat Anaſtaſius Regio Codice, pro βλεπομένης ſubſtituens ἐλπιζομένης· *reſurrectionis in ſpe poſita*, ac futuræ illius reſurrectionis corporum, quâ omninò immutabimur ſtatu immortali; tam malè, quod paſſim ſolet, Euſebii Interpres, dum ita reddit: *Illuſtre denique trophæum à peccatis reſurrectionis, per exteriora pœnitentiæ ſigna*, &c. velut ipſa à peccatis reſurrectio per pœnitentiam, ſui trophæum dicatur, non alterius; ſitque ea reſurrectio βλεπομένη· *oculis ſubjecta ac conſpicua*; non νοουμένη, ſeu νοητή· *intellectu ſolo ac mente cognoſcibilis*; qualis & ipſa anima eſt, cujus reſurrectio illa affectio ſit. Planè malè habent ſacri veteres ſcriptores Græci, quos ſic Latini Interpretes Latiniùs pleniùſque loqui affectantes, ac velut liberiori paraphraſi reddere, ita depravent. *Combeſiſ.*

23. *Sua ipſe mandata* τὰ ἴδια φυλακτὰ ἀπέστειλεν Interpres eodem ſenſu atque φυλακτήρια· *ſacra, quæ de collo ferebat miſit.* Verùm cùm ſtatim ſubjungat Anaſtaſius, reveritum latronem non amuleta aliqua, ſed *Imperatoris ſermonem*: haud planè aliud ſint τὰ φυλακτὰ, quàm ſermo ille, ac mandatum Imperatoris, jubentis ut ad ejus clementiæ thronum, ſceleratus adeò homo accederet. Sic in vet. Lexico τὸ φύλαγμα huic affine, exponitur, præceptum, mandatum; velut ſcilicet à ſervando, ſeu obſervando: quòd ideò ponatur ut ſervetur. Favet altera Regii Codicis editio, quæ ſic exprimit: διά τινος τῶν οἰκείων τῷ βασιλεῖ ἐπὶ τοῦτο αὐτὸν ἐξαποσταλέντος, τὰ λῃστρικὰ ὅπλα ῥίψαι πεισθεὶς, καὶ ἐλθεῖν πρὸς αὐτόν. *Cùm per aliquem Imperatoris familiarium ad hoc ipſum miſſum, perſuaſus eſſet, arma, quæ latro ferebat, abjicere, ac Imperatorem adire*: promiſſâ ſcilicet veniâ, ac aliis commodis, quomodò paſſim videmus uti Principes in ejuſmodi negotiis haud verò, ut amuleta ſua, ac reliquias, ſeu talia ſacra pignora, ad tales perſonas mittant; quanquam nec exempla miſſorum ejuſmodi pignorum in reconciliationis, ac fidei argumentum in Græcorum recentioribus Imperatoribus deſint: atque adeò haud admodum repugnarim, ut quis contendat hîc quoque tale quid à Mauricio factitatum ſignificari; ita reverà ſonante voce Græcâ, ut præcipuè in uſu vulgi ac ſequioris Græciæ eſt. *Combeſiſ.*

Sæc. VI. Anno 570. aut 680.

De hinc verò post non multos dies, febre tentatus Latro, in valetudinario, quod Sampsonis vocant, decumbebat, ubi ex vini potu, in phrenesim incidit. Cùm autem compos mentis effectus ad se redisset, jamque occupante nocte, vehementiùs se premi sentiret, ad Dei se misericordis supplicationem convertit, cùm lacrymis pœnitens, ac suorum criminum veniam petens, dicensque, *Nihil peto novi à te, benignissime Domine. Ut enim in alium quemdam ante me Latronem, sic in me æquè Latronem mirifica tuam misericordiam, ac suscipe meas has lacrymas, quas hìc morti vicinus mitto, in lectulo jacens. Quâ verò ratione illos, qui post horam undecimam venientes nihil magnum fecerant, admisisti; eadem quoque meas suscipe exiguas lacrymas; meque in eis emunda, ac tanquam in baptismo, plenariâ pro morte indulgentiâ donâ: ut nihil à me ulterius exigas: Non enim hora patitur, proximis jam ac ingruentibus* [24] *qui animam exigant. Verùm ne mihi reluctteris: ne confertum in me bonum exigas. Præoccupaverunt enim me iniquitates meæ,* [25] *qui jam malè ad vesperam venerim: siquidem mea debita majora sunt quàm ut cogitari possint. Enimverò, uti Apostoli tui Petri amarissimum admisisti luctum, ita & meum, tu benigne ac clemens, suscipiens, hasce meas lacrymas in meorum peccatorum chirographum effunde; tuæque illâ miserationis spongiâ, incomparabilia mea delicta dele.*

Sampsonis nosocomium, seu illi sacrum Constantinopoli.

Devota Latronis morti proximi supplicatio ac lacrymæ.

Psal. 39. v. 13.

Hæc, & his similia ad multas horas confitens Latro, ac sudario suo lacrymas extergens, efflavit animam, quemadmodum narraverunt, qui prope eum jacebant. Insignis autem Medicus quidam, valetudinarium illum visitare solitus, domi suæ dormiens videt in somnis, ipsâ horâ quâ Latro mortuus est, Æthiopes multos ad ejus venientes lectum cum multis chartis, quibus ipsius continerentur scelera: tum quoque videt duos splendidos viros. Cùm itaque allatâ staterâ, in eam Æthiopes universa Latronis conjecissent

Visio oblata medico.

Εἶτα μικρῶν τινῶν ἡμερῶν διελθουσῶν. εἰς ἀσθένειάν τινα ὁ ληστὴς πυρετικὴν περιπεσὼν, ἔκειτο ἐν τῷ νοσοκομείῳ τῷ λεγομένῳ τοῦ Σαμψῶ. καὶ χρησάμενος οἰνοποσίῳ, εἰς φρενιτικὴν ἔκστασιν μετέπεσεν. εἶτα ἀνανήψας καὶ εἰς ἑαυτὸν ἐλθὼν, καταλαβούσης λοιπὸν τῆς νυκτὸς, ἤδη ὡς εἶδεν ἑαυτὸν βαρούμενον, εἰς* οἰκεσίαν τοῦ πανοικτίρμονος Θεοῦ ἐτρέπετο σὺν δάκρυσιν ἐξομολογούμενος, καὶ συγχώρησιν τῶν αὐτοῦ ἁμαρτημάτων αἰτούμενος, καὶ λέγων. οὐ ζητῶ τι ξένον παρὰ σοῦ, δέσποτα Φιλάνθρωπε· ὡς γὰρ εἰς ἕνα τῶν πρὸ ἐμοῦ λῃστῶν, οὕτως καὶ εἰς ἐμὲ τὸν λῃστὴν τὰ ἐλέη σου θαυμάστωσον, καὶ δέξαι μου τοῦτον τὸν ἐπιθανάτιον κλαυθμὸν, ὃν ἐν τῇ κλίνῃ κατακείμενος ποιοῦμαι. καὶ ὡς ἐκείνους τοὺς μετὰ τὴν ἐνδεκάτην ὥραν μηδὲν ἄξιον ἐργασαμένους, οὕτως καὶ ἐμοῦ τὰ μικρὰ πρόσδεξαι δάκρυα. καθαίρων με καὶ βαπτίζων ἐν αὐτοῖς. ἐνθανάτιον συγχώρησιν ὡς βάπτισμα, μὴ ἀπαιτῶν με τὶ πλέον. οὐ γὰρ ἔχει ἡ ὥρα, τῶν ἐκσπηλευτῶν μου ἐγγισάντων. ἀλλὰ μὴ ἀντιτίνῃς, μὴ στιβαρήσῃς ἐν ἐμοὶ τὸ ἀγαθόν· προκατέλαβον γάρ με αἱ ἀνομίαι μου πρὸς ἑσπέραν φθάσαντα καλῶς. ὅτι ἀμύθητά μου τὰ χρέη· ἀλλ᾽ ὡς ἐδέξω Πέτρου τοῦ ἀποστόλου σου τὸν πικρότατον κλαυθμὸν, οὕτως πρόσδεξαι καὶ τὸν ἐμὸν, Φιλάνθρωπε, ἐπιχέων ταῦτα τὰ δάκρυα ἐπὶ τὸ τῶν ἁμαρτιῶν μοῦ χειρόγραφον. καὶ τῷ σπόγγῳ τῆς εὐσπλαγχνίας σου ἐξαλείφων τὰ ἀνείκαστά μου πλημμελήματα.

* leg. ἱκεσίαν.

Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπὶ πλείστας ὥρας ὁ λῃστὴς ἐξομολογούμενος, καὶ τῷ ἰδίῳ φακιολίῳ τὰ δάκρυα ἐκμάσσων, παρέδωκε τὸ πνεῦμα, καθὼς καὶ οἱ πλησίον αὐτοῦ κοιμώμενοι διηγήσαντο. ἀρχιατρὸς δέ τις ἐκεῖνον τὸν ξενῶνα ἐπισκεπτόμενος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ καθεύδων, ὁρᾷ κατ᾽ ὄναρ κατ᾽ αὐτὴν τὴν ὥραν ἐν ᾗ ὁ λῃστὴς ἐτελεύτησε, τινὰς αἰθίοπας πολλοὺς ἐλθόντας πρὸς τὴν κλίνην τοῦ λῃστοῦ, μετὰ πλείστων χαρτῶν περιεχόντων τὰ ἁμαρτήματα τοῦ λῃστοῦ. εἶτα καὶ δύο τινὰς φωτεινοὺς ἄνδρας. ἤνεγκαν οὖν ζυγὸν, βαλόν-

24. *Qui animam exigant.* τῶν ἐκσπηλευτῶν μου ἐγγισάντων· Interpres eam vocem inexplicatam reliquit: ac verè talis videtur, in quâ divinandum sit. Expono ego juxta quod habet editio Regii Codicis, ubi habetur: οὐδὲ γὰρ ἄλλό τι πλέον ποιεῖν, οἱ ἀπαιτοῦντες τὴν ψυχὴν συγχωροῦσιν. *Non sinunt aliud quicquam facere qui animam exigunt*: de quâ animæ per Angelos exactione horâ mortis, passim Patres: Videtur auctor eâ voce alludere ad feras in lustris ac cavernis latitantes, quas inde canes extrudant. *Combefis.* Ἐκσπηλευτὴς est compulsor seu exactor publicus, qui obnoxios solvere cogit. Justin. Novell. 128. C. 6. Basn.

25. *Qui jam malè ad vesperam venerim.* Cogor sic mutare, cogente sensu ac totâ serie: nec enim benè ac feliciter, quod reddit Interpres, ad vesperam venit ac vitæ metam, qui sic venit, uti latro deplorat, ac præoccupantibus iniquitatibus, à quibus ægrè se sub id tempus expediat. Porrò facilis est unius literæ in alteram currente calamo permutatio, utque ex κακῶς, antiquarius, seu ex eo exscribens, fecerit καλῶς. *Combefis.*

Sæc. VI. Anno 570. aut 680.

jecissent chirographa, depressa est una lanx, alterâ in altum sublevatâ. Ajunt autem duo lucis Angeli: *Sic ne hîc nihil ipsi habebimus?* Respondit alter ad alterum: *Quid enimverò habere possemus? Vix decimus dies est, cùm cædes ac latronum lustra reliquit: quid boni ex illo requirimus?* Hæc ut dixerunt; visi sunt vestigare in ejus lecto, si fortè & ipsi boni aliquid invenirent. Cùm autem unus sudarium invenisset, quo latro lacrymas suas detерserat, ait ad socium suum: *Profectò lacrymarum ejus sudarium erat. Agedum in alteram hoc lancem mittamus, additâ illi Dei clementiâ ac benignitate; ac tandem fiet aliquid.* Porrò ut tantùm unum illud in lancem elevatam misissent, mox ea depressa est, & chirographa, quæ in alterâ erant, universa sunt dissipata. Exclamarunt itaque junctis vocibus Angeli: *Vicit Domini benignitas ac clementia.* Assumentes autem animam latronis, secum abduxerunt. Ac Æthiopes cum ignominiâ fugerunt. Hæc ubi vidisset Medicus, cùm primùm evigilasset, assumptis vestibus, festinus ad domum hospitalem venit: accedensque ad Latronis lectum, reperit ejus quidem corpus adhuc calidum; animam autem jam profectam ad Dominum; sudariumque plenum lacrymis super oculos positum. Ubi autem ab iis qui prope decumbebant, quam Latro ad Deum fecisset confessionem, intellexisset, accepto sudario, ad piissimum Imperatorem rectâ ingressus est, ostendens ac narrans quæcunque in somnis vidisset, ac à decumbentibus in vicino ei loco audisset; in hæc verba eum alloquens: Gratias agimus Deo, pientissime Domine. Audivimus Latronem salutem consecutum per confessionem, dum interim Rex cœlestis in cruce penderet; vidimusque nihilominus Latronem alium Imperii tui temporibus per confessionem adeptum salutem.

Hæc etsi audientes vera esse credimus, consultum tamen putamus terribilem mortis horam prævenire, ac maturâ nos ipsos pœnitentiâ præparare. Quàm enim multi, putas, de repente abripiuntur, qui neque loqui, neque flere, neque testamentum condere possunt? Quisnam etiam pro te sponsor erit, inventurum te illâ horâ lacrymas eâ copiâ offerendas Deo, quâ Latro ille obtulit? Quocirca ne

των τῶν αἰθιόπων πάντα τὰ χειρόγραφα τοῦ ληστοῦ, κατεβάρησεν ἡ μία πλάστιγξ. ἡ δὲ ἑτέρα ἐφ' ὕψους ἦν ἀνακεκουφισμένη. λέγουσιν οὖν οἱ διὰ τοῦ φωτὸς ἄγγελοι, εἶτα ἡμεῖς οὐδὲν ἔχομεν ὧδε; λέγει ὁ εἷς πρὸς τὸν ἄλλον, τί ἔχομεν ἔχειν; οὔπω δεκάτην ἡμέραν ἔχει ἐλθὼν ἐκ τῶν φόνων καὶ τοῦ ληστηρίου αὐτοῦ, καὶ τί ἀγαθὸν ζητοῦμεν ἐκ τούτου; καὶ ὡς ταῦτα ἔλεγον, προσεποιήσαντο ψηλαφᾷν ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ. εἴπως εὕρωσι καὶ αὐτοὶ τὶ ἀγαθόν. καὶ εὑρὼν εἷς τὸ φακιόλιον ἔνθα τὸν κλαυθμὸν ἐξέμασσεν ὁ ληστὴς, λέγει πρὸς τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ, ὄντως τὸ φακιόλιον τῶν δακρύων αὐτοῦ ἦν. ἀλλὰ βάλωμεν αὐτὸ εἰς τὴν ἑτέραν πλάστιγγα, καὶ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ σὺν αὐτῷ, καὶ πάντως γίνεται τί ποτε. καὶ ὡς μόνον ἔβαλον αὐτὸ εἰς τὴν πλάστιγγα τὴν ἀνακεκουφισμένην, κατεβάρησε, καὶ ἐσκορπίσθησαν ὅλα τὰ χειρόγραφα τὰ ὄντα εἰς τὴν ἄλλην πλάστιγγα· καὶ ἐβόησαν μιᾷ φωνῇ οἱ ἄγγελοι λέγοντες. ἐνίκησεν ἡ φιλανθρωπία τοῦ δεσπότου. καὶ λαβόντες τὴν ψυχὴν τοῦ ληστοῦ, ἀπήγαγον αὐτὴν μεθ' ἑαυτῶν. οἱ δὲ αἰθίοπες ἔφυγον, καταισχυνόμενοι· καὶ ταῦτα ἰδὼν ὁ ἰατρὸς, εὐθέως ἔξυπνος γενόμενος, ἐνεδύσατο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ. καὶ δρομαίως ἦλθεν εἰς τὸν ξενῶνα· καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν κλίνην τοῦ ληστοῦ, εὗρε τὸ μὲν σῶμα αὐτοῦ ζέον· τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ἀπελθοῦσαν πρὸς κύριον. τὸ δὲ φακιόλιον ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ κείμενον μεστὸν τῶν δακρύων· καὶ δὴ μαθὼν παρὰ τῶν πλησίον κοιμωμένων τὴν ἐξομολόγησιν ἣν ἐποίησεν ὁ ληστὴς πρὸς Θεόν· λαβὼν τὸ φακιόλιον εἰσῆλθε πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, δεικνὺς αὐτῷ καὶ διηγούμενος ἅπερ κατ' ὄναρ ἐθεάσατο. καὶ ἅπερ παρὰ τῶν κοιμωμένων ἀκήκοεν, λέγων τῷ βασιλεῖ· εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ, εὐσεβέστατε δέσποτα, ἠκούσαμεν ληστὴν σωθέντα δι' ἐξομολογήσεως ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ οὐρανίου βασιλέως. καὶ ἴδομεν ληστὴν σωθέντα δι' ἐξομολογήσεως ἐπὶ τῆς σῆς βασιλείας.

Καὶ ταῦτα μὲν ἀκούοντες πιστεύομεν ἀληθῆ εἶναι· ὅμως καλὸν τὸ προλαβεῖν τὴν φοβερὰν ὥραν θανάτου καὶ προετοιμάσαι ἑαυτοὺς διὰ μετανοίας· πόσοι γὰρ εἰπέ μοι ἐξ αἴφνης ἁρπάζονται; μή τε λαλῆσαι, μή τε δακρύσαι, μή τε διαθήκην ποιῆσαι ἰσχύοντες· τίς δέ σε καὶ ὁ ἀντιφωνῶν, ὅτι εὑρήσεις δάκρυα μετὰ τὴν ὥραν ἐκείνην τῷ Θεῷ προσα-

Sæc. VI. Anno 570. aut 680.

exspectemus, nec in mortis horam differamus Deo confiteri peccata nostra; quin potiùs præveniamus faciem ejus in confessione. Neque verò illhæc à me eò scripta sunt, ut molliores ac remissiores animos vestros efficiam, sed ut magis vos excitem; non ut negligentiores reddam, sed ut alacriores: quo postquam [26] in jejuniorum curriculo egregiè certaverimus, victores facti, peccatorum remissione ac regno cælorum digni habeamur: gratiâ & benignitate Domini nostri Jesu Christi; cum quo sit Patri gloria, simulque sancto ac vivifico Spiritui, nunc & semper, & in sæcula sæculorum: Amen.

γαγεῖν, ὅσα ἐκεῖνος ὁ λῃστὴς προσήγαγε. διὸ μὴ ἀναμείνωμεν μηδὲ ἐκδεξώμεθα ἐν τῷ θανάτῳ τῷ Θεῷ ἐξομολογήσασθαι· ἀλλὰ μᾶλλον προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει. οὐ γὰρ ἵνα χαυνώσω τὰς ὑμετέρας ψυχὰς ταῦτα συνέγραψα· ἀλλὰ μᾶλλον, ἵνα διεγείρω. οὐχ ἵνα ἀμελεστέρους ποιήσω, ἀλλὰ προθυμοτέρους, ὅπως ἐν τῷ σταδίῳ τῶν νηστειῶν καλῶς ἀγωνισάμενοι, στεφανῖται γενόμενοι, τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἀξιωθῶμεν· χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

26. *In jejuniorum curriculo.* ἐν τῷ σταδίῳ τῶν νηστειῶν· Sic jam initio jejuniorum meminerat, ac sub eorum initium hanc se Psalmi ad pœnitentiam compositi enarrationem orare significaverat: altera tamen Regii Cod. editio nihil tale indicat: cumque stylo fere puriori, minusque ad barbariem ac sequioris Græciæ idioma vergenti tota decurrat; conjectura fit, dictam semel homiliam, qualis edita est à Canisio, ipsum postmodum Anastasium per otium retractasse; ejus pleraque puriùs reddidisse; nonnulla, quà addidisse, quà sustulisse; ac in eis, quæ ad certum tempus, nempe jejuniorum ac quadragesimæ, restringebant. *Combefis.*

EJUSDEM ANASTASII SINAITÆ, HOMILIA DICTA IN SEXTUM PSALMUM.

Ex alio codice edita.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ

μοναχοῦ τοῦ Σινᾶ ὄρους, ὁμιλία ῥηθεῖσα εἰς τὸν ἕκτον ψαλμόν.

Sexti Psalmi materia.

CONGRUA admodum sinceræ pœnitentiæ doctrina est, sexti Psalmi complexio: idcircò ab Spiritu sancto scripta, quò qui peccatorum rei ad Deum adeunt, scire possint, quomodò id eos præstare oporteat, ex animo confitentes, ac veniam poscentes, pro iis quæ peccaverunt. In

ΠΡΕΠΟΥΣΑ διδασκαλία μετανοίας εἰλικρινοῦς, ἡ τοῦ ψαλμοῦ τοῦ ἕκτου περιοχή. διὰ τοῦτο παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος συγγραφεῖσα, ὥστε τοὺς ἐν ἁμαρτίαις προσιόντας Θεῷ, εἰδέναι ἔχειν, πῶς δεῖ τοῦτο ποιεῖν, ἐκ ψυχῆς ἐξομολογουμένους, καὶ τὴν τῶν ἡμαρτημένων αἰτοῦντας συγχώρησιν. ἐν τούτῳ γὰρ τῷ

noc

hoc siquidem Psalmo, ambo hæc docemur, quatenus ille, & pœnitentium humilitatem complectitur, veramque conversionem; lacrymas; gemitum ex imo pectore; conscientiæ turbationem; infirmitatem: nocturnum cum Deo colloquium; rerum interdiu gestarum perceptum in strato sensum, ac eam, quæ est sancti Spiritûs adventu, inspectionem: nec ea tantùm quis hoc loco videat comprehensa, verùm etiam ex tali pœnitentiâ accedentem peccatorum remissionem; dæmonumque confusionem ac hominis inveterati in peccatis reformationem.

Enimverò, hic quidem Psalmo finis est: Sic autem ejus ad verbum habet inscriptio: *Psalmus Davidi de Octava.* Consuevit Scriptura Octavam appellare eam, quæ subsequitur septimam: hoc est, vitam præsentem: cujus Octavæ figura fuit Circumcisio diei octavæ. Sed & Sapiens Salomon, dum *partem dare septem, quin & octo,* admonet, illam in integrum ævo futuro restitutionem, ac præsentis sæculi vitam nobis innuit. Jam verò ipsum quoque videamus Psalmi initium.

Quid titulus de Octavâ.

Eccl. 11. v. 2.

V. 1. *Domine ne in furore tuo arguas me.* Prospiciens Propheta oculis animi terribile illud tribunal, tanquam omni destitutus fiduciâ, nec habens quid proferat defensionis pro iis quæ peccavit, neque ex operibus salvari valens, nihil aliud à Judice postulat, quàm istud dicens: *Domine ne in furore tuo arguas me.* Scio Domine, me manere terribile judicium, quando in Sede majestatis importabili præsidens, coram Angelis ac omni creaturâ, quæ sunt commissa in occulto, omnibus hominibus es revelaturus, ac palam facturus, quæ hactenus fuerunt abscondita. Quamobrem, ne quidem meorum veniam peccatorum audeo postulare: quippe illa majora sunt, quàm ut mihi remitti debere videantur. Etenim omni gravius homine in te deliqui. Supra prodigum peccavi: Supra illum qui debitor erat decem millium talentorum, tibi ego debitor constitutus sum. Scio enim supra Publicanum graviora mihi ab hoste imperata tributa: Supra Latronem, vixisse Latronum more; ac supra Meretricem, tete offendisse. Sed & hoc scio, Manassen me iniquitate vicisse. Unde *iniquitates meæ supergressæ caput meum, sicut onus gra-*

Luc. 5. v. 13. Matth. 18. v. 24.

Luc. 18. v. 10.

Luc. 10. v. 30. Luc. 7. v. 37.

4. Reg. 21. v. 16. Psal. 37. v. 5.

ψαλμῷ, διδασκόμεθα ἀμφότερα ταῦτα, καθὸ τήν τε ταπείνωσιν τῶν μετανοούντων περιέχει, τὴν τε γνησίαν ἐπιστροφήν· τὰ δάκρυα· τὸν ἐκ βάθους στεναγμόν. τὴν τοῦ συνειδότος ταραχήν. τὴν ἀσθένειαν· τὴν ἐν νυκτὶ πρὸς Θεὸν ὁμιλίαν. τὴν ἐν τῇ στρωμνῇ γινομένην συναίσθησιν τῶν μεθ' ἡμέραν πραττομένων, καὶ διὰ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος παρουσίας ἐπισκοπήν. οὐ ταῦτα δὲ μόνον ἐνταῦθα περιεχόμενά τις εὑρήσει, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ τῆς τοιαύτης μετανοίας προσγινομένην τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν. τὴν τῶν δαιμόνων αἰσχύνην, καὶ τὴν τοῦ παλαιωθέντος ἀνθρώπου ταῖς ἁμαρτίαις ἀνάπλασιν.

Ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ σκοπὸς τοῦ Ψαλμοῦ· ἔστι δὲ ἡ αὐτοῦ ἐπιγραφὴ ἐπὶ λέξεως ἔχουσα οὕτως· ψαλμός φησι τῷ Δαβὶδ περὶ τῆς ὀγδόης. ὀγδόην σύνηθες τῇ γράφει ὀνομάζειν, τὴν μετὰ τὴν ἑβδόμην· τουτέστι, τὴν τοῦ παρόντος αἰῶνος ζωὴν καὶ διαγωγὴν, ἧς τύπος, ἡ ὀκταήμερος περιτομή. ὅ, τε σοφὸς Σολομῶν, διδόναι μερίδα τοῖς ἑπτὰ παραινῶν, καί γε τοῖς ὀκτὼ, τὴν ἐκεῖθεν ἀποκατάστασιν, καὶ τὸν ἐνταῦθα βίον ἡμῖν ὑπαινίττεται. ἴδωμεν δὲ καὶ αὐτὴν λοιπὸν τοῦ ψαλμοου τὴν ἀρχήν.

Κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. ὄμμασι νοεροῖς ὁ προφήτης τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο δικαστήριον προθεωρῶν, οἱονεὶ ἀπαῤῥησίαστος ὢν, καὶ μηδὲ ἀπολογίαν ἔχων ὑπὲρ ὧν ἥμαρτε προβάλλεσθαι, μήτε ἐξ ἔργων ἔχων τὸ σώζεσθαι, οὐδὲν ἄλλο τὸν δικαστὴν ἐξαιτεῖ, ἀλλ' ἢ τοῦτο λέγων· κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐξελέγξῃς με. οἶδα δέσποτα, ὅτι φρικτὸν περιμένει με δικαστήριον· ὅτε προκαθίσας ἐπὶ θρόνου ἀστέκτου, ἐνώπιον ἀγγέλων καὶ πάσης κτίσεως, τὰ κρυφῆ πεπραγμ να, πᾶσιν ἀνθρώποις ἀποκαλύπτεις, καὶ τὰ τέως λανθάνοντα ποιεῖς φανερά. ὅθεν οὐδὲ τολμῶ συγχώρησιν τῶν ἐμῶν ἁμαρτιῶν ἐξαιτήσασθαι· ὅτι μείζους αὗται, ὑπὲρ τὸ ἀφεθῆναί με. ὅτι πλείω παντὸς ἀνθρώπου εἰς σὲ ἐπλημμέλησα· ὅτι ὑπὲρ τὸν ἄσωτον ἥμαρτον· ὅτι ὑπὲρ ἐκεῖνον τὸν τὰ μυρία σοι ὀφείλοντα τάλαντα, ὀφειλέτης σοι κατέστην ἐγώ. οἶδα γὰρ ἐμαυτὸν πλέον, ἢ τὸν τελώνην παρὰ τοῦ ἐχθροῦ τελωνηθέντα. ὑπὲρ τὸν λῃστὴν λῃστρικῶς ζήσαντα, καὶ ὑπὲρ τὴν πόρνην σοι πταίσαντα. οἶδα ὅτι καὶ τὸν Μανασσῆν, ἀνομήσας παρήλασα. ὅθεν αἱ ἀνομίαι μου τὴν κεφαλήν μου ὑπεράρασαι, ὡσεὶ φορτίον βα-

ve

Sæc. VI. Anno 570. aut 680.

ve gravatæ sunt super me: miserque effectus, curvatus sum usque in finem. Nomen sanctum tuum irritavi: Spiritum tuum contristavi: mandatis tuis non obtemperavi: tuas opes malè dissipavi; ac quam mihi arrham dedisti, in luxuriis consumpsi; templum corporis contaminavi: dignitatem tuæ imaginis violavi: quam me indueras tunicam, sordibus fœdavi: vultum, quem mihi regeneratione perornaras, turpiter deformavi: oculos quos illuminaveras, iterum excæcavi: labia mea quæ sanctificaveras, rursum pollui. Horum omnium à me exigens pœnas, fore scio, ut nudum me ante tuum statuas tribunal, ac omnia mihi commissa arguas; nec esse aliquid, cujus ope effugere possim. Verùm enim cùm me argues, Domine, *ne in furore tuo arguas me.* Id à te lucri, qui solus clemens ac benignus est, consequar. Scis ipse omnia occulta mea, pro quibus etiam rogo, ut ne coram Angelis & hominibus traducantur ac publicentur, ad opprobrium meum, ac confusionem æternam.

Domine ne in furore tuo arguas me. Si perituri Regis furorem nemo sustinere potest, multò magis Dei furorem creatura aliqua sustinere possit. *Neque in irâ tuâ corripias me.* Non deprecor corripi: quippe qui supplicio omni ac pœnâ dignus sim: sed hoc rogo, ut corripiens, *ne in ira tua corripias me.* Novi Latronem cùm tantùm preces obtulisset, paradisi statim ingressum accepisse. Novi Meretricem accessisse cum lacrymis, nec veniâ frustratam esse. Novi Publicanum ex imo ingemuisse, & justificatum esse. His ego miserabilior sum. Nec enim uti illi habeo. Nam non habeo propensas lacrymas: non veram confessionem: non ut ex corde gemitûs profundam: non sincerum jejunium: non paupertatem spiritûs: non assiduam ac intentam orationem: non servavi dilectionem ad proximum: non habeo cor miserans, ut merear ipse miserationem: non habeo compunctionem, ut indulgentiam consequar: non sobrietatem aut puritatem cogitationum. Quâ jam fronte, quâ licentiâ veniam postulabo? Frequenter, Domine, acturum me pœnitentiam pollicitus sum, sed fidem tibi datam fefelli. Sæpe in Ecclesiâ coram te procido, moxque egressus in scelera incido. Sæpiùs mei

Luc. 23. v. 43.
Luc. 7. v. 37.
Luc. 18. v. 10.

ρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμὲ· καὶ ταλαιπωρήσας, κατεκάμφθην ἕως τέλους. τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον παρώργισα· τὸ πνεῦμά σου ἐλύπησα· τῶν ἐντολῶν σου παρήκουσα· τὸν πλοῦτόν σου κακῶς διεσκόρπισα· καὶ ὃν μοι δέδωκας ἀῤῥαβῶνα, ἐν ἀσωτίαις ἀνήλωσα. τὸν τοῦ σώματος ναὸν ἐσπίλωσα· τὴν κατ' εἰκόνα σου ἀξίαν καθύβρισα· ὃν ἐνέδυσάς με ἐῤῥύπωσα χιτῶνα· τὸ πρόσωπον ὅ μοι τῇ ἀναγεννήσει ἐφαίδρυνας, κατῃχρείωσα τοὺς ὀφθαλμοὺς οὓς ἐφώτισας, πάλιν ἐτύφλωσα· τὰ χείλη μου ἅπερ ἡγίασας, πάλιν ἐμόλυνα. τούτων ἁπάντων εὐθύνας με ἀπαιτῶν, οἶδα ὅτι παραστήσεις με γυμνὸν τῷ βήματί σου, καὶ τὰ πεπραγμένα μοι πάντα ἐλέγξεις, καὶ οὐδὲν ἔσται ὅ με ποιήσει διαφυγεῖν. ἀλλὰ ποιῶν μοι τὸν ἔλεγχον, δέσποτα, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. τοῦτο κερδήσω παρὰ σοῦ τοῦ μόνου φιλανθρώπου. οἶδας αὐτὸς πάντα μου τὰ κρύφια, ὑπὲρ ὧν καὶ δέομαι, μὴ δημοσιευθῆναι, μηδὲ φανερωθῆναι αὐτὰ ἐνώπιον ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων, εἰς αἰσχύνην καὶ ὄνειδος αἰώνιον.

Κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. εἰ φθαρτοῦ βασιλέως οὐδεὶς δύναται θυμὸν ἐνεγκεῖν, πολλῷ μᾶλλον Θεοῦ θυμὸν οὐχ ὑποστῆναι δυνήσεται πᾶσα κτίσις. μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. οὐκ ἀξιῶ μὴ παιδευθῆναι· ἄξιος γὰρ ἐγὼ πάσης κολάσεως καὶ τιμωρίας· ἀλλὰ παιδεύων, μὴ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. οἶδα λῃστὴν αἰτησάμενον μόνον, καὶ λαβόντα εὐθέως παραδείσου τὴν εἴσοδον. οἶδα πόρνην μετὰ δακρύων προσελθοῦσαν, καὶ τῆς συγχωρήσεως μὴ ἀποτυχοῦσαν. οἶδα τελώνην ἐκ βάθους στενάξαντα, καὶ δικαιωθέντα. τούτων ἐγὼ ἀθλιώτερος. οὐ γὰρ εἰμὶ ὡς αὐτοί. οὐ γὰρ ἔχω δάκρυον ἐκτενές· οὐκ ἔχω ἐξομολόγησιν ἀληθῆ· οὐ κέκτημαι στεναγμὸν ἐκ καρδίας· οὐκ ἔχω νηστείαν εἰλικρινῆ· οὐκ ἔχω πτωχείαν πνευματικήν· οὐκ ἔχω διηνεκῆ προσευχήν· ἀγάπην πρὸς τὸν πλησίον οὐκ ἐφύλαξα· συμπάθειαν οὐκ ἔχω ἵνα συμπαθείας ἀξιωθῶ· κατάνυξιν οὐκ ἔχω, ἵνα συγχωρηθῶ· σωφροσύνην οὐκ ἔχω οὐδὲ καθαρότητα λογισμῶν. ποίῳ λοιπὸν προσώπῳ, ποίᾳ παῤῥησίᾳ αἰτήσω συγχώρησιν; πολλάκις σοι, δέσποτα, μετανοεῖν συνεταξάμην, καὶ ψεύστης τῆς ὑποσχέσεως ἐγενόμην. πολλάκις ἐν ἐκκλησίᾳ σοι προσπίπτω, καὶ εὐθέως ἐξερχόμενος ἐν ἀνομίαις ἐμπίπτω.

miser-

Sæc. VI. Anno 570. aut 680.

misertus es, ego autem sprevi te. Sæpe tolerans in me fuisti, expectans pœnitentiam meam, ego autem pœnitentiam non egi. Sæpe me erexisti, ipseque rursus per socordiam concidi. Quoties me exaudisti, egoque tibi auscultare nolui? Quoties mihi veniam tribuisti; ego autem tibi nunquam servivi. Quoties peccantem me haudquaquam aversatus es? Sed tanquam pater ulnas expandens: Convertere, inquis, ne timeas. Cecidisti? Erigere. Fugiens procul recessisti? Iterum redi. Non te aversor: non execror meum figmentum. Non claudo viscera ad meum filium. Non enim possum eum odisse, quem meis ipse finxi manibus: pro quo meipsum humiliavi: pro quo effudi sanguinem meum. At ego aggravans aurem, non adhibui animum, nec sum conversus. Tanquam ergo cui cognata sit clementiæ ac benignitatis abyssus, ac longanimitatis pelagus, *ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me:* sed adhuc longanimis sustine me. Ne citò ante confessionem, accusans non ferre fructum, exscideris: sed tanquam bonus ac clemens, hunc quoque mihi annum ad pœnitentiam largire. Ne me adhuc imparatum abripias, ac cùm necdum virtutum lampadem acceperim, aut oleum, quo lumen nutriatur, præparaverim. Ne me acceperis destitutum veste nuptiali, nec habentem fructûs aliquid quod offeram: Sed mihi esto clemens ac benignus: sed bonitatis tuæ divitias exhibe: sed in me longanimis patientiam habe: me, inquam, incurium, peccatorem; luxuriosum; ingratum; immisericordem; miserum; indignum clementiâ ac benignitate, pœnâque omni ac supplicio dignum.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. Infirma est mens mea: infirma ratio. Defecit vita mea. *De-*
Psal. 77. v. 33. *fecerunt in vanitate dies mei*, finisque prope est. Verùm mihi manum porrige, qui in peccatorum profundo jacter tempestate. Mihi quoque Domine, aperi januam tuæ misericordiæ. Aperi, quanquam indignè pulsanti, nec eam mihi occluseris. Si enim tu clauseris, quis eam tandem aperiet? Nisi tu festinaveris, quis demum erit auxilio? Planè nemo. Tu qui Deus clemens sis ac benignus, da pœnitentiæ tempus: concede con-

πολλάκις με ἠλέησας, ἐγὼ δὲ σε ἠθέτησα· πολλάκις ἐμακροθύμησας εἰς ἐμὲ περιμένων μου τὴν μετάνοιαν, ἀλλ' ἐγὼ οὐ μετενόησα. πολλάκις με ἀνέστησας, καὶ πάλιν ἐγὼ ῥαθυμήσας κατέπεσον. ποσάκις μου εἰσήκουσας· ἐγὼ δέ σου παρήκουσα· ποσάκις μοι συνέγνως· ἐγώ δέ σοι οὐδέποτε ἐθεράπευσα. ποσάκις με ἁμαρτάνοντα οὐκ ἀπεστράφης· ἀλλ' ὡς πατὴρ τὰς ἀγκάλας ἐφαπλώσας, ἐπιστράφηθι, ἔφης, μὴ φοβοῦ. ἔπεσες; στῆθι. φεύγων ἀπεμακρύνθης, πάλιν ἐλθέ. οὐκ ἀποστρέφομαί σε. οὐκ ὀνειδίζω. οὐ βδελύσσομαι τὸ ἐμὸν πλάσμα· οὐ κλείω τὰ σπλάγχνα πρὸς τὸ ἐμὸν τέκνον. οὐ γὰρ δύναμαι μισῆσαι, ὃν ταῖς χερσὶ ταῖς ἐμαῖς διέπλασα· ὑπὲρ οὗ ἐμαυτὸν ἐταπείνωσα· ὑπὲρ οὗ τὸ ἐμὸν ἐξέχεα αἷμα· ἐγὼ δὲ τὴν ἀκοὴν βαρύνας, οὐ προσέσχον, οὐδὲ ἐπεστράφην. ὡς ἔμφυτον οὖν ἔχων τῆς φιλανθρωπίας τὴν ἄβυσσον, καὶ τῆς μακροθυμίας τὸ πέλαγος, μή με τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς· ἀλλ' ἔτι μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί. μὴ σπεύσῃς τῆς ζωῆς πρὸ καιροῦ ἐκθερίσαι με. μὴ σπεύσῃς ἐκκόψαι με πρὸ ἐξομολογήσεως, ἐγκαλῶν μοι τὸ ἄκαρπον· ἀλλ' ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, χάρισαί μοι πρὸς μετάνοιαν καὶ τοῦτο τὸ ἔτος. μὴ ἁρπάσῃς με ἀνέτοιμον ἔτι ὄντα, καὶ τὴν τῶν ἀρετῶν λαμπάδα μήπω λαβόντα, μηδὲ προετοιμάσαντα τὸ ἔλαιον, τὴν τροφὴν τοῦ φωτός. μὴ λάβῃς με γάμου μὴ ἔχοντα ἔνδυμα, μηδὲ πρὸς καρποφορίαν προσενεγκεῖν σοι τί ἔχοντα· ἀλλὰ φιλανθρωπεύθητι· ἀλλὰ τῆς χρηστότητός σου τὸν πλοῦτον ἐπίδειξον· ἀλλὰ μακροθύμησον *ἔτι μοι, τῷ ἀμελεῖ· τῷ ἁμαρτωλῷ· τῷ ἀσώτῳ ἀγνώμονι· τῷ ἀσπλάγχνῳ· τῷ ταλαιπώρῳ· τῷ ἀναξίῳ φιλανθρωπίας, καὶ πάσης τιμωρίας ἀξίῳ·

* leg. ἐπὶ μοι.

Ελέησον με κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμί. ἀσθενεῖ μου ἡ γνώμη· ἀσθενεῖ μου ὁ λογισμός· ἐξέλιπεν ἡ ζωή μου· ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι μου, καὶ τὸ τέλος ἐγγίζον. ἀλλ' ἔκτεινόν μοι χεῖρα, βυθῷ χειμαζομένῳ τῷ τῶν ἁμαρτιῶν. ἄνοιξον κἀμοὶ, δέσποτα, τὴν θύραν τοῦ ἐλέους σου. ἄνοιξον κρούοντι ἀναξίως, καὶ μὴ κλείσῃς αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ. ἐὰν γὰρ σὺ κλείσῃς, τίς ἀνοίξει. ἐὰν σὺ μὴ σπεύσῃς, τίς λοιπὸν βοηθήσει. αὐτὸς ὡς φύσει φιλάνθρωπος, δὸς καιρὸν μετανοίας· δὸς ἐπιστροφῆς λογισμόν. ὅσα ἂν ἐγὼ ποιήσω, ἀδύνατα

Sæc. VI. Anno 570. aut 680.

versionis propositum. Quæcunque enim fecero, invalida erunt, & quæ facilè evanescant. Quæcunque fuero aggressus, erunt inefficacia ac imperfecta. Ne Domine exaudire differas, sed citò tuum figmentum salva. Tu dixisti: *Sine me nihil potestis facere:* præverte igitur conversione animæ meæ, tempus transitoriæ vitæ meæ. Mihi natura vim infert: infert mala voluntas: infert prava consuetudo. Quamobrem, *Miserere mei, quoniam infirmus sum.* Me quippe hostis meus enervans, infirmum fecit ac abjectum. Qui est infirmus, sibi ipse mederi non potest: qui contritus est, non valet sibi opem ferre: qui cecidit, non ipse se erigit: *Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum.* Qui est infirmus, non potest operari: qui æger est, ab omni prohibetur actione. *Sana me Domine, quoniam turbata sunt ossa mea.* Turbata sunt ac contrita meæ animæ ossa: atqui habens contrita ossa, non potest surgens medicum quærere: non potest currere, ac hostes effugere. Quod superest, tu me Domine, quæras, qui venisti *quærere, ac salvum facere quod perierat.* Tu iterum ad me accede, qui in latrones inciderim; à quibus, non semimortuus, sed mortuus totus redditus sim. *Sana me Domine, & sanabor.* Sana me, quia me malus ille serpens infirmum fecit. Qui est infirmus, totus abjectus est instar cadaveris; est totus iners: Tantùm ore vocat medicum: tantùm clamat, ac quærit eum, qui liberet. Hoc unum reliquum habet, ut oculos tollat, ac circumspiciat, quando is venturus sit ac inspecturus, qui *colligat contritos, ac elisos erigit:* eosque salvat, quorum salutis spes nulla erat.

Luc. 19. *v.* 20. *Luc.* 10. *v.* 30. *Jer.* 17. *v.* 14. *Psal.* 146. *v.* 3. *Psal.* 145. *v.* 1.

V. IV. *Sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea: Et anima mea turbata est valde.* Corporis simul & animæ turbatio invasit me, Domine, quippe qui in carnis ac animi passiones ac morbos inciderim. *Sana me, quoniam turbata sunt ossa mea:* quæ nimirum continent ac astringunt interiorem meum hominem. Quænam verò illa? Utique fides prudentia, spes, charitas, temperantia, continentia, justitia, pietas, mansuetudo, humilitas. Ossa hæc in me contrita sunt: secus autem Sanctorum ossa. Quid enim is ipse Propheta de illis ait? *Custodit Dominus omnia ossa eorum: unum ex his non conteretur.* Sa-

Animæ ossa. *Psal.* 33. *v.* 1.

καὶ εὐκατάλυτα μένοισιν. εἰς ὅσα ἂν ἐπιχειρήσω, ἄπρακτα καὶ ἀτελῆ γίνονται. μὴ ἀναβάλλης, δέσποτα, τὴν ἀκοὴν, ἀλλὰ σώζων τὸ πλάσμα σȣ πρόφθασον. σὺ εἶπας, ὅτι ἀδύνασθε χωρὶς ἐμοῦ ποιεῖν οὐδὲν. πρόλαβε τῇ ἐπιστροφῇ τῆς ψυχῆς μȣ τῆς παροδικῆς ζωῆς τὸν χρόνον. ὑπὸ τῆς φύσεως τυραννοῦμαι. ὑπὸ τῆς κακῆς προαιρέσεως ἐκβιάζομαι· ὑπὸ τῆς πονηρᾶς ἀναγκάζομαι συνηθείας· διὸ ἐλέησόν με, ὅτι ἀσθενής εἰμι. ἐκνευρίσας γάρ με ὁ ἐχθρός μȣ, ἀσθενῆ καὶ τεταπεινωμένον ἐποίησεν. ὁ ἀσθενὴς ἰάσασθαι οὐ δύναται ἑαυτόν· ὁ συντετριμμένος, βοηθῆσαι ἑαυτῷ ἐκ ἰσχύει· ὁ πεπτωκὼς, οὐκ ἀνίστησιν ἑαυτόν. ἐλέησόν με κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμί. ὁ ἀσθενῶν, οὐ δύναται ἐργάσασθαι. ὁ κάμνων, πάσης ἐνεργείας ἀπείργεται. ἴασαί με κύριε ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου. ἐταράχθη καὶ συνετρίβη μου τὰ ὀστᾶ τῆς ψυχῆς· ὁ δὲ τὰ ὀστᾶ ἔχων συντετριμμένα, οὐ δύναται ἀναστὰς ἐπιζητῆσαι ἰατρόν· οὐ δύναται δραμεῖν, καὶ ῥυσθῆναι τῶν ἐχθρῶν. λοιπὸν, σὺ ζήτησον, δέσποτα, ὁ ἐλθὼν ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός. σὺ πάλιν ἐλθὲ πρὸς ἐμὲ τὸν περιπεσόντα λῃσταῖς, καὶ οὐχ ἡμιθανῆ, ἀλλὰ νεκρὸν ὅλον πεποιηκόσιν. ἴασαί με κύριε, καὶ ἰαθήσομαι. ἴασαί με, ὅτι ὁ πονηρὸς ὄφις, ἀσθενῆ με διέθηκεν. ὁ ἀσθενὴς, ὅλος ἔρριπται πτῶμα· ὅλος ἀργεῖ. μόνον τῇ φωνῇ καλεῖ τὸν ἰατρόν. μόνον βοᾷ, καὶ τὸν ῥυόμενον ζητεῖ. μόνον τοὺς ὀφθαλμοὺς αἴρει, καὶ πότε ἥξει περισκοπεῖ, καὶ ἐπισκέψεται αὐτὸν, ὁ τοὺς συντετριμμένους δεσμεύων, καὶ ἀνορθῶν τοὺς κατερραγμένους, καὶ σώζων τοὺς κατεγνωσμένους.

Ιασαί με, Κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου· καὶ ἡ Ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. σωματικὸς ἅμα καὶ ψυχικὸς κατέλαβέ με τάραχος, δέσποτα, ὅτι σαρκικοῖς καὶ ψυχικοῖς περιέπεσον πάθεσιν· ἴασαί με, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μȣ. τὰ συνέχοντα καὶ συσφίγγοντα τὸν ἔσω μȣ ἄνθρωπον. ταῦτα δὲ τίνα ἐστίν; ἡ πίστις· ἡ φρόνησις· ἡ ἀγάπη· ἡ σωφροσύνη· ἡ ἐγκράτεια· ἡ δικαιοσύνη· ἡ εὐσέβεια· ἡ πραότης. ἡ ταπεινοφροσύνη. ταῦτα τὰ ὀστᾶ συνετρίβησαν ἐπ' ἐμοὶ, ἀλλ' οὐ τῶν ἁγίων· τί γάρ φησι περὶ αὐτῶν ὁ αὐτὸς οὗτος προφήτης· Φυλάσσει κύριος πάντα τὰ ὀστᾶ αὐτῶν. ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ συντριβή-

Sæc. VI. Anno. 570. aut 860.

na me Domine, quoniam turbata sunt ossa mea: Et anima mea turbata est. Quorsum verò? Nimirum, qui jam meæ vitæ tempus deficere videam: propinquare finem: defectam senectutem prænunciare excisionem: messorem festinantem, ac falcem ostendentem: gestantem securim, ac infrugiferam animam meam exscindendam citiùs indicantem. *Anima mea turbata est valde.* Video res meas nihil emendatas, meque in dies in deterius prolabi. *Et anima mea turbata est valde.* Video furem accedentem, ac me è vitâ rapere festinantem: *Et anima mea turbata est valde.* Video instantem vitæ exitum meque destitutum viatico. Video rationum præfectum, instrumentum mihi ostendentem, ac lictores truci quodam adspectu contuentes. Video multos accusatores, patronum autem nullum: *Et anima mea turbata est valde.* Idcircò horreo ac anxius sum, nec quid faciam habeo, Siquidem enim vitæ spatium postulavero, vereor ne illud rursus in peccatorum cedat cumulum: sin imparatus abiero, quibus oculis venientem judicem sim adspectaturus, ignoro. Quippe provexi ad summum usque malitiæ: non cessat malignus molestiam facere: hostes jugiter impugnant: intestinum carnis bellum vehementiùs furit: pravæ cogitationes non quiescunt: nec usquam est pœnitentia.

Matth. 13. v. 30. Luc. 13. v. 6.

Matth. 24. v. 21.

Sed tu Domine usquequo? Non expressit Propheta quid istis significare vellet. Fortè verò, cùm ex summi illius mœroris vi, audax aliquid Deo vellet dicere, seipsum nihilominus cohibuit, nec audet in palam producere, sed ait: *Et tu Domine usquequo?* Ecce vides pertinax adversarii in me certamen: carnis pugnam irreconciliabilem; atrox illud ac perpetuum bellum, ac virium mearum imbecillitatem. Jam ergo, usquequo Domine, patienter sustines? usquequo non ulcisceris? usquequo non aspicis, nec ab iis liberas, quorum appetor insidiis. Quanquam enim ego indignus sum; tu tamen multæ misericordiæ ac clemens es. Quòd negligas ac despicias, ruinæ occasio fit iis, quos deseris. Hæc, ac iis similia, cogitans Propheta Deo proloqui, seipsum coërcuit, ut ne sic loquens, pugnare, ac velut in causam Deum vocare videretur. Deincepsque ad Dei supplicationem animum transferens, ait:

σεται. ἴασαί με κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου, καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη. διὰ τί; ὁρῶ γὰρ ἤδη λοιπὸν τὸν χρόνον τῆς ζωῆς μου ἐκλείποντα· τὸ τέλος ἐγγίζον· τὸ γῆρας τὴν τομὴν πραγγέλλον· τὸν θεριστὴν σπεύδοντα, καὶ τὴν δρεπάνην δεικνύοντα· τὴν ἀξίνην βαστάζοντα, καὶ τὴν ἐκκοπὴν μηνύοντα, τῆς ἀκαρπίαν ἐχούσης ψυχῆς. ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα· ὁρῶ τὰ κατ᾽ ἐμὲ ἀδιόρθωτα, καὶ πρὸς τὸ χεῖρον ἐμαυτὸν κατ᾽ ἡμέραν ἐρχόμενον· καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. ὁρῶ τὸν κλέπτην προσεγγίζοντα, καὶ ἁρπάσαι τοῦ βίου με σπεύδοντα· καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. ὁρῶ τὴν ἔξοδον τοῦ βίου ἐπιστᾶσαν, κἀμὲ μὴ ἔχοντα ἐφόδιον· ὁρῶ τῶν λογοθετοῦντα τὸ ἔγγραφόν μοι ἐπιδεικνύοντα, καὶ πικρὸν τοὺς δημίους ἐμβλέποντας. ὁρῶ πολλοὺς τοὺς κατηγόρους, καὶ οὐδένα συνήγορον, καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. διὰ τοῦτο φρίττω καὶ ἀγωνιῶ, καὶ τὶ πράξω οὐκ οἶδα. ἂν γὰρ χρόνον αἰτήσω ζωῆς, φοβοῦμαι μὴ πρόσθηκην αὐτὸν ἁμαρτημάτων ποιήσωμαι. ἂν μὴ προετοιμασθεὶς πορευθῶ, ποίοις ὀφθαλμοῖς θεάσομαι τὸν κριτὴν ἐλθόντα ἀμηχανῶ. ἐπ᾽ ἄκρον κακίας ἐλήλυθα. καὶ ὁ πονηρὸς διοχλῶν οὐ παύεται. οἱ ἐχθροὶ πολεμεῖν οὐκ ἀφίστανται. ὁ ἔνδον τῆς σαρκὸς πόλεμος σφοδρώτερον ἀγριαίνεται· οἱ πονηροὶ λογισμοὶ οὐκ ἠρεμοῦσι. καὶ μετάνοια οὐδαμοῦ.

Καὶ σὺ κύριε ἕως πότε; τί δηλοῦν ἐντεῦθεν βούλεται, οὐκ ἐσήμανε. τάχα δὲ, ἐξ ἄκρας ἀθυμίας τολμηρόν τι θελήσας εἰπεῖν πρός τὸν Θεὸν, ὅμως ἐπέχει ἑαυτὸν, καὶ τοῦτο ὑπ᾽ ὄψιν ἀγαγεῖν οὐ τολμᾷ· ἀλλὰ φησί. καὶ σὺ κύριε ἕως πότε; ἰδοὺ βλέπεις τὴν κατ᾽ ἐμοῦ ἔντασιν τοῦ ἐχθροῦ. τὴν ἄσπονδον τῆς σαρκὸς μάχην. τὸν ἀκατάλλακτον πόλεμον, καὶ τὴν ἀτονίαν τῆς ἐμῆς δυνάμεως. λοιπὸν, ἕως πότε μακροθυμεῖς, κύριε· ἕως πότε οὐκ ἐκδικεῖς· ἕως πότε οὐκ ἐπιβλέπεις, καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων οὐκ ἀπαλλάσσεις. εἰ γὰρ καὶ ἐγὼ ἀνάξιος, ἀλλὰ σὺ πολυέλεος καὶ φιλάνθρωπος· ἡ σὴ παρόρασις, κατάπτωσις γίνεται τοῖς ἐγκαταλιμπανομένοις. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πρὸς Θεὸν ὁ προφήτης βουλευσάμενος προενεγκεῖν, ἐπέσχεν ἑαυτὸν, ἵνα μὴ μαχόμενος, καὶ οἷον δικαζόμενος, ἔνθεν φανῇ· καὶ λοιπὸν εἰς ἱκεσίαν Θεοῦ μεταφέρει τὸν λογισμὸν, καὶ φησίν.

Sæc. VI. Anno 570. aut 610. V. V

Converte Domine; eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam. Juxta Domini proprias rationes, etiam Propheta sermonem producit. Ubi enim superiùs dixisset: *Miserere mei Domine: Sana me Domine:* iis deinde subnectit illud, *Converte. Converte*, ut pastor: ut viæ dux, *eripe:* ut potens, *salvum me fac propter misericordiam tuam.* Non propter opera mea; Quippe mala sunt. Non propter meos sermones: Nam sunt vani. Non propter meas cogitationes: siquidem sunt immundæ: Sed, *salvum me fac propter misericordiam tuam.* Quod si velis mihi litem intentare, tuum ego judicium occupo, inque meipsum pronuncio, ac me reum mortis confiteor, ac agnosco. Cæterum, *salvum me fac propter misericordiam tuam.* Ad tuam confugio misericordiam, cùm mihi desit, quid offeram. Abs te misericordiam flagito: tu ne ejus pretium à me quæras. Nemo quippe misericordiam vendit, sed eam gratis tribuit. Idcircò, *salvum me fac propter misericordiam tuam.* Memento verborum tuorum, quæ in sacris literis prolocutus es. (*Gen.* 8. *v.* 21.) Nimirum, ***hominis mentem diligenter in mala intentam à suâ juventute.*** Memento hominem vanitati assimilatum esse, (*Psal.* 143. *v.* 4. *&* 142. *v.* 2.) ac fore ut non justificetur omnis vivens coram te. (*Psal.* 129. *v.* 3.) ***Si iniquitates observaveris, quis sustinebit?*** Memento neminem à sorde mundum esse, ne si una dies sit vita ejus: utque ***in iniquitatibus conceptus sim, & in peccatis conceperit me mater mea.*** (*Psal.* 50. *v.* 7.) Memento ne cœlum ipsum coram te mundum esse, (*Job.* 15. *v.* 15.) neque Angelos esse coram te à peccato immunes, (*Job.* 4. *v.* 18.) siquidem eorum aliqui ceciderunt è cœlo propter superbiam. *Salvum me fac propter misericordiam tuam:* me, inquam, qui misericordiâ egeam. Siquidem enim eum salvum facis, qui dignus est: siquidem misereris justi, nihil res admirationis habet: Sin autem indignum me, tuâ misericordiâ impertieris: hoc utiquè novum; hoc magnum fiet. Tunc quippe medicus admirationi habetur, cùm morbos incurabiles sanat, maleque affectos, pristinæ valetudini reparat. Rex quoque tunc celebratur laudibus, cùm in immeritos munificus est. Scis naturæ imbecillitatem, quippe qui eam formaveris, nec ipsam induere dedignatus sis.

Quapropter, *Salvum me fac propter misericordiam tuam.* Ne vincat, quæso, mea segnities immensam clementiam

Ἐπίστρεψον Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου, σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου· μετὰ τὰ ἰδιώματα τοῦ δεσπότου, προάγει τὸν λόγον καὶ ὁ προφήτης. εἰπὼν γὰρ ἀνωτέρω, ἐλέησόν με κύριε· ἴασαί με κύριε, ἐπάγει τούτοις ἑξῆς τὸ ἐπίστρεψον· ὡς ποιμὴν ἐπίστρεψον· καὶ ὡς ὁδηγὸς, ῥῦσαι· ὡς δύνατος, σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. οὐχ ἕνεκα τῶν ἔργων μου· πονηρὰ γάρ εἰσιν· οὐχ ἕνεκα τῶν λόγων μου· μάταιοι γάρ εἰσιν. οὐχ ἕνεκα τῶν λογισμῶν μου· ῥυπαροὶ γάρ εἰσιν. ἀλλὰ, σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. εἰ δὲ δικάσασθαι πρός με βούλει, ἐγὼ προλαμβάνω τὴν σὴν κρίσιν, καὶ κατ' ἐμαυτοῦ τὴν ἀπόφασιν ἐκφέρω, καὶ ὁμολογῶ, ὅτι ἄξιος θανάτου ἐγώ. λοιπὸν, σῶσον με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. εἰς τὸ ἔλεός σου καταφεύγω, οὐδὲν ἔχων προσαγαγεῖν σοι. ἔλεος αἰτῶ παρὰ σοῦ· μὴ ζητήσεις με τὴν τούτου τιμήν· οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἐλεημοσύνην πιπράσκει, ἀλλὰ δῶρον ταύτην παρέχει· διὸ, σῶσον με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. μνήσθητι τῶν λόγων ὧν ἐν ταῖς ἁγίαις σου γραφαῖς εἴρηκας· ὅτι ἐπιμελῶς ἔγκειται διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ πονηρὰ, ἐκ νεότητος αὐτοῦ. μνήσθητι ὅτι ἄνθρωπος ματαιότητι ὡμοιώθη, καὶ ὅτι, οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν. ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃ, τίς ὑποστήσεται. μνήσθητι ὅτι οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' ἂν ᾖ μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ· καὶ ὅτι ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου· μνήσθητι ὅτι οὐδὲ αὐτὸς ὁ οὐρανὸς καθαρὸς ἐνώπιόν σου· οὐδὲ οἱ ἄγγελοι αὐτοὶ ἀναμάρτητοι ἐνώπιόν σου, εἴγε καὶ ἐξ οὐρανοῦ ἔπεσόν τινες δι' ὑπερηφανίαν αὐτῶν. ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου σῶσον με· ἐμὲ τὸν ἐλέους δεόμενον. εἰ γὰρ τὸν ἄξιον σώζεις, εἰ τόν δίκαιον ἐλεήσεις, οὐδὲν θαυμαστόν. ἀλλ' εἰ ἐμὲ τὸν ἀνάξιον, τοῦ ἐλέους σου ἀξιώσεις, τοῦτο καὶ ξένον· τοῦτο καὶ μέγα. καὶ γὰρ ἰατρὸς τότε θαυμάζεται, ὅτε νόσους ἀνιάτους ἰᾶται· καὶ ἀνθρώπους χαλεπῶς ἔχοντας, ἐπαναγάγει πρὸς εὐῤῥωστίαν. καὶ βασιλεὺς τότε ἐπαινεῖται, ὅτε τοῖς ἀναξίοις χαρίζεται. οἶδας τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως, ὡς καὶ πλάσας αὐτὴν, καὶ μὴ ἀπαξιώσας ταύτην ἐνδύσασθαι.

Διὸ, σῶσον με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. μὴ νικήσῃ ἡ ἐμὲ ῥαθυμία τὴν ἄμετρόν σου φι-

SÆC. VI. ANNO. 570. aut 860.

tiam ac benignitatem tuam. *Ne intres
in judicium cum servis tuis.* Si enim
volueris judicio nobiscum contende-
re, obstruatur oportet omne os, om-
ni destitutum defensione. Quid enim
Psal. 142. v. 2. dicturi sumus? Cùm non essemus,
creasti; errore lapsos, convertisti:
perditos quæsivisti: pretioso redemisti
sanguine: Dei nos filios ac hæredes
Psal. 78. v. 8. constituisti. Quapropter, *ne memine-
ris iniquitatum nostrarum:* neque pec-
catis nostris tuam ex adverso commi-
nationem appenderis: quin potius,
Psal. 74. v. 9. justam illam tuam libram *inclina ex hoc
in hoc*; ex nostro onere in magnam il-
lam tuam misericordiam. Salvum me
fac propter bonitatem tuam, per quam
mundum perditum salvum fecisti:
omnesque à sæculo justi per eam
bona repromissa consequi meruerunt.
Quanquam enim quis Mosen dicat:
Num. 20. v. 12. quanquam dicat Aaron: quanquam
Exod. 32. v. 2. Davidem: quanquam Petrum Aposto-
2. Reg. 11. v. 4. lorum principem: quanquam Paulum,
Matth. 26. v. 70. qui ad tertium usque cœlum raptus
2. Cor. 12. v. 2. est; ne unum quidem horum possit
dicere à peccato immunem. Quam-
obrem, ipse quoque solâ fide salvari
Vide not. n. 15. quæro. Fide, inquam, non ex meo
opere; ut ad me quoque clemens ac
Luc. 7. v. 50. benignus tu dicas: *Fides tua te salvum
fecit: vade in pace.* Nemini enim om-
nium, quibus veniam dedisti, Domi-
ne, dixisti: Opera tua te salvum fe-
Isai. 64. v. 6. cerunt: quia *omnis nostra justitia tan-
quam pannus menstruatæ* in conspectu
tuo. Itaque rursum aio: *Salvum me
fac propter misericordiam tuam. Et
misericordia tua subsequetur me omni-
Psal. 22. v. 6. bus diebus vitæ meæ.*

Subsequetur me, qui malè à te fu-
giam: qui continuè ad peccatum cur-
Psal. 135. v. 4. ram. Tu enim, cùm sis *Deus, qui
facis mirabilia solus*, *mirifica super me
Psal. 16. v. 7. etiam tuam misericordiam.* Tu quippe
sperantes in te salvos facis; facisque,
supra quàm petimus aut intelligimus.
Matth. 18. v. 24. Accessit ad te aliquando, Domine,
qui decem millium talentorum debito
obstrictus erat, cumque leve quid be-
neficii accipere rogasset, pro tuâ ipse
clementiâ universum ei debitum do-
Luc. 15. v. 19. nasti. Sed & Prodigus reversus olim,
unum è mercenariis tuis fieri flagita-
bat: tu autem, pro mercenario, fi-
Luc. 23. v. 42. lium eum ac hæredem fecisti. Petiit
Latro ut ejus meminisses in regno tuo:
Luc. 7. v. 37. tu autem totum illi paradisum largitus
es. Accessit Meretrix in fletum reso-
Dei clementia maximè in desperatis. luta, majoraque accepit, quàm spe-
raret ac quæreret. Flevit & Petrus

λανθρωπίαν· μὴ εἰς κρίσιν ἔλθῃς μετὰ τῶν δούλων σου. εἰ γὰρ κριθῦναι βουληθῆς πρὸς ἡμᾶς, πᾶν στόμα φραγήσεται, μηδὲν ἔχον ἀπολογίσασθαι. τί γὰρ ἐροῦμεν; μὴ ὄντας ἡμᾶς ἐποίησας· πλανηθέντας ἐπέστρεψας. ἀπολωλότας ἐζήτησας· τιμίῳ ἐξηγόρασας αἵματι· υἱοὺς ἡμᾶς Θεοῦ, καὶ κληρονόμους κατέστησας· διὸ, μὴ μνησθῇς τῶν ἀνομιῶν ἡμῶν· μηδὲ ἀντισταθμίσῃς ταῖς ἁμαρτίαις τὴν σὴν ἀπειλήν· ἀλλὰ τὸν δίκαιόν σου ζυγόν, κλῖνον ἐκ τούτου εἰς τοῦτο. ἐκ τοῦ ἡμετέρου φορτίου, εἰς τὸ μέγα ἔλεός σου. σῶσον με ἕνεκεν τῆς χρηστότητός σου, δι' ἧς κόσμον ἀπολλύμενον ἔσωσας· καὶ πάντες οἱ ἀπ' αἰῶνος δικαιωθέντες, διὰ ταύτης τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἠξιώθησαν ἀγαθῶν. κἂν γὰρ Μωσέα τίς εἴπῃ· κἂν Ααρών· κἂν Δαβίδ· κἂν Πέτρον τὸν πρῶτον τῶν ἀποστόλων· κἂν Παῦλον τὸν εἰς τρίτον οὐρανὸν ἁρπαγέντα, οὐδένα τούτων ἀναμάρτητον ἕξει εἰπεῖν. διὸ, πίστει μόνῃ κἀγὼ σωθῆναι ζητῶ· πίστει, οὐ πράξει, ἵνα καὶ πρὸς ἐμὲ ὁ φιλάνθρωπος εἴπῃς· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· πορεύου εἰς εἰρήνην. ὅσοις συνέγνως τῶν ἀνθρώπων ἐπ' οἷς ἥμαρτον, δέσποτα, οὐδενί αὐτῶν εἴρηκας· τὰ ἔργα σου σέσωκέ σε. ὅτι πᾶσα δικαιοσύνη ἀνθρώπου, ἐνώπιόν σου, ῥάκος ἀποκαθημένης. διὸ πάλιν λέγω· σῶσον με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου· καὶ καταδιώξει με τὸ ἔλεός σου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου.

Καταδιώξει με τὸν κακῶς ἀπὸ σοῦ φεύγοντα· τὸν ἀεὶ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν τρέχοντα. σὺ γὰρ Θεὸς ὢν, ποιῶν θαυμάσια μόνος, θαυμάστωσον καὶ ἐπ' ἐμοὶ τὸ ἔλεός σου. σὺ γὰρ τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σὲ σώζεις· καὶ ποιεῖς ὑπὲρ ὃ αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν. προσῆλθέ σοι ποτὲ δέσποτα, μυρίων ταλάντων ὀφειλέτης, καὶ μικρὰν αὐτῷ χάριν λαβεῖν αἰτήσαντι, τελείαν ὡς φιλάνθρωπος τὴν συγχώρησιν δέδωκας· ἐπιστρέψας ποτὲ καὶ ὁ ἄσωτος, εἷς τῶν μισθίων σου ἐδυσώπει γένεσθαι· σὺ δὲ, υἱὸν αὐτὸν καὶ κληρονόμον ἀντὶ μισθίων πεποίηκας· ᾐτήσατο ὁ λῃστὴς, μνήμην αὐτοῦ λαβεῖν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου· σὺ δὲ ὅλον αὐτῷ τὸν παράδεισον ἐδωρήσω. προσῆλθε καὶ πόρνη δακρύουσα, καὶ ὑπὲρ ὃ ἤλπισε καὶ ἐζήτησεν, ἔλαβεν. ἐδάκρυσε καὶ

tan-

Sæc. VI Anno 570. aut 680.

tantùm, ipſumque regni cœlorum me creaſti clavigerum. Sic Domine, moribus comparatum habes, ut in deſperatis, in quibus nulla ſalutis ſpes reliqua videatur, in iis clementiæ tuæ ac benignitatis magnitudinem oſtendas. Propterea repeto, nec deſinam unquam repetere: *Salvum me fac propter miſericordiam tuam.*

V. VI. *Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?* Propterea feſtino: propterea anxius ſum, plane exploratum habens, nunquam me in inferno confeſſurum Deo, ubi ſemel vitæ finis occupaverit. *In inferno nullus pœnitentiæ locus.* Nulla enim eſt in inferno pœnitentia: Nequit aliquis peccatorum illic veniam conſequi: Non poteſt fieri ut quis remiſſionem delictorum in ſepulchro referat. Nundinæ ſunt præſens vita: ubi ergo nundinæ ſolutæ fuerint, nemo negotiari poteſt. Stadii curſu peracto, nullus miles habet certare. Ubi nox occupaverit, nihil lucri apparet. Audi quid Scriptura dicat: *Job. 3. v. 23.* *Mors viro requies, cujus abſcondita eſt via: Concluſit enim Deus ſuper eum.* Ubi autem Deus concluſit, non eſt peccatorum pœnitentia. Vita hæc certaminibus poſita eſt: futura illa, juſto judicio: *Quamobrem, ſalvum me fac propter miſericordiam tuam. In inferno autem quis confitebitur tibi?* Vide quid dicat: *Quis confitebitur tibi?* Hoc eſt: Nullus. Quocirca, dilectiſſimi, præſtat ut nos ipſos ad illud iter præparemus, ut ne nos, haud ſecùs ac fatuas Virgines, nox improvida inopſque apprehendat. *Matth. 25. v. 1.* Eam quis alius quoque ſapiens obſcurè ſignificans, ac deſidiores excitans: *Præpara,* inquit, *opera tua ad egreſſum; ac præparare qui in agro manes.* *Pro. 25. v. 27.* Nimirum, agrum appellans humanam vitam: quia *omnis caro ſicut fœnum; & omnis gloria hominis, ſicut flos fœni.* *Iſai. 40. v. 6.* *Præpara ad egreſſum opera tua:* quia, *homo ſicut fœnum dies ejus, tanquam flos agri ſic efflorebit,* & deflorebit, *& declinabit, & exareſcet: ſubque voce paſſeris* omnis herba *aſſurget.* *Pſal. 102. v. 15. Pſal. 101. v. 12. Eccleſ. 12. v. 4.* Hoc eſt: *in voce Archangeli, & in noviſſimâ tubâ,* omnis caro à mortuis reſurget. *1. Cor. 15. v. 52.* His conſona idem rurſus ait: *Memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis.* *Eccl. 7. v. 40.* Horum noviſſimorum etiam memor Propheta, jugi ſemper compunctione lugebat, noctesque ipſas in dolore ac fletu tranſigebat.

Πέτρος μόνον, καὶ κλειδοῦχον αὐτὸν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας πεποίηκας. τοιοῦτον σου δέσποτα τὸ ἔθος, ἐν τοῖς ἀπεγνωσμένοις· ἐν τοῖς μηδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας ἔχουσιν, ἐν αὐτοῖς ἐνδείκνυσθαι τὸ μέγεθος τῆς φιλανθρωπίας σου. διὰ τοῦτο λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι· σῶσον με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου.

Οτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου· ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ, τίς ἐξομολογήσεταί σοι; διὰ τοῦτο σπεύδω· διὰ τοῦτο ἀγωνιῶ, γινώσκων ἀκριβῶς, ὅτι ἐπ' ἂν τὸ πέρας τῆς ζωῆς μου φθάσωμαι, οὐδαμῶς τῷ Θεῷ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐξομολογήσομαι. οὐ γάρ ἐστιν ἐκεῖ μετάνοια· οὐκ ἔστιν ἐκεῖ λαβεῖν ἁμαρτίας συγχώρησιν· οὐκ ἔστιν ἐν τῷ μνήματι, πλημμελημάτων κομίσασθαι ἄφεσιν. πανήγυρίς ἐστιν ὁ βίος· ἐπ' ἂν οὖν λυθῇ ἡ πανήγυρίς, οὐδεὶς πραγματεύσασθαι δύναται. ἐπ' ἂν τὸ στάδιον παρέλθῃ, οὐδεὶς ἀγωνίζεται στρατιώτης. ἐπ' ἂν ἡ νὺξ καταλάβῃ, τὸ κέρδος οὐ φαίνεται. ἄκουσον τί φησιν ἡ γραφή· θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, οὗ ἡ ὁδὸς ἀπεκρύβη. συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς * ἀπ' αὐτοῦ. ὅπου Θεοῦ συγκλεισμὸς, ἁμαρτίας οὐκ ἔστι μετάνοια. οὗτος ὁ βίος, τῶν ἀγώνων· ἐκεῖνος, δικαιοκρισίας· σῶσον με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι. ὅρα τί φησι· τίς ἐξομολογήσεταί σοι; τουτέστιν, οὐδείς. διὰ τοῦτο καλὸν, ἀγαπητοὶ, προευτρεπίζειν ἑαυτοὺς τῆς ἐκεῖσε ὁδοιπορίας, ἵνα μὴ ἡμᾶς κατὰ τὰς μωρὰς παρθένους ἄπορος νὺξ καταλάβῃ. ταύτην καὶ τις ἄλλος σοφὸς αἰνιττόμενος, καὶ τοὺς ἀργοτέρους διανιστῶν· ἑτοίμαζέ φησι τὰ ἔργα σου εἰς τὴν ἔξοδον, καὶ παρασκευάζου, μένων εἰς τὸν ἀγρὸν. ἀγρὸν καλῶν τὸν ἀνθρώπινον βίον· ὅτι πᾶσα σὰρξ, ὡς χόρτος· καὶ πᾶσα ἀνθρώπου δόξα, ὡς ἄνθος χόρτου. ἑτοίμαζε εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα σου· ὅτι ἄνθρωπος ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ· καὶ παρασκευάζου ἐν τῷ ἀγρῷ· ὅτι ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ οὕτως ἐξανθήσει, καὶ ἀπανθήσει· καὶ κλιθήσεται, καὶ ξηρανθήσεται· καὶ ὑπὸ τὴν φωνὴν τοῦ στρουθίου, πᾶσα βοτάνη ἀναβήσεται· τουτέστιν· ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν ἐσχάτῃ σάλπιγγι πᾶσα σὰρξ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται. σύμφωνα τούτοις ὁ αὐτὸς πάλιν φησίν· ὑπομιμνήσκου τὰ ἔσχατά σου, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα οὐχ ἁμαρτήσεις· τούτων τῶν ἐσχάτων ὑπομιμνησκόμενος καὶ ὁ προφήτης, ἀεὶ διηνεκῶς ἐν κατανύξει ἐπένθει, καὶ ἐν κλαυθμῷ διενυκτέρευε.

* ἴσ. ἐπ' αὐτῷ.

Quam-

Sæc. VI. Anno. 570. aut 680.

V. VII. Quamobrem etiam subdit: *Laboravi in gemitu meo: lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.* Certo quippe sciebat, fore, ut *qui seminant in lacrymis, in exultatione metant:* utque ii, *qui cum fletu mittunt semina sua*, in resurrectione *cum gaudio veniant, portantes manipulos suos.* Benè dixit: *Lavabo.* Quemadmodum enim per aquam in baptismo renascimur; sic per lacrymas ac compunctionem novùm baptizati, mundamur. Cæterùm, neque baptismus, neque lacrymarum compunctio, datur absque Spiritu sancto. Nec mireris: Quam enim infantes in baptismo aquâ intincti gratiam accipimus, eam per segnitiem amissam, ac neglectum operandi bona, per pœnitentiam ac lacrymarum fontem recipimus.

Psal. 125. v. 6.

Baptismus ac vera compunctio, à Spiritu sancto.

Pœnitentia, amissam baptismi gratiam restituit.

Διὸ καὶ ἐπάγει· ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου· λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου· ἐν δάκρισί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω. ᾔδει γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι οἱ σπείροντες ἐν δάκρυσιν, ἐν ἀγαλλιάσει θεριοῦσι· καὶ ὅτι οἱ μετὰ κλαυθμοῦ βάλλοντες τὰ σπέρματα αὐτῶν, ἥξουσιν ἐν τῇ ἀναστάσει, αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν μετὰ χαρᾶς. καλῶς εἶπε, λούσω· ὥσπερ γὰρ διὰ τοῦ ἐν τῷ βαπτίσματι ὕδατος ἀναγεννώμεθα, οὕτω διὰ δακρύων καὶ κατανύξεως ἀναβαπτιζόμενοι καθαιρόμεθα· πλὴν, οὔτε τὸ βάπτισμα· οὔτε ἡ τῶν δακρύων κατάνυξις, ἄνευ τοῦ ἁγίου δίδοται πνεύματος. καὶ μὴ θαυμάσῃς· τὴν χάριν γὰρ ἣν ἐν τῷ βαπτίσματι νήπιοι βαπτιζόμενοι λαμβάνομεν, ταύτην ἀπολλῦντες διὰ ῥαθυμίας καὶ ἀμελείας τῆς τῶν *κακῶν ἐργασίας, διὰ μετανοίας, καὶ τῆς τῶν δακρύων πηγῆς ἀπολαμβάνομεν.

* Leg. καλῶν.

V. VIII. *Turbatus est à furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.* Hoc est, Annis ac ætate provexi; consenui in omnibus meis peccatis. Hoc enim iis verbis significat: *Inveteravi inter omnes inimicos meos.* Quamobrem etiam inveteravi apud inimicos agens, provocantibus illis semper agere, quæ animi mortem afferunt, ac vetustatem illam, quæ à à mala vita adgigni solet, designans: à quâ quisquis emundari non sollicitè curat, haudquaquam novum hominem potest induere, qui ut Apostolus ait, *renovatur spiritu mentis.* Vide autem, ut post longam in peccatis veterationem; post vitam in omni iniquitate transactam, nihil Propheta animum desponderit, autve de Dei misericordiâ diffisus sit, vel sese socordiæ dediderit: sed per compunctionem adeptus sit salutem: per lacrymas emundatus sit, ac per confessionem justificatus. Hæc ille egit pœnitentiæ tempore, quæ & ipsi omnes in ipsa possumus præstare senectute. Quænam illa? Orare; gemere; flere; confiteri. Quod si etiam vis scire quid nobis inde accedat, audi quæ sequuntur. Cùm dixisset, *Inveteravi inter omnes inimicos meos:* tum accedente pœnitentia, divinam in se illustrationem sentiens, hostes deinceps cum potestate increpat, dicens:

Eph. 4. v. 23.

Ἐταράχθη ἀπὸ θυμοῦ ὁ ὀφθαλμός μου· ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου. τουτέστι, συνηύξησα· συνεγήρασα πάσαις ταῖς ἁμαρτίαις. τοῦτο γὰρ δηλοῖ, τῷ εἰπεῖν· ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου· διὸ καὶ πεπαλαίωκαι παρὰ τοῖς ἐχθροῖς γενόμενος, ἐκεῖνα πράττειν προκαλούμενος, ἃ τὸν τῆς ψυχῆς θάνατον προξενεῖ, καὶ τὴν παλαίωσιν ὑπογράφει, τὴν ἀπὸ τοῦ φαύλου βίου ἐπιγίνεσθαι συμβαίνουσαν· ἧς καὶ πᾶς ἐκκαθαρθῆναι μὴ σπεύσας, ἀδύνατον ἐπενδύσασθαι τὸν καινὸν ἄνθρωπον, ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος, τὸν ἀνακαινούμενον τῷ πνεύματι τοῦ νοός. ἀλλ' ὅρα, μετὰ τὴν χρονίαν ἐν ἁμαρτίαις παλαίωσιν· μετὰ τὴν ἐν πάσῃ ἀνομίᾳ συμβίωσιν, πῶς οὐκ ἀπέγνω ἑαυτοῦ ὁ προφήτης· οὐδ' ἀπήλπισε τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ· οὐδ' ἐξέδωκεν ἑαυτὸν εἰς ῥαθυμίαν. ἀλλὰ διὰ κατανύξεως ἐσώθη· διὰ δακρύων ἐκαθαρίσθη, καὶ δι' ἐξομολογήσεως ἐδικαιώθη· ταῦτα ποιήσας ἐν τῷ τῆς μετανοίας καιρῷ, ἅπερ ἅπαντες καὶ ἡμεῖς ἐν αὐτῷ τῷ γήρᾳ ποιεῖν δυνάμεθα. τίνα ταῦτα; δεηθῆναι· στενάξαι· δακρῦσαι· ἐξομολογήσασθαι. εἰ δὲ καὶ τί ἐκ τούτων ἡμῖν προγενήσεται θέλεις μαθεῖν, ἄκουε τῶν ἑξῆς· εἰπὼν, ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου· εἶτα τῆς μετανοίας γινομένης, ἐν ἑαυτῷ θείας ἐλλάμψεως αἰσθανόμενος, ἐπιτιμᾷ λοιπὸν τοῖς πολεμοῦσιν αὐτὸν μετ' ἐξουσίας καὶ λέγει.

V. IX. *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem:* Hoc est: Abscedite; cessate; erubescite. *Quoniam exaudivit*

Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν· τουτέστιν, ἀναχωρεῖτε· παύσασ-

Domi-

Dominus vocem fletûs mei: exaudivit Dominus deprecationem meam; Dominus orationem meam suscepit. Erubescant & conturbentur omnes inimici mei: avertantur & erubescant valde

V. 10.

Præclarum pœnitentiæ facinus.

velociter. Vidistin' lacrymarum potentiam? Vidistin' confessionis fructum? Vidistin' inveterationem in omni peccatorum genere, atque ex iis regenerationem? Ne mihi ergo jam dixeris: Senex sum: infirmus sum: inveteravi; in omni peccato consuevi; nec possum ampliùs Dei facere mandata, Ne quid mihi deinceps ejusmodi dixeris; nec aliud quicquam excusandæ dilationi ad prætextum protuleris. Nam statim tibi ostendam, ut in ipsâ senectute, melius quàm in juventute, mandata servare possis. Rogo enim te: Quosnam Scriptura beatos prædicat; cùm ait: *Beati pauperes spiritu.* Planè dicturus es: Eos, qui sunt sensu demisso atque humili. Quandonam verò nobis demissior sensus ac humilior; in juventute, an in senio? Nonne liquet in senio? Etenim fastus quidam ac tumor juventuti congenitus est. *Beati qui lugent.* Dic rogo: Quidnam ad luctum ac compunctionem expeditius putes: senectutem, an juventutem? Planè dices, senectutem. *Beati mites.* Nonne universis confessum est, juventutem senio promptiorem esse, ac faciliùs labilem? Liquet sanè, ut si omnia expenderis, majori senectutem præ juventute, inventurum te ad salutem subsidio, ac Dei observandis mandatis comparatiorem efficere. Ut verò res ita habeat, accipe. Vigente ætate, amor corporum validiùs infestat, ac molestiùs exardescit cupiditas, avaritia quoque, & inanis gloria, & gula, ac reliqua vitia omnia, tunc rursus impressionem faciunt; atque impugnant. Ac sicut cùm duo luctâ congrediuntur, imminutis alteri viribus alter omninò fortior invenitur: sic in animâ ac corpore; cùm carnis cupiditates ac vires, non æquè in senectute atque in juventute valeant, planè, ut tunc anima ad Dei exequenda mandata excitari velit, potentior erit. Eâ ætate propensior habet ad compunctionem ac lacrymas: Porrò lacrymas dico, quæ Deo consentaneæ sunt. Nam sunt etiam lacrymæ naturales, quales libamus super mortuos. Sunt & lacrymæ satanicæ, quas quidam fundunt, vel inanis gloriæ causâ, vel amoris satanici. Sicut ergo aliæ item lacrymæ sunt ex ebrietate,

Senectus ad virtutem præ juventute commodior.

Matth. 5. v. 3.

Multiplices lacrymæ.

θε· αἰσχύνθητε· ὅτι εἰσήκουσε κύριος τῆς φωνῆς τοῦ κλαυθμοῦ μου· ἤκουσε κύριος τῆς δεήσεώς μου. κύριος τὴν προσευχήν μου προσεδέξατο· αἰσχυνθείησαν καὶ ταραχθείησαν πάντες οἱ ἐχθροί μου. ἀποστραφείησαν καὶ καταισχυνθείησαν σφόδρα διατάχους. εἶδες τῶν δακρύων τὴν ἰσχύν; εἶδες τὴν ἐξομολογήσεως τὸν καρπόν; εἶδες τὴν ἐν πάσῃ ἁμαρτίᾳ παλαίωσιν, καὶ ἀναγέννησιν· οὐκοῦν μή μοι εἴπῃς· γέρων εἰμι· ἀσθενής εἰμι· ἐπαλαιώθην· συνήθης ἐγενόμην πάσης ἁμαρτίας· λοιπὸν οὐκέτι δύναμαι ποιῆσαι τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. μηδὲν τοιοῦτον λαλήσῃς, μηδέ τι ἄλλο μοι προφασιζόμενος τὴν ἀναβολὴν, προενέγκῃς. ἐπεὶ εὐθέως σοὶ δείκνυμι, ὅτι ἐὰν μόνον θελήσῃς, ἐν αὐτῷ τῷ γήρᾳ ὑπὲρ τὴν νεότητα φυλάξαι τὰ προστάγματα δυνήσῃ. εἰπέ γάρ μοι· τίνας ὁ λόγος μακαρίζει· μακάριοι οἱ πτωχοὶ λέγων τῷ πνεύματι· πάντως ἐρεῖς, τοὺς τὴν διάνοιαν κατεσταλμένους καὶ ταπεινούς. πότε οὖν ταπεινότερον ἡμῶν ἐστι τὸ φρόνημα ἐν νεότητι, ἢ ἐν γήρᾳ; οὐκ εὔδηλον ὅτι ἐν γήρᾳ; σύμφυτος γὰρ τῆς νεότητος ὁ τῦφος. μακάριοι οἱ πενθοῦντες· εἰπὲ δή μοι· ποῖόν ἐστι πρὸς πένθος καὶ κατάνυξιν ἑτοιμότερον· τὸ γῆρας, ἢ ἡ νεότης; εὔδηλον ὅτι τὸ γῆρας. μακάριοι οἱ πρᾳεῖς· ἆρ' οὐχὶ πάντες ὁμολογήσουσιν ὀξυτέραν εἶναι τοῦ γήρως τὴν νεότητα καὶ εὐέμπτωτον; εὔδηλον ὅτι οὕτως, ἐὰν πάντα κατανοήσῃς, εὑρήσεις τὸ γῆρας παρὰ τὴν νεότητα συνεργοῦν σοι τὴν σωτηρίαν, καὶ ἐπιτηδειότερον παρασκευάζον πρὸς τὴν τῶν ἐντολῶν φυλακήν. καὶ ὅπως, ἄκουε. ἐν νεότητι, καὶ ὁ τῶν σωμάτων ἔρως σφοδρότερον ἐνοχλεῖ. καὶ ἡ ἐπιθυμία χαλεπώτερον ἐξανάπτεται ἐν νεότητι· καὶ φιλαργυρία· καὶ κενοδοξία· καὶ γαστριμαργία, καὶ πάντα τὰ λοιπὰ πάθη, πάλιν ἐπιτίθεται τότε καὶ πολεμεῖ. καὶ καθάπερ δύο παλαιόντων, ἐὰν εἷς ἀσθενήσῃ, ὁ ἕτερος κρείττων πάντως εὑρίσκεται· οὕτως ἐπὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος· τῶν ὀρέξεων καὶ τῶν δυνάμεων τῆς σαρκὸς, οὐ τὴν ἴσην ἐχουσῶν ἑκατέρων ἰσχὺν, πρός τε γῆρας ὁμοῦ καὶ νεότητα· ἐὰν ὅλως βουληθῇ ἡ ψυχὴ πρὸς ἐργασίαν διαναστῆναι τῶν ἐντολῶν, τότε μᾶλλον ἰσχύει. τότε πρὸς κατάνυξιν καὶ δάκρυα ἐστὶν ἐπιῤῥεπής. δάκρυα δὲ λέγω, τὰ μετὰ Θεόν. εἰσὶ γὰρ δάκρυα καὶ φυσικὰ, οἷα τοῖς νεκροῖς ἐπιστάζομεν· εἰσὶ δάκρυα καὶ σατανικὰ, ἅπερ τινες ἢ διὰ κενοδοξίαν, ἢ καὶ ἔρωτα σατανικὸν ἐπιχέουσιν. ὥσπερ οὖν

Sæc. VI. Anno. 570. aut 860.

tate, præter jam memoratas; sic sanè & ex pœnitentiâ, exque timore Dei, & mortis cogitatione, ac suppliciorum memoriâ, compunctionis accedunt lacrymæ: in quibus si perseveremus, utique ad spiritales quoque promovebimus lacrymas, quæ non timorem, sed desiderium in Deum habent, ex Spiritûs sancti in nobis prognatum illustratione.

Talibus lacrymis perfundebatur; qui ad Deum ait:
Psal. 62. v. 9. *Adhæsit anima mea post te.* Ac iterum: *Inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt:*
Psal. 72. v. 21. & 26. Et, *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Alio quoque loco:
Psal. 83. v. 3. *Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini: Cor meum, & caro mea, exultaverunt in Deum vivum.* Ac iterum:
Psal. 41. v. 2. *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus:* tanto nimirum ad Deum desiderio habebat psallentis animus. Fortè latent plures vestrûm ea quæ dicuntur. Ita sanè novi, & certus sum. Verùm neglectus ejusmodi haudquaquam vobis in bonum cessurus est. Quorsum id? Quia nimirum, non de re in imo maris gurgite positâ disputamus, aut de specie, quæ non nisi in terræ extremis angulis occurrat: sed de re loquimur, in corde nobis à Christo insitâ, qui dixit: *Regnum
Luc. 17. & 21. cælorum intra vos est:* hoc est, Spiritus sanctus, lacrymarum ac compunctionis parens.

Magna itaque lacrymarum, quæ ex pietate sunt, efficacia & virtus. Testantur verò, in veteri quidem testamento, Ninivitæ, Manasses, Ezechias: in novo autem Petrus, qui utique lacrymarum vi Deum placavit, ac quod negatione peccarat, curavit. Meretrix quoque, quæ lacrymis, Dei attraxit misericordiam, ac commissorum remissionem accepit. Planè verbis explicari nequit, tantum illud pelagus Dei miserationum. Cùm Manasses per pœnitentiam salutem consequatur; quis deinceps, quem omninò ex animo peccatorum pœniteat, de salute dubitet? Quid mihi tu loqueris: Fornicatus sum; adulterium feci; homicidium perpetravi, in vitio ac pravitate consenui; atque adeò non possum salutem adipisci? Siquidem Deus Manassen pœnitentem recepit:
Nec diabolo ipsi, ut pœniteret, neganda Dei misericordia. quem omninò ex animo pœnitentem non sit recepturus? Fortè ausim dicere, fore, ut & ipsum diabolum recepturus esset, ut ille pœnitentiam ostendisset.

καὶ ἐκ μάθης εἰσὶν ἕτερα δάκρυα, παρὰ τὰ εἰρημένα· οὕτω δὴ καὶ ἐκ μετανοίας δάκρυα κατανύξεως, καὶ ἐκ φόβου Θεοῦ, καὶ ἐννοίας θανάτου, καὶ μνήμης κολάσεως ἡμῖν προσγινόμενα. οἷς ἐὰν χρονίσωμεν, προκόπτομεν καὶ εἰς τὰ πνευματικὰ δάκρυα· οὐ φόβον, ἀλλὰ πόθον πρὸς Θεὸν ἔχοντα· πόθεν, ἐξ ἐλλάμψεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐντικτόμενον.

Τοιούτοις δάκρυσι περιεῤῥεῖτο ὁ λέγων πρὸς Θεόν· ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου. καὶ πάλιν· ἐξεκαύθη ἡ καρδία μου, καὶ οἱ νεφροί μου ἠλλοιώθησαν· καὶ, ὁ Θεὸς τῆς καρδίας μου καὶ ἡ μερίς μου ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα. καὶ ἀλλαχοῦ· ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ κυρίου· ἡ καρδία μου καὶ σάρξ μου ἠγαλλιάσαντο ἐπὶ Θεὸν ζῶντα. καὶ πάλιν. ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ, ὁ Θεός. τοιοῦτον εἶχε τὴν πρὸς Θεὸν πόθον τοῦ ψάλλοντος ἡ ψυχή. τάχα λανθάνει τοὺς πολλοὺς ὑμῶν τὰ λεγόμενα. οἶδα καὶ πέπεισμαι ἀλλ᾽ οὐκ εἰς καλὸν ὑμῖν ἡ τοιαύτη καταφρόνησις περιστήσεται. διατί; ὅτι περὶ πράγματος διαλεγόμεθα οὐκ εἰς τὸν θαλάσσης ὄντος βυθὸν, οὔτε μὴν περὶ εἴδους εἰς τὰ τῆς γῆς πληρώματα δυναμένου εὑρίσκεσθαι· ἀλλὰ περὶ πράγματος λαλοῦμεν, ὑπὸ Χριστοῦ ἐν ταῖς καρδίαις * ὑμῶν πεφυτευμένου, τοῦ εἰπόντος· ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστί. τουτέστι, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὰ δάκρυα τίκτον καὶ τὴν κατάνυξιν.

* Leg. ἡμῶν ex editis.

Μεγάλη τοίνυν τῶν μετὰ Θεὸν δακρύων ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ ἰσχύς· καὶ μάρτυρες, ἐν μὲν τῇ παλαιᾷ, Νινευῖται· Μανασσῆς· Εζεκίας· ἐν δὲ τῇ νέᾳ, Πέτρος διὰ δακρύων τὸν Θεὸν ἱλεούμενος, καὶ τὴν ἄρνησιν θεραπεύων· πόρνη, δάκρυσι τὸ φιλάνθρωπον ἕλκουσα, καὶ τὴν ἄφεσιν τῶν πεπραγμένων λαμβάνουσα. ὄντως ἀδιήγητον τὸ πέλαγος τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ. εἰ Μανασσῆς διὰ μετανοίας σώζεται, τίς λοιπὸν μετανοῶν ὁλοψύχως ἀμφιβάλλει περὶ σωτηρίας; τί μοι λέγεις· ἐπόρνευσα· ἐμοίχευσα· ἐφόνευσα· ἐν κακίᾳ ἐγήρασα, σωθῆναι οὐ δύναμαι. εἰ Μανασσῆν ὁ Θεὸς ἐδέξατο μεταγνόντα, τίνα τῶν μετανοούντων ὅλῃ ψυχῇ οὐ προσδέξεται; τάχα τολμῶ εἰπεῖν, ὅτι καὶ τὸν διάβολον ἐδέξατο ἂν, εἰ μετάνοιαν ἐπεδείξατο· τίς ἄρα τοιοῦτόν τι ἥμαρτεν, οἷον ὁ Μανασσῆς; πεντήκοντα

Sæc. VI. Anno 570. aut 610.

Quis grande adeò peccatum atque Manasses peccavit, qui totos quinquaginta duos annos, Israeliticum populum compulerit, ad idolorum adorationem ac cultum? Quàm multa, rogo, hominum millia intra hos annos diem obierunt; quorum licet Manasses interitûs reatu teneretur, remissionem tamen est assecutus? nec Dei superavit clementiam, multa ejus nequitia. Sed cùm à Chaldæis in Babylonem captivus avectus esset, ac pro iis, quæ in Deum per injuriam peccasset, justæ pœnæ addictus fuisset: ubi solùm in æneâ machinâ, quâ clausus tenebatur, cum lacrymis precatus esset*; Dei jussione, ejus pœnitentiam acceptam habentis, æneâ illâ machinâ diruptâ, ipse prorsus exivit illæsus: ac salvus evadens in Jerusalem, illic tandem vitam totam pœnitentis sobrietate transigens, defunctus est. Ezechias quoque, quòd ad parietem versus cum fletu Deum obsecrasset, annorum quindecim accessionem accepit. Vides quanta sint pœnitentiæ merita, ac quibus eos donaverit, qui in luctu Deum requirunt?

Joannis Theologi elogia.

Quod si lubet, aliam quoque narrabo historiam, planè mirabilem, quam Clemens scriptor [ille Alexandrinus] de Joanne tradit: Joanne, inquam, qui tonitrui instar divina nobis intonuit; quique à puero virginitatem dilexit; ac propter excellentem in Magistrum dilectionem, plus omnibus dilectus fuit, ut & privilegio supra ipsum recubuerit Dominicum pectus, ac Virginem Deique Genitricem, deposito acceperit. Narrat ergo de illo præfatus sapiens historiarum scriptor quidpiam ejusmodi in uno quodam ejus librorum, quos variè contextos, στρωματεῖς appellari voluit: ut ad quendam Asiæ locum transcursu itineris veniens; cùm nimirum fideles invisurus ac confirmaturus, Asiam peragraret; inventum quendam adolescentem, corporis venustate ac viribus egregiè ornatum, necdum tamen fidei rudimentis imbutum, autve salutis edoctum viam, ut Christo nomen daret ac accederet fidei adhortationibus inflexerit: quem & urbis il-

Pulchra juvenis per Joannem, ad fidem primùm, tum ad frugem meliorem conversio.

καὶ δύο χρόνους τὸν λαὸν τοῦ Ισραὴλ ποιήσας προσκυνεῖν καὶ λατρεύειν εἰδώλοις. πόσαι μυριάδες, εἰπέ μοι, ἀπέθανον ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις, ὧν τὸ κρίμα τῆς ἀπωλείας Μανασσῆς καίπερ ὀφείλων, ὅμως ἀφέθη· καὶ οὐκ ἐνίκησε τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ τὸ πλῆθος τῆς αὐτοῦ πονηρίας· ἀλλ' ὑπὸ Χαλδαίων αἰχμάλωτος ἀπενεχθεὶς εἰς Βαβυλῶνα καὶ δίκην καταδικασθεὶς δοῦναι ἀξίαν ὧν ἐξύβρισεν εἰς Θεὸν, μόνον μετὰ δακρύων προσηύξατο ἐν τῷ χαλκουργήματι ᾧ ἐβέβλητο, καὶ προστάξει Θεοῦ, τοῦ τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ δεξαμένου, τό, τε μηχάνημα τὸ χαλκοῦν διεῤῥάγη, καὶ μηδὲν παθὼν τὸ σύνολον ἐξῆλθε· καὶ ἀνασωθεὶς εἰς Ιερουσαλὴμ, ἐκεῖ λοιπὸν τελευτᾷ ἐν μετανοίᾳ τὸν πάντα βίον διηνυκώς. Εζεκίας δὲ καὶ προσθήκην ἐτῶν ιε'. ἐδέξατο, ἀπὸ τοῦ στραφῆναι πρὸς τὸν τοῖχον, καὶ κλαῦσαι τὸν Θεὸν καταδυσωπῶν. ὁρᾷς οἷα εἰργάσατο ἡ μετάνοια, καὶ τίνων ἠξίωσε τοὺς ἐν κλαυθμῷ τὸν Θεὸν ἐκζητήσαντας.

Εἰ δὲ βούλει, καὶ ἑτέραν ἱστορίαν διηγήσομαι, πολὺ τὸ παράδοξον ἔχουσαν, ἣν Κλήμης ὁ συγγραφεὺς περὶ Ιωάννου φησὶ, τοῦ τὰ θεῖα ἡμῖν βροντήσαντος, καὶ τὴν παρθενίαν ἐκ παιδὸς ἀγαπήσαντος· καὶ διὰ τὸ τῆς ἀγάπης ὑπερβάλλον τῆς περὶ τὸν διδάσκαλον, πλέον πάντων ἀγαπηθέντος, ὡς καὶ ἐπὶ τὸ δεσποτικὸν στῆθος ἀναπεσεῖν, καὶ τὴν παρθένον καὶ θεομήτορα παρακαταθήκην λαβεῖν. τοιοῦτον τί μεν περὶ αὐτοῦ ὁ σοφὸς ἱστοριογράφος ἔν τινι τῶν αὐτοῦ στρωματικῶν λόγων διεξέρχεται· ὅτι περ ἐπὶ τινα τόπον τῆς Ασίας ἐλθὼν, κατὰ πάροδον· ἐτύγχανε γὰρ ἐπισκεπτόμενος τοὺς πιστοὺς καὶ στηρίζων, διέρχεσθαι τὴν Ασίαν· τινὰ νεανίαν εὑρὼν κάλλει σώματος καὶ ἰσχύϊ κοσμούμενον μὲν, οὔπω δὲ κατηχηθέντα τὴν πίστιν, οὐδὲ τὴν τῆς σωτηρίας διδαχθέντα ὁδόν. τοῦτον παραινέσεσι πείθει γενέσθαι πιστόν· ὃν καὶ τῷ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐπισκόπῳ πρὸς·

lius

* Hic quatuor sunt notanda: primo fabula de Manasse, qui in ænea machina detentus inde salvus evasit, illa per miraculum dirupta. Secundo, apud Canisium Manasses Ierosolymam reversurus ἄγγελον θεοῦ. angelum Dei ducem habere debuit. Quædam de illo principe apocrypha narravit author Constitutionum, sed eo de angelo siet. Hoc igitur novum est commentum. 3°. alia habet Canisius quæ hìc desunt, quanquam notanda; ideo reponimus. *Hoc mihi observa Pelagus inenarrabile miserationum ejus qui solus benignus est Deus, qui salvos facit & gratis misericordia prosequitur quotquot ad ipsum confugiunt: vere gratis, nam quid mihi Manassem obtulisse dicere possis, quod ulla ex parte conferendum sit cum judicio & interitu tot myriadum, animarum, quæ in gehenna perierunt? nihil! confugit tantum ad Deum, & in miserationes ejus se præcipitavit, ac dignus habitus est qui ejus benignitatem experiretur Græca* vide supra p. 496. ὅρα usque παρ' αὐτῷ. Sic meritis laudibus divinam extollit misericordiam Anastasius peccatorumque remissionem gratuitam, ad quam obtinendam homines offerunt nihil. 4°. observari debet, quæ de Ezechia habentur in editione Combefisiana non occurrere in Canisiana. Basn.

l. 2. c. 22.

Sæc. VI. Anno. 570. aut 680.

lius Episcopi in fide instituendum adducens, ita affatus sit: ***Hunc tibi, ô Episcope, juvenem, deposito trado, Deo teste, ac universâ Ecclesiâ.*** His autem dictis, exeuntem Apostolum, urbes alias fidei prædicationem seminando, subinde obiisse. Episcopum verò, assumptum puerum, pro regulâ in Ecclesiis obtinente, fidei primam institutionem edoctum, salutaris undæ intinctione consummasse: *Post baptisma autem*, haud ultrà prioribus monitis, excolendo adolescentis animo, usum esse: quòd nimirum nihil prorsus timoris subesse arbitraretur, ut multam jam adhortationem ac disciplinam adeptus, secùs perverteretur. Juvenem verò accepta licentia; ut est prompta juvenum ætas ut pervertatur, idque cumprimis, si nefariis hominibus ac corruptoribus commisceatur; principiò quidem à factiosis quibusdam viris, qui & ipsi perditissimi essent, ad sumptuosa convivia provocatum; tum ad furta, ac grassationes: prorsusque facinoribus ejusmodi depravatum, atque à recto abductum, ac demum in montem adductum, communique eorum consilio latronum ducem creatum, tanquam qui staturâ corporis ac robore præstaret, immanissima pariter agitasse; cùm sibi illi montem illum, ceu portum quendam ac asylum fecissent. Interim autem non modico elapso tempore, reversum tandem Apostolum, ita palam omnibus Episcopo dixisse: *Modò profer depositum, quod tibi sub Deo teste, ac Ecclesiâ, à me consignatum habes.* Obstupuisse autem in verbo hoc Episcopum (Putabat enim pecuniarum aliquid Joannem quærere, quod deposito tradidisset:) dubium animo quid responderet. Joannem verò, cùm sic inopem consilii videret, talia intulisse; ***Adduc, ô Episcope, quem tibi tanquam Episcopo adolescentem deposito tradidi.*** Illum, cùm *adolescentem* audisset, ingenti amaroque gemitu, subindeque in lacrymas effusum, Joanni respondisse; eum mortuum esse. Statimque percontante Joanne, quomodò, aut qua id ratione haberet? dixisse Episcopum, deprecabilem animæ mortem. *Et enim*, inquit, *evasit nequam ac perditus, latronumque sævissimus.* Tumque eum ad Episcopum: ***Bonum te, ô Episcope, adolescentis animæ constitus custodem?*** Hisque dictis, ac petito equo, nec non viæ ducibus, iter ad latronum illud diversorium

τὸ κατηχεῖσθαι προσαγαγών; τοῦτόν σοι, φησὶ, τὸν νέον παρακατατίθημι, ὦ ἐπίσκοπε, μαρτυροῦντος τοῦ Θεοῦ, καὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας. τοῦτο εἰπὼν ὁ ἀπόστολος καὶ ἐξελθὼν, τὰς ἑτέρας πόλεις ἐπήρχετο; διασπείρων τὸ τῆς πίστεως κήρυγμα. ὁ δὲ ἐπίσκοπος τὸν παῖδα παραλαβὼν, κατὰ τὸν κρατοῦντα τύπον ταῖς ἐκκλησίαις, κατηχήσας, καὶ διδάξας, τῷ σωτηρίῳ βαπτίσματι ἐτελείωσεν· οὗ καὶ γενομένου, οὐκέτι ταῖς προτέραις ἐκέχρητο πρὸς αὐτὸν νουθεσίαις· πάντως οἰόμενος μηδένα φόβον ἔχειν· πρὸς τὸ παρατραπῆναι, τὸν ἤδη πολλῆς παραινέσεως καὶ διδασκαλίας ἀξιωθέντα. τοῦ δὲ νέου λαβομένου ἀδείας, ἕτοιμον δὲ πρὸς παρατροπὴν ἡ νεότης, μάλιστα εἰ τύχοι φθορεοῦσι τισὶ συναυλιζομόντων καὶ αὐτῶν ἐξωλεστάτων ἀνδρῶν, ἐπὶ δεῖπνα πολυτελῆ προκαλεῖται· εἶτα ἐπὶ κλοπὰς καὶ λωποδυσίας· ὃν καὶ παραφθείραντες παντελῶς ταῖς τοιαύταις ἐργασίαις, καὶ τοῦτον τοῦ εὐθέος ἀπαγαγόντες, καὶ τελευταῖον ἐπὶ τὸ ὄρος αὐτὸν ἀναβιβάσαντες μεθ' ἑαυτῶν, καὶ λῄσταρχον κοινῇ χειροτονήσαντες, ἅτε μεγέθει ἡλικίας καὶ δυνάμει προέχοντα, τὰ ἀνήκεστα ἔπραττον· ὁρμητήριον τὸ αὐτὸ ὄρος ποιούμενοι καὶ προσφύγιον. χρόνων τοιγαροῦν ἐν τῷ μέσῳ διελθόντων οὐκ ὀλίγων, ἐπανελθὼν ὁ ἀπόστολος, ἄγε μοι, φησὶν ἐπὶ πάντων πρὸς τὸν ἐπίσκοπον, τὴν παραθήκην ἣν παρεθέμην σοι ἐπὶ μάρτυρι Θεῷ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ. ὁ δὲ ἐπίσκοπος ἐπὶ τὸ ῥήματι ἐκπλαγείς· ἐνόμιζε γὰρ χρήματα αὐτῷ τινα παρατεθειμένα ζητεῖν· τί καὶ λέγειν ἠπόρει· ὁ δὲ Ιωάννης ὡς εἶδεν αὐτὸν ἀμηχανοῦντα, ἄγε μοι φησὶ πάλιν πρὸς αὐτὸν, ὦ ἐπίσκοπε, τὸν νεανίαν ἐκεῖνον ὅν σοι παρεθέμην ὡς ἐπισκόπῳ. ὁ δὲ νεανίαν ἀκούσας, στενάξας μέγα καὶ πικρόν· εἶτα δακρυθεὶς, τέθνηκεν ἐκεῖνος, πρὸς Ιωάννην ἀποκρίνεται· καὶ εὐθὺς ὁ Ιωάννης· πῶς ἢ ποίῳ τρόπῳ, εἰπέ. ὁ δὲ, τὸν ἀπευκτὸν τῆς ψυχῆς φησι θάνατον. ἀπέβη γὰρ πονηρὸς, καὶ ἐξώλης, καὶ λῃστὴς βιαιότατος. καὶ ὁ ἀπόστολος· καλόν σε, ὦ ἐπίσκοπε, φύλακα τῆς ψυχῆς κατέστησα τοῦ παιδός, ταῦτα εἰπὼν, καὶ ἵππον αἰτήσας, ἅμα καὶ ὁδηγοὺς, τῆς εἰς τὸ λῃστήριον ἀπαγούσης ἥπτετο τρίβου. καὶ ὡς εἶχεν ἤλαυνε τῷ ἵππῳ ἐπιβὰς, βουλόμενος τὸ

Sæc. VI Anno 570. aut 680.

arripuisse, studio ovis errantis revocandæ. Ac sanè, cùm venisset ad montem, à latronum excubiis captum esse, cùm nihil ipse obniteretur, nec aliud quicquam diceret, præter hoc solum: *Ad vestrum me ducem adducite.* Cæterùm, latronum principem, ut tantùm adspexisset venientem Joannem, quo habitu instructus armatusque cum sociis, latronum nobilissimis stabat, aufugisse. Joannem, velut senectutis, ac totius ab itinere laboris, oblitum, fugientem insecutum esse, altum quid in hæc verba clamantem: *Siste fili, ne timeas. Quid me tuum patrem fugis? Quid mihi laborem facis? Te mei senis misereat: Est spes salutis: Ego animam meam pro te ponam, qua Dominus ratione pro nobis posuit. Tantùm siste, fili; id animo firmum habens missum me ad te à Christo, qui tuam per me salutem curet. In me sit onus tuorum peccatorum: in me eorum sanguis, qui tuâ injustè manu interfecti sunt.* Hæc audientem fugacem juvenem, stetisse projectis armis, ac ad Joannem, tremore pariter ac fletu valido, ut ne quidem loqui per lacrymas sineretur, singultu maximè à luctu ac mœrore vocem intercidente, accessisse. Joannem, bono animo jubentem esse, ac bona sperare, certam omninò fiduciam fecisse, ac ne de sua salute spem abjiceret, edixisse: Ejus osculatum dexteram, cùm adhuc cruentam accepisset, velut jam lacrymis perpurgatam; nec priùs documentis corrigere, lapsumque erigere, quæ ad conversionem ac apostatæ emendationem opportuna essent, suggerendo cessasse, donec iterum collegisset Ecclesiæ: posteris omnibus sinceræ pœnitentiæ relicto exemplo quod in adolescente illo gestum esset, ac in eo, resurrectionis in spe positæ informato mysterio.

Latronis pœnitentis illustris historia.

His à me dictis fidem facit Latro ille sub tempus Dominicæ crucis, solo verbo, dignum ejus in Dominum benevolentiæ præmium, paradisum adeptus: facietque nihilominus alter Latro, qui temporibus Mauricii pii Imperatoris fuit, tamque multas patravit cædes, ur Thraciæ itinera invia fere reddidisset. Quippe cùm sibi in uni montium Thraciæ habitaculum delegisset, prædas inde prætereuntium agebat. Quodam itaque Imperatoris familiarium ad hoc ipsum

πλανηθὲν ἀνακαλέσασθαι πρόβατον. καὶ δὴ φθάσας ἐπὶ τὸ ὄρος, λαμβάνεται ὑπὸ τῆς προφυλακῆς τῶν ληστῶν, μηδὲν ἀντιτείνων, ἢ ἕτερον λέγων, ἀλλ᾽ ἢ τοῦτο καὶ μόνον· εἰς τὸν ἄρχοντα ὑμῶν ἀγάγετέ με· ὁ δὲ λήσταρχος ὡς μόνον ἐθεάσατο τὴν Ιωάννην ἐρχόμενον, καθὸ παρεσκευασμένος ἵστατο καὶ καθωπλισμένος σὺν αὐτοῖς τοῖς τῆς λῃστείας παρασήμοις, ᾤχετο. ὁ δὲ Ιωάννης ὥσπερ τοῦ γήρως ἐπιλαθόμενος, καὶ παντὸς ἄλλου τοῦ ἀπὸ τῆς πορείας καμάτου, τὸν ὑποφεύγοντα κατεδίωκε, κράζων μεγάλα καὶ λέγων· στῆθι τέκνον, μὴ φοβοῦ· τί με φεύγεις τὸν σὸν πατέρα· τί μοι κόπους παρέχεις· οἴκτειρόν με τὸν γέροντα· ἔχεις ἐλπίδα σωτηρίας· ἐγὼ ὑπὲρ σοῦ τὴν ψυχὴν μου θήσω, ὡς ὁ κύριος ὑπὲρ ἡμῶν. μόνον στῆθι τέκνον, πιστεύων, ὅτι ὁ Χριστός με ἀπέστειλε τὴν σωτηρίαν σοι δι᾽ ἐμοῦ προμηθούμενος. ἐπ᾽ ἐμὲ τὸ φορτίον τῶν ἁμαρτιῶν σου ἐπ᾽ ἐμὲ τὸ αἷμα τῶν ἀπὸ σοῦ ἀδίκως ἀναιρεθέντων. ταῦτα ἀκούων ὁ ἀποτρέχων νεανίσκος, ἔστη ῥίψας τὰ ὅπλα, καὶ πρόσεισι τῷ Ιωάννῃ, τρέμων ὁμοῦ καὶ κλαίων σφοδρῶς, ὡς μηδὲ φθέγγεσθαι ὑπὸ τῶν δακρύων ἰσχύειν, μάλιστα τῷ ἐκ τοῦ πένθους λυγμῷ τῆς φωνῆς ἐπικοπτομένης· ὁ δὲ Ιωάννης θαῤῥεῖν αὐτῷ, παρακελευόμενος καὶ χρηστὰ προσδοκᾷν, εἰς πληροφορίαν ὧν τε λείαν παραθαῤῥύνων αὐτὸν, ἔλεγε μὴ ἀπογινώσκειν τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν· κατεφίλει τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα, ἔτι αὐτὴν ἡμαγμένην λαβὼν, ὡς ἤδη καθαρθεῖσαν τοῖς δάκρυσιν· ὃν καὶ διορθούμενος ταῖς διδασκαλίαις, καὶ τοῦ πτώματος ἀνιστῶν, οὐ πρότερον ἀπέστη τὰ πρὸς ἐπιστροφὴν καὶ διόρθωσιν τοῦ ἀποστάντος ἐπινοῶν, ἕως αὐτὸν πάλιν τῇ ἐκκλησίᾳ συνήγαγε· πᾶσι τοῖς μετέπειτα, τὸ περὶ τὸν νεώτερον ἐκεῖνον γεμενημένον μετανοίας εἰλικρινοῖς ὑπόδειγμα περιλιμπάνων, καὶ τῆς ἐλπιζομένης ἀναστάσεως τὸ μυστήριον τρανῶς ὑπογράφων.

Μαρτύρει μου τῷ λόγῳ τῆς μετανοίας, καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ δεσποτικοῦ σταυροῦ ληστὴς, ῥήματι μόνῳ τὸν παράδεισον μισθὸν λαβὼν ἄξιον τῆς πρὸς τὸν δεσπότην εὐγνωμοσύνης. μαρτυρήσει καὶ ἕτερος ληστὴς κατὰ τοὺς χρόνυος Μαυρικίου τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως γεγονὼς, ὡς μυρίους ἐργαζόμενος φόνους, ὡς σχεδὸν καὶ τὰς κατὰ τὴν Θράκην ἀβάτους ποιεῖν ὁδούς. ἐπεὶ ἐν γὰρ τῶν ταύτης ὀρέων οἰκῶν, τοὺς παριόντας ἐλήστευσε. διά τινος (οὖν) τῶν οἰκείων τῷ βασιλεῖ

missio,

SÆC. VI. ANNO 570. aut 680.

missio, suadente, abjectis armis eundem adiens, ut in ejus venit conspectum, clementiam, benignamque ab eo susceptionem consecutus est. Dùm verò interim dies haud multos Imperatoris munificentiâ collatis muneribus in delitiis ageret, in gravem incidens morbum, in Sampsonis reclinatur valetudinario. Tum autem, acriùs se, quâ tenebatur infirmitate, torqueri videns, tantâ illâ, ut vi nimiâ mortem minaretur ac exitum vitæ, se statim ad pœnitentiam convertit: cumque ferventibus lacrymis confiteri cœpisset, veniam petebat eorum quæ peccasset, in hæc propemodum verba Deo supplicans, ac

Devota ejus supplicatio. dicens. *Nihil, Domine, alienum postulo, ab iis quæ præstare soles. Quâ namque ratione, anteriorem me Latronem per pœnitentiam salvum effecisti,*

Luc. 23. v. 43. *eâdem quoque me, misericordiâ tuâ, salvum facere digneris, acceptans, quem sub ipso exitu luctum offero.*

Matth. 20. v. 6. *Quomodò iis qui circa horam undecimam nihil dignum operati essent, ignovisti, sic & mihi ignosce, qui immensum quantum offenderim, nec aliud habeam, quò cognatam illam tuam clementiam obsecrem, quàm paucas istas ac amaras lacrymas, quas effundo. Neque enim qui animam exigunt *, aliud quid amplius præstare permittunt. Enimverò ne gratiam renuas, neve differas tuam bonitatem, quam semper in eos ostendisti, qui mihi similia peccavere.*

Psal. 39. v. 13. *Jam in vesperâ comprehenderunt me multæ iniquitates meæ. Ne me ergò averseris, quem ex animo pœniteat: sed sicut Petrum suscepisti*

Matth. 26. v. 75. *amarè tibi flentem, sic & me suscipe, eodem atque ille animâ, clementi tibi Deo supplicem; tuæ illam misericordiæ spongiam ad delenda prorsus multa mea peccata adhibens.*

Hæc ac iis plura confitens Latro horâ exitûs, ac lacrymas, quibus se ipse Deum placans perfundebat, capitis linteo abstergens, efflavit animam, ut postmodum per eos qui vicini eodem decumbebant loco, accuratius cognitum est. Clemens autem Deus ac Salvator humani generis, eorum

ἐπὶ τοῦτο αὐτὸ ἐξαποσταλέντος, τὰ λῃστρικὰ ὅπλα * ῥίψας πεισθεὶς, καὶ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν, ἐπεὶ καὶ εἰς ὄψιν ἦλθε τοῦ βασιλέως, φιλανθρωπίας ἔτυχε ἅμα καὶ δεξιώσεως παρ᾽ αὐτοῦ. ἡμερῶν ὀλίγων αὐτῷ χρόνος ἀναμετρεῖται τρυφῶν τινὰς βασιλικὰς δωρεάς· καὶ δὴ νόσῳ περιπεσὼν χαλεπῇ τῷ τοῦ Σαμψὼν ἀνακλίνεται ἰατρείῳ. εἶτα ὡς εἶδεν ἑαυτὸν ὑπὸ τῆς περιεχούσης ἀῤῥωστίας κατατεινόμενον, θάνατον τῇ σφοδρότητι ἀπειλούσης, καὶ ἔξοδον τῆς παρούσης ζωῆς, εὐθὺς τρέπεται πρὸς μετάνοιαν· καὶ θερμοῖς τοῖς δάκρυσιν ἀρξάμενος ἐξομολογεῖσθαι, συγχώρησιν τῶν αὐτῷ πεπραγμένων ᾐτεῖτο, τοιαῦτα πρὸς τὸν Θεὸν ἐντυγχάνων, καὶ λέγων· οὐ ζητῶ, δέσποτα, ἀλλότριον ὧν οὐκ οἶδας ποιεῖν. ὡς τὸν πρὸ ἐμοῦ λῃστὴν δι᾽ ἐξομολογήσεως ἔσωσας, οὕτω κἀμὲ σῶσαι, σπλαγχνίσθητι, δεξάμενος τὸν εἰς αὐτὴν τὴν ἔξοδον ποιούμενον κλαυθμόν. ὡς τοῖς περὶ τὴν ἐνδεκάτην ὥραν συνέγνως μηδὲν ἄξιον ἐργασαμένοις, οὕτω κἀμοὶ σύγγνωθι τῷ πολλά σοι καὶ ἄμετρα ἐπταικότι· μόνα ἔχων εἰς παράκλησιν τῆς σῆς ἐμφύτου φιλανθρωπίας, τὰ ἐπιχεόμενά μοι ταῦτα ὀλίγα καὶ πικρὰ δάκρυα. οὐδὲ γὰρ ἄλλό τι πλέον ποιεῖν οἱ ἀπαιτοῦντες τὴν ψυχὴν συγχωροῦσιν. ἀλλὰ μὴ ἀνανεύσῃς τὴν χάριν, μηδὲ ἀναβάλλῃς σου τὴν χρηστότητα, ἣν ἀεὶ ἐπιδείκνυσαι πρὸς τοὺς τὰ ὅμοια ἐμοὶ ἐπταικότας ἁμαρτωλούς. πρὸς ἑσπέραν ἤδη κατελήφθην ὑπὸ τῶν πολλῶν μου ἀνομιῶν. μὴ οὖν ἀποστραφῇς με, τὸν ἐκ ψυχῆς σοι μετανοοῦντα· ἀλλ᾽ ὡς προσεδέξω Πέτρον πικρῶς σοι κλαύσαντα, οὕτω κἀμὴ προσδέξαι, μετὰ τῆς ὁμοίας ἐκείνῳ γνώμης· τὸν φιλάνθρωπον σὲ Θεὸν ἱκετεύοντα, ἐπιβάλλων τῷ σπόγγῳ τῆς σῆς εὐσπλαγχνίας πρὸς ἐξάλειψιν παντελῆ τῶν πολλῶν μου ἁμαρτιῶν.

Ταῦτα καὶ πλείονα τούτων ταῖς ἐξοδίαις ὥραις ὁ λῃστὴς ἐξομολογούμενος, καὶ τὰ δάκρυα οἷς ἱλεούμενος τὸν Θεὸν, ἑαυτὸν περιέῤῥει, τῷ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς περικαλύμματι ἀπομάσσων, παρέδωκε τὸ πνεῦμα· ὡς ὕστερον παρὰ τῶν συμπαρακειμένων αὐτῷ, ἀκριβῶς ὁ τοιαῦτος θάνατος διεγνώσθη. ὁ δὲ φιλάνθρωπος

* ῥίψαι.

* Apud Canisium legitur vox ἰκσπηλευτῶν. ἐγγιζόντων. Hanc vocem Latinam facere noluit Turrianus: divinandam judicat Combefisius; ideoque ex Codice Regio reponit: οἱ ἀπαιτοῦντες τὴν ψυχὴν συγχωροῦσιν, *neque enim qui animam exigunt aliquid amplius præstare permittunt.* Videturque ipsi, autorem alludere ad feras in lustris ac cavernis latitantes, quas inde canes extrudant. Sed retineri debet vox ἰκσπηλευτὴς, nec immutari debet lectio Canisii, quæ legitimum reddit sensum; verbum enim illud *compulsorem* significat. Sic Justinianus in novella 128. c. 16. εἰδὲ ἀνεπιτήδειος εὑρεθῇ Κανονικαρίος μὴ ἰκσπηλευτὴς πεμπέσθω. erant autem compulsores ii qui publicis functionibus vel fiscalibus oneribus obnoxios solvere cogebant. Alludit igitur Anastasius ad Principum Ministros potius quam ad canes, qui feras latitantes in antris extrudunt. Adveniunt Angeli a deo missi qui animam sibi debitam repetant, nec debitorem differre patiantur. Sic igitur reddi debet ille locus accuratissimus apud Canisium: nec *aliud sinit hora, appropiquantibus me Compulsoribus.* BASN.

Sæc. VI. Anno 570. aut 680.

eorum curam agens qui venerunt in peccatorum profundum, ac suæ salutis abjiciunt spem, quò, ex Latronis morte audientes commodum reportent, nec desperent de conversione, piis quendam moribus Medicum, ipsâ nocte quâ Latro decessit, in somnis videre facit venientes ad eum Æthiophes, ac chartis, quas scriptas inferebant, ejus scelera omnia ostentantes. Videbat quoque horum spectator per somnium, duos quosdam viros lucidos; eisque præfatos Æthiopes illatas proferentes chartas ac contendentes, ut Latronem secum abriperent: Illos verò; viros, inquam luce splendidos, cùm alia deessent, quærentes in lecto, quo is jacebat, num & ipsi aliquid fugandæ turbæ illi Æthiopum invenire possent: cumque ii Latronis illud capitis linteum lacrymis adhuc, quas pœnitens in mortis procinctu effudisset, plenum invenissent, in unam stateræ lancem, ac simul Dei mittentes clementiam; quæ quidem lanx, quòd nihil esset quod ex adverso pondere gravaret, alterâ illatis per Æthiopes scriptis plenâ, ac in solum depressâ, in sublime levis sublata erat: magnâ exclamarunt voce, *Vincit Dei clementia:* mox autem Æthiopes quidem confusi abierunt; lucis verò Angeli, acceptam Latronis animam in cœlos secum collegerunt.

Θεὸς καὶ σωτὴρ τοῦ γένους ἡμῶν, κηδόμενος τῶν εἰς βάθος ἐλθόντων κακῶν, καὶ ἀπογνωσκόντων τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν, ὡς ἂν ἔχειν ἀκούοντες, καὶ ἀπὸ τῆς τελευτῆς τοῦ λῃστοῦ ὠφελεῖσθαι, καὶ τὴν ἐπιστροφὴν μὴ ἀπογινώσκειν, ἰατρόν τινα εὐλαβείᾳ συζῶντα ἰδεῖν οἰκονομεῖ, κατὰ τοὺς ὕπνους ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ καθ' ἣν καὶ ὁ λῃστὴς ἐτελεύτησεν, Αἰθίοπας ἐλθόντας πρὸς αὐτὸν, καὶ οἷς ἐπεφέροντο χάρταις ἐγγράφοις, τὰ αὐτῷ ἡμαρτημένα πάντα ἐπιδεικνύοντας. ἐδίδου δὲ τῷ ταῦτα θεωροῦντι τὸ ὄναρ, καὶ δύο τινὰς φωτοειδεῖς ἄνδρας ὁρᾷν, πρὸς οὓς καὶ τοὺς Αἰθίοπας ἐκείνους, τοὺς ἐπιφερομένους χάρτας ἐπιδεικνῦναι, καὶ βούλεσθαι μεθ' ἑαυτῶν λαμβάνειν τὸν λῃστήν· τοὺς δὲ φωτεινοὺς ἄνδρας τῶν ἄλλων ἀποροῦντας, ζητεῖν ἐν ᾗ κατέκειτο κλίνῃ, εἴ πως εὕρωσί τι καὶ αὐτοὶ, πρὸς τὴν τῶν Αἰθιώπων ἀποτροπήν· οἱ καὶ εὑρόντες τὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ λῃστοῦ περικάλυμμα πλῆρες ἔτι δακρύων ὧν ἐξεχέει μετανοῶν ἐν τῷ μέλλειν αὐτὸν τελευτᾷν, τοῦτο καὶ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ βαλόντες εἰς τὴν μίαν πλάστιγγα τῆς τρυτάνης· ἡ καὶ διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν εἰς τὸ ἀντισταθμίζεσθαι, καὶ τοῖς τιθεμένοις βαρύνεσθαι, ἐφ' ὕψους ἤρετο καὶ ἀνεκουφίζετο καὶ γὰρ τὴν ἑτέραν οἱ Αἰθίοπες τοῖς ἐγγράφοις εἶχον πεπληρωμένην καὶ καθελκομένην εἰς ἔδαφος· νικᾷ ἡ Φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ, ἐν μεγάλῃ φωνῇ ἐξεβόησαν· καὶ εὐθὺς, οἱ μὲν Αἰθίοπες κατῃσχυμμένοι ὑπέστρεφον· οἱ δὲ τοῦ φωτὸς ἄγγελοι λαβόντες τὴν ψυχὴν τοῦ λῃστοῦ, εἰς οὐρανοὺς μεθ' ἑαυτῶν συνανήγαγον.

Ubi porrò præfatus Medicus hæc in somnis vidisset, surgens statim, quàm citò potuit, ad domum eam infirmorum venit: propiusque ad Latrónis accedens lectum, ipsum quidem jam animam exhalasse invenit: videt verò in lecto sudarium totum lacrymis madidum; cumque à simul è propinquo decumbentibus infirmis, ejus mortis intellexisset modum; pœnitentiamque, ac ipsa verba, quæ confessione ad Deum prolocutus esset, abit statim ad pientissimum ac Christianissimum Imperatorem, udum undique pœnitentiæ lacrymis ferens manibus capitis illud sudarium: ostentansque ipsum, ac quæ vidisset in somnis, quæque discere potuisset, narrans. *Gratias*, inquit, *pientissime Imperator, agamus Deo, quòd Latronem audientes, à cœlesti Rege in cruce per confessionem consecutum salutem, alium nihilominus Latronem, tuis mo-*

Ταῦτα ὁ εἰρημένος ἰατρὸς ὄναρ ἰδὼν, εὐθέως ἀναστὰς ὡς εἶχε τάχους ἔρχεται εἰς τὸ νοσοκομεῖον· καὶ προσεγγίσας τῇ κλίνῃ τοῦ λῃστοῦ, αὐτὸν μὲν εὑρίσκει ἤδη ἐκπνεύσαντα· τὸ δὲ περικάλυμμα παρὰ τὴν κλίνην ὁρᾷ κείμενον διάβροχον ὅλον ἐκ τῶν δακρύων· καὶ δὴ μαθὼν παρὰ τῶν πλησίον κατακειμένων ἀσθενῶν τοῦ θανάτου τὸν τρόπον· τὴν μετάνοιαν· αὐτὰ τὰ ῥήματα ἃ πρὸς Θεὸν ἐξομολογούμενος ἔλεγεν, ἄπεισι πρὸς τὸν εὐσεβῆ καὶ πιστότατον βασιλέα, ἔχων ἐπὶ χεῖρας τὸ περικλυσθὲν κεφαλόδεσμον τῆς μετανοίας τοῖς δάκρυσι· καὶ ἐπιδεικνὺς αὐτῷ τὸ ἐπιφερόμενον, καὶ διηγούμενος ἅπερ κατὰ τοὺς ὕπνους ἐθεάσατο, καὶ ἅπερ μαθεῖν ἴσχυσεν, εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ, λέγων, εὐσεβέστατε βασιλεῦ, ὅτι ἀκούοντες λῃστὴν σωθέντα δι' ἐξομολογήσεως ἐπὶ τοῦ σταυροῦ παρὰ τοῦ οὐρανίου βασιλέως, νῦν εἴδομεν ἐπὶ σοῦ τοῦ ἐπι-

dò

dò terreni Imperatoris temporibus, æquali exhibitâ confessione ac pœnitentiâ, salutem item adeptum videamus.

Nedum hæc, charissimi, simpliciter audiamus; verùm etiam vera esse credamus: quinimmò nedum audiamus, verùm etiam maturè, priusquam finis instet, præparemur, præoccupantes faciem Domini per conversionem ac veram pœnitentiam; per confessionem à contrito profectam corde; per gemitûs ex imo submissos; per lacrymas jugiter manantes ab oculis; per eleemosynam largè in pauperes cum pietate exhibitam; per vitam virtutibus ornatam, religiosamque ac accuratam conversationem. Operæ enim pretium est, ut præparemur, necessariumque ad illud iter commeatum comparemus; nec dicamus, fore ut tunc pœnitentiam agamus, cùm ab hac vitâ migrandum habebimus. Quippe incertum est, num vel suprema verba ad domesticos loqui poterimus, celeriùs rapiente qui compellat animam è corpore egredi. Quàm multi, putas, de repentè abrepti, nec lacrymas fundere potuerunt, nec de rebus propriis testamento quicquam statuere? Quis verò spopondit, aut certiorem fecit, forè ut omninò tunc pœnitens veniam consequaris? utve qualem Latro pœnitentiam exhibeas, tantasque lacrymas in promptu habeas, quantas obtulit ille? Quare ne coactam ejusmodi pœnitentiam, quæ in morte est, expectemus, incertum enim est, num & ejus simus futuri domini: quinimmò, quandiu vita superat: quandiu stadium propositum est: quandiu adhuc licet vivere: quandiu necdum abscissio imminet, maturè Judicem, in quem nullâ personarum acceptio cadat, placemus: ut & vitâ hac, ejus in nos opem attrahamus, inque futurâ, blandè in nos intuentem inveniamus, ac repromissum regnum cum Sanctis omnibus nobis largientem: quippe quem deceat gloria, unà cum Patre ac Spiritu sancto, in infinita sæculorum sæcula: Amen.

γείϐ βασιλέως, λῃστὴν ἕτερον σεσωσμένον δι' ἐξομολογήσεως ἴσης καὶ μετανοίας. Sæc. VI.

Ταῦτα μὴ μόνον ἀκούωμεν ἁπλῶς ἀγαπητοί, ἀλλὰ καὶ πιστεύωμεν ἀληθῆ εἶναι· μᾶλλον δὲ μὴ μόνον ἀκούωμεν, ἀλλὰ καὶ προπαρασκευαζώμεθα πρὶν ἐπιστῇ τὸ τέλος, προφθάνοντες τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ δι' ἐπιστροφῆς καὶ ἀληθοῦς μετανοίας· δι' ἐξομολογήσεως ἀπὸ συντετριμμένης καρδίας κατασκευαζομένης· διὰ στεναγμῶν ἐκ βάθους ἀναπεμπομένων· διὰ δακρύων ἐξ ὀφθαλμῶν ἀεννάως προχεομένων· δι' ἐλεημοσύνης μετὰ δαψιλείας σὺν εὐσεβείᾳ πρὸς τοὺς πένητας ἐπιδεικνυμένης· δι' ἐναρέτου ζωῆς καὶ πολιτείας θεοφιλοῦς καὶ βίϐ ἠκριβωμένου. καλὸν γὰρ τὸ προευτρεπίζεσθαι, καὶ προετοιμάζειν τὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίας ἐφόδια· καὶ μὴ λέγωμεν ὅτι τότε μετανοήσομεν, ὅτε μέλλομεν ἐξιέναι τοῦ βίϐ· ἄδηλον γὰρ εἰ πρὸς τοὺς οἰκείους ἡμῶν κἂν τὰ τελευταῖα ἰσχύσομεν ἐπιφθέγξασθαι ῥήματα ὑπὸ τοῦ κατεπείγοντος προαρπαζόμενοι. πόσοι εἰπέ μοι ἐξαίφνης γεγονότες ἀνάρπαστοι, οὔτε δακρῦσαι, οὔτε διαθέσθαί τι τῶν καθ' ἑαυτοὺς ἠδυνήθησαν. τίς δὲ καὶ ἐγγυώμενος, ἢ βεϐαιῶν, ὅτι ὅλως τότε μετανοήσας συγχωρηθήσῃ, ἢ τὴν ὁμοίαν τῷ λῃστῇ μετάνοιαν ἐπιδείξῃ, ἢ τοσαῦτα δάκρυα ἕξεις, ὅσα ἐκεῖνος προσήγαγε. διὸ μὴ περιμένωμεν τὴν ἐν τῷ θανάτῳ κατηναγκασμένην μετάνοιαν· ἄδηλον γὰρ εἰ καὶ τὴν τοιαύτης γενώμεθα κύριοι· ἀλλ' ἕως ὁ βίος ἐστι. ἕως τὸ στάδιον πρόκειται· ἕως ἔτι τὸ ζῆν ἔχομεν· ἕως οὐκ ἐφίσταται ἡ τομή, προφθάσωμεν ἐξιλεούμενοι τὸν ἀπροσωπόληπτον δικαστήν· ἵνα καὶ ἐνταῦθα τὴν παρ' αὐτοῦ ῥοπὴν ἐπισπασώμεθα, καὶ κατὰ τὴν μέλλουσαν ζωήν, εὕροιμεν αὐτὸν εὐμενὲς ἡμῖν ἐπιβλέποντα, καὶ τῆς ἐπηγγελμένης βασιλείας καταξιοῦντα μετὰ πάντων τῶν ἁγίων· ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα, ἅμα τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

Anno 570. aut 680.

EPISTOLA

EVANTI

ABBATIS,

CONTRA

Eos, qui sanguinem animalium immundum esse judicant, & carnem mundam esse dicunt.

Edita à Canisio ex m. s. membranis S. Galli.

CANISIUS

Ad Lectorem.


Uis hic Evantius, Evantus? an Evantius, de quo mentionem facit Fortunatus lib. 3. Epist. ad Euphronium, qui & Eventius & Aventius nominatur? Christophorus Brovverus in optimis suis notis illum Evantium Fortunati putat fuisse Viennensem Episcopum, quem lib. 8. c. 39. diem obiisse testatur Gregorius anno undecimo regni Childeberti Austrasiorum: Celebrat eum ceu sanctum, Ado in temporum lib. ætate 6. & Philippi successorem; aitque cum Prisco & Artennio Senonum, Remigio Biturigum, & cum aliis sanctis Episcopis, viginti capitula Ecclesiastica perfectè roborasse. Quæ de synodo secunda Matiscone collecta, Guntrami regis auctoritate seu diligentia, Baronius ad annum Christi 588. rectè observavit accipienda. Tom. 2. Concil. Concil. Gregor. lib. 8. c. 7.

An noster Evantus vel Evantius iste est?

JACO-

JACOBI BASNAGII DE EVANTIO OBSERVATIO.



DE *Evantio* nihil certius hactenus dixere Critici, nisi quod variis Conciliis, Matisconensi I. Anno 581. Lugdunensi III. sub Guntramno Rege an. 583. tanquam Ecclesiæ *Viennensis* Episcopus subscripsit. Ideo Sexto Sæculo eum reposuimus. Arbitramur tamen hunc scriptorem ab *Evantio Viennensi* diversum esse & multo posteriorem. I^mo^. Non Episcopus, sed Abbas in omnibus manuscriptis codicibus dicitur. II^do^. Refellit viros quosdam, qui Cæsar-Augustæ docebant abstinendum à sanguine. Cæsar-Augusta in Hispania Tarraconensi ad Iberum fluvium est sita: quid illis Cæsar-Augustanis incolis, quos Evantiani monachi à sanguine abstinentes viderant, cum Episcopo Viennensi? Evantium potius Hispanum Abbatem, quàm Episcopum Gallum ideo autumarem. III. denique laudat *Gregorii Pastorale* & de Gregorio Magno ut jam defuncto inter Beatos relato loquitur. Scripsit autem Gregorius Pastorale suum ineunte Ponticatu circa annum 591. nec tam cito transvolare potuit in Gallias ille liber. Obierat an. 589. Evantius Viennensis, ante exaratum a Gregorio Magno Pastorale, ut pote qui Rescripto ad Præsules, qui Monachas quasdam Pictavii excommunicaverant, anno 599. cum cæteris Episcopis sub Guntramno Rege non subsignaverit. Non potuit ergo Gregorium Magnum tanquam testem & causæ suæ defensorem sibi vindicare. Id ipsum Indicat *Ado*, qui ante Gregorii Pontificatum Evantium inter Præsules Viennenses, imò Severum ejus successorem recensuit. Quamvis autem diutius abstinuissent a sanguine Christiani, tamen antiquata fuit apud plerosque eorum *Augustini* temporibus illa lex, quæ censebatur Apostolica. *Quis jam hoc Christianus observat*, inquiebat Hipponensis Doctor, ut *turdos vel minutiores aviculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est? aut leporem non edat si manu à cervice percussus nullo concepto vulnere occisus est? at qui forte pauci adhuc tangere ista formidant, à cæteris irridentur.* Potuit igitur *Evantius* erroris vel superstitionis eos arguere, qui suo tempore abstinerent à suffocato. Nihilominus adversus eos nimis duriter argumentatur, illos omnibus Judæorum ritibus, ne sacrificiis quidem exceptis, subjiciens. An offerebant Sacrificia Christiani Apostolis coævi, qui tamen à sanguine abstinebant? an Ecclesia Græca, quæ sexto adhuc sæculo & ulterius hanc legem servavit, ad Judæos ideo fuit ableganda?

Quis sit Evantius.

Ado æt. VI. p. 364.

Aug. cont. Faust. l. 32. c. 13.

Sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere Verum.

INCIPIT EPISTOLA EVANTI ABBATIS,

Contra eos, qui sanguinem animalium immundum esse judicant, & carnem mundam esse dicunt.

Qui abstinent à sanguine judaisant.

** fort. expletis.*

** f. paginis.*



Via se præbuit occasio opportuna, ideò hanc exiguitatis meæ paginulam vestris obtutibus perferendam mea curavit destinare miseria; per quam & salutis munia impensius pando, & me sacris vestris orationibus tuendum committo. His * explosis, ad agnitionem nostram venit, quòd exsurgentes in quibusdam Cæsar-Augustæ partibus reperisse vos adseritis Christianos, nec dum eruditos * paginibus sacris, Judaico more sequi litteram occidentem, & postponere spiritum vivificantem. qui dicunt immundum fieri hominem alicujus animalis sanguinem comedentem. nescientes, neque intelligentes præcepta prisca magis mores hominum demonstrare, quàm in natura servare. Nam si ista ita sunt, quur aperta fronte cum Judæis & alia quæ vetita sunt præcepta priscæ legis carnaliter non teneant, nescio. Qui carnes suillas vel cuniculinas non abjiciunt, qui piscium carnes pinnulis carentium non reprobant; qui vetera sacrificia non immolant; qui uxorem fratris sine filiis morientem ad suscitandum semen ejus non accipiunt; aut ad sacerdotium debiles corpore, aut aliqua macula corporis * laborantem, qui tamen animo digni videntur accedere, non repudiant; qui paxillos in balteis non gestant, ut egsta humo * operiant. Quur avem cum pullis inventam, si possunt, tenent, & non, sicut præceptum est, tenentes pullos, matrem sinunt abire? Quur etiam otium Sabbati cum Judæis non * sectant, & novam gratiam Evangelii absterso rubore Christianitatis non abjiciunt? Nam in Christi nomine * frontis & fidei Christianæ affecti, & sanguinem comedendum Christianos apertè docemus, & à sanguinis opera declinare omnes * hortamur. Carnes suillas edere concedimus, & à volutabro vitiorum recedere omnibus modis optamus. Pisces * pinnulis carentes manducare permittimus; & tamen ad cœlestia quasi alas habentes convolare fideles omnes optamus. * Sacerdotibus corpore debilibus, vel maculam corporis habentibus liber Pastoralis S. Gregorii legatur. quia nobis longum est plurima enodare. Paxillo egesta humo operire est, cùm mala perpetrata bonis operibus insudando fœtores carnalium voluptatum opprimimus. de quibus scriptum est: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Matrem cum pullis inventam abire sinimus, & pullos tenemus, cùm testimonia ex lege excerpta ad refutandos Judæos atque hæreticos tenemus, & legi carnaliter non servimus. Otium Sabbati negligimus, quia propter illam futuram requiem, quam istud Sabbatum figurat, ut ad illam perveniamus, legem Domini spiritaliter intelligendo decertamus. Quod si fortè obiiciunt, ista in * canonibus haberi. Nec ego me ista fateor ignorare. sed * in antiquis canonibus ista reperiuntur, quando ecclesia ex circumcisione & præputio ad fidem congregabatur; quando adhuc non solido cibo, sed lacte nutriebatur. Tale quid ad Corinthios Apostolos dixisse noverint. & in Actibus Apostolorum facta invenient. Nunc verò ecclesia Dei solido cibo fide roborata consistit, ut viriliter contra impetus hæreticorum pugnet, non in infantium mollitie enervata succumbat.

** m. s. portantem.*
** m. s. operient.*
** servant.*
** m. s. frontiste.*
** m. s. ortamus.*
** m. s. pinnulas.*
** m. s. saeerdotes c. debiles.*
Psal. 31. 1. Rom. 4. 7.
** m. s. in canonas habere.*
** m. s. antiquos canones ista reperitur*
1. Cor. 3. Act. 15.
Cur Apostoli pracepe-rant abstinentiam a sanguine.
Tit. 1. 15. 2. Tim. 4. Mat. 15. 17.

Ne tamen epistularis consuetudo in longinquas periodos pertracta lectoribus lepidis fastidium nutriat; veniant ad illud, quod Apostolus ait: Omnia munda mundis. Coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum. Et in alio loco idem Apostolus ait: Omnis crea-

creatura Dei bona, & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Et
Salvator in Evangelio ait: Nihil est introiens in hominem, quod possit coinquinare
eum; quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur, nec
hæc coinquinant hominem, sed quæ de corde procedunt: de corde enim procedunt
adulteria, homicidia & his similia. Nam quod Apostoli primitivæ ecclesiæ à fornica- *Mat. 15. 17.*
tione, & à suffocato, & à sanguine abstinere præceperunt, hæc extitit causa: tunc ex *Act. 15.*
circumcisione, & gentibus credentes congregabantur, ne propter discretionem ci-
borum à se invicem scinderentur. ideo lacte nutriebantur, non solido cibo. quibus
& postea scribebat, dicens: Non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carna- *1. Cor. 3.*
libus, tanquam parvulis in Christo. lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim
poteratis. sed nec adhuc quidem potestis. adhuc enim estis carnales. Nam si ubicun-
que sanguinem legunt prohibitum; & hoc ad litteram intelligunt; & nihil spiritaliter
hoc dictum putant; quid est, quod Propheta dicit: speculatorem dedi te domui *Ezech. 3. 17.*
Israel; Si non annunciaveris impio, ut se custodiat ab iniquitate sua, ipse impius in
iniquitate sua morietur: sanguinem autem ejus de manu tua requiram? Quis est iste *Ezech. 33. 7.*
sanguis, nisi opera sanguinis? Quid est in Psalmo, ubi dicit: Libera me de viris san- *Ps. 58. 3.*
guinum; nisi ab operibus iniquitatis? Et quid est, quod alius Propheta dicit: *Osee. 4. 3.*
sanguis sanguinem tetigit: propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui ha-
bitat in ea?

Quod tria ista præcepta ex libro Actuum Apostolorum tenere gloriantur, id est, *Act. 15.*
abstinere à suffocato, & sanguine, vel fornicatione: confiteantur; si primum & se-
cundum cum tertio implent, id est, si non fornicantur, si aucupum ministeriis non
utuntur, si audiunt Apostolum dicentem: qui habent uxores, tanquam non habentes *1. Cor. 7. 29.*
sint. si obediunt præcepto ejus, ubi ait: Bonum est non manducare carnem, & non *Rom. 14. 21.*
bibere vinum. Si consentiunt, quod eis præcipit: imitatores mei estote, sicut & *1. Cor. 11. 1.*
ego Christi. si faciunt: quod idem Apostolus dicit: Castigo corpus meum, & in ser-
vitutem redigo, ne forte aliis prædicans, ipse reprobus inveniar. Si faciunt, quod in- *1. Cor. 9. 27.*
tonat: Exhibete vos sicut Dei ministros, in multa patientia, in castitate, in vigiliis, *2. Cor. 6. 6.*
in jejuniis, & his similia, unde peccatum non incurrant. sed cum gratiarum actione,
quæ Deus bona creavit, sumerent. Quasi enim Apostolis obedientes à duobus ab-
stinent, à suffocato, & sanguine; & tertium præceptum, quod gravius peccatum
est, dissimulantes abjiciunt, & negligunt * cœlestia jussa, & ceremonias enormiter ** m. s. & cœlestia jussa ajere enerviter perorrescunt.*
perhorrescunt. Talibus Salvator in Evangelio dicit; Væ vobis hypocritæ, qui deci-
matis mentam, & anetum, & cyminum; & ea, quæ legis sunt graviora, ommitti-
tis. Quid multa? legant libros Doctorum, & maxime S. Augustini contra Faustum,
Manichæum, in quo ista, quæ isti evacuant, & faciebant, & dicebant, & secum il- *Mat. 23. 23.*
los victos erubescant. nam & librum S. Hieronymi contra Donatianum legant, & sa-
lutem suam ibi reperient. Nam ridiculum est, carnes mundas, quas Deus creavit, us- *Autoritates veterum.*
que ad nauseam devorare, & sanguinem illarum carnium, quasi immundum respuere.
Quasi Deus carnem creaverit mundam, & sanguinem carnium, qui utique nutri-
mentum & salus carnis est, fecerit immundum. Alia scribere debui, sed cui modica
utilia non sufficiunt, nec plurima proderunt. Absit à fidelium cordibus, ut ista carna-
liter intelligentes, à sinu matris Ecclesiæ discedant, & se cum taliter credentibus ge-
hennæ ignibus tradant.

LEONTII,

BYZANTINI MONACHI

LIBRI TRES

CONTRA EUTYCHIANOS ET NESTORIANOS.

I. *Contra Enantiodocetas.*
II. *Contra Aphthartodocetas.*
III. *Contra illos, qui simulabant, se Chalcedonensem Synodum recipere; cùm essent Nestoriani.*

EJUSDEM LEONTII

SOLUTIONES

ARGUMENTATIONUM

SEVERI.

EJUSDEM LEONTII

DUBITATIONES

HYPOTHETICÆ

Et definientes, contra eos, qui negant esse in Christo post unionem duas veras naturas.

INTERPRETE

FRANCISCO TURRIANO,

Societatis Jesu.

Vvv 3 CANI.

CANISIUS

Ad Lectorem.



Cum Leontius in libro de Hæresibus Act. 8. *percenseret, quænam Severiani argumenta ex libris Patrum objicere solerent: sic inter cætera scribit:* Producunt & aliam auctoritatem ex Erechthio, cujus inter Patres nec auditum est unquam nomen. Adeo quidem, ut cum Timotheus contra Synodum scripsisset, & auctoritatem Erechthii citasset, Cyrus, qui apud ipsum presbyteri loco esset, his ad eum verbis perscripserit: mallem hoc te corrigere: nam Erechthii nomen inter Patres auditum nunquam fuit. *Hæc Leontius Timotheo hæretico Severiano, de cujus opere adversus Synodum Chalcedonensem fortassis* fragmentum *est hoc, quod inter clarissimi Turriani schedas repertum, Leontio adjicere placuit; ut Leontio de Erechthio & Timotheo scribenti lux inde accendatur.* *Erechthius an fuerit.*

Auctoritates Sanctorum Patrum contra eos, qui dividunt in duas naturas unum Dominum Jesum Christum post unionem: Collecta à quodam Hæretico, sive is Timotheus, sive quis alius fuerit. *Fragmentum Timothei.*

„ BEati Erechthii episcopi Antiochiæ in Pisidia ex homilia recitata in sancta epiphania in ecclesia Const. sedente beato episcopo Proclo. Ex magno propheta Esaia audivimus, cum ait, puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus; & vocatur nomen ejus magni consilii angelus, admirabilis, consiliarius, princeps pacis, pater futuri sæculi. Ne igitur aliquis Judaicus surculus vos decipiat, sic enim appellandi sunt, qui hæreticos sectantur, quasi alius sit, qui natus est; & alius, qui in eo habitavit Deus; & quasi duæ sint ejus, qui natus est, naturæ. Si quis enim hoc de Emmanuele dicere ausus fuerit, oppone ei hoc solum nomen, memoria hujus nominis erit ei frænum silentii. Non enim duas naturas, sed Deum incarnatum virgo mysticè peperit, cum spiritus sanctus in eam supervenisset. Etenim si Christus esset fœtus seminis humani, concederem fructum secundum naturam imitari radicem. Sin vero est ex spiritu sancto, secundum vocem archangeli, Deus est qui natus est, quia Deus est causa ortus.

Beati Theodoti Episcopi Ancyræ.

„ QUa de causa passiones hominum fecit proprias? Quia volebat passionem passione tollere, & morte mortem consumere, & quia voluit similia similibus expugnare, propriam facit crucem; propriam facit alapam; suum facit vinculum & ligationem. Et factæ passiones Dei potestatem accipiunt contra passiones. Non enim natura Dei affecta est injuriâ, neque propria mutatione passiones suscepit. Et vires acceperunt à Deo passiones contra similes passiones. Deinceps enim mors tanquam Dei facta, mortem delet, & mortuus tyrannidem mortis dissolvit.

Cyrilli ex Epist. ad Successum.

„ QUid necesse est pati eum in propria natura, si dicitur post unionem una natura filii incarnata? & paulo post: Temerè nugantur, qui ajunt sequi, oportere eum in propria natura sustinere passionem, supposita carne, circa quam accidere pati, consentanee intelligitur, verbo remanente impatibili. Sed non propterea extra passionem eum ponimus. Sicut enim factum est corpus proprium ejus, sic omnia corporis, excepto solo peccato, nihilo minus ejus esse dicentur, secundum œconomiam, οἰκείωσιν, id est, appropriationem.

Beati

Sæc. VII. Anno. 605.

Beati Theodoti Episcopi Ancyræ.

„ TAnquam unum & eundem esse divinè quidem glorificatum, & humanè patientem, omnes nobis fatebuntur, qui unionem divinitatis & humanitatis fatentur. Quod enim unitum est, non jam duo, sed unum nominatur. Quod si unum, quæ rursus παρείσδυσις, id est, occultus aditus? Quid unum quodque privatim consideras? Ergo solvis unionem. Fieri enim non potest, ut servetur unio, & unumquodque privatim spectetur. Quin potius quod unitum est insolubiliter, unum factum est, & non sunt jam duo. Sed cogitatione, inquit; separo. Igitur eadem cogitatione unionem solvisti, ut enim separas alterum ab altero, sic unionem scindis. Quid igitur dissolvis œconomiam salvatoris, cum duo intelligis, & unionem rejicis? Et paulo post, si enim ratione unis, ne scindas cogitatione. Sin vero cogitationibus scindis, unionem negasti. Ne igitur ad naturas separatas deducas cogitationem, Deo summam unionem operante crede miraculo; & ne scruteris ratiocinationibus quod factum est, ne dissolvas miraculum, dum contendis reperire rationem. Non enim manet admirabilis ratio, si noscitur.

(κατ' ἰδίαν.)

„ Ejusdem: Ubi est qui dividit Christum? Ubi qui mysterium nostrum vertit in homonymiam? cum unum Christum dicit, & duos subjicit, unum quidem servum, alterum vero dominum; unum patientem; alterum non patientem. Quæ utilitas unius nominis, duabus rebus subjectis?

„ Ejusdem: Quomodo propter nos factus est pauper, dicant, qui humanitatem à verbo dividunt? Qui unitum dissepatant memoria duarum naturarum? Qui duo quædam dicunt Christum, & unum sola cogitatione ad apologiam afferunt?

CANISII

Annotatio in præcedens fragmentum.

UT hodie hæretici citant sanctos Patres; ita & olim citabant; perperam nimirum, impudenter & depravatè. Nihil opus exemplis. Vel iste quisquis fuit satis exempli suppeditat: qui tam audacter S. Cyrillum & Theodotum Ancyranum testes laudat, quasi Severianæ impietati patrocinarentur. De loco Cyrilli fusè disputat Eulogius Patriarcha Alexandrinus apud Photium in Bibliotheca. Et Concilium Chalced. Act. 1. *Damascenus lib.* 3. *de fide Orthod. cap.* 7. *& alii.*

De Theodoto Ancyrano hæc Gennadius in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum. Theodotus Ancyranus Galatiæ Episcopus, scripsit adversus Nestorium adhuc Ephesi positus librum redargutionis & confutationis: Dialectica quidem arte ordinatum, sed auctoritate sanctarum scripturarum detextum; multis enim assertionibus usus est, antequam scripturarum testimonia poneret. *Hæc Gennadius. Subscripsit hic Theodotus in Concilio Ephesino cum reliquis Episcopis exauctorationi Nestorii. Exstat tom. secundo Synod. Ephe. edit. Peltani c.* 10. *De eodem Trithemius lib. de scriptoribus Ecclesiast. Clarus fuit inter Patres Concilii Ephesini: in quo tres ejus leguntur Homiliæ: una contra Nestorium: duæ in Natalem Salvatoris nostri.*

CANI-

CANISIUS

DE

LEONTIO.

Sæc. VII. Anno 605.



Laruit Leontius iste sub Justiniano Imperatore, hujus nominis primo, patriâ Byzantinus. Malè enim apud Cyrillum in vita S. Sabæ cap. 95. *Byzancenus* fuisse scribitur. * Monasticam vitam professus est in Palæstina, in Nova Laura S. Sabæ: cum tribus sociis; quorum unus erat Nonnus, cujus non sine elogio meminit Leontius, in præfatione sui operis. Quæ fortè caussa est, cur Leontius in Codice Bavarico nominetur *Hierosolymitanus:* nam Laura S. Sabæ Hierosolymis procul non aberat. Hinc fortassis librarius, aut alius quispiam, Hierosolymitani titulo eum cohonestavit, cum revera Byzantinus esset. Ingressus est autem Lauram cum sociis sub præfecto Paulo; qui, ut ait Cyrillus in vita S. Sabæ, *erat quidem Romanus genere, sed simplicissimus & ab omnibus negotiis alienissimus*: In cujus locum subiit Agapetus. De quo hæc Cyrillus: *cum Agapeto Lauræ commissa esset præfectura, invenit quosdam ex fratribus (erant autem hi quatuor à Paulo Abbate admissi, qui fuit simplicissimus, nec bene examinati) tanquam virus sub labris quædam Origenis occultantes. Inter quos primas partes obtinebat Nonnus Palæstinus*; quem, ut & Leontium aliosque, hæresi Origenistarum infectos, miras turbas in Monasteriis Palæstinæ excitasse idem Cyrillus in vita S. Sabæ sæpius memorat: ut & in vita S. Quiriaci Anachoretæ. (De Leontio)

Addit; illos non tantum Origenis, sed & Theodori Mopsuesteni dogmata defendisse. quod mirum videri potest; cum Leontius toto libro tertio ejus operis; quod nunc vulgamus, Theodorum Mopsuestenum, Diodorum Tarsensem; eorumque discipulum Nestorium acerrimè oppugnet; & tanquam omnis impietatis magistros detestetur. Ut & in alio opere, quod de sectis edidit: quod Joannes Leunclavius Græcè & Latinè primus publicavit, Latioque donavit. Et cum in eodem libro, actione ultima, Origenem & Origenistas ex professo refellat; difficilè creditu est, Leontium hac labe fuisse inquinatum: nisi quis dicere velit, hæc non seriò ab illo scripta: nam si qui Hæretici unquam fuerunt, qui aliud in ore, aliud in pectore ferebant; in his certè Origenistæ postremi non sunt censendi: aut Leontium post librum illum de Sectis evulgatum in hæresin Origenicam incidisse: Et hæc dicta sint in ejus gratiam, qui Cyrilli narrationibus fidem præbere velit. nam & libro 3. præsentis operis num. 40. fatetur Leontius Origenem à veritate excidisse. Quod non videtur dicturus fuisse, si Origenis erroribus adhæsisset. (*Apud Surium Tom. 6. & Tom. 5.*)

Scribit idem Cyrillus Joannem Silentiarium litteras dedisse ad S. Quiriacum Anachoretam; quibus rogabat, Deum impensius oraret, ut Origenistæ, *qui erant in nova Laura cum Nonno & Leontio, vincerentur, & summam illam*

* Quæ vide refutata in observationibus nostris ad Leontium; alius enim plane Leontius Origenista a nostro, qui quondam Nestorianus sectam cui valedixerat, oppugnavit. Basn.

SÆC. VII. ANNO 605. *lam amitterent arrogantiam.* Illum autem respondisse: *ne animo angamur, ô Pater, cito enim videbimus Nonnum quidem & Leontium è vita excessisse miserrimè: lupos autem qui versati sunt in Laura, turpissimè illinc expelli.*

Præter libros, quos nunc primum publici juris facimus ex Schedis Francisci Turriani, doctissimi & clarissimi Theologi, de Societate JESU; beneficio & liberalitate R. P. Antonii Possevini, qui Schedas illas Turriani malè, nescio ubi, quà ab aqua, quà à blattis & tineis passim acceptas, nobiscum candidè communicavit; scripsit Leontius librum de Hæresibus, decem capitibus, seu, ut ipse vocat, Actionibus constantem: quem ex tenebris in publicum extraxit Leunclavius; ut paulò antea dicebamus. Esse autem Auctorem libri hujus hunc nostrum Leontium probatur primò ex cognomento Byzantii. Secundò, ex ipso disputandi genere. Est enim argutum, doctum, planeque Philosophicum; Leontium enim Theologicis & Philosophicis disciplinis excellenter excultum fuisse; ut cætera argumenta deessent; libri profecto, quos nunc publicamus, abundè id docent. Tertiò; ex titulo libri; qui est iste: Λεοντίου σχολαστικοῦ βυζαντίου σχόλια ἀπὸ φωνῆς θεοδώρου, τοῦ θεοφιλεστάτου ἀββᾶ, καὶ σοφωτάτου φιλοσόφου, τήν τε θείαν καὶ ἐξωτικὴν φιλοσοφήσαντος γραφήν. *Leontii Advocati Byzantini, Scholia* seu Scholæ, exceptæ ex ore Theodori religiosissimi Abbatis doctissimique Philosophi, divinis pariter externisque litteris eruditi.* Nam iste Theodorus alius non est, quam ille, cujus Cyrillus in vita S. Sabæ & S. Quiriaci sæpius meminit; quemque cum Nonno & Leontio non semel Origenicæ hæreseos, & seditionum in Monasteriis concitatarum insimulat: qui postea ex Monacho, Cæsareæ Cappadociæ Antistes creatus est, ut idem Cyrillus testatur.

Porro Scholasticum reddit Leunclavius *Advocatum.* Non male: nam inter cæteras hanc etiam notionem Scholastici vocabulum habet; ut multis exemplis ostendit Cujacius, ad lib. 12. Cod. Justin. titulo 61. Leg. 2. ad Novellam 80. Vide Baron. in Not. ad Martyrol. Rom. die 6. Februarii. Sed cum Scholastici nomine significentur quoque Rhetores, & declamatores litium fictarum; ut ex Tacito, Plinio, S. Hieronymo & aliis Cujacius & Baronius demonstrant; incertum relinquitur, hanc ne an illam significationem vox *Scholastici* habeat, quando tribuitur Leontio; qui tamen antequam Monasticam vitam complecteretur, forensium actionum non videtur fuisse expers: quem incautum & improvidum Nestoriani in suam nassam pellexerant, ut ipse scribit lib. 3. ex tribus, qui jam prodeunt.

Præter hæc librum adversus Philoponum elucubravit; de quo Nicephorus lib. 18. cap. 48. *Quinetiam post illum eruditi quidam homines, ea quæ perperam à Philopono prolata sunt, refellerunt. Et cùm plerique alii ea scriptis suis oppugnarunt, tum Leontius Monachus omnium maximè egregium librum triginta capitum contra illum conscripsit; quo simul & hæresin illam prorsus evertit; & piam nostram sententiam valdè confirmat.* Hæc Nicephorus.

Exstat in Bibliotheca Bavarica num. 117. ejusdem Leontii insigne volumen adversus Eutychianos, seu Severianos & Nestorianos, in octo libros distinctum, quorum primus hanc habet inscriptionem, Sexaginta tres ἀπορίαι seu quæstiones propositæ illis, qui unam in Christo naturam statuebant: hujusque dogmatis refutatio & testimonia sanctorum patrum.

Secun-

* Eadem habes apud Lambecium Biblioth. Vindob. l. III. p. 63. additur huic titulo *αἵρεσις τοῦ Ἀρείου.* Hæresis Arii ὁ Ἄρειος τρεῖς ὑποστάσεις ἔλεγε καὶ τρεῖς φύσεις Arius confitebatur tres Hypostases & *tres naturas.* Hæc igitur scholia sunt mſ. in bibl. Cæsarea in cod. XLV. fol. 103. & cod. 235. ubi in fronte hæc leguntur, ἀναγκαῖον ἐστὶ μέλλοντας ἡμᾶς χριστιανῶν αἱρέσεων ἐπιγνωσθῆναι, Necesse est nobis Christianorum Hæreses noscere. Lambec. l. V. p. 77. eidem tribuit Homiliam in Jobum, quæ servatur in eadem Bibl. cod. 116. & in titulo dicitur non Byzantinus, sed πρεσβυτέρου Κωνσταντινουπόλεως. Sed res est nullius momenti. BASN.

Secundus. Adversus illos, qui duas in Christo hypostases ponunt, nullamque compositionem in illo admittunt. Sæc. VII. Anno 605.

Tertius. Redargutio eorum, qui asserunt duas, & non unam hypostasin in Christo, idque ex ipso Incarnationis mysterio probare contendunt.

Quartus. Redargutio eorum, qui duos filios ex Incarnationis mysterio introducunt.

Quintus. Demonstratio adversus eorum impietatem, qui impudenter naturalem divinitatem Christi veri Dei nostri negant.

Septimus. Demonstratio impietatis, qua laborant ii, qui fatentur quidem Christum Incarnatum, fuisse hominem θεοφόρον, *Deiferum*, sed non Deum.

Octavus. Refutatio eorum, quibus solenne accusare illos, qui dicunt, unum ex sancta Trinitate passum esse in carne.

Hic tantus thesaurus adhuc in Bavarica Bibliotheca latet. Utinam eruditus interpres existat, qui eruat. Eruditum postulo; quia Leontius eruditissimus est; & semper illis in argumentis occupatur, quæ etiam acutissimos Scholasticæ Theologiæ professores exercerent: videturque Leontius eò omnem suam operam & industriam convertisse: ut Eutychis & Nestorii sectatores exscinderet, funditusque exstirparet. Indicio sunt tot in illos scripta volumina, tanto doctrinæ & ingenii apparatu. Scripsit autem Leontius tres libros, quos nunc à nobis lector accipit, ante quintam Synodum Constantinopoli sub Justiniano coactam: nam Synodum Chalcedonensem nominare solet postremam. Sed satis de Leontio.

JACOBI BASNAGII

IN

LEONTIUM

OBSERVATIONES.



Variæ circa *Leontium Byzantinum* moventur difficultates. Imo. quis fuerit ille *Leontius* a plurimis ejusdem nominis auctoribus distinguendus II. quodnam fuerit ejus munus sive professio III. quo tempore scripserit. IV. denique de illius scriptis quid judicandum.

I. Varii fuere *Leontii* eodem sæculo, aut saltem fere coævi. *Leontium Byzantinum*, qui jubente *Constantino Porphyrogeneta* vitas quatuor Imperatorum, à Leone Armenio exorsus, scripsit, non moror. Præterquam enim dubium est illius nomen, quod suppositum autumat *Vossius*; sæculo decimo ineunte vixit. Qui duo numerantur sexto vel septimo sæculo *Leontii Byzantini*, prior fuit Monachus Lauræ Sabæ, sub Justiniano, *Theodoro Mopsuesteno* tenaciter adhærens, quem ideo Sabas abscissum à suo comitatu

I. *De Leontio quis sit.*

De Hist. Græc. l. 4. c. 21. p. 499. Cyrillus Saba vita p. 348.

Sæc. VII. Anno 605.

mitatu & cœtu, Constantinopoli, cùm in Palæstinam reverteretur, reliquit. Hunc *Canisius* eundem arbitratur ac *Leontium* qui adversus *Origenem*, *Theodorum*, *Nestoriumque* acerbe scripsit, & cujus opera ipse edidit. Ideoque anxius hærebat, quomodo ita sibi tam aperte repugnare potuerit. *An*, inquiebat Canisius, *quemadmodum solebant Origenistæ, aliud in ore aliud in pectore ferebat Leontius: an postquam talia scripsit, in Origenianam Hæresim incidit?* Quin imo ut tali crimine Leontium liberaret, *Cyrillo Scythopolitano* fidem denegare videbatur.

II. *Leontius Nestorianus ab altero Nestoriano distinguendus. Leont. Byz. contra Nest. l. 13.*

II. Dissimulandum non est, *Leontium* illum *Byzantinum*, de quo nunc agimus, fuisse olim Nestorianum. „ *Cum enim tunc adolescens essem & tempus* „ *& rationem mihi subripuerunt Hæretici nullo instrumento malitiæ ad hoc* „ *efficiendum non adhibito. Conati sunt in barathrum impietatis suæ deturbare. Sed adfuit mihi superne gratia, quæ me ex mediis dentibus rapuit* „ *jam paratissimum illorum venationi* " Hæc si animadvertisset *Canisius*, Leontium de quo Sabas, cum Leontio scriptore conciliare paulò verisimilius tentavisset. Differunt tamen omnino *Leontius Origenista*, de quo Sabas, & *Noster*, qui adversus Eutychianos & Nestorianos scripsit. 1°. Hic enim errores Nestorianorum primis tantum labris degustaverat; at alter Origenianæ & Nestorianæ Sectæ vehementer addictus, plurimas ea de causa turbas movit. 2°. *adolescens* erat Leontius noster, cum ipsi *subrepta est ratio*, & mox è diverticulo in viam rediit. At prior Leontius ad senectutem, imò & ad mortem usque, in sententia sua perseveravit. Inde cum *Johannes Silentiarius* per litteras moneret Anachoretam *Quiriacum*, ut Deum oraret vehementius, ut qui erant Origenistæ in nova Laura, *Leontius & Nonnus*, vincerentur; ipse responsum fecit: Ne angamur, Pater, citò enim videbimus *Nonnum & Leontium è vitâ excessisse.* Diversi sunt igitur *Leontius Byzantinus*, scriptor, cujus hic eduntur opera, orthodoxus, quantumvis aliquandiu à veritate deviaverit: & alter iste *Leontius Byzantinus* Monachus in nova Laurâ, qui Origenistarum & Nestorianorum unus è primipilis fuit. Alter sub *Justiniano* vixit, & forsan obiit; noster ad *Phocam* usque pervenit.

III. *Leontius distinguendus ab Episcopo Cyprio. Voss de Hist Gr. l. 4. c. 18.*

III. Secundus itaque *Leontius*, *Byzantinus* etiam, & Monachus, est auctor operum quæ hic eduntur: cujus ætatem mox assignabimus. Tertius denique fuit Leontius Episcopus Cypri. Hunc a secundo distingui noluit *Vossius*. Illum enim Patriam Byzantium habuisse, deinde professione Advocatum, postea Episcopum Cyprium fuisse asserit. Sed procul dubio differunt ætate isti duo Leontii. Cyprius enim floruit potissimum sub Heraclio, vel circa an. 630. Differunt eorum scripta, ut prius observavere Critici, & nos fusius, ubi de illo Episcopo Cyprio agendum erit. Hunc monuisse suffecerit *Leontium Byzantinum*, qui fortiter adversus Origenem Theodorum Mopsuestenum Nestoriumque decertavit, non eundem esse ac cognominem *Leontium*, *Monachum novæ Lauræ*, Origenis cæterorumque defensorem acerrimum: quod sibi finxerat *Canisius*.

IV. *Professio Leontii.*

IV. Fuisse primo Scholasticum Leontium nostrum nemini dubium esse potest. Dubitavit *Canisius*, an unquam forenses causes agitaverit, eo quod Rhetores & litium fictarum declamatores, Scholastici sæpius appellarentur. *Scholastici*, inquit *Bona*, *præficiebantur Scholis Christianorum*, *ut conversos ad fidem erudirent.* Sed recentior fuit illa significatio, nec ullum locum ex veteribus ad eam confirmandam protulit celeberrimus Cardinalis. Scholastici jam à temporibus Augustini erant *qui vivebant in Litteris*, ideoque *Serapion*, ob elegantiam ingenii, cognomen *Scholastici* meruit, ut testatur Hierony-

Bona de reb. Tit. l. 2. c. 11.

ronymus; eadem ratione *Divum Petrum* à *Gregorio Magno Scholasticum* dictum, SÆC. VII. ANNO. 605.
eumque esse qui orationem Missæ mutaverat, inepte admodum sibi finxerat *Bellarminus*. Denique Scholastici fuerunt Advocati; *qui enim*, ut scribebat Augustinus, *habent causam & volunt supplicare Imperatori, quærunt aliquem Scholasticum Juris peritum, a quo sibi preces componantur:* & Gregorii Magni Epistola legitur inscripta *Severo*, qui fuit *Scholasticus Exarchi*. Hoc sensu Leontium *Scholasticum* appellarim; quippe cum ipse se se *Scholasticum* dicat, nolim illum sibi ipsi eruditionis famam tribuisse. Indicavit solummodo munus Advocati, quo fungebatur olim in foro Byzantino, dum causas civiles agitaret.

V. Illum è Scholastico Presbyterum factum contendit eruditissimus *Cave*, ea scilicet ratione, quòd servantur in Bibliotheca Vindobonensi quatuor Homiliæ Leontii, quæ etiam occurrunt in Bibliotheca Bodleiana, cum titulo *Presbyteri* semper adjuncto. At ipse Leontius objicit Hæreticis, divina ludere & *Theologos convitiis insectari*; unde non mirum, ipsum, *qui nihili erat*, ab illis contemni. Distinguit igitur sese Leontius a Theologis. Unde facile concludas, ipsum non Theologum, nec itaque *Presbyterum* fuisse. Nescio an aliquid obstet, quominus homiliæ superius memoratæ Leontio Presbytero, deinde Cyprio Episcopo vindicentur. Laicus enim fuit Leontius noster, qui postea Monasticam amplexus est vitam.

V. An Presbyter. Cave Hist. Litt. part. altera. Libro I. contra Nest.

VI. Arbitratus est *Canisius*, Leontium ante Quintum Concilium œcumenicum scripsisse, eo quod Synodum Chalcedonensem tanquam *ultimam* memoret. Mirandum sane, de *Origene*, *Theodoro Mopsuesteno* à Justiniano damnatis, deque Synodo quinta pertinaciter siluisse. Faciebant enim ad rem quam agebat, anathemata nempe Concilii Quinti adversus Theodorum Mopsuestenum, quem cæteris vehementius exagitat. Longe tamen post illud Concilium scripsisse Leontium, idque sæculo septimo, facile patebit. I°. Eulogium tamquam defunctum laudat *Post Joannem Eulogius. Hi omnes post Paulum Synoditæ*, hoc est, Concilii Chalcedonensis defensores, *fuere*. Obiit autem Eulogius anno 608. 2°. Tritheitarum Hæreseos & illius autoris Philoponi, tanquam prius defuncti mentionem facit. *Tritheitarum sectæ princeps extitit Piloponus*, inquit, *Philoponus aiebat tres esse in Trinitate substantias & unam communem.* Promulgatus autem error Tritheitarum coram Joanne Scholastico, hoc est, ab anno 564. ad 577. His enim temporibus sedem Constantinopolitanam tenebat Johannes. Philoponus autem obiit ad annum 608. Ita ut circa hæc tempora scribere debuerit Leontius. 3°. Asserit ipse, Nestorianos, ut simplices in eorum sectam facilius inducerent, polliceri solitos munera & auxilia & *opes Imperatoris*, *si egerent*. Quis ille fuit Imperator, qui faveret Nestorianis? Non *Mauritius*, de quo Gregorius Magnus, *si Hæreticorum corda in insania perversi sensus ebulliunt, Catholici tamen Imperatoris tempore prava quæ sentiunt, eloqui non præsumunt.* Fuit igitur *Phocas*, quem Cedrenus *Hæreticum* appellat, & sub cujus Imperio omnes Hæreses revirescebant. Indeque probatur Leontium hæc ineunte sæculo septimo scripsisse: *Actiones de Sectis* post mortem Eulogii & Philoponi: *Libros adversus Nestorium* imperante Phocâ. 4°. Gemina ex ratione de *Concilio Quinto* siluit, tum quod illud Concilium quantumvis œcumenicum, apud plerosque etiam Orientales non esset in pretio: tum quod Justinianus Imperator ille Synodita, Christi corpus incorruptibile docuisset.

VI. Quo tempore scripsit. Act. V. p. 514. Ibid. Advers. Nest. l. 3. n. 3. l. 7. Ep. 47.

VII. Eruditissimum credidit Leontium *Canisius*, ea ratione, quòd semper illis in argumentis occupetur, quæ exerceant Scholasticæ Theologiæ Professo-

VII. Judicium de Leontii scriptis.

SÆC. VII. ANNO 705.

fessores. Judicabunt forsan aliter alii, eumque *tanto doctrinæ & ingenii apparatu volumina sua exarasse* sunt negaturi. Nihil enim sublime in ejus scriptis occurrit. Subtilis est more Græcorum; sed levibus parumque firmis gaudet argumentis. Ita ut merito se non Theologum fuisse confiteatur. Patres indicat sæpius, sed prorsus oscitanter, Justino Martyri Librum de Trinitate: Petro Alexandrino Homiliam de adventu Christi tribuit; quæ tantorum virorum numquam fuere. Idem benedictiones *Balaam* Hippolyto tanquam genuino parenti, imò Athanasio Tractatum de Trinitate vindicat.

VIII. *Doctrina Leontii.*

VIII. Ipsum Quintam Synodum œcumenitam rejecisse jam probavimus. Urgere debuit adversus Hæreticos illam summam Ecclesiæ autoritatem, quâ fuerant Anathemate perculsi. Sed infirmum ratus argumentum, imo ab illo Concilio dissentire licitum; non modo de illo siluit, sed Theodoretum in eo damnatum ab errore liberavit. Canonem Scripturæ, dum de sectis agebat, diversum ab Ecclesia Romanâ confecit. Christum revera ad inferos abiisse, ibique reorum, qui illis in locis tenebantur, vincula solvisse, cum Hæretico consentiebat: Animam divinitati initam ibi detineri non potuisse tantummodo asserens. Quamvis autem ab aliorum sententia discrepare videatur, plura tamen, circa Nestorianos præcipue, in illius scriptis occurrunt observanda, & ad elucidandam illius temporis Historiam necessaria.

Præter opera ab eo edita meditabatur alterum adversus Theodorum Mopsuestenum; sic enim ille: „ *Si autem Dominus permiserit & tempus non deficiet,* „ *alium Librum contra eum componemus, in quo per otium unamquamque* „ *impietatem ex ejus Libris colligemus, & cum quo ex Hæreticis unaquæque* „ *cognationem habeat, ex autoritatibus ejusdem monstrabimus. Quin etiam totam ejus amentiam, & quam habeat contra omnes Patres sententiam in* „ *omnibus contrariam eis ex sanctissimis ejus operibus ostendemus ad hæc con-* „ *futationibus adversus eum utemur.* In tertio illo qui superest libro fragmenta plurima ex Theodoro Mopsuesteno, cujus periere libri, congessit, imo cum Diodorum Tarsensem agnosceret Theodori Magistrum, aliqua ex ejus operibus jam diu deperditis excerpsit. Leguntur quidem similia apud Marium Mercatorem, imo & in Concilio œcumenico Quinto; sed ea tamen cum nostris sunt conferenda; quædam enim, ut à nobis observatum, interturbaverunt excerptores Concilii, quæ authori suo Diodoro debent restitui. Cæterum hi tres Libri MS. Græce servantur Romæ in Bibliotheca Jesuitarum, cui hos tradidit Turrianus, cum Societatem illam ingrederetur.

Contra Nest. l. 3.

LEON-

LEONTII, BYZANTINI MONACHI

Sæc. VII. Anno 605.

PROLOGUS.

Cum viri Deo chari, & divinorum dogmatum studiosi disputationes, quas frequenter publicè habuimus, approbassent, hortati sunt nos, ut dubitationum, & solutionum, in iis, de quibus sæpè disseruimus, designationes quasdam scripto ipsis traderemus, ut esse eis possent, sicut quidam dixit, remedium oblivionis, excitatio memoriæ, & temporis, quod omnia oblite- rat, reparatio. Nos vero sæpe interpellati, distulimus cum propter alia multa, tum propter duo potissimum, quorum alterum quidem erat, non esse nos pares ad scribendum, quoniam nec externam disciplinam percepimus; & spiritualem doctrinam quam divina gratia suppeditat mundo corde præditis, nondum assecuti sumus; non enim pudet me conscium mihi esse tenuitatis meæ, cum ii, qui nunc sunt sapientes, se penitus ignorent: alterum verò, quòd istorum ingrata memoria veterum laborum, quos sancti patres susceperunt, multam pigritiam animo meo ad obediendum jussis charitatis afferebat. Quibus enim non suaserunt libri tanta Dei gratia, & sapientia, ac summo etiam philosophiæ, & aliarum disciplinarum studio scripti, & editi, quomodo hic meus exilis sermo ex tenuitate tum mentis, tum linguæ profectus suadere poterit? Jussis tamen benevolis, etsi non prius, nunc tandem parere decrevimus; non enim jusserunt, ut eorum qui robusti sunt, & rectè valent, curam haberemus. Tres itaque libros scripsimus, quorum primus contrariæ, & falsi nominis scientiæ, Nestorii & Eutychis objecta & opposita summatim continet, paucis omnes fere eorum quæstiones comprehendens. Distinguimus autem librum in capita; ità ut unumquodque caput ea contineret, quæ ad ipsum referri poterant. Tenuitatis conscius se excusat à scribendo.

Inscriptio autem hujus libri accommodatè ad propositam rem subjectam adhibita est, contrariæ inter se fictionis Nestorii & Eutychis circa divinitatem, ac humanitatem Christi confutatio, quia alter divinitatem, alter humanitatem speciosis nominibus usi, ut utrique visum est, fictam tradunt. Materia Librorum.

Secundus liber est in eos, qui ex nostris accesserunt ad corruptam sententiam eorum, qui corpus Christi incorruptibile ante resurrectionem tradebant, qui ex eo vocati sunt ἀφθαρτοδοκῆται. *Justissime autem sunt hi accusandi, qui unius Domini, & Dei, ac Salvatoris nostri Jesu Christi differentiam, & proprietates, & operationes sciunt. Eos enim, qui naturis adversantur, & earum differentiam negant post unionem, ac proprietates, & actiones in eis scelerate confundunt, non magis ridemus propter inscitiam, quàm dolemus, & miseramur propter impietatem, qui de modò unionis naturarum dubitant, quas neque concedunt, neque ponunt esse. Oportebat enim primum positum esse & fixum ipsis, esse & servari post unionem naturam divinitatis Christi, & naturam humanitatis ejus; atque ita inquirere postea, quomodo se habeant inter se, & quomodo sint. Hujus libri stylus conformatus est in disputatione & dialogo, nihilque, ut arbitror, relictum est eorum, quæ ad propositam quæstionem spectabant, & commoda erant. Ne autem personæ confunderentur, persona dubitantis habet stellam insignitam: persona solventis dubitationes figuram crucis. Nec id quidem factum est temere. Notâ enim stellæ significamus tenuem, & non explicatam cognitionem personæ dubitantis; defensorem autem veritatis Trophæo crucis armavimus. Est autem inscriptus hic liber, Adversus eos, qui ex nostris se adjunxerunt ad corruptam sententiam Aphthartodocetarum, id est eorum, qui corpus Christi ante resurrectionem incorruptibile fuisse senserunt, dialogus:*

Tertius liber continet confutationem eorum, qui simulant se tenere magnam & œcumenicam Synodum Chalcedonensem; & sunt Nestoriani. Hi sicut & reliqui hæresium sectatores, videntur divinas scripturas, & superiores Synodos recipere, non quidem quod secundum eas sentiant, sed ut impietatem suam ad decipiendos simpliciores hac simulatione tegant,

SÆC. VII. ANNO. 605.

tegant, sicut Apolinarius & Macedonius Synodum Nicænam, & Nestorius præter Nicænam etiam Constantinopolitanam: Eutyches præter alias, etiam Synodum Ephesinam. Sic etiam hi simulant sanctam Synodum Chalcedonensem, tum ut gravi auctoritate personarum ejus impietatem suam celent, tum ut viam sibi muniant ad oppugnandam veritatem. Quorum versutiam cum impietate implicatam cum detegere ac prodere vellemus, ad primos Patres ejus impietatis confutationem revocavimus, proferentes in apertum eorum origines, & fontes impietatis, ut sic eos semel simplici veritate claudere, & eorum fluxionem impiam interrumpere studeremus. Hoc enim modo reliquus fluxus impietatis delebitur. Siquidem natura comparatum est, ut initiis malorum extinctis, quæ ex eis profecta sunt, simul extinguantur. Librum autem confutationum in capita distinximus, adscripto numero in fronte cujusque capitis, est autem inscriptus liber sic:

De tacita simulatione & origine impietatis Nestorianorum, & de eorum patribus patefactio, & triumphus. Eos verò, qui hunc librum lecturi sunt, rogamus, ut veniam dent, sicubi adversariis plagam mortiferam non inflixímus; & veritatem infirmius quàm par erat, defendisse videbimur. A differendo quidem pro dignitate rerum omnes similiter absumus; studio vero & amore pietatis alius alio præstat. Unus quisque ut erit præparatus, ita sane mensuram gratiæ accipiet. Hoc etiam lectorem oratum velim, ut si quid ipsi non satis explicate à nobis dictum esse videbitur, aut propter abstrusam quæstionem, aut propter quarundam vocum variatam significationem, ac proprietatem, ne hoc cum primum legerit, improbet. Cum enim iterum, & sæpius quæ dicta sunt, animadverterit, sententiam eorum, quæ dicuntur, explanatam reperiet. Perfecta verò per se merces laboris in quærendo positi erit veritatis inventio. Auctoritates etiam cum iis quæ à nobis exposita sunt, facientes, singulis libris subjecimus, ut veritatem testimonio antiquorum confirmaremus.

αὐτοτελής.



LEON-

LEONTII CONFUTATIO UTRIUSQUE FICTIONIS INTER SE CONTRARIÆ,

Nestorii & Eutychis, circa Divinitatem Christi, & Humanitatem.



Ropositum mihi est exponere, & explanare rationem hypostasis, & substantiæ, id est, personæ, & naturæ (idem enim utraque sunt, & circa idem versantur) confusam, & non explanatam apud eos, qui hoc tempore sapientes numerantur; atque alia præterea capita explicare, quæ cum prima quæstione cohærent, idque Deo juvante, & infirmitatem cogitationum nostrarum merito precationum vestrarum fulciente; quibus confisus ad tractationem hujus quæstionis me contuli. *Autoris propositum.* Non ignoramus, quod qui nobis adversantur, & quibus unum cum virtute, & cum sanctis Patribus certamen est, sicut illos, sic etiam nos, qui illorum disciplinam sectamur, & defendimus, inhonorant; qui nos potius nescientes honorant, dum probra quæ illis objiciunt, nobiscum communicant. Hi enim & divina ludunt, & Theologos convitiis consectantur. & quid mirum, si nos, qui sumus nihili, contemnunt? in quibus hoc tantum dignum est admiratione, quod omnem virtutem, quæ in actione est, studiose negligunt; seque ipsos sapientes esse jubent; & sunt tanquam ex jussione (*a*) & edicto prudentia præditi; quos eruditos esse fecit, velle tantum; sicut eos quidam ex hominibus urbanis, lepide, & venuste, ἀκροφιλοσόφους, (*b*) id est, summos philosophos vocavit. *πάσης μὲν ἀρετῆς, τῆς ἐν ἔργοις σπουδαίως ἀμελοῦσι.* Sed non oportet nos propter illorum depravatam voluntatem vel fiduciam, vel certamen remittere, quinimmo contra, certaminibus virorum beatorum ad fortitudinem stimulari, & urgeri, ut idem eveniat nobis, quod ferro calidissimo, quod quidem aquæ frigidæ immersum, & infusum durescit. Et nos dum cum his certamus, ad præmium certaminis roboramur. Age ergo verbo penetranti, tanquam gladio ancipiti, aciem eorum adversus veritatem instructam à dextris & à sinistris perrumpentes, prosternamus eos, hinc exorsi. Discipuli Nestorii in idololatria humanitatis Christi, & discipuli Eutychis in fictione, immo discipuli utriusque fictionis, bellè enim utrosque religiosus & divinus vir ἐναντιοδοκήτας, id est, contrariæ fictionis auctores contrarios appellavit, illi quidem divinitatem in Salvatore, fictè dicunt; hi vero humanitatem. *Abbas Nonnus.* (*c*) Nestorius beneplacitum, & dignitatem pro fictione divinitatis defendit; Eutyches carnem ineffabilem, pro naturali, & nostra. Sic honestis nominibus & verbis decoris, tanquam fictis coloribus, fœditatem contrariæ quidem impietatis, sed tamen æqualis, honestare nituntur. Quasi studium nobis sit elegantia nominum utendi, & non potius faciem veritatis vere auream aspiciendi, qua nihil est amabilius, quamvis nihil elegans & splendidum accedat. Nec enim ornamentis indiget, quæ naturali pulchritudine splendescit; nec verborum, quasi pigmentorum fucata & fallaci specie. Hi igitur secum & cum veritate pugnantes bellum in eam per contraria partiti sunt, eisdem propositionibus ad suum uterque finem abutentes, ita ut consensio impietatis contrariè dissentientium uno argumento veritatis à discipulis ejusdem veritatis convellatur, & concordia pravitatis copiosam victoriam pariat, quibus enim argumentis alterum istorum, qui impie-

(*a*) *Et sunt tanquam ex jussione*) οἷα ἐξ ἐπιτάγματος συνετοί. *Turrianus.*

(*b*) Aliter. σαπροφιλοσόφους, id est, *putres philosophos. Tur.*

(*c*) Aliter depingitur Nonnus iste à Cyrillo in vita S. Sabæ & S. Quiriaci. *Tur.*

Sæc. VII. Anno 605.

pietate connexi sunt, refellimus, eisdem etiam alterum simul refutavimus. Est autem advertendum idem evenisse circa incarnationem Eutychi * cum Nestorio, quod in trinitate Sabellio cum Ario; illi enim per contraria in malum æquale ceciderunt. Sabellius quidem propter substantiam, in unam hypostasim confudit hypostases; Arius vero propter hypostases, simul cum eis substantiam divisit. Hi verò conversè, Nestorius quidem dividit naturas in hypostases; Eutyches vero commiscet naturas in naturam. Quibus enim disputationibus & argumentis à superiorum temporum hominibus Trinitas divisa est, eisdem à posterioribus œconomiam, id est, incarnationem confusam esse reperimus. Quibus autem nunc œconomiam dividunt; his illi divinitatem confundunt. Age ergo, proferamus in medium eorum sophisticas propositiones. Et tanquam in judicio, demus locum accusationibus eorum, atque ita quæ frustra contra veritatem vanè excogitaverunt, diluere conabimur.

Contra Eutychem disputatio.

Ajunt enim, si duas naturas in uno Christo esse dicitis, natura autem non est sine hypostasi, duæ ergo erunt hypostases. Unum autem est utrisque, dixi, certamen, quamvis finis sit differens. Illi enim, id est, Nestoriani, ut cum naturis hypostases inferant; alii vero, id est, Eutychiani ut per hypostases naturas etiam tollerent, eodem argumento usi sunt. Sed audiant, qui Eutychis partes sequuntur. Nobis enim unum commune certamen contra utrosque est; proprium vero contra hos. Quod vos, unam naturam esse dicitis? Non, inquiunt, sed unam incarnatam. Nihil autem prohibet, quin vobiscum conjungamur. Unam itaque naturam verbi, quam dicitis, à vobis datam, & concessam tenemus. De altera autem natura contendamus, quam naturam aliam esse dicimus præter naturam verbi, quæ natura caro à vobis dici solet. Quid de hac carne dicitis? habetne naturam, vel substantiam, aut partem quidem naturæ? quantum autem habeat, in vestra potestate est, sive dimidiam, sive tertiam partem, sive aliam minimam partem vocare libet. Et ut eadem forma argumentandi vobiscum utar, est ne caro ἀνούσιος, id est, expers substantiæ, vel expers naturæ? Quomodo nostram quæstionem effugietis? Etenim si est caro expers substantiæ, vel extra naturam; demonstrate; quæ est, & quomodo hæc habet, & nos acquiescemus. Sin autem extremæ insciti æ est, quo modo effugietis, quam ipsi nobis propositionem objicitis? Si enim non est caro expers substantiæ, id est, non habens naturam, non est autem natura sine hypostasi, non est igitur caro sine hypostasi. Oportet ergo vos aut naturam à carne penitus removere; aut duas hypostases Domino tribuere secundum legem vestram, quæ dicit non esse naturam sine hypostasi. Etenim si non est natura sine hypostasi, naturam autem verbi dicitis, hypostasim ergo verbo dabitis. Et relinquitur quæstio de carne. Utrum si non habet propriam naturam, vocetur caro, & vocata, habeat etiam hypostasim; aut non habens hypostasim, etiam naturam amittat. Sic igitur vos vestris dubitationibus convicti estis. Et nulla versutia vos extra pœnas eorum criminum, de quibus nos accusastis, esse faciet. Et si unam quæstionem solveritis, magno honore digni apparebitis. Si non est natura sine hypostasi; ex duabus autem naturis esse dominum conceditis, est igitur ex duabus hypostasibus. Quis igitur propter Nestorii divisionem hypostaseon reus fuerit, vobis permittimus judicium. Sic ergo vos his argumentis revictos dimittimus. Cum iis autem qui contrario modo atque nos, à veritate aberrant, sic disputabimus.

Eutyches unam naturam tradebat, & hanc catholici contra eum sumunt.

Eutyches non distinguebat hypostasim à natura, & ideo propter unam hypostasim verbi, naturas confundebat in unam.

ἀνούσιος, φύσεως ἄμοιρος.

Contra Nestorium disputatio.

Non est idem hypostasis, & enypostaton, id est, quod est in subsistente; sicut aliud est substantia, & aliud esse in substantia, si quidem hypostasis aliquem unum declarat; esse autem enypostaton declarat substantiam, sed non aliquem unum: & hypostasis quidem personam definit proprietatibus designantibus: enypostaton vero significat non esse accidens, quod in alio habet ut sit, & non in se cernitur. Cujusmodi sunt omnes qualitates, & quæ substantiales etiam dicuntur, ex quibus nulla est substantia, id est, res per se existens, sed quæ semper circa substantiam cernitur, ut color in corpore, & scientia in anima. Qui igitur dicit, Non est natura sine hypostasi, verum dicit, non tamen rectè concludit, cum concludit quod non est sine hypostasi hypostasim esse. ut si quis dicat non carere corpus figura, quod verum est, deinde non rectè concludat, figuram ergo esse corpus, & non potius cerni in corpore. Natura igitur, id est, substantia nunquam sine hypostasi esse poterit, non tamen natura est hypostasis, quia neque remeat. Hypostasis enim est natura, natura autem non jam est hypostasis. Natura enim (d) rationem essentiæ recipit. (e) Hypostasis vero rationem per se essentiæ, natura rationem speciei continet; hypostasis (f) declarat aliquem unum; natura, rei universalis characterem (id est formam) declarat: hypostasis proprium à com-

ἐνυπόστατον ἐνούσιον.

Manus non est substantia, sed pars substantiæ, & dicitur ἐνούσιον.

Quod Christus sibi univit, non erat hypostasis, sed ἐνυπόστατον.

* Eadem habet in Libro de Sectis act. 1. p. 496. Basn.

(d) Rationem essentiæ recipit) τὸν τοῦ εἶναι λόγον. Tur.

(e) Hypostasis verò rationem per se essentiæ) τὸν τοῦ καθ' ἑαυτὸν εἶναι. Tur.

(f) Declarat aliquem unum.) τοῦ τινὸς δηλωτική. Tur.

communi secernit. Et ut in summa dicam, unius naturæ proprie dicuntur consubstantialia, & quorum est ratio essentiæ communis. (*g*) Definitio vero hypostasis est, vel natura quidem eadem, numero vero differentia; vel ex differentibus naturis composita, (*h*) communionem vero essentiæ (*i*) simul etiam inter se habentia, non tanquam complentia substantiam inter se. Quod quidem fit in substantiis, & iis, quæ substantaliter de ipsis prædicantur, quæ dicuntur qualitates, sed tanquam alterutrius natura, & substantia non cernatur per se, sed cum composita, & coinsita. Quod quidem & in aliis rebus reperitur; & non minus in anima & corpore, quorum communis quidem hypostasis, propria vero natura, & ratio differens.

SÆC. VII. ANNO 605.

συμπεφυκαίως.

At, inquiunt, homo etsi ex differentibus specie compositus est, neutrum tamen eorum sine altero habet essentiam. „ Verbum autem ante humanitatem est, & homo „ quidem ex imperfectis partibus constat; Christus vero perfectas habet partes; & „ hac ratione ne partes quidem merito vocari possunt". Quomodo igitur, compositionem hominis tanquam similem in verbo & incarnatione accipis nihil simile habentem? Hæc quidem Nestoriani, scilicet sententiæ contrariæ, & divisionis patroni objicunt. Aliis enim, Eutychianis inquam, placet exemplum non sumptum aptè, & convenienter, sed valde inscite, & ut confusio prototypi poscit, & tanquam expressa imago illius. Quòd autem non est nostrum inventum hoc, sed à majoribus, ut in proverbio est, filius à patre, accepimus, testantur scripta Theologorum, in quibus hoc exemplo hominis ex anima & corpore compositi in unione usi sunt. Non tamen rectè faciunt, qui vim adhibent, ut sic se habeat exemplum, ut prototypum. Non enim esset jam exemplum, nisi haberet aliquid dissimile. Nos enim non sumpsimus hominem exempli causa, quia prius essent partes, neque quia simul, neque quia imperfectæ. Concedimus enim istis malè feriatis, ut imperfectas vocent, cum alioqui non sint, secundum rationem essentiæ, ut postea demonstrabimus, sed sumpsimus exemplum ad declarandum esse verbum ipsi substantiæ unitum, corpori scilicet ex nobis sumpto, & nunquam sine eo cerni, quamvis servet etiam in unione differentiam; sicut etiam servat communis homo. In neutro enim cernuntur confuse proprietates. Nec enim ex invisibili, & immortali facta est anima nostra invisibilis, & mortalis. Neque verbum factum est visibile, & mortale, quamvis in corpore visibili & mortali. Utrumque enim dictorum servat integrè suam proprietatem, sicut utriusque natura postulat, homo scilicet communis ex anima & corpore constans, & salvator in divinitate, & humanitate subsistens, isti vero exemplum accipiunt, non quatenus simile est, sed quatenus dissimile. Et male feriantur in suis percunctationibus, ut cum nos splendorem solis exempli causa in verbo, & patre assumimus propter conjunctionem ortus splendoris cum sole, nos vexant, quasi hac ratione faciamus verbum non subsistere per se. Quod autem neque homo ex imperfectis partibus compositus est secundum rationem cujusdam essentiæ alterutrius partis, quamvis quoad definitionem totius hominis, non recipiunt partes rationem totius tanquam totius, sic intelliges. Quid enim deest animæ habenti separatam, & propriam vitam, ad hoc, ut sit substantia incorporea, semper mobilis? Hoc enim declarat immortalem esse eam, & interire non posse. Quid rursus deest corpori, ut sit corpus? quod quidem qui definiunt, ajunt esse corpus triplici dimensione; aut corpus naturale organicum potestate vitam habens. utraque enim definitio aptè conveniet corpori nostro. non sunt igitur hæc imperfecta sumpta per se, tametsi imperfecta dicuntur, quoad hypostasim totius, in quo sunt partes. hac enim ratione, non aberrabit, qui etiam mysterium Christi interpretabitur. Imperfectum enim est, si vel Deus nudus sine humanitate, vel homo item nudus sine divinitate sumatur, ut hinc appareat (*k*) duplicem esse perfectionis definitionem in Christo, unam, quæ simpliciter dicitur; alteram, quæ in habitudine cernitur, secundum magnum Gregorium. Perfectum namque est verbum, & plenum, & præbens perfectionem: perfecta autem est anima hominis, quantum ad definitionem essentiæ suæ. Sed tamen neque verbum est perfectus Christus, non unita humanitate, quamvis perfectus Deus sit, nec anima perfectus homo est, licet perfectam substantiam habeat, corpore non simul cum ea cogitato. (*l*) Hoc autem anno-

κακόσχολοι.

κατάγε τὸν τόν πῶς εἶναι θατέρυ λόγον.

(*g*) *Definitio verò hypostasis*) Hypostasis significat substantiam particularem non quocunque modo, sed quatenus est in suo complemento, id est, per se separatim & incommunicabiliter existens. Quatenus verò venit in unionem alicujus magis completi, non dicitur hypostasis. Anima & corpus, ex quibus homo componitur & completur in specie seu natura humana; sunt ἐνυπόστατα. Convenit cum his definitio Damasceni in Logica cap. 44. *Tur.*

(*h*) Communionem verò essentiæ.) τοῦ εἶναι. *Tur.*

(*i*) Simul etiam inter se.) ἅμα καὶ ἐν ἀλλήλαις. *Tur.*

(*k*) Duplicem esse.) Duplex definitio perfectionis in Christo, altera simplex dicta: altera in habitudine. simplex ad divinitatem verbi spectat: illa, quæ in habitudine consistit, pertinet ad unionem verbi cum humanitate. *Tur.*

(*l*) Hoc autem annotandum est.) Adverte, quod definitiones non inferunt simul cum definitis loca & tempora, nec enim, quæ definiuntur, constant ex his, quamvis in his: hominem enim definientes, animal rationale mortale dicimus,

Sæc. VII. Anno 605.

annotandum est, quod cum definitionibus rerum non assumuntur tempora, sicut neque loci. Rationem enim eorum tantum continent, sine quibus non consistunt. Præterea omnis definitio rei est, quæ nunc est, non autem ejus, quæ ex ea postea eveniet. Alioqui nihil eorum, quæ ortum capiunt, definitionem essentiæ, quam habet, recipere poterit, quia nihil perseverat; sed omnia mutantur in omnia, quæ ortum, & interitum subeunt, immo omnes substantiæ ratione præditæ, cum plus & minus secundum virtutem recipiant, & nunc quidem sic, nunc vero illo modo se habeant, in motu cernuntur. in eisdem enim perstare non est proprium naturæ creatæ, siquidem de solo Deo proprie dicitur: tu autem idem ipse es.

Divinitas unita Humanitati non circumscribitur.

At, inquiunt defensores divisionis: corpore circumscribitur anima, & passiones recipit, & dolores sustinet; quare si sic verbum unitum est animæ, licet tibi ipsum etiam eisdem subjicere, & facere verbum patibile, & circumscriptum. Quid? nonne vos potius hæc facitis? objiciam enim quæ nobis in crimine ponitis. Siquidem formidastis unire verbum carni, & toti homini, quasi necesse esset, sic circumscribi, & pati. Si igitur verbum naturâ pati potest, aut circumscriptionem loci recipit, erunt hæc in ipso propter ipsum, & non propter unionem cum corpore patibili, & circumscripto, atque erit ita patibile, & circumscriptibile, quamvis non passum sit, neque circumscriptum: quod si natura est immutabile, & incircumscriptum, & impatibile, licet sit in corpore, servabit proprietatem impassibilitatis, & rationem impassibilitatis, & rationem immutabilitatis. Siquidem neque cum mundum crearet, & in hanc formam eum adduceret, cum prius non esset, ex supra mundano, & ex supra quam substantia in hæc, quæ in mundo aut circa mundum sunt, delapsum cernitur; vel ex incircumscripto eo venit, ut circumscriptum esset, quare neque prius cum mundum, & ea, quæ in eo sunt, creavit; neque postea quando magnum mundum, in parvo, hominem in se ipso filius Dei complexus est, circumscriptus est. & quid mirum? siquidem & anima hominis non simpliciter quia ipsa est in corpore, hæc patitur; sed quia natura ei inest, ut hæc patiatur, etiam ut à corpore separata est: alioqui sub aspectum cadet, & morietur, & alia ejusmodi quæ corporis sunt, patietur. Atqui hæc non est passa, quia hæc habet secundum substantiam, (m) naturaliter à Deo accepta. Patitur autem, quippe quæ habet potentias passivas, cum quibus migrat à corpore, id quod animæ, quæ apud inferos sunt, & earum vincula declarant, propter quæ illic Christus adfuit, qui, sicut Petrus ait, spiritibus, qui in carcere erant, prædicavit remissionem. declarant præterea immundi dæmones, qui pœnas dant, & dabunt, quamvis à corporibus humanis liberi & soluti. Sed patitur quidem simpliciter anima, quia passivas potentias ad utilitatem suam aptatas accepit. patitur autem passiones corporeas (n) propter unionem cum corpore, cum quo colligata est, &

Animæ passionis capaces.

propter proprietatem locorum, in quibus degit, & versatur. quia enim simpliciter innatum est ei pati, hujus passionis capax est. Circumscripta etiam est (o) ratione existentiæ. Dicitur deinde secundo modo circumscripta esse, quatenus vivit in corpore circumscripto. Afficitur etiam secundum Deum divinis rebus, nequaquam vero propter corpus. Quomodo enim propter corpus, quod sæpenumero resistit? quin potius propter se & naturam suam, cum cupiditas quidem amore erga Deum protenditur; ira vero viriliter roborata, & non inflexa, cum cupiditate conspirat. Ratio autem eorum, quæ non videntur (p) contemplationes sine inumbratione & obscuritate recipit, & unicè illuminatur. pulchre ante nos à quodam sapiente dictum est:

Euagrius.

unum desiderium bonum, & æternum quo vera cognitio concupiscitur. Has potentias animus qui sordidat, in vitio & ignorantia versatur; & non ex corpore vitia ducit, quamvis quædam ex ipsis per corpus patrantur: ex quibus nihil unquam verbum Dei recipere potest, cum sit natura immutabile, & invariabile. Non tamen propter impassibilitatem naturæ recusabit unionem substantialem cum natura humana, ne recusatio passio vera fore videatur, & vereri in illis esse, in quibus animæ studiosorum ipso adjutore nihil incommodi ex corpore ceperunt, immo magis Deo pleni fuerunt utentes corpore non adversario, sed adjutore.

Duæ dici debent Hypostases.

„ Si perfecta, inquiunt, est hypostasis verbi, & perfecta item hominis, quem „ suscepit, mansit autem verbum immutabile, caro etiam servata est invariabilis, „ quo-

mus, quando autem natum sit, aut ubi existat, non subjicimus: essentiam enim animalis solum significamus, relictis illis, quæ in omni re creata conjunctè intelliguntur: quæ sunt tempus & locus, sine tempore enim & loco nihil rerum creatarum dicere aut intelligere possumus. *Tur.*

(m) naturaliter.) οὐσιωδῶς, q. d. essentialiter. *Tur.*

(n) Propter unionem cum corpore.) διὰ τὴν κρᾶσιν τοῦ σώματος. q. d. propter mixtionem cum corpore. *Tur.*

(o) Ratione existentiæ.) ὑπάρξεως λόγῳ. *Tur.*

(p) contemplationes.) ἀΰλους ἐμφάσεις vocat τὰς θεωρίας τῶν ἀοράτων, ἤτοι τῶν μὴ βλεπομένων, considerationes invisibilium vel non apparentium, ut S. Paulus ait. *Tur.*

„ quomodo non eſt pium dicere duas hypoſtaſes, neutrâ confuſâ? Videntur mihi valde malitiosè, & indoctè percontari. Siquidem quaſi nos non prius diſtinxerimus perfectum, quomodo dicatur & quòd dupliciter; præterea etiam, quid proprie ſignificet hypoſtaſis, transferunt ſe à natura verbi, quæ commune etiam naturæ cum proprietate hypoſtaſis ſignificat; verbi enim naturam diximus non ſimpliciter naturam, transferunt, inquam, ſe ad proprium ſignificatum hypoſtaſis, & ajunt perfectam eſſe hypoſtaſim verbi: ſic vocantes naturam filii αὐτοτελῆ id eſt, per ſe perfectam, quæ non eſt alia præter naturam patris, deſignatione proprietatis ſecundum generationem ſolum differens, prædicantes proprietatem pro eo, in quo eſt proprietas; & habitudinem naturarum inter ſe pro iis, in quibus hæc habitudo prædicatur. Nomina enim alia declarant naturam ſubjectorum; alia habitudinem rerum oſtendunt. Eorum autem, quæ ſpecie differunt, ad ea quæ ejusdem ſpeciei ſunt, diverſa eſt communicatio habitudinum: Nam quæ habent communia ſpeciei, ſcilicet hypoſtaſes; his communibus ea, quæ ſunt ejuſdem ſpeciei, dividuntur inter ſe. Et quibus dividuntur ea, quæ ſunt diverſæ ſpeciei, nempe naturis, his copulantur inter ſe, quæ ſunt ejuſdem ſpeciei: numero enim diſcreta inter ſe, cum iis quæ ſunt ejuſdem ſpeciei copulantur, in natura ſcilicet. Definitione autem copulata inter ſe, ab iis, quæ ſunt diverſæ naturæ diſtincta ſunt. Cum ergo duæ habitudines ſecundum idem verbum cernantur, una quidem, ſecundum quam filius eſt idem cum patre; altera, ſecundum quam filius eſt ab eo diſtinctus, & una, quidem declaretur appellatione naturæ; altera vero appellatione hypoſtaſis, commutantes iſti habitudines, habitudinem diſtinguentem à patre carni dant; ignorantes naturam quidem totam eſſe Dei, quæ eſt ſubſtantia verbi, perfecti perfecta, proprietatem vero generationis feciſſe, ut vocaretur hypoſtaſis, & filius, ſicuti rurſus in patre proprietas innaſcibilitatis, & (q) cauſæ hypoſtaſim, & patrem oſtendit. idem intelligendum eſt in Spiritu S. non enim natura patris, & filii, & Spiritus Sancti vim habet complendi tanquam minus ſit in una quàm in tribus. Et hoc eſt natura trinitas, quod eſt unum quid eorum, qui cernuntur in trinitate, quoniam non eſt ex tribus imperfectus unum perfectum, ſed ex tribus perfectis unum ſupraperfectum, & anteperfectum, ut alicubi dicit magnus Dionyſius. *ὑπερτελὲς, προτέλειον.* Cum igitur ſex habitudines contempletur, duas patris ad verbum, & verbi ad patrem: duas deinde verbi ad carnem, & carnis ad verbum: duas præterea Chriſti ad nos, & noſtras ad ipſum, tres fiunt generales conjugationes: ac prima quidem habitudo conjugationum ſic habet, ſicut tertia quidem à prima. ſecunda vero à media, illa enim quibus extrema inter ſe conveniunt, contrario modo ſe habent, atque in media; ſicut contrà, media. Quibus enim contrarie habet ad ſeipſam, convenienter habet ad extrema; & quibus rurſus convenienter habet ad ſeipſam, contrarie habet ad extrema. His breviter dictis, conabor explanare exemplo. *Exemplum unionis animæ & corporis.* Sint poſitæ tres res, anima ſimpliciter, corpus ſimpliciter, homo ex anima & corpore compoſitus, & horum inter ſe habitudines, ut animæ ad animam, animæ ad corpus ſuum; hominis ad corpus ſimpliciter, & ad animam ſimpliciter. Anima quidem ad animam ſic ſe habet, ut diverſitate naturæ diſcreta ſit; unita vero ratione hypoſtaſis, quam vita ἀλληλοῦχος id eſt, mutuo accepta, & reddita perfecit. hoc ſecunda eademque media habitudo ſervat. homo vero ad corpus ſimpliciter, & ad animam ſimpliciter relatus, tanquam totus omnino ab iſtis diſcretus, propter habitudinem ad partes ſuas, ſecundam communionem cum ipſis facit. Quare Chriſtus ad nos, & ad patrem relatus, tanquam totus ex partibus, propter partes ſuas medius eſt inter extrema, ex toto hypoſtaſis, relatus ad patrem, propter divinitatem cum humanitate; & ex toto hypoſtaſis relatus ad nos, propter humanitatem, cum divinitate permutatis, habitudinibus ſecundum diſtinctionem, & unionem quas ſecum propter partes ſuas habet; & quas cum patre, & nobiſcum habet, propter convenientiam partium cum extremis. *Deus, & homo extrema.* Cum autem partes dicimus, audire oportet prudenter: non enim partes dicimus tanquam imperfectas natura, ſed tanquam complentes perſonam hypoſtaſis Chriſti. *Partes & totum.* Sic enim à Gregorio & Cyrillo dictum eſt totum non una natura, & ſimpliciter, & ad aliquid, & imperfectum, & perfectum.

„ Quid igitur aiunt? Nonne dicimus unam naturam hominis, quamvis cognoſcamus, differentia eſſe, quæ coëunt in unum? quid ergo obſtat, quin ſicut hic non ad tollendum proprietatem pârtium naturas vocamus, naturam, aliquid ſimile in Chriſto facere videamur? Quin potius convitia facitis, & illuditis quaſi confuſionem in Chriſto excogitemus, quia partes appellatione totius ſignificamus. *Una natura poteſt dici in Chriſto.* Si

(q) Cauſſæ hypoſtaſin.) utitur vocabulo *cauſſa* pro principio, more Græcorum. *Tur.*

Sæc. VII. Anno. 605.

Si volebatis vocare partes nomine totius, oportebat profecto, ut totum etiam nominatione partium declararetis, atque ita nulla vobis invidia esset. Carnem autem, vel hominem vocantes potius dominum, totum ex parte significaretis, & non duas naturas vocantes unam. Sæpe enim non proprie loqui discrepantiam dogmatis efficit. Unde nos secundum scripturas, & speculationes à patribus traditas sæpe totum ex parte, & partem nomine totius afficimus, cum verbum filium hominis nominamus; & dominum gloriæ crucifixum confitemur. Sed non propterea communicatione idiomatum tollimus propriam rationem proprietatis alterutrius in eodem. Deinde, hæc etiam nobis per propria nomina declarantur, cum communicationem quidem idiomatum in una hypostasi contemplamur; proprietatem vero quæ est in communitate, in differentia naturarum agnoscimus. Vos autem utentes exemplo hominis, cum ipso prototypo exemplum simul corrumpitis. Unam enim naturam hominis dicimus. non ut vos dicitis, qui naturam carnis in substantiam animæ trahitis, ut fiant idem; aut rursus naturam animæ in substantiam carnis, nec ex alterutra utramcunque fieri dicimus. Naturam autem vocamus hanc non intuentes in habitudinem partium, nulla enim est ratio, quæ diversitatem naturæ partium etiam in unione lædat. Sed potius significationem universalis, & speciei de particulari, & proprio prædicamus, quia, sicut tradunt, qui regulas disserendi discernunt, particularia quidem communicant universalibus; universalia vero prædicantur de particularibus; & (r) communicatio quidem individuorum ad speciem relata, est secundum naturam; universalium vero communicatio ad particularia, est secundum appellationem, (sive prædicationem) idcirco non recusamus ut dixi, appellatione totius appellare partem, quia una natura totum speciei humanæ repræsentat, quia nihil eorum, quæ sub eadem specie numerantur, est diversæ substantiæ, unde convenienter & apte nomine communis particulare nominatur. Non enim reperiri potest aliquis homo, qui sit diversa specie (s) ab homine universali. in Christo autem hujusmodi ordo habitudinis, non reperitur, cum non sit species Christorum, sicut est species hominum, ut ex his Christis unus tanquam proprie quodammodo propter universalem & communem Christum Christus ipse nominatus, una natura dicatur ad illos, & ab illis; ut ipsum & unam naturam, & duas vocemus; unam quidem habentem, propter communitatem naturæ; duas vero, propter partes ejus, sicut in nobis cernitur. Cum enim causa, quæ in nobis est, non reperiatur ab illo, quod in nobis proprie, & apte dicitur, ad illum non potest transferri. Manifestum autem est hic, quare homo dicitur una, & duæ naturæ. Unam naturam habet propter communicationem speciei; duas vero propter partes, quæ non sunt altera in alteram mutatæ: In Christo autem cum non sit species, quomodo duæ naturæ dici possunt una? tres enim tantum modos reperimus, quibus aliquid una natura dicitur, aut quia est species; aut quia participat speciem; aut quod confusione ex diversis speciebus diversa specie effectum est, quod utriusque particeps, nec alterutrum pure est. Quam naturam adulterinam vocant, qui hæc tractant.

Quot modis dicitur una natura.

Præterea, ne duæ naturæ in Christo dicantur, hujusmodi dubitationes opponitis, non enim ut duas, & unam sicut in nobis dicatis, sed ut unam solam, hinc enim vobis etiam non volentibus passio confusionis insuper advenit, & nec passio divisionis recedit. Non enim necesse est, ut una natura unum numero sit, quinimmo tam multa, & tot numero, quot sunt hypostases complentes ipsam naturam. Consideremus etiam sic, quæ sunt eidem æqualia, inter se sunt æqualia. Describatur triangulus æquilaterus rectangulus, ut enim se habet primum latus ad secundum, & secundum ad tertium ita se habet primum ad extremum. (t) Scribe igitur tria latera, & da tres personas in uno quoque latere; & reperies, quod sicut se habet primum ad medium, & medium ad extremum, ita se habebit primum ad extremum. Quare hæc dico? Quia si datis dici unam verbi, & carnis naturam, confitemini antè unam esse naturam verbi & patris, dabitis igitur unam esse naturam carnis & patris. „ At inquiunt, „ non dicimus eodem modo unam esse utriusque naturam; sed in patre & filio eadem „ ratione naturæ; hic autem in Christo ratione unionis, ergo non est idem quod unione

(r) Communicatio quidem individuorum.) communicatio individuorum ad speciem est secundum naturam, & non secundum appellationem; quia individuum naturaliter participat speciem, quæ cum ipso communicatur secundum naturam; sed non prædicatur individuum de natura, directa scilicet & usitata prædicatione, non enim dicimus: Homo est Petrus. Contrà verò fit in communicatione universalium ad particularia. Est enim hæc communicatio secundum appellationem seu prædicationem; cum universalia de particularibus directa prædicatione prædicentur, dicimus enim: Petrus est homo. *Tur.*

(s) Ab homine universali) πρὸς τὸν καθόλου ἄνθρωπον. *Tur.*

(t) Scribe igitur tria latera)
verbum caro
pater. Δ caro. Verbum Δ pater.
pater
caro Δ verbum. *Tur.*

„ ne unum dicitur, & quod natura unum". si autem non est idem, secundum aliud quidem illud; secundum vero aliud hoc. quare erit idem unum, & duo; unum quidem unione; duo vero naturis, quod si non hoc, erit idem secundum idem & unius substantiæ, & diversæ substantiæ, quo quid esse potest magis absurdum? Sic vobis una natura, quam dicitis, non effugit divisionem, quam habet natura in multitudine personarum communicantium ipsi, & confusionem introduxit in identitate naturæ compositæ, nec alterutrum unitorum post unionem exhibens. nobis autem utrumque, Dei gratia, pulchre servatum est & differentia unitorum, quam prædicamus etiam in unione duplicis naturæ, & una, atque eadem persona propter concursum duarum naturarum unitarum in unam hypostasim.

Tres in Christo naturæ debent dici.

„ Sicut tibi visum est, explicasti, in uno quoque homine duas naturas, & unam „ dici, ex quo quidnam sequitur, nisi in Christo non duas tantum naturas confiteri, sed etiam tres. Quomodo igitur alterum confitentes, alterum recusatis? Cum alioqui ratio necessaria hoc fateri quamvis nolentem cogat? Quid nos ad hæc? Quid aliud, quam quod in eos convenit. Sapientia fatui est, ut ait scriptura, sermones non expensi, neque considerati. Cum enim sermones suos non mandunt, & idcirco neque concoquunt, ex malis cibis insipientiæ ructationes nobis, & halitus, (quomodo enim sine nausea, & fastidio dicam) non bene olentes emittunt. Cum non omnis quæstio quod in dubium venit, consideret, & ex concessis rationem concludat, isti (non enim sunt sapientes (u) nisi in inscitia) quod est ab omnibus concessum, tanquam dubium in quæstione ponunt; & quod manifestum, tanquam obscurum inducunt. Siquidem natura hominis, secundum communes omnium notiones, animam & corpus significat; & consignificat, ut sæpe dixi, cum toto partes. isti vero quod à cogitatione omnium recessit, tanquam dubium sumunt, quasi aliquis nostrum affirmet, quod homo est aliquid duplex, vel corpus solum, vel anima sola; & ideo volunt dicere in Christo tres naturas, quasi natura hominis non satis sit ad inferendum secum partes. Duas enim naturas dicimus non Dei & carnis, neque Dei, & animæ, sed Dei & hominis. Nec enim proprie est natura hominis, natura partis. quare qui dixit hominem vel naturam hominis, naturas declaravit. qui autem Christum nominavit, neque (x) nomen certum & nostris notionibus subjectum nominavit, neque rem declaravit.

Declarant hoc multæ, & variæ & inter se pugnantes de eo apud Christianos opiniones, quæ non extitissent, si statim nomen Christi veritatem rei subjectæ significaret. at appellatio hominis communis est, & omnibus vulgata, & maxime Christianis. Nomen vero Christi simile est nomini artis, & scientiæ. Ut enim (y) illa nomina artis & scientiæ illi tantum sciunt, qui illam disciplinam perceperunt; sic iis tantum, qui in divinis eruditi sunt, veritas in hoc nomine abdita, explanata est. testantur ipsi verum esse quod dico, qui semper affirmant ex duabus naturis constare Christum, & nunquam ex tribus naturis, quamvis animam rationis participem carni Christi tribuunt. Sint itaque isti primi auctores, & duces hujus inscitiæ, & confitebuntur ex tribus eum naturis esse. & nos in eo acquiescemus, quod confitemur ea, ex quibus factus est servari, in quo hæc noscuntur esse, siquidem non ex tribus solum, sed ex pluribus eum esse dicere cogentur, ut demonstrabimus, quia adhuc rerum simplex, & generalis notio facit, ut cognitionem habeamus universam, & non explicatam, horum autem divisio cogitatione, ad perfectam cognitionem nos adducit eorum, ex quibus constant. Ob hanc causam divisionem totius in partes facimus, dividere autem in partes partium post primam divisionem, ridiculum est. Non enim huc usque evadit, & hic sistit, sed in infinitum progreditur, verbi gratia, ut quod dico, intelligatur, partes hominis sunt corpus & anima; partes vero partium ejus, in anima quidem substantia rationis particeps, & qualitas incorporea, & hæc partim est vis ratiocinandi quæ est princeps, partim irascendi, partim concupiscendi & harum partium illa princeps notiones format; & cogitat; & meminit; & consultat, & opinatur. pars irascendi appetit, & declinat; pars concupiscendi habet facultatem propulsandi, & efficiendi, & multa alia subter ista dividuntur. Omittatur nunc illa quæstio, utrum sint hæc tanquam partes in anima, an tanquam potentiæ, sive facultates: & quæ sic; & quæ secus. Non enim hæc agimus nunc. Rursus divisio corporis fit in partes similes, & dissimiles; & dissimilium, in caput, & manus, & pedes; & hæc in ossa, & carnes, & nervos; & hæc rursus in quatuor elementa; & hæc in materiam, & formam. Multa etiam alia medici philosophantur de facultatibus naturalibus, ex quibus

aliam

(u) Nisi in inscitia) σοφοὶ τὴν ἀπαιδευσίαν. Tur.

(x) Nomen certum) κλῆσιν ὁμολογουμένην. Tur.

(y) Nomina artis) τεχνικὸν καὶ ἐπιστημονικὸν ὄνομα. Tur.

aliam vocant attrahendi facultatem, aliam retinendi, aliam immutandi, aliam secernendi. Multa vero etiam de sensu, & phantasia, & de vitali & organico spiritu, qui continet animal, qui alius spiritus est, ut ajunt, præter rationalem. Sicut ergo ad significanda hæc omnia satis est dicere carnem, vel corpus hominis; & rursus satis est nominando animam rationalem, declarare partes, in quas divisa est, nec enim fideles loqui artificiose consueverunt, nec hoc eis placet; sic satis est nominasse hominem, vel naturam hominis ad declaranda omnia, ex quibus compositus est, & in quibus esse cognoscitur. Isti autem talia captiose loquuntur, non ut hominem perfectum ostendant, sed ut Dominum calumnientur, & eum à salute nostra alienent, quasi vel non assumpsisset à principio humanitatem nostram, vel non servasset incolume, quod ex nobis habuit salutis totius naturæ pignus, quod excidere non poterat. Sed sciant, quod confessio partium, ut dixi, index est incolume esse totum; iterata vero partium in partes divisio non est dogmaticæ brevitatis, neque sermonis secundum evangelium concisi, sed scepticæ speculationis, & artificii supervacanei, & plerisque difficilis ad intelligendum. Partes enim Christi non confusæ, sunt divinitas & humanitas; anima vero & corpus non sunt partes Christi, sed partes partis. quibus declaratis, per significationem perfectam humanitatis naturalis, supervacua est subdivisio in naturas partium, nisi post subdivisiones quibus prius in homine communi usi sumus, reliquam divisionem velint inducere; ut hinc non tres tantum, secundum eos, sed etiam plures naturas in Christo profiteri oporteat, quo quid esse potest magis joculare?

Modus unionis.

„ Quandoquidem universum bellum motum est de modo unionis, quem plerique „ ignorant, & idcirco omnibus in dubium venit, de hac unione philosophari opor„ tet, ut scrire possimus, utrum de hoc ipso dissentiamus; an vero nobis de hoc con„ sentientibus quæstio sit, quid efficiat unio; & utrum de rebus ipsis sit controversia, „ an de vocibus res ipsas significantibus. Sic enim quæstione distinctè habita, & verita„ te rerum ostensa, qui imperite, aut impie contradicit, patefiet, vel corrigendus, vel in „ judicio vituperandus". Unionem divinitatis cum humanitate alii secundum substantiam factam esse affirmarunt, alii secundum energiam: * alii secundum voluntatem.

κατὰ γνώμην.

Sunt autem qui nimiam reverentiam in Deum vel habentes vel simulantes, nullo ex his modo factam dixerunt, sed ineffabilem esse & carere nomine affirmarunt. sive ita haberent, sive non, metuebant certe ne impietatis arguerentur. Vidimus enim etiam nunc quosdam, qui cum notionem unionis valde expressam, & tritam haberent, ἄῤῥητον, id est, ineffabilem eam vocabant: ut non solum contrario contrarium efficerent, id est dicendo esse ineffabilem, vulgatam facerent, sed ut argumenta, quibus redarguerentur, effugerent. Sicut alii sane, ut carnem Domini magis ficte apparere, quam in ea confusionem factam esse defendere studerent, incarnatum esse ut voluit, & ut ipse novit, ajebant. Non enim ut hæc probent, ad reverentiam revera à reverentia alienam se conferunt, alioqui veritas hos ad lumen suum adduceret, sed ut licenter impietate abutantur, ad honesta nomina, tanquam ad propugnaculum quoddam validum & inexpugnabile confugiunt. Vere enim neque dici nec intelligi potest unio secundum substantiam, & substantialis, & in hypostasi. Quomodo enim quæ tantopere secundum naturam differunt, & tam longe distant, inter se coierunt, & (z) unita non sunt confusa; sed potius unum est, & duo noscuntur, & nec unitate personæ commixta sunt; neque propter proprietates naturarum in hypostases divisa sunt. Hæc sola fides capit, & verbum divinum, quod non pronunciatione vocis, sed illuminatione intelligentiæ hæc declarat; & eos, qui digni sunt, doctrina non sonante, sed tacita erudit.

Contra unionem secundum dignitatem.

De eis igitur qui ex reverentia ægrotant, donec quid eis propositum sit, non est manifestum, neque verbum faciendum est. qui vero neque ex lumine, si id nacti sunt, fiduciam capiunt, nec quod animas tenebris circumfusas habeant, moleste ferunt, tanquam insanabiles à nobis rejiciantur: de aliis vero sic disseremus. Qui unionem non secundum substantiam, sed secundum operationem aut beneplacitum, aut aliam quamdam hujusmodi habitudinem factam esse tradunt; ad veritatem quidem nullo modo proxime accedunt; mendacium vero, quod multiplex est, partiti sunt, aliis aliam partem ejus avellentibus, & in unam aberrationem à veritate, inter se conciliatis. Qualis enim potest esse hæc unio, & quomodo digna nomine unionis illius supra naturam, & quæ sola est post solam & primam, quæ non colligat res, & in idip-

* Utrumque docuerat Theodorus Mopsuestenus Nestorii præceptor: aliter paulo Nestoriani, qui unionem nominis dignitatis & honoris appellabant BASN.

(z) Unita non sunt confusa) κραθέντα οὐ συγκέχυνται. Utuntur Orthodoxi scriptores vocabulo κράσεως, q. d. mixtionis, in mysterio Incarnationis explicando: sed utuntur sensu bono & commodo, ut præcise unionem significet. Photius de Eulogio Patriarcha Alexandrino. κέχρηται δὲ καὶ τῇ λέξει τῆς κράσεως εὐσεβῶς μέν. *Usus est & Craseos vocabulo: sed pie, testatus se id non usurpare more amentis Apollinarii: neque impii Eutychis; sed ut pietatis regula prascribit. Tur.*

idipsum adducit? Unde admirari licet, quod cum hujusmodi unionem isti profiteantur, & celebrent, illud non confusas esse naturas, & illud immutabile earum opponunt. quam enim mutationem suspicari jure possunt in divisione rerum, qui dignitates quidem in dignitatem confundunt, (non enim dignitates dignitati unquam fieri possunt sine confusione, sicut neque naturæ natura sine mutatione) substantias vero separant? nec enim unio rerum est unio dignitatis. Alioqui cunctos qui divinam dignitatem sortiti sunt, in unum cum divina substantia conjungemus, & duas naturas esse in singulis sanctis docebimus. quantitas enim dignitatis, non omnino dividit ea, quæ secundum dignitatem differunt, sed quanta fuerit, tantum conjunget naturas, nec enim omnino eas separabit, non separato eo, quod conjungit. Quantum enim participant dignitatem, tantum participare debent rationem naturæ. Si autem cum altera persona sanctæ Trinitatis copulare volunt reliquos sanctos præterquam cum Christo, sit hoc potestatis, quam habent in impietate; vocati namque sunt Dei, & filii Dei, & Spiritus sancti; sicut Apostolus ait, qui adhæret, Deo, unus spiritus est. Quomodo ergo, cum omnis creatura rationalis & beata, quæcunque est in angelis & hominibus, plena sit gratia deificante, & adoptante Spiritus Sancti, solus natus ex virgine, Deus, & filius hominis in scriptura, vocatus est; & secundum scripturam adoratur ab omni rationali natura? oportebat namque impios scire, quod etsi præcipua pars variæ distributionis inest in celsioribus comparatis cum inferioribus, commune tamen esse cum omnibus charisma operationis, & donum dignitatis; & vel illas cum verbo Dei: vel cum una, quam volunt, ex personis sanctæ Trinitatis, vel cum tota veneranda Trinitate conjungere in duas naturas; & duas, aut quatuor hypostases dividere. Aut si non cum his, cum natura verbi Dei conjungere, & vel in unum filium componere; vel ipsum unum facere homonyme filium comparatum cum filio primogenito, hæc, inquam, oportebat impios istos scire, & non alia sentire, & alia loqui. Cum enim una sit naturalis habitudo filii, ex cujus habitudinis participatione omnis habitudo filii existit, necesse est hominem, quem ipsi faciunt, aut naturalem habitudinem filii participare, aut illam, quæ ex gratia fit; & vel ipsum cum unigenito conjungere tanquam unione secundum substantiam reddente mutuo alteri naturæ, quæ alteri insunt: aut pios esse non patientes, aperte ipsum in eundem ordinem cum aliis redigere. At hi in impietate quidem non fidenter audent, natura enim malum diffidentiam creat; veritatem vero non amant; neque rursus præmia linguæ dolosæ metuunt.

Sola, & prima unio divinæ naturæ, in tribus personis sine divisione ulla.

ἐνεργείας.

μιᾶς γὰρ οὔσης τῆς φυσικῆς υἱότητος.

Verum isti quidem excludantur ex divino cœtu cum parentibus hujus impietatis Nestorio, & aliis, quicunque hunc docuerunt, & quos ipse docuit. Unionis verò secundum substantiam veritas magna voce prædicetur. & de hac philosophandum est, ut ipsi veritati placet. Non enim leve periculum, si quis ab hac deflexus, & detortus in contrarium quidem, æquale vero malum, confusionem dico, incidat. Ut autem nota sit nobis differentia unionis eorum, quæ secundum substantiam uniuntur, & non mutantur in ea, quæ ex unione, natura mutantur: & quæ species sit prioris unionis; & quis effectus secundæ, fiat jam divisio. Omnia, quæ sunt, conjunguntur inter se communitatibus universalibus; & rursus divisa sunt inter se differentiis specificis, & nec unionibus confundunt divisum; neque divisionibus separant unitum. Quin potius si oportet loqui præter opinionem vulgi, & secundum Patres, unita sunt divisè; & divisa unitè. Unionum autem, & divisionum duplex est ratio. Alia enim unita quidem sunt speciebus; divisa vero hypostasibus. Alia divisa sunt speciebus, unita vero hypostasibus. & eorum, quæ unita sunt speciebus, divisa autem hypostasibus, partim simplicem unionem & divisionem habent; partim compositam. De iis igitur quæ simplicem habent habitudinem, non est nunc dicendum, non enim ad quæstionem præsentem pertinet illorum (a) per partes explicatio: ac interim multorum cognitionem, & disciplinam subterfugere. Sed de habitudinibus secundum compositionem, id est, connexionem, vel κρᾶσιν, vel unionem, vel quomodocunque vocare libet substantiales habitudines eorum, quæ diversæ speciei sunt, dicendum nobis est, rejectis ad eos, qui de nominibus certant, significationibus magis manifestis, aut magis propriis, ut ipsi putant. Non enim nobis vacat ad eligendum voces, qui ad intelligendum properamus.

De unione secundum substantiam.

De unione & discretione.

Eorum igitur, quæ substantialiter sunt, & secundum substantiam uniuntur, partim etiam in unione servant propriam rationem essentiæ; partim confundunt, & lædunt ac tollunt, (b) quod summum est in unitis. Priorum igitur habitudo, quæ inter ipsa &

Uniones variæ.

(a) Per partes explic.) ἐξαπλώσεις εἰς τὰ κατὰ μέρος. Tur.

(b) quod summum est in unitis.) τὴν ἀκρότητα τῶν ἡνωμένων. Tur.

SÆC. VII. ANNO. 605.

& in ipsis cernitur, unum quidem ex utrisque perficit; & ut ita dicam, demonstrat unum numero esse, & ea differentiam essentiæ in ipsa eadem unitate servare, atque hujus rei exemplum sit in animalibus quidem homo naturæ nostræ; in simplicibus autem, aut corporibus naturalibus eorum, quæ hypostasim habent, & per se esse possunt, (*c*) talis habitudo inter ipsa. Ut verbi gratia, in lampade licet cernere. aliud enim est (*d*) lucerna, aliud rursus substantia ignis flammea, inter se autem; & in se ipsis unita unam faciunt ambo lampadem. Ut si quis dicat, etsi durum videatur, ignis est ligneus; & lignum igneum. & hoc quidem participavit splendorem ignis; ille vero, id est, ignis terrenam crassitudinem ex face; & alterum alteri reddidit vicissim idiomata, cum ambo alioqui in proprietate sua fixa, & non confusa maneant. Nemo vero male feriatus, & otio abutens exemplum carpat, si quid dissimile habet, proferens oleum, quod in hac unione medium est, aut qualitatem olei subjectam, aut non durare diu, sed in cinerem redigi, memor, eorum, quæ antea diximus de exemplo, & de ejus definitione. eadem reperiri potest unio ignis cum aëre; & aëris cum aqua: mixtio enim aquæ cum terra speciem attingit confundentem unionem; præparatque humidis, & tenuibus, præcipuis vero secundum immutationem qualitatum, & variationem ex mutua affectione proficiscentem. Prætereo enim dicere qualitates, quæ separatis substantiis, sæpenumero inter se sunt unitæ sine mixtione; sicut stellarum lucentium splendores inter se, & cum aere unitæ, servant proprietatem quanti in quali. demonstrat hoc ars, quæ naturæ est imitatrix. Si quis igitur, ut magnus Dionysius ait, multas faces accensas in una domo includat, deinde unam ex omnibus educat è domo, simul exibit cum hac & lumen proprium, nihil aliorum luminum sibi assumens, neque quicquam proprii luminis rursus illis facibus relinquens, & ut universe dicam, nihil eorum, quæ uniuntur, mutationem, aut confusionem subit, nisi prius utrumque unitorum qualitates habeat passibiles. si enim non sunt ejusmodi, qualitas quidem efficiendi facultatem habens, faciet, non patietur; qualitas vero passibilis patietur, non efficiet. Quorum autem communis ratio est passionem accipiendi, & reddendi, hæc secundum dominatum causarum efficientium passiones, quem habent in alterutro, aut æqualitatem, patiuntur, & agunt. Sicut evenit in omnibus, quæ liquantur; & in metallis, & in iis omnibus quæ medici, vel artifices igne utentes commiscere & liquare ex arte solent.

ἐκ τῆς ἀντιπεπονθήσεως.

His ergo prius distinctis, sciendum est, quod quæ habent vim mutandi se inter se constantia ex diversis speciebus, & substantiis nihil purum in compositione servant post compositionem: sed potius ars proprietatis omnium miscens, & confundens, ex omnibus aliam præter omnia speciem ex toto commixtam reddidit: fitque multarum hypostaseon & naturarum commixtio & confusio, quæ neque proprium hypostasis, neque commune naturæ conservat. sed aliud ex his fit, quod cum nullo eorum, ex quibus factum est, idem existit. Si igitur divinitas & humanitas secundum substantiam unitæ, non servant in unione suam naturalem proprietatem, confusæ sunt; & neque divinitas mansit, neque humanitas, sed alia species substantiæ ex his, quæ non est ista, quæ unita sunt, confecta est. Quo quid esse potest magis impium, aut magis detestabile vel cogitare tantum, ne dum sentire, & docere?

Autoritates Patrum.

Reliquum igitur est, ut ex investigatione quæstionis unionis secundum substantiam & divinitatis & humanitatis proprietatem sine confusione secundum exempla superiora intelligamus, colligentes ex omnibus tenuem quandam imaginem veritatis omnia superantis, quæ demonstrat (*e*) unum quoddam ex his reddi, sive personam, sive hypostasim, sive atomum, sive subjectum, sive quid aliud appellare libet, non contendo. Eos enim, qui dignitate, vel auctoritate, aut aliqua hujusmodi habitudine dividente copulando separant, paulo ante disputatio nostra refutavit, & convicit naturas dividere hypostasibus, nullamque communionem vel inter se accipiendi, vel reddendi habere. Ac de his hactenus secundum parvam mensuram intelligentiæ, quæ à nobis tributa est. Mittimus deinceps Lectorem ad doctrinam sanctorum Patrum, à quibus nos hæc tanquam in parvo vase ratione mentis nostræ humilis hausimus, & eos, qui studio veritatis tenentur, potare studuimus. Vos autem, quibus hæc porrexit veritas, habete ea tanquam remedium oblivionis, & post meum ab hac vita recessum tanquam monumentum amoris, ne lapsu temporis effluens abeat. retundite autem audaciores, & simpliciores manu ducite ad fulgorem veritatis purum, & liquidum, qui per hæc in sanctis patribus cernitur, & orate pro nobis, qui hæc propter chari-

(*c*) Talis habitudo.) *ποῖα σχέσις. habitudo qualificata. Tur.*
(*d*) Lucerna) *θρυαλλίς. Tur.*
(*e*) Unum quoddam) [illegible] *Tur.*

charitatem, ut conscientia testatur, & præter voluntatem conscribere sustinuimus. Deo autem gratias agimus pro omni dono ejus in omnibus, in sæcula seculorum. Amen. SÆC. VII. ANNO 605.

Allaturus in medium auctoritates sanctorum Patrum, ad confirmationem eorum, quæ scripsimus, rogo Lectorem, ut advertat animum, prudentem enim auditorem requirit doctrina eorum, qui fuerunt admirabiles Spiritus sancti consiliarii. Laborat enim sermo auribus imperitiæ sordibus onustis exceptus. Sicut monile aureum, ait sapiens in Proverb. & Sardium magni precii alligatum, sic sermo sapiens in auribus bene audientium. auditum igitur nostrum secundum sensum divinum, repurgemus ab omni onere ex anticipatione conflato, & mentem surdam reddente. Jam enim nubem testium, sicut Apostolus ait, producemus. Si forte tantis cedant qui repugnant. Siquidem propter contentionem à majoribus eorum traditam non produximus auctoritatem ambiguam, aut quæ dupliciter accipi posset, nec ignobiles patres testes citavimus, sed potius clarissimos, & qui fuerunt splendidissima orbis lumina ad dicendum testimonium vocavimus. Produximusque testimonia manifestissima, & minime dubia, ut omnem eorum adversus veritatem excogitationem excluderemus. Non recitavimus testimonia, in quibus est, ex quibus, & à quibus, & de quibus (scilicet naturis) & ante unionem, ut ipsis placet vocare, aut in unione, & non etiam post unionem; siquidem est secundum sapientiam istorum finis hujus unionis: sed indicavimus sanctos, qui in testimoniis suis dixerunt in quibus, & per quas, & utrasque, & per ambas, & ambas naturas, & substantias existentes, & servatas in unione; & in tempus infinitum indivisibiles in unione secundum substantiam hypostatica. Si quis autem horum multitudinem, vel auctortiatem personarum, sicut ille impius, quem scriptura dicit, non reveretur; ait enim, impius est, qui non reveretur personam honorati, ipse autem ignotas auctoritates, & non vel ex ipsis cognitas vel ex aliis, his nostris contrarias producit, demonstret prius non esse illorum has nostras, & sic istas recipiemus. Quandiu enim hæ satis firmitatis habent, propter splendorem librorum, & propter nobilitatem Patrum, illas vel non recipiemus à principio, cum his pugnantes: vel si recipiamus, tanquam cum his consentientes, & nullo modo discrepantes recipiemus. Conari enim Theologos ad contradictionem adducere, & dicere à se ipsis dissentire, hic conatus susceptus, & hoc negotium non est contra nos, sed contra illorum gloriam, immo vero contra Paulum, & adhuc contra Spiritus Sancti auctoritatem, & Christum, qui in Paulo loquebatur. Post enim Apostolos, & Prophetas Doctores posuit in ecclesia Deus secundum providentiam Spiritus Sancti incomprehensam, in opus ministerii, ad ædificationem corporis Christi. Quare qui Patres illos non recipit, qui in ecclesia clari, & celebres sunt, plane ordinationi & constitutioni Dei resistit. Quid ergo substantia ab hypostase differat, id est, natura à persona, ex magnis luminibus Basilio, & Gregorio licet discere; qui sub regulam, & definitionem, quæ nunc quærimus, reduxerunt, clare, & distincte docentes, quid substantia, & quid hypostasis, & quod natura idem est quod substantia; & idem hypostasis & persona. & quomodo, & de quibus hæc dicuntur. * Et quod Trinitas contra atque incarnatio habet pronomina, & complexionem secundum adjunctionem & varitationem nominum. Post hanc comparationem, producemus in medium alios sacros doctores, una aut altera auctoritate recitata, quæ totam mentem sanctorum nobis ob oculos ponat. Hæ enim sufficiunt reverentiæ & pudori prudentium. Nam qui non fuerint tales, nec universus cœtus sanctorum eis persuadebit, quamvis omnes eorum doctrinas hauriamus, & in istos effundamus.

Proœmium. *Auctoritas Patrum.*

S. Basilii ex epistola ad Terentium.

SI oportet, ut nos etiam, quod nobis videtur, dicamus, illud dicemus, quod quam rationem habet commune ad proprium, hunc habet substantia ad hypostasim, unusquisque enim nostrum communi ratione substantiæ participat essentiam; & proprietatibus quæ circa ipsum sunt, est ille, & ille. Sic etiam illic ratio quidem substantiæ communis est, ut bonitas, vel divinitas, sive aliud quid intelligatur, hypostasis vero in proprietate paternitatis, vel filiationis, vel virtutis sanctificantis cernitur. Si igitur dicunt personas esse sine hypostasi, ex se ipsa habet oratio absurdum: Sin autem

* *Adde: pronomina sunt, quæ ponuntur pro nominibus personarum, in trinitate est alius & alius, sed non aliud & aliud, & est hic, & iste, & ille, in incarnatione contra, non est hæc complexio, est alius, & alius, sed est aliud, & aliud, nec est hic Deus, & ille homo, sed ipse idem est Deus & homo. non sic in Trinitate; hic pater non est ipse filius, &c. in alio loco vocat hæc pronomina voces indicativas.* TUR.

Sæc. VII. Anno 605.

tem concedunt esse eas in vera hypostasi, quod confitentur, hoc etiam numerent, ut ratio homousii, id est, consubstantialis servetur in unitate naturæ; & pia cognitio patris, & filii, & Spiritus S. in hypostasi perfecta, & integra uniuscujusque nominatorum prædicetur.

Ejusdem ex epistola ad Amphilochium.

„ SUbstantia, & hypostasis hanc habent differentiam, quam habent commune, & „ singulare, id est, quam habent animal, & ille homo. Et paulo post, qui di„ cunt idem esse substantiam, & hypostasim, coguntur personas solum confiteri dif„ ferentes esse.

Ejusdem ex epistola Synodica, in qua fecit subscribere Eustathium Armenium, qui erat suspectus, quasi contrarium sentiret.

„ OPortet igitur clarè confiteri, quod credunt secundum verba à Patribus nostris „ exposita in Synodo Nicæna, & secundum sententiam ipsis verbis sanè sub„ jectam. Sunt enim quidam, qui in hac fide verbum veritatis depravant; & sensum „ verborum, quæ in ea sunt, ad voluntatem suam trahunt. Utpote cum Marcellus „ exponens hypostasim Domini nostri Jesu Christi, & nudum ipsum verbum, impie „ ausus est excusare illinc accepisse principia.

Ecce unam hypostasim Domini nostri Jesu Christi dixit Doctor Basilius, qui prius definierat non esse idem substantiam, & hypostasim.

Gregorius Nazianzenus.

Gregorii Theologi ἐκ τοῦ συνταχτικοῦ.

„ CRedimus in Patrem, & Filium, & Spritum S. ejusdem subantiæ, & ejusdem „ gloriæ, (& aliquanto post.) unum quidem substantia agnoscentes etiam indi„ vidua adoratione; tres vero hypostasibus, id est, personis, vel ut libet appellare, „ nec enim de his contendere honestum est.

Ejusdem ex epistola ad Clidonium. Hujus auctoritatis meminit etiam beatus Cyrillus in synodo sua.

„ NAturæ quidem duæ, Deus & homo, quia & anima & corpus. filii vero non „ duo, neque dii, non enim hic duo homines, tametsi sic Paulus vocavit inte„ riorem hominem & exteriorem. Et si breviter dicendum est, aliud sunt ex qui„ bus Salvator constat, siquidem non est idem invisibile cum visibili, & quod sine „ tempore, idem cum eo, quod cadit sub tempus, non tamen alius, & alius, absit. „ Utraque enim sunt unum τῇ συγκράσει (id est, unione) Deo facto homine, & homi„ ne facto Deo, vel si quo alio modo nominare libet. dico autem aliud & aliud con„ tra atque in sancta Trinitate; illic enim alius & alius, ne hypostases confundamus; „ non aliud, & aliud, unum namque sunt tres, & idipsum divinitate.

Satis sunt hæc ad declarandum, quam opinionem Veteres habuerunt de persona, & hypostasi, natura & substantia, & quod unio incarnationis contra atque in S. Trinitate, se habet, quæ quidem unio aliud & aliud demonstrat post unionem ea, ex quibus facta est unio. Si quidem non est idem invisibile, quod est visibile; nec esse sine tempore, & esse sub tempore; hæc enim nunquam inter se sunt idem, tametsi circa eundem utraque, alius enim Pater (inquit) & alius Filius; non aliud & aliud, absit; non enim alius verbum, & alius Christus; nec alius filius natura, & alius homo positione; sed unus & idem utraque. Alius namque & alius Pater, & Filius, & idcirco duæ hypostases. Aliud autem, & aliud Deus, & homo; & idcirco duæ naturæ. Non quidem quandoque hoc, quandoque illud; sed semper, alius quidem, respectu patris; aliud vero, respectu carnis. Sicut demonstrabunt deinceps sanctorum Patrum scripta.

Proclus.

Proclus Constantinop. in illud, puer natus est nobis.

„ IPse verè Deus, & vere homo, Patri, quatenus erat, consubstantialis; & mihi, „ quatenus factus est sine peccato, ejusdem naturæ; divina natura est increata; „ quæ ex me sumpta est, legitima, & unus est filius, non duabus naturis in duas hy„ postases divisis, sed stupenda incarnatione naturas duas in unam hypostasim uniente.

œconomia.

S. Isi-

S. Isidori ex epistola ad Theonem.

„ PAnis vocatus est Dominus, ipse se ipsum hoc nomine vocavit, secundum notionem quæ in promptu est, tanquam factus omnibus cibus salutis; secundum vero sensum arcanum, tanquam qui univit sibi fermentum humanæ massæ, & purgavit, & proprio igne divinitatis coxit, & in unam personam cum ipsa, & in unam adoratam hypostasim coivit ". Tempus est, ut aliorum Patrum auctoritates, ut promisimus, recitemus.

Isidorus: κατὰ δὲ τὴν ἀπόῤῥητον ἔννοιαν.

*S. Justini Philosophi & Martyris ex tertio libro de * Trinitate. c. 3.*

„ TUnc à cœlis non discedens ad nos descendit; non enim fuit descensus corporis, sed divinæ operationis voluntas, virgine intermedia ex genere David oriunda propter promissiones ei factas usus ad necessitatem incarnationis: & in hujus uterum ingressus tanquam semen divinum, format sibi templum, & in templi formationem substantiam perfecti hominis sumpti, & non partem illius naturæ, contulit. & indutus hanc perfectam humanitatem summa unione cum ambabus naturis exivit. Inde enim filius, & Deus, & homo est. Sic œconomiam in assumptione naturæ nostræ complevit.

Ejusdem ex eodem opere. c. 17.

„ CUm ergo audieris de filio Dei voces contrarias, impartire voces convenienter naturis. Si quid magnum, & divinum est quod dicitur, tribue divinæ naturæ; si quid vero parvum, & humanum, reputa humanæ naturæ convenire. Sic effugies discrepantiam vocum, si una quæque natura recipiat, quod ei naturaliter congruit; & unum filium ante omnia sæcula, & recentem secundum divinas scripturas confiteberis.

Ejusdem ex eodem capite.

SIcut unus quidem est homo, habet autem naturas differentes duas, & secundum aliud ratiocinatur; & secundum aliud id, de quo ratiocinatus est, operatur. Anima enim intelligente de ædificanda navi ratiocinatus, quod ratione habet comprehensum, manibus ad effectum perducit; sic filius cum unus esset; & idem naturæ duæ, secundum aliam naturam miracula operabatur; & secundum aliam humilia suscipiebat. Et postea: Sicut enim post unionem primi luminis cum corpore solis nullus jam ea dirimere poterit; neque solem vocabit per se separatim, neque rursus lumen disjuncte; sed unus Sol, & unum lumen dicitur; sic in vero lumine, & in sanctissimo corpore nemo poterit dicere post unionem hunc quidem separatum filium, scilicet Deum verbum; hoc vero, scilicet hominem, non filium; sed potius unum & eundem in utraque natura intelliget; sicut unum lumen, & unum solem, lumen susceptum, & corpus quod lumen suscepit. rursus, sicut unum quidem lumen, & unus sol, naturæ vero duæ, una quidem luminis, & altera corporis solis, sic etiam hic, unus quidem filius, qui est Dominus, & Christus, & unigenitus; naturæ vero duæ, una supra nos, altera nostra. Et iterum, sicut operationem luminis, quatenus lumen est, nemo separabit à corpore ipso lumen recipiente; si vero ratione separet, agnoscet naturam, cujus est propria operatio, sic in uno filio Dei omnem operationem nemo separabit ab una filiatione; à natura vero, cui est cognatum quod fit, ratione separabit.

Sancti Irenæi episcopi Lugdun. & Martyris.

Irenaeus.

SIcut enim arca aurata erat intus & extra auro puro, sic corpus Christi purum erat, & fulgens, intus quidem verbo decoratum, extra vero spiritu splendescens; ut ex utrisque claritas naturarum demonstraretur.

Sancti

* Illud opus tanquam Justini Martyris laudavit etiam Euthymius Ligabenus, Panopliæ dogmaticæ titulo XVI. Sciunt tamen eruditi, nunquam a Justino Martyre fuisse compositum. BASN.

SÆC. VII. ANNO 605.

Hippolyti.

*Sancti Hippolyti episcopi & martyris ex * benedictionibus Balaam.*

UT demonstretur utrumque quidem in se habere substantiam, scilicet Dei, & hominum, sicut Apostolus ait, mediator quidem Dei & hominum, homo Christus Jesus, sicut Apostolus ait, mediator Dei, & hominum homo, Christus Deus; mediator autem unius hominis non est, sed hominum. † Oportebat ergo, ut Christus factus mediator Dei, & hominum, ab utrisque arrabonem quandam acciperet, ut appareat mediator duarum naturarum.

Petrus Alexandrinus.

S. Petri episcopi Alexandriæ & martyris ‡ ex homilia de adventu salvatoris nostri.

ET Judæ dixit, osculo filium Dei tradis? Hæc, & his similia, & signa omnia quæ fecit, & virtutes demonstrant esse eum Deum factum hominem, utraque itaque demonstrantur, & quod erat Deus natura; & quod fuit homo natura.

Cyriacus.

*Sancti Cyriaci episcopi Paphi & confessoris *, qui fuit unus ex patribus Synodi Nicænæ ex homilia in Theophania.*

QUi cum in forma, inquit, Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens. Si forma Dei æqualis est Deo, & perfectus Deus erat; & forma servi perfectus homo, hoc enim docet scriptura divina; perfectus ergo in ambabus substantiis Christus consubstantialis Deo, & patri; & consubstantialis virgini & matri; sine matre supra, ex patre; sine patre infra, ex matre.

Athanasius.

S. Athanasi ex libro de Trinitate, hujus auctoritatis meminit beatus Cyrillus in epistola ad monachos.

SCopus igitur, & signum, ut sæpe diximus, quò scriptura sancta collineat, est esse in ea duplicem de Salvatore annunciationem, quod semper erat Deus, & est filius, qui est verbum, & splendor, ac sapientia Patris; & quod postea sumpto corpore ex virgine, Dei matre, Maria, homo factus est.

Ejusdem ex libro contra Apolinarium.

IDem factus homo, non mutatus in formam hominis, neque aspernatus essentiam hominis instar umbræ apparuit, sed potius cum esset natura Deus, generatur homo; ut unus sit utraque perfectus secundum omnia, naturalem, & verissimum ortum ostendens.

Ejusdem ex eodem libro.

Utraque dicit propter duas naturas.

„ ET sic dicatur perfectus Deus, & perfectus homo Christus; non quod divina „ perfectio in humanam perfectionem mutata sit, quod est impium; nec quod „ duarum perfectionum secundum divisionem esse fateamur, quod à pietate alienum „ est; nec secundum progressum virtutis, & assumptionem justitiæ, absit! sed secun„ dum essentiam integram, ut unus sit utraque, perfectus secundum omnia Deus; & „ idem homo.

Basilius.

S. Basilii episcopi ex libro 1. contra Eunomium.

„ EGo enim esse in forma Dei tantumdem valere dico, quantum esse in substantia „ Dei. Ut enim assumpsisse formam servi significat fuisse Dominum nostrum in „ substantia humanitatis; sic qui dicit esse in forma Dei, proprietatem divinæ substan„ tiæ demonstrat.

Ejus-

* Errat sæpius Leontius dum veterum Patrum indicat opera; quippe illæ benedictiones Balaam non sunt genuinus fœtus, Hippolyti. Consule Laterculum ejus operum sæpius editum. BASN.

† *Non unius hominis, sed hominum; quia natura communis non est unius singularis tantum, quod enim de Phœnice ferunt Maximus fabulam esse demonstrat ob hanc causam & rationem; unus itaque est Deus, id est, una natura communis trium personarum, & una natura hominum, & Christus mediator duarum naturarum.* TUR.

‡ Fallitur adhuc Leontius qui talem Homiliam tribuat Petro Alexandrino, qui jussu Maximini capite truncatus est; numquam enim illa recensetur inter ejus opera BASN.

* Nullus Cyriacus adfuit Concilio Nicæno ex insula Cypro. BASN.

Ejusdem ex libro 3. contra Eunomium.

„ INtelligendum ergo est illud quidem genuit, in Deo filio; illud vero, creavit, in
„ eo, qui formam servi accepit. In his vero omnibus non dicimus duos, Deum
„ separatim, & hominem separatim: unus enim erat. Sed cogitatione uniuscujusque
„ naturam reputamus.

S. Gregorii Theologi ex apologetico.

Gregorius Nazianz.

HOc exinanita divinitas; hoc assumpta caro; hoc nova mixtio, Deus & homo, unum ex ambobus; & per unum ambo.

Unionem vocat mixtionem.

Ejusdem ex oratione in natalem Domini.

„ MIssus quidem est, sed ut homo. Duplex enim erat, siquidem defatigatus est;
„ & esurivit, & sitivit; & fuit in angore, & lachrymatus est lege naturæ.

Ejusdem ex oratione secunda de filio.

„ HÆc igitur nobis dicta sint in eos; qui magnopere se jactant. Deus autem dica-
„ tur non verbi, sed ejus qui cernitur. Quomodo enim proprie erit Deus Dei?
„ Sicut & pater non ejus, qui cernitur, sed verbi. Erat enim duplex. Idcirco unum
„ quidem proprie in ambobus; alterum vero non proprie, sed contrarie atque in no-
„ bis Nostri enim proprie dicitur Deus; pater autem non proprie, & hoc est, quod
„ hæreticos in errorem inducit, complexio nominum mutatis nominibus propter unio-
„ nem. Signum autem hujus rei est, quod quando naturæ cogitatione distinguuntur,
„ simul etiam nomina dividuntur. Audi Paulum dicentem, ut Deus Domini nostri
„ Jesu Christi, pater gloriæ. Christi quidem Deus; gloriæ vero pater. Si enim utrum-
„ que est unum, at non natura, sed coitione.

τῇ δὲ συνόδῳ.

Ejusdem ex epistola ad Cledonium secunda.

„ SIcut facta esse omnia per Christum, & habitare Christum in cordibus nostris non
„ accipitur secundum illud, Dei, quod apparet, & cernitur; sed secundum illud,
„ quod intelligentia percipitur, naturis quasi mixtis, sic & nominibus inter se cir-
„ cumincedentibus ratione unionis naturarum.

περιχωρούντων εἰς ἀλλήλας τῷ λόγῳ τῆς συμφυΐας.

Beati Greg. episc. Nyss. ex libris contra Eunomium.

Gregor. Nyssenus.

„ MEdiatorem enim Dei & hominum, sicut Apostolus nominavit, nihil sic, sicut
„ nomen filii demonstrat aptatum utrique naturæ divinæ, & humanæ: idem
„ enim & filius Dei est; & filius hominis secundum œconomiam incarnationis factus
„ est. Ut communione utriusque naturæ per se ipsum uniat ea quæ natura diffe-
„ runt.

Ejusdem ex libro secundo.

„ QUalis forma in passione percutitur? & qualis ex æternitate glorificatur, Ma-
„ nifesta sunt hæc, quamvis nullus oratione interpretetur, quia plagæ quidem
„ servi fuerunt, in quo dominus: honores vero domini, circa quem servus. ut
„ propter conjunctionem, & unionem naturarum, quæ utriusque naturæ sunt ambo
„ cum uno fiant communia, plagis servi acceptis à domino; & honoribus domini ho-
„ norato servo.

διὰ τὴν συναφειαν καὶ συμφυΐαν.

Ejusdem ex libro quarto.

„ UBique enim prædicans unionem humani cum divino, nihilominus in utroque
„ proprium cernit.

ἰδιάζοντα.

Ejusdem ex eodem libro.

„ UT ex eo, quod duo circa unum dicuntur; circa utrumque intelligatur, quod
„ congruit: circa divinum non pati; circa humanum pati œconomice.

S. Greg.

SÆC. VII. ANNO. 605.

S. Greg. Nyss. libro contra Apolinarium.

„ SI igitur naturale est carni habere, qui ei præsit, sicut ait Apolinarius, præesse
„ vero natura convenit Deo, quomodo qui hæc concedit, decernit unum natura
„ ambo à principio esse? cum omnibus pateat, aliam esse rationem subjecti, & aliam
„ præpositi? & aliud esse, quod natum est, ut à duce viæ dirigatur; & aliud rursus,
„ cui inest natura, ut sit dux, & præfectus? Si ergo in contrariis proprietatibus cer-
„ nitur natura alterutrius, carnis scilicet & divinitatis, quomodo duæ naturæ sunt
„ una? Quomodo divinam, & cœlestem carnem verbo circumformat? Immo ipsum
„ verbum ante incarnat, non œconomicè novissimis diebus ad nostram formam sub-
„ eundam delapsum, sed potius semper hoc factum, & semper in eodem statu fir-
„ matum? Qui enim carnem dicit indigere immutabili, indigere item ductore, &
„ præposito, carnem plane nostram dicit, quæ propter mutabilitatem naturæ in pec-
„ catum cecidit. Sin vero supra cœleste, & divinum corpus, sicut ait, contempla-
„ tur circa verbum, nec immutabilitatem ei omnino, ut consequens erat, tribuit.

περὶ πλάττει προυποσαρκοῖ.

Julius.

(f) *S. Julii episcopi Romani. hanc auctoritatem Cyrillus produxit in Synodo Ephesina.*

„ UNde necesse est & corporeum de toto, & divinum item de toto dici, & qui
„ non potest in unitis differentiam cognoscere, & quid proprium utriusque, in
„ repugnantias discrepantes incidet. Qui vero propria cognoscit, & unionem servat,
„ neque naturas mentietur; nec unionem ignorabit.

Alias; naturam.

Hilarius.

S. Hilarii episcopi Pictav. qui fuit unus ex patribus Synodi Nic. ex libro IX. de fide.

Libros de Trinitate dicit.

„ NOn novit hic, non novit vitam suam, qui Jesum Christum ut verum Deum, ita
„ & verum hominem non novit.

„ & postea.

„ Hæc verbum caro factum ajebat, & homo Jesus Dominus gloriæ docebat ad salu-
„ tem ecclesiæ, ipse mediator existens in seipso, & in ipso hoc mysterio, per quod
„ Deo & hominibus fuit intermedius, unus utrumque, ex unitis in hoc ipsum natu-
„ ris, unum & idem per utramque naturam existens; verum sic, ut in utroque neu-
„ tro privetur, ne desinat esse Deus, natus homo; aut rursus homo non sit, quia
„ manet Deus. Hæc est ergo beatitudo naturæ humanæ, Deum, & hominem præ-
„ dicare; carnem & verbum confiteri; & Deum scire esse hominem; & carnem non
„ ignorare verbum esse.

Ejusdem ex libro de fide 7.

„ VIdes igitur sic & Deum, & hominem nos confiteri. Et postea. Et quia utra-
„ que ex propriis naturis constant, unum mihi esse illum Christum memineris,
„ qui est utrumque. Hæc idcirco brevi exposui, ut utramque naturam in Domino
„ nostro Jesu Christo intelligi meminerimus. Qui enim erat in forma Dei, formam
„ servi accepit.

Ambrosius.

S. Ambrosii episcopi Mediolan. & confessoris, ex libris de fide ad Gratianum. hujus auctoritatis meminit Cyrill. in sua Synodo.

„ SErvemus differentiam divinitatis, & carnis; unus enim in utraque natura loqui-
„ tur filius Dei, siquidem in ipso est utraque natura. Et si enim idem est, qui lo-
„ quitur, tamen non semper uno modo & more loquitur. Contemplare in eo nunc
„ quidem gloriam Dei; nunc vero passiones hominis. ut Deus, divina loquitur, quia
„ verbum est, ut homo humana loquitur, quia in substantia secundum meam loque-
„ batur.

Ejus-

(f) Julii Episcopi Romani) Alibi, nempe in libro de sectis, actione octava, negat Leontius hanc Epistolam in Synodo Ephesina citatam tom. 2. cap. 7. esse Julii Romani Pontificis: sed ait esse Timothei Apollinaristæ. Verum Elogius Alexand. Patriarcha apud Photium non diffitetur à Julio scriptam illam Epistolam, quæ est ut ipse loquitur dura ipse, ad Docium, seu ut habent Acta Concilii Ephesini, ad Prosdocium. citatur autem in Concilio non is, quem Leontius adducit locus, sed alius; ut Concilium cum Leontio conferenti patebit. *Tur*

Ejusdem ex tertio libro.

„ SEd quomodo hic se dicit filius sine auxilio esse? Quamvis ille superius dixit, posui auxilium super potentem. Distingue igitur hic naturas. Adjutorem namque habuit caro: non habuit divinitas.

*Ejusdem ex libro contra Apolinarium. 9.**

„ VErum hæc fides generatim ad omnes spectat, Christus est filius Dei, & æternus ex Patre, & natus ex virgine, quem tanquam gigantem sanctus propheta David interpretatus est, quia solus esset duplici forma, & gemina natura, cum quo esset communis divinitas, & humanitas. διμορφοι

& post alia.

„ Unus enim est in utroque, id est, in divinitate, & corpore. non enim alius ex Patre, & alius ex virgine, sed idem ipse, aliud quidem ex patre, aliud vero ex virgine. & generatio generationi non præjudicat; neque caro divinitati. προκρίνει

Ejusdem ex libro ad Sabinum episcopum.

„ IGitur cum esset in divinitate perfecta, exinanivit se ipsum, & accepit perfectam & integram naturam humanam. Sicut nihil defuit Deo; sic nihil defuit perfectioni humanitatis, ut esset in utraque natura perfectus.

Ejusdem interpretantis sententiam divini Symboli.

„ EOs autem, qui dicunt Christum esse nudum hominem, vel Verbum passibile, vel mutatum in carnem, habuisse substantiam corporis, vel corpus è cœlo attulisse, vel qui dicunt mortale fuisse Verbum, & opus ei fuisse, ut suscitaretur à patre, vel assumpsisse corpus inanimatum, vel hominem sine mente, vel naturas Christo commixtione confusas factas esse unam, & qui non confitentur Dominum nostrum Jesum Christum duas naturas esse non confusas, unam vero personam, quatenus unus Christus, & unus Dominus est, hoc anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia.

S. Amphilochii episcopi Iconii ex libro contra Arianos. Amphilochius.

„ DIscerne naturas, Dei naturam, & hominis naturam. Nec enim factus est homo facta jactura divinitatis; neque secundum progressum factus ex homine Deus. Deum enim & hominem cum dicis, tribue passiones carni; & miracula Deo.

Ejusdem ex epistola ad Seleucum.

„ UT forma Dei, & forma servi in unam personam filii & Domini Jesu Christi convenirent, sic Deum, & hominem confiteor filium Dei, unum filium, duarum naturarum, passibilis, & impassibilis, mortalis, & immortalis, tactilis, & non tactilis, principio carentis, & cœptæ, incircumscriptæ, & definitæ.

Ejusdem ex eadem epistola.

„ CHristus filius Dei, qui est duarum naturarum perfectarum, filius unus, secundum divinitatem infinitus, & incircumscriptus, omnia continens. Unum quidem dico filium Dei, duarum vero naturarum, non negans divinam.

& postea.

„ Ipse igitur Deus Verbum propria facit, quæ erant templi, nihil patiens; quia in unam personam coeunt duæ naturæ. οἰκειοῦται.

S. Ge-

* *Scripsit Ambrosius libros contra Apolinarium qui non extant.* Sic Canisius: sed Ambrosius ille non fuit Mediolanensis. Alter nempe Alexandrinus Didymi discipulus, qui teste Hieronymo in vivis erat an. 392. & dogmaticum Tractatum in Apollinarium concinnaverat. BASN.

SÆC. VII. ANNO 605.

Gelasius.

*S. Gelasii episcopi Cæsareæ Palestinæ, & confessoris unius ex patribus Synodi Constantinopolitanæ centum quinquag. ex interpretatione * Symboli.*

„ AT non potuit hoc facere humana lingua, infirma quippe erat natura. Venit „ igitur in eundem Deus & homo, ut corpus quidem ministraret; Deus autem „ per corpus actionem exhiberet. Duplicia omnia; & vera omnia, & perfecta omnia. „ Obstruatur omne os hæreticum. Nobiscum Deus; nobiscum, qui est cum Patre; „ nobiscum, qui est ex nobis. Caro mea, inquit, ex ipsis. Verum alterum quidem „ semper, alterum vero propter nos. Ac divinitas quidem semper; humanitas vero „ propter nos.

Ejusdem ex eodem libro.

„ NOs autem divino verbo illustrati, custodiamus sine contumelia nobilitatem uni„ geniti, neque propter humilitatem carnis Verbum repudiantes; neque propter „ altitudinem divinitatis carnem contemnentes. Quin potius Verbum, ut Deum; car„ nem, ut templum Dei honoremus.

Augustinus.

Augustini episcopi Hipponensis ex epistola ad Volusianum.

„ NUnc autem sic inter Deum & homines apparuit mediator, ut ipse in unitate „ personæ utramque naturam copularet. & post alia.

„ Cognosce duplicem naturam Christi, divinam dico æqualem Patri; & humanam, „ qua major est Pater, sed utrumque simul; & non duo, sed unus est Christus; ne „ Deus sit quaternitas, sed trinitas.

Chrysostomus.

Magni Joannis episcopi Constantinop. ex epistola ad Philipp.

„ QUia tamen formam servi accepit; id est, homo, inquit, factus est, igitur qui „ in forma Dei erat, Deus erat. Forma enim, & forma positum est. Si hoc „ verum est, & illud. Natura homo forma servi; igitur natura Deus forma Dei.

Ejusdem ex epistola ad Timotheum hom. 7.

„ QUia enim duarum naturarum medius fuit, duabus naturis affinem esse opor„ tuit. sicut enim qui est medius aliquorum locorum, utrique loco est affinis, „ sic qui utriusque naturæ est, conjunctionem affinitatis cum utraque natura ha„ bere debet. sicut ergo factus est homo, sic & Deus erat.

Ejusdem in assumptionem.

„ ET quid facit mediator? Opus mediatoris, sicut si duo à se mutuò aversi sint, „ neque reconciliari velint, accedatque aliquis, qui se medium inferat, utrius„ que inimicitiam dissolvet; sic Christus fecit. Iratus erat nobis Deus; nos Deum ho„ minum amantem averteramus, se ipsum immisit Christus medium; & utramque na„ turam reconciliavit.

S. Ephræm.

S. Ephræm ex homilia in margaritam.

„ DUarum naturarum est particeps margarita magnæ æstimationis, ut ostendat „ Christum, quod cum esset verbum Dei, ex Maria ortum est. Non habuit na„ turam ex parte; quia nec aliud animal erat. Perfectam habet duplicem naturam, „ ne amittat duas. Neque semideus visus est in terra; neque semihomo ascendit ad „ cœlos. Ex perfecto perfectus; ex homine homo; ex Deo Deus; ex virgine „ Christus.

Cyrillus Hierosol.

Cyrilli episcopi Hierosolym. ex quarta Catechesi.

„ DUplex erat Christus, homo, qui cernebatur; Deus, qui non cerneba„ tur.

S. Fla-

* Appellabatur ille liber Expositio τῦ μαθήματος ex qua fragmenta quædam proferuntur in collectione Græca m. s. Testimoniorum sub nomine Joh. Damasceni, in cod. Claromontan. c. 14. 4. ut testatur Labbæus in conspectu Oper. Damasceni p. 49. BASN.

S. Flaviani episcopi Antiochiæ in assumptionem.

„ QUis verè loquetur potentias Domini? Auditas faciet omnes laudes ejus? Quis *Flavianus.*
„ verbis consequi poterit magnitudinem beneficii in nos? cum humana natura
„ divinitas copulatur, manente in se utraque natura!

Ejusdem ex homilia in Evangelium Joannis.

„ DEmonstravit se ipsum per nubem corporis, qui naturam nostram induit, ut
„ ambas naturas ejus discamus, & hominem, qui cernebatur; & divinitatem,
„ quæ per corpus operabatur.

Antiochi Episcopi Ptolemaidis. hujus auctoritatis meminit Cyrill. *Antiochus.*

„ NE confundas naturas; & non torpebis circa œconomiam, id est, mysterium *συναρχήσεις.*
„ incarnationis. Tene Deum: tribue Deo, quæ eum decent. Recipe humani-
„ tatem; redde humanitati, quæ eam decent.

Procli episcopi Constantinop. in illud, puer natus est nobis. *Proclus.*

„ NAturas ratione divide; & unionem mysterii θεολόγησον (id est unionem carnis *τῷ λόγῳ δίελε.*
„ cum Deo fatere.)

Ejusdem in nativitatem Christi.

„ NIsi mater mansisset virgo, nudus homo natus esset, & partus non fuisset admi-
„ rabilis. Si vero post partum mansit virgo, ille incorruptè natus est, qui januis
„ clausis sine ullo impedimento ingressus est, cujus conjunctionem naturarum cum
„ Thomas contemplaretur, clamavit inquiens: Dominus meus, & Deus meus.

Isidori Pelusiotæ ex epistola ad Theodosium Diaconum. *Isidorus.*

„ NOn possunt quæri naturales demonstrationes eorum, quæ sunt supra naturam.
„ etsi enim verbum caro factum est, non tamen Christus nudus homo est; quin
„ potius Deus homo factus, in utraque natura unus est filius.

Ejusdem ex epistola ad Timotheum Lectorem.

„ OMni custodia custodi cor tuum; ne fortè unam naturam Christi post incarna-
„ tionem admittas. Utriusque enim negatio est unius affirmatio, vel divina na-
„ tura mutata; vel nostra imminuta. Hæc fuit Manetis Carybdis, per quam studuit,
„ ut omnes ad gehennam deduceret.

Ejusdem ex epistola ad Cyrillum episcopum Alexandriæ.

„ QUòd verus, & supra omnia Deus homo factus est, non mutatus ab eo quod
„ erat; & assumtus quod non erat, unus in duabus naturis filius sine principio,
„ & infinitus, recens, & æternus, nec ipse negabis, cum plurimas sancti patris
„ nostri magni Athanasii de his habeas comprobationes, homine supra naturam divina *συναινέσεις.*
„ aggresso opera.

Ejusdem ex epistola ad Leandrum.

„ NAtura humana, vir mirabilis, neque capax malorum est, neque naturaliter
„ possidet mala; sed potius voluntate, & segnitie frustrationem eorum, quæ
„ bona & honesta sunt, sustinet, quod & primo homini evenit. Qui excidit de
„ possessione salutis, quam illi rursus secundus de cœlo homo reddidit, qui veram
„ naturam nostram in se ipso demonstravit. Deus enim cum verè esset, factus
„ est verè homo, in duabus naturis unus filius Dei non mutatus, in eo quod erat,
„ cum factus est, quod sumus.

SÆC. VII. ANNO 605. *Leontius ipse.*

Scholium Leontii.

IN omnibus superioribus studuimus, ut in medium afferremus auctoritates & beati * Cyrilli, & Patrum, qui eum antecesserunt, quæ totam mentem ejus & confirmarent, & interpretarentur. ut sciant omnes, quod nec ipse, nec alius ex patribus illud ex duobus, aut ex ambobus ad negandum eum, qui erat in duobus, dixerunt. Multis enim in locis contendens adversus divisionem Nestorii posuit non solum, ex quibus, sed in præpositione in utriusque naturis usus est, ut ex auctoritatibus ejus, quas subjunximus, facile est perspicere. In omnibus autem sermonibus ejus eas tantum auctoritates, quæ nihil dubii habent, & quas nec insani pravè interpretari poterunt, afferre curavimus.

Cyrillus Alexandrinus.

Beati Cyrilli episc. Alexandrini ex † primo tomo de Trinitate.

„ ILle verè sacer, & sapientissimus Paulus, immo universus Chorus sanctorum veluti duplicem sermonem nobis in filio & cognoverunt, & inducunt, postquam unitus est carni, id est, factus sicut nos integra similitudine, solo peccato excepto.

Ejusdem ex eodem libro.

„ DUplex ergo est sermo in filio, quare referenda sunt ad Deum, quæ Dei sunt; & tanquam ad factum sicut nos, referenda nostra, id est, humana.

Ejusdem ex libro ad Acacium.

„ FRatres verò Antiocheni solis cogitationibus illa, ex quibus Christus esse intelligitur accipientes, differentes naturas dixerunt, quia non sunt idem, ut dixi, in qualitate naturali divinitas, & humanitas; unum alioqui filium, & Christum, & Dominum; & quia verè unus est, unam personam ejus esse dicunt.

Ejusdem ex secundo tomo contra Nestorium.

„ SI igitur cum hominem nominas, scis eum esse natura Deum, bene habet. finem faciam. Sin verò partiens naturas non solum intelligendo, quæ est humana natura; & quæ rursus divina, sed potius separans, ne in unionem coeant, manifestè cultum Dei homini tribuis. & tibi dicemus, labores fructuum tuorum comedes.

ἀνθρωπολατρεῖς.

Ejusdem ex epistola ad Successum.

„ IGitur quantum in cogitationem cadit, & solum oculis animæ cernitur, quomodo unigenitus factus fuerit homo, duas naturas esse dicimus, unum vero Christum, & filium & dominum, Verbum Dei factum hominem; & incarnatum. Et si videtur, accipiamus compositionem nostram, secundum quam sumus homines, sumus enim compositi ex anima & corpore; & videmus duas naturas, unam quidem carnis; alteram verò animæ, verum unus ex utrisque homo secundum unionem facit, ut unus sit, qui ex corpore & anima compositus est; & non compositum esse ex duabus naturis, facit, ut duo homines intelligantur. Si enim negemus, quod unus & solus Christus est ex duabus naturis differentibus, qui post unionem disjungi non potest, dicturi sunt, qui cum recta sententia pugnant, si totum est una natura, quomodo factus est homo? & quam carnem ex nobis sumptam fecit sibi propriam?

Ejusdem ex dialogis de Trinitate, quod unus est Christus.

„ NUm igitur confusæ sunt naturæ, & ambæ factæ sunt una natura? Deinde, quis usque adeo stupidus, & ineruditus erit, ut existimet, vel divinam natu-

„ ram

* *Erant qui Cyrillum accusabant in hoc dogmate, unde necesse fuit illi suos anathematismos alioqui Catholicos contra Nestorium, interpretari, quos male quidam intelligebant, ut Theodoretus, qui eos confutavit non intelligens, & non paucis suaserat, male sentire Cyrillum.* CAN.

† Miror hic laudari Cyrillum ipsiusque authoritatem adversus Nestorianos confidenter proferri: neminem enim latuit ipsum contra Nestorium insurrexisse. Invidiam odiumque, imo vehementiorem animum has circa controversias ipsi plurimos exprobrasse Patres Orthodoxos; ita ut nec judex nec testis hac in re possit haberi BASN.

„ ram Verbi in id; quod non erat; vel transisse carnem secundum modum mutationis „ in naturam ipsius Verbi? impossibile enim est hoc.

SAEC. VII. ANNO. 605.

Ejusdem ex interpretatione epistolæ ad Hebræos.

„ NOn dicimus tanquam confusionem quandam accidisse circa naturas, ut natura „ verbi in naturam hominis forte transiret; neque humana natura in naturam „ ipsius verbi, quin potius utraque natura intelligitur, & existit in definitione propriæ „ naturæ, atque ita unionem factam esse dicimus, habitante Verbo corporaliter in „ templo ex virgine.

Ejusdem ex Scholiis

„ NOn est igitur dividendus unus Dominus Jesus Christus in hominem separatim; „ sed potius unum, & eundem Jesum Christum esse dicimus agnoscentes diffe- „ rentiam naturarum, servantesque illas semper non confusas.

Beati Pauli episcopi Emesæ ex homilia in ecclesia Alexandrina, sedente Cyrillo, & laudante.

„ COntinuo Petrus Coryphæus, & Apostolorum os, tu, inquit, es Christus filius „ Dei vivi, tu es Christus, qui es duplex natura, qui factus es homo; tu es Christus; „ & non dixit, filii, sed filius Dei vivi, agnovit etiam singularem personam.

Ejusdem ex homilia secunda.

„ ESaias igitur prædicat Emanuelem, id est, Deum factum hominem, Petrus di- „ cit, tu es Christus filius Dei vivi. Duplicem naturam, & singularem personam „ filii dicit etiam Johannes Theologus, & habitavit in nobis, duas naturas unigeniti, „ & unam personam, mansit autem Deus Verbum impassibile.

Cyrillus ad hæc.

„ ECce igitur hausimus aquam ex fonte sancto, doctoris, inquam, antegressi, qui fa- „ cibus Spiritus Sancti illuminatus explanavit nobis magnum & venerabile Salva- „ toris mysterium.

Ejusdem ex tomo tertio contra Nestorium.

„ NOn enim quia factus est sicut nos, amittet esse Deum, nequaquam; neque „ rursus quia natura Deus est, non potest fieri similis nobis; & recusabit fieri „ homo. Sicut enim mansit Deus in humanitate; sic cum esset alioqui in celsitate di- „ vinitas, est nihilominus homo. ambo itaque in eo, & unus simul Deus, & homo „ Emanuel.

Ejusdem ex interpretatione Levitici cap. 4.

„ RUrsus in his totum mysterium Salvatoris nostri clarè circumspice, & emunda- „ tionem per sanctum baptismum. Duas enim aviculas vivas & mundas jubet „ capere, ut intelligas ex avibus, hominem cœlestem simul & Deum in duas naturas „ eatenus divisum, quoad pertinet ad rationem unicuique naturæ consentaneam. „ Verbum enim erat, quod ex Deo Patre splenduit, quod in carne ex muliere ap- „ paruit, verum non partitum; unus namque est ex ambobus Christus. Idcirco tan- „ quam duæ aviculæ capiuntur; & rursus ambæ intelliguntur ut una; sed tamen vi- „ væ, & mundæ.

Ejusdem ex primo libro de Adoratione in Spiritu, tomo 1.

„ CHristus vero ut legis & prophetarum Dominus, quæ sibi videntur, sancit; & „ mediator erat, concurrente in ipso, & tanquam in unum eunte divinitate, & „ humanitate. ambæ enim, & in eodem intelligitur Christus.

Sæc. VII. Anno 605.

Ejusdem ex interpretatione epistolæ ad Hebræos.

„ VIde igitur in duobus hircis unum Christum, id est, Deum factum hominem, „ & morientem quidem humanè propter peccatum, ut aspersione proprii sangui- „ nis totam ecclesiam sanctificaret, manentem vero rursus impassibilem divinè.

Ejusdem in illud, omnia mihi tradita sunt à patre meo.

„ ALiquando quidem voces mittit decentes hominem; aliquando vero res de- „ monstrat, quæ soli divinitati debentur, ut intelligatur utrumque.

Ejusdem ex libro 2. de adoratione in spiritu. tomo 9.

„ AUreum caput columnæ. Atqui & corpus aureum. Templum enim ex virgine „ opulentiam, & divitias habebat ex habitatione in eo naturæ divinæ, symbolum „ vero divinitatis est aurum, quod omnibus antecellit. in tali fortasse materia dico, „ ex argento autem, & ex duobus basis; splendidus enim, & conspicuus erat in ter- „ ra Christus, juxta illud, Deus dominus & illuxit nobis, utpote notionem habens du- „ plicis naturæ; intelligitur enim idem Deus, & homo, hoc namque arbitror esse „ habere duplicem basim ex argento.

Ejusdem ex apologetico ad Alexandrinos.

„ SI enim mixtæ sunt duæ naturæ in unam mixtionem, quæ sunt diversæ substantiæ, „ neutra servatur, sed potius ambæ confusæ, deletæ sunt.

Ejusdem ex eadem oratione.

„ ET solutum est templum tempore sepulturæ tridui, ipso volente; & rursus ex- „ citavit ipsum; & unitus est ei arcana & inexplicabili ratione, non mixtus in „ ipso, vel incarnatus, sed servans in se ipso proprietatem non confusam duarum na- „ turarum diversæ substantiæ.

Ejusdem ex secundo tomo interpretationis epistolæ ad Hebræos.

„ SEparantes enim naturas duas inter se, & demonstrantes nobis separatim utram- „ que non unitam alteri, in solis personis ajunt factam esse unionem, & tanquam „ in sola consensione, & in eadem ratione consilii, & voluntatum nutibus secundum „ illud, quod in actibus Apostolorum scriptum est, multitudinis autem credentium „ erat cor unum, & anima una.

Ejusdem in Joannem Evangelistam libro primo.

τὴν τῦ θιϊρήματος δύναμιν.

„ REtractat autem utiliter evangelista, quod dixerat, & quam habet vim hæc sen- „ tentia ad clariorem notionem adducit. quia enim dixerat Verbum Dei factum „ esse carnem, ne quis magnâ inscitiâ suspicaretur, à propria substantia recessisse, at- „ que ita conversum esse in carnem, & passum esse, quod fieri non poterat; ab omni „ enim mutatione in aliud quid secundum rationem aliquo modo existendi, remotus „ est Deus, valde commodè, & opportunè subjunxit statim evangelista illud, & ha- „ bitavit in nobis, ut cum intellexeris duo significata, habitantem scilicet, & in quo „ habitavit, ne in carnem mutatum esse eum existimes. Sed potius habitasse in carne „ tanquam proprio usum corpore templo ex sancta virgine, in ipso namque habitavit „ omnis plenitudo divinitatis corporaliter, ut Apostolus ait.

Ejusdem ex Scholiis per capita.

„ VErbum enim natura Deus in similitudine hominum factum est, habitu autem in- „ ventus est ut homo; ut cum sit alioqui unus, in eodem ipso intelligatur utrum- „ que, neque nudus homo; neque rursus verbum sine humanitate & carne.

Ejus-

* *Græci aliquando dividunt librum in tomos; aliquando tomum in libros; & tomos, orationes, libros, homilias omnia vocare solent* λόγυς. Can.

Ejusdem ex epistola ad Valerianum.

„ PLane igitur, quod est ex carne, caro est; quod ex Deo, Deus. Est autem „ utraque in eodem simul Christus unus filius & dominus cum propria carne „ sua.

Ejusdem ex epistola ad Orientales.

„ EVangelicas autem & Apostolicas de Christo voces scimus viros Theologos alias „ quidem facere communes tanquam in una persona; alias vero dividere tanquam „ in duabus naturis, atque eas quidem, quæ Deum decent, divinitati Christi, hu„ miles vero & abjectas humanitati ejus tribuere.

Ejusdem ex Scholiis.

„ QUòd autem remanserint naturæ non confusæ, hinc sciemus, aurum enim obli„ tum ligno, mansit quod erat; & ditatum est lignum splendore auri, cæterum „ non desivit esse lignum.

Hactenus confutatio, & eversio contrariæ Nestorii, & Eutychis fictionis & opinationis circa divinitatem Christi, & humanitatem.

LEONTII BYZANTINI

LIBER SECUNDUS,

Qui continet Dialogum adversus eos, qui ex nostris se adjunxerunt ad corruptam sententiam Aphthartodocetarum, id est, eorum, qui defendebant corpus Christi ante resurrectionem fuisse incorruptibile.



SOlvimus pro viribus in superioribus, Deo adjuvante, objecta argumenta falsi nominis scientiæ, quibus adversus nos utentes, qui sunt contrariæ fictionis, (non enim hoc nomine appellare eos desinemus, quia namque fas est), simpliciores à veritate abducere se putant. Nunc autem alterius quæstionis considerationem evolvere & explicare aggrediar, sit dux disputationis nostræ Deus & verbum, & lumen, & vita, & veritas aspirans nobis intelligentiam, ut possimus recte intelligere, & expromere cum gratia, & sapientia cœlesti, quæ ad materiam propositi argumenti pertinent. *οἱ ἐναντίας δοκήσεως.*

Si igitur pugnam nunc adversariorum inter ipsos excitatam, viderem in ipsis illis mansisse, & non ad nos usque progredi contendentem, fortasse lucrum ducerem pugnam, & concertationem adversariorum: ipsi enim à se ipsis percussi, & eversi nullum negotium nobis, nisi solum spectaculum belli adhiberent. Uno tantum horum interitu doleremus, qui domum quidem David, sicut ait scriptura, respuere ausi sunt, concordiam vero cum domo Hieroboam neglexerunt, nec illam servarunt, sed disrupti, & discissi à se & adversus se sunt; ut liceat paulò acutioribus ex fructu arborem cognoscere, sicut Salvator dixit, cum turbulentus spiritus, qui in eis operatur, *Divisio Hæreticorum.*

SÆC. VII. ANNO 605.

tur, ex tam multiplici ſciſſione eorum maxime demonſtretur. (*a*) Inſitum eſt enim impietati ſtudium inimicitiæ, & belli. Nunc autem inimicorum inter ſe malevolentia, & diſſidium nobis nocet; ô imperitiam, & facti ſumus miſerabiliores, quam qui apud eos in malitia ſecundas tenent, qui neque quantum inimici, noſtra videre, & cuſtodire poſſumus. Si quidem alterius partis ſchiſmatum pater cognovit quid opus eſſet; & veritus eſt bellum apertè contra veritatem ſuſcipere; nos vero cognitionem illorum aditum ad ignorantiam fecimus, factique ſumus imprudentiores quam inimici.

Severus & Julianus de corruptibilitate corporis Christi disputant.

Cum enim Severus, & Julianus, duo initia unius impietatis, inter ſe diſſiderent, ſtultè quidem, quoad propria principia, cordatè vero quoad ipſam veritatem, & de corruptibili, & incorruptibili concertarent; qui erant partis Severi, ut verum dicam, inimicorum pravitatem in lucro ponebant, quæ enim nullus eis ante hunc dicere ſuaſit, hæc nunc malevolentia in ſuos, confiteri coëgit. poſtquam vero in ſplendorem veritatis conjicere oculos cœperunt, conjectus illorum fuit cauſa cæcitatis quibuſdam, qui ex noſtris ad pejorem partem ſe adjunxerunt & per unum verbum eò devenerunt, ut idem atque adverſarii ſentirent, & propter decorem nominis totum incarnationis myſterium ſuſtulerunt. Cum enim, ut dixi, ſtultè illi quoad propria principia, prudenter verò quoad cauſas veritatis quærerent, utrum corruptibile, an incorruptibile dicendum eſſet corpus Domini, quod ex nobis pro nobis Dominus induit & ſuſcepit; Severus ſerò quidem, tamen ſenſit demum ſeipſum; & bellum contra ſuos lucratus eſt, coactus confiteri, & prædicare differentiam & proprietates. Sit autem ſapientiæ ejus, & eorum, qui ſtudent ei, differentiam & proprietates prædicare non de ſubjectis rebus; vel duas naturas confiteri recuſantem, non vereri nunc dicere duas proprietates corruptibilis, & incorruptibilis, & diviſionem numeri duorum, quam ſurſum deorſum verſans & omnia miſcens in ſuperioribus accuſabat: aut quomodo non admiremur eruditionem ejus, qui participationem quidem clara voce prædicat, id autem, ex quo ducta eſt participatio, non ſolum non ſervat, ſed oppugnare nititur? Si enim corpus dicit paſſibile, & paſſiones naturales ei tribuit, idque poſt unionem, reſpondeat igitur nobis iſte ſapiens, an non à natura naturalia proficiſcantur, ut ab arte artificioſa? Verùm quæ illius ſunt, reſervemus longioribus libris, vel iis, qui majore otio, quàm nos abundant.

Corpus incorruptibile aſſerentes.

Unioni rerum id eſt, naturarum.

Quid autem dices de iis, qui hæc ſemper clara, & omnibus manifeſta voce denunciabant, ac præterea, operationem aliam quidem eſſe carnis, aliam vero divinitatis; & paſſionem circa corpus, & impaſſibilitatem circa Verbum confitebantur, ſi & unioni rerum communicationem harum operationum conceſſerunt, & ut de alterutra natura reciprocè propter proprietatem alterutrius in eodem variantem prædicarentur; nunc autem tanquam ex neceſſitate ſibi contradicunt, & incorruptibili aſſentiuntur. De quibus neſcio quid dicere debeam, admirer ne firmitatem eorum, an laudem levitatem; qui uno verbo decoro anima avide invitata, ad ſpecioſam fallaciam abducti, & detorti ſunt. Id quod aliis olim & nunc accidiſſe ſcimus. Jam enim nonnulli ſuperioribus temporibus ad fallaciam Encratetarum ſe adjunxerunt, elegantia vocis in barathrum Manichæi præcipitati. Alii autem inquinati immunditie eorum, Cathari, id eſt, mundi vocabantur, nulla alia re niſi ſpecioſo nomine depravati ſunt. Plerique etiam recentium, & veterum, quorum numerare nomina difficile eſſet, ſuo corrupto patrocinio impaſſibilitatis Verbi, in Neſtorii hæreſim inciderunt.

In ſumma, totas claſſes animarum tanquam à quadam Scylla, aut ei objecta Charybde raptas, & ſubmerſas eſſe ſcimus inſcitè offenſas humilibus verbis & rebus Chriſti Dei noſtri, propter ejus erga nos condeſcenſum. Quid enim aliud infinitas nationes gentium, aut Judaicas copias in nos armavit, & furore accendit, niſi ut Paulus nominavit, ſtultitia prædicationis? Ecquis novorum dogmatiſtarum eruditionem non admiraretur, ſi ſecundum eorum nugas omnes martyres celebres, & omnes confeſſores, ſine tormentis coronas pro pietate per has duas voces obtinere potuiſſent, ſi eas quidem didiciſſent? Qui autem iſtius magnæ ſapientiæ expertes eſſent, receſſiſſent per negligentiam decepti, non facti in vita columnæ fortitudinis; nullus, opinor, ex crudeliſſimis, & maximè malevolis perſecutoribus pœnas ab ullo Chriſtiano repetiſſet, ſi in tribunali natum ex virgine, & crucifixum, & ſepultum, ac ſuſcitatum à mortuis hominem tantum fuiſſe confeſſi eſſent. Quæ enim eos invidia cepiſſet reſurrectione hominis prædicata? Qui quidem in nullo alio eorum, ſive qui falſò, ſive qui verè ad vitam revocati eſſe narrantur, invidia commoti ſunt, cum multi alioqui fuerint: neque vero ſi ſecundum novam iſtorum ſapientiam, ipſum corpus Chriſti ſit impaſſibile & immutabile, & invariabile, ex eadem poteſtate pendeat, inviſibile ipſum blaspheme

(*a*) Inſitum eſt) συμπέφυκε τῇ ἀσεβείᾳ τὸ φίλεχθρον, καὶ τὸ πολεμοχαρές.

pheme dicere, & intactile, & non tractabile, sine quantitate, & sine qualitate, & in summa, incorporeum, quæ quidem omnia unà cum hoc admirabili nomine incorrupti cogitant.

Quæ enim sortitio est, alia quidem ex divinis nominibus tribuere ei, & aliis privare; Et magnam partem dignitatis & honoris abscindere, à supra substantiam, ut ipsi opinantur, & supra naturam, & incorporeo corpore? Quis autem ex infidelibus ægrè ferat, si dicamus corpus Christi non esse natura visum, & cibum, & potionem adhibuisse, & dormisse, ac passum esse, & quæcunque alia præter hæc humanam infirmitatem sustinuisse non pudet te. Est enim omnibus manifestum, multa hujusmodi jam facta esse lege miraculi, non ratione naturæ. Non enim eo dementiæ provecta esset multitudo Judæorum, si quæ ratio ipsis probasset, non fuisse simile nobis per omnia, & revera humanæ naturæ corpus, quod ab ipsis crucifixum & passione affectum est & à discipulis sepultum. Siquidem cum plena sit scriptura sacra multis Dei apparitionibus, videre tamen licet, quemadmodum bona Dei erga nos providentia, ut ratio utilitatis eorum, quibus consulebat, postulabat, ad humanas figuras, & res, & operationes, ac sermones se accommodaverit; nihil tamen horum eos adduxit ad suspicandum de Deo humana, tametsi humanè ab eo gerebantur. Suadent Judæis quæ ausi sunt, fuisse hominem similem nobis passibilem dominum, quamvis non suaserunt eis miracula, esse Deum præstantia naturæ universis superiorem.

Christus homo nobis similis apparuit.

Sic unigeniti Verbi contra Christum impassibilitas impiorum, & carnis contra nostram salutem incorruptibilitas nunc sophistarum, vere passione, & corruptione affecta esse cognoscitur, dum illa quidem non facit nobiscum esse eum, qui est supra nos; hæc vero non finit eum, qui nobiscum est, manere sicut nos, donec adsit tempus medicinæ, & humanitas nostra, ratione & ordine ad id, quod supra nos est, ascendat, & excitetur. Quomodo enim similitudinem Dei habebimus non compatientes cum eo, qui passus est? Quomodo vero passus est, si non est sicut nos passus? Non igitur sicut nos passus est, si non mansit similis nobis. Glorificatus vero nequaquam est, si non accepit secundum carnem, quod semper secundum spiritum habuit.

Christus passus est ut cæteri homines.

Verum quidam ex iis, qui in his sapientes sunt, nuper mecum colloquens, satis esse, ajebat, sumpsisse Dominum humanitatem ad salvandum nos.

Orthodoxus. Quid vero, inquam ego, non sola voluntas saluti sufficiebat?

Hæreticus Sufficiebat, inquit.

Orth. Quomodo ergo, inquam, non sola voluntate salvavit nos?

Hær. Quia non potestate, inquit, usus est, sed potius charitate, & justitia salvare placuit. Illud enim necessitatis herilis erat; hoc providentiæ paternæ. Illud solius violentiæ; hoc voluntarii condescensus. Et illud quidem ipsius solum; hoc vero etiam nostrum. Siquidem non velle simpliciter, consentaneum est Deo; sed illa etiam facere, quæ suadent, & pudore flectunt, quos salvat.

Orthodoxus est pro cruce, quæ in Græco personam Orthodoxi signat, ut in proœmio auctor admonuit. Hæreticus est pro stella, quæ hanc personam in Græco signat.

Orth. Optimè, inquam, propterea enim, ut mihi quidem videtur, novus beneficii erga nos modus inductus est post crebram & multiplicem providentiam ab exordio erga genus humanum demonstratam. Ut jam solum hoc salutis remedium reliquum esset. Nullum enim remedium valentius ad convertendum ad melius reperiemus, quam mysterium incarnationis. Hac via, & ratione qui solus sapiens est, medicus animarum passiones hominum in se recipiens, omnium infirmitatem in se ipso curavit.

Hær. Non igitur, fas est recte sentientibus aliter confiteri, quam quod ad perfectam salutem admirabile incarnationis sacramentum maxime nobis sufficit.

Orth. Nec ipse, inquam, non hæc ita esse, dicere unquam possim. Modum vero incarnationis, qui curiositati mentis ad majorem explanationem abditus est, libentissime disceremus. considera unicum inquit.

Hær. Si tibi placet.

Orth. Quia igitur dixi, oportebat, non solum velle, sed fecisse Deum aliquid erga nos, necessario tale esse oportebat quod fieret, ut (*b*) nullam hyperbolem sapientiæ haberet.

Hær. Recte, inquit. Quoniam nec esset aliud congruentius; Opus erat illo modo, & non hoc, ad perficiendum perfectè, quod studebat.

Orth. Recte hæc, inquam, dicis amice. Sed illud est multa consideratione dignum. Si enim solam carnem sibi Dominus univisset, an non maxima re salus nobis periclitabatur? Maxime inquit. *Orth.*

Christus debuit habere animam.

(*b*) Ut nullam hyperbolen) ὥστε μηδεμίαν ἔχειν σοφίας ὑπερβολήν. Hyperbole sapientiæ fuisset, si corpus natura impassibile passum fuisset. Quis enim crederet? Etsi enim credimus, quæ sunt supra naturam, quam videmus; & supra rationem, quam attingimus, non tamen sunt contra naturam & contra rationem simpliciter. *Tur.*

Sæc. VII. Anno 605.

Orth. Anima enim, inquam ego, ut opinor, maxime purgatione indigebat, & ob eam causam assumpta est, quia primum passa, prima etiam damnata est.

Hær. Divinè, inquit, Dicis.

Orth. Toto igitur homine, ex corpore, inquam, & anima rationis compote, & intelligente composito secundum substantiam assumpto totius hominis salutem operatus est simili simile repurgans.

Hær. Bellissimè, inquit, hæc omnia, & absolutissimè dicis.

Orth. At ego illi, Igitur sicut si cum animam sumpsit, non meam animam sumpsisset; si autem & meam, non tamen per omnia secundum substantiam, sicut mea fuisset, aliud plane præter meam animam esset, quod factum est salvum.

Hær. Sane, inquit: illius enim prorsus animæ salus fuisset, à qua non differre reperta esset.

Orth. Ad eundem modum, inquam ego, si carnem sumpsisset non meam, si vero meam, tamen aliquanto differentem, essetque differentia, si non esset similiter passibilis; & per omnia cum iis, quæ carnis nostræ sunt, conveniens, necessario illius carnis salus esset, cui carnem sibi unitam assimilare voluisset.

Caro Christi passibilis esse debuit.

Hær. Et quis, inquit, eo insaniæ processerit, ut vera esse hæc non confiteatur; & eos, qui non sic sentiunt, in damnatis non numeret?

Orth. Illi inquam certe, qui definiunt corpus fuisse impassibile, & incorruptibile.

Hær. Non, inquit, impassibile natura corpus factum esse dicimus, sed unione cum verbo.

Orth. Ego vero nihil posterius à priore differre dixi; sed eandem vim ad nocendum habere, si caro Domini penitus affinitatem cum passibilitate nostri corporis recusat.

Hær. Quomodo, inquit, hoc ais?

Orth. Quoniam non est inquam, hoc, quod quæritur, utrum unione, an naturæ fabricatione factum est incorruptibile; sed an naturæ nostræ notas & signa sine ulla immutatione, excepto peccato, servabat.

An virgo mutata.

Hær. Quoad primam inquit, ipsius naturæ constitutionem & principia ex matre Dei & sorore nostra secundum naturam, quæ omnem proprietatem humani corporis participavit.

Orth. Clariorem expositionem responsio postulabat, quæ nobis dilucidius quæstionem explicaret; non enim sic simpliciter ex iis, quæ dixisti, intelligere possum.

Hær. Quid, inquit, obscurius dixi?

Orth. Utrum, inquam, corpore virginis mutato, & à propria natura virtute verbi alienato, naturam nostram sic ex ipso utero aliter habentem unitam esse ei dicis; an vero manente virgine in proprietatibus naturæ, principiis vero primis, sanguinis scilicet virginalis, transmutatis carnem incorruptibilem generatam esse?

Hær. Nonnulli, inquit, priori opinioni simpliciorum opinor, plusquam convenit, adhærescunt honorantes virginem, & absurdum inde proficiscens non providentes, & quod si quid hujusmodi accidisset virgini, habilitate pariendi privata fuisset.

Virgo non erat incorruptibilis.

Orth. Verissima, inquam ego, dicis. Quod enim incorruptibile est, nunquam ad ferendum partum, & pariendum idoneum erit. Adventus autem Spiritus Sancti non fecit, neque prohibuit, quin virgo ad generandum apta esset. Contra potius ad conceptum sine semine provisum supra naturam provexit. Illud vero mihi in mentem venit, quod si, ut illi opinantur, virgo per adventum Spiritus Sancti facta est incorruptibilis, illa necessario facta est immortalitatis generis nostri radix, & non surculus divinus ex ea productus.

Hær. Optime, inquit, dicis, nec enim semel proditum est, vitam virginis naturalis habitus mutationem cepisse. puritatem enim animæ & sanctificationem carni attulit adventus Spiritus Sancti; non autem substantiæ, aut naturæ immutationem in ea effecit.

Orth. Illud inquam adde ad superiora, quod Spiritus quidem virginem virtute gravidante implevit, ut natura supra naturam, spicam sine aratione produceret, & ramus ex radice virginali supra quam naturaliter oriretur.

Hær. Recte inquit, bone vir.

Nec Christus ex ea natus.

Orth. Nunc verò tempus est amice, ut amanter & placide quod deinceps sequitur, consideremus. Cum enim conveniat inter nos, eadem natura fuisse semper virginem, nec in alium naturæ statum, quam quo à principio erat, transisse, pignus ex ipsa natura nostra, an non via & ordine naturæ, tempora partus servabat?

Hær.

Hær. Immo maxime, inquit.

Orth. Paulatim enim, inquam, in utero virginali fictus & formatus, proficiebat, lege partus, tanquam ad maturitatem perfectam infantis, ut ex verbis evangelii perspici potest, cum ait, & impleti sunt dies, ut pareret ipsa. Ubi circa partum, sicut circa conceptum, miraculum admirabile & novum factum est, quod neque partus virginitatem solvit; neque virginitas partum impedivit. *τελείωσιν.*

Hær. Divinè, inquit, ais.

Orth. Sed, inquam ego, sicut conceptus supra naturam nostram factus, non fuit à natura alienus, sic quidem generatio, quæ admirabilitatem habebat, non mutavit naturam ejus, qui propter nos natus est, quin immò ortus est ramus, & fructus similis utero, qui generavit.

Hær. Nos igitur, inquit ille, sic de carne Christi confitemur, quod secundum principium conceptus simul & virginalia viscera attigit, & quod assumptum est, in incorruptibilitatem mutatum est, quomodo enim fieri poterat, ut naturam corruptibilem non deponeret, quod verbo immortali unitum erat?

Orth. Quin immo, inquam, videris mihi tuorum verborum immemor. Superius enim virginem Dei matrem immutabilem mansisse confessus es; & quòd auctor temporum non recusavit, cum formatus est, habitare in utero tempus humani conceptus. Quomodo igitur qui voluit habitare in visceribus matris, & tempora partus explevit, & cum non esset præstantior quàm nos virgo, excepta sanctitate, tanquam pœnitentia quadam ductus, naturam corporis sui respuit: idque cum à matre, quæ eum genuit, per omnia non differret?

Hær. His, inquit ille, omnes communiter assentientur. Verum corpus ex utero corruptibile, quod ex virgine sumpsit, quod statim ad immortalitatem transtulit, eorum est, qui nobis recte sentire videntur.

Orth. Et ubi, inquam ego, est ratio, & tempus vitæ communis, ac conversationis, quæ maxime nobis utilis & necessaria fuit, si puncto & momento temporis similitudo, ut ais, nobiscum ab eo demonstrata, celeriter mutata est; quando non hoc solum indigebamus, sed ut conversaretur nobiscum Dominus; & per omnia pergeret, per quæ natura humana principium capiens, & per media progrediens, ad finem suum evadit. *An unio corpus impassibile fecerit.* *συμπολιτεύσεως.*

Hær. Quid enim, inquit, ista prohibebat, quamvis unio corpus impassibile fecisset?

Orth. Et quomodo, inquam, vel cum hominibus principio vixisset, vel passiones pro nobis suscepisset, si ex ipso principio unionis negatum esset, esse similem nobis passibilem, & mortalem?

Hær. Passus est, respondit ille, sed non necessitate naturæ, verùm ratione œconomiæ, permittente verbo, ut pateretur.

Orth. Ego inquam, quod dictum est, nihil ab ænigmate differt. Quomodo enim naturam habebat superiorem quàm ut pati posset, & rursus sinebatur, præter naturam, quæ carnis sunt, pati? Si enim unio verbi carni impassibilitatem dedisset, nunquam eam dono, quod semel tribuisset, privasset. Præterea, si ex unione verbi accepisset non posse corrumpi, tempus est, ut audeas nefariè avellere admirandam, & supra naturam unionem. Siquidem non poterat pati, quod ex unione erat à passione liberum, nisi unione prius sublata; sicuti neque tenebræ unquam erunt, nisi causa, & lumine recedente. & in summa, nihil ex causa continente proficiscens aptum natum est, ut in effectis permaneat, nisi causa adsit. Considera autem & hoc, quod si sustinuit verbum, ut cum patiente congrederetur, sustineret etiam, ut corpori passibili uniretur.

Hær. Num igitur, inquit, non patiebatur caro volente Verbo, sed naturæ legibus subjectus erat?

Orth. Ecquis, respondi ego, hoc diceret? Quod non volente verbo, quicquam eorum, quæ naturaliter accidunt, carni eveniret; ac non magis ipso permittente, ut quæ naturalia erant sine peccato, caro pateretur, quæ ad patiendum natura apta nata erat. Non enim si secundum naturam erat supra quàm ut pati posset, apta ad patiendum per verbum facta esset. Contra potius, aliquando passiones caro superabat, tribuente ei verbo, ut plurimum, dominatum in passiones, ut naturalis coagmentatio naturæ verbi cum carne inseparabilis esset, & semper indissolubilis; passiones verò non participare non semper corpori liceret. Non enim ex unione habuit non pati, sed ex voluntate uniti hoc opportunè, & ad aliquam utilitatem gubernantis ac disponentis. Nisi enim hoc verum esset, alterum duorum confiteri necesse esset, aut non passam *παθῶν ἐπικράτειαν.*

 esse

SÆC. VII. ANNO 605.

esse quicquam penitus, quæ erat propter unionem natura impassibilis, aut si passa est, ab unione penitus divulsam esse.

Hær. Si igitur, ait ille, ut tu dicis, caro cum naturam haberet aptam ad patiendum, tum alia propter se, tum mortem sustinuit, exciderunt nobis, & perierunt gloriationes, quibus gloriabamur, tanquam ipsa propter nos passa fuisset.

Passiones Christi voluntariæ.

Orth. Propter nos pati carnem Domini, inquam ego, bone vir, dupliciter dicitur, & quod permittente Verbo, passio circa ipsam accidit, quia scilicet cùm prohibere posset, non prohibuit, ut magnus Athanasius ait; & quod superior omni peccato cum esset, non debebat propter se mortem, siquidem principio mors propter peccatum irrupit, & in totam naturam humanam pervasit, in quo, inquit Paulus, omnes peccaverunt; non enim est, aut fuit ab omni sæculo anima hominis voluntarii, & non voluntarii peccati pura. Immo etiam animas sanctorum Patrum aliquid sordium & vitii, & si non secundum actum, saltem cogitationem admisisse dicam. Et hoc aperte licet ex Domino docente audire, cum ait, venit princeps hujus mundi, & in me nihil invenit. Cum dixit in me, & nihil, plane significavit, se solum ab omni peccato etiam cogitationis liberum fuisse. Quamobrem damnatio peccati cum nullum locum in eo reperisset, substitit, & circumscripta est, & à reis deinceps recessit. Mortua enim mors est, cum carnem, quæ non peccaverat, degustavit. Existimare autem, quod caro naturâ passionis expers, & immortalis, quod naturæ ejus non inerat, sponte admisit, primum quidem hoc est ignorare, velle & non velle non esse carnis proprium, sed animæ rationalis, in qua potestas liberi arbitrii, & voluntatis in utramque partem propensio, & inclinatio cernitur. Deinde faciunt eam ream, quæ voluit quod præter naturam erat; & id elegit, ad quod nata non erat. Hic autem ultimus peccati limes.

ἐνέργειαν.

ἐνέργεια. tres causæ actus humani.

Nec hoc est sine animadversione prætereundum, quod cum tres causæ cernantur, ex quibus omnis actus proficiscitur, unus quidem est ex naturali potentia; alius vero ex depravatione habitus secundum naturam; tertius consideratur secundum ascensum, & progressum ad melius. Ex his primus est naturalis; secundus præter naturam; tertius supra naturam est, & nominatur. Ille ergo actus qui vocatur præter naturam, qui est aberratio quædam à naturalibus habitibus, & potentiis, lædit substantiam ipsam, & operationes ejus naturales: naturalis autem actus ex causa non impedita, & secundum naturam nixus proficiscitur. Actus vero supra naturam, evehit, & elevat, & ad perfectiora roborat; & ad ea, quæ non potuisset efficere, si in iis, quæ sunt secundum naturam, mansisset. Quæ igitur supra naturam sunt, non interimunt, quæ sunt secundum naturam, sed potius deducunt, & impellunt, ut & ea, quæ secundum naturam sunt, possimus; & virtutem ad ea, quæ supra hæc sunt, accipiamus.

ἐνεργείας.

Hær. Exemplo, inquit, familiari declara, quod dicis; nondum enim mens mea illud percipit.

Miracula non mutant naturam.

μετακοσμεῖ.

Orth. Considera, inquam, sic, sicut in iis, quæ arte fiunt, videre licet, quemadmodum ars artificio mutat in aliam formam, & naturalem materiæ subjecta deformitatem ad pulchriorem habitum, & speciem transfert, & magis ad utilitatem evocat. Largitur enim ars, quod natura non habuit. Ad hunc modum tibiæ, & citharæ, & alia ejusmodi instrumenta vi artis sonos emittunt, sic ars fingendi cum alia, tum aurum in infinita genera animalium ratione carentium, & in formas humanas mutat. Ac rursus ars mechanica sphæras astronomicas, & horologia, & alia hujusmodi excogitavit. Longum esset, numerare formas, quibus ratio artificiosa manente natura intra fines suos, & nihil læsa, pulchritudinem, & commoditatem ex arte adhibet. Ad eundem modum, ut quæ humilia sunt, & similitudinem longè à veritate remotissimam ferunt, cum divinis exempli causa conferamus, considera mihi carnem Domini salvis naturæ legibus post unionem supra naturam, & admirabilem, etiam ea, quæ supra naturam sunt, recipere; ita ut neutrum ex altero separetur, aut impediatur. Nec enim quæ supra naturam sunt, locum habent, non habente natura quod secundum naturam est. Desinitque miraculum esse quod miraculum est, cum id quod est supra naturam, naturam mutat, ac magnificentia, quæ naturæ violentiam adhibet, in contumeliam vertitur.

Ut ambulare Christum super aquas non fuisset miraculum, nisi corpus ejus fuisset natura grave.

Hær. Et mihi, inquit, hæc videntur. Sic tamen, ut passiones ratione miraculi carni acciderent; non posse autem pati, & immortalitas ejus in naturæ legibus indissolubilibus niteretur.

Orth. Et unde, inquam ego, hoc accepisti, bone vir? Quis fuit tibi hujus novæ, & peregrinæ sapientiæ magister? An ignoras, quod lex naturæ non est quod rarum est, sed quod semper, vel ut plurimum cernitur, & permanet? Dominus igitur noster totis triginta tribus annis nobiscum secundum carnem versatus, non abhorrendo ullo

modo

modo à nostra consuetudine, humanitatem honoravit, cibo, & potu, & somno utens, & alia omnia naturaliter adhibens, quæ veritatem sumpti corporis demonstrabant, & miracula non prius quam triginta annos natus, facere cœpit. Ne enim mihi ullus miracula Domini puerilia ex puerili sensu proferat, hæc|ætas perfectam virtutis periclitationem, & doctrinæ maturum tempus habebat, quando vera evangelia nobis prædicavit; & ad confirmationem doctrinarum divinarum admirabilitate miraculorum ea, quæ dicebantur, munivit. & usque adeo hic cernitur naturalibus, & citra reprehensionem corporis consuetudinibus usus, ut existimationem voracis & vini potoris sustineret, dum similiter, ut nos, modum necessitatis expleret. Quid præterea dices, quo pacto semper in nostra forma videbatur, & cum multitudine versans, & nihil à multis habitu differens. Siquidem premebant eum turbæ, ut Petrus ait, & qui eum prodidit, signa dedit, ex quibus deicidæ eum agnoscerent, propter similitudinem, ut quidam ex nostris dixit, habitus Domini cum habitu discipulorum. Hæc vero ab ortu ejus usque ad ascensum in crucem, & usque ad sepulturam tridui quadam serie, & ordine naturali processerunt. ad ostensionem vero divinitatis, quæ nondum declarata erat, raro quoad totam vitæ seriem miracula circa corpus fecit, ad ostensionem, ut dixi, divinitatis, non ad negationem veritatis corporis. Idcirco super mare ambulans non deprimitur; & in monte transfiguratur: totis quadraginta diebus jejunus, naturalis necessitatis oblitus est: ex visceribus virginalibus ortus est salvo, & integro flore virginitatis, hæc ad declarandum thesaurum divinitatis, non ad interimendam, & mutandam assumptam humanitatem mirabiliter operatus est. Et ut breviter dicamus, miracula divina, & arcana, quæ faciebat, notæ, & indicia divinitatis erant; passiones vero, & ante eas conceptus, & partus, & fasciæ, & accretio ætatis, & cætera omnia, quæ lege naturæ circa corpus ejus facta sunt, verum hominem, & nostræ substantiæ esse demonstrabant.

Sed quod pene mentem effugerat, illud addam.

Hær. Dic, inquit, id.

Orth. Cogitavi, inquam ego, illud recte habere, & pium omnibus videri, quod sicut Dominus omnia sua cum carne communicans, non recessit à se, manetque fixus, ac stabilis in statu suo naturali, sic etiam humanitas ejus perseverans in iis, quæ naturæ ejus sunt, & habens naturales facultates, & actiones corporis, ac passiones communes, & à crimine alienas, ac liberas nunquam deserens, & definitionem perfectionis nostræ secundum substantiam possidens, omnia bona ex verbo participavit, quin potius ipsum fontem bonorum, verbum scilicet habens, emittit è se omnia, quæ verbi sunt, propter verbum. Ne enim existimemus, magnum aliquid de carne Domini dicere, si ei tribuamus, quod nec ipsam honoravit, & quod honorem nostrum abstulit, nec enim verbi erat, privare eam nostris proprietatibus manentem, alioqui nobiscum: nec erat humanitatis, affinitatem nobiscum habentis, delere similitudinem patiendi, nisi velimus excidere ab ejus imitatione, & similitudine. Nec vero ea quæ communiter justi & injusti post resurrectionem habebunt, immortalitem dico, & non posse interitum capere, & inprimis non esurire, non sitire, non expetere somnum, tanquam grande aliquid carni Christi projiciamus. Hic enim verè dici potest, gloria in confusione eorum, qui per honorem & nos, & carnem Domini inhonorant. * Carnem quidem Domini, cum eam iis, quæ nostra sunt, privant; nos vero, cum faciunt, ut ab iis, quæ carnis Domini sunt, excidamus, non enim glorificabit non compatiens, quæ per passionem glorificat.

Christus permansit Deus & homo.

τὴν ὁμοιοπάθειαν. θεομιμησίας.

Hær. En nunc, inquit, nolens distinxisti corruptibile à passibili. patiuntur enim in cruciatu corpora peccatorum cum ipsis animis, non tamen patiendo, mortem, vel interitum capient; ut hinc pateat, non esse idem corruptibile atque passibile; siquidem illa patiuntur, sed non corrumpuntur.

Distinctio passibilis corruptibilis.

Orth. At inquam ego, bone vir, non hoc dico, quod omnis passio interire facit patientem; sed tales passiones & talem. Suppliciorum igitur, quæ in inferis sunt, & acerbi sensus eorum non est proprium naturam subjectam corrumpere, si enim audacter dicendum est, conferunt etiam aliquid tortis & cruciatis ad permanendum, & perdurandum, videre etiam licet, quemadmodum hoc ipsum eveniat in medicamentis, faciunt enim illa reviviscere, & naturam fovent, cum aliqui (c) alte stimulent, & pungant, nec finant nos sentiendo marcescere, sed potius dolore conservent, & urendo corroborent, & densent. Humanæ vero & naturales passiones carnis, quas

* *Caro domini per passionem glorificat compatientes Rom. 8. quod est pati nobiscum, & nos cum ipso. Compati autem non possemus, nisi caro domini compateretur,* CAN.

(c) Altè stimulent) τὸ βάθος κεντρίζοντα. TUR.

Sæc. VII. Anno. 605.

quas dominus suscepit, quodammodo erant natura aptæ ad debilitandum carnem, & defatigandum, ac dolore afficiendum, & denique ad dissolvendum, quod quidem in cruce factum esse cognovimus. Dissolutionem vero (*d*) quantum in natura est, corruptio sequitur. Passiones igitur humanæ naturam possunt offendere, compositum lædere, & finem atque separationem inferre, & interitui subjicere, quæ quidem omnia, similiter atque nos, Dominus participavit, secundum magnam Apostoli doctrinam.

Hær. Quid aliud, inquit, his omnibus suadere, & demonstrare studuisti, nisi quod cum Christus sit passibilis, idque natura corporis, non voluntate divinitatis, necessariò erit corruptibilis. Non enim ignoramus te hoc moliri, quod quidem nunquam concedemus, etsi infinita istis addas. Magis enim credendum est principi Apostolorum Petro, ac præterea David regi à Deo electo, & prophetarum principi, qui dixerunt, quod caro ejus non vidit corruptionem.

Loca scripturæ de incorruptibilitate.

Orth. Quandoquidem ab humanis cogitationibus, inquam ego, sero tandem, & à probabilitatibus recessisti, & ad scripturas sacras confugisti, & nos memoria cujusdam dicti prophetici contra ea, quæ à te dicta sunt, effugerat, rogo te nunc, ut hoc nobis declares.

Hær. Quid, inquit, hoc est, quod dicis?

Orth. Quod divinus Hieremias, respondi ego, in lamentationibus locutus est, demonstrans propheticè eum, qui lamentationes dissoluturus erat, Christus Dominus, inquit, in corruptionibus nostris comprehensus est. Aliud hujusmodi reperire licet dictum ex persona Domini per prophetam: quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem, inscriptio autem Psalmi, & tota verborum consequentia, docet nos intelligere Christum per Psalmum mysticè præfiguratum, secundum interpretationem Theologorum. Immo & Petrus ipse iis, qui resurrectionem Salvatoris non credebant, gravissimè, ut videmus, dicit, quod suscitavit eum, non amplius reversurum esse eum, plane declarat eum, de quo hoc dixit, non fuisse alienum à capienda corruptione. An igitur non putas adversari hæc iis, quæ à te allata sunt? Et nos majoribus vinculis quæstionis implicare?

Hær. Per veritatem, inquit ille, multa obscuritate plena sunt hæc, nisi aliquem interpretem adipiscantur, qui discrepantiam, quæ in ipsis videtur esse, ad scopum veritatis collineet.

Orth. Age ergo inquam, bone vir, sententiam horum obscuritate involutam explica, & veritatem nobis retege, sive eam à te, sive ab alio accepisti.

Hær. Non inquit, aliquam valde bellam, & speciosam excusationem invenisse mihi visus es, cum contrariis auctoritatibus veritatem majore obscuritate involvisti. Ut quæstio quidem dubitationem, dubitatio vero confessionem falsi latenter includat. Ego vero, sive quis nobis dubium auctoritatum interpretetur, sive non; nunquam à sententia mea discedam; cum apertè clamat scriptura, quia non est derelicta anima ejus in inferno; neque caro ejus vidit corruptionem.

Orth. Tanquam apta nata ad corruptionem, inquam ego, non vidit corruptionem? Aut si non est ita, responde.

Hær. Tanquam non apta natura non vidit corruptionem, statim, inquit ille, nihil prorsus dubitans.

Orth. Igitur inquam ego, hoc ipsum etiam necesse est te de anima prorsus confiteri, de utrisque enim conjunctè propheta ex persona Salvatoris pronunciavit gratias agens, quod anima ejus non esset relicta in inferno; neque caro ejus vidisset corruptionem.

Hær. Atqui, inquit, idem de anima Domini dicam, quod non habebat naturam, ut relinqueretur in inferno.

Descensus Christi ad inferos.

Orth. Igitur, inquam ipse, nec ad infernum eam descendisse concedemus.

Hær. Hoc vero inquit ille, non negaverim, verum ut teneretur ibi, non fuit apta penitus.

Orth. Differt igitur, ajo, ab animis nostris secundum naturam anima Christi.

Hær. Non quia differt, inquit ille, sed quia erat unita Domino, non poterat in inferis detineri.

Orth. Non igitur, dixi ego, propter naturam suam, hanc enim similem cæteris omnibus animis habebat; sed propter divinitatem Verbi, cum qua ad inferos descendit, non solum ne teneri posset, libera fuit, sed eorum, qui illic tenebantur, & crediderunt ei, vincula solvit.

Hær.

(*d*) Quantum in natura est) ὅσαγε ἐπὶ τῇ φύσει. *Tur.*

Hær. Sic inquit, habet. SÆC. VII.

Orth. Similia inquam ego, de carne Domini intelligere licet. quod ſcilicet, quantum attinet ad ſimilitudinem carnis ejus cum reliquorum hominum corporibus, ſicut mortuus eſt, ſic etiam corrumpi potuit. Non fuiſſe tamen corruptum non demonſtrat mutationem naturæ, ſed omnipotentem, & efficacem virtutem divini nutus, & voluntatis. Sicuti ingredi pedibus ſuper mare non fuit declaratio naturæ, ſed indicium divinitatis. Quare mortuum quidem eſſe proprium fuit naturæ corporis; corruptum vero non fuiſſe, potentiam divinitatis ſignificabat. ANNO. 605.

Hær. Sic, inquit, & ipſe opinor.

Orth. Quid ergo, inquam ego illi, cum recte offers, non recte dividis, ut ait ſcriptura, tribuis quidem carni, quæ naturæ ſunt, quæ vero ſupra naturam ſunt, potentiæ verbi, quæ ſupra ſubſtantiam eſt? Hoc enim modo ſuperiorum auctoritatum diſcrepantiam ſolves; & veritatem aſſequeris, comprehenſum quidem eſſe in corruptionibus noſtris ſignificabat quod naturæ inerat: deſcendiſſe vero in corruptionem, ſignificabat veniſſe ad loca, & res corrumpentes; non vidiſſe corruptionem, ſignificat non eſſe expertum corruptionem Verbo prohibente, ut ſic hoc etiam cum aliis præcipuum munus gratiæ in reſurrectione, cœpta quidem in corruptibilitate ab ipſo, & in ipſo, pervadente autem, & pervaſura uſque in omnem humanam maſſam, cujus ipſe factus primitiæ, in ſe totam maſſam fermentavit.

Hær. Chriſtum quidem paſſum eſſe, in divina ſcriptura, quæ hoc dicit, audivimus, & paſſibilem eſſe ſecundum carnem Chriſtum magnus Paulus prædicat; corruptibilem tamen eſſe Chriſtum, nulla ſcriptura ſic explanatè, & nuda voce tradidit. Non enim omnino hoc declarat illud, comprehenſum eſſe in corruptione. *Chriſtus paſſus eſt, ſed fuit incorruptibilis.*

Orth. Nunquid igitur, dixi illi, ſolum paſſum eſſe eum, ſcriptura dixit, an etiam ſecundum carnem natum ex virgine?

Hær. Et hoc inquit eorum eſt, quæ conceduntur. Alioqui quomodo intelligeremus illud: liber generationis Jeſu Chriſti?

Orth. Ergo, dixi illi, ad paſſionem ſpectat generatio ejus ab ſcriptura prædicata?

Hær. Aſſentior, inquit.

Orth. Quid? inquam, an non accepimus ex ſcriptura accretionem corporis ejus?

Hær. Maximè, inquit.

Orth. Illam vero, inquam ego, quam exteri Philoſophi vocant ἀλλοίωσιν, exiſtimas ex poteſtate patiendi proficiſci, an non?

Hær. Et ubi inquit, in ſcriptura hoc reperimus? *παθητικὴ δύναμις.*

Orth. Ab ipſo, inquam, verbo ſalutari docemur, cum aperte dicit, Spiritus promptus eſt caro autem infirma. Et rurſus de eo ait Apoſtolus, etſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed vivit ex virtute Dei. Quid autem aliud eſt infirmitas, quàm potentiæ ſecundum habitum, variatio, & mutatio. Et magnus Eſaias ait, homo in plaga exiſtens, & ſciens ferre infirmitatem. Et paulo ante: Et vidimus eum, & non habebat ſpeciem, neque decorem. Sed ſpecies ejus inhonorata, & deficiens præter filios hominum. An aliud eſt dicere defectionem, & infirmitatem, quàm immutationem, quam corpus ex paſſione ſuſtinuit colore privatum, & colorem in corpore naturaliter floreſcentem non ſervans, calore in intimum revocato, & ſuperficie propter contractionem ſanguinis refrigerata, & in pallorem mutata? *Infirmitates carnis.*

Hær. Optime, inquit, dicis, & mihi videris imitari magnum Baſilium, paſſiones corporis Phyſice deſcribentem.

Orth. Nec aliud quid eorum, quæ dixi, meum eſt; omnia ex Patribus accepi, ſed conſideremus, ſi placet, quod ſequitur.

Hær. Quid, inquit?

Orth. Conceſſis apertè ex ſanctis ſcripturis generatione, accretione, & immutatione, quæramus reliquas conjugationes, utrum eas forte in divinis ſcripturis reperire poſſimus. *Fames & ſitis Chriſti corruptibilitatem indicant.*

Hær. Sentio, quid hinc efficere velis. Cum enim habeas conceſſum motum Domini à locis in loca, conaris demonſtrare de extenuatione, & corruptione, quod nunquam, ut mihi quidem videtur, concludes.

Orth. Recte quidem, inquam ego, dicis intuens in meam infirmitatem. At veritas adjuta adjuvat eos, qui eam defendunt. Igitur videtur ne tibi eſurire & ſitire eſſe cibi & potionis appetitus?

Hær. Videtur, inquit.

Orth. Solere autem eſſe appetitus earum rerum, quæ deſunt, an non putas, inquam?

Hær.

Sæc. VII. Anno 605.

Hær. Maxime. Quid enim aliud est appetitus, quàm cupiditas ejus quod deest, ad supplendum, quod effluxerat?

Orth. Pulchrè inquam, appetitum definisti. Siquidem magnus Basilius esurisse dicit Dominum solido cibo ipsi exhalato in corpore, & quæ sequuntur perspicuè nosti. Somno autem corripi nihil aliud esse dicimus, quam languidum & remissum esse Spiritum sentientem, sicut & defatigationem esse musculorum, & nervorum nimiam extensionem, in his enim ea, quæ naturæ sunt, deficiunt, & imminuuntur; & indigent somno quidem ad recreandam vitalem & sentientem virtutem; remissione verò, ut remittantur contentiones sive pedum, sive manuum, sive totius corporis ex itinere, aut ex alia in aliis operibus contentione defessi. Cibum vero, & potionem natura requirit solidis & humidis, ex quibus constituti sumus, digestis, & indigentibus repletione ejus quod exinanitum est, & fluxit.

Hær. Sic quidem, inquit ille, in nostris corporibus fit, bone vir, non tamen sic in carne Domini.

Orth. At si non sic hæc, inquam ego, etiam in carne Domini, & ad eundem modum eveniebant, confidenter dicam, nec prorsus genitus est. Proba enim nobis alium modum. Non enim dices unquam, phantasiam fuisse, id est, inane visum.

Hær. Nunquam, inquit ille, sic insanus ero, verè siquidem hæc accidebant, sed volente verbo & permittente carni.

Orth. Bene inquam, dixisti, nec enim meliorem immutationem assequetur, qui non dixerit, & senserit passiones naturales carni accidisse permissu verbi.

Hær. Sic, inquit ille, credimus, Deus enim voluntate neque potest, neque poterat ab hominibus capi.

Orth. Concessa igitur, inquam ego, bone vir, generatione, immutatione, accretione, motu secundum locum, quid prohibet, dic mihi; quin reliquam conjugationem ei tribuamus?

Hær. Ut tu igitur, inquit, loqueris, corruptus est.

Orth. Absit, respondi.

Hær. Quomodo, inquit, hoc dicis?

Orth. Quia neque fas est, inquam.

Hær. Quamobrem, inquit?

Orth. Quia inquam, oportebat passiones nostras gustare usque ad experientiam mortis, non tamen in corruptione manere actu, quin immo sicut in omnibus habuit quod nostrum est, & quod supra nos est, sic in morte ipsa: mortuum enim esse nostrum est, & curatio nostræ mortalitatis; non esse autem corruptum valentioris potestatis verbi erat, verbum enim experientiam prohibuit, minime concedens carni, ut corrumperetur; ut primitiæ immortalitatis ab ipsa in nos etiam transeant. Non esse igitur factam corruptionem, potentiæ divinæ est, quæ superari non potest; & ratione miraculi, & non lege naturæ.

Hær. Atqui, inquit ille, & novus Adam vocatus est Dominus. Quomodo autem sic vocaretur, nisi corpus Protoplasti tulisset? Incorruptibilis autem erat protoplastus, antequam peccaret; incorruptibile igitur fuit etiam corpus Domini. Siquidem sine peccato perseveravit semper.

Orth. Ego vero inquam, sive corpus protoplasti corruptibile erat, sive non, nondum dico, quamdiu non pudet ipsos, qui hoc dicunt, immortalitatem protoplasti non tribuere Domino. Mortuum enim esse eum, necessario concedent; nisi sibi ipsis crimen phantasiæ, id est, inanis visi in Adam vere mortuo, inferre velint: sumpsisse vero Dominum tale corpus, quale erat non solum corpus Adæ, sed corpus nostrum, non enim propter illum tantum venit, sed propter nos etiam, valde absurdum, & à ratione alienum erat, unius quidem esse similem, cæterorum verò omnium dissimilem, qui quidem ad rationem medicinæ faciendæ eadem similitudine indigebant. Unde, optime vir, corpus protoplasti incorruptibile erat? Non enim in constitutione sua habebat, ut immortalis esset, ac multo magis non habebat, ut esset incorruptibilis, alioqui nunquam, opinor, ligno vitæ ei opus fuisset, tanquam futuro immortali, usu vitalis fructus, quo eum privavit peccatum, sicut Patres dicunt, sed de his non est nunc disputandi tempus, quoniam neque dogma est hoc de Adam. Quod enim nunc in quæstione positum est, quod talem carnem Dominus sibi univit secundum hypostasim, qualem habuit Adam post peccatum damnatus, & nos omnes ex eadem massa. Non enim venit Dominus, ut salvaret Adam à peccato vacuum, ut ejus similis fieret, sed peccato irretitum, & jam lapsum, ut eum miseratus consuscitaret. Alioqui quomodo debitum pro nobis solvisset? Aut ruinam resarcisset? aut norma virtutis factus

factus esset? Et omnibus optimæ vitæ regulam in se vitam perfectissimam proposuisset? SÆC. VII. ANNO 605.

Hær. Et quomodo, inquit ille, poterit aliquis vitam Domini imitari?

Orth. Similitudo inquam, carnis Domini cum nostra sine variatione, fecit, ut posset assimilari ei; ut liceat Paulo, & aliis exemplo ejus dicere, imitatores mei estote sicut & ego Christi; & ipsi Domino, discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Immo neque mors per mortem Christi mortua à reliquis deinceps hominibus se unquam abstineret, nisi per omnia similiter invasisset eum, qui ante occubuit, quem postquam gustavit, usque adeo dentes ejus obstupuerunt, ut scripturæ verbis utar, ut non amplius audeat eos attingere, qui ejus similes sunt, & ut evomat eos, quos prius absorpserat. Operatio enim opinor, clarè naturam medicamenti demonstrat; siquidem omne quod erat ejusdem naturæ, coëgit evomere eum, qui momorderat. Deinde quomodo lex conflictus in experimento adhibito servata esset, si natura, quæ tentatur, non haberet similitudinem naturalem cum eo, qui occubuit? Non enim est vincere, sed vim afferre, congredi præter leges certaminis, lex vero certaminis est per eum, qui antea occubuit, superare eum, qui jam vicerat, & hac ratione & via superiorem amissam victoriam resarcire. Quomodo nos etiam eum, qui propter differentiam instrumenti virtute præstaret, imitaremur, à quibus requiretur, ut in passibili, & corruptibili corpore similes nos incorruptibili redderemus. hoc enim simile mihi videtur, ut si quis lege juberet instrumentis fabrilibus artem fabri ærarii exercere. Etenim si ita esset, etiam aberrare ab imitatione Dei, à crimine prorsus vacaret. Non enim prope est exemplum. Et imitantibus versantibusque in natura infirmiore, & decertantibus abunde fuisset, quod magister naturæ excellentioris erat. Omitto dicere, quod neque leges virtutis in actione positæ, & humanæ, in corpore incorruptibili reperire licet, cui quidem, quia supra passiones humanas est, nec est fames, quia nec temperantia; neque labor, quia neque tolerantia; neque contumelia, quia neque humilitas; nec aliquid hujusmodi, ne singulis enumerandis immoremur, neque magnum aliquid dicam, si dixero, neque virtutem spectari, & cerni in natura alicujus incorruptibilis, & nihil indigentis. Naturæ enim à dolore & tristitia vacantis non est certamen; si autem non est certamen, neque victoria; si vero non est victoria, neque coronæ. Ad hoc tam absurdum, elegans nomen ἀφθαρσίας, id est, incorruptibilitatis vos adegit.

Hær. Vehementer, inquit ille, magnum mysterium unionis turbat, si verbum non dedit corpori suo à principio, ut esset incorruptibile, sed æque atque nobis ipsis ipsi in posterum hoc reservavit. *Corruptibilitas unionem evertit.*

Orth. Majori reverentia, inquam ego, dignum est, dicere factam esse post aliquod tempus assumptionem Domini, & ad dexteram in cœlis consessum, & non à principio unionis. Non enim mihi fas est, alio modo ejus laudem amplificare.

Hær. Sed si hoc, inquit, factum est, nihil inde nobis amplius.

Orth. Quare? inquam ego.

Hær. Quia inquit, neque sic gubernamur; neque statim juxta ipsum primum ortum sive naturalem, sive ortum ex baptismate regnum cœlorum nobis datur.

Orth. Da mihi, inquam ego, ut hoc modo habeam mysterium incorruptibilitatis, quid opus erat, ut ipse postea institutionem vitæ communis susciperet, si nos jam in ipso secundum primam corporis ejus formationem totius mysterii perfectionem habemus? Si enim hæc non sic sunt, igitur neque totam propter nos œconomiam factam esse reperimus, sed ipsum tantum mysterii proœmium.

Hær. Quomodo, inquit, hoc dicis? Non enim quod dixisti, intelligo.

Orth. Quòd, ut tu ais, inquam ego, erit quidem incarnatus propter nos, & propter nostram inde incorruptibilitatem; versatus verò in vita, & passus, ac suscitatus nescio quare. Si verò propositum erat suscitare eum, qui ceciderat, & ex morte redimere, atque ad vitam revocare, & ut corpore incorruptibili facto splendesceret: Hæc nobis non aliter abunde nobis adesse poterant, quam si Dominus unumquodque horum in propria carne demonstrasset, hæc autem omnia, ut vos putatis, à principio unionis à Domino perfecta sunt corpore ejus ex ipsa unione incorruptibili facto. Habemus igitur ex ipso primo mysterii initio totum mysterium, supervacanea fuit reliqua deinceps œconomia. Sicut enim si primo remedio integra sanitas ægris restituatur, supervacua est postea opera medicorum, semel invaletudine superata, sic si ex ipsa unione cum carne, bonum incorruptibilitatis nobis immisit, omnis reliqua circuitio, & ambitus mysterii superfluus est. Sed existimo, evenire vobis, ut sic putetis, quod igno-

Sæc. VII. Anno 605.

ratis aliam quidem esse (*e*) rationem formationis corporis; alium verò modum unionis. Atque illud quidem ex præsentia, & adventu spiritus sancti extitisse; qui illud ut effector formavit; unionem vero non ex energia, sive operatione verbi, (*f*) sed ex tota & substantiali unione. Virtus enim Spiritus sancti fœcunditatem virgini suppeditavit, ut quidam apud nos valde eleganter dixit; & formatio substantiæ corporis ex Spiritu sancto est secundum operationem ejus effectricem constituta, materia autem ex virgine sumpta est. Verbum autem templum ab Spiritu sancto sibi fabricatum in ipsa prima formatione inhabitat, non expectata, ut quidam rectè dixit, consummatione templi, sed primo initio ineffabilis œconomiæ, id est, incarnationis in ipsa naturæ officina unitum, totum ædificium sibi (*g*) circumdedit. Non enim facto corpore, sic foris advenit, sed seipsum (*h*) circuminduit, & naturam nostram ornat.

Proprietas igitur corporis non potest ex unione verbi cognosci, sed ex virtute Spiritus sancti formante ipsum corpus sine primis instrumentis naturæ, vacationem verò à peccato, & totam sanctitatem totamque unionem cum toto verbo carnem sumente, esseque & vocari unum filium, & apparere clarissima signa totius (*i*) proprietatis filii, unio verbi cum natura nostra effecit, à quibus beatitudo divelli non potest, quia & unio est inseparabilis. Itaque constitutionem & proprietatem corporis ex operatione Spiritus sancti profectam esse cognovimus; unionem vero non ex nuda operatione verbi, sed ipsius verbi substantiali unione.

Testimonia Patrum.

Atque hæc quidem nos cum eo, qui nuper nobiscum locutus est, disseruimus, cum eas quæstiones, quæ illi inexpugnabiles videbantur, pro viribus solvimus. Rogamus autem eos, qui hunc nostrum mediocrem librum lecturi sunt, ut ad sacros Patrum tractatus recurrant: ex quibus nos etiam adjumenta cepimus, & hæc scripsimus, & auctoritates ad confirmationem eorum, quæ dicta sunt, adhibuimus. Tribuat Dominus utrisque partibus studio veritatis & secundum voluntatem ejus quærentibus & scrutantibus, ut veritatem sibi ostensam inveniant, quæ est Christus super omnia Deus, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Ejusdem Leontii contra aphthartodocetas, id est, opinatores incorruptibilitatis proœmium auctoritatum.

QUoniam gratia Christi quæstiones, quæ speciem probabilitatis habebant, pro viribus solvimus, polliciti vero sumus testimoniis veterum confirmare, quæ diximus, accipe in fidem multitudinem testimoniorum, æquabilem & modulatum veritatis concentum edentem. Si quis verò, qui conscientiam suam conculcare didicit, testimonia à nobis recitata rejicit; alia autem eorundem testium producit, pugnantia, ut putat, illud primum huic dicendum est, quod qui Patres facit manum secum conferere, eosque nititur in repugnantiam inter se adducere, bellum plane contra eos suscepit; neque magis nostra evertit, quam sua non probavit. Illud præterea dicimus, quod qui sunt verè Patres Ecclesiæ, & sermonem charismatis ad docendum, in eodem spiritu acceperunt, neque cum aliis, nedum secum discrepant; nec magna res est, si dicam, nec in aliis discrepant, ac minime omnium in hac quæstione, de qua disceptatur, quamvis sic videatur iis, qui meram inscitiam ebiberunt; & ebrietatem suam in firmitatem & sobrietatem veritatis Patrum transfundere audent. Credendum enim est non fuisse eos, qui loquebantur, sed spiritum Patris eorum, qui in eis loquebatur. Qui enim non sunt hujusmodi, digni sunt, qui falsi doctores vocentur; qui eo ipso quòd pugnant contra se, & diffident, non spiritum pacis, sed spiritum adversarii, & seditionis amicum habere convincuntur. Quomodo igitur dicet aliquis, reperimus dixisse corruptibile, & incorruptibile corpus? Non aliter, quam duobus modis, quia incorruptibile secundum idioma scripturæ pro non peccante, & puro, & ab omni labe nequitiæ libero ponere consueverunt. & rursus, indifferenter, & sine observatione secundum tempora idem corpus Christi vocabant & corruptibile, &

Corruptibile & incorruptibile corpus Christi.

1. Petr. c. 3. qui absconditus est homo cordis in incorruptibili quieti & modesti spiritus.

(*e*) Rationem formationis corporis) ὑποστάσεως τοῦ σώματος. *Tur.*

(*f*) Sed ex tota & substantiali) ὁλικὴ καὶ οὐσιώδης ἕνωσις. *Tur.*

(*g*) Circumdedit) περιτέθεικεν. *Tur.*

(*h*) Seipsum circuminduit) ἑαυτὸν περιπλάσας. *Tur.*

(*i*) Proprietatis filii.) υἱικῆς ἰδιότητος. Ibid. v. 10. unio verbi cum natura nostra) συμφυὴς ἕνωσις τοῦ λόγου. Producit deinceps Leontius testimonia sanctorum Patrum, qui probandæ veritatis modus scriptoribus, qui adversus Nestorianos, Eutychianos, & Iconomachos pugnarunt, admodum familiaris fuit: ut intelligere licet ex operibus S. Damasceni; S. Anastasii Sinaitæ; & ex ipso Concilio Ephesino; etsi nec ipsi Eutychiani segnes erant in adducendis Patrum auctoritatibus; sed more omnium hæreticorum vel supposititiis, vel male intellectis praveque detortis: maximè autem gloriabantur testimoniis Gregorii Thaumaturgi, Athanasii, Julii Pontificis Romani, Cyrilli Alaxandrini, & Erechthii, hominis planè obscuri, & Eutychiano fermento infecti; ut apud Photium ostendit Eulogius, Patriarcha Alexandrinus, cùm ex testificatione aliorum; tum ex propriis Erechthii scriptis. *Tur.*

& incorruptibile. & cum corruptibile nominabant, ad tempus œconomiæ secundum carnem respiciebant; cum vero incorruptibile, ad tempus resurrectionis, & ad infinitum deinceps sæculum. Siquis vero dicat secundum arrabonem incorruptibilitatis jam corpus habere verbi incorruptibilitatem, propter quam, licet naturam corruptibilem haberet, non est permissum, ut corrumperetur, non contendam. Quòd autem hæc vera sunt, testimonia subjecta demonstrabunt quæ non inarticulatè, & confuse, sed valde perspicuè, & explanatè distinguunt nobis tempora, quibus dixerunt corpus Christi fuisse passibile, & corruptibile; & quod post resurrectionem divitias incorruptibilitatis re & nomine in ipso comparavimus. SÆC. VII. ANNO 605.

Dionysi Areop. ætatis Apostolorum ex libro de Divinis nomin. *Dionysius. Areopagita.*

„ Corruptio verò infirmitas naturæ, & defectus naturalium habituum, & operationum, ac potentiarum.

Justini philosophi & martyris ex oratione contra gentes. *Justinus Martyr.*

„ Cum formasset Deus hominem à principio, fecit, ut quæ naturæ erant, ex voluntate ejus penderent; fecitque uno mandato experimentum. Fecit enim, ut si hoc servasset, vitam immortalem sortiretur: si non servasset, contrariam. Sic factus homo cum ad violationem mandati statim respiceret, corruptionem naturaliter admisit, corruptione autem ad naturam accedente, necesse erat, ut qui salvare volebat, ipsam substantiam corrumpentem deleret. Hoc autem aliter fieri non poterat, nisi quæ erat secundum naturam vita, copularetur cum eo, quod corruptionem cepisset; & corruptionem deleret; immortale vero in posterum servaret, quod corruptum fuerat. Idcirco opus fuit, ut Verbum in corpore esset, ut à morte naturalis corruptionis nos liberaret. Si ergo, ut dicitis, solo nutu mortem à nobis avertit, & non accessit quidem ad eum propter voluntatem mors, nihilo vero minus rursus corruptibiles sumus, naturalem in nobis ipsis corruptionem circumferentes.

Athanasii ex libro 2. contra Apolinarium. *Athanasius.*

„ Forma, quæ erat in ipso, nostram formam induta, nostram in illa mortem delineavit, ut in illa ipsa resurrectionem pro nobis aptaret, ex inferis quidem animam, ex sepulchro vero corpus ostendens; ut in morte mortem dissolveret, ostensa anima: in sepulchro autem corruptionem deleret, sepulto corpore, ex inferis & sepulchro immortalitatem & incorruptibilitatem ostendens, qui cum forma nostra viam nostram ambulavit.

Ejusdem ex libro de incarnatione.

„ Patiens quidem corpus, propter naturam corporum mortuum est; habebat autem fidem incorruptibilitatis ex verbo habitante in eo. non enim mortuo corpore immoriebatur Verbum, sed erat ipsum incorruptibile, & impassibile, & immortale, utpote Dei verbum. Immo vero quia erat in corpore, prohibebat eum à corruptione secundum naturam corporum, sicut ait illi Spiritus, non dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Ejusdem ex eodem libro.

„ Unde ut demonstretur mortuum corpus, unum diem intermedium expectavit, & die tertio hoc omnibus incorruptibile ostendit. Ut igitur mors in corpore demonstrata esset, tertio die hoc suscitavit. Ne autem si diutius maneret, & ex toto corruptum esset, non crederetur postea suscitasse illud, quasi non ipsum, sed aliud corpus gestaret. Futurum enim erat, ut aliquis propter tempus non crederet, quod cernebatur, & quæ facta essent, oblivisceretur, idcirco non amplius quam triduum exspectavit.

Ejusdem ad Epictetum.

„ Ipsum vero corpus naturam habens mortalem, supra naturam suam surrexit propter Verbum, quod in ipso erat. Ac cessavit quidem à corruptione secun-

SÆC. VII. ANNO 605.

„ dum naturam; indutum vero cœlefte verbum, quod erat fupra hominem, factum „ eft incorruptibile.

Ejusdem ex libro contra Idola.

„ Est quidem homo natura mortalis, utpote factus ex iis, quæ non erant; propter „ fimilitudinem vero cum eo, qui eft, fi eam Deum contemplando fervaffet, cor„ ruptionem naturalem retudiffet, remanfiffet incorruptibilis.

Ejusdem ex eodem libro.

„ Si autem transgediantur, & mutati, fiant pravi, cognofcent fuftinere fe corrup„ tionem, quæ fecundum naturam ineft in morte, nec amplius in vita Paradifi „ manfuros.

Bafilius.

Basilii ex oratione de actione gratiarum.

„ Sicut igitur fufcepit Dominus famem folido cibo exhalato, & fitim admifit humo„ re corporis confumpto, & defatigatus eft, mufculis & nervis ex itinere nimium „ extenfis, non divinitate labore domita, fed corpore, quæ ex natura fequuntur, re„ cipiente; fic & lachrymas admifit, permittens, ut fieret, quod natura accidit carni.

Ejusdem ex epistola ad Sozopolitanos.

„ Proprium quidem carnis eft fecari, & extenuari, & diffolvi; rurfus carnis ani„ matæ defatigari, & dolere, & fame, ac fiti & fomno vinci; animæ verò cor„ pore utentis, triftitia, & angores, & curæ, & cætera ejufmodi. Horum alia qui„ dem funt naturalia, & neceffaria animali; alia verò ex prava voluntate propter „ difficilem vitæ inftitutionem, & animum ad virtutem inexercitatum introducta. „ Unde apparet, quod Dominus naturales quidem paffiones fufcepit ad confirmatio„ nem veræ incarnationis, & non falsò apparentis; paffiones verò vitiofas, quæcun„ que quod purum eft vitæ noftræ inquinant, tanquam pura divinitate indignas reje„ cit. Idcirco dictus eft fuiffe in fimilitudine carnis peccati; non enim in fimilitudi„ ne carnis, ut iftis videtur, fed in fimilitudine carnis peccati. Unde carnem quidem „ noftram cum paffionibus ejus naturalibus affumpfit; peccatum vero non commifit.

Gregorius Nazianzenus.

Gregorii Naz. ex oratione in Natalem Domini.

„ Missus quidem, fed ut homo, duplex enim erat, fiquidem defatigatus eft, & „ efurivit, & fitivit, & fuit in angore, & lachrymatus eft lege corporis humani.

Ejusdem in novam Dominicam.

„ Si perfeveraffemus in eo, quod eramus, & mandatum cuftodiffemus, facti effe„ mus, quod non eramus, ad lignum vitæ accedentes, relicto ligno fcientiæ. & „ quid facti? Immortales, & Deo propinqui.

Gregorius Nyssenus.

Gregorii Nysseni ex libro contra Eunomium 3.

„ Sic vera vita, quæ in carne pofita erat, cum poft paffionem ad fe rediffet caro, „ quæ circum ipfam erat, fimul ab immortalitate divina elevata eft, à corruptione „ ad incorruptibile evecta.

Ejusdem ex libro contra Eunomium.

„ Quod eft omnium proprium, etiam in illa carne fuiffe certum & conceffum eft, „ quòd pane illud quoque corpus fuftinebatur. Corpus habitatione verbi Dei „ ad divinam dignitatem tranflatum eft.

Ambrosius Alexandrinus.

Sancti Ambrosii ex libro contra Apolinarium.

„ Si non agnofcis quod paffibile eft, deftruxifti pietatem erga Dominum, & falu„ tem tuam negafti, unde infipientes hos exiftimare oportet.

Ejus-

Ejusdem ad Gratianum.

Ambrosius Mediolanensis.

„ ALia est carnis infirmitas, & aliud, quod est divinitatis proprium: ac carnis quidem mors, potentiæ vero immortalitas. Si autem hoc fecit divinitas, ut caro non videret corruptionem, subjecta scilicet corruptioni secundum naturam, quomodo poterat ipsa divinitas mori?

Sancti Joannis episc. Constant. in illud: Glorifica me, Pater, apud temetipsum.

Chrisostomus.

„ QUid igitur ait hic verbum de œconomia? Quia nondum erat glorificata natura carnis, neque immortalitate fruebatur, neque regalis solii particeps facta erat.

Ejusdem in Joannem Evangelistam.

„ SIcut igitur cum contemplamur ambulantem super undas ante crucem, non dicimus ex alia natura fuisse corpus illud, quam nostra est, sic post resurrectionem cum videmus habere eum signa clavorum, non dicemus esse jam corruptibile. propter discipulum enim hæc ostendit.

Ejusdem in eundem Evangelistam.

„ SIcut enim esurire non est crimen, neque dormire, sic neque desiderare hanc vitam. Christus autem corpus habuit purum à peccato, non tamen à naturalibus necessitatibus liberum; alioqui non esset corpus.

Ejusdem ex eodem Evangelista sermo.

„ VIsus igitur est vespere; & avolavit: deinde post dies octo rursus semel, & iterum avolavit. Deinde in mari; & iterum cum magno metu. Quid autem est, manifestavit se. Ex eo scilicet tempore non esset visus, nisi condescensu usus esset, quia jam corpus erat incorruptibile, & immortale.

Sancti Ephræm ex oratione de Charitate.

Ephrem.

„ INcorruptio est resurrectio; sed cicatrices non delevit, ut sint testes Dei, quod operatus est, non dedecoravit corruptibile cicatricum permansione, sed contra potius incorruptibilitate honoravit, quia à corpore corruptibili corruptionem expulit.

Cyrilli Alexan. ex interpretatione Esaiæ prophetæ.

Cyrillus Alexandrinus.

„ QUia vero conculcatis inferis, revixit tertio die; postea vidit naturam hominis in se transfiguratam in incorruptibilitatem; & bonam voluntatem Dei patris per cunctum orbem terræ dilatatam, ac multitudinem gentium, quæ illuminanda erat, & ab antiquo errore, in quo alta & educata erat, eripienda, & ad agnitionem ejus, & Dei patris vocanda, rejecit laborem patiendi.

Ejusdem ex Thesauro.

„ QUia mortale & corruptibile corpus & hujusmodi passionibus subjectum assumpsit, necessario cum carne passiones etiam ejus suas fecit, & ipsa carne eas excipiente, ipse dicitur excipere.

Ejusdem ex tomo in Matthæum.

„ QUomodo igitur mortuus esset immortalis, ut resurgeret & morte afficeret mortem, si non assumpsisset corpus legibus mortis subjectum? Aut quomodo dissolvisset corruptionem erepto ex genere humano, quod sub ipsa degebat, & jacebat, nisi corpus accepisset, natura corruptibile, & in propriam vitam formasset?

SÆC. VII. ANNO. 605.

Ejusdem ex epistola ad Successum.

„ POst resurrectionem verò erat quidem ipsum illud corpus, quod passum erat, sed „ non jam humanas infirmitates in se habebat. Non enim jam amplius famem, aut „ lassitudinem, aut aliquid hujusmodi sentire poterat; quin potius incorruptibile „ deinceps erat; neque solum hoc, sed vivificum, corpus enim vitæ est, id est, uni- „ geniti.

Ejusdem ex tomo epistolæ ad Hebræos.

„ PErmisit quidem, ut corpus suum mortem pateretur œconomicè, ut mortuorum, „ & vivorum dominaretur. Quia verò corpus vitæ statim revixit superata corrup- „ tione, quod hæc tam veneranda perfecerit, si non naturæ carnis, sed potentiæ „ verbi tribuamus, pii erimus.

Gregorii Theologi ex oratione in Lumina.

Gregorius Nazianzenus.

„ QUia ferre divinitatem ejus puram, non erat naturæ, ortum & interitum ca- „ pientis, idcirco quæ à mixtione aliena erant, miscentur; non solum cum ortu „ Deus; cum carne mens divina; cum tempore quod sine tempore est; cum „ mensione quod à circumscriptione vocat; sed etiam cum virginitate procreatio; „ cum dedecore, quod excellentius est, quam ut possit dedecorari; & cum passione „ impassibile, cum corruptibili immortale. Quia enim invictum se esse putabat in- „ ventor peccati, qui nos spe divinitatis lactaverat, ipse assumptione carnis lactatur: „ ut tanquam Adamum aggressus, in Deum incurreret; atque ita novus Adam vete- „ rem repararet; & damnatio carnis rescinderetur morte per carnem perempta.

Cum hæc ab illustribus ecclesiæ Patribus uno consensu dicta sint, reperiuntur profecto eodem spiritu pleni fuisse eadem omnino ii ipsi sentientes. Volebam equidem, si fieri potuisset, omnia omnium testimonia subjicere, sed ne lector propter multitudinem cunctaretur legere, studuimus, ut nonnullorum & pauca in medium afferremus, quæ formam & regulam veritatis, quæ in ipsis omnibus fuit, continerent. hominem laboriosum ad eorum integros libros transmittimus, in quibus quod perfectum, & limatum est, magis quam in nostris libris reperiet.

Finis libri secundi.



LEON-

LEONTII

Sæc. VII. Anno. 605.

BYZANTINI

LIBER TERTIUS,

De Nestorianorum impietate secreto tradita principio, & de ejus parentibus triumphus.



AGgressurus adjungere hunc tertium librum duobus meis superioribus tum in gratiarum actionem Deo, tum in triumphum de impiis & ad eorum vituperationem, precabor Dominum, ut etiam nunc adsit nobis adjutor intelligentiæ, & verbo suo verbum nostrum gratia Spiritus Sancti afflata dirigat. Si enim adjuvante nos Deo, tum alia omnia, tum hoc, quod in manibus est, aggrediemur, & nobis erit integra merces ipsum adjumentum laboris; & iis, propter quos scribimus, erunt pignus utilitatis, si non pro dignitate pares, saltem pro viribus nostris. nos autem aliter etiam in præsentia excusamur. Vetus enim debitum afferimus, quod ante cætera omnia debita solvere æquissimum est. Quod quidem jam pridem solvi debuit, sed propter magnam inopiam vix nunc, & non, ut dignum erat, solvi cœpit.

Quoniam contra quos paulo ante volui columnam Deo ponere, & triumphum de ipsis agere, qui non amplius impietatem celant, & in abdito servant, & multos in fallaciam occultando inducunt, sed è longinquo apparent, eò magis fugiendi & avertendi: ex horum cœtu, & numero aliquando fui. Cum enim tunc adolescens essem, & tempus, & rationem mihi surripuerunt nullo instrumento malitiæ ad hoc efficiendum non adhibito. Proposuerunt enim dogmatum absolutionem, quæ ego postquam hoc specioso verbo, tanquam summo digito, delibavi, factus sum avidus, & ut animo prompto essem, nihil in me desideratum est. Illi vero me tamquam cæcum alicujus viæ cupidum nacti, conati sunt in barathrum impietatis suæ deturbare. Sed adfuit mihi supernè gratia, quæ me ex mediis dentibus rapuit jam paratissimum illorum venationi, & ardentissimum virtutis & peregrinationis propter eam suscipiendæ desiderium mihi injecit. Et quomodo qui fuit populi Israelitici in solitudine illâ ductor, non erat peregrinationis meæ futurus comes? Qui me non prius dimisit, donec in manus divinorum virorum tradidit, qui non solum totam illam lippitudinem depulerunt, & repurgarunt, sed oculum animæ sacro lumine impleverunt ex libris divinæ sapientiæ ex quibus illi veritatem, & reliquam virtutem hauserant, quibus meas actiones & cognitiones castas effecerunt. An non merito me homines grati extremæ impietatis accusavissent, si hæc silentio penitus præterire voluissem?

Leontius oliria Hæreticus.

Quod autem à principio, & quo lucem vidi, mihi aspectus lucis munere Dei redditus est, non composui orationem in gratiarum actionem, excuset me quidem Deus; excuset vero etiam unusquisque ex iis, quos Deus diligit. Non enim propter ingratam memoriam, sed ne ex gratiarum actione occasionem præproperæ & petulantis scriptionis sumpsisse viderer, orationem continui. Nunc autem nata causa justa, quæ excitavit, & conticere non permittit, studui ut & debito, & desiderio satisfacerem. Ero autem majoris auctoritatis præ omnibus tum ad faciendam fidem eorum, quæ dicenda sunt, tum ad cohibendum pudore impios, si forte velint, experientia enim, ut ajunt, firmior est verbis. Adsit Christus testis & pater ejus, non esse me de ipsis locuturum aut odio aliquorum, aut in gratiam aliorum, sed quia misereor primum quidem illorum ipsorum, deinde vero quia multitudinem eorum, quos deceperunt, semper defleo. Tertio volui opem ferre ad præcavendum iis, qui sunt in præsenti

fere

Sæc. VII. Anno 605.

fere periculo labendi, quibus hunc librum tanquam remedium veneni commiscere volui. Præterea etiam, quia metuebam judicium, si miseria ipsa, à qua liberatus fuissem, nos misericordes non fecisset. Ut si non aliud, hunc saltem fructum ei qui redemit & servavit, offeram; fructum dico præcavere aliis. Ne verò ipsi moleste ferant, si efferre volui, quæ ipsi non horruerunt sentire. Age ergo afferamus in medium ab ipsis contra veritatem excogitata, quibus usi sunt in eos, qui misere eorum laqueis irretiri & capi cœperunt.

I. *Artificia hæreticorum.* Primum igitur artificium simulationis dignum malitia eorum est, quod cum sanctos ecclesiæ doctores, & à Deo datos non recipiant, simulant verbo se neque Theodorum, neque Diodorum primos impietatis suæ fontes recipere.

II. *Synodum simulate recipiunt.* Quin etiam magnam Synodum, & plurimorum episcoporum Chalcedonensem pro alio quovis invitamento simplicioribus proponunt, non quidem sentientes cum ea, nescio enim an ulli alii primas partes sentiendi contra eam concedant, gravem tamen personam ejus in suo actu sibi per simulationem imponentes, latent in ipsis negotii suscepti initiis, cum vero semel suaserint Synodum recipere, aut nacti sunt aliquem, qui recipiat, percunctantur, quem nam ex Patribus solitus sit & placeat tractare & exercere: deinde, si fortè respondeat, quem percunctati sunt, aut magnum oculum ecclesiæ Joannem, aut duo magna lumina, duos inquam illos Cappadociæ, aut clarissimum Luciferum Athanasium, illi continuò mutant quidem personam, non enim patiuntur ne nominari quidem solùm, ne tamen in ipso primo congressu deterreant, quem illaqueare volunt, atque ita avolet, boni, inquiunt, sunt isti patres, non tamen meliores quam nostrates. si vero roget nomina, lege prius, inquiunt, & tunc cognosces, quales, & quanti sint, quorum miser inquiunt, ne nomina quidem adhuc didicisti.

III. *Munera pollicentur.* Multa enim alia munera, & auxilia pollicentur; & opes imperatoris, si egeat, & primum gradum in magistratibus, & eruditorum, quos habent, convictum. O malorum immensitatem, non prius discedunt, quam succumbat sive inscitiæ, sive indigentiæ, sive assentationi, sive aliis, quæcunque illaqueare solent eos, qui non omni custodia cor suum custodiunt.

IV. *Vitam Monasticam rejiciunt.* Deinde postquam captum tenent, & obedientem, in quibus volunt, habent, si monachus sit, hortantur ad legendos libros Gentilium, si tamen idoneus ad eos legendos videatur; & postquam simplicitatem ordinis monastici multum irriserunt, quod nihil sit jejunium, vel vigilia, vel secessus, (siquidem virtuti practicæ, id est, in actione positæ obtrectant, & neque nomen ejus pati possunt æquo animo) ad mutandum habitum hortantur (*a*) quod sit ad studium virtutis politicæ, id est, quæ in civitate versetur, impedimentum, promittunt se in ordinem Clericorum eum cooptaturos, aut alio modo auxiliaturos, modo fiat particeps impietatis eorum. Sin autem sit sæcularis, dona ei accommodata promittunt, non quidem verum discentes, hoc enim est in eorum malis beatum. sed sic tamen eum fallaci spe seducentes, cogunt inhiare ipsis. Atque hæc quidem etsi breviter recensentur, tamen tempus urget.

V. *Nestorium ipsum.* Unum igitur aut alterum cum commemoravero, ad magnum magistrum insipientiæ istorum me convertam. Cum enim viderent ipsi quotidie apud fideles justum odium contra ipsa impia dogmata, & contra principem, præsidem impietatis eorum augeri, aliquid valde acerbum contra vitam suam excogitant, Dicunt enim nobis (*b*) in actu suo personati, Valeat Nestorius; eorumdem dogmatum erit pater, qui fuit & illius pater.

VI. *Communio cum Ecclesia.* Quod verò est his admirabilius (etsi enim volebam præterire, non tamen sinor) cum versutam malitiam Manichæorum imitati essent, nec enim aliter ipsis vivere licebat, (*c*) sicut illi se in electos, quos ipsi vocant, & in indifferentes; sic hi seipsos partiti sunt in imitatores ipsius Nestorii, & communionem ac societatem ejus magni facientes; & in anathametizantes Nestorium, simulantes autem ecclesiæ communionem. Quòd verò hoc non fingam, testis est, qui occulta videt. cum enim quidam ex fidelibus coactus esset ab ipsis, ut cum ipsis communionem haberet, & clero ecclesiæ ascriberetur, postquam viderunt eum ex isto horribili ausu factum pigriorem, quid, inquiunt, mœres, si ecclesia tanquam prætorio uteris, & clero tanquam exercitu, & fidem nostram habes, & communionem nobiscum amplecteris? Ille autem cum in dubium de hoc ipso, quod audiebat, veniret, diceretque fieri non posse, ut cum

(*a*) Quod sit ad studium) ἐμπόδιον πολιτικῆς φιλοσοφίας. *Tur.*

(*b*) In actu suo personali.) δραματιδῆ φασὶ καὶ προσώπῳ. *Tur.*

(*c*) Sicut illi se in Electos) εἰς τοὺς καλουμένους ἐκλεκτοὺς καὶ ἀδιαφόρους. *Tur.*

cum ipsis, & cum ecclesia communio haberetur, non oportet, inquiunt, te molestè ferre hanc œconomiam. Panis enim in typum corporis Christi propositus plus benedictionis non * participavit quam panis, qui in foro venditur, & quam panes, quos Philomarianitæ offerunt in nomine Mariæ. SÆC. VII. ANNO. 605.

Tempus est jam, ut laudes magni doctoris Theodori narremus, hunc enim ajunt esse illum, quem magnus Joannes, utpote ex proposito monastici instituti lapsum, (*d*) qui promissionem abjuraverat, duabus epistolis tanquam duobus funibus fortibus, & prælongis lapsum in profundum intemperantiæ, extrahere studuit. VII. *Theodorus Mopsuestenus.*

Hunc ajunt non amplius quam decem & octo annos natum in scripturas debacchatum esse, non enim nisi debacchationes scripturarum, interpretationes quas in eas composuit, appellare possum. VIII.

Ajunt hunc, cum vellet rapere oculum Ciliciæ Tarsum, postquam Diodorus, qui fuerat huic malorum & impietatis auctor, & dux, ac pater, ab hac vita recessit, à Theophilo Alexandrino prohibitum fuisse, ne hoc auderet; ad eum enim legationem miserunt, qui tyrannidem patiebantur. IX.

Hic execrabilis in celeberrima ecclesia Antiochiæ, ut quondam vocabatur, nunc autem Theopolis, cum explanaret scripturas ausus est cum multa alia, tum vocem θεοτόκος, id est, Deipara, vituperare, ut ita inde totum contra se populum commoveret. X. *Hinc Theodorus cognominatus Antiochenus.*

Hic scelestus in omni prava interpretatione scripturarum labores sanctorum doctorum, qui in eis laborarunt, nunquam irridere & illudere desinebat. Videor autem jam affici, ut dixit Basilius, ex pugno, ac plaga, corrigens homicidam. Sed age transi, & interiorem ornatum lauda; & cerne quod secreto ipsi servant, & à vulgo remotum, abditam dico, & penetralem impietatem. Non efferam tacenda, ut dici solet, sed execrabilia dogmata τῆς ἀθεότητος aperiam. Nemo iniquo animo, quæ dicentur, ferat. Quoniam non sumus nos auctores horum malorum, quæ audientur; neque causas præbuimus dicendorum. in multis enim libris mysteria eorum impia feruntur. si quidem & ipse precarer & optarem, ut silentio, & tenebris hujusmodi impietatis mysteria, contegerentur, nunc vero non ut vos malorum discipulos facerem, sed potius ut à gravibus malis liberarem, ad has me narrationes contuli, summo studio eos fugiens, & omnibus quam possum maxima voce dicens, fugite vos, fugite; à præruptis, & barathris longe fugite. Libros, omni hæresi impiarum doctrinarum plenos fugite. XI. *Fugiendi libri Hæreticorum.*

Hic sapiens, ut appellabunt, qui eum studiosè sequuntur, & magnus Theodorus, quia parum erat ei cum hominibus certare; aggreditur, & audet contra gloriam Spiritus Sancti, cum omnes quidem scripturas altas, quas Sancti afflatu ejus tradiderunt, humiliter & demisse interpretans: tum vero à numero sacrarum scripturarum divinè præscripto & indicato eas separans. XII. *Theodorus Mops: rejicit scripturas.*

Magnum Dei servum Job columnam fortitudinis animatam, & spirantem duobus ferè millibus versuum perscriptam convitiosè arguebat, & scripturam Spiritus Sancti de eo abrogabat, quam Jacobus frater Domini in epistola sua Catholica confirmans ajebat, Patientiam Job audistis, & finem Domini vidistis. Non enim aliunde neque patientiam audivimus, neque finem ejus spectavimus, nisi ex scriptura de eo. XIII.

Ob quam causam, ut arbitror, ipsam epistolam Jacobi, & alias deinceps aliorum Catholicas abrogat & antiquat. Non enim satis fuit illi bellum contra veterem scripturam suscipere ad imitationem Marcionis, sed oportuit etiam contra scripturam novam pugnare, ut pugna ejus contra Spiritum Sanctum clarior & illustrior esset. XIV.

Inscriptiones Hymnorum, & Psalmorum, & Canticorum penitus ejecit, & omnes Psalmos judaicè ad Zorobabelem & Ezechiam retulit, tribus tantum ad Dominum rejectis. XV.

Immo & sanctorum sanctissimum canticum canticorum ab omnibus divinarum rerum peritis, & ab omnibus Christianis laudatum, omnibus ecclesiis cuncti orbis notum, & à Judæis inimicis crucis Christi in admiratione habitum, libidinosè pro sua & mente & lingua meretricia, interpretans, sua supra modum incredibili audacia ex libris sacris abscidit. XVI.

Et quid non erat acturus, qui in eo agebat, impietatis inventor & pater? Duos igitur libros Paralipomenon, primum & secundum similiter, malum malo addens, & insuper Esdram repudiavit. XVII.

Di-

* Particulam negativam incuriâ editorum sæpius omissam reposuimus & legendum *non participavit*, arbitramur. aliter enim nullus est sensus, quod ante nos observaverat P. Garnier. apud Marium Mercatorem. BAS.

(*d*) Qui promissionem abjuraverat) τὴν ἐπαγγελίαν ἐξομοσάμενος *fædifragus factus*. *Tur.*

SÆC. VII. ANNO 605. Divinas igitur scripturas aggreditur, & ex duobus generibus splendidioribus contra Spiritum Sanctum certandi laudatum sibi aufert; à secundo abstinet, & aliis cedit, an ut in eis luctentur, & vincant? Nequaquam. Sed quia, ut existimabat, certamen contra scripturas sanctas finitum sibi & peractum erat, secundum cursum primo æqualem conficit; & ne in singulis aggrediendis defatigaretur, contra primam religionis

XVIII. *Symbolum Nicænum.* Christianæ informationem stat, & Deificum Symbolum eorum, qui regenerantur, tollit, fidem inquam Synodi Nicænæ, non solum mutilans ipsum, sed omnem penitus fidem destruens, & aliam præter illam tradens, pro nihilo ducens illa tanta lumina, neque tam audax facinus perhorrescens, aliud enim, ut dixi, Symbolum fidei, vel potius dicam perfidiæ edit, qui post fidem in Deum patrem, & unigenitum filium, & Spiritum Sanctum scripsit credere & in Dominum Jesum Christum, introducens quartam personam in sanctam Trinitatem, & in duas personas Christum & Deum nostrum dividens; ac vero quidem Deo, quæ divina sunt, tribuens, proprio autem Christo, quæ hominem decent, & humana sunt, & inprimis ortum ex virgine. Audet & aliud malum non secundum ad superiora, (e) aliam enim Missam effutivit præter illam, quæ à patribus tradita est ecclesiis, neque reveritus illam Apostolorum, nec illam magni Basilii in eodem Spiritu conscriptam. in qua Missa blasphemiis, non precationibus τὴν τελετὴν, id est, mysterium Eucharistiæ opplevit. an ut alius Antichristus adhuc expectetur, par est, qui sic Christum oderit, & quæ Christi sunt, mutare nitatur? Non equidem puto. Satis, inquam, est hic, ut in omnibus loco & vice illius sit.

XIX. *Ridet miser Gehennam.* Audi præterea & alia ejus, quæ bonum erat, & maxime optandum etiam non audire. Judicium Dei in omnibus sanctis scripturis clara voce denunciatum, quod nec iis, qui à Christianorum religione procul absunt, mansit inauditum, quod est firmamentum stantium, & lapsorum erectio, & peccantium medicina, & diaboli dignus finis; quod neque diabolus & dæmones negare ausi sunt, cum Salvatori dixerunt, quid nobis, & tibi Jesu fili Dei, venisti ante tempus torquere nos? Hoc judicium, & geennam, & tenebras, & stridorem dentium, & alia quæcunque impiis & peccatoribus scriptura sancta minatur, ridet miser, nec ipse judicium expectans, & aliis, ne metuant, jubens, quæ ut ipse putat, tantummodo minas habent væ væ. Sed suadebit ei experientia, quia minas non timuit, & hæc litteris mandare non est veritus impius, & verè à metu vacuus, & vere terræ motum igniferum irridens, à cujus facie sicut in diabolo sublata sunt judicia Dei.

XX. Propter hæc te diligunt miser, qui sunt tuæ sectæ. hoc tu illis pharmacum ad eximendum timorem Dei confecisti, verè amarum & lugendum pharmacum. Hæc fuit Eunomii impietas, quam imitatus es, de quo quæ dicebantur, incredibilia erant, donec, (utinam nunquam) hæc in libris tuis posita sunt. Et Eunomium, (f) qui præcipiebat dare locum passionibus, & non exhibere molestias menti, doctrina tua superavit.

XXI. *Barsumas.* Tuus discipulus fuit Barsumas, qui Persidem pravè gubernavit dogmatibus tuis impiis, & sublata differentia in vita degenda; qui legem tulit, ut nullus ex Clero, nedum Laicus, abstineret (g) à lecto non legitimo, neque à polygamiis, id est, multis conjugiis, ebrietates enim & comessationes dona Dei esse existimabat.

XXII. *Libri Theodori Chaldaice redditi.* Libros tuos ii qui tuæ sectæ sunt in sermonem Chaldaicum, & Armenicum verterunt; qui hæresim hæresi Ariana pejorem ac magis impiam gentibus tradiderunt. Siquidem hoc imitari studuerunt Ariani, nisi quod hi barbaros Occidentis, illi gentes Orientis, utrique ad suam impietatem adduxerunt.

XXIII. *Peccatum Adæ.* Parva hæc. Tu vero adde mihi, fictum esse peccatum Adæ, idque Deo auctore, ut judicium iniquissimum in Adam, qui non peccasset, sed per calumniam damnatus fuisset, & exilium ei decretum, justa & probabilis causa redimendi mundum fierent. An non propter hanc radicem malorum & reliquæ deinceps impietatis hominum Christus venit, ut Adam ovem, à compascuo centum abductam, & aberrantem tanquam bonus pastor salvaret?

XXIV. *Angelorum creatio.* Adde, si vis, angelos unà cum tuis tenebris creatos, non enim fuit apud te idoneus, & auctoritate dignus sacer enarrator naturæ eorum David, qui in Dei laudem fidibus in spiritu in Psalmis canens, qui facit, inquit, angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Quod enim ait, creat, præsentis temporis est, quod propria scripturæ sanctæ consuetudine præteritum tempus significat, ut continuo docet, cum subjun-

(e) Aliam Missam) ἀναφοράν. Tur.

(f) Qui præcipiebat.) Ajebat Eunomius, δεῖ διδόναι τόπον τοῖς πάθεσι καὶ μὴ παρέχειν τῷ νῷ πράγματα. Tur.

(g) A lecto non legitimo.) κοίτη ἀθέσμος. Tur.

jungit, qui fundat terram, id est, qui fundavit. neque te movent, cum aliàs in scripturis angeli tanquam lumina apparuerunt, & ut fulgura fulgentes. SÆC. VII.

Adde Manichæorum (*b*) tenebras substantiales primas ante visibilem creaturam; aut non creatas minutam subsistentiam habuisse; aut à Deo factas esse. ANNO 605.

XXV. In illo præterea insipienter sapientiam simula, quod ais Antichristum diaboli non esse puniendum, sed corrumpendum, & in nihilum rediturum; ut manet ad animas bonum ex bono, metus scilicet Dei, quem aliunde non erant habituræ: non ex judicio, hoc enim sustulisti; non ex felicitate fruenda; non ex naturali & recondito desiderio erga Deum; sed ex solo Antichristi in nihilum interitu. XXVI. *Antichristus.*

XXVII. Da deinde, non quicquid est, esse ex Dei creatione & providentia, sed multa inutilia suborta esse ex accidenti & consecutione rerum, non facta Deo volente, sed ex natura rerum, Deo non prohibente: lateret nos lapsus temporis, si totam vindemiam in tua vinea Sodomorum facere propositum esset. *Creatio.*

XXVIII. Tu vero non defatigaris voluptatem ex tuis impietatibus capiens, ô ingenium malorum feracissimum & uberrimum, Deum putas non esse bonum οὐσιῶδες, id est, secundum substantiam; nec esse ipsum fontem & principium omnis boni, omnisque virtutis omniaque bona ex ipso substantialiter manare. Dic nobis, unde accepit bonum? Ipse enim non est, opinione tua, per se bonum, & quæ hujus boni origo, & principium? Nihil, aut parum abes à magniloquentia Marcionis, & principiorum ejus. *Deus non essentialiter bonus.*

XXIX. Accedit jam nostra oratio ad ipsum summum fastigium tuarum impietatum, unde tibi effectus est homo ad Trinitatis æquationem, ut sit hujus animatum idolum, vitæ infinitæ omnium, quæ sunt, æquatum, quod exhibes, ut pro Trinitate ab omni creatura visibili & non visibili nunc, & in posterum colatur? Neque lex Moysis tibi suasit cum jussit, Dominum Deum colere, & ei soli servire? Neque Salvator, qui hoc tentanti objecit? *εἰς ἀντίδεξιν. Christus adoratus.*

XXX. Tu vero, ut dixi, fingis creatum esse ab ipsa Trinitate alterum animatum idolum Christum tuum, ipsam Trinitatem calumniaris, quasi doceat colere creaturam. Quod nihil differt à vetere errore, quo homo à Deo excidit, & creaturæ pro creatore servivit. Nisi graviorem hunc errorem illo vetere moliris. Non enim doces, ut hominibus solum hoc eveniat, sed post Trinitatem omni creaturæ à Trinitate creatæ. Non enim Deo homini facto doces, sed homini appellatione Dei honorato cultum in æternum adhibere. O te præconem horum malorum evangeliorum. Prædicas, referendum esse cultum ad Christum tuum, quod perinde est, ut si prædices cultum, qui referetur ad Trinitatem, referendum esse exempli causa ad regem. Libenter autem percunctabor te, quomodo, aut quem ipse Christus tuus adorabit? Si enim seipsum, valde ridiculum est; sin autem Trinitatem, per medium aliquem; non enim idem per seipsum; si solus ex omnibus hunc honorem habet, reperitur neminem colere; quoniam ipse solus non habuit tuum mediatorem. & reperitur aliqua præscriptio contra Deum, quam tu Christo tribuis, cum eum facis solum honorari, & non honorare, qui sic honoravit. *Peccant qui colunt creaturam.* *Scilicet sine mediatore.*

XXXI. Quàm suavis & dulcis es. honoratum & speciosum ortum, & educationem huic homini applicas, & paulo fere excellentiorem ortu prophetico. Quod scilicet verbum Dei secundum præcognitionem in ipsa formatione quæ in utero fiebat, unionem ei commodare voluit, cognoscens nunquam à proposito circa virtutes discessurum esse.

XXXII. Ignorantiæ etiam caligine eum tegis nihil scientem præterquam quod verbo ei secundum dignitatem unito videbatur. Quomodo ignorantia oppletum introducis eum, & non peccato? Ex ignorantia enim peccatum, sicut ex fonte fluvius manat. aut fortasse docebis ignorantiam ei opem tulisse, quia ut plurimum, veniam fert, quod per ignoratiam fit præter rationem, si non sit quidem valde grave. Usque adeo autem ignorasse eum dicis, ut cum tentaretur, nesciret, quis esset, qui eum tentabat. & à peccato κατὰ διάνοιαν, id est, à peccato cogitationis concedis nec ipsum mundum fuisse, ne dum Sanctos, neque ipsum peccatum cogitationis peccatum esse putas. *Ignorantia Christi.*

XXXIII. Non horres docens molestiores fuisse illi passiones animæ, quam corporis, sic enim perspicuè ais, & ratione fortiore voluptates subigebat. *Passiones animæ Christo molesta.*

XXXIV. Concedis progressu virtutum paulatim purgatum esse, & aptiorem factum quotidie ad suscipienda divinitus bona, quæ ei ut homini adfutura erant. *Progressus Christi.*

XXXV. Baptizas eum, ut ex eo tempore, ac non prius, perfectus secundum virtutem legis, Christus vocaretur perfectus; & ad evangelicam vitam aggrederetur, & hanc compleret. Nonne dicis tempus etiam fuisse illi ob hanc causam contractum in brevius? *Perfectus evasit per Baptismum.*

(*b*) Tenebras substantiales.) οὐσιῶδες σκότος ἢ ἀγεννήτως παρυποςᾶν, παρὰ θεοῦ γενόμενον. *Tur.*

SÆC. VII. ANNO. 605.

vius? Potuisset enim defatigari spacio temporis; & idcirco brevem salutis viam, id est, crucem adinvenisse.

XXXVI. *Christus mortuus pro se.* In crucem invitum eum agis pro se quidem non minus quam pro toto mundo moriturum, tanquam non posset aliter gloriam ascensus in cœlum, & consessus ad dextram Dei assequi, nisi per martyrium consummatus. Nescio quis vir est, & unde, qui tam ingens à te negotium suscipit, & œconomiam ita magnam & eximiam, ut non naturam hominis, sed omnem naturam creatam longe superet.

XXXVII. *Metus mortis in Christo.* Timuit mortem, non tanquam exprimens nos in seipso, & solvens timorem nostrum in se, sed tanquam hanc enixè fugiens; quam nunquam sponte sustinere voluisset, nisi tuam longam & prolixam admonitionem nactus esset, quam à te fictam angelo attribuis. Nec enim angelos calumniari recusas, quando hymnum angeli divinum, & quem in laudem victoriæ Christo, ut pote Deo, cecinit, (*i*) mox per hunc admirabilem, & supra naturam actum timoris, vere veri timoris, nos ab acerbo & crudeli hominum tyranno morte liberaturo, tu tanquam timido cuipiam & effœminato, & penitus sui amico, salvatori ab angelo in modum consolationis adhibitum esse insanè & delirè dicis. Illud enim, apparuit angelus Domini (*k*) confortans eum, tum alii Patres dixerunt, tum Cyprius senex, apparuit hymnos canens, & divina loquens. Et ad probationem hujus contemplationis produxerunt, quod Moyses à Deo eruditus in magno illo cantico dixit, & confortent eum omnes angeli Dei. Ut autem tu impie dicis, opus illi fuit longa consolatione angeli, qui animam Christi timore mortis absorptam, & tristitia prostratam, celeriter erigeret & recrearet, erat enim in summo discrimine; & omnia in eo erant agitata & quassata. Falsa hæc esse dicis; magno hoc emissem, magnique æstimassem. Nunc autem testes sunt præclara & admiranda tua certamina contra incarnationem verbi; & bella ficta quidem & simulata contra hæreticos adversarios, verè autem contra veritatem suscepta, quam cum oppugnare propositum tibi esset, & susceptum perfici non posse cognosceres, inscriptionem belli contra veritatem inscriptione belli contra hæreticos commutasti. Immo & deliramenta tua (*l*) contra Magusæos hæc prædicant, & reliquæ falsæ tuæ scripturarum enarrationes, nusquam enim non sunt isti tui admirandi labores pervulgati, qui à Paulo quidem Samosatensi ortum duxerunt, per interjectos verò ad Diodorum pervenerunt, qui tibi fuit malorum tuorum dux. Sic autem à te elaborati, & culti sunt, & tantam magnitudinem incrementi acceperunt, ut tuus largissimus fluvius fontem impium operiat.

XXXVIII. Rivus fuit à tuo fonte ductus, & fossa angusta, quæ non potuit capere totam impietatis tuæ fluxionem, Nestorius. Et si potuit capere, non tamen audere, & fontes tuos omnibus profundere, non quidem pigritia voluntatis, excusabo enim, sed quia non habebat locum propter multitudinem hominum, qua erat constipatus. Tu vero quia erat tibi quietus cum impietate convictus, totum ejus rivum ebibisti. Ille autem postquam unum ex tuo cœno, & ex tuis lutulentis dogmatibus rejectum, suasit, sibi in commune proposuit, & solam vocem θεοτόκον, id est, Deiparam prohibuit, artificiose contra initia veritatis insistens, & primo Dei nostri secundum carnem ortu, totam deinceps mysterii consecutionem destruens. Captus tamen est; & summum supplicium subivit ejectus ex cœtu divino cum impietatibus, in quibus à te sumptis cultus ejus elaboravit: pœnasque doctrinis tuis dignas persolvit. Satis sunt hæc ad repræsentandum istius viri impietatem, quæ, ut est in proverbio, ex unguibus Leonem demonstrant. Si quis vero hæc non credit, sunt enim revera digna, ut non credantur, Non vitupero, neque queror, quod hoc accidat. Qui non videri hæc incredibilia ostendit eum qui facile credidit, non esse expertem hujusmodi malorum. Quod enim est paratum & in promptu ut assensum habeat, etiam est paratissimum ad experientiam. At nos experientia, quam ex libris ejus collegimus, & quam ex iis, qui eum studiose imitati sunt, audivimus, non permittit non credere cum alioqui vellemus. Quomodo vero possem non credere, qui malorum experimentum in me ipso habere visus sum?

XXXIX. Isti vero, (non enim sunt sapientes, nisi ad nocendum) quia non possunt hæc defendere, objiciunt nobis magnum Basilium, qui ad Diodorum scripserit, & quædam ejus de Trinitate scripta approbaverit, non enim de Incarnatione possunt dicere, quosdam etiam Patres, qui de eo scripserunt, aut meminerunt, circumferunt.

Ori-

(*i*) mox per hunc admirabilem) *διὰ τῦ θαυμασίυ τύτυ καὶ ὑπερφυῦς τῆς δειλίας δράματος ἀληθινῆς ὄντως δειλίας. Tur.*

(*k*) Confortans eum) *ἐνισχύων ἤγυν ὑμνῶν καὶ θεολογῶν. Tur.*

(*l*) Contra Magusæos.) Suidas verbo, *Persæ* & *Magos*, ait Persas dictos esse Magusæos. *Tur.*

Intelligit autem Leontius tres libros Theodori *περὶ τῆς ἐν Περσίδι μαγικῆς*, de magia in Perside: ipsosque Persas Magos nominat Magusæos: meminit hujus operis Photius in sua Bibliotheca. *Tur.*

Origenem vero non admirantur, quoniam Gregorius, qui à miraculis faciendis cognomentum duxit, in oratione, quam in discessu suo composuit, infinitas laudes ejus persequitur. Et quid dico Origenem? Quandoquidem Apolinarius, (*m*) qui omnino ex adverso ei à veritate aberravit, gloriatur innumerabiles epistolas ad eum scriptas esse Athanasii magni, & Serapionis, & aliorum, quicunque fuerunt tunc fulgentia sidera, & veritatis propugnatores. & si quis in manus sumat ecclesiasticam historiam, quam Timotheus Apolinarii discipulus composuit, nullum alium finem tanti laboris propositum ipsi reperiet, quam commendationem Apolinarii, quam ex eo collegit, quod ab ipso, & ad ipsum infinitæ epistolæ scriptæ & rescriptæ essent, qui mihi videntur eadem ratione Demam nobis commendaturi, quia Paulus eum Romanis commendavit; & Judam choro Apostolorum annumerare, quia sæpe cum Salvatore cibum sumpsit. sed audiant à nobis, quod si scriptis epistolis majorem reverentiam, quam veritati adhibere volunt, non solum Theodorum, aut Diodorum, sed & alios multos, & quos nec ipsi volunt, comprobare cogentur.

SÆC. VII. ANNO 605. XL. *Origenes.*

Quale præterea est illud, in quibus, inquit, corrigitis Theodorum, aut Diodorum, in eisdem etiam reliquos Patres reos esse reperimus. Et proferunt nobis ex Serapione quidem illud, Deus hominem induit; ex Basilio autem, homo Deifer, & illud utrumque ex Gregoriis, quorum alter quidem dixerit, Dicatur Deus non Verbi, sed ejus, qui cernebatur; alter vero, & servi livores, circa quem Dominus, & quasdam reliquorum Patrum similes voculas veluti unguibus corradunt, cujusmodi est, Suscepit, assumpsit, induit, & duplex erat, & alia ejusmodi, quæ differentiam naturarum Christi secundum substantiam unitarum declarant. Et præter cætera omnia, Cyrilli hypostases, & hominem ex virgine, & templum ex virgine. Deinde mixtionem & commixtionem & naturalem cohæsionem, & Deificationem, & sanguinem Dei, & crucem, & passionem, & quod plus est, secundam verbi secundum carnem generationem, cum iidem alioqui dicant, non tamen isti audiunt. Et quid opus est dicere de unione secundum substantiam, & de hypostasi duarum naturarum, (*n*) quibus nihil est magis unum, & naturaliter cohærentius?

XLI. *Objectiones ex Patribus.*

Primum igitur, illud est consideratione dignum, quod non est nobis de vocibus controversia, sed de modo totius mysterii Christi. Hoc autem non simpliciter ex hac, aut illa voce, aut ex quibusdam verbis est approbandum, aut accusandum, sed ex primis principiis. Circa hæc enim omnis hæresis controversatur. Post principia enim omnes inter se de vocibus conveniunt, ita ut ipsarum scripturarum voces sibi vindicent eas ad proprium scopum accommodantes. Quæ vero sunt horum principia? modus scilicet unionis secundum substantiam, & secundum habitudinem factus; ut esset in humanitate perfecta verbum, quod in nobis homo interior secundum Apostolum συνυφεςὼς, id est, consubsistens, & ad totius definitionem pertinens post unionem, sicut Patres, qui Paulum Samosatensem deposuere, enunciarunt. Sed neque eos, qui è contrario nobis stant contra veritatem; qui voces sibi ut arbitrantur, aptas proferunt, curamus tanquam eis nos utentes cum ipsis, aut fictionem naturæ, aut confusionem profitemur, neque quæ à nobis ipsis proferuntur, ad defendendam, quam putatis, fictionem divinitatis, aut vanam spem vestram in homine puro, tanquam à Patribus prolata, admittimus; quia, ut dixi, non de vocibus nobis est disceptatio, sed de ipsis rebus, & harum unione, & naturali cohæsione, quam Patres secundum substantiam factam esse senserunt: vos autem (*o*) secundum habitudinem & voluntatem eam introducitis: & ista unione anthropolatriam per vim munitis, quo quid esse potest magis impium? Solius enim impietatis Pauli, Marcelli, Photini, Nestorii, & Theodori erat sic sentire, qui apertè Christum hominem tantum esse definierunt, quod quidem unusquisque privatè, & in commune omnes divini ecclesiæ magistri concordi sententia accusarunt & exploserunt; ac maxime postrema omnium Synodorum antegressarum sigillum & obsignatio, quæ vestrum propugnaculum impietatis funditus evertit, & Symbolum fidei roboravit, atque vestræ impietatis eversorem, illustribus præconiis prædicavit vere Leonem, qui contra Eutychem dolosam vulpem juste surrexit, & abditam impietatem confutationibus dissipavit & extinxit; quem Synodus laudibus, quæ eum decebant, celebravit.

At

(*m*) Qui omnino ex adverso.) *κατὰ διάμετρον αὐτῷ*. Etiam hinc liquet Leontium Origenis Sectatorem non fuisse, saltem cum hæc scriberet; cum Origenem errorum arguat. *Tur.*

(*n*) Quibus nihil est magis unum) *ἑνικώτερον καὶ συμφυέστερον*. *Tur.*

(*o*) Secundum habitudinem) *σχετικὴ καὶ γνωμικὴ*. *Tur.*

SÆC. VII. ANNO. 605.

XLII. *Quare in Synodo Chalced. non fuit damnatus Apolinarius, neque Theodorus Mopsuestiæ, neque Diodorus.*

At illi quidem, inquiunt isti, damnati sunt, horum vero nullus. Hoc ô boni viri, non ex innocentia reportarunt, sed ex nimio studio, quod, ut laterent, adhibuerunt. non enim patiebantur efferri in vulgus impietatem, quia neque sibi tutum esse sciebant. Præterea Ariana tunc hæresis fervens, & tanquam vehemens flamma ecclesias depascens, multis otium dedit ad latendum interea, ut Apolinario, & Macedonio impiis. Convenit hic illud in arte medicinæ tritum dicere; cum duo morbi in corpore dominatum obtinent; vehementior obscurat minorem. Hac ratione & via Apolinarius tanquam quidam splen crevit, (ut secundum vestrum doctorem dicam, & aliquid, etiam in arguendo vobis largiar) in totius corporis ægrotatione magnitudinem præter naturam capiens. Eodem exemplo possum vestra conferre. Studium Patrum in maxime necessariis & maxime urgentibus rebus occupatum, fecit, ut vestræ impietatis parentes & auctores laterent, præsertim cum in iis, quæ ad Trinitatem pertinebant, fingerent se una cum ipsis adversus hostes Trinitatis pugnare; & eo modo benevolentiam simularent, specie ac simulatione idem sentiendi latebras sibi præparantes. Difficillima enim res est ad deprehendendum malitia simulatione benevolentiæ tecta.

XLIII. *Theodorus excommunicatus in Nestorio.*

Verum in anathemate infelicissimi Nestorii (vere enim infelix est, qui solus cædis supplicium sustinuit, cum ab aliis pugionem tulisset) ipsi simul ejecti sunt. In discipulo enim perfecto, ut ait scriptura, sicut magister ejus est, fructus laborum suorum decerpserunt. Tametsi hoc siquis inquirat, reperiet eos accusatos cum ab aliis multis frequenter, tum ab ardentissimis impietatis vestræ insectatoribus Cyrillo, & Proclo. Ex quibus ille totam accusationem contra eos instruxit. Quamvis quidam defensionem scribere voluerunt, quæ copiosius argumentum accusationis afferebat. Hic autem, id est, Proclus Epistolam ad Armenios scripsit. Huic Epistolæ subjecit capita blasphemiarum Theodori ad ostendendum illius impietatem. Quid autem opus est dicere de Sancto (*p*) Rhambulo Episcopo Edesseno, viro, ut ajunt, Propheta? cujus fiduciam, atque confutationem postquam qui tunc erant impietatis Theodori sectatores, pati non potuerunt, post multa pericula illius, dolo aggrediuntur, uni ex iis, qui intus erant, negotio commisso. Si igitur hac via vobis persuaserimus, & tandem mutari volueritis, veritatem magis quam personas honorantes, hoc melius, & Deo gratias agemus. sin minus; vos quidem deflebimus fletu & lamentis dignos; nos vero faciemus, ut ipsi ex Deo pendeamus, & in beata spe nixi, nunquam desistemus ab ea, quam Patres nostri habuerunt, & hanc amantissime per successores interjectos nobis transmiserunt, & tradiderunt, hoc solum lucri à nobis reportantes, ut depositum eorum sine offensione custodiamus, quod Ecclesia sancta sine imminutione, & accessione custodire perseverat, & perseverabit usque ad magnum & illustrem adventum magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, cui gloria & imperium in sæcula Amen.

(*q*) *Prologus auctoritatum Theodori, & aliorum hæreticorum.*

EX blasphemiis Theodori pauca ex multis proponere studuimus, ad ostendendum fatuitatem ejus absurdam circa dogma, ut ex his fidem facimus, nihil contra eum nos finxisse, aut contra eos, qui cum eo sentiunt. Si enim facilè esset scripta ejus reperire, non pigeret nos, in omnibus capitibus, de quibus eum accusavimus, ipsum illum testem producere. Quia vero nos vix & magno labore, & multis cogitationibus usi librum ejus contra incarnationem reperire potuimus, vehementer enim observant, & cavent ne illius libros cum iis, qui non sunt in illis instituti, communicent, ob hanc causam ea solum, quæ contra incarnationem Salvatoris dixit, nunc colligere pouimus, si quis vero non adhibuerit fidem, & ei vacat & est animus, quærat quæ vane elaboravit in Genesin, & in librum contra Job, & pravam interpretationem in epistolam ad Hebræos, & in epistolam ad Corinthios, & ad Galatas, & quæ contra Magusæos scripsit, & præmeditationem excæcantem in sacros Psalmos, & quæ

(*p*) Rhambulo.) Hunc alii vocant Rabulam. *Tur.*

(*q*) Prologus auctoritatum Theodori.) Bene factum, quod Leontius impii Theodori impia dogmata commemoraturus, se & lectorem suum præmunit. similia Theodori dogmata prodiderunt ex ipsis Theodori libris, cum alii, tum Pelagius Pontifex in Epistola secunda ad Episcopos Istriæ: ubi, inter cætera, ista leguntur. *Hac de innumeris pauca prætulimus, ut quasi per foramen angustum, quàm nimium barathrum intus lateret, monstraremus: ecce quales plusquam decem millia libros Theodorus scripsisse perhibetur. Pensate, quæso, sinon tanto acriora tormenta promeruit, quanto pluriora conscripsit? sed hac illius dicta quæ prolata sunt, utrum ejus sint, fortasse dubitatur. Patrum, si placet, scripta proferamus Armenia quippe Episcopi Proclo Constantinopolitana urbis Episcopo libellos contra Theodorum porrigentes, dicunt: Fuit autem aliquis pestis homo, magis autem fera, hominis habens formam diabolicam, mentito nomine Theodorus, qui schema & nomen Episcopi habuit, in angulo & ignobili loco orbis terrarum latitans, in Mopsuestano Ciliciæ secunda vel oppido, verè quidem & principaliter à Paulo Samosateno descendens, licet Photino & cateris hæresiarchis in libro de Incarnatione Domini nostri* JESU *Christi in toto suo proposito ipsis verbis inveniatur usus.* Hæc & plura alia in suis litteris Pelagius Pontifex; consentientia cum his, quæ Leontius adducit ex Theodoro; à quo Nestorius suam impietatem hausit: Theodorus autem à Diodoro Tharsensi; omnesque à Paulo Samosatensi, ut productis testimoniis copiosè demonstrat Leontius. *Tur.*

quæ pro Eunomio contra Basilium scripsit. Sic ego voco totam ejus apologiam omni accusatione plenam. item enarrationes turbidas, & blasphemas in Evangelium Matthæi, Joannis, & Lucæ, & ipsorum sanctorum Apostolorum, & Evangelistarum superbas quas ausus est, reprehensiones, & alia ejus opera, ne singula enumerem; & videbit profundum omnis impietatis Marcionis, & Valentini, adde etiam execrabiliorem, & magis impiam sententiam, & susceptum sceleltius, quam Manichæi, fontis malorum. nos vero, ut diximus, ne videremur, quæ contra eum à nobis dicuntur, sine testibus dicta relinquere, multis viis, & cogitationibus usi, solum quod contra incarnationem composuit, reperire potuimus. Si autem Dominus permiserit, & tempus nos non deficiet, alium librum contra eum componemus, in quo per otium unamquamque impietatem ejus ex ipsius libris colligemus, & cum quo ex hæreticis unaquæque cognationem habeat, & auctoritatibus ejus demonstrabimus. Quin etiam totam ejus amentiam, & quam habeat contra omnes patres sententiam in omnibus contrariam eis, & sanctissimis ejus operibus ostendemus. Adhæc, confutationibus adversus eum utemur. Nunc autem contentus ero accusatione brevi contra eum composita, ne penitus latens, simplicioribus noceat; cognoscantque, qui eum sectantur, hunc se commendare, & defendere, cujus nec impietatem facile est assequi, vel si quis maxime velit.

Sæc. VII. Anno 605.

*Theodori hæretici * ex libro † ejus contra incarnationem.* 7.

Theodorus Mopsuestenus.

,, SI enim intelligamus, quomodo fit inhabitatio, sciemus etiam modum, & quæ
,, differentia modi Inhabitationem igitur alii quidem dixerunt factam esse sub-
,, stantia; alii vero energia. Excutiatur igitur, an aliquid horum sit verum. Ac
,, primum nobis illud sit concessum, utrum in omnibus inhabitat, an non? Sed quia
,, non in omnibus, manifestum est, hoc enim tanquam quid eximium, Sanctis Deus
,, pollicetur; aut denique his, quos velit ipsi dedicatos esse. Aut quid igitur pro-
,, mittebat, cum ait, inhabitabo in eis, & inambulabo, & ero eorum Deus; & ipsi
,, erunt mihi populus, tanquam largiturus illis aliquid egregium, siquidem omnes
,, homines communiter hunc participant? Quare si non in omnibus inhabitat, hoc
,, enim manifestum est, non dico in omnibus quæ sunt solum, sed nec in omnibus
,, hominibus, oportet esse propriam quandam rationem inhabitationis, qua in illis
,, adest solum, in quibus inhabitare dicitur. Atqui dicere substantia quidem inhabi-
,, tare Deum maxime indecorum est. Necesse enim alioqui sit, in his solis substantiam
,, ejus includere, in quibus inhabitare dicatur; & erit extra omnia alia, quod absur-
,, dum est dicere in natura infinita, quæ ubique est, & nullo loco circumscribitur,
,, aut si dicant, ubique Deum esse ratione substantiæ, necesse erit cum omnibus in-
,, habitationem ejus communicare, & non solum cum hominibus, sed cum animan-
,, tibus ratione carentibus, & cum inanimatis; si dicamus inhabitationem ejus sub-
,, stantia fieri. Utrumque horum est indecorum. Dicere enim inhabitare in om-
,, nibus Deum, absurdum esse certum est manifeste; & substantiam ei circumscribe-
,, re, non decet; immo impium est. dicere igitur fieri substantia inhabitationem,
,, stultissimum est.

ὡμολογείσθω ἀνακεῖσθαι αὐτῷ.

,, Idem dici potest in energia, sive operatione. Aut enim rursus necesse est opera-
,, tionem illi circumscribere in his solis, (in quibus scilicet inhabitat) & quomodo
,, verum erit, omnia Deum procurare, & omnia gubernare, & in omnibus ipsum
,, operari, quæ conveniunt? Aut impartientes omnibus ipsius operationem, quod
,, quidem decens est & consequens, siquidem omnia ab eo firmantur, ut unum
,, quodque consistat, & secundum naturam suam operetur, in omnibus inhabitare
,, eum dicemus. Igitur neque substantia, nec operatione fieri inhabitationem Dei
,, dici potest. Quid igitur relinquitur? Qua ratione utemur, quæ in his videatur ser-
,, vare

* *Lege S. Thomam lib.* 4. *contra Gentes cap.* 34. *ubi contra Theodorum istum & Nestorium docte disputat.* CAN.

† Plura ex Theodori Mopsuesteni scriptis fragmenta, quæ hic desunt, habes apud Marium Mercatorem; sed cum jam edita sint alibi, hic describere non lubet: observandum tamen est, si veritati Testimonium reddere licet, Theodorum Mopsuestenum nunquam scripsisse adversus *incarnationem*, quanquam idem fere afferat Marius, dicens illum Opus delineasse *contra Jesum Christum, & ejus incarnationem.* Scripserat ille *de incarnatione Libros Quindecim*, sed cum male de unione naturarum sentire videretur, Patres qui ipsum tanquam Hæreticum impugnabant, ut ipsi Lectorum conflarent odium, vulgarunt scripsisse adversus J. C. & incarnationem. Sic idem Mercator indicat ejusdem Theodori opus quinque Librorum. Contra *Augustinum defendentem Originale Peccatum & Adam per transgressionem mortalem factum.* Lectori fucum facere quoquo modo voluit; quippe qui credere possit talem fuisse operis Theodori Titulum? qui Teste Photio, illud inscripserat *contra asserentes, homines peccare natura, non voluntate.* Augustini ne quidem fit ulla mentio in illis quinque Libris, sed Theodorus pugnat adversus *Occidentales* qui hoc dogma tuebantur, & vereri videtur ne ab Occidente in Orientem transeat. Itaque bis peccavere Patres, qui æquitati consulentes genuinos Librorum titulos, quos Hæretici, ut Orthodoxi, affixerunt, referre debe-rent. BASN.

SÆC. VII. ANNO 605.

,, vare proprium? Manifestum ergo est, quod oporteat dicere fieri inhabitationem
,, εὐδοκίᾳ, id est, beneplacito: εὐδοκία vero, id est, beneplacitum est optima voluntas
,, Dei, quam faciet in iis acquiescens, qui studuerunt se ei dicare ἀπὸ τοῦ εὖ καὶ καλὰ δοκεῖν
,, αὐτῷ περὶ αὐτῶν, id est, ex eo dicto verbo, quod bene, & bona placeant Deo de illis,
,, sic verbum secundum consuetudinem scripturæ accipitur. Sic ait David, non in
,, fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei, bene-
,, placitum est Domino super timentes eum, & in iis, qui sperant in misericordia ejus,
,, hoc dicit, quia non alios vult adjuvare, neque cum aliis operari, nisi cum iis, qui
,, timent eum, hos magni æstimat, hos adjuvare & protegere illi placitum est. Sic
,, oportet dicere de inhabitatione. Infinitus enim cum sit, & natura incircumscriptus,
,, adest omnibus, beneplacito autem ab aliis longe abest, aliis proximus est. In hanc
,, enim sententiam dicitur: prope est Dominus contritis corde, & humiles spiritu
,, salvabit: & alias: ne projicias me à facie tua; & Spiritum Sanctum tuum ne aufe-
,, ras à me. Proximus fit affectione iis, qui hac propinquitate digni sunt; & rursus
,, longinquus efficitur peccantibus, neque natura separatus, neque hac propinquior
,, factus, habitudine vero voluntatis utrumque efficiens. Sicut igitur beneplacito
,, efficitur propinquus, & longinquus, (liquet enim ex iis, quæ dicta sunt, quid di-
,, camus εὐδοκίαν, id est, beneplacitum, idcirco enim quid sententiæ hoc nomen de-
,, clararet, omni diligentia interpretati sumus.) Sic etiam beneplacito facit inhabita-
,, tionem, non quidem circumscribens in his substantiam, vel operationem, ab aliis
,, vero separatus, sed potius omnibus adest substantia, separatus vero habitudine
,, διαθέσεως, id est, affectionis ab indignis. Hoc enim modo magis servatur illi incir-
,, cumscriptio, si videatur non tanquam cuidam necessitati servire incircumscriptioni
,, naturæ suæ. Si enim qui ubique adest substantia, adesset etiam beneplacito, aliter
,, rursus servire necessitati reperiretur, non jam secundum voluntatem præsentiam
,, exhibens, sed habens voluntatem infinitati naturæ consequentem. Quoniam vero
,, omnibus adest natura, & separatus est voluntate à quibus vult, nullam (r) utilita-
,, tem indignis à præsentia Dei reportantibus, vera, & integra incircumscriptio na-
,, turæ ei servatur.

τούτοις συνεργεῖν.

διαθέσει.

,, Sic igitur aliis quidem adest beneplacito, ab aliis verò separatus est, ut si sub-
,, stantia à reliquis separatus, cum his esset. Quemadmodum igitur inhabitatio fit
,, beneplacito, sic beneplacitum modum inhabitationis variat. Quod enim inhabi-
,, tationem efficit Dei, & quod ratione substantiæ ubique præsentem, in quibusdam
,, & valde paucis inhabitantem facit, hoc prorsus modum inhabitationis χαρακτηρίζει,
,, id est, designat. Sicut enim substantia omnibus præsens, non in omnibus inhabitare
,, dicitur, sed in iis, quibus adest beneplacito; Sic quamvis inhabitare dicatur, non
,, tamen omnino æqualitas inhabitationis reperitur, quin potius modus inhabitationis
,, consentaneus erit beneplacito. Cum ergo vel in Prophetis, vel in Apostolis, vel
,, denique in justis inhabitare dicitur, tanquam in justis εὐδοκῶν, id est, beneplacens,
,, inhabitationem facit, veluti in virtute præditis acquiescens. In ipso tamen (Christo
,, scilicet) non sic dicimus factam esse inhabitationem, nunquam enim eò dementiæ
,, procedemus, sed tamquam in filio. Sic enim beneplacens inhabitavit.

ἀρεσκόμενος.

,, Sed quid est, tanquam in filio? Quia scilicet cum inhabitasset, totum quem as-
,, sumpserat, sibi univit, & (s) fecit eum comparticipare totum honorem, quem,
,, qui inhabitabat natura filius, communem cum eo habere voluit. Ut ad unam qui-
,, dem personam pertineret (t) secundum unionem cum ipso, sic autem omnem
,, principatum cum eo communicare, & sic omnia in eo agere voluit, ut judicium
,, totius mundi, & examinationem per ipsum, & adventum ejus facturus sit. Ita sci-
,, licet ut differentia in iis, (u) quæ secundum naturam propria sunt, intelligatur.

Ejusdem ex eodem libro.

,, Sicut igitur etsi in futuro corpus & anima nostra perfectè spiritu gubernabitur,
,, velut primitias tamen quasdam ex parte hinc habemus, quatenus spiritu adjuti
,, non cogimur sequi cogitationes animæ, sic Dominus etsi postea omnino habuit in
,, se Deum verbum universè operantem, & omnem operationem ab eo inseparabi-
,, lem,

(r) Nullam utilitatem indignis) οὐδ' ἐν τῶν ἀναξίων ἀπὸ τοῦ παρεῖναι τὸν θεὸν ὠφελημένων, ἀληθὲς αὐτῷ καὶ ἀκέραιον τὸ τῆς φύσεως ἀπερίγραφον διασώζεται. *Tur.*

(s) Fecit eum comparticipare) παρεσκεύασε δὲ αὐτὸν συμμετασχεῖν αὐτῷ πάσης τῆς τιμῆς, ἧς αὐτὸς ὁ ἐνοικῶν υἱὸς ὢν φύσει μετέχει. *Tur.*

(t) Secundum unionem) γνωμικὴν καὶ ἀξιωματικὴν, non hypostaticam & substantialem. Ita enim hæreticus Theodorus hæreticè sentiebat. *Tur.*

(u) Quæ secundum naturam propria sunt) ἐν τοῖς κατὰ φύσιν χαρακτηρίζουσι. *Tur.*

„ lem, antea tamen habuit quam maxime operantem in se plurima, quibus opus erat; sinebaturque interea ante crucem propter utilitatem proprio proposito virtutem pro nobis implere, incitatus vero ab eo in his, & confirmatus ad perficiendum, quæ facere oportebat. Habuit enim statim à principio cum in utero formaretur, unionem cum ipso. Cum vero ejus ætatis fuit, quæ natura in hominibus idonea est ad discernendum pravum à recto, immo ante illam ætatem brevius & celerius quam reliqui homines facultatem discernendi ista ostendit. Siquidem aliis hominibus non omnibus similiter uno tempore vis discernendi ingeneratur: alii namque velocius majore prudentia ea quæ conveniunt, assequuntur, alii diutius exercitatione hoc comparant. Quod quidem eximiè ipsi præ cæteris hominibus celerius quam pro communi reliquorum hominum ætate evenit. Sane oportebat consentaneè, ut plus aliquid in iis quæ ad hominem pertinent, haberet, atque eò magis, quod non ex conjunctione viri & mulieris secundum communem hominum naturam formatus erat, sed divina Spiritus Sancti operatione.

„ Habuit etiam propensionem non vulgarem ad meliora ex unione cum verbo, qua habitus est dignus secundum præcognitionem filii Dei, qui à principio sibi eum univit. Propter hæc omnia statim cum discretione cepit magnum odium mali, vehementi & indissolubili amore se Deo adjungens, operationemque verbi proposito suo congruentem recipiens, immutabilis deinceps ad deterius esse perseverabat, tum quod ipse hac voluntate esset; tum quod operatione verbi Dei hoc illi propositum servaretur. Capessebat autem facilitate absolutissimam virtutem, sive cum legem servaret ante baptismum; sive cum vitam communem in statu gratiæ post baptisma susciperet, cujus nobis formam præbebat, via quædam nobis ad hoc factus. Sic deinde post resurrectionem & ascensum in cœlos demonstravit se ex propria voluntate dignum unione, qui hanc antea assumpserat in ipsa formatione beneplacito Domini, & perfectam deinde exhibet unionis ostensionem, nullam habens separatam, aut abscissam operationem verbi Dei, qui Deum habebat omnia in se ipso operantem propter unionem cum eo.

„ Sic igitur ante crucem quidem & esurire videmus, & sitire scimus, & timere intelligimus, & ignorare reperimus. Siquidem propositum virtutis è se ipso συνεισεφέρετο, id est, conferebat. testis horum est Esaias Propheta, cum ait, quoniam antequam sciat puer cognoscere bonum & malum repugnabit malo, ut eligat bonum, scilicet discretione, illud quidem odio habens, hoc vero diligens. Discretione enim inter meliora & deteriora facta electio fit. Quomodo igitur priusquam sciat puer, hoc fit? Id est, priusquam ad eam ætatem veniat, in qua reliqui homines quæ agenda sunt, discernere consueverunt. Quippe cum plus aliquid, & eximium quid ille præ cæteris hominibus haberet. Etenim si adhuc apud nos sæpenumero reperiuntur pueri quidem ætate, multam verò intelligentiam præ se ferentes, ita ut in admirationem adducant eos, qui vident, quia majorem quam pro ætate prudentiam ostendunt; multo magis oportebat ut ille homo cæteros omnes homines ei similes superaret.

πρόθεσιν. Hæretica interpretatio loci Esaiæ.

ἅπαντας τοὺς κατ᾽ αὐτὸν ἀνθρώπους.

Ejusdem ex eodem libro.

„ JEsus autem proficiebat ætate, & sapientia, & gratia apud Deum, & homines. Ætate quidem proficit, processu temporum; sapientia vero, secundum progressum temporum (x) intelligentiam acquirens; gratia autem, suscipiens virtutem & intelligentiæ, & cognitioni consentaneam, deinceps gratia quæ illi erat apud Deum, accessionem & incrementum accipiebat. Et in his omnibus proficiebat apud Deum & homines. Homines quidem progressum videbant; Deus vero non videbat solum, sed testimonio approbabat, & in iis, quæ fiebant, cooperabatur. illud igitur est etiam manifestum, quod tanto perfectius, & majore facilitate virtutem exequebatur, quam reliqui homines exequi poterant, quanto Deus, qui in principio ipso formationis ejus sibi eum unierat, majorem è se cooperationem illi præbebat, ad perficiendum, quæ opus erant, ad salutem omnium omnia illius gubernans, & ad perfectiora incitans, ac labores illius, sive ad animam, sive ad corpus pertinerent, ex majore parte allevans. Atque ita completionem virtutis majorem & leviorem illi conflabat.

Hæretica interpretatio loci evangelici.

Ejus-

(x) Intelligentiam acquirens) τὴν σύνεσιν προσκτώμενος. Tur.

SÆC. VII. ANNO 605.

Ejusdem Hæretici ex eodem libro.

„ UNitus enim fuit Deo à principio assumptus secundum præcognitionem, in ipsa formatione in utero facta unionem sortitus. Habitus vero dignus unione, omnia adeptus est, quantum par erat adipisci hominem unigenito, & omnium Domino unitum, tanto majoribus donatus præ cæteris, quanto magis eximia unio ei accidit. Donatus igitur est inhabitatione Spiritus primus ante cæteros, donatusque est hac, non similiter ut reliqui. Hic enim totam gratiam Spiritus in se recepit; aliis vero ex parte præbuit totius Spiritus participationem. Sic autem factum est, ut totus Spiritus in eo operaretur. Qui igitur loquebatur, quatenus vox sonabat, homo erat. Vis autem eorum, quæ dicebantur, multiplex, & varia erat.

Ejusdem Hæretici ex libro 8.

Hæretica interpretatio loci Evangelici.

„ ET ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis. Quamnam? Nempe participare adoptionem. Hanc enim accepit ipse secundum humanitatem baptizatus primum in Jordane, in quo nostrum baptisma tanquam in figura exprimebatur; & regeneratio confirmabatur testimonio vocis, ejus qui dixit, hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui. & Spiritus descendens mansit super eum, sicut futurum erat, ut nos etiam in ipso hunc spiritum participaremus; qui quidem excellentius præ nobis, per unionem cum verbo, ipsi advenit hæc participanti, quæ filius secundum naturam.

Ejusdem ex eodem libro.

„ EX omni igitur parte manifestum est supervacaneam esse, & indecoram, atque discrepantem confusionem, cum unaquæque natura in se indissolubiliter maneat. Rursus manifestum est, aptam & congruentem esse unionem. Per hanc enim naturæ copulatæ unam personam secundum unionem constituerunt. Quare quod Dominus in viro, & uxore ait, quamobrem non jam sunt duo, sed una caro; dicere nos consentaneè possumus secundum rationem unionis, non sunt jam duæ personæ, sed una, scilicet naturis discretis, ut in viro scilicet & uxore non lædit numerum duorum, quod una caro dicatur, manifestum est enim quatenus una dicuntur caro; sic hic non lædit differentiam naturarum unio personæ. Cum enim naturas discernimus, perfectam naturam Dei verbi dicimus, & perfectam personam; neque enim licet dicere hypostasim sine persona. Perfectam vero etiam naturam hominis, & personam similiter. Cum tamen ad copulationem respicimus, unam personam tunc dicimus.

Ejusdem ex eodem libro.

„ EOdem modo hic, propriam dicimus verbi Dei substantiam, propriam etiam hominis, discretæ enim sunt naturæ; una verò persona unione constituta. Quare hic etiam cum naturas discernere aggredimur, perfectam personam hominis dicimus; perfectam item divinitatis. Cum vero unionem spectamus, tunc unam personam prædicamus ambas naturas compositè, humanitate honorem à creatura accipiente, & divinitate omnia quæ oportebat, in ipsa operante.

Ejusdem ex libro 9.

Hæretica interpretatio loci Evangelici.

„ HIc igitur, illud factum est, non aliter dici posse reperimus, quam pro eo quod est τὸ δοκεῖν, id est, videri, quod quidem in scriptura divina, & maxime in Domino superius in aliis diligentius docuimus, quatenus enim apparebat, sive videbatur, Verbum caro factum est, videri autem sive apparere non significat hic, non accepisse carnem veram, sed non factum esse carnem. Quando enim dicit, accepit, non secundum speciem apparentem, sed secundum veritatem accepisse dicit, quando verò dicit factum est, tunc κατὰ τὸ δοκεῖν, id est, secundum speciem apparentem, non enim mutatum est Verbum in carnem. Advertenda est igitur mens Evangelistæ, sic enim vim dicti cognoscemus.

Ex

Ex eodem libro.

„* QUod in nobis dicitur secundum habitudinem in loco, hoc in Deo dicitur secundum habitudinem voluntatis. Sicut enim dicimus in nobis, γέγονα in hoc loco, hoc est, factus sum, profui; sic in Deo dicimus, γέγονε, id est, factus est in hoc, quia quod in nobis facit transitus ex loco in locum, hoc facit voluntas in Deo, qui secundum naturam ubique est.

Ejusdem ex libro sive sermone 10.

„ APparuit autem ei angelus de cœlo confortans eum; & factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Intelligimus ergo ex his sustinuisse quidem Christum manifeste certamen non vulgare.

Ejusdem ex eodem.

„ QUam vero consecutionem habebit, quod dictum est, qui descendit de cœlo, & est in cœlo? Alterutrum enim altero tollitur. Descendisse de cœlo tollit esse in cœlo; & esse, tollit descendisse. At descendit quidem secundum inhabitationem in homine; est autem in cœlo secundum incircumscriptionem naturæ omnibus præsens.

Ejusdem ex eodem.

„ COnsideremus igitur, quis homo est, de quo obstupescit, & admiratur, quod scilicet unigenitus voluit ejus meminisse, & visitationem ejus facere, quod autem non est dictum, in superioribus demonstratum est; quod autem neque de uno quopiam è vulgo, & hoc liquet. ut vero omnia omittamus, quod est omnibus credibilius, Apostolicum testimonium amplectamur. *Hebr.* 2.

Ex libro sive sermone 12.

„ IDcirco non dixit, locutus est nobis ἐν τῷ υἱῷ, id est, in filio cum articulo Græco, sed ἐν υἱῷ, id est, in filio, sine articulo, (quod quidem dictum absolutè poterat significare utrumque in eodem) πρωτοτύπως, id est, principaliter significans filium verum scilicet cum articulo, filium verum dico, eum, qui naturali generatione filiationem habuit; consequenter verò significans eum, qui filiationem συνεπιδέχεται τῇ σημασίᾳ, id est, filiationem consuscipit significatione, & secundum veritatem dignitatem participat unione cum verbo facta.

Ejusdem ex eodem libro.

„ NUnquid desistent deinceps à pugna inverecunda? Discedent ne in posterum à vana contentione reverentes quod apertè dictum est? Multos enim inquit, filios in gloriam adduxit, ecce igitur Apostolus, qui in ratione filiationis numerat cum multis hominem assumptum, qui non similiter ut illi, filiationem participat, sed quatenus per gratiam filiationem assumpsit, sola divinitate naturalem filiationem habente. Liquet enim illud, quod præcipua ratio filiationis præter cæteros homines inest in ipso ex unione cum verbo. unde in voce filii simul cum eo intelligitur, & simul accipitur. Sed contra ajunt, si dicamus duo perfecta, necessario duos filios dicemus. Sed ecce, filius dictus est in divina scriptura, sublata divinitate cum reliquis hominibus secundum idem collocatus, & numeratus, neque continuo dicimus duos filios. Unus verò filius conceditur, quia divisio, sive discretio naturarum necessariò debet permanere, & unio personæ insolubiliter custodiri, & postquam dixit multos filios in gloriam adduxit: subjungit, auctorem salutis eorum per passionem consummare. Videte, quomodo perspicue dicit consummasse verbum per passiones hominem assumptum, quem auctorem salutis eorum vocavit, quippe qui primus hac salute dignus habitus, etiam aliis fuit salutis causa.

Ejus-

* *Significat Hæreticus secundum habitudinem voluntatis intelligi quod ait scriptura, Verbum caro factum est.* CAN.

SÆC. VII. ANNO. 605.

Ejusdem ex eodem sermone sive oratione.

,, HIs enim omnibus secundum expositionem nomen filii imponunt, cum enim
,, sint humana quæ dicuntur, æquum esse judicabant uti hac voce, quam qui-
,, dem contigit esse ejus appellationem: & quod nomen Jesus appellatio assumpti, sic
,, ut in Apostolis nomen Petri, aut Pauli, aut aliud hujusmodi, sic ei impositum est
,, post ortum ex Maria.

Ejusdem ex eodem.

,, SEd ad hoc dicunt, quod nomen Jesus significat Salvatorem. Salvator autem
,, quomodo, inquiunt, dicatur homo? obliti, quod Jesus dicebatur filius Nave,
,, & quod magis mirandum est, non sic ex quopiam casu fortuito vocatus est in ortu
,, suo, sed mutato nomine à Moyse. Liquet autem nunquam illum passurum fuisse,
,, ut hoc nomen homini imponeretur, si necessario divinam naturam significaret.

Ejusdem ex eodem.

,, MUltifariam multisque modis olim Deus locutus patribus in Prophetis, in no-
,, vissimis diebus locutus est in filio. Aperte hic, cum ait in filio, in homine dicit.

Ejusdem ex eodem libro.

,, QUare non solum filium vocat separans eum à verbo, sed plane ostenditur col-
,, locare eum secundum rationem filiationis cum reliquis hominibus, qui filiatio-
,, nem participaverunt. Siquidem gratia etiam ipse filiationem participavit, non
,, naturaliter ex patre genitus, habens tamen præ reliquis excellentiam, quoniam ex
,, unione cum verbo comparavit filiationem. Quod quidem magis propriam partici-
,, pationem rei ipsi largitur.

Ejusdem ex eodem.

,, ET vocabis nomen ejus Jesum; hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Ec-
,, ce igitur quemadmodum evangelizans ortum ex Maria secundum carnem, Je-
,, sum quidem vocari jubet, filium vero altissimi vocandum esse prænunciat. Con-
,, sentaneè illud quidem imponi jubet tanquam nomen nati; hoc vero vocandum esse
,, prædicit, quia erat honoris Symbolum nomen, quem honorem confirmabat dein-
,, ceps rei participatio.

Ejusdem ex eodem libro.

πάντως. ,, MAnifestum autem est, quod in distinctione naturarum necessario nobis obser-
,, vatum est scire, quod Deus Verbum secundum naturalem generationem filius
,, esse dicitur, homo autem multo majore dignitate filii, quam secundum ipsum con-
,, veniebat, frui dicitur propter copulationem cum illo filio.

Ex libro sive sermone 13.

,, QUi manifestatus est in carne, justificatus est in Spiritu, justificatum esse in Spi-
,, ritu dicit, sive tanquam qui ante baptismum legem, qua conveniebat diligentia,
,, servavit; sive tanquam qui post baptismum vitam in lege gratiæ adjumento
τῇ συνεργείᾳ. ,, Spiritus Sancti cum multa accuratione gerebat.

Ejusdem ex eodem.

,, NEc enim quod à Joanne dictum est ei, ego opus habeo à te baptizari, & tu ve-
,, nis ad me, tollet, quin homo sit, qui baptizatur. Conveniet autem etiam
,, secundum rationem humanitatis, quandoquidem secundum ipsam virtutem multo
,, præstantior erat quam Joannes, & propter naturam divinitatis habitantem in eo
,, non supra Joannem tantum, sed supra omnes homines, immo supra creaturam digni-
,, tatem habere justè agnoscebatur.

Ex

Ex eodem libro.

„ QUamobrem cum Dominus vellet in uſu cibi tolerantiam & virtutem oſtendere, hoc inquit, non poſtulat neceſſitas, ut fiat. Sed docens minus ſe cibum curare, & nihil magis quam virtutem honorare, ait illi, non in ſolo pane vivet homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

Ejuſdem ex eodem libro.

„ HOc enim diabolus ſtuduit ſuadere illi, quod nulla eſſet Dei cura de eo, id circo ajebat, ſi filius Dei es, fac hoc; id eſt, demonſtra re ipſa, quod curam de te habet Deus. Ipſe autem diabolus magna promittebat, ut per illam ſuaſionem à Deo illum alienaret, & disjungeret; per promiſſiones vero ſibi conciliaret, & adjungeret, & prima tentatione panem proponit, ut voluptate ad experientiam provocaret.

Ex eodem.

„ QUocirca Dominus cum eum ter viciſſet, victoriam de eo reportatam nobis donavit. Cum enim non petiſſet à Deo, ut fieret panis, demonſtravit ſe vincere voluptatem: cum verò non projecit ſe deorſum, gloriam neglexit, ſuadens omnibus, non ſe hanc curare. tertia tentatione cum viciſſet bona hujus mundi, demonſtravit ſe pro pietate in Deum nullis bonis mundi hujus ſuperari.

Ejuſdem ex libro 14.

„ HInc igitur tantus honor habitus eſt homini, qui habitus eſt dignus inhabitatione divina, & ut ſederet ad dexteram Patris, atque ab omni creatura coleretur. Nec enim Deus ſic ſimpliciter, & ſine aliqua utili ratione hominem aſſumeret, ſibique uniret, faciens ut ab omni creatura adoraretur, juſtumque eſſe vellet, ut naturæ intellectiles eum colerent, niſi quæ circa illum facta ſunt, commune omnis creaturæ beneficium eſſent.

Ex eodem libro.

„ HOc ipſum dicemus juſtè etiam in Domino, quod Deus Verbum cum ſciret ejus virtutem, ut qui ſecundum præcognitionem ſtatim à principio in ipſa formatione voluit inhabitare in eo, & ſibi eum unire habitudine voluntatis, majorem quandam gratiam ipſi præbebat, ut pote gratia in eum collata, ad omnes homines deinceps manatura. Unde & propoſitum ipſi circa honeſta ſyncerum & incorruptum ſervabat. Non enim hoc dicemus, quod nihil propoſitum habebat hic homo, ſed potius, quod propoſitum ſibi habebat quod honeſtum erat, immo plurimus illi honeſtatis & virtutis amor ſecundum propoſitum inerat & vehemens odium in contrarium. Servabantur autem illi integra, quæ ad propoſitum pertinebant, à divina gratia, ſciebat quippe Deus optime à principio, qualis eſſet, & ad hujus rei confirmationem multam ei operam inhabitatione ſua pro ſalute noſtra adjungebat. Unde non poteſt dici injuſtitiæ eſſe, aliquid eximium præ cæteris omnibus tributum eſſe homini à Deo aſſumpto.

Ejusdem ex libro 15.

„ CUm igitur interrogant, an ſit Maria ἀνθρωποτόκος ἢ θεοτόκος, id eſt, hominipara, an Deipara, dicatur à nobis utrumque, illud quidem natura rei, hoc vero (y) relatione. Hominipara quidem natura, quandoquidem homo erat qui in ventre Mariæ fuit, & ex eo prodivit. Deipara vero, quia Deus erat in homine, quem peperit, non circumſcriptus ſecundum naturam, ſed in ipſo exiſtens ſecundum habitudinem voluntatis.

Ejuſ-

(y) Relatione) ἀναφορᾷ, nam ſecundum Theodorum Hæreticum, Deus verbum erat in illo homine, quem D. Virgo perperit; κατ' ἀξίαν, ſecundum dignitatem, κατὰ σχέσιν γνώμης, ſecundum habitudinem voluntatis, κατ' ἀναφορὰν, ſecundum relationem, κατ' ἐνέργειαν; ſecundum operationem; idem omnino pluribus verbis ſignificans: ponebat itaque unionem ἀξιωματικὴν, γνωμικὴν, ἐνεργητικὴν, συνεργητικὴν, ἀναφορικήν. *Tur.*

SÆC. VII. ANNO 605.

Ejusdem ex eodem libro.

„ MAgis enim perturbabatur Dominus, magisque certabat cum passionibus animæ, „ quam corporis; & fortiore ratione voluptates coercebat, divinitate scilicet me- „ dia, & adjuvante eum ad perficiendum.

Ejusdem hæretici Theodori ex libro 4. contra Apolinarium.

„ DIxisti dedisse tibi quosdam ex nostris, quæ à nullo data sunt eorum, qui stu- „ duerunt ecclesiasticam sententiam amplecti. Percunctabamur enim, an con- „ fiterentur, Deum verbum factum esse hominem? Aut quomodo induxisti, illud de- „ derunt? Aut quis mente præditus dicat, ut vos dicitis, verbum factum esse homi- „ nem, nisi prius ex amentia vestra ægrotet? nos enim assumpsisse quidem hominem „ asseveranter dicimus, factum verò esse hominem, ut vos sentitis, nunquam dicere „ possimus.

Ejusdem ex eadem tractatione libro 3. tanquam ex persona Christi sic ait.

„ EGo, quem videtis, nihil quidem facere possum secundum propriam naturam, „ quippe qui sum homo, operor verò, quia manens in me Pater omnia facit, quia „ enim inquit, ego in Patre, & Pater in me, Deus autem verbum unigenitum in me, „ patet quod Pater cum ipso in me & manet, & opera facit. Neque mirandum est, „ quod hoc in Christo existimemus, cum ipse apertè dicat de reliquis hominibus, qui „ diligit me sermonem meum servabit; & Pater meus diliget eum; & ad eum venie- „ mus, & mansionem apud eum faciemus. Si enim apud unumquemque talium Pater, „ & Filius mansionem faciunt, quid mirum, si in Domino Christo secundum carnem, „ ambo simul existimentur manere communione secundum substantiam, admittente, „ sicut consentaneum est, communionem participationis.

Ex eadem tractatione libro 4.

„ QUi est, inquit, ante sæcula, factus est in novissimis, hoc rursus dicit tanquam „ quidam hoc dedissent, & hoc dicerent, cum nemo eorum, qui pii esse studue- „ runt, morbo hujus dementiæ laborare voluerit, ut diceret eum, qui est ante „ sæcula, factum esse in novissimis diebus.

Et post alia.

„ IGitur sequentes leges vestras, & conversionem acuminis tui, immo eversionem „ amplectentes, & approbantes, age, confundamus omnia in ipso; & nulla sit „ deinceps distinctio non formæ Dei, non formæ servi, non templi assumpti, non „ habitantis in templo, non templi soluti, non excitantis templum, non consummati „ in passionibus, non ejus, qui consummavit, non memorati, non memorantis, non „ visitati, non visitantis, non minuti paulo minus ab angelis, non minuentis, non „ gloria & honore coronati, non coronantis. Non constituti in opera manuum Dei, „ non constituentis, non accipientis ea in subjectione, non dantis subjectionem.

Quid est homo quòd memor es ejus.

Ex libro 3. ejusdem tractationis.

„ SEd Deus & ex Deo, consubstantialis Patri inerat (ô admirande) in genito ex vir- „ gine, & ab Spiritu Sancto secundum scripturas formato, & in ventre muliebri „ concreto ut par erat, postquam simul ut formatus est, accepit, ut esset templum „ Dei, non tamen existimandum est nobis genitum esse Deum ex virgine, nisi putan- „ dum est nobis, idem esse genitum, & quod est in genito, templum, & Verbum, „ quod est in templo, neque, ut tu loqueris, dicendum nobis est ullo modo, geni- „ tum ex virgine Deum esse ex Deo consubstantialem Patri. Si enim non est homo, „ ut dicis, assumptus, qui ex virgine natus est; Deus autem incarnatus est, quomo- „ do genitus, Deus ex Deo & consubstantialis Patri dicetur, cum caro non possit „ hanc vocem admittere? Est enim fatuum dicere, esse Deum ex virgine genitum. „ Hoc enim nihil aliud est, quam dicere Deum esse ex semine David, ex substantia „ virginis editum, & in ipsa formatum, siquidem quod ex semine David, & ex sub- „ stan-

„ ſtantia virginis concretum eſt in materno utero, & virtute Spiritus Sancti formatum, Sæc.
„ ex virgine factum eſſe dicimus. VII.

Anno 605.

Ejuſdem ex 4. libro contra Apolinarium.

„ Hominem vero, de quo hæc ait Propheta, apertè declarat beatus Paulus aſſumptum ab unigenito hominem eſſe, cum enim dixiſſet: Teſtatus eſt autem in quodam loco quis dicens, quid eſt homo, quod memor es ejus, aut filius hominis, quoniam viſitas eum, minuiſti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronaſti eum & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus; ſubjungit: Eum autem, qui modico quam angeli, minoratus eſt, videmus Jeſum propter paſſionem mortis gloria & honore coronatum; clarè demonſtrans, quod Jeſus eſt homo, de quo beatus David loquitur admirans, quod divina natura paſſa eſt memoriam quidem ejus haberi, & eum viſitatione ſua dignum habuit, ac paulo quidem minus ab angelis minuit, ac fecit, ut guſtaret mortem, gloria vero, & omni honore induit; ita ut Dominum univerſorum per copulationem cum eo declararet.

Ejuſdem ex interpretatione Pſalmi 8.

„ Propter hoc igitur differentiam hominis aſſumpti tantam nobis Pſalmus demonſtrat. Reperiuntur autem hæc diviſa in Novo Teſtamento. Dominus quidem priora in Pſalmo ad ſe ipſum refert, & de ſe accipit, in quibus ait ſe eſſe auctorem creaturæ, magnificentiamque habere ſupra cœlos evectam, factumque ſe mirabilem in univerſa terra. Apoſtolus vero ſecundam partem Pſalmi de homine accipit & interpretatur, qui tanto beneficio filii dignus eſt habitus. Quomodo igitur non eſt perſpicuum, quod divina ſcriptura plane docet nos, alium eſſe Deum verbum, alium vero hominem? ille memor eſt; hujus memoria habetur, ille viſitat; hic qui tanta viſitatione habitus ſit dignus, beatus prædicatur; Ille beneficii gratia paulo minus ab angelis minuit? hic beneficium fert in hujuſmodi minutione. Atque ille quidem gloria & honore coronat, hic autem coronatur, & in his laudatur. Ille conſtituit ipſum ſuper omnia opera manuum ſuarum, & omnia ſubjecit ſub pedibus ejus. Hic autem habitus eſt dignus, ut horum Dominus eſſet, quorum prius poteſtatem non habebat.

Atque hæc quidem impius Theodorus rabie in magnum Deum, & Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum percitus blaſphemè ſcripſit, dicens alium eſſe Deum verbum, & alium Jeſum Chriſtum: illum beneficio afficientem, hunc beneficio affectum, illum ſalvum facientem, hunc ſalvum factum. Qui autem hæc dicit, manifeſto negat ſalutem per Chriſtum allatam. Qui enim ab alio beneficium accipit, id eſt, qui factus eſt ſalvus, quomodo poterit alios ſalvos facere? Qui hæc ſentiunt, cujus corpus & ſanguinem ſe putant in communione ſumere, ejus, qui beneficium contulit, an qui beneficium accepit? Si Dei verbi beneficium conferentis, quomodo hoc dicunt, non confitentur eum incarnatum eſſe? Si vero beneficium accipientis, inanis eſt eorum ſpes Anthropolatriam profitentes. Et qui in homine ſpem collocant, maledicti ſunt. Qui coluerunt & ſervierunt creaturæ præter creatorem, qui eſt benedictus in ſæcula, Amen.

Neceſſarium exiſtimavi, ejus, qui fuit princeps auctor hujus impietatis, paucas auctoritates apponere, ex quibus licet perſpicere, connexos fuiſſe ipſos in hac impietate.

* *Diodori ex libro primo contra Synuſiaſtas.* Diodorus.

„ Hortor vos, ut muniti ſitis, & firmi ad diligentem cognitionem dogmatum, perfectus ante ſæcula filius; perfectum, quod ex David aſſumpſit; Filius Dei,

„ Filius

* Hæc fragmenta ordine tamen immutato & diverſis plane verbis ſequuntur in collatione quinta Concilii œcumenici quinti; ſed prius tribuitur non Diodoro Tarſenſi, ſed Theodoro Mopſuenſi. melius igitur Leontius, qui Diodoro genuinum fœtum reſtituit; ſed eſt ne mendum, vel unde irrepſit in Concilio quinto? Inde natum mihi videtur, quod Cyrillus Alexandrinus binos eodem opere impugnans excerpta utriusque tam Theodori quam Diodori, inſeruit operi ſuo, & qui Cyrillum legentes ex ejus opere errantium ſententias excerpſerunt ut Concilio inſeri poſſent, eas non ſatis diſtincte excerpſerunt; alia quæ Theodori erant, Diodoro, alia quæ Diodori, Theodoro tribuentes. Eadem excerpta edidit Garnerius ad Marium Mercatorem diſſ. 1. De Hæreſi Neſt. Cæterum infirmo nititur argumento Leontius, qui Diodorum inducit negantem ſe unquam dixiſſe duos eſſe filios, alterum Dei, alterum Davidis; nam negativa propoſitione, quæ hic indicatur, à crimine ſe liberabat Diodorus. Basn.

Sæc. VII. Anno. 605.

„ Filius David. Dices mihi, duos igitur filios prædicas. Duos Filios David non di„ co, non enim dixi Deum verbum Filium David. Sed neque duos filios. Dei se„ cundum substantiam dico. nec enim dico duos ex substantia Dei, cum dico Deum „ verbum ante sæcula habitasse in genito ex semine David.

Ejusdem ex eodem libro.

„ GRatia filius, homo ex Maria natus, natura autem Deus verbum: illud gratia „ & non natura; hoc autem natura, & non gratia. Sufficiet corpori ex nostro „ genere filiatio secundum gratiam, gloria, immortalitas, & quod templum Dei ver„ bi factum est. Ne elevetur supra naturam; & Deus verbum loco actionis gratia„ rum, quam debemus, ne contumelia afficiatur, & quæ contumelia? Componere „ eum cum corpore, & existimare opus illi esse corpore ad perfectam filiationem. „ Nec enim ipse Deus verbum vult esse filius David, sed Dominus. Corpus vero vo„ cari Filium David non modo non invidit, sed propter hoc venit.

Et post alia.

„ ET quando de generationibus secundum naturam fuerit sermo, ne filius Mariæ „ putetur Deus verbum; mortalis enim mortalem generat secundum naturam, & „ corpus generat consubstantiale. Et duas generationes Deus verbum non sustine„ bat, unam ante sæcula, alteram posterioribus temporibus.

Ejusdem Diodori ex eodem libro.

„ SI quis voluerit filium Dei Deum verbum nominare καταχρηστικῶς, id est, per abusio„ nem, filium David propter templum verbi Dei ex David, nominet. & genitum „ ex semine David filium Dei gratia, & non natura vocet, non ignorans patres natu„ rales, nec ordinem pervertens, neque dicens incorporeum, & ante sæcula esse ex „ Deo, & David, passum, & impassibilem.

Ejusdem ex libro.

„ FIlius Dei propter nullum; caro filius propter filium; & quid dico propter filium? „ Propter nos caro. Et ne existimetis blasphemum esse verbum, petite demon„ strationes. Si homines non peccassent, non opus fuisse lege, justo enim non est „ posita lex. Si non auxissent peccatum qui erant in lege, non opus fuisset gratia. An „ quia non poterat lex peccatum occidere, non propter nos carnem sumpsit, ut mor„ ti & sententiæ mortis remedium afferret crucifixus, & mortuus, ac suscitatus? „ Si non fecisset progressum fallacia, & sententia mortis contra nos, quid opus erat „ ista servatoris œconomia? Quid opus erat induere corpus? Nonne propter nos car„ nem accepit?

Sed tempus jam vocat nos, ut primum parentem hujus impietatis, à quo semina acceperunt, in medium afferamus. Hic est Paulus zizanium diaboli amarum, Samosatis ortum. Immo & Nestorii, qui fuit postremus illius radicis surculus, fructum pestilentem oportet publice vituperare, ut inter extrema par illustre & blasphemum duorum interjectum, Diodorum dico & Theodorum, aptè & appositè locatum noscatur. Fortasse sero tandem poterunt ab ebrietate ad sobrietatem redire, si semel intellexerint, ad quos, & quantos malorum suorum patres eorum prima cognatio pertineat; & quod ex illis hic postremus per intermedios ramus impietatis natus est, cujus fructum certatim metentes, satiari properant. Est autem proposita utriusque confutatio Pauli scilicet & Nestorii ex testimonio publice proposito, ut ajunt, (z) ab Eusebio, qui tunc florebat in judicandi potestate, postea autem præfectus fuit ecclesiæ Dorylensium, qui divino zelo, ut testantur, incensus primus hæresim Nestorii, & Eutychis deprehendit & convicit, infinitis periculis pro pietate objectus. Audi igitur eum, quibus, & cujusmodi blasphemiis ex Paulo Samosatensi collectis, Nestorii blasphemias conjunxit, & unam utriusque mentem amentissimam esse demonstravit. An vero ab harum Sirenum cantibus Theodori dico & Diodori canticum mortiferum discrepet, iis, qui sine periculo audire & judicare possunt, judicium committimus.

Testi-

(z) Ab Eusebio.) Hujus Eusebii celebris mentio est passim apud veteres, maximè in Concilio Chalcedonensi, Act. 1. Indefessus Nestorii & Eutychis oppugnator fuit. Tur.

Testimonium in loco publico propositum & in ecclesia publicatum.

Eusebius Dorylensis.

„ ADjuro eum, qui hanc chartam acceperit, per sanctam Trinitatem, ut ostendat
„ episcopis, presbyteris, diaconis, lectoribus, Laicis habitantibus Constantino-
„ poli, adhuc etiam, ut exemplum ejus det illis ad confutationem Nestorii hæretici,
„ quod sentit idem cum Paulo Samosatensi anathematizato ante annos centum sexa-
„ ginta ab episcopis Orthodoxis. Sunt autem, quæ ab utroque dicta sunt, hæc:

Paulus dixit.

Paulus Samosatensis.

„ MAria non peperit Verbum. Nestorius consentiens, dixit, non peperit, ô bo-
„ ne, Maria divinitatem. Paulus dixit, nec enim erat ante sæcula. Nestorius
„ dixit, & (a) matrem ex tempore attribuunt Deo auctori temporum. Paulus dixit,
„ Maria verbum suscepit, & non est senior verbo. Nestorius dixit, Quomodo igitur
„ Maria antiquiorem se peperit? Paulus dixit, Maria peperit hominem nobis æqua-
„ lem, Nestorius dixit, homo, qui natus est ex virgine. Paulus dixit, præstantiorem
„ in omnibus, quia ex Spiritu Sancto & ex promissionibus, & ex scriptis gratia in
„ ipso. Nestorius dixit, vidi enim, inquit, Spiritum descendentem tanquam colum-
„ bam, & manentem super eum, quod ei donavit assumptionem. Præcipiens Aposto-
„ lis ait, quos elegit per Spiritum Sanctum, assumptus est, hunc dico Spiritum, qui
„ tantam Christo largitus est gratiam. Paulus dixit, ne autem ex David unctus, alie-
„ nus sit à sapientia, neque sapientia in alio sic habitet, etenim in prophetis erat,
„ magis autem in Mose, & in multis dominis, magis autem in Christo tanquam in
„ templo. Et alibi dicit, alium esse Jesum Christum, & alium Deum verbum. Nesto-
„ rius dixit, non esse possibile eum qui est ante sæcula, aliud genitum esse, idque
„ divinitate.

Ecce aperte dicit Nestorius, non est natus ex Maria, qui est genitus ex Patre. Ecce convenit cum Paulo hæretico, qui ait alium esse Verbum, & alium Jesum Christum, & non unum, ut fides recta prædicat. Hactenus testimonium.

Pauli Samosatensis.

„ HOmo ungitur; Verbum non ungitur, Nazaræus ungitur, Dominus non ungi-
„ tur. Et enim Verbum majus erat Domino Christo. Christus enim per sapien-
„ tiam magnus factus est; Verbum autem ἄνωθεν, id est, de supernis: Jesus autem
„ Christus homo hinc. Maria verbum non peperit, nec enim erat ante sæcula Ma-
„ ria, non est senior verbo Maria; sed hominem nobis æqualem peperit, præstantio-
„ rem vero in omnibus, quia ex Spiritu Sancto.

Ejusdem ex Dialogo contra Malchionem.

„ UT nec unctus ex David alienus sit à sapientia; neque sapientia in alio ha-
„ bitet,

Ejusdem.

„ QUi videbatur, non erat sapientia, non enim poterat reperiri in figura, sive
„ habitu; nec in spectatione viri, major enim est iis, quæ spectantur.

Nestorii.

„ MAgna res fuit virgini Christiparæ parere humanitatem divinitatis Dei organum;
„ quod satis ei erat ad honorem excellentem genuisse scilicet mediatorem digni-
„ tate Dei copulatum.

Hæc nos pauca ex multis contulimus & comparavimus, ut ostenderemus consensionem, & convenientiam horum cum antiquis hæreticis eorum patribus, potest, qui voluerit, legere epistolam encyclicam scriptam contra Paulum Samosatensem à Sancta Synodo depositum, & dialogum, quem contra eum Malchion presbyter disputans scripsit. Certò enim cognoscet, quam verus illius discipulus sit Theodorus; fere enim

Leontini.

(a) Matrem ex tempore) μητέρα χρονικήν. Tur.

Sæc. VII. Anno 605.

enim eisdem verbis utitur, ut horum libri non scripti, sed transscripti videantur, vel potius illa Pauli translata à Theodoro in sua. Quomodo autem de unione Sancti Patres, & Ecclesiæ, quas gubernabant, à principio senserint, ex Sancta Synodo contra Paulum Samosatensem habita, clarè licet cognoscere, in quibus, præter alia, de his eum accusant his verbis: „ Ait igitur in commentariis, (de Paulo loquuntur) servare dignitatem sapientiæ.

Et post alia.

σύστασιν.

„ SI autem secundum formationem, & generationem copulatus erat, homini hoc accidere. & rursus, non enim congeneratam fuisse cum humanitate sapientiam, ut nos credimus, substantialiter, sed secundum qualitatem.

*Et post alia.**

„ QUid autem vult dicere aliam esse, & diversam formationem Christi à nostra, volentibus nobis in hac maxima una re differre ipsius constitutionem à nostra, quod scilicet in ipso sit Verbum quod in nobis homo interior.

Et postea.

„ SI dicere habitasse in eo sapientiam, sicut in nullo alio; hoc modum quidem inhabitationis eundem declarat, mensura verò, & multitudine excellit; verbi gratia; duplo plus, aut quomodocunque amplius, vel minus duplo quam alii, cognoscente ipso à sapientia. Hoc autem nolunt Catholici & Ecclesiastici Canones, sed potius illos quidem participasse sapientiam foris inspirantem, quæ alia est apud ipsos; ipsam vero sapientiam per se ipsam substantialiter in corpus ex Maria venisse.

Et post alia.

„ AC dicunt, non esse duos filios, si autem filius est Dei Jesus Christus, filius vero etiam sapientia, & aliud est sapientia, & aliud Jesus Christus, duo sunt filii.

Et postea.

„ COpulationem verò cum sapientia aliter intellige, secundum disciplinam, & participationem; non autem secundum substantiam in corpore formatam.

Et post alia.

„ NEque Deus, qui corpus humanum ferebat, & induerat, passionum humanarum principaliter expers erat; neque corpus humanum divinorum operum principaliter expers erat in eo, in quo erat, & per quem hæc opera faciebat. Formatus est principaliter ut homo in ventre; & (b) secundario Deus erat in ventre συνουσιωμένος τῷ ἀνθρωπίνῳ, id est, copulata substantia ejus cum homine.

Confutatio ex Actis contra Paulum Samosatensem à Malchione.

„ NOnne ante dicebam, quod non concedis filium unigenitum, qui est ex æternitate ante omnem creaturam, in toto Salvatore οὐσιῶσθαι? id est, unitum esse secundum substantiam?

Sancti Gregorii ex Epist. prima ad Cledonium: Allata sunt in Synodo Ephesina contra Nestorium habita.

Gregorius Nazianzenus.

Lex parturitionis est, gestari in ventre, & edi ex muliere.

„ SI quis non putat Sanctam Mariam esse θεοτόκον, id est, Deiparam, separatus à Deo est. Si quis tanquam per canalem virginis transisse, & non in ipsa formatum dicit,

* *Nos dicimus, quod homo exterior & interior sunt una persona, sic Deus verbum, & humanitas assumpta sunt una persona, quod negat hic Paulus.* Can.

† συνάφειαν *humanitatem ajebat Paulus unitam esse cum sapientia, sicut disciplina unitur cum discente per participationem.* Can.

(b) Secundario) κατὰ δεύτερον λόγον. Tur.

,, dicit, divinè simul & humanè, divinè quidem, quia sine viro, humanè vero, quia ,, lege κυήσεως, id est, parturitionis, similiter impius. Si quis formatum esse hominem, & postea subisse Deum dicit, damnatus est, non enim est hoc generatio Dei, ,, sed fuga à generatione. Si quis introducit duos filios, unum quidem ex Deo Patre, ,, secundum vero ex matre, & non unum & eundem, excidat ab adoptione filiorum ,, promissa rectè credentibus. Naturæ enim duæ Deus, & homo; siquidem homo ,, est * anima & corpus; filii vero non duo, neque Dei; nec enim hic in anima scilicet ,, & corpore duo homines, etsi sic Paulus appellavit quod est intra hominem, & quod ,, extra. Denique si summatim dicendum est, aliud quidem, & aliud ea, ex quibus ,, Salvator; siquidem non est idem invisibile, quod visibile; nec idem sine tempore, ,, quod sub tempore; non autem alius, & alius, absit. Utraque enim unum in unione, Deus quidem factus homo; homo verò factus Deus vel Deificatus; sive quo ,, alio modo nominetur. Dico autem aliud quidem, & aliud, contra atque in Sancta ,, Trinitate, illic enim alius, & alius, ne hypostases confundamus; non autem aliud, ,, & aliud, unum enim & idem divinitate, tria. Si quis tanquam in Propheta dicit, ,, secundum gratiam operatum esse, & non secundum substantiam copulatum, & ,, conformatum esse, sit vacuus à meliore operatione, immo plenus contraria. Si ,, quis non colit crucifixum, sit anathema, & numeretur inter Deicidas. Si quis ex ,, operibus perfectionem assecutum esse; aut post baptisma, vel post resurrectionem ,, filium esse adoptatum à Deo, sicut Gentiles quos falso ascriptos inter Deos introducunt, sit anathema. quod enim cœpit, † vel progressum facit, vel perficitur, non ,, est Deus, etsi propter ostensionem sui paulatim factam sic dicatur; sed qui erat natura Deus generatur homo, ut unus sit utrumque, perfectus in omnibus, naturalem, & verissimam generationem demonstravit.

S. Gregorii episcopi Nysseni ex Catechetico.

Gregorius Nyssenus.

,, SEd parva, inquit, res est & facile præfinita, humana natura; infinita vero divinitas. Quomodo igitur infinitum individuo circumscribi potest? Et quis hoc ,, dicit, quod circumscriptione carnis tanquam in vase quodam infinitas divinitatis ,, comprehensa est? Nec enim in vita nostra natura intelligens intra terminos carnis ,, includitur. Quin potius magnitudo corporis suis partibus circumscribitur: anima ,, vero motionibus mentis per omnem creaturam se facultate sua explicat, usque ad ,, cœlos ascendens, super abyssos inambulans, in latitutinem orbis pervadens; & ad ,, inferiores partes terræ per curiositatem penetrans. Sæpe etiam miracula cœlestia ,, considerat nihil à navicula corporis retardata. Si autem anima hominis corpori secundum necessitatem naturæ admista ubique secundum potestatem adest, quid necesse est dicere natura carnis coërceri divinitatem; & non potius per exempla, ,, quæ capere possumus, conjecturam quandam de divina incarnatione ducere?

Sancti Ephræm ex oratione in margaritam contra Marcionem.

Ephrem.

,, QUæ vides, & attrectas, sint tibi testimonium, natura scilicet quam nescis explicare, quod filius sine semine nascitur, & duo contraria secundum substantiam conspirarunt ostensa hypostasi in unaquaque natura.

Ex Synodica epistola. S. Cyrilli ad Nestorium.

Cyrillus.

,, SI vero unionem secundum hypostasim vel tanquam impossibilem, vel tanquam ,, indecoram recusemus, incidimus in errorem dicendi duos filios.

S. Isidori Eremitæ ad Archibium presbyterum contra Nestorium.

Isidorus.

,, DIxisti te non intelligere illud, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, ego verò arbitror dictum esse corporaliter pro eo, quod est substan-
,, tiali-

* *Athanasius adversus eos, qui dicunt Christum esse unam naturam compositam. Anima & corpus partes hominis sunt, quia neutrum horum sine altero consistit, neque natura definitionem conservat. In Christo autem neque caro est pars verbi, neque verbum pars carnis, utrumque enim horum perfectam naturam ostendit. Aliud est enim ex duabus partibus essentiam absolvi; ut in homine; aliud, duas essentias conjungi, quarum utraque perfecta sit, ut in Christo.* CAN.

† *Non proficiebat sapientia & gratia Christus secundum humanitatem nisi* κατὰ τὴν ἀνάδειξιν. CAN.

Sæc. VII. Anno. 605.

„ tialiter, non enim operatio divinitatis, quam ſubſtantia divinitatis parit, templum „ illud purum, & impollutum gubernabat, ſed ſubſtantia, quæ infinitas operatio- „ nes habet: non particulare chariſma, ſed fons bonorum. Sic inquit, qui ſimul cum „ Patre regnat, & gubernacula cœleſtium tenet, & terrena moderatur, homo „ factus eſt.

Arbitror per omnia demonſtratum eſſe, opinionem Theodori & ſectatorum ejus eandem eſſe, quæ Pauli Samoſatenſis; & à Sanctis Patribus differre, eiſque adverſari. Pendeat ex poteſtate legentium adhærere veritati, & dare huic, ut ferat præmium victoriæ.

Finis libri tertii.



LEON-

LEONTII
BYZANTINI
LIBER
ADVERSUS EOS,

Qui proferunt nobis quædam Apollinarii, falso inscripta nomine Sanctorum Patrum.

A Canisio primum ex m. s. in lucem editus.

INTERPRETE
FRANCISCO TURRIANO,
Societatis Jesu.

Ad Lectorem.



Æreticos cum veteres tum novos non tantùm impostores, sed &, ut sic loquar, suppostores esse, testantur tot partus, quos magnis Auctoribus quantumvis inscus & invitis, per summam fraudem subjecerunt: quorum in hoc genere technis prodendis integrum hunc librum elaboravit Leontius: qui etiam in libro de Sectis seu Hæresibus Actione VIII. hunc in modum scribit. Adferunt (*Hæretici Eutychiani*) aliud quoque dictum, velut à beato Julio profectum, quod existat in Epistola scripta ad Dionysium Corinthi Episcopum; cujus initium est: Miror de quibusdam audiens; estque dictum hujusmodi: Necesse est eos, cum duas naturas dicunt, unam adorare; alteram non adorare; ac in divinam quidem baptizari; in humanam verò non baptizari: aliaque plura isthæc Epistola continet. Sed nos argumentis pluribus convincimus, illam Epistolam non esse beati illius Julii, sed Apollinaris, primùm ex eo, quod si quis eam subtiliter consideret, nihil Julii nomine dignum habeat: quin & septem illæ Epistolæ, quas ejus esse dicunt, Apollinaris sunt. Deinde, quòd in eadem Epistola corporis mentione facta, nusquam id mente præditum vel animatum dixerit. Erat autem in more Patribus illius sæculi, ut sicubi corporis mentionem facerent, idipsum mente præditum, animatumque dicerent: quod quidem usque adeo verum est: ut reformidantibus eis hoc crimen, ideoque deinceps illas voces: mente præditum & animatum, adjicientibus, nulli posteriorum libri reperiantur, qui hanc veterum appendicem non habeant. Præterea inde etiam non beati Julii, sed Apollinaris esse demonstratur, quòd Nyssenus ille Gregorius in opere contra Apollinarem apertè multa recitet, quæ hac Epistola continentur, eaque, ceu prava refutet. Potest & aliunde convinci, quod beati Julii non sit. Ajunt enim Actis Synodi Ephesinæ sub beato Cyrillo, insertam: quod quidem apertè mentiuntur. Nam ibi nihil tale in textu reperitur; sed alia quædam inserta est Epistola velut à Julio scripta; nec ipsa Julii, sed Timothei (*Apollinaristæ*) quemadmodum de multis exemplaribus intelligi potest. *Hæc Leontius.*

Similia Auctor incertus fragmenti contra Acephalos, quod infra invenies: qui cum ostendisset Epistolam quæ circumferebatur nomine S. Athanasii ad Jovinianum Imperatorem esse Apollinarii idque ex ipso Timotheo Apollinarista, qui indicem librorum Apollinaris confecerat; hæc de Julio Romano subjicit. Sic etiam in Julio Romano, quem falsò supposuerunt, non solum ex inscriptione coarguitur eorum calumnia, sed ex ipso genere dictionis, quæ phrasis dicitur. *Vide cætera in citato fragmento. De Nestorianis Evagrius. lib. 3. cap.* 31. Sanctorum Patrum libros sæpè depravarunt, multosque Apollinaris libros Athanasio, Gregorio Thaumaturgo, & Julio, inscriptionibus commutatis attribuerunt, quibus quidem libris plurimos in suum impium errorem induxerunt. *Eandem Epistolam falsò adscribi Julio, docet Eulogius Patriarcha Alexand. apud Photium in Bibliotheca.*

Gennadius de Script. Eccles. Julii Epistolam pro legitima & genuina habuit. Sic enim scribit de Julio. Julius Urbis Romæ Episcopus scripsit ad Dionysium quendam de Incarnatione Domini Epistolam unam: quæ illo quidem tempore utilis visa est adversus eos, qui ita duas per incarnationem asserebant in Christo personas, sicut & naturas. Nunc autem perniciosa probatur. Fomentum enim est Eutychianæ & Timotheanæ impietatis. *Sed Illustriss. Baron. Annali Tertio, anno Christi 352. meritò oscitantiæ arguit Gennadium; quippe qui de re tam gravi, sibique incomperta tale judicium tulerit: nam si quando ipsam Epistolam legisset; nunquam futurum fuisset, ut tale aliquid de Julio chartis mandaret: è vestigio enim imposturam deprehendisset; non secus ac Leontius & Evagrius.*

Notat idem Baronius: quod Leontius ait; Patres sicubi corporis mentionem facerent; idipsum mente præditum animatumque appellasse; id non tantùm propter Apollinarem, qui post Julium vixit, sed etiam propter Arium factum esse; quem ejusmodi quoque blasphe-

blasphemiam (nimirum de corpore sine mente aut anima per Christum assumpto) effutiisse constat ex Concilio secundo Nicæno; Can. 2. Actio. 6. Lege, si placet, S. Thomam lib. 4. contra Gentes cap. 32. ubi contra hoc dogma Arii & Apollinaris ex instituto disputat. At satis de his.

Ergo contra illos; qui Apollinaris scripta specioso Sanctorum Patrum nomine lectoribus venditabant; suscepta est hæc lucrubatio à Leontio: sive essent Eutychiani; sive Nestoriani; sive Apollinaristæ; sive alterius nomenclationis Sectarii. Redarguit autem hunc hæreticorum fucum adductis Apollinari dogmatibus partim ex ipso Apollinari; partim ex discipulis ejus: si enim quæ in Athanasii, Julii aut alterius Orthodoxi patris genuinis monumentis leguntur; repugnant iis, quæ Apollinaris aut Sectatores ejus tradunt; & si rursus, quæ Apollinaris suis in operibus scribit consentiunt cum illis; quæ reperiuntur in libris Athanasio, Julio aut Thaumaturgo adscriptis; manifestum relinquitur; opera illa falsò Sanctorum patrum nomina præferre. Si quis studiosus veritatis est, *ait Auctor fragmenti contra Severianos*, conferat cum reliquis Athanasii dogmatibus, & reperiet, dissimilia esse: etsi igitur hæc à dogmatibus Athanasii discrepant, & propinqua sunt dogmatibus Apollinarii, & hæc collatio satis est ad demonstrandum veritatem; nos tamen seposita collatione; veritatem tenemus lecto indice Timothei: *Nam Timotheus Apollinarista suo in Indice disertè profitebatur non Athanasium; sed Apollinarium sermonis illius quem Heretici Orthodoxis objectabant; auctorem esse. Sic Leontius ostendit Epistolam ad Dionysium non esse Julii, sed Apollinaris; quia citatur ab Apollinarista Valentino tanquam Apollinaris, non tanquam Julii. Notabit autem Lector nonnulla ex hoc Leontii libro pro usu hujus temporis. Primo Inconstantiam Apollinaris, circa doctrinam suam de corpore Christi, quod negabat de D. Virgine assumptum, addebatque aliquid verbi in carnem Christi conversum fuisse: atque adeo carnem statuebat consubstantialem Deo. De quo videatur S. Thomas lib. 4. contra Gentes cap. 31. Etsi postea; ut est error variabilis; in hac absurdissima sententia non videtur perstitisse: ex qua successu temporis Eutychianismus pullulavit. Deinde pari levitate de anima Christi sensit & scripsit. Divinitatem enim in carne Christi vicem animæ subiisse cum Ario docebat: postea evidentia argumentorum convictus animam quidem in Christo inesse concessit; sed mentis & intellectus expertem: Qua in mutabilitate Apollinarem egregiè exprimunt & imitantur nostri ævi hæresiarchæ; præsertim Lutherus: cui solenne fuit in se & contra se dicere: ut ex tomis ejus ingentes contradictionum tomi collecti fuerint.*

Secundo observetur dissensio Apollinaristarum inter se mutuo, quæ exstitit cum ex ipso hæretico Spiritu; qui non est alius, quam Spiritus vertiginis & contentionis: tum ex inconstantia Apollinaris in sua doctrina. Hinc Valentinus insurrexit adversus Timotheum, ejusque socios & magistrum Polemium: isti vicissim arma sumpserunt contra alios eodem magistro & Doctore Apollinari gloriantes; eo prorsus modo, quo hac tempestate Lutherani Prædicantes sese mutuo immanissimis conviciis exagitarunt; variisque bellis exercuerunt & adhuc exercent, sine ulla spe pacis aut concordiæ: nec tertiò illud prætereatur; dum sese invicem accusant; quasi opera Apollinaris corruperint, partimque additione, partim verò detractione depravarint: quid familiarius Prædicantibus hujus ætatis circa Tomos Lutheri; & confessionem Augustanam? De quo nihil addo. Multa enim nuper de hoc argumento disputavit Jacobus Gretserus in Academia Ingolstadiensi Professor Theologus lib. 2. de Jure prohibendi libros noxios cap. XI. Lepidum & illud est; quòd ut Apollinaristæ suum Apollinarem beati, *imò &* beatissimi *encomio cohonestarunt; ita & Lutherani Prædicantes suo Luthero ejusdem nominis honorem largiuntur; quem tam beatum esse, quam est Apollinaris aut Arius, libenter agnoscimus & ubique profitemur: Illud denique advertat Lector nostros Hæreticos eodem genio impulsos sua aut veterum sectariorum commenta nominibus sanctitate præstantium virorum ornasse; quo Eutychiani, Nestoriani, Apollinaristæ aut horum similes olim impulsi fuerunt; ut operibus Apollinaris nomina Julii Pontificis Romani; Athanasii, aut Gregorii Thaumaturgi præscriberent. Sciscitare ex illis cujusnam sit Epistola; quæ S. Udalrici nomen præ se fert? cujus libri de imaginibus sub specioso Caroli Magni tegmine? cujus generis ejusdem non pauca: de quibus itidem Gretserus lib. 2. cap. 5.* (a)

LEON-

(a) Si talibus argumentis uti liceret, objicerent alii varias in Ecclesia de rebus etiam momentosissimis disputationes: Objicerent sæpius depravatos Patres in indicibus expurgatoriis: observarent ipsum Leontium cum Hæreticis peccasse, utpote qui non genuinos Patrum fœtus, sed opera supposita ipsis objiciat; quod eam disputandi methodum intricatam nimis apertè probat. Conciliorum œcumenicorum auctoritatem convellebat Leontius, dum Quintum penitus omisit; sed de his jam plus satis. Observandum tantummodo hic, decipi Canisium Libros Caroli Magni objicientem, cum ab ipso Imperatore, vel saltem ejus jussu, fuerint contexti. Basn.

Sæc. VII. Anno 605.

LEONTII BYZANTINI LIBER

In eos, qui proferunt nobis quædam Apollinarii, falso inscripta nomine Sanctorum Patrum.

Suppositiones Hæreticorum.



Uidam ex hæresi Apollinarii, vel Eutychis, vel Dioscori, cum vellent suam hæresim confirmare, quasdam orationes Apollinarii Gregorio Thaumaturgo, aut Athanasio, aut Julio inscripserunt, ut simpliciores fallerent; quod quidem perfecerunt. Auctoritate enim hujusmodi personarum fide digna multos Ecclesiæ Catholicæ capere potuerunt. Et apud multos ex rectè credentibus reperire poteris librum Apollinarii cui titulus, ἡ κατὰ μέρος πίςις, fides particularis, inscriptum Gregorio; & quasdam ejus Epistolas inscriptas Julio: & alias ejus de incarnatione orationes vel expositiones Athanasio inscriptas. Cujusmodi est quæ inscripta est expositio consentiens cum expositione trecentorum decem & octo: neque solùm has, sed alias hujusmodi. Fiet autem tibi hoc manifestum, & cuivis veritatis studioso ex iis, quæ in medium afferemus tum ipsius Apollinarii, tum discipulorum ejus, ex quibus est cum aliis Valentinus.

Valentini Apollinaristæ capita Apologiæ.

„ Contra eos, qui dicunt, dicere nos esse corpus consubstantiale Deo.

Ex Epistola beati Athanasii ad Epictetum Episc. Corinth.

„ HÆc autem unde exierunt? Aut qui inferi eructarunt hoc, ut corpus ex Maria „ diceretur consubstantiale divinitati verbi?

Ex eadem epistola.

„ SI Verbum est homousion, id est, consubstantiale corpori, quod ex terra naturam „ habet, est autem Verbum homousion Patri secundum confessionem Patrum, „ erit igitur ipse Pater homousios corpori ex terra facto. & quid Arianos accusatis, qui „ dicunt filium creaturam, cum dicant etiam ipsi Patrem homousion creaturis?

Domini Apollinarii ex epistola ad Serapionem.

„ ACcepi litteras charitatis tuæ Domine, & ad negotium, quod quærebat, qui „ Epistolam attulit, quantum potuimus, dedimus ei operam. Epistolam vero „ Domini mei Corinthum missam, magnopere approbavimus. Eorum autem qui di- „ cunt carnem Deo consubstantialem, magnam insaniam damnavimus.

Et rursus ex eadem epistola.

„ UNione enim verbi divina facta est caro, non natura; quare in unione habet, „ ut perseveret divina esse, sicut ipse ait; Spiritus est qui vivificat carnem. Non „ enim potest corpus fieri incorporeum, ut alii stultè dicunt.

Ex

Ex epistola ad Dionysium, cujus principium est, mihi argumentum amicitiæ, &c.

„ MIhi & argumentum amicitiæ pietas est; & inimicitiæ nulla occasio in eos, qui „ pietatem custodiunt. Nihil novum à me ullus nunc quærat; neque requirat, „ ut veritatem reticeam, tanquam ex hac reticentia pacem ædificet. Quod autem „ nemo nobis hæc objicere potest, quæ contra quosdam dicta sunt, manifestum est „ ex iis, quæ semper scripsimus, neque carnem Salvatoris è cœlo esse; neque car- „ nem ejusdem substantiæ esse cum Deo, quatenus est caro, & non Deus; Deus au- „ tem, quatenus unita est divinitati in unam personam.

Ex alia epistola ad eundem, cujus principium, admiror, &c.

„ ADmiror cum de quibusdam audio, confiteri quidem Deum in carne, labi au- „ tem errore in divisione pravè à Paulianistis introducta.

Et rursus ex eadem epistola.

„ COncessum est ut certum, corpus esse ex virgine, divinitatem è cœlo. Cor- „ pus formatum est in ventre. Divinitas non creata, æterna, & in composi- „ tione perseverat corpus esse corpus; & divinitas divinitas. Si vero scriptura con- „ suevit dicere, totum Deum, & totum hominem, sequamur divina verba; & ne „ partiamur impartibilia.

Ex Epistola Basilii ad Terentium.

„ ACcusat Joannes solventem Jesum, hi autem manifestè Jesum solvunt, cum „ confitentur unionem cum corpore, non enim idem sibi ipsi unitur; neque „ consubstantiale consubstantiali, sicut istos non piget dicere. Nec enim hæc est com- „ positio nec copulatio, quia nihil sibi ipsi copulatur, sed alterum alteri. Si autem „ consubstantiale quidem est verbum corpori, corpus verò consubstantiale verbo, „ utraque autem sunt inaspectabilia, sicut ait scriptura, nemo vidit Deum; neque vi- „ dere potest, non igitur apparuit, nec attrectatus est, qui inaspectabilis erat, neque „ verax est Joannes, qui ait, quod vidimus, & manus nostræ contrectaverunt.

Et rursus ex eadem epistola.

„ SI quis verò vel duas personas dicit Jesum, vel carnem consubstantialem Deo, & „ non carni nostræ, vel è cœlo descendisse, & assumptam esse ab eo qui de cœlo „ descendit, dicens esse divinitatem patibilem, sit anathema.

Ex Syllogismis, id est, ex conclusionibus rationum.

„ SI verbum est homousion corpori, id est, una substantia cum corpore, & nihil „ ipsum sibi unitum est, est autem unitum corpori, non est igitur homousion „ ipsi corpori. Si corpus est una substantia cum verbo, non est spectatum, & con- „ trectatum, utrumque enim est inaspectabile, & non apparens, siquidem sunt ho- „ mousia, id est, una substantia, ait enim Joannes, vidimus, & contrectavimus; „ non est igitur homousios spiritus domini, & corpus; sed potius quod inaspectabile, „ & non tactile est, unitum est aspectabili & tactili in unitatem, quamobrem in hoc „ scilicet spectabili corpore spectabilis & tactilis factus est. Qui dicit corpus homou- „ sion Deo, blasphemia afficit Deum incorporeum, quasi corpus habeat, quoniam „ filius homousios Patri proprium habet etiam unitus carni; & non quia est homousios „ Deo, idcirco divisus sit à proprio corpore, ne corpus existimetur esse homousion, „ id est, una substantia cum Deo.

Apollinarius, & qui mecum sunt, hæc sentimus de incarnatione.

„ CArnem homousion nostræ carni assumpsit ex Maria verbum Dei vivens in unio- „ nem cum divinitate ex principio conceptionis in virgine; atque ita factus est „ homo, quoniam caro & spiritus est homo secundum Apostolum. & hoc est verbum „ carnem factum esse, unitum esse carni, ut humanus spiritus; vocatur enim homo

Sæc. VII. Anno 506. τῦ κατοςθώματος.

„ similis nobis, caro, dominus autem, est supra nos homo, quamobrem & cœlestis „ est propter proprium spiritum cœlestem, cui prudentia carnis non adversabatur. „ atque ita destruebatur in Christo peccatum; & dissoluta est mors ex peccato. & „ facti participes hujus operis, fide salvamur, & cum simus ex patre terreno, efficimur „ similes cœlesti. Anathema igitur sit, qui non dicit carnem ex Maria; & qui dicit „ eam carnem esse naturæ non creatæ, & homousion Deo, immò & qui dicit divini- „ tatem esse patibilem, & ex ipsa esse passiones animæ.

Et ego Jobius Episcopus.

„ Confiteor Dominum Jesum Christum à sæculo quidem Deum Verbum sine car- „ ne, novissimis sæculis carnem ex Sancta virgine unisse sibi, & esse unum & „ eundum Deum, & hominem unam hypostasim compositam, & unam personam in- „ divisibilem mediam inter Deum, & homines, & conjungentem creaturas divisas „ cum creatore, consubstantialem Deo secundum divinitatem ex paterna substantia „ existentem, & consubstantialem hominibus secundum carnem ex natura humana „ ipsi unitam, adoratum & glorificatum cum propria carne, quoniam per ipsam „ facta est nobis redemptio à morte, & communio cum immortali. caro enim summè „ unita verbo, & nunquam separata, non est hominis, non servi, non creatæ perso- „ næ, sed ipsius Dei verbi, creatoris, consubstantialis Deo, id est, incorporeæ sub- „ stantiæ ineffabilis Patris. Eos vero qui dicunt, aut docent carnem verbo summè „ unitam, & nunquam separatam esse consubstantialem Deo, id est, substantiæ in- „ corporeæ, hos tanquam dissensiones, & scandala præter doctrinam Ecclesiæ, quam „ à principio didicimus, facientes in Ecclesiis declinamus, secundum Apostolicam „ prædicationem, & alienos existimamus, quia antiquæ traditioni, & Ecclesiasticæ „ paci adversantur.

Valentinus Christianus contra ea, quæ pravè, & impie à Timotheo, & ejus sociis, & à magistro eorum impiissimo Polemio docebantur.

„ Quia Timotheus primus discipulus Polemii præ multa væcordia contra eccle- „ siam excitatus, docet contra veritatem impietatem Polemii magistri sui, insa- „ nè instruens socium suum Cataphronium, sicut ipse scribit aliis suæ sententiæ „ Paregorio, Uranio, Diodoro, & Jobio, sic inquiens, quod caro domini unione „ ad verbum θεολογȣμένη & consubstantialis Deo, ὁμολογȣμένη manet naturæ humanæ, „ & nobis consubstantialis. Et rursus ex persona Cataphronii, quem instruxit, sic „ ait: quod oportet confiteri idem esse unione carnem, quod verbum Dei, & de ea „ tanquam de verbo loqui, & tanquam verbum coli & adorari; & tanquam verbum „ consubstantiale Deo credi. Et adhuc aliquid magis impium quam hoc Timothee, „ quod carnem, quam Dominus noster Jesus Christus ex sancta virgine gestavit, in- „ aspectabilem facitis, si quidem, ut vos dicitis, caro est sicut verbum Dei consub- „ stantialis Dei, per quam nos salutem consecuti sumus; & credimus, quod cum ver- „ bo Dei simul adoratur, & prædicatur, ac laudatur caro domini, quam ex virgine „ assumpsit, per quam nobis semper μεσιτεία, id est, mediatio servatur, à vivifico Dei „ verbo in perpetuum gubernatam. Atque ita una persona exstitit dominus noster „ Jesus Christus ex carne, & verbo. unione enim Deus habetur, non autem natura. „ * Quocirca in unione esse perseverat, sicut ipse dominus ait, spiritum esse, qui vi- „ vificat carnem. Non enim fieri potest, ut fiat corpus consubstantiale Deo incorpo- „ reo propter unionem, sicut insanè & impiè Timotheus & Polemius, & eorum „ asseclæ variis modis & artificiis dicunt, dum volunt adjungere corpori laudem & „ gloriam quod sit incorporeum, quod fieri non potest. honorari tamen, & laudari „ gloria & laude Dei incorporei, hoc fieri potest, & decens est divinitati corpus „ gestanti. Atque ita adoratur, & colitur ab omni creatura tanquam creator, & ve- „ rus filius Dei carnem gestans, & non homo Deiferus.

„ Quæ igitur tanta inscitia, immo perfidia vestra, Timothee tua, & tuorum, & „ magistri vestri Polemii, ut dicatis quod est per se alterius substantiæ corpus, esse „ per se ejusdem substantiæ cum divinitate propter unionem; & quod est per se im- „ mutabile, dicatis per se mutatum esse, siquidem ut vos dicitis, sicut verbum Dei, „ consubstantialis est caro. & ipsi contra vos dicitis; & ipsi vobis anathema dicitis. & sicut

* *Hoc erat dogma Apollinarii carnem sine mente, id est, sine anima rationali sumpsisse verbum, & ab eo vice mentis gubernatam fuisse.* Can.

„ ſicut temulentus, & ebrius neſcit, quid facit, aut dicit; ſic & vos neſcitis, quæ di-
„ citis; neque de quibus affirmatis, quos hoc dogma impium à vobis ſæpiſſimè tra-
„ ditum redarguit. Diſcite igitur ô infideles, quod unio non eſt homouſion, id eſt,
„ una eadem natura; nec homouſion, id eſt, una eadem natura, eſt unio; quia nihil
„ ſecum unitur, vel copulatur, ſed aliud cum alio unitur, vel copulatur, quod eſt
„ verbum Dei, quod ſe ipſum univit carni. & hoc eſt, quod dixit divinus Evange-
„ liſta: verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis, ſcilicet unitum eſſe verbum
„ carni animatæ.

„ * Deinde, neque hoc ſcitis, ô infideles, quod natura & ſubſtantia idem eſt maxi-
„ me in Deo incorporeo, & æterna divinitate adorandæ Trinitatis, corpus autem,
„ quod geſtavit Dominus nec æternum, neque incorporeum factum eſt ex unione,
„ idcirco nec homouſion, id eſt, nec unius ſubſtantiæ cum incorporea ſubſtantia.
„ Dominus autem æternus eſt, & ante carnem conſubſtantialis Patri; & cum carne
„ idem conſubſtantialis patri. Non erat caro conſubſtantialis, † amictum enim &
„ veſtem, ac tegmen myſterii occultati aſſumpſit; & pro hominibus obtulit. Et per
„ hanc carnem hominibus apparuit. Nec enim aliter ſpectatores Dei fieri poteramus,
„ niſi per corpus. Rurſus autem etiam nobis conſubſtantialis eſt Dominus ſecundum
„ carnem; non ſecundum divinitatem. Nec enim divinitas ex muliere, abſit; neque
„ caro è cœlo, nec æterna; ut vos dicitis infideliter, & impie contra veritatem,
„ tanto artificio propriam impietatem tradentes, & ab ipſa veritate confutati, & con-
„ victi tanquam malefici, infideles, & mendaces. Facite, ut intelligatis, quod unio
„ naturam honoravit, non autem fecit corpus ſubſtantiale Deo, ſicut vos fingere au-
„ detis, qui à veritate lapſi eſtis; & condeſcenſum verbi ad uniendum ſibi corpus
„ propter noſtram ſalutem nimio Dei erga homines amore factum contumelia affici-
„ tis, cum dicitis factum eſſe corpus conſubſtantiale divinitati impatibili propter unio-
„ nem, quod omnem ſuperat impietatem, quamvis velint millies facere ſe ſapientes
„ prave, & doloſe ſcripturas divinas interpretantes, & libros beatiſſimi Patris noſtri,
„ & magiſtri ‡ Apollinarii; ut vos redarguunt, quæ à vobis appoſita ſunt, quæ ipſi
„ adſcripſiſtis ad decipiendas animas ſimpliciorum, in caput veſtrum, ſiquidem veri-
„ tati repugnatis, qui ſcitis alioqui durum eſſe contra ſtimulum calcitrare, & multo
„ circuitu uſi eſtis. Sicut Judæi, qui ſcelus in carnem Domini auſi ſunt, perierunt, ſic
„ vos, qui propter carnem Salvatoris ſcandalum incurriſtis, quamvis multi ſitis, pro
„ nihilo propter impietatem veſtram reputabimini.

„ Si verò curioſitatem & infidelitatem ex anima ejeceritis, intelligetis Deum in
„ corpore appariuiſſe ac ſpectatum eſſe, & corporis communionem ad participan-
„ dum divinitatem tribuiſſe corpus enim ſumptum ex ſancta virgine non ipſum per
„ ſe ſalutem confert, ſed ex congreſſu Spiritus; non ut corpus vile habeatur, ſed ut
„ Spiritus magis glorificetur. Ne igitur ad decipiendum ſimpliciores, quæ beatiſſ.
„ Pater noſter & magiſter Apollinarius poſuit, mutare in veſtram blaſphemam appo-
„ ſitionem velitis, illa enim recte & pie poſita erant à Sancto & divino viro, quæ
„ habitudinem & honorem declarabant, & non naturam. Quæ autem vos infideliter
„ & impie appoſuiſtis, conſubſtantiale declarant, natura enim & ſubſtantia, idem
„ ſunt, ut antea dixi. Et omnes veræ fidei confeſſores hoc ſciunt.

„ Vos autem contentione, & æmulatione, atque invidia à principio in Sanctos
„ Epiſcopos commoti, ac peſſimum certamen contra veritatem certantes, & Eccle-
„ ſiam Chriſti ſcindentes, in tantam impietatem converſi eſtis, ut corpus patibile con-
„ ſubſtantiale impatibili divinitati propter unionem factum eſſe dicatis, quod fieri non
„ poteſt, & impium eſt dicere eſſe corpus hominibus & Deo homouſion. Et quo-
„ modo videbunt, in quem compunxerunt? Si enim corpus aſpectabile conſubſtantia-
„ le eſt Deo inaſpectabili, ut vos dicitis, utraque jam ſunt inaſpectabilia, ſicut ſcrip-
„ tum eſt, Deum nemo vidit unquam; neque videre poteſt. Dominus autem Jeſus
„ Chriſtus ſecundum divinitatem quæ ex Patre erat ex æternitate, inaſpectabilis; ſe-
„ cundum vero carnem, quam ex virgine geſtavit, aſpectabilis. Utraque ergo com-
„ ponantur in una perſona, & veritas non diſſolvetur. Quare neque Chriſtus eſt
„ duæ perſonæ; neque caro una ſubſtantia cum Deo, cui præerat Verbum.

„ Quicunque igitur hujus non factitiæ, & veræ, atque Apoſtolicæ fidei ſunt con-
„ feſſo-

* *Carnem animatam ponebat Apol. ſed non animatam anima rationali.* CAN.

† *Non aſſumpſit carnem, ut per eam appareret, ſed ut carnem & animam, id eſt, naturam humanam à peccato liberaret. docte confutat hoc Athanas. quod Apol. carnem ſuſceptam faciebat inſtar veſtis & tegminis.* CAN.

‡ *Laudat Hæreticus diſcipulus, hæreticum magiſtrum. Erant, qui Apolinarium ſic defenderent, ut alii Origenem temporibus Hieronymi, quaſi iſtorum libri ab aliis corrupti eſſent ſuppoſititii falſis dogmatibus.* CAN.

SÆC. VII. ANNO 605.

„ fessores, ne recipiant libros Timothei, & Polemii, & eorum, qui eos sequuntur, „ vaniloquia, sicut Apostolus præcipit. Illud præterea in memoria habemus, quod „ idem Apostolus dixit, hæreticum hominem post unam, & secundam admonitio- „ nem devita, sciens quia subversus est, qui hujusmodi est; & delinquit, cum sit suo „ judicio condemnatus. Timotheus autem, & Polemius non solum hæretici, sed „ calumniatores declarati sunt: beatissimus enim magister noster Apollinarius blasphe- „ mos & insanos scripto vocavit eos, qui dicunt corpus esse divinitati homousion. „ Et beatus Athanasius Episcopus noster sanctissimus, tanquam ex inferis prodiisse ait „ eos, qui ausi essent dicere corpus ex Maria divinitati consubstantiale. Ignorarunt „ Timotheus, & Polemius magister ejus, & qui eorum Sectatores erant, quæ unius „ personæ verbi Dei, & carnis à verbo fabricatæ adoratio ad Deum incarnatum per- „ tinet; non autem ad carnem. Nec enim Verbum propter carnem adoratur, sed „ caro verbo coadoratur tanquam amictus, & vestis, ut antea dixi. Quicunque igi- „ tur in hac regula, & in hac fide vera, & Apostolica, & simplici noluerint insistere, „ & incedere, sint anathema. Videte canes; videte malos operarios; videte conci- „ sionem. nos autem sumus circumcisio, qui Spiritu Dei servimus in Christo Jesu, „ non in carne confidentes.

Timothei Apollinaristæ episcopi Beryti ad Homonium episcopum Apollinaristam, in quibus sunt testimonia Apollinarii.

„ FRater Agapius cum ad nos venisset, audissetque de tomo à nobis composito de „ divina incarnatione verbi ex variis libris beatissimi magistri nostri episcopi Apol- „ linarii, rogavit nos, ut partem ex eo ei excerperemus, cum nostra subscriptione „ ad Serapionem. Hæc autem rectè & ipse dicis; non sumus æquales nos & Christus. „ Dicere autem, quod non est nobis caro Christi consubstantialis, quia est caro Dei, „ parva explanatione indiget: melius est dicere, carnem quidem assumpsit nobis con- „ substantialem; unione autem divinam reddidit. Idem & tu dicis, quod non ideo „ est nobis consubstantialis, quia caro Dei, sed sic explanatius dici potest, natura „ quidem consubstantialem nobis esse carnem; unione vero esse divinam, & per unio- „ nem habere differentiam. Hæc cum frater, quem dixi, à nobis accepisset, ad vos „ profectus ostendit vobis, quæ cum tu, mi domine Homoni, vidisses, tabulam scrip- „ tam ei dedisti, in qua sic erat, Ego Homonius episcopus, confiteor, quod verbum „ Dei carnem ex Maria accepit nobis consubstantialem: si quis autem carnem unitam „ Domino quacunque ratione & modo, homousion Deo esse dicit, anathematiza- „ mus.

„ Quia igitur naturam carnis rectè confessus es nobis esse homousion, nullo autem „ modo συνουσιῶσθαι, id est, esse factam consubstantialem divinitati, scripsisti, sed so- „ lùm unionem nominasti, qualis sit hominis sancti cum Deo non in unam vitam, & „ hypostasim copulati, sed à divina natura separati, cum tamen beatus episcopus ma- „ gister noster Apollinarius dicat in variis libris carnem Domini communia habere no- „ mina & proprietates verbi, manere autem in unione carnem neque mutatam, nec „ à natura propria alienatam; & verbum etiam nomina carnis & proprietates habere „ communia, manereque in incarnatione verbum, & Deum, neque mutatum, nec „ in naturam corporis transfusum. Fac igitur, ut nobis explanes, utrum ignorans „ quæ de sancta & salutari incarnatione verbi à divino Patre nostro dicta sunt, hæc „ anathematizasti; an verò sciens, tanquam non benedicta explosisti; & nos in hoc „ loco accusasti tanquam hæresim amplexos, & prædicatorem pietatis cum ipsa pie- „ tate anathematizasti. Dixit enim in libro, qui incipit, sanctum; rectè à principio „ dicitur Christus secundum corpus; separatim non licet dicere corpus Christi crea- „ turam, cum sit inseparabile necessariò ab eo, cujus corpus est, communicatur ta- „ men cum eo nomen increati, & nomen Dei, quia copulatum est cum Deo in uni- „ tatem.

ἰδίως.

Et post alia.

„ SIc & Deo homousios Christus, scilicet secundùm spiritum inaspectabilem, „ συμπαραλαμβανομένης τῷ ὀνόματι καὶ τῆς σαρκὸς, id est, simul sumpta carne per communi- „ cationem nominis, quoniam unita est Deo homousio.

Et

Et rursus.

„ HOminibus homousios comprehensa divinitate cum corpore, quoniam consub-
„ stantiali nobis unita est, non mutata naturæ corporis in unione consubstantiali
„ cum Deo, & in communicatione nominis homousii: sicut neque natura divinitatis
„ mutata est in communicatione humani corporis, & nominatione carnis consub-
„ stantialis nobis. συμπεριλαμβανομένης θεότητος τῷ σώματι.

* *Rursus in alio libro, sive sermone, cujus principium est: Caro, & quod præest carni, una persona. hæc ait.*

„ SIne peccato igitur erat Dominus Jesus Christus tanquam Deus & cum carne;
„ consubstantialis soli Deo, ante sæcula creator. Caro autem ut caro Dei, Deus;
„ ut consubstantialis Deo, pars unita ipsi consubstantialis Deo non separata; nec enim
„ separatim, neque ἰδιάζοντως, id est, per se movetur, sicut homo animal αὐτοενέργητον,
„ id est, quod per se operatur. Deus enim communicatione carnis homo, cum alio-
„ qui non sit homo per se; caro autem communicatione Dei Deus; cum alioqui non
„ sit per se Deus. Et omnia carni convenientia unitate carnis habet Deus; & quæ
„ Dei propria, unione cum Deo facta assumit caro.

Iterum in alio libro inscripto: Laudatio Mariæ, & de incarnatione, sic ait.

„ MAjus jam videt scilicet Maria corpus, propter verbum unitum, non dico majus
„ suo tantum corpore, sed majus igneis, & angelicis, nulli enim ex illis unitus
„ est Deus. Nullum ex illis corporibus vivificat mundum, nullus ex angelis æquatur
„ Deo, sicut qui compositus est ex corpore, & divinitate se exæquat Deo, cum ait,
„ sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso.

Et post alia iterum.

„ ET cum vides in te Spiritum operari ejusmodi operationem, quæ separari possit,
„ existimas te divinum esse, ut pannus à corpore tuo detractus morbos sanare
„ possit? At quod unitum est Deo inseparabiliter, & idem ipsum cum illo propter
„ unionem substantialem factum, (verbum enim inquit, caro factum est) hoc tu non
„ divinum, neque Deum esse suspicaris?

Rursus in alio libro, cujus principium est: Non voluptas vescendi carne apud Deum. Sic ait.

„ NOn quidem, quod utrumque sit è cœlo, sed unitum cœlesti, & factum una
„ persona cum illo, cœleste secundum unionem est; & tanquam cœleste salvat
„ virtute cœlestis.

Et in epistola ad Dionysium, cujus principium est: Mihi amicitiæ fundamentum est pietas, paulo post sic ait. ἐπίθεσις.

„ QUòd autem nemo nobis hæc objicere potest, quæ contra quosdam dicuntur,
„ ex iis, quæ semper scribimus, perspicuum est, qui neque carnem Salvatoris è
„ cœlo esse dicimus; neque consubstantialem Deo, quatenus est caro, & non
„ Deus; sed Deum, quatenus unita est divinitati in unam personam.

Rursus in alio libro, cujus principium est: Laudamus decenter Dominum nostrum Jesum Christum, sic ait circa finem.

„ VIvens autem Christus corpus θεῖον, id est, spiritale; & spiritus in carne divi- *De Eucharistia.*
„ nus; mens cœlestis, cujus ut participes efficiamur, precamur, sicut ait scrip-
„ tura, nos mentem Christi habemus. Caro sancta divinitati σύμφυής, & quæ in iis,
„ qui

* τὸ ἡγεμονικόν, *verbum intelligit, quod Apollinarius dicebat esse vice, & loco mentis, qua carebat anima Christi secundum impium Apollinarium.* Car.

SÆC. VII. ANNO. 605. „ qui eam participant, divinitatem firmat, fundamentum æternæ vitæ, auctor im- „ mortalitatis, hominibus æternæ vitæ creator.

Iterum in alio sermone Syllogistico, id est, disputatorio, composito in laudem Joannis Evang. cujus principium est: Per verbum omnia facta sunt secundum Evangelistam, sit ait.

„ QUomodo non Deus verus, qui ait, tanto tempore vobiscum sum, & non co- „ gnovisti me Philippe? significavit fuisse conversationem tanquam hominis cum „ hominibus tamdiu, & hominem Deum esse ostendit. Quare non est veren- „ dum dicere hujusmodi hominem consubstantialem Deo, specie paterna divinitatis „ cognitum, sicut materia corpore.

Rursus in iis, quæ deinceps sequuntur, sic ait.

„ NEc igitur humanum quod factum est divinum, & exæquatum Deo in efficien- „ do, & renovando, quia dividitur secundum corpus à Deo, idcirco facit, im- „ possibile esse, ut altera natura id quod humanum est Christi secundum corpus, in „ æqualitate Dei circumscribat circumscriptione hominis, tanquam corpus hominis, „ & non Dei.

Et rursus in alio sermone syllogistico, cujus principium est: Quod habet differentem vitam, differentem actionem &c. sic ait.

„ VIvificat antè nos caro ejus propter consubstantiatam cum ea divinitatem. quod „ autem vivificum est, divinum est; divina igitur est caro, quia cum Deo copu- „ lata est. & ipsa salvat, & nos salvi efficimur participantes eam tanquam cibum. „ quod autem vim alendi habet, & in eo, qui alitur, efficit, consubstantiale est ei, „ & non similiter alitur. Præterea si quod vivificum est, non vivificatur, non est „ consubstantiale ei, quod vivificatur, alioqui esset corpus mortis, cui opus esset vi- „ vificari, ut est nostro corpori, at non est corpus mortis, sed vitæ corpus Christi; „ non est igitur divinum consubstantiale humano.

Et in libro ad Flavium, cujus principium est: Adhuc & nunc ab hominibus vilibus percutitur Christus, post multa sic ait:

„ MUlto magis in conjunctione incorporei cum corpore manet natura unitorum. „ Siquidem corpus corpus est; & incorporeum incorporeum. & summa unio- „ ne dicitur Deus corporatus, & corpus deificatum. & quatenus quidem Deus cor- „ poratus, homo; utrumque est. quatenus vero corpus deificatum, Deus; rursus „ utrumque est.

Deinde paulo post.

„ JAm definit corpus esse formatum, & esse in forma servi, sed honoratum est „ unione naturali cum increato. & secundum ipsum ortum ex virgine non est mu- „ tatum ex creato in increatum, sed unitum increato, & Deus secundum unionem „ Dei, increatum est quatenus Deus. & quia non potest esse corpus Patris, non enim „ corporatus Pater, hac ratione nunquam ingenitum dicetur, neque propria natura „ ingenitum, sicut neque genitum Dei, nec unione factum ingenitum, sicut filius, „ & fœtus naturali unione & à principio cum genito.

Et in libro contra Diodorum primo post sermonem de Trinitate cap. 14. sic ait.

„ EXimium, & admirabile erat, ac semel, & non iterum factum unio Dei cum „ Carne, quam nequaquam anima tua recipit, nec eorum, qui te ad hanc impieta- „ tem, & Antichristi infidelitatem abducunt. & ludis summam unionem, & dicis, „ non manere amplius propria Dei, & propria carnis, si sit unio, sed solvi summam „ unionem, si confitemur summam unionem secundum Carnem ex David.

Et

Et capite 27. ait.

,, SUccenses igitur, quia non concessimus gratia Dei accepisse immortalitatem Car-
,, nem illam ex semine David; quod si de causa interrogemur, respondemus,
,, propter summam unionem.

Rursus capite 63.

,, ET non pudet dicere eandem naturam esse, sed generationem differentem, cum
,, vanum sit & supervacaneum ortum ex virgine introducere, si quod genitum
,, est, non sit dignum generatione, & ortu, sed idem cum genitis ex viro, & mulie-
,, re. & irridet summam unionem tanquam summam impietatem, quam tamen divinæ
,, scripturæ apertè introducunt, quæ neque faciunt humanum delere, quod Dei est,
,, neque divinum evertere, quod humanum.

Et in secundo libro contra eundem Diodorum capite 22. sic ait.

,, ET quia hortaris nos, ut respondeamus, quomodo semen David, quod est ex
,, divina substantia? Audi, quoniam secundum incarnationem, quomodo crea-
,, tum est increatum? tanquam unitum increato. Quomodo creator mundi, qui est
,, fructus ventris David? tanquam unitus creatori. Quomodo quod ex Abraam, est
,, ante Abraam? tanquam unitum ei, qui est ante Abraam.

Ibidem cap. 45.

,, SEd qui hæc nugatur, dicat, quomodo quod est cum Deo copulatum secun-
,, dum unitatem personæ, non est Deus cum ipso? quomodo quod est increato
,, unitum secundum unitatem vitalem, non est increatum cum ipso? Si enim non est
,, communis nominatio, nihil erit sic συγκεκραμένον, id est, unitum. Est autem à ra-
,, tione alienissimum, nominibus corporis nominare incorporeum, cùm dicimus,
,, verbum caro factum est; nomine autem incorporei non nominare corpus secundum
,, tamen unionem, quæ cum illo est. quod si miratur iste, quomodo quod creatum
,, est unitur in appellationem increati; multò magis alius meritò mirabitur, quomo-
,, do quod increatum est, appellatione carnis creatæ unitum est.

Et in epilogo sive peroratione ejusdem libri sic ait:

,, SI verbum caro nominatum est propter unionem, sequitur, ut caro etiam no- ἀπεφάνθη
,, minetur verbum propter unionem: ut autem verbum, sic increata; non quia λόγος.
,, non fuerit creata, sed quia ex unione ostensa est verbum.

Rursus ait deinceps.

,, SIcut homines consubstantiales sunt animantibus ratione carentibus, diversæ ve-
,, rò substantiæ, quatenus rationis participes; sic & Dominus consubstantialis ho-
,, minibus secundùm carnem; diversæ verò substantiæ, quatenus verbum & Deus.

Et in oratione disputatoria, cujus principium est; Quæcunque duo uniuntur aut specie, aut conspiratione, duo manent, sic ait.

,, ORganum, & quod movet instrumentum, unam naturaliter perficiunt opera-
,, tionem. Cujus autem est una operatio, una etiam substantia est, una ergo μίαν πέφυκε ἀποτελεῖν ἐνέργειαν.
,, substantia facta est verbi, & instrumenti.

Rur-

Sæc. VII. Anno. 605.

Rursus in Dialogo, cujus principium: Deum, vel hominem dicis Christum, paulo post: percunctante adversario, quomodo corpus Deus, & creator, & dominus? Respondet.

„ QUia Dei corpus, & creatoris, & domini unitatem habebat, quam non repe-
„ rimus esse hominis ad Deum.

Rursus in oratione, quæ incipit, bonum fidei servemus, sic ait prope finem.

MIseri, & vere humiles, & abjectas animas habentes, qui ita venerabile, & magnum, & supramundanum σκένασμα parvum existimant.

Sufficiunt hæc iis, qui non sunt nimium rudes & tardi, ad ostendendum Apollinarii esse epistolas, quæ nomine Julii feruntur, præter eas epistolas Apollinarii, de quibus Athanasius, & historici meminerunt. Discipuli enim Apollinarii antiquiores sunt omnibus, qui his usi sunt, quas ut verisimile est, qui à Julio per schisma discesserunt, inscripsere. neque solum hoc. sed sunt ex Orthodoxis, qui inscriptione decepti, rectas eas esse intelligere, & dicere perseverabant, propter personæ auctoritatem fide dignam, alioqui magis omnium orthodoxorum est, agnoscere illos sermones proprii doctoris esse. Ne autem ex solo testimonio discipulorum, sermones ipsius Apollinarii agnoscamus, quamvis aliqui eos Julio, quamvis Gregorio, quamvis Athanasio falsò inscribant, sed etiam ex eodem genere sermonis, & stilo; age præter auctoritates, quas discipuli ejus, quos prius diximus, protulerunt, integros, & totos ejus sermones in medium producamus, ut qui studio veritatis cognoscendæ legerint, certissimum habeant hæc, & illa falsò inscripta eadem esse.

Apollinarii ex antiquo exemplari reperto in Bibliotheca Andreæ episcopi ecclesiæ Sidoniorum.

Dominis honoratissimis episcopis Diocæsareæ in Domino salutem.

„ EXpectabamus, litteris nostris ad vos missis, ut similiter à vestra charitate litte-
„ ras acciperemus, domini honoratissimi, quales semper à beato episcopo Atha-
„ nasio accipimus, qui scit nos & dogmatibus cum ipso consentire, & in omnibus
„ morem ei gerere. Quia verò non rescripsistis, existimavi fortasse prolixitatem *De beato*
„ epistolæ non declarasse vobis nostram mentem, ac sententiam. en clare scribimus *Athanasio.*
„ consentanea communi magistro nostro & vestro. Dico igitur hæc de divina incar-
„ natione, quandoquidem de his multus tumultus non à nobis, sed ab aliis, quos ta-
„ ceo, excitatus est. Confitemur, non ad hominem sanctum venisse verbum Dei, quod
„ erat in Prophetis, sed ipsum verbum carnem factum esse, non assumpta mente hu-
„ mana, mente mutabili, quæ turpibus cogitationibus captiva ducitur, sed divina
„ mente immutabili, & cœlesti. Quamobrem non corpus inanimatum, neque sen-
„ su, & intelligentia vacuum habuit Salvator. Nec enim fieri poterat, ut cum Domi-
„ nus propter nos factus esset homo, corpus ejus esset sine intelligentia. Cum esset
„ verè Filius Dei, factus est ipse primogenitus in multis fratribus. Unde non alius
„ erat Filius Dei ante Abraam; alius vero post Abraam; sed unus perfectus unigeni-
„ tus Dei, perfectus autem divina perfectione, & non humana. Cum iis, qui sic
„ sentiunt, confitemur nos communionem habere. Cum iis vero, qui contra sen-
„ tiunt & scribunt, communionem non habemus.

Ejusdem de fide ex parte.

„ QUoniam quidam molesti nobis fuerunt conati evertere fidem nostram in Do-
„ minum nostrum Jesum Christum tanquam Deum incarnatum, dicentes esse
„ hominem cum Deo copulatum, idcirco confessionem fidei, quæ dicta est,
„ facimus ejicientes infidelem repugnantiam, & speciosam ejus dissimulationem, cum
„ dicitur, quod Deus totum hominem assumpsit. Quandoquidem totus homo non
„ est purus omnis peccati in hac vita, secundum scripturas, quia non potest facere,
„ ut actiones suæ cum divinis actionibus in unum & idem conspirent; & ob eam cau-
„ sam

„ sam neque esset liber à morte. Deus autem humanæ carni unitus puram habet propriam actionem, cum sit mens invicta, quæ passionibus animæ & carnis succumbere non potest; & quæ carnem, & motus carnis divinè & sine peccato moderatur. Et non solum non succumbit morti, sed eam solvit. Et est unus verus, qui sine carne in carne apparuit, perfectus vera & divina perfectione, non duæ personæ, non duæ naturæ perfectæ per se, quia neque fas est dicere duos filios; neque quatuor adorare, Deum, & Filium Dei, & Filium hominis, & Spiritum Sanctum, neque hominem ante Spiritum Sanctum glorificare. Quamobrem anathematizamus eos, qui hominem ponunt in divinis laudibus cum Deo, & Filio ante Spiritum Sanctum. Hominem vero totum assumptum à Deo ad salutem dicimus esse unumquemque nostrum, qui sanctificati sumus, & similitudinem cœlestis hominis accepimus, & deificati sumus ad similitudinem verè & natura Dei, secundum vero carnem hominis Domini nostri Jesu Christi.

SÆC. VII. ANNO 605.

Scil. tanquam ex persona Greg. Neocæs. ex cap. ejus.

Et in cap. antegresso.

„ Confitemur unum Deum verum ut monarcham, & unum filium verum Deum ex vero Deo, naturaliter paternam divinitatem habente, id est, consubstantialem Patri, & unum Spiritum Sanctum natura & veritate omnia sanctificantem, & deificum ex substantia Dei per filium; eos vero qui filium, vel Spiritum Sanctum creaturam dicunt, anathematizamus. & eos, qui dicunt non fuisse aliquando filium, vel Spiritum Sanctum. Confitemur autem omnia esse creata, & serva creata à Deo per filium in Spiritu Sancto & sanctificata. Adhuc confitemur filium Dei factum esse filium hominis, qui non nomine, sed veritate carnem ex Maria virgine assumpsit, & esse unum perfectum, non duo perfecta; eundem filium Dei & filium hominis, unam hypostasim, & unam personam, & unam adorationem verbi & carnis. Et anathematizamus eos, qui duos dicunt, & differentes adorationes faciunt, unam divinam, & unam humanam; & eos, qui adorant hominem ex Maria tanquam alium præter Deum ex Deo. Confitemur passionem Domini secundum carnem, resurrectionem in potentia divinitatis ejus, ascensum in cœlos, adventum futurum gloriosum ad judicium vivorum & mortuorum, & ad vitam æternam sanctificatorum.

Ejusdem Apollinarii ex sermone sive libro in traditionem renunciationis, & fidei, cujus principium est: Hominem à Deo lapsum tenebat Diabolus, qui deceperat.

„ Si homo est ex toto, & idem Deus, mens pia hominem quidem non adorans, Deum vero adorans, reperietur eundem adorare, & non adorare; quod fieri non potest, & idem se ipsum homo quidem non existimabit adorabilem, non enim impius erit; Deus vero sciet se adorabilem, est autem impossibile eundem esse adorabilem, & non adorabilem, est igitur impossibile, eundem esse Deum & hominem ex toto; sed in sola unita natura divina incarnata; ut qui adorant, in Deum à carne inseparabilem aspiciant, & ne aspiciant in unum quidem non adorabilem, in alterum vero adorabilem; nec in ipso esse unum quidem qui non patiatur se adorari; alterum vero, qui adorationem admittat ad salutem adorantium, sed potius unum esse revera secundum substantiam, & nullomodo duos quosdam in personis per se existentibus secundum proprias mensuras & dignitates.

Arbitror eum, qui non fuerit nimis contentiosus, non posse his cum ratione adversari, & contradicere, quin potius futurum esse, ut continuo, & ut ita dicam, non violenter, veritati assentiatur; & omnibus suffragiis fateatur Apollinarii esse epistolas, vel sermones de incarnatione, quæ Julii, & Gregorii, & Athanasii falsò esse feruntur. Non est nobis mirandum, si Valentinus, & Timotheus discipuli Apollinarii, unus homousion, id est, consubstantiale confitetur; alter non confitetur, & utrique ex magistro inter se certant, & contradicunt. Siquidem alias magis impias blasphemias ejus exponit Gregorius cognomento Theologus in epistola ad Nectarium tanquam ex libris ejus. Affirmat enim, inquit, carnem secundum œconomiam ab unigenito filio assumptam ad reformationem naturæ nostræ non esse adventitiam, sed à principio in filio esse naturam illam carneam, & paucis interpositis, subjungit; & nondum hoc grave, sed illud est omnium durissimum, quod ipsum unigenitum Deum, judicem omnium, auctorem vitæ, eversorem mortis, morta-

SÆC. VII. ANNO 605.

„ lem esse affirmat, & sua propria divinitate passionem suscepisse, & in illa morte „ corporis triduo divinitatem quoque cum corpore mortuam esse, atque ita à Patre „ rursus à morte excitatam. Alia vero, quæ hujusmodi absurdis adjungit, longum „ esset dicere.

Non est igitur mirum, si per minorem impietatem intermediam, quæ ponebat esse corpus divinitati homousion, id est, consubstantiale, ad majores progressum fecit adjungens ignorantiam ignorantiæ, & impietatem impietati. Ac videtur quidem Timotheus esse, cui magis quam aliis & fidentius arcana illius impietatis & fraudulentiæ committerentur. Hac enim de causa potuit accipere à beato Athanasio literas commendatitias ad Occidentales, tanquam contra impietatem Arii pugnans; & ab illis rursus litteras tanquam ad episcopum missas afferre. Sed non perpetuo latuit hæc illius insidiosa simulatio, iterum enim post obitum Athanasii missus Romam, depositus est ipse, & qui eum miserat Apollinarius.



LEON.

LEONTII
BYZANTINI
LIBER
QUI INSCRIBITUR:

Solutiones Argumentationum Severi.

A Canisio primum in lucem editus.

INTERPRETE
FRANCISCO TURRIANO,
Societatis Jesu.

LEONTII BYZANTINI LIBER

Cui Titulus, solutiones argumentationum (a) Severi.



Uæ antea à nobis secundum veram doctrinam ex sanctis Patribus collecta sunt adversus Nestorii, & Eutychis sectatores, sufficiunt per gratiam Dei absolutæ & perfectæ confutationi inanium argumentationum falsi nominis scientiæ. Quia verò inventores malorum, sicut Apostolus ait, defecerunt scrutantes scrutationes, ita ut plerisque videantur novis quibusdam argumentis, & quæ in nostris hactenus confutationibus non contineantur, nunc usi esse, necessariò, ut vos, qui secundum Deum diligitis, hortati estis, subjecimus nunc, quæ in illis quidem continentur, sed non subtiliter excussa sunt: ut cum hæc præter illa superiora contra falsi nominis scientiam argumenta, ut opinor, non ignobilia habueritis, veritatem defendatis. Aggrediar autem ad solutiones, eo ordine, quo dubitationes exstructæ sunt, easque majore artificio differendi expediam, & dirigam. Psalm. 63.

Oppositio (b) Acephali.

CUm verbum assumpsit naturam humanam, assumpsit ne naturam, quam contemplamur in specie, an naturam quam in atomo?

Occurrit Orthodoxus.

QUid aliud existimas esse hanc præter illam?

Acephalus.

QUòd unam contemplamur in multitudine; alteram in uno numero.

Orthodoxus.

AT non respondisti àd id, quod interrogavi. Non enim est quod quæritur, an in multitudine, & in uno hanc contemplemur. hoc enim concessum est; sed an hæc sit illa; & illa hæc, an alia? Hanc enim cerni in uno, vel in pluribus, facit cerni illa, in

(a) Fuit quidam Severianus Episcopus Arethusæ; sed ab eo nomen non habuerunt Severiani; quippe præsul ille a Severi communione recedens ipsum anathematizavit. Severus Episcopus Antiochenam sedem tenuit donec Eutychiani & Concilii Chalcedonensis adversarii tolerabantur. Sed Justino imperante fugit Seleuciam, inde Alexandriam petiit. Ibi dum quæstiones moverentur de corruptibilitate corporis Christi ante resurrectionem, hanc affirmavit: quod cum Julianus Halicarnassensis ibidem exulans negaret, conflatum est inter eos schisma. Adversus incorruptibilitatis defensores multa scripsit. Ab eo Severiani dicti sunt ipsius discipuli, interea tamen unam naturam in Christo tenuit, objicienti enim Juliano, quod si corpus Christi foret corruptibile, discrimen constitui duosque posse dici filios vel naturas. Responsum fecit Severus, se posse corpus Christi corruptibile tueri discrimenque statuere & *unam naturam dicere*, id testatur ipse Leontius de Sectis Act. V. videatur & Liberatus in Breviario: plura nos etiam de Severianorum sententia peculiari in præfatione. Habetur constitutio Justiniani adversus Severum qua confirmabatur sententia ex Pontificalibus & Patriarchalibus proveniens sedibus una cum monachorum consensu, qua anathematisabatur Severus qui prius contra sacras Sanctiones acceperat sedem Theopolitanam. *Universa turbaverat sicque accumulatas turbationes fecerat ut commune quondam ac abominabile bellum Sanctissimis Ecclesiis ad invicem immitteret.* Constitutio Sacra Justin. Concil. T. 4. BASN.

(b) Acephali illi, quos hic refellit Leontius, & post illum Damascenus, fuerunt ex Eutychianis Schismatici. A Petro Moggo, quod Synodum Chalcedonensem damnare nollet, defecerant, ideoque sine *capite* & sine duce agere dicebantur. Sed titulus ille Eutychianis factus est communis. Acephali enim cum Eutyche sapiebant: Quod patet ex Concilio sub Menna, in quo Severus inter Acephalos anathemate percussus est. BASN.

Sæc. VII. Anno. 605.

in quibus est, plura, vel unum; sed non facit cerni naturam unum, aut plura. Sicut in albedine, & in albo fit, una scilicet albedo est, sive unum, sive plura sint, in quibus est albedo. Quod autem hæc ita sunt, ex eo manifestum est, quod eadem definitio naturæ redditur in multitudine, & in uno. quam definitionem reddideris de natura simpliciter, hæc tibi reddetur de natura, quæ in aliquo cernitur. Nec unam facit multas esse, quod multi hanc participant; neque multas facit esse unam, etsi unus participat has; si sit, qui hanc participat, ex diversis compositus.

Acephalus.

τὴν τινα.

ALiquam igitur assumpsit naturam?

Orthodoxus.

MAxime, sed tamen, quæ est eadem cum specie.

Acephalus.

QUid verò est præter hanc hypostasis?

Orthodoxus.

ἄλλον οὐκ ἀλλοῖον οὐ πάντως.

QUòd participare eam, alium facit; sed non varium.

Acephalus.

NOn est igitur alius ab alio?

Orthodoxus.

NOn certe, quandiu non est homousios, neque * separatus à per se subsistente, & composito, hæc enim faciunt hypostases.

Acephalus.

NOn igitur erat humanitas Christi dividens proprietatibus distinguentibus proprium humanitatis ipsius Christi à communi.

Orthodoxus.

IMmò maxime. Sed non hoc respiciendo Verbum, sed respiciendo genus hominum, ex quibus erat secundum corpus. Siquidem ipsum Verbum † proprietatibus distinguentibus à communi divinitatis tanquam filius, & Verbum discretum, non est his ipsis à sua humanitate discretum. sed potius his quidem à Patre, & Spiritu Sancto: illis verò à matre, & hominibus, proprietatibus extrema distinguentibus, communionem secum & unionem recipit, consubstantialitate quidem extremorum, diversitate verò partium unitus, & divisus; & distinguens extrema contrariè. Illic enim, scilicet in mysterio trinitatis, eandem substantiam unit, & diversam personam distinguit: hic vero contra, scilicet in mysterio incarnationis, diversitatem substantiæ separat; & eandem personam copulat.

Acephalus.

Hypostasis.

AT, illud nunquam dices, quod hypostasis declaret divisum, & per se existens; numerus autem & maxime duorum, aliud quid præter hoc significat. Omnis enim numerus in quantitate; sola autem unitas est expers quantitatis. Si autem unitas est expers quantitatis, & idcirco individua, numeri igitur duorum, & omnis numeri est quantitas, & divisio.

Ortho-

* *Esse substantiam, & separatam, & per se subsistentem faciunt hypostasim esse. Sic humanitas Christi non erat hypostasis, sed in hypostasi, nec erat alius homo, & alius verbum, quod fuisset esse alium ab alio.* Tur.

† *Summa Græce ἄκρα, vocat divinas personas divinitate unitas, & proprietatibus personarum discretas.* Tur.

Orthodoxus.

IGitur quia numeri, & proprietatum ejus meministi, necesse est illud dicere, quòd numerus dupliciter dicitur, unus simpliciter, & per se ipsum, alter verò in habitudine & in rebus cernitur. Sicut album, & albedo, & albefactum. Ipsa ergo natura numeri per se neque copulat, neque dividit, nec enim habet res subjectas, sed fit ut supra, * & infra relatè ad habitudinem ascendentis, & descendentis dictum est, ipsum vero simpliciter dictum, neutrum est, quia utrunque recipit: & supra quidem dicitur respiciendo infra; infra verò respiciendo supra: distinguitur autem habitudine descendentis, & ascendentis. Sic numerus ipse per se neque dividit, neque copulat, sed utraque recipit qualitate habitudinis, ut numerus duorum, vel trium, vel quatuor, & deinceps. Si enim unitates ipsas consideres, ex quibus constat numerus, in has dividitur: si autem universitatem harum; ex his copulatur. Duo enim & duo, verbi gratia, componunt numerum quatuor: numerus vero quatuor in duo, & duo dividitur. Quare nihil verius, quam naturam numeri nihil habere definitum, neque divisum, nec unitum: sed in complexione rerum & compositione hoc consistere: ineruditum igitur est, statuere, ut naturam numeri necessariò sequatur divisio rerum; ac non potius naturæ rerum vel unitarum, vel divisarum numerus imponat signum declarans quantum rerum subjectarum, alia ratione, & non numero eas dividente, & copulante: ut taceam, quod ipsam naturam numeri, qui hæc tractant, ad quantum referentes, ajunt, quantum aliud esse continuum, aliud discretum; & quantum aliud quidem constare ex partibus habentibus positionem; aliud vero ex non habentibus. Decem enim cubitos dicimus continui, verbi gratia ligni, non dividentes simul cum numero unitatem, quæ est in ligno decemcubitali. Et rursus cum dicimus decem modios, in divisione esse hos scimus. Similiter igitur & in aliis rebus.

Si ergo numerus imponatur naturis, non præcipuè quantum earum, sed diversitatem generis constituit, ut cum dicimus equi, & hominis, & bovis naturas tres, non divisionem earum secundum quantum, sed diversitatem secundum speciem significamus. Tres verò homines, si ita accidat, Petrum, & Paulum, & Joannem cum dicimus, magis divisionem eorum secundum quantum, & quòd tot sunt, declaramus, sicut in sancta Trinitate. Tres enim hypostases confitemur, unam autem harum naturam, & substantiam denunciamus, nullam quidem harum non substantiam esse agnoscentes, non tamen assignamus eis numerum discernentem quantitatem substantiarum, quia hoc modo diversitatem substantiarum simul induci scimus. Quod quidem cum Ariani scirent, hypostasibus, quæ in substantia divina sunt, nomen substantiarum imponebant, connectentes hoc modo diversitatem substantiæ. Sic & in œconomia cum dicimus duas naturas, diversitatem earum, non divisionem declaramus, excludentes inde numerum hypostaseon, quamvis non sint sine subsistentia; sicut illic exclusimus numerum substantiarum. Tametsi nulla hypostasis divina sit sine substantia; sicut nec hic neutra natura sine subsistentia, scientes bene, quod in divisis hypostasi, & substantia, ut hoc equo, hoc bove, & hoc homine, natura non divisionem, sed differentiam declarat, sicut & hypostasis divisionem, & non quid subjecti propriè demonstrat, si quidem in iis, quæ non per se cernuntur, sed simul, & inter se sunt, & fiunt, natura non separatum, sed differens declarabit sive in Theologia, id est, in Trinitate, sive in œconomia, id est, in mysterio incarnationis, sive in omni re.

Acephalus.

PLane hypostasis, & substantia, sive natura in Theologia non est idem: in œconomia tamen idem sunt inter se. Si enim naturas novavit novitas mysterii, secundum divinum Gregorium, novabit, opinor, etiam appellationes, ut secundum ipsum, utrisque aptetur alterius ratio & definitio. *In Theologia, id est in mysterio Trinitatis.*

Orthodoxus.

HOc vero nescio quam nimiam amentiam non superat. Definitiones enim rerum synonyme prædicantur de iis, quæ sunt ejusdem generis; & de iis, quæ sunt ejusdem speciei, ut ii, qui in his sunt valentes, demonstrant. Si enim definientes simpliciter substantiam, dicamus declarare essentiam alicujus, omne illud, cum quo com- *Hypostasis & substantia non sunt idem.* *ὕπαρξιν existentiam.*

* *Id est, sine habitudine superioris, & inferioris, nihil dicitur nec est supra, nec infra.* Tur.

Sæc. VII. Anno 605.

commune erit nomen substantiæ, communis erit definitio, quamvis magna sit substantiarum differentia. existere enim dicimus substantiam, & Deum, & angelum, & hominem, & animal, & arborem, & communis in omnibus redditur definitio substantiæ, quæ declarat, existere ista, non autem declarat, quid ista, aut quo modo. * Hæc enim propriæ cujusque rei definitiones declarant. Sic autem esse manifestum faciunt categoriæ de generibus ordinatis subter alia synonymè prædicatæ. prædicantur autem & genera, & differentiæ de speciebus, & de individuis. similiter enim participant substantiam, & animal, & corporeum, & incorporeum, & rationale, & irrationale, & sensile & intellectile, & non hoc magis, illud minus, sed similiter, & communiter, & ut semel dicam, participant ὁριςικῶς; præterea etiam demonstratio, quæ vocatur διάλληλος reprehensa & improbata est apud eos, qui rationem demonstrandi tradunt. qui enim hac demonstratione utitur, similiter facit, ac si quis enunciet, & postea se testem enunciationis producat, & fidem haberi sibi jubeat, quia ipse dixit. Si ergo non ex universalibus rationibus & definitionibus substantiæ, & hypostasis, sive personæ, & naturæ in Trinitate sancta, & vivifica, & in mysterio incarnationis verbi unius ex sancta Trinitate personæ demonstrationes Patrum procedunt, neque processerunt, non erit hoc demonstrare, sed quasi sortiri. reddat enim aliquis rationem, quare in Trinitate substantia sive natura commune, & hypostasis, sive persona proprium definiat, & declarat, non sic autem in mysterio incarnationis conveniat. dicere enim quod propter novitatem mysterii incarnationis aliter hæc in Trinitate, aliter in incarnatione definiuntur, primum quidem eorum est hoc, qui ignorant, maxime omnium mysteriorum mysterium esse ipsum Deum, qui ipsis etiam sanctis Seraphinis obtegitur, ad quem, ut magnus Gregorius dixit, mysteria, quæ hic sunt, spectant. De quo merito omnis quidem sermo tacebit, omnis vero agitatio mentis quiescet ad id proficiscens quod supra rationem & mentem est. Ex occultis autem Dei † mysterium patefactum, incarnationis scilicet, tanto magis apertum est quam illud Trinitatis, quanto magis quod erat supra naturam, ad apertum naturæ processit. Nunquid vero sola definitio hypostasis, & substantiæ in incarnatione novatur? An omnis etiam vox, & omne nomen, & verbum? Et quæ ista sortitio hujus, & non omnium? Sed non habet hoc naturam; & idcirco neque sermonem, ut magnus Basilius dixit.

Acephalus.

In incarnatione non differunt.

IN Theologia quidem omnes Patres uno consensu hypostasim à substantia plane differre, id est, personam à natura, eadem ratione enunciarunt, qua proprium à communi differt, in incarnatione vero non est ab illis hæc regula servata. Sed hypostases sæpe numero pro naturis, & rursus naturas pro hypostasibus sumunt. ut hac ratione idem esse utrumque pateat. Beatus Cyrillus, Si quis, inquit, dividit, hypostases. Et rursus, naturæ remanserunt non confusæ, id est, hypostases. Et magnus Athanasius duas personas in Christo esse affirmat. Nunquam hoc patres fecissent, nisi definitiones horum nominum in incarnatione novari cognovissent.

Orthodoxus.

χορίως καὶ ὁριςικῶς.

AT ego non dicam novari definitiones nominum, sed potius usos esse nominibus istis in rebus differentibus. Aliud enim est usus nominum, qui fit multis modis; aliud vero, quod proprie & definite ipsis nominibus significatur. Siquidem & secundum translationem, & homonymiam, & conversionem, & aliis modis divinæ scripturæ, & sancti patres, & communis consuetudo nomina usurpant; non tamen communem horum definitionem reddunt. ‡ Sane Apostolus homines vocat partes hominis, hominem exteriorem, & hominem interiorem; non tamen qui sic loquitur, definitionem totius hominis in parte ponit, etsi utramque partem nomine totius appellat. Sicut rursus totum vocare solet nomine partis. Similiter fieri solet in aliis scripturis divinis, ut omnes sciunt. Hoc modo igitur consueverunt Patres unamquamque naturam hypostasim, vel personam appellare, non solum in mysterio incarnationis, sed in Sancta Trinitate, sicut nonnulli Patres ipsum hominem dixerunt ex duabus hypostasibus constare, non tamen arbitramur dixisse eos participare naturam, definitionem hypostasis, id

* καὶ τὸ ὅλον ἐπιςῶν, ὁριςικῶς *definitio æqualiter convenit omnibus, quibus convenit definitum, hoc est participare definite species & individua genera & differentias, id est, æqualiter, ut necesse est in definitionibus. Demonstratio* διάλληλος, *cum ex re dubia fidem facere volumus.* Tur.

† *Hoc vocat Apost. mysterium à sæculis absconditum, nunc autem manifestatum sanctis. In homil. in Nativitatem Christi. Theologiam vocat mysterium Trinitatis.* Tur.

‡ *Utimur nomine secundum conversionem. Ut si dicamus animal rationale pro homine.* Tur.

id eſt, perſonæ. Qui omnes unum & eundem dominum eſſe ſtatuentes, illud, alium & alium, quod proprium eſt hypoſtaſis propriè dictæ, de ipſo nomine hypoſtaſis negaverunt. * Non tamen intelligentes habere naturam, communem definitionem cum hypoſtaſi. Cum igitur ſimpliciter & liberè ſermo per nomina procedit, nihil prohibet uti nominibus indifferenter: cum verò de dogmate agitur, & quæſtio eſt, tunc tacitis homonymiis, proprias ſignificationes ex ipſis definitionibus ſumere cogimur, ne ullo modo uſu nominum indifferente ipſarum rerum limata veritas lædatur.

Acephalus.

SImplicia non ſunt compoſita, & idcirco definitionem ſimplicitatis non recipit natura compoſiti. Hoc ſi ita eſt, calumnia eſt in eos, qui dicunt unam naturam Chriſti compoſitam, exiſtimare ullos ſimplicem ipſam ab illis, & non compoſitam dici.

Orthodoxus.

NAtura compoſiti non eſt eadem cum natura compoſitorum. Sicut enim natura vinculi non eſt eadem cum natura eorum, quæ ſunt vinculo alligata; ſed potius natura vinculi eſt, quæ fœmina, ſi ita ponamus, vel mas vocatur; alia vero natura eſt lignorum alligatorum verbi gratia, aut vaſorum, quibus eſt injectum vinculum, ſic non eſt idem natura compoſitionis & unionis cum natura compoſitorum, & unitorum. Compoſitio enim & unio vel ad habitudinem pertinet, vel ad ſubſtantiam; & vel ſecundum appoſitionem, vel mixtionem, vel congeriem, vel coagmentationem, vel agglutinationem, vel confuſionem, vel † immiſſionem, vel neſcio quas alias naturas differentes unionum fieri dicunt, quæ unionem ſub unam ſpeciem referunt. Natura vero eorum, quæ unita, vel compoſita ſunt, vel quomodocunque inter ſe aptata, aliam definitionem rerum recipit, & hoc eſt proprium unius cujuſque unitorum; niſi fortè confuſio accidit unitis. Quomodo igitur dicis unam Chriſti naturam, & hanc compoſitam? Aut enim eſt compoſitionis, aut compoſitorum, aut ejus, quod ex compoſitione, & compoſitis effectum eſt. at ſi hanc compoſitionem unam naturam Chriſti dicis, definitionem unionis reddes, non definitionem unitorum. Sin vero unam naturam Chriſti dicis naturam compoſitorum, in toto Chriſto duæ erunt naturæ, non una. Siquidem neutra in naturam & proprietatem alterius ſecum compoſitæ mutata eſt, ſed potius in unione differentiam harum ſervat. Si autem unam naturam Chriſti vocas, quod ex compoſitione & compoſitis conſtat, non naturam Chriſti, ſed magis hypoſtaſim & eſſe, & vocare decet. Siquidem natura Chriſti non poteſt eſſe ejuſdem naturæ cum patre, ſecundum quod eſt ejuſdem naturæ cum matre; neque rurſus cum matre, ſecundum quod eſt ejuſdem naturæ cum patre. Quomodo igitur unam naturam Chriſti vocas, & hanc compoſitam? Cum appellatio Chriſti non naturam, ſed hypoſtaſim ſignificet, circa quam naturæ cernuntur, & in quibus perſona diſtinguitur. illud vero quomodo præterire poſſumus, in quo novæ ſapientiæ novus revera partus cernitur?

Contrarium probatur.

ἀφοριστικ.

Acephalus.

OMnia, inquit, ſingularia habentia tanquam alicujus naturam, etiam una natura dicuntur, ut ſol unus, cœlum unum, & idcirco una natura ſolis, & cœli, & ſimilium.

Orthodoxus.

AT num ignoras, optime vir, quod natura ſolis eadem eſt quæ aſtrorum? & cœli natura eadem, quæ in reliquis cœlis? Sicut ſplendor, aër, & aqua, & horum concretiones commune habent in tali natura; eſſe autem hunc aut hunc in propria & ſeparata definitione hypoſtaſis ſignificatur. Si quis enim ſic definiat cœlum, eſſe circulum extra univerſum; vel communem complexum intellectilium & ſenſilium, non ſubſtantiam ejus, ſed hypoſtaſim declaraſti. Item ſi ſolem definias, eſſe ſidus, interdiu lucens, aut habens mediam regionem inter planetas: Rurſus hypoſtaſim ſolis, ſed non natu-

κοινῶς.

* *Id eſt, negantes alium, & alium in incarnatione, non negaverunt aliud, & aliud, quod naturam ſignificat, quia non intellexerunt communem eſſe definitionem naturæ cum hypoſtaſi* Tur.

† *Immiſſio quæ Græce dicitur φύρσις, ut cum fermentum immittitur maſſa.* Tur.

Sæc. VII. Anno. 605.

naturam declarasti. natura enim uniuscujusque hypostasis secundum communem definitionem reddi intelligitur, ut quod igneum, vel aëreum, vel terrenum, vel aquaticum, vel rationale, vel irrationale, vel animal, vel non vivens, vel sensile, vel intellectile. hæc enim proprietates ὀυσιοποιοὶ, id est, substantificæ naturam subjecti patefaciunt; quibus si apponatur quod proprie unumquodque distinguit, hypostasim alicujus designat. *Falsum ergo est, quod sumis, unumquodque singulare naturam habere singularem. Contrarium enim naturam habet communem secundum eandem speciem, hypostasim vero propriam, quæ proprium ejus à communi separat notis & proprietatibus vim separandi habentibus. Sicut enim Paulus & Petrus non sunt nomina naturæ, sed hypostasis, sic sol & luna, & lucifer & cœlum. Et hoc aliquid volatile, & terrenum, & aquaticum tanquam efficiens proprium, à communitate substantiæ proprietate hypostasis dividitur, & separatur.

Acephalus.

Christus in duabus naturis non existit.

PLerosque sanctorum Patrum scimus & ante Nicænum concilium & post consilium, repugnasse quibusdam vocibus superiorum sanctorum Patrum, quod hæreses callidè, & malitiosè quibusdam eorum vocibus & significationibus usæ essent. Propter hanc causam arbitramur beatum Cyrillum quibusdam vocibus patrum non usum esse, & potissimum voce duarum naturarum, cum Nestorius ubique has ad dividendum usurparet, & male potestate veterum abuteretur. Quod quidem nunc etiam nos verentes, ex duabus quidem naturis, non tamen in duabus naturis existere Christum definimus.

Orthodoxus.

NOn est hæc defensio, & excusatio honesta, & opportuna, sed potius reverentia omnis reverentiæ expers, propter eos, qui malitiose vocibus Theologorum usi sunt, ipsas divinorum auctorum voces recusare. Non solum enim vocibus patrum hæretici, sed scripturis ipsis, ut eis visum est, abusi sunt; alioqui secundum regulam vestram liceat imitari Marcionem, & abrogare multa, quæ in scripturis sunt. At non hoc in divina scriptura, nec in patribus, qui celebres sunt, facere fas est: sed potius sicut inhærere menti eorum, sic etiam sacris eorum vocibus maxime decet, & pravas hæreticorum expositiones expurgare, declarareque easdem significationes aliter quidem patres, aliter verò hæreticos accipere. Omnis enim vox recipit mutationes in contrarium & pravas interpretationes. Sic reperimus magnum Athanasium defendisse Dionysium, & beatum Cyrillum non semel excusare voces, immo addere, sicut Nestorio videbatur. Et non hoc solum, sed in multis, quin potius in omnibus suis libris duas naturas confitetur. Si autem omnino hoc valet, ut posteriores, quasdam voces clarorum virorum, qui antecesserunt, devitent, liceat nobis, quia Eutyches, & ejus sectatores malè usi sunt hac voce, una natura incarnata, hanc defugere; aut si non defugimus, liceat eos approbare, qui dicunt esse Christum in duabus naturis. Etenim si usque ad Cyrillum processissent hæreses, & deinceps cessassent, & non esset exortus, & deprehensus celeberrimus hæreticorum Eutyches, fortassis hoc nobis, quod dicis, faciendum esset. Sin autem post Cyrillum fuerunt hæretici, sit in potestate posteriorum, quædam, quæ quidam veteres, ut dicitis, non dixerunt, rursus dicere, præsertim postquam hæc sunt in Synodis definita. Solutio enim omnis dubitationis eorum, de quibus ambæ partes dubitaverunt, secundum canones ecclesiasticos est Synodorum Judicium, & qui Synodis repugnat, non jam contra aliquos, sed contra omnes Christianos seditionem facit. Quod nobis non eveniet, qui veritatem contentioni anteposuimus.

Acephalus.

Una natura.

NAturas sola cogitatione etiam nos consideramus, has igitur unientes ambas, unam deinceps esse dicimus, & hanc compositam esse, & vocari dicimus. Qua enim ratione vos hypostases cogitatione considerantes & has unientes, in unam hypostasim eas componitis, eadem & nobis naturæ in unam naturam compositæ, non confusæ, divi-

* *Ut album contrarium est singulare nigro, & naturam habet communem albedinem, qua est species coloris, & nigrum commune habent coloratum.* Tur.

divisionem declinant; & unionem ostendunt. Si vero nos propter compositam naturam de confusione accusamur, & vos hanc accusationem non effugietis, propter hypostasim non simplicem. Quibus enim rationibus hypostases in hypostasim congregantes, has immutatas esse demonstraveritis, hæ nobis satis sunt ad componendum naturas in naturam, & servandum sine mutatione in hujusmodi compositione quæ unita sunt.

Orthodoxus.

Cogitationem Patres, & doctrina vera, duplicem esse dixerunt. una enim est veluti ἐπίνοια, quædam, & ἐπενθύμησις, id est, quædam accessio notionis & considerationis, quæ universam & indistinctam rerum contemplationem & cognitionem evolvit & explanat, ut sensui quidem videatur esse simplex, agitatione tamen mentis reperitur multiplex & varia: altera est fictio cogitationis secundum implicationem sensus & imaginationis, ex iis quæ sunt componentes ea quæ non sunt, & esse videntur. Hujusmodi est fictio fabulosa Hippocentaurorum, & Sirenum, & aliorum hujusmodi. accipiens enim partes ex totis, & ex partibus aliud quid componens, multa licentia & facilitate ea, quæ nusquam in hypostasi & substantia cernuntur, cogitatione finxit, & materiis informans imagines figuravit.

Utra igitur consideratione harum cogitationum accipis naturas duas? Si enim priori, definies Christum esse congregationem considerationum, & non conjunctionem naturarum. Hæc enim est natura eorum, quæ sola cogitatione contemplamur. Si autem altero modo cogitationem accipias, non rebus, neque contemplationibus, sed mendosis & inanibus fictionibus sensum implevisti; & sane quidem nihil hoc ab idololatria differet, posteaquam patres nostri venerandi non definierunt naturas esse cogitatione; sed harum divisionem secundum priorem rationem cogitationis exposuerunt. Quando enim dicunt, naturæ differunt cogitationibus, simul dividuntur nomina; ut dictum sit, cogitatione dividi causa distinguendi à divisione secundum actum; quam procul relegantes, actu quidem naturas esse, & vocari enunciaverunt; harum vero divisionem secundum cogitationem acceperunt, quæ rebus non sunt divisa, ratione tanquam divisa ponentes propter differentiam & proprietatem eorum, quæ unita sunt, immutabilem, etiam post unionem. Quomodo igitur sola cogitatione naturas cognoscis; & actu cognoscuntur? Quomodo has cogitatione accipis; & nec ista cogitatione eas servas? Sed potius eas in unam naturam nescio quomodo, cogitatione, an actu commisces, & confundis? Quamvis cogitatio & in iis, quæ per se sunt, & in iis, quæ non sunt, post horum complicationem & unionem, hæc cognoscit, & confitetur. Quandoquidem etsi confusio circa ipsa acciderit, scit tamen cogitatio illa, ex quibus, cognoscere, & discernere. Sola ergo cogitatione naturas cognoscere, facit non esse eas, neque substantiam habere, vel confusas esse, & deletas. Post unionem vero neque hoc eis tribuere, (ut scilicet cogitatione divisæ sint) reddit eas magis à substantia vacuas, quam sunt ipsæ contemplationes, magisque corruptas, quam quæ confusa sunt.

Unde verò tibi, aut à quo accepisti ut Christum ex hypostasibus componeres, cum hypostases, ut antea diximus, quod divisum est, & quod per se existit, declarent? Quando enim cognovisti divisas naturas, & per se existentes, ut his copulatis tradas ipsum ex hypostasibus constare? Nec enim ante unionem hoc fas est dicere, siquidem non audes dicere, prius formatum esse hominem, & postea subiisse Deum. neque rursus pium est idem facere dividi cogitatione, & dividi energia, id est, actu. Non enim quæcunque de cogitatione prædicantur, de subjectis cogitationi rebus hæc prædicabuntur, idcirco cum divisio secundum actum hypostases habeat & ponat, divisio secundum cogitationem numerum hypostaseon non recipit. Sicut enim majus secundum cogitationem in Patre & filio, quod propter naturam causæ dicitur, non inducit majus natura, sic quod secundum cogitationem dividitur, non inducet unquam simul divisionem secundum actum, & idcirco neque hypostases inducet.

Quis autem ex gravissimis viris, & à risu maxime abhorrentibus, non magnopere vos rideat, vel potius non luctum, & profundam noctem induat, considerans tantam vestram fatuitatem, ut taceam impietatem? Cum enim ea quæ simul sunt secundum naturam & tempus, ante & pòst non recipiant, neque sic Cyrillus illud post unionem dixerit, vos tamen non veremini hoc dicere. Si enim non est eorum, quæ sunt simul, unio & unita, quando non tanquam res, sed tanquam unitæ res accipiuntur, ubi est alterius essentia, humanitatis scilicet, ante unionem, ut illud post hanc tanquam dogma tradatis? Quando facta unio cessavit? ut alius effectus hujus non in ipsa,

Sæc. VII. Anno 605.

sed post ipsam, & præterquam ex quibus est, existimetur esse? Non enim est unio, sicut natura eorum, quæ facta sunt, & non amplius sunt, qualem esse ajunt naturam temporis. Quis autem factam cessare fecit? & quare?

Consideretur, quod deinceps sequitur. nisi forte ab unione cœpit, & in confusionem desiit. quod quidem volentes dicere, parturitis quidem, sed onus animi abrumpere non audetis, nescio an propter intolerabilem impietatem; an quia effugere, quin redarguamini, non poteritis. Sic enim habet res, alterum impium est dicere, & intelligere; alterum vero dicere fas est, & sanctum intelligere. Quin potius intelligere quod est pium, justum est, confiteri vero, salutare, sicut Apostolus ait. Nos igitur cum non unionem personarum, sed naturarum profiteamur, quomodo vos quod non est concessum, tanquam concessum concluditis? Quanta sermonis licentia, dicere confusionem, & non confusum idem ipsum efficere? Si enim secundum istos non confusum duas naturas unam facit, hoc autem ipsum confusio facere scitur, dicant, quæ differentia est confusionis, & non confusi? Simile enim faciunt atque personæ, & hypostases Nestorii, ponunt eas divisas, postea dicunt se non dividere. Quid enim aliud faciet unquam, qui actu dividit? Si autem neque divisionem faciunt hypostases secundum illos, nec confusionem una natura secundum hos inducit, dicat aliquis, qualem alium vult esse divisionis, vel confusionis effectum? Et si qui unit quidem & non confundit; vel alterutrius naturæ proprietatem servat, non autem dividit, pie facit, quomodo duas naturas devitantes, tanquam necessariò numerus duorum secundum ipsos divisionem inferat, duas proprietates dicere non refugiunt? Aut quid hoc est, quod loquuntur, cum nunquam contradictio simul vera sit, ut Dialectici demonstrant, quasi illi aliud quid contrarium dicant; vos unam naturam contra eos, qui duas naturas dicunt, defenditis. Aut enim idem est atque duæ, & frustra cum his pugnatis; aut non est idem, sed tanquam unam contra duas contradictoriè assumitis. Et sic frustra adjectum est illud, incarnata. Sin autem nec unam simpliciter, neque duas unitas hoc significat, inter unam autem, & duas nihil est medium, quid reliquum sit, vos videritis. plane namque duplum aut dimidium vel tertia pars vel alia quæcunque proportio super particularis inter unam & duas assumpta est. Hoc vobis, adjunctio vocis incarnatæ declarabit. Omnino autem sequetur divisio, si præter unam aliud quid cum ea assumatur. Sed hæc sufficiant. Quomodo autem, & qua ratione cum verbum Dei, & humanitas perfectionem habeant, & nihil eis desit, non hypostases, sed substantias ad concursum unitorum Patres assumunt, cum neutra earum sit ἀνυπόστατος, id est, sine subsistentia, in primo capite eorum, quæ paulo ante in dubium venerunt, & deinceps, & in primo libro tractationis nostræ contra Enantiodocetas (id est, auctores contrariæ fictionis) copiosissime, Deo adjutore, scriptum est, idcirco eadem repetere, & iterare excusatum volumus.

Acephalus.

Si duæ naturæ duæ Hypostases.

CUm duplex sit rerum & nostra constitutio, ex communi, & ex proprio, ut omnibus manifestum est, omnes enim commune substantiæ participamus, & propria ratione hypostasis sumus hoc, quod dicimur, quid ex communibus, aut propriis alterutri naturæ earum, quæ ad unionem Christi sumuntur, deest? Si enim nihil deest, magis verum est dicere naturarum quam hypostaseon unionem. ex quo sequitur, vel eos, qui dicunt duas naturas post unionem, duas etiam hypostases dicere; aut si devitant numerum hypostaseon, pari ratione communicationis idiomatum, cedere etiam iis, qui dicunt factam esse unam naturam ex duabus. Si autem qui hoc dicunt, accusantur, quod confusionem inducunt, quomodo non sunt etiam accusandi, quod hypostases confundant, qui ex hypostasibus hypostasim faciunt?

Orthodoxus.

AT ignoratis, ô sapientes, quod alia est definitio naturæ, alia autem ratio œconomiæ, id est, incarnationis. Unde partim quidem tanquam de omnino divisis naturis loquimini, separantes hypostasibus naturas; partim vero tanquam tradentes ex totis confusis unam naturam carnis & divinitatis factam esse. Si igitur fuit aliquando, cum non erant hæc unita, consideret quis ea tanquam penitus separata. Sin autem unionem verbi scimus simul extitisse, cum extitit humanitas, quomodo quæ nunquam inter se fuerunt separata, subibunt rationem penitus divisorum? Cogitatione ergo hæc, & ratione poterit aliquis dividere, non tamen sensu, & actu, atque

que hoc post unionem, & non priusquam unita sunt. Universe enim accipere divisionem ante unionem absurdum est, vel certe accipere antequam alterum existat, non est fas. Siquidem neque privationem accipere licet ante habitum, ac nihilo plus, quam habitum ante ea, in quibus cernitur habitus. Non enim hæc talia simpliciter dicuntur, sed ad aliquid, & aliquando, & quomodo, ut primum, si est aptum natum ad capiendam privationem; deinde, si in illo tempore privationem cepit, in quo poterat habere; deinde si in loco, in quo aptum natum erat, & ut natum erat. Non enim si quis aliquid non habet, continuò hac re privatus est. Sed quod aptum natum est ad volandum verbi gratia, & in hoc tempore, non enim antequam vestitum sit alis; & ut à natura habet, non enim sine illis, sine quibus non; & in hoc loco. ad volandum enim in aëre, & non in aquis natura aptum est. * Sic igitur & in divisione; non enim prius cogitatur, quàm res, in quibus consideratur, nec antè ipsam unionem, sed quando res, & post earum unionem, & sicut ei natura convenit, id est, cogitatione, & non actu. Non enim humanitas unita, à divinitate actu separatur, sed divisione cogitationis, non res antecedente, nec ante harum unionem, sed in ipsis considerata propter immutabilitatem, & nequaquam sequentur ea, quæ sequuntur ex divisione secundum actum. Alioqui idem erit divisum cogitatione, atque divisum actu, quod est absurdum. Immo neque prorsus erit divisio secundum cogitationem, si non sunt actu ea, de quibus est cogitatio, quamvis sint hæc simul, & in eodem.

Sæc. VII. Anno 506.

Si quis igitur rationi unionis subjiciat ea, quæ sunt unita, videbit, quod quæcunque alioqui perfecta ad constitutionem alicujus sumpta sunt, hæc manentia perfecta partes fiunt totius, ex hujusmodi partibus constituti; ita ut prius cogitentur res, & postea harum unio, postea distinctio secundum considerationem. Cum enim non possit mens hæc tria simul considerare, quæ sunt simul, in parte considerat. Propter hoc in modo unionis, sed non in ratione naturæ verum esse consideramus sermonem nostrum, non quod hæc contraria inter se sint, id est, natura unioni; sed quod sint differentia, & circa eundem, & ejusdem, sed non id ipsum, neque communis horum ratio. Hoc autem & ipsi confitentur. Siquidem una secundum ipsos natura ex duabus, propter unionem una dicitur; etsi confusionem, quæ eam sequitur, non intelligunt. † In ratione igitur naturæ divinæ & ipsi concedent habere unionem aliquid non communicabile, alioqui non erit condescensus charitatis, sed Physica alti cum humili, id est, divinitatis cum humanitate conjunctio, sive copulatio. Et quis est, qui tantopere altitudinem divinam ignoret, aut humanam humilitatem tam parum consideret, ut existimet has naturas naturali inter se propensione recipere communionem & unionem, cum tantopere à mixtione alienæ sint? Ego vero, tantum abest, ut dicam habere verbum Dei in definitione naturæ unionem cum natura nostra, ut nec animæ humanæ unionem cum corpore naturaliter sine virtute divina fieri dicam. & quid dico animæ humanæ unionem, quando neque mixtionem elementorum sic simpliciter sola natura fieri dicam, quin potius ratione divina, quæ præstantior, & valentior est quam natura, ad ordinem, & concentum adduci. Quia igitur modus unionis, & non ratio naturæ magnum pietatis mysterium continet: omittamus considerare de natura unitorum, & de perfectione eorum. Non enim sunt hæc præsentis quæstionis, illud enim Theologiæ est; hoc vero Physicæ contemplationis. Et illud quidem contra Arianos accommodatius considerabitur; hoc vero contra eos, qui penitus naturæ nostræ assumptionem negant. & illud demonstrat, quomodo se habeat natura Verbi unita respectu Patris; hoc autem declarat, natura nostra unita quomodo se habeat respectu nostri, sed non quomodo partes ejus se habeant cum ipso comparatæ. His inquam omissis, de modo unionis, & de confecto per eam excutiamus.

σύνοδος; διάκρισις. θεωρίαν. σχολ. Græcum.

Tres igitur opiniones de unione naturarum in Christo supra confutatæ sunt, dividens, & quæ propriè dicitur uniens. in duabus hæretici luserunt, & ludunt, pulchre enim divinus Gregorius prius eos notavit. Unio enim dividens, ad habitudinem pertinens, & nec à principio naturas copulans, res separatas relinquit, nec eis quæcunque sunt communia, neque quæcunque sunt propria, tribuens, aut vicissim reddens, ut jam hinc duæ penitus species, & in se divisæ statuantur. Hoc excepto, quod hæc opinio divisionem naturarum inumbrat & tegit unione secundum dignitatem,

Non enim sine alis secundum naturam natis, sine quibus avis volare non potest, dicetur involucris, id est, privata volatu. Ex divisione non secundum actum sequitur, ut humanitas actu fuerit à divinitate separata, & Christus non fuerit Deus, & homo. Tur.

† *Non secundum rationem naturalis necessitatis, sed solius charitatis Dei erga homines modum unionis dicentes verum dicimus. Hoc enim declarant, quæ sequuntur.* Tur.

SÆC. VII. ANNO 605.

tem, & voluntatem, & ταυτοβουλία, atque ita decipit insipientes. Altera autem opinio, huic prorsus contraria, & confundens, omnia delens, unam rem adulterinam fingit, & cogitatione format, in neutro eorum, quæ uniuntur, proprietatem purè servans, sed hoc esse illud, concedens, & illud hoc, & idcirco nec hoc, nec illud esse. Adulterinum enim esse demonstratur omne id, quod ex confusione existit, nihil habens purum, nec in sua proprietate stabili fundatum. Unio autem inter has media neque confusa, neque divisa, novit quidem ea, quæ unita sunt, perfecta esse secundum suas proprietates propter immutabilitatem, communia vero hæc & unius esse facit propter ipsam substantialem unionem, ut sint illa quidem proprie propria alterutrius, communia totius; hæc vero communia totius, propria alterutrius, propter proprietatem non confusam in alterutro. Non enim fieret mutua communicatio idiomatum, nisi in utroque maneret & in unione proprietas immobilis. Est igitur hujusmodi unio magis una, quam illa, quæ omnino dividit; & copiosior, quam illa, quæ penitus confundit, ut quæ neque faciat penitus idem esse, quæ inter se unita sunt; neque penitus diversum.

Si igitur nec omnino idem, nec ex toto diversum reddit, quod ex ista unione existit, quærendum est, qua ratione idem, & qua diversum. * Doctrina igitur veritatis idem quidem secundum hypostasim novit; diversum vero secundum naturam, contra atque in Trinitate fit, ut Gregor. notavit. Si autem hoc adversariis non probatur, concludant ipsi, quod deinceps sequitur. Si enim non sunt idem hypostasi, concedent ergo natura esse idem. Si autem hoc, una scilicet & eadem erit ratio divinitatis propter unionem. Et si hoc, idem erit unio & natura. Commune enim est in ambobus prædicatum. Sicut enim quorum est natura una, horum est eadem ratio; sic necesse est, quorum est unio simul, & in eodem, horum secundum ipsos sit & natura communis; & vice versa, quorum natura una, horum sunt hypostases differentes, qui nullam naturam una persona circumscribit. Hinc autem quid concluditur? Nempe unam esse naturam carnis & divinitatis, duas vero hypostases. Si autem neque natura, neque hypostasi & numero unum sunt, quæ coïerunt, ubi erit identitas per unionem unitorum? Si autem & natura & hypostasi sunt unum inter se, ubi ratio immutabilitatis, & non confusi in unione servabitur?

Quòd autem fieri possit, ut ex imperfectis, & perfectis idem efficiatur, testantur, qui sub Christo ex sanctis mortui resurrexerunt. Tales enim ipsos alioqui secundum partes perfectos unio per resurrectionem reddidit, quales natura in utero formans copulavit. Id ipsum in communi resurrectione futurum esse credimus. Corporum enim quæ jam soluta, & corrupta sunt eorum qui nuper vixerunt, vel recenter mortui sunt, imperfectorum & perfectorum eandem ex resurrectione concretionem (σύστασιν.) faciendam esse credimus. ex quibus demonstratur, quod ex rebus, quæ prius hypostasim habuerunt, contingit fieri hypostasim sine mutatione, & si hoc, ex toto in Christo non conceditur. Quia non fuit prius formatus. Non tamen quia non fuit formatus, naturam Christi unam ex duabus sine confusione factam esse, nec in alia quacunque natura cognovimus, ne dum in Christo; in quo vel cogitare tale quid non potest, qui pius est. Si enim natura dicitur παρὰ τὸ πεφυκέναι τὶ, id est, ab eo, quod aptum natum est, nulla autem natura apta nata est ad habendum contrarium, & oppositum, una autem natura Christi secundum ipsos, hoc passa est, non erit igitur una natura. Si enim insitum sit huic tali naturæ, ut visibilis sit, non est insitum eidem, ut sit invisibilis, & si insitum est ei, ut sit mortalis & incorruptibilis, non est insitum illi, ut sit incorruptibilis, & immortalis, alioqui erit eadem ratio contrariorum. Sed absurdum est hoc. Si enim contraria recipit ἀνὰ μέρος, id est, vicissim, at cum aliquid horum habet actu, non jam contrarium actu habere unquam potest. Dicant igitur, an non visibilis & invisibilis, mortalis, & immortalis, circumscripta, & infinita, & in summa generabilis, & ingenerabilis simul & in eodem una natura Christi ab ipsis conceditur? Una quidem hypostasis, & persona possunt simul & in eodem contraria & opposita prædicata recipere, una vero natura, ut dictum est, non nata & apta est ad contraria & ad opposita sibi. Prius enim à seipsa deficiet, quam hoc patiatur. Atque hæc quidem contra illos.

Non fuit ante unionem formata humanitas Christi.

Quod autem nonnulli dicunt, quia humanitas Christi non fuit prius formata, neque prius in se habuit hypostasim, neque perfecta assumpta fuit, sed in verbo habuit hypostasim, idcirco unam hypostasim amborum facere. Hoc quidem ex parte verum est; ex parte non. Etenim non habuisse in se hypostasim, neque prius formatam esse,

* *In Trinitate enim alius & alius; non autem aliud & aliud, id est, divisum & diversum.* Tur.

esse, nos etiam dabimus; fieri vero propter hoc unam hypostasim amborum, tanquam non posset aliter fieri, neque possent Deus & perfectus homo sic uniri, hoc non dabimus. Quid enim sic, aut illo modo habenti amplius erit Deo ad unionem? Nec enim tempus unionis unum Christum fecit. Non igitur propter impossibile, sed quia non decebat nudam esse unquam, & sine divinitate humanitatem Domini, ideo rejicimus anteformationem. Iis autem, qui dicunt, ex hypostasibus sequitur anteformatio, & scire aliquando nudum hominem, & alium, atque alium Christum, & verbum; sin autem non prius formatus est, nec ex hypostasibus est: si autem non ex hypostasibus, nec hypostases sunt. quomodo enim, nisi ex his hæc? quandoquidem neque si ex his concedatur hypostasibus, jam necesse est & hypostases dare, ut demonstratum est. quod si ex hypostasibus dicunt, cur non magis ex personis? & si hoc dicunt, cur non ex filiis altero Dei filio, altero virginis dicere audent? Nihil autem potest esse magis hæreticum, neque quod propius ad impietatem Nestorii accedat, quam sic intelligere & loqui, quamvis ex diametro cum Nestorio pugnare isti videntur; ut audacia cum timore pugnat. Sunt autem hæc species communes vitii, & nimium ac parum contra se, & contra virtutem seditionem movent.

προδιάπλασις.

Id est, ex hypostasibus hypostases.

Sed hoc advertere oportet, quod hypostasis non simpliciter, neque præcipue perfectum declarat, sed quod per se existit; secundo autem loco perfectum. Natura vero quod per se existit, nequaquam declarat, proprie autem perfectum. Siquidem proprietates, quæ ad rationem hypostasis sumuntur, faciunt esse unum quemque, aliquem ab aliquibus; quæ verò sumuntur ad rationem naturæ, non faciunt esse aliquem, sed aliquid ab aliquo. Quæ vero communiter existunt sunt communia, nihil eorum magis universale universalibus dicitur, quamvis comprehenderit omnes, sub eadem specie contentos.

προηγουμένως principaliter.

τινὰ ἀπὸ τινων.

ὁ τὸν τινὰ μὲν, τιδὲ ἀπὸ τινος.

Et hoc etiam non est ignorandum, quod ea quæ naturam signant, constituunt substantiam; quæ autem signant hypostasim veluti accidentium rationem habent, sive sint separabilia, sive inseparabilia. & in utrisque, substantiis scilicet, & hypostasibus, simplicium simplices sunt proprietates; compositorum compositæ. Sicut in homine, & in definitione ejus substantiam quidem ejus signant animal, quod est contrariorum capax ἀνὰ μέρος, id est, divisè, sive vicissim, aut per partes, rationale, mortale. Hæc enim est substantiæ ejus definitio ἀπταιςος, id est, vera. hypostasim vero signant figura, color, magnitudo, tempus, locus, parentes, educatio, institutio vitæ, & quæcunque sunt his consentanea, quæ simul in unum coacta, ajunt in nullo alio vere dici posse, & tamen hæc sunt unius hominis, τοῦ τινὸς δηλονότι hujus scilicet, & proprietates naturæ illa proprie participant, quæ sunt ejusdem substantiæ, sive naturæ. Proprietates verò hypostasis illa etiam participant, quorum ratio diversa est, postquam in unionem alicujus & coagmentationem naturalem assumptæ sunt. Sic igitur fit in Emmanuele, una quidem hypostasis divinitatis & humanitatis est, & idcirco quæ prædicantur tanquam de hypostase, communia sunt utriusque naturæ; non autem est una natura, ac proinde neque proprietates tanquam naturæ. etsi enim omnia dicuntur de eodem tanquam de uno, non tamen secundum idem, neque tanquam de una natura. Ut idem est visibilis, & invisibilis; mortalis, & immortalis; tactilis, & non tactilis non secundum idem, nec eadem ratione. quia igitur est unus & idem, tanquam de uno omnia dicuntur, sed tamen secundum aliud, & aliud. Ob hanc causam non tanquam de una & simplici natura hæc dicuntur, sed de diversis, & compositis, & servantibus in unione naturalem suam proprietatem.

Id est, hujus alicujus, sive alicujus.

FINIS.

LEON-

LEONTII BYZANTINI LIBER

CUI TITULUS,

DUBITATIONES HYPOTHETICÆ

Et Definientes, contra eos, qui negant esse in Christo post unionem duas veras naturas.

à Canisio primum in lucem editus.

INTERPRETE

FRANCISCO TURRIANO,

Societatis Jesu.

EJUS.

EJUSDEM LEONTII

Sæc. VII. Anno. 605.

DUBITATIONES HYPOTHETICÆ,

Id est, ex positis & concessis.

Et Definientes contra eos, qui negant esse in Christo post unionem duas veras naturas.

I.



SI quæ sunt omnino eadem, sunt unius naturæ, hæc autem ipsa etiam una natura dicuntur; quomodo, quæ non sunt omnino eadem, vel unius naturæ erunt, vel una natura dicentur?

II.

Quorum una est natura, communis est ratio; quorum autem communis ratio, ejusdem substantiæ sunt. non est autem secundum ipsos divinitas Christi ejusdem substantiæ cum humanitate, non est igitur una horum ratio. quorum autem non est unquam una ratio, horum naturæ semper scilicet erunt differentes.

ὁμοούσιοι ἢ ὑπάρξεις.

III.

Si qui dicunt Christum esse ex divinitate & humanitate, etiam ex duabus naturis esse dicunt, & idem significare ambo ipsis videtur; quomodo dicentes Christum esse post unionem in divinitate, & humanitate, non cogentur dicere ex datis ac concessis à se, in duabus naturis esse? Idem enim etiam hic, quod ambo ista declarant.

IV.

Si ii, qui dicunt Christum ex duabus naturis, ex divinitate, & humanitate dicunt, & qui dicunt ex divinitate & humanitate, & duabus naturis eum dicunt, & divinitatem post unionem etiam dicunt; duas igitur & ipsi naturas post Christi unionem quoque dicunt: si verò negant dicendum esse duas naturas in Christo post unionem, igitur negant dicendum esse in Christo post unionem divinitatem & humanitatem.

V.

Si cognoscunt non esse confusa in unione, quæ coïerunt; duo autem sunt quæ coïerunt, ut ipsi fatentur; quomodo quæ in unione non sunt confusa, etiam post unionem non cognoscunt duo esse? Si autem cognoscunt, quomodo non confitentur? Sin verò confitentur, quomodo numerare hæc recusant, quorum naturæ proprietatem non confusam post unionem sciunt? Quod enim confitentur, inquit beatus Basilius, numerent etiam.

VI.

Si ex duabus naturis dicunt Christum, duas autem naturas Christum non dicunt; ex his quidem, non autem hæc dicunt Christum, dicant igitur, utrum ex quibus constituunt Christum, etiam in his cognoscere eum volunt? Si enim non sunt in eo ea, ex quibus ipse est, vel nequaquam sunt, vel in altero sunt, scilicet in aliquo præter ipsum, & quis erit hic, clarè doceant.

SÆC. VII. ANNO 605.

VII.

Si in iis, quæ sunt ejusdem substantiæ cum dicitur una natura, non identitatem subjectorum principaliter declarat, quomodo in iis, quæ sunt diversæ substantiæ duæ naturæ non differentiam, sed separationem necessariò significant?

VIII.

Si necessariò numerus divisionem secum infert, numerus igitur erit causa divisionis, non autem divisio causa numeri, & ex duobus alterum erit necessarium: vel nihil numerari eorum, quæ sunt unita: vel nihil uniri eorum, quæ numerantur. at quomodo non hoc ridiculum erit talem potestatem tribuere numero? Cum omnis numerus quantum in rebus, non autem naturam, vel qualis sit harum habitudo, demonstret.

IX.

Si unio, & unita sunt eorum, quæ ad aliquid dicuntur, quæ autem sunt ad aliquid, simul sunt, & semper. Simul igitur & semper unio, & unita. Sin autem unita desierunt, desinit etiam cum ipsis unio.

X.

Si numerus omnino separat numerata, non solum numerus naturarum separat naturas, sed & numerus proprietatem omnino separabit. Quomodo igitur qui dicunt duas proprietates, non erunt ipsi subjecti causæ divisionis?

XI.

Si secundum Gregorium Theologum contrà est in Trinitate, quam in mysterio incarnationis salvatoris, tres autem hypostases semper, unam autem naturam in Trinitate confitemur; quomodo non duas quidem naturas, unam vero hypostasim in incarnatione concedemus? Siquidem contra est, omnium contraria conversio secundum totum.

XII.

Si alius, & alius pronomen est hypostaseon secundum eundem Gregorium; aliud vero & aliud pronomen naturarum; semper autem est primum in Theologia, id est, in mysterio Trinitatis, semper igitur secundum in incarnatione. Si autem semper secundum in incarnatione, semper ergo naturæ. Siquidem semper sunt pronomina earum.

XIII.

Si idem est dicere aliud natura, & aliam naturam, semper autem vere dicitur primum in divinitate salvatoris, & humanitate, semper igitur secundum necessario verè simul dicitur in eisdem.

Scilicet alia & alia natura.

XIV.

Si non est idem simplex natura, & composita, simplex autem natura verbi unam solam naturam declarat, composita secundum ipsos natura Christi non unam naturam declarabit; quod si simplex & composita unam naturam secundum ipsos declarat, dicant differentiam naturæ Christi secundum ipsos compositi, & naturæ simplicis verbi.

XV.

Nominum, & verborum partim quidem habent pronunciationem plurium, significationem singularis, ut Thebæ, castra; partium verò contrà, pronunciationem singularis, significationem vero plurium, ut chorus, & exercitus, & civitas: dicant igitur, quomodo una composita natura ab ipsis dicitur, siquidem, sicut apud Patres natu-

natura composita natura duplex dicitur, non habet locum, ut compositam naturam, unam existiment, quia neque duplicem, eritque inanis eorum concertatio adversus duas naturas, ipsi enim scilicet Patres significationi singulari sensum plurium reddiderunt, sin autem, sicut habet appellationem singularem, sic volunt significationem esse singularem, idem ipsis significat simplex & composita natura. Et supervacanea est vox compositi. Eadem enim notio ipsis redditur ex simplici, & ex composita natura. Si autem neutrum ex dictis est, adulterinam igitur, & confusam unam naturam ex duabus naturis confingunt, qualis natura mulorum & aliorum ejusmodi excogitata est; & quale apud Gentiles describitur multiformium & contrariorum animantium monstrum.

XVI.

Si dicere unam naturam Verbi incarnatam, contrarium est atque dicere duas naturas unitas, alterutrum necesse est, aut carnem hanc non esse naturam, neque naturam carnis habere; aut cum alioqui sit, non tamen dici esse, quod est: eligant sapientes, utram harum impietatum malint, naturam hanc non esse carnem, an carnem non dici naturam.

XVII.

Una natura verbi incarnata, triplicem habet notionem, aut enim dicitur κατὰ τὴν ἀντιστροφὴν, id est, secundum reciprocationem, hoc modo est una natura verbi incarnata, quia incarnata rursus una natura est, hoc est, nuda corpore, sicuti æris statuæ una natura est æris figurata; aut dicitur secundum mutationem substantiæ, ut una natura verbi ἀποσαρκωθεῖσα.
carnea facta, ut si quis dicat, unam naturam aquæ lapidescentem; aut dicitur, quod ἀπολιθωθεῖσαν.
una natura verbi cum sit, non sola, & per se, sed cum carne consideratur. Si igitur secundum primas notiones unam naturam verbi incarnatam dicunt, ex eo ipso, quod dicunt, ipsorum impietas redarguitur, cum Apollinario enim & cum Eutyche mysterium incarnationis tollunt. Si autem secundum extremum significatum dicunt, quomodo natura verbi cum carne, cum natura carnis, quæ cum verbo est, una est secundum naturam? aut quomodo si non est una secundum naturam, natura una dicetur?

XVIII.

Quæ proprie inter se sunt opposita, totam negationem toti affirmationi opponunt; ut affirmationi dicenti, Paulus Apostolus est, opponitur negatio, quæ dicit, Paulus Apostolus non est. Sic igitur & duabus naturis una natura opposita est. Si enim una natura est Christus, non est duo. Et si duo, non est una. Si autem unam dicentes, aliud addunt, non jam dicuntur ἀντιφατικῶς, id est, opposite, sed diverse, & secundum periphrasim, & confessio duarum naturarum constat ipsis ex nomine, & ex definitione: ex nomine quidem naturæ verbi, ex definitione vero carnis animatæ anima rationali & intelligente, hæc enim est definitio naturæ humanæ. Quomodo igitur dicentes definitionem naturæ appellationem ejus recusant? Aut quomodo appellationem utriusque naturæ concedentes, numerum repudiant? Respondeant isti, qui neque quæ ipsis conveniant, neque quæ repugnent, intelligere possunt.

XIX.

Simplex natura non est ejusdem substantiæ cum composita; si autem simplex est natura Patris, composita vero Christi natura, non est igitur natura Christi ejusdem substantiæ cum natura patris. At ipsi simulant homousion esse Patri Christum, & nobis homousion eundem. Dicant igitur, an possit una, ut ipsi dicunt, composita natura Christi, ex toto esse homousios patri, & ex toto rursus nobis? Et an non hoc nos etiam ad patris consubstantialitatem revocet? Quod si dicant non ex toto unam naturam Christi Patri & nobis esse homousion, id est, ejusdem substantiæ, relinquitur unius naturæ dimidium esse Patri homousion, & dimidium nobis: at quid aliud est hoc, quam dividere, quam ipsi dicunt unam Christi naturam in naturam ejusdem substantiæ, & diversæ substantiæ, & in partes complentium ipsis unam naturam compositam. Est autem impietatis Apollinarii, & insaniæ Arii negare perfectum in divinitate Christi, & in humanitate ejus.

Sæc. VII. Anno 605.

XX.

Si Deus, & homo, etiam secundum ipsos, unus Christus etiam post unionem dicitur, natura verò utrumque, quomodo non duæ naturæ unus Christus post unionem? Siquidem nunquam sunt idem natura Deus & homo: neque eadem natura unquam, qua quidem est Deus, hac est & homo.

XXI.

Si qui dicunt homousion, & homousion Christum post unionem, ad aliud, & aliud referentes dicunt, id est, ad Patrem, & ad nos, nequaquam verò Pater, & nos homousii sumus, igitur neque quod est nobis homousion, erit unquam homousion homousio Patris. Si autem homousia unius naturæ sunt & dicuntur, non est autem homousios etiam secundum ipsos divinitas humanitati, quæ vero sunt diversæ substantiæ, differentis naturæ sunt, quæ sunt alia secundum naturam, erunt etiam naturæ scilicet diversæ.

XXII.

Proprietates non suæ, sed aliquorum sunt proprietates, si vero sunt duæ etiam secundum ipsos proprietates post unionem, duo igitur sunt post unionem ea, quorum sunt proprietates; at duas proprietates qui dicunt, naturales has dicunt, dicant igitur an duæ proprietates. Si autem duas proprietates naturales post unionem confitentur, semper igitur erunt duæ naturæ, siquidem & duæ harum naturales proprietates.

XXIII.

Differentia necessariò est differentium differentia. Differentiæ enim constituentes distinguunt, quæ secundum substantiam differunt. Dicant ergo an dicentes differentiam divinitatis & humanitatis, non dicant naturalem differentiam etiam post unionem? Si verò naturalem dicunt differentiam, naturarum differentiam necessariò dicunt. Si vero hoc, duas igitur naturas differentes & ipsi post unionem dicunt. Siquidem duæ naturæ naturali differentia necessario duæ naturæ sunt.

XXIV.

Si secundum veritatem, & sanctos Patres, hanc habet differentiam substantia ab hypostasi, quam habet commune à proprio, una natura verbi, non dicitur una cum carne, sed cum Patre; cum ipso enim habet unitatem naturæ, & identitatem. Si autem una natura est & dicitur cum Patre, manifestum evadit, quod nunquam natura una cum carne dicitur. Si autem verbum non una natura cum carne dicitur, liquet, quod neque caro cum verbo una natura dicetur. Si autem neque verbum cum carne, neque caro cum verbo una natura dicitur, inter unam autem, & duas nihil medium est, manifestum est, quod negatio unius naturæ confessionem duarum naturarum secum ex consequenti infert.

XXV.

Si hypostasis verbi proprietatem à Patre distinguit, hac autem proprietate à Patre distinguente, quæ est hypostasis, alius est à Patre; non autem hac distinguente proprietate à carne distinguitur, quomodo alius erit verbum à carne; vel tanquam hypostasis ab ipsa separabitur? Si autem non hac proprietate à carne distinguitur, alia scilicet proprietate naturæ distinguetur, quæ cum Patre copulans, à carne eum distinguit. Hinc igitur patefit, quomodo duas quidem naturas in Christo dicimus, unam vero hypostasim: quoniam proprietate distinguente à Patre unitur cum carne; sicut sane proprietate naturali uniente eum cum Patre differentiam à carne habet. Et sicut est una natura cum Patre propter eandem unitatem naturæ, sic etiam non est una natura cum carne propter naturalem & immutabilem ptoprietatem hujus in unione cum verbo.

Si

XXVI.

Si omnia ejusdem substantiæ, ratione naturæ unita sunt, & idcirco dicuntur una natura; quæ autem diversæ substantiæ sunt, unione, non natura ut copulentur, apta nata sunt, non est autem idem unio & naturâ; non est igitur idem, quod ex utrisque fit. Si autem quæ natura copulat, natura una dicuntur; unione copulata, hypostasi quidem, sed non natura ac substantia unum esse dicentur.

XXVII.

Communiter ab omnibus concessum est, nomen hominis naturam declarare, Pauli autem, & Petri hypostasim. Secundum autem beatum Cyrillum nomen Christi neque vim definitionis habet; nec alicujus substantiam declarat, ut hominis, & equi, & bovis, & uniuscujusque eorum, qui sub eadem specie continentur; igitur non est idem hominem simpliciter dicere, & Christum, quomodo igitur exemplum hominis, quod nomen naturam significat, ad personam Christi transfertis; cum nomen Christi secundum Doctorem non naturam, sed hypostasim declaret? Si verò dicitis ad rationem unionis, non hominem simpliciter, sed aliquem sumunt, hic autem hypostasis est. Advertite autem, quæ in duobus hircis ipsum Christum describit. Sicut igitur hic non ad hypostases hircorum refert exemplum, sed ad differentiam vivi, & immolati, sic etiam hic non ad interimendas naturas, sed ad unitatem personæ imago alicujus hominis ab ipsis patribus sumitur. Quod autem hic aliquis homo ex duabus naturis, & duæ naturæ est & dicitur ab eisdem Patribus, ex scriptis eorum multis locis probari potest.

Levit. 16. τὸν τινά. *Vide Epist.* 39. *S. Cyrilli.* ἐτις.

XXVIII.

Dici Christum ex duabus naturis, aut tanquam ex principiis, aut tanquam ex ipsis partibus unitis intelligendum est: si tanquam ex principiis; ex hypostasibus potius quam ex naturis erunt principia ejus. Siquidem principia ejus secundum divinitatem, Pater; secundum humanitatem mater. Qui autem est ex his tanquam ex causis, manifestum est, quod non est eadem; non enim est Pater, neque mater. Si vero tanquam ex partibus; quomodo non sunt in toto partes? Aut quomodo totum non est in partibus? Si enim neque totum est in partibus, neque partes in toto; relinquitur, ut antea dictum est, vel minime esse hæc, vel in altero præter Christum cerni divinitatem Christi, & humanitatem; & in aliis Christum, & non in divinitate, & humanitate ejus, hoc autem non solum humanitatis ejus, sed ipsius divinitatis verbi essentiam tollit.

XXIX.

Quantum in rebus non solum existit ex numero definitò, ut duorum, vel trium, vel quatuor, & deinceps, sed ex non definito, ut sunt multa, pauca, plura, pauciora, & similia, & ex analogia, sive proportione, ut majus, minus, æquale, ad aliquid, & ex voce, quæ vocatur indicativa, ut hoc, & illud, & hæc, & aliud, & diversum; aut ex ordine, ut ante hoc, & post illud, & à principio, & postea. & ex aliis etiam modis, ut consentaneum est, si igitur omnes modos declarantes res, sciunt isti dividere res declaratas, ex eo ipso redarguitur eorum absurdum; etenim ipsi unam, & unam dicunt, & naturas infinitè, & proprietates, & hoc, & illud, & aliud, & aliud, & diversum, ac diversum, & majus, & minus, & æquale, & ad aliquid, & ante hoc, & post illud. Sin verò non omnes modos, sed numerum definitum tantum, præsertim numerum duorum ponunt dividere, sortiri est sic loqui. Dicant enim ipsi, cum multis modis quantitas subjectorum declaretur, quare solus numerus duorum suspicionem divisionis, quam tantopere metuunt, ipsis injicit, cum aliter in re & veritate sit? Duo enim simul, quæ numerantur, sed non separata secundum vim colligentem hujus numeri magis demonstrant, quàm numerus unius; & unius solutus per se consideratus.

XXX.

Si omnis compositio singulariter effertur, & numerum ejicit ex compositis, alterum duorum necessarium erit, aut non esse compositum corpus nostrum, & totum

SÆC. VII. ANNO. 605.

hominem; aut non prædicari de corpore, & toto homine secundum ipsos numerum. Dicant igitur an non significent nobis numerum compositorum hæc, quæ sic in scriptura sunt: posuit membra, unum quodque eorum, in corpore: & multa quidem membra, unum vero corpus. & illud, dinumeraverunt omnia ossa mea; & foderunt manus meas, & pedes, & effusa sunt omnia viscera ejus. Immo in ambabus partibus hominis tria numerat Apostolus, animam, & corpus, & spiritum, quæ fermentata sunt secundum parabolam salvatoris in farinæ sata tria. Et rursus, glorificate Deum in corpore vestro, & in spiritu vestro, quæ sunt Dei. Et iterum de eisdem, hæc autem sibi invicem adversantur. Dicant ergo, an non sunt, quæ, & hæc, & sibi invicem adversantia species numeri? Dicant præterea, qui duo in tecto & duæ in mola, quorum una assumitur, & una relinquitur? Præterea, dicant, an non intelligit Dominus esse hominem duo, corpus scilicet, & animam? Ex quibus corpus quidem occidere possunt, qui insidiantur; anima vero non potest insidiis occidi; ambo vero in gehenna pereunt, si digna esse interitu judicentur. Si enim dicamus naturam temporis continuam magis unitam, postea in duodecim horas à domino divisam esse; vel rursus, sicut ipse dixit, totam legem in his duobus mandatis pendere charitatis in Deum, & in proximum, fortassis, ipse dominus nobiscum crimen divisionis non effugiet, qui diem in XII. horas divisit, & totam legem in duo generalia mandata. Denique qui studiose scripturam & Patres legerit, varium & multiplicem usum numeri reperire poterit in simplicibus, in compositis, in unitis, in divisis, in iis, quæ sunt per se, & iis, quæ cogitatione considerantur, qui varius usus usque ad ea progreditur, quæ sunt penitus sine hypostasi. Illud etiam non est ignorandum, quod simulant apud simpliciores, quasi aliquid differat dicere duo, & ambo, & utraque, & in ambobus, & per ambo. Hæc enim omnia, & quæ hujusmodi sunt idem sunt inter se, licet partim quidem horum in communi consuetudine, partim vero apud elegantiores reperiantur. Sicut multa alia hujusmodi multis partibus orationis declarantur. Divinus igitur Apostolus varium usum horum in eisdem rebus variat cum ait, qui fecit utraque unum: & rursus, ut condat duos in se ipso, & quæ sequuntur, & reconciliaret ambos, ut verissimum sit, nec in divina scriptura, nec in sanctis patribus facere hæc differentem sensum in significatione differente, sed potius in quo unum horum reperitur, idem declarari differente horum omnium significatione. Nos vero gratias Deo pro iis, quæ hactenus diximus, agentes, hic numerum dubitationum finiemus. Non enim propositum nobis fuit, libros scribere, sed tradere studiosioribus adjumenta, & semina perfectioris retractationis horum, ut possint scire sapientes, qui non de omnibus dubitant, esse alia, quæ ut magis à nobis dubitentur, ipsi digni sunt.

Finis dubitationum Leontii Byzantini.



EPISTO-

EPISTOLÆ DESIDERII EPISCOPI CADURCENI

AD

A CANISIO

Ex membranis m. s. celeberrimi Monasterii S. Galli editæ.

CANI-

CANISIUS

Ad Lectorem.



N sequentibus plerisque Epistolis, maximè posterioribus, est incondita dictio, quod maximè mirari quis posset, etiam in eorum Epistolis id hîc evenire; qui alias sat elegante & latino (ut illa tempora ferebant) sermone Epistolas dederunt. Ut proinde suspicio sit, vitia non tam auctorum esse, quàm exscriptoris. Hoc licet in aliquibus suspicari; non tamen in omnibus. Quare summa fide codicem m. s. expressi. errores manifestos etiam dedi. In dubiis & corruptis locis vel non divinavi, vel id moneo. Neque enim dubito fore, ut docti hac editione excitentur ad inquirendos m. s. codices, ex quibus omnia restitui & persanari possint. Equidem Desiderius, aliique hîc editi digni sunt, in quibus ornandis & restituendis docti laborent, quantum in Epistolis Symmachi, Sidonii, aliorumque à pluribus certatim videmus fieri. Tu, benevole lector, hanc nostram primam editionem boni consule, & fruere.

JACOBI BASNAGII OBSERVATIONES

De Vita

DESIDERII EPISCOPI,

Ejusque Ordinatore

SEVERO SULPITIO

Et Epistolis quæ hic eduntur.

I. *Desiderii nativitas.*

I.  Atus est *Desiderius* Albige sive in urbe Albiensi, in extremis Aquitaniæ finibus sita. Pater ejus, nomine *Sylvius*, tres genuit filios. Tunc temporis Dagoberti Regis Monarchiam solus tenebat *Lotharius*, à quo tres Germani nobilissime enutriti summis dignitatibus prædit sunt. *Rusticus* enim Abbatiam Palatini oratorii & Archidiaconatus officium gessit, sed Episcopus Cadurcensis factus, nescio qua de causa, à Parochianis cæsus est. Ei successit *Desiderius*, qui Thesauro Regio

gio præfuerat. *Siagrius* denique Massiliæ gubernacula & Albiensium Comitatum annis plurimis administravit. SÆC. VII. ANNO 640.

II. *Desiderium* in palatio innutritum nemo negaverit qui Abbonis peccatoris ad ipsum verba legerit: *Vos enim qui innutriti in Palatio Regio fuistis, ibi bene cogniti estis*; & revera non solum cum Flothario principe contubernium habuit, sed ipsi commercium Litterarum cum *Dagoberto* & *Sigeberto* Regibus intercessit. Denique eo tempore quo, ut notavit ad formulas *Marculphi*, ipse natalitiis & Dignitate inclytus, *Bignonius*, præceptum Regis de eligendo Episcopo ferebat, ut eligeretur quem plerumque apud animos nostros *actio probata* commendat & *nobilitatis ordo sublimat*, ordinatus est ex testimonio Episcoporum & autoritate Regis, ut ferebant leges tunc temporis; quanquam electionum usus observatus diceretur: Ordinatus est, inquam, *Desiderius* Episcopus Cadurcensis, ut Episcopi defuncti & jugulati vices obiret. II. *Electio in Episcopum.* *L. 1. c. 5.*

III. Ejus Ordinator fuit *Severus Sulpitius*, qui trigesimus primus Biturigum Præsul recensetur. Sed quatuor fuerunt ejusdem nominis viri celebres. *Nitrobrix*, æqualis Hieronymi, quem pessime Monachum Primiulacensem faciunt plurimi, sive ut ejus nomine majorem Monasterio illi famam concilient; sive errore decepti, quod *Severus Sulpitius*, de quo mox acturi sumus, Abbatiam regendam fuerit sortitus. Illi Presbytero debentur tum Historiæ Sacræ libri, tum S. Martini Vita. Ab eo distingui debet *Sulpitius Severus*, qui Bituricensem Ecclesiam regendam suscepit regnante *Childeberto*, anno nono: Obiit autem sexto decimo ejusdem regni, ita ut per septennium Episcopatum tenuerit. Hic laudatur à *Gregorio Turonensi*, quod titubantem Ecclesiæ statum firmare & ejus ruinas resarcire contenderet. Male tribuitur ipsi Vita S. Martini, nec satis accurate ab Historico superius memorato distinguitur. Alter fuit *Severus*, qui cum *Germano* Antissidorensi Episcopo transmeavit in Angliam, ut Hæreseos Pelagianæ ab aliquot annis grassantis reliquias radicitus evelleret. Hunc eundem ac Sulpitium Severum Aquitanum censent aliqui. At errant penitus; quippe Severus qui in Britanniam transfretavit, *Sulpitii* prænomen non habuit; nec *Bituricensis*, sed *Treverensis* fuit Episcopus. Denique quartus fuit *Sulpitius Severus*, ordinator *Desiderii* Cadurcensis, *Austregili* Successor, *Præsulum flos nobilissimus, totius virtutis singulare specimen, defensor & Pater Patriæ*; ideoque *Pii* titulum obtinuit. Fallitur Anonymus, qui Patriarchicum Bituricense illustravit apud Labbæum, dum narrat varias in partes Cleri populique sententias nutasse, ubi agebatur de eligendo Successore *Austregili*, dum non minima pars *Sulpicium* acclamaret, ex altera vero parte, instigante diabolo, aliquis optimatum Regem adiit, aurumque obtulit, ut eligeretur Bituricensis Episcopus; quippe electio præsulum non pendebat a plebe, nec ab ejus suffragio: Nominatio penes Regem erat, qui præsules quosdam sibi adsistentes & optimates consulere fingebat, cum de electione *Desiderii* ageretur. Ipse enim Dagobertus Sulpitio Severo mandavit, ut illum in sede Cadurcensi collocaret. Ea ratione summam cum Desiderio contraxit amicitiam, ipsique plurimas scripsit Epistolas, quarum aliquæ hîc eduntur. In illis *Patriarchæ* titulum assumit. Metropolitani enim nondum in Occidente *Archiepiscopi* vocabantur, illudque nomen vix fuit in usu apud Gallos. Papas se dixerunt tunc temporis Episcopi, Metropolitani vero Patriachas, & Patriarchæ Archiepiscopos. Hæc de Severo Sulpitio, quia circa viros cognomines eosque celeberrimos sæpius peccatum fuit. III. *De Severo eius ordinatore, quis fuerit.*

IV. De tempore quo *Severus Sulpitius Desiderium* ordinaverit disputatur. IV. *Tempus ordinationis.*

SÆC. VII. ANNO. 640. Illam enim consecrationem Sammarthani fratres in Gallia Christiana referunt ad annum DCXXXV. Labbæus vero ad biennium removet, annumque DCXXXVII. assignavit. Oritur difficultas ex eo, quod Rusticus dicitur cæsus anno septimo Regis Dagoberti, cum jam per septem annos integros & ultra Pontificatum administrasset. Incepit regnare *Dagobertus* ab obitu *Lotharii* Patris, qui incidit in annum DCXXVIII. Si inde annos septem elapsos recenseas, debuit ordinari *Desiderius* an DCXXXV. ut volunt Sammarthani. Sed adfuit Rusticus Synodo Rhemensi, quæ habita est præside Sonnatio Rhemorum antistite, ut narrat Frodoardus. Fuit convocata Synodus illa anno DCXXV. quippe anno sequenti *Senocus* Elusanus Metropolita, qui hic aderat, exulavit. Debuit igitur jam Episcopus esse Rusticus an 525. quo Synodum tenuit Sonnatius. Nodum intricatum solvit *Mabillonius* distinguendo bina Regni initia: *Dagobertus* enim Austrasiæ Rex creatus fuit vivente parente *Lothario* anno DCXXII. Deinde Galliam occupavit mortuo eodem Lothario anno DCXXVIII. Numerandi ergo sunt septem anni Rustici non a regno Galliæ, sed a Regno Austrasiorum, cum Rusticum longe ante annum 528. fuisse Antistitem creatum ex indicata Synodo constet. In Austrasia regnavit Dagobertus annuente *Lothario* an. DCXXII. eodem fere tempore præsul creatus est Rusticus. Pontificatum tenuit annos septem & aliquot menses. Cæsus est igitur anno DCXXIX. & eodem anno circa Paschatis solemnia ordinatus fuit in ejus locum *Desiderius* frater.

V. *Epistolæ.*

V. Dum viveret *Desiderius*, cum totius Galliæ præsulibus, proceribus & Regibus litterarum commercium frequens habuit. Eduntur hic ejus tum Epistolæ, tum ad ipsum responsa virorum celeberrimorum. Erunt qui brevissimas illas Epistolas non magnifacient, utpote quæ rudi stylo sint scriptæ: erunt etiam qui vitia quæ occurrunt frequentissima in amanuenses rejicient; multa tamen reperias quæ vix possunt sanari. Nos illas qualescunque emendatiores hic quam Canisius fecerat, protulimus. Dein aliqua leguntur singularia nec omnino spernenda. Hinc facile probatur Episcopos honorifica verba titulosque ex sæculi usu elicitos anxie nimis quæsivisse; quippe non modo *Eminentiæ* verbo gaudebant, sed *palmata Triumphatione decorati* & *Pontificali officio coronati* dicebantur. Creabantur tamen Episcopi *Deo autore & jussu Regis*, quemadmodum ex iisdem Epistolis constat & probavimus: nec Concilia convocari poterant, nisi ex mandato Regis; quippe sic jubet Sigebertus in Epistola XV. „ *Sine nostra scientia Synodale Concilium in nostro regno non agatur, nec ad dictas Kalendas Septembris ulla conjunctio Episcoporum ex iis qui ad nostram ditionem pertinere noscuntur, non fiatur: postea vero opportuno tempore, si nobis antea denunciatur, utrum pro statu Ecclesiastico, an pro regni utilitate, sive etiam pro qualibet rationabili conditione conventio esse decreverit, non abnuimus.* „

VI. *Controversia cum Felice.*

VI. Controversiam biennalem habuit *Desiderius* cum *Felice* Narbonnensi Episcopo. Peccaverat adversus Felicem aut saltem peccasse videbatur aliquis vel laicus vel Clericus Cadurcensis. Statim *serpentina astutia jurgiorum propinavit venena auresque Felicis viperea infusione suppletæ serpentis erumpebant sibilum.* Misit Desiderius reum Felici, oravitque ut daret affatus copiam, daret veniam, daret gratiam. Interea tamen elapsum est biennium antequam sedari potuerint Episcoporum contendentium animi. Pœnituit tandem Felicem criminis ab ipso intentati, vel querelas tamdiu fovisse. *Ante hoc biennium* inquit ille *misi Epistolam, quæ mentem vestram ac si quidam turbo pertransiens nube obtexit, & licet non eo sensu fuerit edita, quo domnus censuit in-* (Fel. Ep. 15.)

ter-

terpretandam, *me tamen pœnitet incaute & inculto sensu vel impolito stylo exarasse unde offensam Sanctæ animæ vestræ potueram incurrere*, *nisi vestra Bonitas causam admodiasset*. Qui vocem Barbaram interpretatur *Cangius* per modum ponere & leviorem offensam facere, hunc Episcopum, nescio qua ratione, *Palladium* appellat; quippe ad *Felicem* directa fuit querela Desiderii & eandem subscriptionem præfert Epistola decima quinta, de qua nunc agimus. SÆC. VII. ANNO 640.

VII. De anno obitus Desiderii resurgit difficultas quam superius attigimus, ob annos Dagoberti, quin etiam Sigeberti, diversa plane ratione computatos. Dein in vita Desiderii, quam edidit Labbæus, numerantur XXIII. anni Episcopatus Desiderii: attamen legitur in illa vita sub anno XVI. Sigeberti Regis Testamentum condidisse Desiderius, & anno XVII. ejusdem Regis decimo septimo Kalendar. Decembris *ultimum spiritum exhalasse*. Austrasiæ rex designatus est Sigebertus anno Dagoberti undecimo, cum esset bimulus puer: vixit postea Dagobertus ad annum usque DCXXXVIII. Sex decimque annos regnaverat: ergo annus decimus septimus Sigeberti debet anno vicesimo primo Episcopatus Desiderii illigari; cumque eo anno constet eum obiisse, ipsius Episcopatus ulterius promoveri nequit. Sic Cantius. Auget difficultatem Codex Moissiacensis, quem post editam in priore tomo Desiderii vitam inspexit Labbæus, in eo quippe legitur, annos XX. sedem Cadurcensem occupasse Desiderium, & hanc genuinam lectionem comprobavit his in rebus versatissimus Mabillonius, consulto scilicet exemplari Moissiacensi, in quo legitur Episcopatus sui vicesimo & VI. Ipse tot discrimina verborum imo rerum componit observando, annos Sigeberti non debere incipi ab eo anno, quo puer vagiens ad Austrasiæ regnum promotus est, sed a parentis morte, quæ incidit in annum DCXXXVIII. si annos XVII. Desiderio adjicias, obierit anno DCLIV. rexitque ecclesiam Cadurcensem XXIV. annos nondum integros, ab anno scil. XXIX. & conveniunt huic calculo anni regni Sigeberti qui XVII. numerantur ab obitu Dagoberti Regis. Claruit miraculis post mortem Desiderius. Prioribus nova adjiciuntur in codice Moissiacensi, quæ in appendice ad priores tomos Bibliothecæ m. s. apposuit Labbæus.

VII. *Annus obitus.* *Bibl. Mss. T. I.*

Annal. T. III. p. 535.



Sæc. VII. Anno. 640.

INCIPIUNT EPISTOLÆ DOMNI DESIDERII EPISCOPI CADURCENI,

Ad diversos porrectæ.

AD SALUSTIUM EPISCOPUM.

I.

Domno sanctissimo, atque præ optimis mihi in Christo diligendo Salustio Præsuli Desiderius vester.



Ultiplices & ineffabiles vestræ beatitudini pro inquisitionis studio, vel eulogiarum præcepta benedictione * gratias jure persolvimus. & quamlibet indigni, Domini optamus pietatem, qui nobis citius locum tribuat vestræ gratiæ serviendi. Illud namque quod zelo zelati estis pro nostra exiguitate, non omittitis solertiam egregii & nobilis pastoris, dum viriliter & vigilanter agere adorti estis. Utinam * etiam in nobis divina pietas perficere dignaretur. Quia ille rectè vigilat, qui aspectu veri luminis, & intimæ contemplationis semper oculos apertos gerit. Qua de re necesse est, ut mentem semper ad interiora & sublimia suspendamus; ne per torporis negligentiam ad ima trahamur. Igitur de eo, quod sollicitudo vestra sciscitare studuit, vestra dilectio comperiat omnes optimates & Principes, juxta quod antea * cum ipsis habebamus conglutinatam amicitiam, Gratias Christo, qui est est bonorum omnium dispensator, satis amabiliter nos receperunt; & nos eos eatenus in Dei nomine retinemus, ut charitas mutua nunquam decidat, sed aucta magis indies florescat; & cum amico vestro *Flavado* firmiter & amabiliter in charitate consolidati sumus. De cætero satis, & cum plenissimo affectu, ut præfati sumus, pro tantæ inquisitionis vestræ dilectione gratias agimus. Salutamus præterea vestram almitatem eo affectu, quo * nobis oblata esse non ambigo, & supplex quæso, ut pro mea extremitate pio Domino * digneris exorare. Vale vir Dei, & memento mei.

* *m. s. gratiarum jura.*
* *m. s. uteni.*
* *m. s. cum ipsos habebamus conglutinata amicitia.*
* *m. s. nob. latere non am. Du Chesne legit vobis latere non ambige.*
* *m. s. dignetis.*

II.

Epistola Domni Desiderii ad Grimoaldum.

Domno Inlustri, & à nobis peculiarius suscipiendo Domino, & in Christo Filio Grimoaldo Majori Domus Desiderius peccator.

NOn ignotum vobis famulum, ac benè cupientem, cupio esse commendatum. Adest enim frater meus *Lupus Abba*, cujus mentem agni cupio agminibus interesse. Iste ad vos redivivo *Desiderio* pergit, & postulat se nostris affatibus commendari, quatenus eum vestra industria gloriosi *Principis Domini Siggeberti Regis* obtutibus repræsentet. Age ergò virûm egregie, mihique patrone, & istum habe, ut supra petii, per omnia sodalem; quatenus gaudeat se nostris apicibus vestræ eminentiæ commendatum. Interea salute uberi fusa, precor impensè, ut quod ipse suggesserit, conditiones Monasterii nostri, * quod nuper in honore sancti *Amanti* ædificavi, digneris recipere per omnia commendatas. Et talem exinde curam geratis, ut æternam retributionem pro collato beneficio expectetis. Dignamini etiam expectationem nostram de vestra, ac *Domni Regis* salute, patrumque, vel fratrum vestrorum reciprocante nos pagina * consolari manu propria. Incolumem *Excellentiam* vestram superna pietas tueatur.

* *m. s. quem.*
* *m. s. consolare.*

Item

Epistola Domni Desiderii ad Domnum Sigebertum Regem. III.

Domino gloriosissimo, triumphali palmate coronato, sanctæ Catholicæ Ecclesiæ Filio Sigeberto Regi, servus vester Desiderius Cadurcæ urbis Episcopus.

DUm & contigit de præcelso Domno nostro genitore vestro, quod nec pietati vestræ tam cito fuerat optabile. Vos, reverentissime Domine, tam de nos servos vestros, quàm & de cunctos fideles integram dignamini habere mercedem. Ut quos genitor vester pie enutrivit, vester rigor æquanimiter portet. & dum vos Deus omnipotens sua pietate in regni solio sublimavit, & tantum vobis dedit prudentiæ intellectum; præsuminus conmonere *Celsitudinem Gloriæ vestræ*, ut semper * protectoris vestri memoriam intimiore corde retineatis. Semper cogitetis, quid post regni sceptra futuri estis, & ad qualem remunerationem pro operum qualitate venietis. Nos pro Epistolæ parcitate te modicum quid monuimus. Vos taliter in omni opere, in omni causa, in omni judicio vosmet ipsos exhibete, ut quando perfidi Reges cum iniquis damnantur, vos pro bonis operibus * æternam remunerationem percipiatis. Explicit.

* *f. progenitoris, vel, prædecessoris vel, protectoris nostri.*

* *m. f. æterna remuneratione.*

Epistola Domni Desiderii ad Domnum Sigebertum Regem. IV.

Domino gloriosissimo, atque piissimo, ubique præcelso sanctæ Ecclesiæ Filio Sigeberto Regi Desiderius servus servorum Dei, *atque per gratiam ejus Cadurcæ urbis Episcopus.*

QUod vos pia sollicitudine dignati estis litteris consolare, insufficiens est mens nostra gratiarum jura persolvere. Qua de re singulari postulatione credidi deposcendum, ut ea me dignatione jubeatis peculiarius confovere, qua Domini Genitoris vestri circa meam pusillulam exiguamque personam habita est gratia familiaritatis. Volui quidem sic obtemperare, ut non prius ad urbem redirem, donec, si potuisset fieri, *Vestri culminis præclaram celsitudinem* vidissem. Sed quia hoc difficile fuit, ideo nunc latorem præsentium commendare præsumo. Per quem officia salutationum digno culmini vestro honore persolvens, quæso, ut petitiones ipsius in effectu positas, me de vestræ excellentiæ incolumitate * dignetis facere certiorem.

* *f. digneris.*

Epistola Domni Desiderii Episcopi ad Domnum Dagobertum Regem. V.

Domino gloriosissimo, atque piissimo, ubique præferendo, undique præcelso, sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Filio, Dagoberto Regi Desiderius servus servorum Dei, & vester fidelis.

DUm plerumque * pro conditiones Ecclesiasticas me necessitas compellat ad *Celsitudinem Culminis* vestri apices dirigere, ipsa tamen recordatio contubernii, & * dulcedo auspicatæ indolis pubertatis monet, ut frequenter, si fieri possit, me exiguum famulum sollertissimis obtutibus vestris præoptem præsentari. Qua de re salutationis obsequio eo quo decet honore prælato, quæso, ut de conditiones *Cadurchæ* Ecclesiæ, cui Deo auctore, ex jussu vestro præsedeo, pro quas nunc præsentium latores apicum ad *Excellentiam Dominationis* vestræ festinant, pro divino respectu vel justitiæ contemplatione integra mercede studeatis habere, sollertissimo libramine causam trutinate; & qua justitiam perspicitis ponderare, illuc sententiam declinate. Nec solum de hac re. sed omni tempore, de omni conditione sententiam *Regis* justitia præcedat & veritas. Judicium quoque misericordia comitetur, propter illud Apostoli: Judicium sine misericordia erit ei, qui non fecerit misericordiam. Age ergò *Præcellentissime Princeps*, mi domine *Dagoberte*, age taliter, ut dum singularem inter homines regni apicem obtines, ad æterni regni singularem gloriam sine confusione attingere possis. Me quoque non superfluum judicetis pro pia commotione, sed amantem mente ames pro salubri exhortatione. Explicit.

* *l. propter.*

* *m. f. dulcido f. dulcitudo.*

Jacob. 2. 13.

Sæc. VII. Anno. 640.

VI.

Epistola Domni Desiderii ad Grimoaldum præpositum palatii.

Domino Inlustri, totius aulæ, immoque regni (a) Rectori Grimoaldo Majori Domus, Desiderius exiguus servus Dei.

PAgellari officio suggero, ut harum portitorem apicum commendatum dignetis recipere, & quæque ore proprio suggesserit effectui jubeatis mancipare. Et quia cupio me vestris animis eo ordine commendare, quo parentum vestrorum affectu sum unico devinctus, precor ut illam gratiam genitoris vestri, erga me tenere dignetis, quæ me vobis faciat placabilem & vestram mihi præstet semper optabilem. De * conditiunculas etiam Ecclesiæ nostræ, & pauperum suorum singulari mercede studete habere, easque per omnia habete commendatas. Nos quoque in sinu gratiæ vestræ, non ut meremur, sed ut optamus, atque confidimus, paterno confovete affectu. Et si de hoc, quod suggessimus, sperata conceditis, simul & de vestra ac *Domni Regis*, vel fratrum vestrorum incolumitate, aut * quicquid nos scire recte censetis, quod in illa regione agitur, rescripti nos serie dignamini certificare. Incolumem vitam vestram superna pietas tueatur.

* l. Condiciunculis.

* m. s. quoque.

VII.

Epistola Domni Desiderii ad Medoaldum Trevericæ urbis Episcopum.

Domino semper suo Medoaldo Papæ Desiderius peccator.

SI gratiarum jura beneficiis vestris recompensare voluero, non sapiam. pro illa scilicet supereminentia bona, quæ anno præsenti erga nos largitas vestra deseminare studuit. Pro impensas videlicet superfluentes, pro itinerantium multimodas necessitates. Nec solum famulantium oportuna subsidia non pauca misistis, sed etiam nosmet & expensis, & muneribus ampliastis. Implesti, beate Pater, largitatis officium, sustinuisti peregrinationem nostram, compassus es laboribus nostris, & longe à solo patrio positos, ita paterno affectu fovistis, ut nec regionis ubertatem, nec parentum * dulcedinem ex inopia desiderarem. Dominus noster Jesus Christus, in cujus amore id impendisti, tibi pro nostra extremitate retributor existat. Nunc igitur famulatus mei jura persolvens supplico, ut quem tunc beneficiis consolastis, nunc orationibus beneficio juves. Latorem præterea præsentis officii filium communem *Claudium* Abbatem recipite per omnia commendatum. & munuscula, quæ ex nobis intulerit, grato animo habetote. Cùm se de mundo oportunitas contulerit, de vestra, & *Domni Regis*, vel fratrum ac filiorum vestrorum mereamur incolumitate rescripti serie consolari.

* m. s. dulcedinem & inopia desiderarem.

VIII.

Epistola Domni Desiderii ad Chodulfum.

Domno Inlustri, & à nobis peculiarius suscipiendo Domino & in Christo Filio Chodulfo Desiderius peccator.

Rom. 5. 20. IN sancti Apostoli Pauli dictis scriptum habetur: quod ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia. Jam quantum me hactenus de gratia vestra dolui contristatum, superabundare me de vestra gratulor charitate. Non enim itineris illius, quo ætate sum gravata confectus, jam quadam doloris memoria ducor; cùm recolo, quanta erga me dulcedo vestra est pia voluntate diffusa. Unde gratulatione maxima præsentem paginam ad dominationem vestram destinavi, per quam salute uberi fusa, precor Dominum, ut magis magisque suam in vobis tribuat largitatem pietatis, ac bonis faciat successibus abundare. Et quia scriptum legimus: Generatio rectorum benedi-
Ps. 111. 2. citur. Tu, vir *Excellentissime*, benedictiones paternas semper memoriæ vivacitate conserva, & si qua sunt, vel quod monuit, vel quod egit, quasi ante oculos præsentaneo retine memoratu. Multa enim sunt de ejus gestis tuis auribus recolenda, quæ si gestis adjicias vitæ hujus & intenta meditatione conserves; Ille orationibus donabit utique nunc favorem, quo probabiliter probe polleas, & istinc cursu feliciter auspicato, pater-

* *m. s. Rectorem G. Majorem. Et nota quod in his Epistolis m. s. codicis errores etiam manifestos exprimimus, ut fides editionis constet.* Can.

paternis muneratus præmiis adjungaris.. Interea, quanquam necessarium esse non ducam, latorem præsentis officii multa devotione commendo, & ubi quod aut iste dixerit; aut aditum cognoscitis oportunum, conditiones patroni vestri beati *Stefani*, cujus administrationem gerere videor, habete receptas, & per omnia commendatas, ut ipsi Domini rerum, quibus vice nostri Redemptoris servire videmur, ipsi vobis impendia æterna compensent, ac supplementum suæ tribuant largitatis.

Epistola Domni Desiderii ad Abbonem. IX.

*Domino semper suo * Abboni Papæ Desiderius peccator.*

DUm lator præsentium apicum * ab observando illo Monasterio jussus accedit, & quia necesse est vestro eum patrocinio commendemus; igitur famulatus mei officia persolvens supplico, ut eum sicut famulum, gratia pietatis vestræ recipiat commendatum, & de condiciunculas *Domini Stefani*, undecunque fuerint exortas, adhibete sollicitudinem. Sicut de vestra gratia confidere, ut credo, nullatenus ignoratis. Non enim à me docendus es, quid in nostris supplimentis, & Ecclesiæ, cui servimus, vel pauperum ejus oportunitatibus præstes, quid vigilando prospicias, quidve experientiæ actionis tribuas. Nosti omnia, omniaque non ambiges, quibus laboribus * urgemur, quibusque fatigamur ærumnis. Hoc solum cupimus te velle. Nam posse daturus est ille, sub cujus nomine nos præsidio, & favore teneri gaudemus. Rogamus ergo, ut istum famulum (*a*) batum optarem frequenter, si possibilitas arrideret, sacris vestris interesse colloquiis, ut sicut nos sub sæculi habitu in contubernio *Serenissimi Flothari Principis* mutuis solebamus revelare (*b*) fabellis, ita jam nunc illa ad plenum deposita vanitate dulcia liceret CHRISTI ruminare præcepta. sed quia sicut mens anhelat, effectus sequi non prævalet; hoc sufficiat dicere * dum favore vestræ charitatis non mediocriter sum recreatus. Proinde gratissima effusa salutatione peroro, ut quem tunc & affatibus bonis, & benigna charitate consolastis, semper in memoriam vestri * interni intimum teneatis latorem, præterea præsentis officii, qua valeo insinuatione, vobis commendo, & precor, ut in omnes conditiones, quas exerit, benignum jubeatis præbere favorem. & per ipsum, vel quandocumque aditus extiterit, de vestra felicitate mereamur certificari. Vale vir DEI, & memento mei.

** m. s. Abbone.*
** m. s. ad observando illo minasterio & q. n. e. v. e. patrocinium.*
** m. s. urguimur.*
(a) leg. harum. videtur hic aliquid deesse.
(b) l. relevare.
** f. demum.*
** m. s. int.*

Epistola Domni Desiderii ad dominum Dadonem Episcopum. X.

Sancto ac præferendo Apostolico patri Dadoni Papæ Desiderius servus servorum Dei.

DUm plurima tempora elabuntur, quod præsentiam vestram videre nequimus, nunc immensa se gratulatio menti objecit, dum aliquatenus vel post diutina intervalla sese opportunitas * præhibuit, qua vel pagellari officio me vestris conspectibus præsentarem. Igitur debito obsequio humiliter exhibito, illud peculiarius peroro, ut quem quondam in ipsa flore primævæ juventutis unico mihi amore præbuisti, semper concedere digneris illum meum *Dadonem*. Maneat pristina inter nos atque illum tuum, immò nostrum * *Eligium* inconvulsa charitas, indisjuncta, ut fuit quondam, fraternitas: mutuis nos juvemus precibus, ut quemadmodum in aula terreni *Principis* socii fuimus; ita in illo superni *Regis* cœlesti palatio simul vivere mereamur. Et licet de nostro collegio duos jam amiserim germanos, habemus pro his venerabilem *Paulum*, nec minus prædicabilem meritis *Sulpitium*. Quisquis igitur nostrûm quantum plus prævalet, tanto amplius profectuum gradus conscendere elaboret. Ad hæc autem prædico, plus me vestris orationibus, quàm meis viribus attingere posse confido. Tantum est, ut indesinenter vos orare dignetis; & pietas Domini nostri JESU CHRISTI, credo, præstabit, quod rogatis. Vale vir DEI, & memento mei.

** f. præbuit.*

Epistola Domni Desiderii ad Domnum Paulum Episcopum XI.

Domno semper suo Paulo Episcopo Desiderius peccator.

JAm credo ad aures tuas perlatum, qualiter *Monasterium* construere cœperim, & *Basilicam* jam mihi Domino cooperante consummatam habeam. Proinde rogo, atque

* *m. s. Elegium*, & quidem bene, ut patet ex Epistola ipsa sexta hic numeratur ex iis quæ ad Desiderium scriptæ sunt. Elegii ad Desiderium qua Dadonem commendat, quæque BASN.

SÆC. VII. ANNO 640.

atque invito *Apostolicam* dignationem vestram, ut ibidem ad *Dedicationem* interesse dignemini. Et cùm nos ibidem in DEI nomine viderimus, aliquantis simul diebus commorantes, de illa perenni ac desiderabili vita, de qua mutuo suspirare solebamus, familiaria colloquia desidero, ut habeamus. Alios etenim plures *Episcopos* interesse faciemus, qui nos vel exemplo juvent, vel hortatu roborent. Quorum nos contubernio non mediocriter opinor adjuvari. Veni igitur carissime, quantum longius, tantum velocius, ut post diutinam corporis absentationem tandem refocillemur mutua confabulatione. Aderit credo Dominus de se concionantibus, adstabit orantibus. nec nos deseret unquam qui passus est pro nobis, de sede * veniens paterna. Orantem te pro nobis potentia Domini nostri JESU CHRISTI conservare dignetur.

* m. s. venire.

XII.

Epistola Domni Desiderii ad Domnum Sulpitium.

Sancto Patriarchæ Sulpitio (a) Desiderius servus servorum DEI.

COndecet primæ sedis Antistitem, ut sollers circa eum consacerdotum exhibeatur sollicitudo; ut dum vicissim jura charitatis glutinantur, facilius deitatis consortio interesse mereantur. Juxta illud, quod sacratissimo eximii vatis ore pollicitus: Ego, inquit, inhabitabo in eis, & inter illos ambulabo. Nec non & Domini dictum: Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, & ego in medio eorum. quapropter, Papa beatissime, vestra sit elaboratio, ut pertinacia, quæ plerumque inter fratres serpit, vestro libramine radicitus evellatur. Nam nostri erit studii solatia oportuna præbere. De cetero prece qua valeo supplico, ut quotiens ad exorandam Domini clementiam defixa mente adsistitis, nostri memoriam sacris precibus interseratis. Hæc nimirum facientes, vicem nobis in præsentiarum rependitis. Qui quamvis non, sicut oportet, oramus, orandi tamen instantiam non omittimus. Memento mei Papa beatissime, & cultoris tui merita orationibus fove.

Jerem. 7. Mat. 18, 20.

XIII.

Epistula Domni Desiderii ad Domnum Cæsarium.

Domno semper suo Cæsario Episcopo Desiderius peccator.

DEsiderabilia nobis gaudia eveniunt, quotiens se aditus præbet, ex quo pusillitatis nostræ litteras *Almitati* vestræ possumus dirigere, ideoque prælata occursionis obsequia fraterna charitate monemus, ut causas unde mutua fuit confabulatio, id est, de id, quod ad profectum animæ pertinere noscuntur, toto conatu, omnique adnisu elaboretis adsequere. sicut è contra illa, quæ evidenter saluti animæ obsunt, tota virtute studeatis fugere. Et quia caritas omnia suffert, sicut nos videtis de vestra salute sollicitudinem gerere, ita vos quoque de nostra exiguitate dignamini sollicitare, ne, quod absit, culpa quælibet nobis latens, vicinis propaletur, & nobis quandoque in objectionem ponatur. Præterea credo, quod nec vobis lateat, qualem egestatem de aqua, quam fons præbeat in hac *Cadurcina* civitate habemus. Sed voluntas nobis inest, si * possis permittit, ut per tubos ligneos subterraneo officio ad ipsam civitatem aquam ducere debeamus. Proinde quia novimus, quod peritos ex hoc artifices haberes, precamur, ut compendium de ipsos faciatis. & unde jubetis nos plenissimè * re servimus. Agat *Apostolica* dignatio vestra taliter tàm de prælata monitione, quàm & de ultima suggestione, sicut nos in omnibus efficaciter de parte vestra confidimus. Incolumem Pontificatum vestrum divina pietas custodiat.

1. Cor. 13. 7.

* fort. possessio vel passus.

* fort, reservamus.

XIV.

Epistula Domni Desiderii ad quandam sanctimonialem.

Desiderius Episcopus Aspasiæ Abbatissæ salutem.

LAcrimis tuis hactenus motus hanc tibi historiam de Evangelio egregiæ illius fœminæ destinavi. In ipsa quippe divinam consolationem reperies, & timorem. consolationem quidem, quoniam qui de peccati onere resipiscet, hanc animam pia Domini benignitas non refutat; timorem ideo, quia anima, quæ accedit ad servitutem

Luc. 5.

* Fuit is Bituricensis Episcopus. Illi autem Metropolitani sæpius sunt appellati Patriarchæ. BASN.

tem Domini, continuo ad tentationes sustinendas se fortiter paret, dicente Salomone: Fili accedens ad servitutem Domini, sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Gaudium quidem est in tuis lacrimis, & exultatio fit in cœlis, dum ipsa sponte damnas, quod male sponte contraxeras. Absit enim, ne sicut Eva seducta est per serpentem, ita tu ad * redivivas miserias cupias revertere. Ergo compatiatur anima tua dolori meo, ut ego possim vulnere sanato lætificari de bono tuo. Age pœnitentiam, quantum melius potes; & omni custodia serva cor tuum. Confido ego in Domino meo Jesu Christo, quia citò oblitterabit omnem maculam tuæ * confessionis bona confessio. Vigila assidue, & ora, ut nullatenus retrorsum respicias. Memento quod veritas dicat: Nemo, ait, ponens manum in aratro, & respiciens retro, aptus est regno cœlorum. Respicere autem retro nihil est aliud, quàm pœnitere quenquam, & abjicere quod cœperit bonum, & rursum mundialibus negotiis implicari. Recordare etiam uxoris Loth, quod utique Dominus specie hactenus per Evangelium pœnitentibus fuisse noscitur protestatus. Ergò in hac historia continetur & magnus pœnitentiæ fructus, & impletum in cœlis gaudium coram angelis sanctis. Cùm illa, quæ fuerat ante peccatrix, meruit suis lacrimis promereri spem salutis. Oro ergo, & per Dominum Jesum Christum te obtestor, ut non des amplius diabolo locum, sed in jejuniis, & obsecrationibus, & vigiliis te instanter impendas. & quantum sentis te hominum destitutum præsidio, tantum tibi divinum adesse flagites adjumentum. Iterum ac sæpius moneo, ut hæc à te historia frequentius relegatur. Et in tantum pro te insta, ut etiam pro me apud Dominum te credam posse aliquid obtinere.

Sæc. VII. Anno 640. Luc. 15. 7. Eccl. 2. 1. * Recidivas. Prov. 4. 29. * f. confusionis. Luc. 9. 62. Gen. 19. Luc. 9.

Epistola Domini Desiderii ad Felicem Narbonæ urbis Episcopum. XV.

Domino semper suo Felici Præsuli Desiderius peccator.

Ante dies aliquot quidam frater litteras vestras nobis exhibuit, plenas doloris & mœstitiæ. quarum tetra superficies nihil serenum, nihil jucundum, vel ad charitatem pertinens innuebat; si quidem à summis ad ima usque molestiæ exitiales querimoniæ ibi inerant. Et forsitan mea negligentia, non mea culpa ita confectæ. Non enim reor me hactenus adeò fuisse vestra offensa pulsatum, ut hujusmodi jurgia pontificalia viscera * replerent. Et licet vestræ aures viperea infusione subpletæ serpentis erumperent sibilum, nostra tamen præcordia præcepta Christi meditabantur in arcanum. Et quamvis serpentina astutia jurgiorum propinaret venena; ego tamen ut de vestra essem caritate depulsus, magis mœrendo dolebam. Proinde precor propensius, si in me remansit actio culpæ, vestra pia almitas intercedat, ut sententiæ adversæ prorsus advertar. Sin autem sueta me ambiunt accusatione vexare, contuendum censeo, & à vestra censura opto fore cavendum; ut aures vestras viperina venena, ac velut * Sirenarum cantu letalis ibilus non infundat. Ego me vestrum, non ut opinor, injusto judicio subdo. vos propensa ratione tractate, ut indemnem nequaquam damnare * dicere jubeatis: quapropter salute humillima precor, effusa, ut quia dudum me quamlibet minorem, judicio tamen parem esse duxistis, non nos separet virosa & pertinax audacia suadentum, quos pia hactenus & salutifera caritas nectere jussit. Ego itaque ac si supra vires fari queat, jussioni non obsisto; dummodo à vestræ dignationis gratia non avellar. Quod minus utilis styli exaravit inpressio, affatu latoris præsentium est ore commissum. ipsum diligenter auscultate; & tunc verè cognoscetis, quantum vobis honoris reservet. Date igitur veniam, date gratiam, date piam affatus copiam; ut qui pro Christi exemplum ante vestra vestigia caput humile subdet, non conculcandum, sed potius elevandum vestra bona pietate se putet. Certè multo melius est cum humilibus in conspectu Dei exaltari, quàm cum superbis humiliari.

* m. f. replerentur. * m. f. Sirenarum. * fort. timere.

SÆC. VII. ANNO 640.

Dominis sanctis, & cum summa veneratione memorandis Domnis Episcopis & Abbatibus, nec non & sublimibus atque Magnificis viris, Comitibus, Tribunis, Defensoribus, Centenis, & hominibus Publica vel Ecclesiastica agentibus, Desiderius servus servorum Dei, urbis Cadurcæ Episcopus.

QUæsumus Domni, ut pro nobis orare dignemini, & harum portitorem *Untedium* Presbyterum, unà cum puero itineris sui comite, commendatum recipiatis. Quia non, ut multi * giroaci, circumventiones prætendit, sed pro rationabili peregrinatione *Hispaniarum* * petit. Agite itaque ut à nullo inquietetur, neque patiatur injuriam. Sed magis vestro aditu in antea proficiscatur securus. Propitii recenseatis Domni semper nobis.

* *Gyrovagi.*
* *l. Orat.*

Finit dictio sancti Desiderii Episcopi.



AD

AD DESIDERIUM EPISCOPUM CADURCENUM EPISTOLÆ,

ITEM

* Epistola Sulpitii ad Verum.

* *est quinto ordine.*

Ex membranis m. s. celeberrimi Monasterii S. Galli editæ.

INCIPIUNT EPISTOLÆ

Diverſorum Pontificum ad Domnum Deſiderium datæ.

NUNC EPISTOLA DOMINI SULPITII AD DOMNUM DESIDERIUM.

*Domno ſemper proprio atque Apoſtolica ſede colendo Domno Deſiderio Cadurcæ urbis Pontifici Sulpitius * Bitoricæ urbis Epiſcopus.*

* ſ. Bituricæ.



EXcitavit animum parvitatis meæ eximia dulcedo magnitudinis tuæ, & Pontificalem ſacerdotii veſtrii laudem inſignem, vel ex parte tenuem præſumam diſſerere ſermonem. Sed univerſa ſubito virtus defecit in verbis, quem exſuperavit tantæ materia dictionis: ut rudimenta tantarum * auguſtiarum ſtudia animo librante penſaram, ipſius magnitudinis mole, victus ſuccubui. unde meo ſaltem voto ſatisfeci. * etſi veſtro implere ſuffragio non valui. libens tamen qui aliud nihil dominationi veſtræ prodeſſe appareo. ſed vos ſemper pietate conſueta tanti habetis inquiſitionem nos velle frequenter viſitare. Unde inprimis incolumitatem veſtram inquirentes, quod optamus potius tàm * motu corporis quàm linguæ mutuo ſermone complere, dum regionum longinquitas non diſcrepat aſpectum, niſi tantùmmodo fraudat interjectionis ſpatium, & ipſum tamen dilectio cernit intuitum cùm figurat * animos recordatum. Ergo nihil perdet abſentiam, quod præſentaliter laboravit præſentiam. ſemper in dirigendis apicibus beatitudo veſtra ſolvit officium, ut plus debeat reddendum agminis famulatum, quàm meritis conſideret debitorem. Auctorem cœli præſumimus poſtulare, ut veſtram jubeat prætendere vitam curſibus annorum longævam dignetur tempore longo, cujus nunc locuples ſervatur * nomine mundus. Et diu † firmantur nutantia culmina rerum, vel dilapſa magis ſolidata reſurgunt. Iſtud manu propria fecit à tuis temporibus. veſtræ gratiæ ſervire merear mihi peculiaris Domine.

* m. ſ. anagnuſticorum.
* m. ſ. ac ſi.
* m. ſ. motum.
* ſ. animus.
* m. ſ. nomini.
† m. ſ. firmatus.

Epiſtola Bertigiſli Abbatis ad Domnum Deſiderium, cum adhuc laicus in palatio degeret.

Domino Inluſtri, & à nobis ſumma dilectione colendo, atque cum omni reverentia nominando Domino Deſiderio Theſaurario Bertegyſelus Abba.

LIcet libenter ac frequenter noſtros miſſos pro ſuſcitanda incolumitate glorioſi *Domni* * *Dacoberti Regis* debeamus dirigere, his tamen diebus ſpecialiter direximus famulum veſtrum *Dulcidium Diaconum* ad veſtram ſolertiam, ut * per veſtram inſtantiam,

* ſ. Dagoberti.
* m. ſ. per vram inſtantia.

tiam, & de sospitate Domno debeat sollicitare, & de vestra nos incolumitate possit certificare. Sicque de ambas partes, ut cupimus, votiva nobis gaudia valeat denuntiare. Et licet placitum cum *Philippo Patritio* illuc ante ipso Domno habemus, pro eo, quod ministeriales nostros post se retinere videtur; unde petimus, ut præsens frater * per vestre consilio, & efficacissimo adjutorio vos per omnia tuentes & insinuantes, ipsa causa valeat effectum producere. De pueros * etiam, quos ad opera dominica per vestra ordinatione direximus, si aliquid faciunt, quod Domno sit placitum, vestra insinuatione discamus. Annis multis divina potentia vestram ad ornatum vel consolationem multarum conservare dignetur, Domine semper meus peculiaris patrone.

Sæc. VII. Anno. 640.

* *f. Per vestra consilia & efficacissima adjutoria nos.*
* *l. pueris.*

Epistola Aujulfi Episcopi ad Domnum Desiderium. III.

*Domino sancto, & Apostolica sede dignissimo Domno & Patri Desiderio Papæ Aujulfus * peccator.*

* *Al. Ajulfus.*

UNde nobis jussistis, & nos * sanctitatis vestræ innotuimus clericum vestrum nomine *Drauctulfo* per amicum nos de *Spania* recepimus ipsum nunc † præsente misso vobis direximus. culpas precamur, ut ‡ excusatæ sint, & ipse de cætero emendatus resideat. Domni pietas si ista nobis concedit, grandem nobis fiduciam de sua gratia facit. De cætero quod præsens missus vobis suggerit pro conditiones nostras Domnus obtemperare dignetur, & ad effectum perducat, ut melius nobis delectet quousque audivimus vestro semper servitio inhærere. Salutare quidem non audeo, sed deprecor sanctitatem vestram, ut pro me humillimum vestrum in sacris orationibus vestris memores esse dignemini.

* *leg. sanctitati.*
† *m. f. pro præsente misso.*
‡ *m. f. excusata f. e. i. d. c. c. resideat.*

Epistola Constantii & (a) Dadonis Episcoporum ad Domnum Desiderium. IV.

(a) *Fuit Audœnus Rothomagensis Episcopus.*

Domno semper nobis proprio, & post Deum peculiari patrono Desiderio Papæ Constantius & Dado Episcopi.

SEcundum quod per litteras vestras insinuastis, & juxta quod filius vester Domnus *Godenus* mandaverat, credimus, * quod hesterno ad illud monasterium venisset. sed dum † dabo odie apud *Cariatone* & *Maurino* ‡ comitem videre minimè possumus. *Flavianus* autem denunciavit, ut quinta feria apud ipsum jungamur. Et quia læsionem nobis inferre cupit, Epistolam sanctitatis vestræ ad ipsum deposcimus, ut dum nostra fiducia tutamur, vestra autoritate in omni parte muniamur. Prælata prius debita salutationis obsequia; rogamus impensè ut pro nostra parvitate exorare dignetis; nosque semper in sinu gratiæ vestræ confovendos retineatis. Annis multis vobis servire mereamur beatissime Papa.

* *m. f. quod esterno ad illo monasterio.*
† *locus corruptus.*
‡ *m. f. comitem.*

*Domino sancto & Apostolica sede colendo Fratri Vero Rutente * urbis Episcopo Sulpitius peccator.* V.

* *l. Rutena.*

IN quantum vobis vir Apostolicus Domnus *Desiderius Cadurcæ* urbis *Episcopus* per litteras suas innotuit, gravi injuria homines sui à *Perricio* * Diacono vestro in parrocia sua *Aronnaco* pertulerunt. Et audivimus, quod Aprilis † Kl vobiscum exinde placidum ‡ debeat habere. Propterea salutantes charitati vestræ rogamus, ut taliter adversus Domno *Desiderio* ordinetis emendari, si cognoscitis, quod superius (a) scripsit Diaconus exinde negligens est, qualiter vestra est prudentia, & si hoc fortasse ipse dicat, obaudire distulerit, & taliter si non emendatur, qualiter Domno *Desiderio* voluntas est, non aliter fiat, nisi in placito, quod vobis supra scriptus Pontifex denuntiaverit (b) memora.... Diaconus vestro per fidejussores una cum indiculo vestro ante parvitatem nostram faciatis dirigere. Interim nos exemplar Epistolæ apud nos retenemus. Petimus vestræ dulcissimæ sanctitati, ut in sanctis orationibus vestris nos memores esse dignetis.

* *m. f. Diaconus.*
† *f. Kal. April.*
‡ *l. Placitum.*

Domno

(a) *Hic locus omnino corruptus est, fort. si cognoscitis, quod superius scripsi Diaconus exinde neglegens est qualiter vestra prudentia (etsi hoc fortasse ipse dicat) obaudire distulerit.* Can.

(b) *m. f. Memò raverit; sed hæc vox erasa fuit & correcta ita ut nescias, an legendum sit memorato, an memoratus. fors leg. memoratum Diaconum vestrum.* Can.

Sæc. VII. Anno 640.

VI. *Domno semper suo atque Apostolico Patri Desiderio Papæ Elegius servus servorum* Dei.

Quotiens aditum scribendi gratiæ vestræ reperimus, totiens nobis * cumulus gaudii videtur adcrescere. Quapropter cum salutationis officio illud propensius præ cunctis conditionibus deposco, ut quotienscunque inter mundanas sollicitudines mens ad statum quietis prævalet attingere, memoriam parvitatis nostræ sacris precibus vestris subjungere non omittatis. Quod nequaquam credo, ut nostri oblivio ullatenus apud vos cadat; ut nec vestra apud nos unquam senescere novit. Sed non incongruè arbitravi rediviva commonitione eadem ingerere. cùm nimirum constet, quod nulla in præsenti sæculo causa ita mentem stimulet, quemadmodum vitæ perpetuæ, & beata justorum patria Desiderii immensitate viscera, mentemque sollicitet. Quamobrem ut undequisque attentius cogitat, inde frequentius & loqui studeat. Proinde mi unanimes pia viscera *Desiderii*, memento semper *Elegii* tui, cum preces *Domino* fundes. Et quamvis nos terrarum interpositio longe ab alterutrum separet, nec queat nos subinde corporalis conjunctio sociare; in Christo semper simul versemur. Et ita vivere elaboremus, ut non post longum spatium anima simul & corpore sociemur, sociatique in æternum vivamus. Quod exoratus fideliter ac frequenter præstabit, credo, nobis clementissimus Dominus noster esus Christus, cui gloria in æterna sæcula. Amen. Saluto te supra modum sincerissimo affectu, salutat & *Dado* fidelis (*a*) utrorumque sodalis.

* m. s. comolum.

VII. *Domno semper suo atque Apostolico Præsuli Desiderio Episcopo * Rauracius peccator.*

Cum (*b*) humillimo salutationis officio commendo Apostolatui vestro servulos vestros *Nummolum* Presbyterum, & *Garimundum*, quos ad urbem vestram, & ad hospitiolum vestrum *Gregionaco*, sive *Abbates* descriptionem manciporum * inquirendo direximus, supplicamus, ut commendatos ipsos recipere dignetis, Et ubi ipsis necessitas extiterit, vestro auxilio in omnibus mereantur habere, ut quod Ecclesiæ vestræ *Nervenensi* ex ipso agro justissimè redebetur, per eorum inquisitionem, vel vestro solatio perdere non debeamus. Simulque suggerimus, ut de ipsa *Curtecella*, vel hominibus inibi consistentibus sub vestra defensione tanquam propria familia dignetis habere receptos & commendatos; ut de judicum infestatione, sicut & immunitas nostra ex hoc continet, liceat eis vivere cum quiete. His obtentis precamur, ut redeuntibus famulis de vestræ felicitatis * gaudio litteris nos jubeatis lætificari. Orate pro nobis Domine semper peculiaris atque Apostolice Papa.

* an hic Ruricius?

* m. s. inquirenda.

* m. s. gaudia.

NB.

VIII. Hic in m. s. sequebatur Epistola Desiderii, qua Untedium in Hispanias euntem commendat Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Tribunis, &c. Quam Epistolam supra cum Epistolis Desiderii conjunximus, ordine decimam sextam & ultimam.

IX. *Sancto atque Apostolica sede dignissimo honorum titulis præferendo Domno, & in Christo Patri Desiderio Papæ Sigebertus Rex.*

Culminis vestri paginam deferente venerabili viro *Bettore Abbate* una cum sanctis *Eulogiis* vestris me cum summo gaudio conperite suscepisse. De id verò scripsistis, ut quam prospere nos divina pietas degere permittebat, vobis insinuare deberemus. Cognoscite, vestra intercedente oratione, prosperè hactenus Christo præsule consistimus. Et gentes patriæ, nobis à Deo concessæ, pacifico ordine nobis obediunt. gentes etiam barbaræ * pagatismæ nobis cohabitant. De conditiones verò vestras, unde injunxistis, taliter Christo adjuvante ad effectum produximus, * vestra fuit injunctio. Proinde cum salutatione devotissima petimus, ut per nos Domini nostri Jesu Christi misericordiam ubi jugiter sedulas funditis preces, exorare dignetis, ut sua largiente clementia, & hic pacificè vivere, & ad æternam vitam nos jubeat pervenire.

* l. pacatissime.
* lego: ut vestra.

Domno

(*a*) Ille scilicet Audoenus Rothomagensis Episcopus summam cum Eligio semper coluit amicitiam, & ejus vitam scripsit quam Dacherius edidit Spicileg. tomo V. Basn.

(*b*) *m. s. Cum humillima salutationis officia c. A. v. servellos v. Nummolo Presbytero & Garimundo.* Can.

X.

Domno semper suspiciendo, & cum omni honore venerabiliter nominando Domno Desiderio Papæ Sulpitius peccator.

SIngularibus mysteriis pastorale conpetenter implestis officium, eo quod ad nostram parvitatem sollicitudinis destinantes affectu, dum gaudium, quod nobis ipsius *Resurrectionis Dominicæ* solennitatis principale contulit, pastoralis visitatio geminavit. in qua * utrinque partim & benedictio in oblationes, & affectio præfulsit in apices. Reddentes ergo munia sospitatis, optamus, ut multiplicatis annorum curriculis, vestris mereamur & *Eulogiis* (a) recipi, & affatibus benedici. annis innumeris vobis serviam, & prosperis perseverantibus polle beatissime Papa.

** f. utraque parte. Nam m. s. legit. uterque partes.*

XI.

Domino Reverentissimo, palma triumphali decorato, ac Pontificali nomine adornato præcellentissimo Ecclesiæ speculatori Desiderio Papæ Paulus peccator.

MUlta sum alacritate repletus, quia adoptatum, desiderabilemque diem à divina miseratione promerui, mellifluis reciprocis vestris reperire. Quas recensitas immensas creatori nostro egi prærogativas, quòd incolumem vos esse cognovi. De id vero quod ibi intimasti, ut de caussa Inlustris matrisfamiliæ *Bobilanæ* aliquid agere deberemus, qualiter exinde fecimus, præsentis latores officii vobis ore proprio edicere possunt. Præterea multiplices dominationi vestræ agimus gratias de eulogiis sanctis, de Falerno nobili, vel vasculis decem, quæ nobis tanti habuistis dirigere. Superexcrevit quidem, & superabundavit benedictio largitatis vestræ, adeo, ut dum nos unam falerni amphoram deposcimus, vos eminentia vasa, & ut usitatius dicam, tunnas decem eligantissimi Falerni tanti habuistis dirigere. Nec solum sic inopiæ nostræ credidistis sufficere, sed etiam in multis adhuc excellentioribus donariis magnificentiam erga nos vestram studuistis augmentare, dilatare, supplere, ac superexcedere. Unde pius Dominus vobis retributor & hic & in æternum existit. Nos enim non sufficimus tantas Almitati vestræ referre nec pecunias, nec gratias. Proinde in illum, qui sufficiens est, supra quam petimus, aut intelligimus, largiri, in ipsum caussam remunerationis vestræ committimus. Nos quoque in sanctis, ac Deo placitis orationibus vestris commendamus, nostra animam in suffragio vestrarum precum committimus. Nos sane, ut valemus, indesinenter pro * vos orationi insistimus, ut vos undique gratiarum muneribus circumseptum, ad coronam gloriæ jubeat perducere, & nos per vestram intercessionem ad spem salutis, & portum quietis dignetur admittere, vestrique sequipedam permittat existere. Annis multis vobis, peculiaris Domine, mereamur servire.

m. s. de eulogias sanctas, de Falerno nobile, vel vascula decem.

** f. vobis.*

XII.

Domno semper suo Desiderio Papæ Paulus peccator.

APices sanctæ dominationis vestræ redeuntibus fratribus *Frodoleno* & *Ruccone* de *Mettis* accepimus. ubi nobis per singula pietas consueta instruere dignavit. unde omnipotenti Domino gratias agimus, quod vos juxta nostrum desiderium incolumem cognovimus. De *Regis* conditione innotescimus, nuper per *Viredunum* * *Remos* pergit, ibique nativitatem Domini expectat. † Bide autem *Leuduno* (b) accedit, & inde in Masao, ac post ripa Reno pergit. cognoscatis *Chanoaldum* Episcopum ictuatum etiam fati munus implesse. Ceterum ut ad vestra beneficia mentis oculos reflectam, nec si lingua clamet ferrea, ut quidam Poeta ait, aut centena sonent spiramina, nullatenus potest quis tanta narrare Dei magnalia, quantum ejus in viscera vestra diffunditur gratia. Nos præcipuè nec factis possumus repensare, nec verbo explicare, quanta erga me dignatis impendere. Dominum tamen indesinenter oramus; ipse vobis pro nostra parvitate æternus retributor existat, & cœlestia bona in perpetua beatitudine concedat. Oratio me vestra sublevet beate & venerabilis Papa.

** m. s. remis.*

† lege Inde.

Domno

(a) Variæ fuerunt Eulogiæ; quippe primum fuit Sacramentum ipsum sive Eucharistia: dein panis qui altari offerebatur, ex quo pars consecrabatur, mittebaturque absentibus. Denique Eulogiæ dicta sunt munera quæ, recurrente Paschalis solemnitate vel die natali Christi singulis annis sibi mutuo vel Regi ipsi transmittebant Episcopi. Habentur apud Marculfum formulæ sive Epistolæ quæ tum temporis scribebantur tum ad mittendas Eulogias, tum ad gratias agendas ab iis quibus fuerant transmissæ, quas pro eruditione sua explicuit Bignonius. In Epistola sequenti distinguenda sunt, ni fallor, decem vascula falerni ab Eulogiis. Quanquam enim vinum sæpius recenseretur inter Eulogias, nescio an tanta copia benedici debuerit. BASN.

(a) Pro Lugduno Batavorum hodie Leyda melius Leodunum aut Laudunum Clavatum, Luyk, Liege. Scriveri not. M. S. in Canis. BASN.

SÆC. VII. ANNO. 640.

XIII. *Domno semper proprio Desiderio Apostolico Papæ Abbo peccator.*

LItteras gratiæ vestræ tam per anteriores missos, qui cum filio vestro *Chedeno* venerunt, quam & qui postea cum *Babone* accepi, per quas præcepisti, ut de vestris conditionibus, juxta quod Deus posse dabat, sollicitudinem gererem, Deo soli sufficit non latere, quia cum integra fide & promptissima voluntate id adsecutus sum, & ordinationes dominicas infirmatas sunt, ut de res illas, quas leva tenebat præsentaliter *Bobila* revestita esse debeat. Nam per vestra gratia non nobis sine labore constavit. tamen dum scimus, quod justitia est, credimus de Dei pietate, quod sic pro vestro prudentissimo consilio causa gubernetur, ut ad bonum perfectum perveniat. De villa autem *Rotovollo*, sicut scitis, Dominus *Dacobertus* Rex ipsam pro amplius, quàm quingentos solidos in luminaria ad basilicas *Metenses* delegavit. Quia scitis, quod pater *Bobilanæ Agylenus* hoc fratri nostro *Vero Episcopo* vendidit; & postea servus tam ipsa portione, quàm & illa alia, quæ meorum consortes tenebant, ipse *Severus* redemit, & Domino *Dacobertho* una cum alia sua facultate deligavit. Vos vero taliter cum domna *Babila* agite, ut exemplaria, * quæ pro filio vestro germano meo *Gedeno* direxi, firmare debeat. Vos enim & in palatio *Regis*, ubi innutriti fuistis, benè cogniti estis. Quia melius est aliquid cum eo compartire, quàm solus nihil habere. Annis multis de vestra gratia congaudere domne semper meus.

* m. s. quam.

XIV. *Domno Clementissimo, palmata triumphatione decorato, Pontificali officio coronato, Domno semper meo Desiderio Papæ, Christique speculatori Chænulfus vester.*

IN primis quod nobis præcipuum & maximum est, salutare quidem non præsumo, deposco, ut nos, domne, in sanctis orationibus vestris Domino Deo commendare dignemini. deinde supplico Almitati vestræ, ut Dominus noster jubeat, ubi vestrum mereamur impendere occursum. Et quia hoc devotio nostra desiderat, idemque ordinate, ubi vestram debeamus videre præsentiam. Orate pro nobis Domine & semper desiderabilis pater.

XV. *Domno semper nobis proprio Apostolico Patri Desiderio Papæ Constantinus peccator.*

COgnoscite Domne nos orationibus vestris incolumes de palatio remeasse, & *Regem* modo *Magantiæ* esse. Et pro quo litteras præcipue misimus precamur obnixè, & tanquam pedibus vestris advoluti quæsumus, ut si evenit, quod *Nativitatem Domini* in territorio * *Alugensi* celebrare deliberetis, sic vos merear in Apostolatu videre, ut in civitatula vestra *Albige* ipsa solennitate in Dei nomen celebrare debeatis non me spernere Domne, non me despicere, non me renuere, quo minus in tanta solemnitate non per te inlustretur, decoretur, ornetur Ecclesia; & ex tuo sancto ore benedictionem populus accipere mereatur. Interim quæso denunciate nobis, quàm celerius ultra *Tarne* accedere deliberatis; aut ubi possimus, quod sæpe desideramus, vestram videre præsentiam. Propterea enim de *Nativitate Domini* de antea vobis suggessi, ut alume * antecedere non possint. Quia multi te desiderant, sed nemo plus, quàm ego. Pater, iterum, iterumque suggero, & commemorare præsumo, ut non sic faciatis de ista *Nativitate Domini*, sicut pridem, quando satis in domum vos habere volui, sed peccatis meis obtinere non merui. Annis multis vobis servire merear Domne * *Desideri* semper suscipiende pater.

* m. s. Alugense.
* l. alii me.
* m. s. Desiderii.

XVI. *Domno semper suo Desiderio Papæ Verus peccator.*

JUssorium vestrum accepimus unà cum * exemplari de litteris Domni *Sulpitii*, ubi Domnus innotuit, quod istum placitum de ista *Synodo* frater vester Domnus *Sulpitius* alio tempore visus est immutasse. Nos hoc gratiæ vestræ jam innotueramus per servo vestro *Becobeno Diacono*, & postea per misso vestro. Sed quia DEO volente Domnus innotuit, quod mea suggestio continebat, nos gratulati sumus, quod de vestra felicitate votiva gaudia meruimus cognoscere. Interea reddimus profusum nostri famulatus officium, supplicantes, ut pro nobis Domini misericordiam exorare dignetis;. & sæpius nos de vestra jubete felicitate consolare. Quia Dominus novit omnipotens, quod ea, quæ bona sunt, de vos semper audire & videre optamus. Annis multis vobis servire merear, *Apostolice Pater.*

* m. s. exemplaria de litteras Domno Sulpitio, v. d. iquod istum placitum de iste Synodo.

Domi-

Domino sancto & Apostolico in Christo Patri Desiderio Siggybertus Rex. XVII.

DUm fabula currente à plures & fidelibus nostris cognovimus, quasi vocati * ab eodemque Patre nostro *Vulfoleudo* Episcopo Synodali concilio Kal. Septembris in regno nostro. Ignoramus in quo loco unà cum reliquos fratres & conprovinciales vestros debeatis conjungere. Licet nos statuta Canonum, & Ecclesiasticas regulas, sicut parentes nostri in Dei nomen conservarunt, ita & nos conservare optamus, tamen * dum ad nostram antea notitiam non fuit perlatum; sic nobiscum nostris proceribus convenit, ut sine nostra scientia * Synodale concilium in regno nostro non agatur. nec ad dictas Kal. Septembris, nulla conjunctio secerdotum ex his qui ad nostram ditionem pertinere noscuntur, non fiatur. Postea verò oportuno tempore si nobis antea denuntiatur, utrum pro statu Ecclesiastico, an pro regni utilitate, sive etiam pro qualibet rationabili conditione conventio esse decreverit, non abnuimus. Sic tamen, ut diximus, ut in nostri prius deferatur cognitionem. Proinde præsentia scripta sanctitati vestræ destinare curavimus, per quæ petimus, ut pro nos orare dignetis, & ad istam conjunctionem, priusquam nostram cognoscatis voluntatem, penitus accedere non debeatis, & ut certius credatis, hunc * indiculum manu propria subter subscripsimus. *Syggibertus Rex * Sub.*

* *m. s. abidemque.*
* *m. s. ad nostra antea noticia.*
* *m. s. synodalis concilius.*
* *m. s. indicol.*
* *subscripsi.*

Domno suo Desiderio Episcopo Palladius Episcopus. XVIII.

PRo intuitu fidei, & unitate sacerdotum, quàm Ecclesiarum ubique * diffusarum, spero ad pietatem vestram, ut hospitiola, * quæcunque in *Cadurco* Ecclesia nostra videtur habere, hoc est, *Bagidone*, *Pastoriaco*, *Bassiaco* & *Alevernaco*, vobis cum omnem rem, mancipiis, vel terris, aut quidquid ad jure nostro pertinet, salvo jure Ecclesiæ nostræ, vobis in omnibus commendamus; ita ut ab hodierno die omnes de parte nostra, qui in supradicta urbe commanent, sint vobis commendati: & quoscunque de nostra præsentia hîc diregimus, vestra ordinatione, secundum quod decet, in omnibus potiantur. Similiter ubi *Chromatia* in re Ecclesiæ *Bagidone* commanet. quia frater suus *Deotherius Presbyter* * actorem Ecclesiæ *Sanctionicæ* egit, & nunc ipsa *Cromatia** qui ibidem per beneficium † præcaturiæ manere videtur, si eam cum omni re sua jubeas defensare, quomodo & * deum mercedem habeas, & nos vobis gratias supplicationis agamus. Et per diem retributionis, & adventum Domini nostri JESU CHRISTI adjurans rogo, ut sicut de affectione sanctæ animæ vestræ confidimus, sic integram dignetis adhibere sollicitudinem, * ut omnes juris nostri homines, qui in urbe vestra commanent, unà cum antefata *Cromatia*, * piam vestri protectionem in omnibus mereantur promereri. Salutationum itaque jura persolvens, supplico, ut pro mea exiguitate orare dignemini. & ut certius nostra supplicatio habeat effectum, propria manu subter subscripsi, *Palladius Peccator Hunc Mandatum Meum Relegi* & S.

* *diffusam.*
* *quascunque.*
* *actor.*
* *leg. quæ.*
† *fort. precatorie.*
* *m. s. &c dedum.*
* *m. s. &c*
* *m. s. pia vestri protectione.*
& subscripsi.

Domino inlustro, & à nobis peculiarius suspiciendo pro Dei cultore Domno Desiderio Optimati Verus peccator. XIX.

ACcedentem filium nostrum *Leodoaldum Diaconum*, oportunum duximus, ut dominationem vestræ caritatis inquirere deberem; cùm sciamus devotionem sanctæ animæ vestræ bona semper de parte nostra optare. Præsertim cùm nos vestro præ omnibus patrocinio potiamur. Propterea salutantes *Eminentiam Vestram*, rogamus, ut sicut dum patrocinia vestra elegimus, & hactenus nos defensio protectionis vestræ insigniter munivit, ita nunc quoque de conditiones nepotum nostrorum, unde præfatum vobis suggerere rogamus, talem sollicitudinem atque instantiam adponatis; unde sicut nos vobis sumus, ita ipsos quoque adquiratis per omnia debitores. Reduce etiam antefato de vestræ felicitatis eminentia rescripto reddito nostram sollicitudinem dignamini relevare. Dominus noster JESUS CHRISTUS custodiat corpus & animam vestram in die examinis sui. Amen.

SÆC. VII. ANNO 640.

XX. *Domno semper suo, & (a) Apostolico Patri Desiderio Papæ Gallus peccator.*

DUm talis nuntius de clade à *Massilia* venit, quod omnem pæne provinciam depopulans vastet, Domnus ordinet custodias mittere, & nullus de *Cadurcino* ad istas ferias in *Rutenico*, vel vicinas urbes non præsumat exire, ne, quod absit, per quamlibet occasionem tantum malum in urbem vestram videatur inferre. nam per ista contigua illis partibus loca* custodiæ positæ sunt, ut nullus emendi aut vendendi aditum penitus habeat, si non sollicitè * cogitabitis prævidere, periculum mortis instat. Præterea debita veneratione salutem mittens, quæso, ut in sanctis precibus vestris parvitatem nostram memorare dignemini, Domne; * verius, pater.

* m. s. custodias posita.
* rogabites.
* m. s. venus.

XXI. *Domno semper præferendo, & cum omni veneratione nominando beatissimo Patri Desiderio Papæ Felix peccator.*

PRavorum adulantium concione percepta, ante hoc ferme biennium, reor misisse* Epistulam, quæ serenissimam mentem vestram ac siquidem turbo pertransiens, nube obtexit, & licet non eo sensu fuerit edita, quo Domnus censuit interpretandum, me tamen poenitet incautè, & minus inculto sensu vel impolito sermone stilum exarasse, unde * offensam sanctæ animæ vestræ potueram incurrere; nisi vestra bonitas causam admodiasset. poenitet, inquam, me, & ter quaterque poenitens, his excessibus veniam posco. Postulo autem indulgentiam, quam tuis beneficiis, non meis meritis adipisci confido. Quam mihi gratiam ita nunc præstare dignabitis, ut nunquam me deinceps à sinu gratiæ vestræ, vel à clementissimo pietatis amplexu excludere, vel rejicere dignetis. Inter hæc debita salutationis obsequia persolvens, illud peculiarius à sanctitate vestra peroro, ut omnibus maculis explosis in sacrosanctis precibus vestris nostri memoriam admiscere dignemini, Domne, * verius & semper suscipiende Papa. Expliciunt.

* m. s. offensa.
* m. s. venus l. venuste.

(a) Eam Epistolam edidit Usserius Sylloge Epistolarum Hybernicarum p. 23. Fuit Gallus ille præsul Claromontanus, apud Arvernos tunc celeberrimus, postea in album Sanctorum relatus. BASN.



VITA

VITA
S. MAGNI,
AUCTORE
THEODORO,
S. MAGNI DISCIPULO,
MONACHO AD S. GALLUM,
CAMPEDONENSI
ABBATE PRIMO.

A Canisio primùm edita ex membranis MS. Monasterii S. Magni, in pede pontis Ratisponensis.

CANISIUS

Ad Lectorem.


Agnus, inquit Trithem. lib. 3. de viris illustr. ordinis S. Benedicti, cap. 107. *Monachus, & discipulus S. Galli, Abbas, ut fertur, in Faucibus, vir sanctus & Deo dilectus, multis in vita miraculis claruit, sicuti in gestis ejus, quæ diligenter scripta sunt, legitur. Magnam prædicandi gratiam à Deo consecutus, multorum corda populorum ad divinum amorem convertit. Claruit anno Domini 660. Mortuus est autem anno ætatis suæ 70. octavo Idus Septemb.* Hæc Trithemius. Quis Theodorus fuerit, scire licet ex ipsa hac vita S. Magni, cujus discipulus fuit Theodorus, & oculatus testis eorum, quæ conscripsit. Metzlerus de Theodoro hæc: *Campidoni excitato Monasterio hæsit, usque dum S. Magnus vita fungeretur. Sed cum postea duorum Regum imperium affectantium prælia etiam ad illas partes pertingerent, ad S. Gallum Monasterium suum rediit, atque à sancto Othmaro, qui tunc Monasterio præerat, retentus, & pro se quinque aliis fratribus (quorum princeps fuit Perechtgozus, ut ipse Theodorus hic testatur) eò destinatis, ibidem reliquum quod erat vitæ in magna sanctitate sub eodem S. Othmaro transegit, atque ad Deum opinione omnium sanctus migravit, sepultusque est in Monasterio. Nondum tamen quod sciam, inter Divos relatus.* Hæc Metzlerus.

THEO-

JACOBI BASNAGII

OBSERVATIONES

AD

THEODORUM ET MAGNUM.

SÆC. VII. ANNO. 660.

I. *An Theodorus est author vitæ S. Magni.*

I. QUamvis hîc describatur vita *S. Magnoaldi* vel *Magni*, eo tamen notior nobis non est. Cornicem refert Magnus, hic enim furtivis decoratus est pennis, ita ut si quisque sua repetat, remaneat nudatissimus; quippe itinera Magni non describit Theodorus, sed quæcunque in aliis Sanctorum vitis compilare potuit, hîc conjicit simul. *Ego Theodorus monachus ex monasterio S. Galli, jussu Tozzonis Episcopi, sicut a Theodegisilo de tanti viri conversationibus simul cum B. Columbano comperui, & oculis meis ipse vidi, & auribus audivi, &c: in epitaphio meo scribere curavi & ad caput ejus reconditum cum sepulchro posui.* Mirare pectus ahæneum & æs triplex hujus scriptoris! Theodorus se testem oculatum auricularemque dicit: ea quæ *vidit & audivit* scribere profitetur: scripta in sepulchro Magni reposuisse asserit, ne depravari possint: Attamen omninò commentitia est illa Magni Vita. Jamjam de ea re subdubitaverat *Usserius* in eruditissimo tractatulo quem de Irorum Religione Anglico idiomate scripsit; sed asserit Magnum antea Magnoaldum, sed mutato nomine, ob præclaras res gestas, Magnum fuisse dictum. At Abbas *ad Fauces* dicitur semper Magnus, nunquam Magnoaldus. Illud nomen finxit forsan Theodorus, ut quæ Cagnoaldo in vita Columbani conveniebant, facilius Magno suo aptaret: Magnum Mabillonius plagiis in eo deprehensis invitus omisit in sæculo Benedictino Secundo, in quo describi debuerat, secundum methodum sibi propositam.

Theodorus de S. Magno c. 29.

Primo Theodorus ille Magni sodalis ejusque vitæ scriptor, vix noverat Magnum cæterosque illius itinerum comites: Ex Hybernia ortum dicit qui fuit Germanus. Econtrario Gallum, Columbani *nepotem*; natum circa *Lacum Turricinum* affirmat, qui Parentes habuit in Hybernià, indeque apud Austrasios cum Columbano transmigraverat. Secundo ea quæ à scriptoribus in vita Columbani vel Galli de aliis referuntur, hic Theodorus Magnoaldo suo confidenter tribuit. Quæ leguntur de Authurno, qui petendæ Hiberniæ desiderio flagrabat, eaque de re Columbanum consuluit, totidem pene verbis apud Theodorum describuntur. *Cagnoaldi*, qui fuit Columbani Minister, antequam *Lugduno Elovato* Episcopus fieret, res gestas Magnoaldo suo adscribit Theodorus nullo fere discrimine, & non modo miracula, sed etiam Propheticum Cagnoaldi spiritum Magno suo vindicat. Tertio denique, coævus esse non potuit ille scriptor, qui de *Pipino* rege, *Carolo Magno* & devictà Germanià loquitur; cum nisi post sæculum Rex fuerit Pipinus; nec nisi diu sepulto Magno de Germania triumphos egerit Carolus. Plures nævos indicabimus in notis. Hæc sufficienter probant Theodorum Sodalem Magni non esse scriptorem vitæ quæ illius nomen præfert: aut saltem mendacem fabulosumque esse scriptorem.

Jonas vita Columbani c. 18. 30.

SÆC. VII. ANNO. 660.

II. *An Ermenricus sit author vitæ S. Magni.*

II. Autumat Mabillonus illud opus tribui posse *Ermenrico* Elwangensi Monacho qui anno 845. vixit: saltem Acta B. Magni ab eo expolita fuisse, deinde ab alio quopiam temere aucta. Sed Imo. Quicunque vitam illam descripsit, recentior est *Walafrido Strabone*, a quo plurima mutuatus est. Obiit autem Walafridus an. 849. An Ermenricus authorem coævum, ipso forsan juniorem, ita libere descripsisset? II. Ermenricus debuit nosse Pipinum, qui eo tempore ad Gallorum imperium provehebatur: non igitur stolide Regem illum Magno coævum fecisse sit verisimile. III. Tota mendis scatet illa vita: Pars prior, ut quidem distinguitur apud Goldastum, ex Jona & Walafridro Strabone, mutatis tantummodo nominibus, expilata est. In posteriori vero ita frequentes occurrunt nævi, ut nihil supersit quod Ermenrico possit vindicari. Tota igitur interpolatori tribuenda est. IV. Autor illius vitæ se Theodorum Magni sodalem appellat, jussuque Tozzonis Episcopi, alterius Magni discipuli, scripsisse, Scriptumque in sepulchro se posuisse affirmat. Male de Ermenrico merentur qui credunt illum sub alieno nomine latitare voluisse, ut Lectoribus tutius imponeret majoremque fidem operi suo conciliaret. V. Denique repertum est illud Opusculum in sepulchro Magni & Ermenrico *viro prudenti & industrio* commissum. Si vera narratio, Ermenricus operis longe ipso anterioris author censeri non debet, quinimo contrarium ex eo satis aperte patet: Si falsa, evidenter arguitur imposturæ scriptor, nec ulla fides ei debet adhiberi. Nec igitur Theodori, nec Ermenrici illud est opusculum sed cujusdam impostoris.

III. *Vita Magni.*

III. Fuit *Magnoaldus* sive *Magnus* è Germania oriundus. Clericus sub Willimanno Presbytero, qui prope Brigantium commorabatur. Italiam petente Columbano, Gallus ad Willimannum accessit, & Magnoaldo recuperandæ Ecclesiæ cujusdam curam commisit. Inde Magnoaldus sub disciplina S. Galli unacum Theodoro, cujus nomen usurpavit Impostor de quo mox actum est, vixit, & ab eo *Diaconatus officio sublimatus est.* Deinde vero in Italiam missus ut de Morte Columbani inquireret: inde reversus est cum Epistola Columbani ad Gallum: post obitum Galli ad locum Campidonam dictum profectus est ibique construxit oratorium, ut quidam ajunt. Deinde venit ad *fauces* sive ad fontes Alpium Juliarum in diœcesi Augustensi, ibique erecto Monasterio diem supremum clausit: quo tempore incertum, ut pleraque alia. Viginti quinque annis Gallo superstitem fuisse, ait scriptor quem edimus. Si Gallus obierit an. 645. secundum Mabillonii conjecturam, Magnoaldus debuit attingere an. 670. illius fit mentio in versibus à Canisio editis. Primum a Ratperto laudatur.

Nomen hîc Magni reserando Plebi,
Viribus magnis colitur celebris.

Deinde vero de Brachio Magni ad Monasterium Sangallense translato fit mentio in alio quodam carmine, quod Hartmanno tribuitur.

Et proprios lares Magne subire rogat.

His contentus, quæ tum ex Walafrido Strabone, tum ex Carminibus Ratperti & Hartmanni sunt excerpta, hoc adhuc moneo opusculum Theodori omisisse Mabillonum. Nos vero in nova editione *Lectionum Antiquarum Canisii*, ne vitio nobis verteretur, noluimus deesse.

THEO-

THEODORUS, MONACHUS, ET ABBAS PRIMUS CAMPEDONENSIS, DE VITA S. MAGNI.*

SÆC. VII. ANNO 660.

CAPUT I.

De eo quod S. Gallus fratrem Magnoaldum B. Columbano repræsentavit.



Taque in tempore illo cum beatissimus *Columbanus* simul cum beato *Gallo* (*a*) nepote suo diversa loca perlustraret, ad diffamandum verba DEI, & peregrinandi caussa, *Hiberniam* perveniret, quidam frater, nomine *Magnoaldus*, ex præfata patria *Hiberniæ* (*b*) procreatus, pulsare cœpit aures *B. Galli*, discipuli sanctissimi *Columbani*, ita alloquens: B. Magister & Domine, video vos in servitio DEI tantum sollicitos esse, ut eremum concupiscentes, quantisper ibi morantes, bestiarum scilicet, ursorum, * bubulorum, luporum multitudo frequentet, & ad vestrum imperium recedat. Unde vestris vestigiis provolutus deposco, ut spreta faleramenta seculi, & præsentium pompam facultatum temnens, æterna præmia capere merear. Quod beatus Gallus cernens, eum ad pœnitentiæ medicamenta concurrere, uniuscujusque cœnobii septa, ubicunque Dominus juberet per ejus orationem concupisci, beato *Columbano* hoc indicans obtulit eum suis obtutibus; sciscitans ab eo consilium & voluntatem. Cui beatus *Columbanus* respondit: Pergentes ergo filii in eremum voluntatem Domini probemus, utrum desideratum arripias iter, an non.

* m. s. *bubalorum.*

CAPUT II.

De eo, quod S. Columbanus fratrem Magnoaldum in piscatione probavit.

PErgentes (*c*) ergo simul tertium adolescentem, nomine *Sonarium*, in comitatum sumunt, & ad destinatum in eremo locum venerunt, unius panis tantum cibo contenti. Cumque jam tertius transisset dies, nec quicquam panis fragmentum remansisset, horaque refectionis appropinquaret, imperantur à patre, ut prærupta ruris eant, atque ad ima vallis perveniant, & quicquid ad cibum opportune reperiant, deferant. Ovantes illi, per concava vallis invenerunt capturam pisciam, olim à pastoribus consertam in amne, qui vocatur *Lignona*, (*d*) undisque oppositam. Quod inspicientes, & DEO gratias agentes, sumentesque tres, quos repererunt pisces, venera-

* Apud Goldastum sic legitur titulus: Theodori de vitâ S. Magni Conf. sodalis sui Liber 1. ab Ermenrico Elevangensi Monacho emendatus & distinctus, isque liber primus novem constat capitibus. BASN.

(*a*) Gallum Columbani nepotem nemo dixit præter illum Theodorum, & revera non fuit: nobiles Galli Parentes natum Columbano tantummodo obtulerant ut sub tanto præceptore vitæ Regularis studiis incumberet, ut observavit Walafridus Strabo vita S. Galli c. 1. BASN.

(*b*) Non Hybernus sed Alemannus fuit Magnus. BASN.

(*c*) Hæc desumpta sunt ex vita Columbani a Jona scripta ut superius notatum. BASN.

(*d*) Fluvius Sequanorum quem author in Hybernia locat. BASN.

SÆC. VII. ANNO 660. nerabili patri præsentaverunt. At ille Spiritu Sancto noverat, sibi passim à Domino dapes paratas, & cum gratiarum actionibus sumpserunt cibum. Et post cibum iterum gratias conditori egerunt. Quod inspiciens *Magnoaldus*, sequens beatum *Gallum*, læto animo promittit, se eorum imperiis pariturum, & CHRISTO Domino jugiter serviturum.

CAPUT III.

De eo, quod S. Columbanus Magnoaldo habitum Monachicum tradidit, & propter miraculum factum nomen syncopando Magnum *vocavit.*

QUem vir sanctus *Columbanus* suis beatis receptum manibus in obedientiam posuit, donatumque juxta magnificentiam suam nomen imposuit dicens: Magnum te faciet Dominus in sapientia & astutia, à cujus magno nomine *Magnoaldus* vocaris. Addidit iterum: Cognita sunt tibi omnia ministeria monastica, à quibus cognomen habebis *Magnoaldus*. Factoque Monacho, tradidit ei clavem cellarii. Statimque aperuit DEUS voluntatem suam adversus beatum *Magnoaldum* in isto miraculo patrato. Cum jam hora refectionis appropinquaret, & minister refectorii Soniarius cervisam administrare conaretur, vas quod *Typum* (e) nuncupant, ad cellarium deportavit, & ante vas, quo cervisa condita erat, apponit, tractoque serraculo meatim in typum currere sinit. Quem (*sc. Sonarium) subito patris imperio *Magnoaldus* celeriter vocavit. At ille ardens obedientiæ igne obserare meatum oblitus, pernici cursu ad B. pergit virum, & serraculum manu tenens, ante conspectum *B. Magnoaldi* astitit, videntibus & sentientibus hoc *Columbano* & *Gallo*. Postquam autem sibi vir DEI *Magnoaldus* quæ voluerat imperare deprompsit, interrogavit eum: Quid est Sonarie quod habes in manu tua? At ille viso serraculo, recordatur negligentiæ, & cito ad cellarium rediit, existimans nihil in vase, quo cervisia, remansisse. Intuitus ergo vidit supra typrum cervisam crevisse, quatenus, qualis, & quanta rotunditas infra typri erat coronam, tantum in altum crevisse urna videretur; & ne minimam stillam foris cecidisse. Quod tale miraculum inspiciens, ad pedes beati *Magnoaldi* accessit, narrans ei omnia, quæ acciderant, & quæ viderat. Ille pavore perculsus, quid agere deberet ignorans, concitusque perrexit ad *Uvinniacum* Presbyterum; quem assumens secum ad cellarium duxit, & omnia secundum narrationem pueri Sonarii invenit. Corruens ergò ad pedes ejus, ita locutus est. Domine *Uvinniace*, quid dicturi sumus Domino Patri *Columbano*, si hæc audierit? At ille respondit: Absit frater, ut misericordia CHRISTI tanto viro, patrique nostro celetur. Et concito gradu perrexerunt ambo, veneruntque ad pedes *Columbani*, & narraverunt ei omnia, quæ acciderant. Quibus *Columbanus* ait: Fratres mei, hoc non meis meritis actum est, sed intercessione viri DEI *Magnoaldi*. Ille hoc audiens, prostravit se ad pedes Magistri, & dixit: Domine Pater; Noli hoc dicere, quia scio pro vestris meritis hoc factum esse, non meis. Respondit beatus *Columbanus*: Tace frater. Scio utique, quia vidi *Angelum* DEI præcedentem te, quando Sonarium vocabas, qui dum *Signum Crucis* super typrum fecit, sicera in modum coronæ, sicut vidisti, stetit. O magnum divinæ potentiæ donum, quæ adhuc neophyto suo servo tantam gratiam conferre dignata est, ut jam *Magnus* inter fratres voceris. Ad hæc conticuit *Magnoaldus* grates agens DEO in corde suo de magna misericordia ejus.

* m. s. depsis.

CAPUT IV.

De eo, quod Ursus ad præceptum sancti Magni poma custodivit.

EO itaque tempore, cum sub quodam scopulo, inter vasta eremi corpus afficerent jejunio, beatus *Columbanus* & *Gallus*, nihilque aliud, præter ruris poma in cibis capere valerent, venit quadam die ursus, cœpitque necessarios cibos carpere, ac passim poma ore detrahere, cumque jam hora refectionis advenisset, dixerunt ad beatum *Magnoaldum*: Frater, tibi cognita sunt poma meliora, vade & defer nobis consuetam mensuram pomorum. Qui cum abiisset inter densas frutices, (f) ursum prospexit, & jussa patris implere volens, timuit valdè. Tandem confortatus in Domino, ait ad feram: In nomine Domini nostri JESU CHRISTI sta paulisper, donec legam

(e) Legendum Typrus, vasculi species erat. Hæc omnia desumpta sunt è vita Columbani. BASN.

(f) Hæc habet Jonas in vitâ Columbani c. 30. de Cagnoaldo, quæ Theodorus tribuit Magno. BASN.

legam poma, quæ patribus nostris ferenda sunt, & tibidem ex aliis partem comedere. Mira in fera obedientia, severitatis suæ oblita, stetit, caput inclinatum tenens. Tunc ille divisit virga frutices, rubosque, quæ poma ferebant, elegit partem ex his, quæ juxta viri imperium meliora erant, ad opus suum ferenda, aliamque partem feræ dedit ad comedendum, dicens: Comede tu ista, cætera alia in usus beati *Columbani* reserva. Fera ergo tantæ obedientiæ extitit, ut nequaquam ex prohibita sibi parte ausa esset comedere, sed in segregata permissaque sibi fruticum parte, tantummodo cibos caperet. Alia verò die beatus *Magnoaldus* iterum poma requirens, invenit salva & benè reservata; gratias agens Deo, ait ad feram: In nomine Domini ita age quotidie. Obediens autem fera procul dubio poma salva reservavit, quoadusque vir Dei in loco illo commoravit.

SÆC. VII. ANNO 660.

CAPUT V.

De eo, quod aves jussu S. Magni ad capiendum substiterunt.

QUarta verò die iterum Dominus suis discipulis cibum præbens tantam copiam alitum illis advenire fecit, ut omnem plagam loci illius suppleret. Beatus verò *Magnoaldus* hoc videns, intellexit ob necessitatem patris suorumque à Deo has aves terræ diffundi, & ait ad beatum *Gallum:* Jubeat Pater hæc altilia capere ad opus fratrum, si placet; quoniam à Deo dapes sunt datæ. Hæc dicente *Gallo*, ait beatus *Columbanus:* Tu *Magnoalde*, qui in nomine Domini urso jussisti reservare poma, ad opus nostrum, fac iterum juxta nomen tuum magnum opus, & impetra à Deo, ut volatilia maneant, donec capiantur à fratribus ad usus necessarios. Ille mirans, quomodo palam factum fuisset beato viro de fera, tamen non audebat eum interrogare, sed jussu ejus prosternens se in orationem, pariter cum beato *Columbano* & *Gallo* orabat. Erigens autem se Abbas dixit *Magnoaldo:* Surge, præcipe capere aves. Surrexit *Magnoaldus*, gratias agens conditori, cœpit aves capere cum reliquis fratribus. Miraculum valdè mirum & stupendum! capiebantur aves, prout patris imperium erat, nec abscedere pennigera fuga nitebantur, donec beatus *Magnoaldus* ait: Si patri nostro placet, habemus per triduum aves sufficienter, & ideò bonum est, ut recedant. Sicque alitum falangas abire jubet, & sumpto volatu, qui remanserant recesserunt. Sicque divina misericordia ex vicinis urbibus frumenti copiam per bonos viros in gyro manentes per manus *Felicis Galli* & *Magnoaldi* direxit ad beatum *Columbanum*.

CAPUT VI.

De peregrinatione sanctorum Columbani, Galli, & Magni, & quod ad locum Turicinum pervenerunt.

INterea ruit cogitatio in mentem, quatenus *Sclavorum* terminos adiret, eorumque cæcas mentes Evangelica luce illustraret, ac ab origine errantibus viam veritatis panderet. Cumque hæc beatis *Gallo* & *Magnoaldo* narrasset, & ita patrari se velle profiteretur, *B. Gallus* dixit *Magnoaldo*: Frater, quid tibi videtur de hoc itinere nostri Abbatis? Respondit, Domine Magister, inprimis perquirite Domini voluntatem, & postea si dignum duxeritis ad proficiscendum, proficiscimini. Hoc audiens *B. Columbanus* jussit triduanum jejunium fieri, & incessanter misericordiam Domini implorari, ut eis suam indicaret voluntatem. Tertia verò nocte Angelus Domini per visum illis tribus apparuit, & ambitu parvo, quasi paginalis orbis stilo describi circulum mundi compage monstravit. Cernitis, inquit, quod totus orbis maneat desertus? dicite *Columbano*: Perge dextra lævaque, ubicunque eligas, ut comedas laboris tui fructum, non est tibi opus illuc properandi. Hæc audiens beatus *Columbanus*, intellexit similiter per visionem sibi monstratam non esse gentis illius in promptu fidei profectum, & ideo quievit in loco solummodo, contentus unius Magistri *Magnoaldi*, qui & Magni famulatu, donec aditus ad Italiam via panderet.

Interea orta est lis inæstimabilis inter *Theodoricum Regem*, & *Theodopertum*, utrisque namque gentium robore invicem superbientibus. Inter quæ vir Dei ad Theodopertum venit, eumque suis sedibus, atque intra suis finibus libentissimè recepit, deditque optionem quemcunque in parte voluisset experimento quærere locum, qui sibi & suis placeret ad habitandum. Inquisitumque locum audivit à beatis viris *Gallo* & *Magnoaldo*, qui jam perlustrata habebant spacia locorum, locum laudabilem fore infra

SÆC. VII. ANNO 660. *Prigantium.*

Germaniæ terminos situm in *Alamannia* circa *Rhenum* fluvium, oppidumque olim dirutum, quem *Brigantium* nuncupant. Quem procul dubio ratum ducebant fore, ut impetraretur à Rege, & partem saltus ipsius juxta ipsum oppidum stantem, ubi apta loca invenire quiverant ad manendum. Dedit ergo eis Rex juxta petitionem Sanctorum *Columbani* & *Galli*, ac *Magnoaldi* præfatum oppidum, locaque vasta intus in saltu consistentia, sed non plurima, nisi pauca ibi invenire potuerant apta ad cellulam construendam. Sicque per alveum *Rheni* navigantes pervenerunt *Mogontiam*, ibique ab Episcopo loci ipsius sumptis necessariis sustulti sunt, sicut in beati *Columbani* (g) vita habetur. Pervenerunt autem ad præfatum oppidum, ibique morantes expectabant eventum rei inter *Theodoricum* & *Theodopertum*. Beatus verò *Gallus* cum *B. Magnoaldo* fratribus, qui jam ex *Luxovio* venerant, simul cum Abbate relictis, quasi ab hostium præda ingressi sunt saltum, & in eo huc & illuc pergentes, diversa loca circumeuntes, reppererunt infra ipsius salti terminos loca venusta, & famulis DEI ad omnem opportunitatem congrua, proximasque nationes undique haberi ad prædicandum. Reversi sunt iterum ad virum DEI, laudantes loca, quæ invenerant. Quibus vir DEI ait: Ovantes illic moremur aliquod tempus, & construamus cellam, usque dum Dominus dederit nobis aditum proficiscendi in *Italiam*. Perrexerunt ergo ad locum, unde ortus erat beatus *Gallus*, (h) id est, circa lacum *Turicinum*, indeque perovantes ad locum antiquum destructum, qui vocatur *Narbona* demorati sunt inibi cellam construentes, & eventum inter *Theodoricum* & *Theodopertum* expectantes. Cùm hæc agerentur ab illis, lis facta est inter *Theodoricum* & *Theodopertum*, juxta *Tulbiacense* castrum; ibique prælio inito, innumera hominum multitudo ex utroque exercitu periit; victus tamen *Theodopertus*, fugit. Ea verò hora, qua apud *Tulbiacum* bellum illud commissum est, vir DEI *Columbanus*, operantibus discipulis *Gallo* & *Magnoaldo* cum cæteris fratribus, qui ex *Luxovio* venerant, sedens supra truncum querci putrefacti librum legebat: Quem sopor subitò oppressit, dormiensque quid inter duos reges ageretur, vidit. Expergefactus ministrum (i) *Magnoaldum* vocat, cruentamque ei regum pugnam indicat, & humanum sanguinem multum fundi suspirat. Respondit *Magnoaldus* ad pedes magistri prostatus: Et ego, Domine Pater, sopore oppressus jacebam subtus arborem abietem, & visum est mihi simul eos conflictum inter se habere, arreptoque baculo volebam *Theodoricum* percutere, & *Theodopertum* defendere, sed prohibuit me quædam species, dicens: Non est tibi necesse eum ictuari, quoniam Dominus citò vindicabit magistrum tuum de eo in interitu ignis. Ilicò evigilans festinabam huc ad vos venire, & hanc visionem narrare, interim te vocante me. Dum ergò mirarentur ambo de his visionibus, alius minister astans *Eunochus* nomine, temerario conatu ait: Pater mi tuis precibus præbere deberes suffragium *Theodoperto*, ut hostem communem *Theodoricum* debellaret & expellat. Cui beatus *Columbanus* ait: Stultum ac religioni alienum administras consilium. non enim Dominus ita vult, qui nos pro inimicis nostris orare præcepit. Et *Magnoaldus* inquit: Verè Domine, vestra sanctitas benè de hoc sentit, quoniam in arbitrio judicis esse debet quid de his fiat. *Theodoricus* verò persecutum *Theodopertum* apprehendit, & ad aviam suam *Brunnihildam* direxit: Ipsa autem eum clericum factum, nimis impiè perimi jussit. *Theodoricus* morans penes *Metensem* civitatem divinitus percussus inter flagrantis (k) ignis incendia mortuus est, & beatus *Columbanus* cœlitus vindicatus. Porrò *Lotharius* collecto exercitu fines regni quæ suæ ditioni tenebantur, recepit, & *Sigebertum*, qui ei resistere volebat, cum quinque filiis *Theodorici* peremit, *Brunnihildam* verò captam, & indomitorum equorum caudis ligatam, miserabiliter vita privavit, ipse scilicet solus trium regnorum potitur Monarchia; cognoscens quippe in hoc facto Prophetiam viri DEI impletam fuisse. Unde & beatum *Columbanum* voluit magnis honoribus ditari, sed ille respuens terrenos honores, relicta *Gallia* atque *Germania*, (l) *Italiam* ingressus est, ubi ab *Egilolfo Longobardorum Rege* susceptus est, largita ei optione infra *Italiam* quocunque in loco voluisset, habitaret. Qualiter autem beatum *Gallum* & *Magnoaldum* discipulos suos in *Alamannia* reliquit, non est silendum, quomodo hoc Dei consultu factu est.

C A-

(g) Legerat Theodorus vitam Columbani; ergo non inscitiâ, sed arte peccavit, ea omnia quæ discipulis Columbani conveniebant Magnoaldo suo tribuens. BASN.

(h) Ortus non erat Gallus circa locum Turicinum, sed in Hybernia. BASN.

(i) Hæc de Cagnoaldo, non de Magnoaldo narrat Jonas. BASN.

(k) Fredegarius asserit Theodoricum interiisse profluvio ventris. BASN.

(l) Alia ratione Germaniam relinquens fugit apud Italos Columbanus, sive à Theodorico sibi metuerit, qui tunc temporis Austrasiorum regnum tenebat & qui an. 613. obiit, post discessum Columbani, sive à duce Guzzone expulsus. BASN.

CAPUT VII.

De profectione sancti COLUMBANI *in* ITALIAM, *& quod Magnoaldus relictus est in Alemannia in solatium sancti Galli, & à populo terræ Magnus vocatus est.*

PEragratis igitur locis circa locum *Turicinum*, & pervenientes ad caput loci ipsius, qui dicitur *Tuconia*, inde venerunt ad locum *Brigantium*, qui tunc *Constantiacensis* dicebatur, ad præfatam cellulam, quam antè construxerant; prædicantes populo CHRISTUM colere, & simulacra vana & surda in frusta comminuere. Ob quam causam zelo diabolico populus inflammatus propter simulacra diruta, & in frusta comminuta, cœperunt cum *Sigiberto* Principe tractare, ut eos à finibus suis ejicerent. Egit autem hoc arte sua diabolus, ut populum, quem in præsentia lucis per prædicationem beatorum virorum admittere cœpit, discedentes à sanctitatis fulgore, tenebris antiquis occuparet. Igitur sancti viri molestè ferentes quod sede pellerentur amabili, consilio communi inito *Italiam* petere decreverunt, relinquentes beatum *Gallum* & *Magnoaldum* cum nonnullis aliis Clericis, ita dicentes: Deus enim, cui servivimus, Angelum suum mittet nobiscum, qui nos perducat ad *Egiloleum Longobardorum Regem*, ubi ejus clementia præparante humanos affectus & pace plenum habitationis locum inveniemus: vos autem æquo animo estote fratres. Igitur cùm jam tempus proficiscendi instaret, beatum *Gallum* repentina febris invasit, pro qua re advolutus Abbatis sui pedibus, indicans se infirmitate vehementi laborare, ideoque propositum iter non perficere. Ille verò existimans eum pro laboribus ibidem consummatis, amore loci detentum viæ longioris detrectare laborem, dixit ei: Scio frater (*m*) jam tibi onerosum esse tantis pro me laboribus fatigari, tamen hoc discessurus denuncio, ne me vivente in corpore missam celebrare præsumas. Et cum ei licentiam per se conversandi dedisset, viam ingressus est abeundi. Audiens hæc *Magnoaldus*, procidit ad pedes ejus, dicens: Domine Pater, quid me vis agere? Si eum reliquero, absque adminiculo erit, & deficiet; tamen sequor te, si volueris, ipso relicto, sicut Petrus secutus est Dominum, relictis retibus suis. Respondit ei beatus *Columbanus*: Scio te *Magnoalde* magnum futurum esse, & lucrare DEO ex populis Orientalibus plurimum, ideoque te nolo mecum proficisci, sed relinquo te & *Theodorum* felicissimum nostrum *Galli* obsequiis parituros, ut cum omni diligentia ejus recuperationi serviatis. Dico tamen tibi *Magnoalde*, quid te volo esse acturum, & quomodo cum eo morari debeas; futurum est enim, ut peractis aliquot diebus, Diaconatus officium ab Episcopo *Constantiense* accipias: sic volo ut moreris cum *Gallo* usque dum tempus veniat me ab hac luce discessurum esse. Itaque si fieri potest, ut me ægrotante, tibique Spiritu sancto revelante, ad me venire possis, gratum est mihi: aliàs mihi defuncto quoquo modo sit, Domino annuente revelatum fuerit, sic acceleratè ad sepulchrum meum festina, & inde accipies Epistolam & cambuttam meam quam affer *Gallo*, ut eum absolvas judicio meo. Nuntio autem tibi quod defuncto *Gallo* post triennium vastatum fuerit sepulchrum ejus à raptoribus, te & *Theodoro* inspiciente. Et ut hoc factum fuerit, restaurato sepulchro ejus properè festina ad locum ubi auditum habemus, quod sanctus * *Narcissus* Episcopus diabolo præcepit draconem interficere. Ibi Domino opitulante plurimos ad fidem Christi convertens, animas eorum lucratus eris Domino, atque habebis ibi nomen tibi à Domino impositum, & vocaberis à populo terræ illius *Magnus*, propter fidem quam prædicaturus eris; Ibi enim occurrent tibi dæmones multa mala ingerentes, sed tu confortatus eris à Domino: & his dictis profectus est.

CAPUT VIII.

De eo, quod sanctus Gallus cooperante beato Magno in Eremo cellam construxit.

POST ejus quoque discessum *Gallus* retia sua & sagenam navi imponens, cum duobus clericis suis *Magnoaldo* & *Theodoro* ad *Oillimakum* presbyterum venit. Qui susceptus ab eo, & cum omni diligentia suis adminiculis præparatis, à *Magnoaldo* & *Theodoro* procuratus est. Transactis aliquot diebus Domino medelam impertiente, qui verus est medicus, cœpit sumere cibos; sicque per incrementa recuperationis temporum confortatus pristinæ sanitati restitutus est. *Beatus* verò & *Felix* à tanto lan-

(*m*) Lege vitam S. Galli, ex qua hæc omni sunt desumpta, sed in gloriam Magnoaldi paululum immutata. BASN.

* *Vide commentarium M. Velseri in vitam S. Afræ num.* 8. Can.

SÆC. VII. ANNO 660.

languore liberatus, cœpit laborare in populo, ut eis viam veritatis ostenderet, & animarum morbos sua sacra prædicatione depelleret. Investigato autem à quodam Diacono nomine *Hiltiboldo*, qui omnes semitas Eremi ipsius notas haberet, invenit locum spatiosum & planicie formosum, atque benè aptum ad manendum, circumquaque per gyrum montes excelsos, torrentemque optimè fluentem, sed & feris, & bestiis atque serpentibus, nec non & diabolicis habitationibus plenum. Sumens ergò secum duos discipulos suos beatum *Magnoaldum* & *Theodorum*, ad ipsum locum pervenit, cooperante autem gratia suis sanctis intercessionibus *Magnique* sui pedissequi, locus ille à feris & vermibus, seu diabolicis inhabitationibus mundatus est, & cella facta cœperunt ibi habitare, & DEO servire. Porrò beatus *Magnoaldus* expulsis à sancto *Gallo* ab illo dæmonibus, perrexit sursum in montem, qui vocatur *Himilinberg*, ibique inveniens ursum, præcepit ei, ut discederet in nomine Domini. Et continuò audita voce ejus abscessit. Nuntians itaque hæc latenter beato *Gallo*, retulerunt pariter gratias Domino, qui salvat sperantes in se.

CAPUT IX.

De eo, quod sanctus Gallus filiam Ducis Gunzonis à Dæmonio liberavit, & beatus Magnus aurum & argentum oblatum pauperibus erogavit.

INterea nunciatum est illis *Gaudentium Constantiensem* Episcopum de hac vita emigrasse. Et hoc audito, unanimes precibus & lacrymis institerant pro requie defuncti pastoris. Denique non post multos dies Epistola cujusdam Ducis, nomine *Gunzonis* allata est ad beatum *Gallum*, postulans, ut quantocius posset, properaret ad eum: veniensque filiam ejus unicam à maligno spiritu invasam liberaret. Ille verò omninò interdixit tale quid acturum se esse dignum, & ideo non veniret. Iterum atque iterum præfatus Dux deprecans eum per legatos, ut (*n*) acceleraret iter, indicavit jam continuò puellam vexari, & usque tunc tres dies sine alimonia perdurasse, & nisi celeriter advenisset, ipsa procul dubio Spiritum cum diabolo exhalaret. Hæc itaque audiens beatus *Gallus*, prostratus in oratione diutissimè oravit, & confisus de Dei misericordia & pietate, sumens secum duos discipulos *Magnoaldum* & *Theodorum* profectus est, & venit ad Ducem. Domino igitur gratias agens, videns puellam à maligno Spiritu valdè conturbatam, orante beato *Magnoaldo*, imperavit beatus *Gallus* dæmonio in nomine Domini ut exiret. Et recessit in similitudine avis nigerrimæ cum fœtore nimio, atque eadem hora apprehendens manum puellæ elevavit eam. Et surrexit sana, & reddidit eam matri cum gaudio. Manifestavit autem Dominus in hoc signo, cujus meriti essent beatus *Gallus* & *Magnoaldus* typum sequentes beatorum *Apostolorum Petri* & *Pauli*, ut sicut orante beato Paulo Apostolo Petrus dæmonibus, qui ferebant *Simonem Magnum* in aëra, imperavit, ut eum relinquerent, & relictus cecidit, sicque diffusa sunt omnia viscera ejus, mortuusque simul cum dæmonibus ad inferna deductus jacet; ita & isti orante beato *Magnoaldo*, & imperante sancto *Gallo*, dæmon à puella abscessit. His ita Domino annuente patratis, Dux jussit ei dona magna offerri, insuper ut apicem gradus pontificalis dignaretur assumere postulavit. Cui vir beatus respondit: Ecce testis meus, mihique valdè amabilis *Magnoaldus* scit, qui hoc vidit, quod altaris officium interdixit mihi beatus *Columbanus* magister meus non usurpare, nisi ab eo permissus, vivente illo: qua de re pondus hujus regiminis, quod offers, suscipere non possum. Veruntamen si hoc indubitanter fieri cupis, sustine me interim, donec præsentem sodalem meum cum Epistola mea mittam ad Abbatem meum beatum *Columbanum*, & si ejus cognovero voluntatem & licentiam habuero, tunc demum oblatum onus curæ pastoralis à te suscipiam. Et Dux ad eum: Fiat, inquit, secundum verbum tuum. Sicque susceptis donis ei ablatis, dimisit eum in pace. Vir ergò Dei beatus *Magnoaldus*, sumens quæ donata fuerant, detulit ad navem. Venerabilis autem Pater impetravit à Duce, ut juberet *Arbonensi* præfecto, ut ei solatium præberet ad construendam cellulam suam. Et continuò Dux tàm manifesto compunctus judicio sanctitatis ejus, jussit omnia fieri quæ poscebat, & construere cellulam juxta suam dispositionem. Valedicens Pater Duci recessit, ascendensque navem, venit ad castrum *Arbonense*, & præcepit *Magnoaldo*, ut faceret convenire omnes pauperes & egenos quoscunque invenire posset, & dona quæ à Duce data detulerat, illis distribueret. Cui beatus *Magnoaldus* dixit: Pater, omnia quæ præcepisti, liben-

(*n*) Vide quæ observavimus ad vitam S. Galli. BASN.

libenti animo complebo. Sed habeo vas argenteum pretiosum, vis ut reservem illud, Sæc.
ut sacrum vas ministerii divini ex eo faciamus. Ille respondit: Fili, vas quod possides VII.
cum cæteris pecuniis pauperibus conferre curato, ne contrarius inveniaris, exemplo Anno
salubri ad memoriam retinens beati Petri sententiam, quam paralytico postulanti pe- 660.
cuniam protulit: argentum & aurum, inquiens, non est mihi. Hæc audiens beatus *Magnoaldus*, gratias agens Deo de tanti viri jussione, omnia pauperibus erogavit. Et his expletis reversi sunt ad dilectæ solitudinis locum, & cœperunt construere cellulam cum ingenti prudentia.

CAPUT X.

De eo, quod beatus Magnus à Joanne Episcopo Constantiense Diaconus est ordinatus.

NAm non multo post tempore, misit Epistolam beatus *Gallus* ad *Joannem* Diaconum, rogans eum, ut veniret ad se. Qui cùm venisset ad eum, erudivit eum divinis libris scientiæ, & cooperante gratia Dei, constituit eum coram *Duce* plenum scientiæ & virtute, atque divinarum scripturarum intelligentiæ; dicens: Hîc est indigena vicinorum locorum, cui meritò testimonium potest aptari quod viro decet, divino eum credens electum judicio vobis offero promovendum. Cumque hac attestatione vir sanctissimus *Joannem* laudaret, *Dux* eum cum electione populi, vellet, nollet, collecta congregatione cæterorum Episcoporum Pontificatum *Constantiacensis* civitatis ei tribuit, immò à vicinis Episcopis ductus ad altare solenni benedictionis officio ordinaverunt antistitem. Doctor itaque venerabilis his perpetratis, memor sancti viri Prophetiæ *Columbani* de Diaconatus officio beati *Magnoaldi* futurum à *Constantiacensi* Episcopo fore, inter multa salutiferæ consolationis verba hæc sæpius inculcavit, ut beatum *Magnoaldum*, qui erat jam cum eo omnium veneratione sublimis, congruo tempore adveniente, initium quadragesimalis jejunii, primo Sabbati jejunio perpetrato, divino eum commendaret judicio ad Diaconatus officium peragendum, cui *Joannes* Episcopus respondit: Magister, paterna solicitudine mecum his diebus eum relinquite, ut adveniente jejunio quadragesimale quatuor temporis futuri facias quod hortaris. Quo audito beatus *Gallus* paterno honore omni necessitatum subsidio relinquens eum justissimo *Magnoaldo*, ingenti venerabilis patris familiaritate confisus, cum multiplicato commendavit amore. Perveniente autem sancta sollemnitate venturi quadragesimali, beatus *Magnoaldus* accepta à *Joanne* antistiti sacra benedictione Diaconatus officii, reversus est cum gratiarum actionibus Deo relatis ad cellam beati *Galli* Abbatis.

CAPUT XI.

De constructione Monasterii per sanctos Gallum & Magnum, & de sancto Othmaro.

COeperunt autem tunc temporis ædificare Ecclesiam beatus *Gallus* & *Magnoaldus*, construere monasterium, mansiones per gyrum ad commanendum fratribus præparare, suffulti *Regis Sigiberti* & *Ducis Gonzonis* adjutorio. Construxerunt ergò monasterium miræ magnitudinis, & fratres inibi coadunatos doctrina & exemplo ad æternæ vitæ desideria concitaverunt. *Othmarum* (o) puerum ex *Alamannorum* genere curiosè nutrientes, atque doctrinam Grammaticæ artis seu divinorum librorum eum erudientes, magistrum scholæ constituebant.

CAPUT XII.

De transitu sancti Columbani, & baculo ejusdem, quem sanctus Magnus de Italia portavit, beato Gallo in signum absolutionis.

QUadam verò die, dum post matutinalis officii laborem quiescendi gratia lectos suos reviserent, primo diluculo vir Dei vocavit *Magnoaldum* Diaconem suum, & dixit illi: Instrue sacræ oblationis ministerium, ut possim divina sine dilatione celebrare mysteria. Et ille: Num tu, inquit, Pater *Missam* celebrabis? Qui dixit illi: Post hujus vigilias noctis, dominum & patrem meum *Columbanum* cognovi per visio-

(o) Falsum; nam Othmarus vixit adhuc an. 758. Sæculo integro post Magnum, & in exilio tunc temporis obiit, integra adhuc ætate. Basn.

Sæc. VII. Anno 660.

visionem ad cœlos de hujus vitæ angustiis migrasse, pro ejus ergò requie salutis hostiam debeo immolare. Et signo pulsato, oratorium ingressi, & in orationem prostrati, cœperunt *Missas* agere indesinenter postulantes pro commemoratione beati *Columbani*. Finito sacræ devotionis officio, venerabilis *Gallus* dixit ad *Magnoaldum* Diaconem: Fili, non tibi grave videatur petitionis meæ pondus; sed arripe viam & *Italiam* petito, pertransiensque usque ad monasterium, quod *Bobium* nominatur, diligenter perquirito, quid actum sit circa Abbatem meum. Nota ergò diem & horam, ut si eum compereris esse defunctum, possis agnoscere, utrum visio mea veritatis fulciatur effectu. Hæc ergò omnia sollicita investigatione perdiscens, regressus nunciabis mihi. Diaconus ad pedes magistri provolutus ignotum sibi iter conquestus est. Sed vir benedictus voce blanda eum ne timeret, ammonuit. Perge, inquit, & Dominus diriget gressus tuos. Hac consolatione roboratus pii doctoris alumnus præcepto paruit, & accepto benedictionis viatico viam festinanter aggressus est, memor Prophetiæ beati *Columbani*, qui asseruit eum venturum esse ad sepulchrum suum in *Italia*, & cambuttam suam adsumere, sanctumque *Gallum* per eam absolvere. Cumque pervenisset ad monasterium, ut volebat, invenit omnia ita contigisse, sicut patri suo per visionem fuerant revelata. Mansit autem una nocte ibi, & accepit à fratribus Epistolam ad beatum *Gallum*, continentem venerandi transitum *Columbani*. Qui & baculum ipsius, quem vulgo *Cambuttam* (p) vocant, per manum Diaconi transmiserunt, dicentes; Sanctum Abbatem suum ante transitum jussisse, ut per hoc notissimum pignus *Gallus* absolveretur. Dimissus autem ab illis iter acceleravit, & prospere in omnibus agens, die octava venit ad sanctum Patrem, ferens Epistolam absolutionis indicium. Lecta Epistola sanctus *Gallus* lacrymas profudit uberrimas, & collectis fratribus causas mœroris aperuit. Deinde tanti patris memoriam precibus sacris & sacrificiis salutaribus frequentaverunt.

CAPUT XIII.

De obitu sancti Galli, & quod beatus Magnus ad ejus exequias Joannem Episcopum Constantiensem vocavit.

INterea commanens beatus *Magnoaldus* cum sancto *Gallo* ferè annis decem post perpetratum iter ab *Italia*. Decimo verò anno videns eum infirmari, & à febrium constrictione languescere, misit nuncium ad *Joannem Constantiacensis* Ecclesiæ præsulem, invitans eum ad beatum *Gallum*, qui valde infirmitate jam febrium detinebatur. Audiens ergo Episcopus illum infirmari, velociter properare cœpit in partes illas. Cumque jam prope oppido *Arbonense Joannes Præsul* appropinquaret, *B. Gallus* à febrium vi valdè fatigatus, expletis annis ætatis suæ nonaginta quinque, in senectute bona, illa anima carne soluta est, & ab ergastulo sæculari liberata. Itaque præfatus Præsul audiens beatum virum ab hac luce discessum, flens & ejulans pervenit ad locum, ubi sanctum corpus jacebat. Expletis verò obsequiis tanti viri, cum beato *Magnoaldo* expleta oratione feretrum cum corpore sancto imposuerunt super equos indomitos, & absque freno vel duce eos dimiserunt ire, ubi Dominus juberet. Equi autem indomiti ferentes feretrum mansuetè, neque ad dexteram, neque ad sinistram declinantes, recto itinere pervenerunt ad cellam, quam vir Dei sibi construxerat. Et cum pervenissent ante oratorium, steterunt, depositoque feretro discipuli ejus *Magnoaldus* & *Theodorus* elevantes sanctum corpus intulerunt in Ecclesiam, & ante altare posuerunt, deinde pariter cum Episcopo orationes congruas facientes sepelierunt eum. Episcopo autem ad propria remeante reliquit beatum *Magnoaldum* & *Theodorum*, nec non & *Othmarum* virum pulcherrimum cæteris fratribus non plurimis, ad custodiendum sancti viri corpus.

CAPUT XIV.

De fractura sepulchri S. Galli, & quod beatus Magnus flagellatus, vulneratus & despoliatus est derelictus.

IGitur post triennium, ut compleretur prophetia beati *Columbani*, quòd ante prædixerat beato *Magnoaldo* venturum fore de sepulchro sancti *Galli*. *Otwinus* pessimus *Dux*,

* al. Etwinus & Erchanoaldus.

(p) Baculus Abbatialis. Basn.

(q) Hîc incipere debuit Liber secundus cum hoc titulo. S. Theodori Eremitæ vita S. Magni Liber 2. ab Ermenrico Elevangensi monacho emendatus c. 1. Post transitum igitur B. Galli, &c. ut observavit Mabillon Sæc. Ben. II. p. 505. Basn.

Dux, & *Erchonaldus* præfectus consimilis ejus, collecta multitudine populi vallaverunt ipsum cœnobium, & evaginatis gladiis frangentes ostia, & sumentes omnia, quæ ibi repererunt in auro & argento & cæteris utensilibus, nec non & oratorium ingressi fregerunt sepulchrum beati *Galli*, putantes ibi magnum thesaurum absconditum esse. Ut autem nihil in eo invenerunt, (nisi) relicta ossa B. *Galli* inhumata, interfecerunt omnes, quos reppererunt, præter B. *Magnoaldum* & *Theodorum*, quos etiam flagellatos ac vulneratos, atque despoliatos reliquerunt jacentes in atrio.

SÆC. VII. ANNO. 660.

CAPUT. XV.

De eo, quod Boso Episcopus Constantiensis B. Magno vestimenta, & alimoniam dedit.

Audiens hoc *Boso* nomine *Constantiacensis* Ecclesiæ Præsul, quod violatum esset sepulchrum *S. Galli*, celeriter properatus est partes in illas, & veniens illuc, invenit cœnobium desolatum, altaria nudata, *B. Magnoaldum* & *Theodorum* vulneratos, qui sacri corporis reliquias tumulo restituere volebant, sed non habebant vires. Tunc præscriptus Episcopus misericordia motus super eos consolatus est valdè, & sacrum corpus *B. Galli* cum suis Clericis venerabiliter cum psalmis & hymnis, cæterisque orationibus in eodem sepulchro recondidit, fossamque terra replevit. Data ergo benedictione duobus fratribus *Magnoaldo* & *Theodoro* largitus est de suo vestimento, nec non alimonia præbens, dedit eis licentiam proficiscendi, ubi illis Dominus dispositum iter haberet veniendi.

CAPUT XVI.

De eo, quod Boso Episcopus beato Otmaro Monasterium sancti Galli commisit, & sanctus Magnus cum Theodoro, duce itineris Tozzone presbytero, ad lacum Brigantium venit.

Misit autem post *Othmarum* præclarum virum, qui fugam iniens evaserat, & accersivit eum, & commendavit illi locum, donec à *Pippino*, qui tunc temporis *Major Domnus* vocabatur, interrogaret, quid de ipso cœnobio fieri vellet: Ultio divina venit super *Erchonaldum* auctorem hujus sceleris, & *Otwinum* ita. Nam non post multum temporis misit *Pippinus* exercitum copiosum ad devastandum *Alamannorum* provinciam, suæque ditioni & Francorum subjugandam. Cumque tota terra hostili repleretur incursu, *Otwinus* & *Erchonaldus* nescientes, qua parte se flecterent, semet ipsos gladio interfecerunt, quatenus ultio divina in eos peracta collata signa manifestarent. *Magnoaldus* itaque & *Theodorus* prostraverunt se simul in oratione, Domini misericordiam implorantes, ut disponeret iter illorum secundum suam voluntatem partibus orientis, ne quasi fraudulenter abscedentes beati Patris corpus relinquerent. Memores iterum prophetiæ beati *Columbani*, qui dixit: venturum fore beatum *Magnoaldum* in Eremo orientali, ad *Fontes Alpium Juliarum*, ubi beatus *Narcissus* Episcopus *Tolesanæ* civitatis jussit Diabolo draconem interficere, quando sanctam *Afram* convertit ad fidem. Sequenti vero nocte per visionem beato *Magnoaldo* demonstratum est, ut fiducialiter pergeret, Domini adminiculum sibi semper nosset adesse. Facto igitur mane iterum orationibus attentius exorati sunt, ut Dominus eis demonstraret viam & iter commodum, quomodo vellet eos illò ire. Adveniente ergò meridie presbyter quidam ex ipso pago advenit, Tozzo nomine, qui jam auditam habebat famam beati *Galli*, & ideo caussa orationis veniebat ad sepulchrum ejus, ferens ardentem cereum in manu ejus. Quem cereum miro modo illuc attulit, scilicet ut quando nocte proficiscebatur, cereus ardebat, & nullo modo à vento extingui poterat. Die autem veniente lux ab ipso cereo per se illicò subtracta est. Cumque viderent eum *Magnoaldus* & *Theodorus* venientem, cereum quippe per ardorem minime minui, admirati obviaverunt ei, & interrogaverunt, unde veniret. At ille per ordinem exposuit, unde erat, & quomodo ei revelatum fuerit, ut visitaret sepulchrum beati *Galli*; immò eos, quos inveniret, velle proficisci partibus Orientis, recto itinere duceret eos, usque dum ad locum desideratum venirent. Illi hæc audientes prostraverunt se in orationem, Domino gratias referentes, qui talem ducem eis ostendere dignatus est, ut neque per angustam viam eos errare permitteret, & tunc demum susceperunt Presbyterum, deosculantes eum, duxerunt in Ecclesiam ad sepulchrum beati *Galli*: factaque oratione, duxerunt eum in hospitium suum, tribuentes ei, prout poterant necessaria. Et conviatorem eligentes, sicque præfatus Presbyter pernoctans cum eis, orto mane oran-

leg. Domus.

Vide comment. M. Velseri in vitam S. Afranu. 81

SÆC. VII. ANNO. 660.

orantes coram sepulchro beati *Galli*, & benedicentes *Deum*, atque valedicentes fratribus, qui ibi erant, simul profecti sunt, arripientes iter juxta lacum *Brigantium*, usque ad locum, qui dicitur *Brigantia*, ibique morati sunt dies duos.

CAPUT XVII.

De cæco, quem sanctus Magnus apud Brigantiam illuminavit.

TUnc illis ibi manentibus, cæcus quidam, qui multorum hominum cognitioni pago in illo notissimus erat, obvius erat beato *Magnoaldo*, postulans ab eo alimentum. Ille reminiscens sententiæ Apostolicæ dixit: Non sum ego dignus me æquiparare suæ sanctitati, qui dixit: Argentum & aurum non est mihi, sed in nomine ejus, qui ei potestatem dedit, ut faceret quod fecit, & cæcum illuminavit, aperire oculos tuos imploro ut videas, & manibus tuis laborando victum acquirere possis. Et hæc dicens linivit oculos ejus cum saliva sua. Nec mora sanguis ex oculis ejus prorumpens aperti sunt, & videns corruit ad pedes ejus, dixit: Domine video, quoniam *Magnus* es tu, & magna opera tua, ideò si vis, sequar te, quocunque ieris. Ille respondit: Si vis Domino servire, tunc sequere me. Sicque post hoc signum profecti sunt, secutusque eos cæcus & dux itineris, nomine Tozzo.

CAPUT XVIII.

De boa, quam sanctus Magnus apud Campedonam interfecit.

VEnierunt itaque post aliquot dies ad locum, qui vocatur *Campidona*, ubi repererunt oppidum valde formosum, sed in toto desertum. Tunc interrogavit beatus *Magnoaldus* presbyterum, quomodo ille locus vocaretur, vel fluvius, qui ibi defluebat. Ille respondit. Locus iste ab incolis terræ hujus sæpissimè visitatur, & vocatur *Campidona*, sed non sunt ausi saltem una nocte hìc manere propter diversa genera vermium, qui hìc sunt. Fluvius verò vocatur *Hilara*, qui multos homines potius in mœrorem vertit, quàm in lætitiam. Nobis autem oportet velocius transire, ne vermes nos hìc esse sentiant, quoniam si senserint, Magnum impetum facient super nos ad devorandum. Plurimos namque homines, qui causa venationis huc venerunt, devoraverunt, non permittentes eos saltem una nocte hìc jacere. Respondens beatus *Magnoaldus* dixit: Verè Dominus noster JESUS CHRISTUS potestatem habet similiter hos vermes de isto loco ejicere, sicuti habuit ejiciendi ursos & lupos, cæterasque feras & vermes, nec non & Dæmones per orationem Domini & magistri nostri *Galli*, de loco, quem ipse elegit, ad construendam cellulam. Nobis ergo, permittente Domino, oportet hac nocte hìc manere, & dixit ad *Theodorum*. Frater, tuum est orare, & Domini misericordiam implorare, ut nobis auxilium præbeat ad ejiciendos vermes de loco isto, & Dæmones qui in eis latitant, quoniam à te est iste locus construendus, ideoque oramus pariter, ut Dominus nos exaudire dignetur, & mundare istum locum, quod est ab hominibus propter timorem vermium inhabitabile. Et hoc dicens, prostraverunt se in orationem. Dum verò orarent, egressus est foris de oppido vermis Magnus, qui dicitur * *Boa*, & impetum faciens super beatos viros, jacentes in oratione. Presbyter verò *Tozzo*, qui eos ducebat, videns eum, exclamavit voce magna, dicens. Heu me, quòd huc vos adduxi, & in fugam versus, & cum eo qui cæci fuerant, festinabant ad arborem, ut se liberarent. Itaque beatus *Magnoaldus* & *Theodorus* confisi de DEI misericordia, surrexit *Magnoaldus* *Theodoro* orante, & faciens *Signum Sanctæ Crucis* coram se, arripiensque cambuttam, quam à *B. Gallo* acceperat, & *Crucem* quam secum portabat, perrexit in occursum vermi, & dixit: Impero tibi in nomine Domini mei JESU CHRISTI, ut hìc jaceas, & Diabolus qui in te latitat, ipse te interficiat. Et cum hoc dixisset, percussit eum cum cambutta in caput, & statim crepuit medius, & mortuus est, cæteri verò vermes, qui in oppido, & circa oppidum ipsum morabantur, omnes in fugam versi sunt, & nusquam comparuerunt. Sicque mundatus est locus, & morati sunt ibi unam hebdomadem Domino gratias referentes, qui eos exaudire dignatus est.

Vide comment. M. Velseri in vitam S. Afræ num. 90.

* *Vermis aquaticus. Scriverius not. mss.*

C A-

CAPUT XIX.

De eo, quod beatus Magnoaldus non plus Magnoaldus, sed Magnus est vocatus.

THEODORUS itaque ut vidit tam Magnum signum factum à Domino & *B. Magnoaldo*, surrexit, & elevatis manibus ad cœlum dixit. Domine DEUS omnipotens, qui fecisti cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, tibi gratias refero, te invoco, te adoro, tibi laudes psallo, qui nos liberare dignatus es à tanto periculo, & à tali devoratione vermium. Et cum hoc dixisset, cucurrit ad beatum *Magnoaldum* flexis genuis, osculatus est pedes ejus, & dixit: Verè non vocaberis ultra *Magnoaldus*, sed *Magnus*, quoniam tibi Dominus tantam gratiam intulit, ut per te iste locus pacificaretur, non solùm à vermibus; sed etiam à dæmonibus. Adhæc beatus *Magnoaldus*. Noli dicere frater, non sum Magnus, sed minimus servus servorum DEI. Tuæ ergò orationes exauditæ sunt à DEO, & ideo non meis meritis, sed DEI jussione isti vermes recesserunt. Nunc autem voca conviatorem nostrum, & purgemus locum istum, quia Dominus vult eum præparare ad ædificandam cellam. Tozzo autem ut vidit eos ambos incolumes esse, descendens de arbore, ad quam confugerat, & cum eo, qui cœcus fuerat, prostraverunt se ad pedes eorum. Et ait Tozzo. Vere Dominus est in loco isto; qui beato *Magno* tantam gratiam contulit, ut cum sua cambutta tale signum inauditum faceret. Nunc ergò fiducialiter ducam vos per deserta & augusta loca, usque ad locum, quem electum habetis ad manendum, quia video tantam à DEO vobis concessam potestatem, ut per vestra merita diversa hæc loca purificentur, & quæ nunc sunt inhabitabilia, Domino annuente habitabilia efficiantur. Respondens beatus *Magnus* dixit: Præsentem hebdomadam hîc manemus & ædificemus oraculum parvulum, ut discat populus terræ istius qualem misericordiam eis Dominus conferre dignatus est in loco, manseruntque ibi ipsam hebdomadam. *Tozzo* vero cucurrit per vicina loca sibi cognita ad homines, qui ibi morabantur, & diffamans hoc signum, venerunt ad illum locum, & attulerunt alimonia sufficienter, nimis valdè admirantes de tanta virtute DEI, & plurimi per prædicationem beati *Magni* ad fidem conversi, & baptizati à Presbytero *Tozzone*, & Domino gratias agentes, manserunt ibi colentes terram illam. Transactis tribus diebus illis pernoctantibus in oratione, die verò laborantibus.

CAPUT XX.

De clamore Dæmonum & expulsione eorundem per S. Magnum.

CUm verò tertia nocte aurora diei surgentes celebrare vellent matitutinales laudes, subitò dæmones in aëre volantes, hejulantes cum magno strepitu & fremitu voces emittentes, quasi impetum supra *Tozzonem* Presbyterum facientes clamabant. Tu inimice senioris nostri & noster, ut quid induxisti virum istum cum socio suo, qui & nos, & membra nostra, per quæ multas animas lucrabamur à loco isto evellit? Magister autem illorum semper nos cum suis maleficiis, sicut & iste invocato nomine Domini vincere consuevit. Iste verò non solùm nobismetipsis, verum etiam in membris nostris cum terribili nomine *Adonai* victos habet & expulsos. Hoc audiens præfatus Presbyter *Tozzo* tremefactus, tamen muniens se *Signaculo Sanctæ crucis*, festinus perrexit ad virum DEI, & indicavit illi, quæ viderat & audierat. Tunc bellator fortis & electus DEI pariter cum *Theodoro* prostravit se in orationem, & hujuscemodi verbis Dominum deprecatus est dicens: Deus omnipotens, ineffabilis, & inæstimabilis, qui nos secundum misericordiam tuam, non secundum merita nostra à membris istorum Dæmonum, & à venenis mortiferis illorum eripere dignatus es, tu audito placido has à nobis suscipe preces, sicut suscepisti Magistri nostri *Galli*, & jube hos Dæmones hunc locum deserere, ut sit sanctificatus in honore nominis tui quotidie * cantanti gallis. Et surgentes ab oratione, egredientesque de oratorio audierunt eos clamantes, & ejulantes atque clamantes: Tu *Magne* tria nomina portas in capite tuo, & cum *Trinitate* nobis tanta mala objicis? Et tu *Theodore* quid tibi est nobiscum? Venient dies, quando non habebis *Magnum* apud te, & tunc pugnaturi erimus adversum te per varios errores, homines terræ illius adversum te excitantes. Sanctus verò *Magnus* respondens dixit: Miseri, confitemini si scitis sanctam *Trinitatem* DEI. Et illi dixerunt. Scimus eam ineffabilem esse & immensam. Et beatus *Magnus*. Nunc jam quia confessi estis sanctam *Trinitatem*, impero vobis non meis meritis, sed per immen-

* f. ac S. Galli.

Sæc. VII. Anno 660.

immenſam potentiam *Trinitatis*, ut hunc locum deſerentes in montes deſertos eatis, ubi Dominus voluerit, & huc revertendi ulterius poteſtatem non habeatis. Ad hanc vocem continuò Dæmones dixerunt. Heu quid faciemus? Alium *Gallum* hîc habemus. Iſte *Gallus* pejor eſt priori, quia cum ſuis *Gallicintis* nos & membra noſtra pariter ejicit, ſed nec in eremo permanere permittit. Porrò ex illa die tam pleniter abſceſſerunt, & in fugam verſi ſunt, ut poſtea ibi non comparerent. Et ſic factum eſt, ut ab illa die omnes homines in illo loco tranquille habitare permiſſi ſunt.

CAPUT XXI.

De eo quod B. Magnus reliquit Theodorum in Campidona, & ipſe profectus eſt ad locum, qui Fauces vocatur.

His itaque geſtis beatus *Magnus* Diaconus dixit ad *Theodorum* Deo gratias frater, quia dæmones receſſerunt. Nunc bonum eſt, ut locus iſte à te cuſtoditus & conſtructus ſanctificetur, populus iſtius loci, qui deinceps venturus eſt, hic ad adorandum potius, quàm ad venandum. *Theodorus* reſpondens dixit: Mi domine, juxta præceptum tuum facio, ſed ut audiero te conſolidatum in locum à Deo tibi electum, venio ad te, & viſitabo te. Et his dictis valedicentes, ſeque invicem deoſculantes, profectus eſt beatus *Magnus*, accepto ſecum (*r*) conviatorem & ducem itineris *Tozzonem* Presbyterum, relinquens cum *Theodoro* cæcum, qui viſum recepit. Itaque cœpto itinere, tranſitoque fluvio perrexit recto tramite, ſicut eum viator ducebat, ſicque venerunt ad locum, qui vocatur *Eptaticum*, & invenerunt ibi Epiſcopum *Sanctæ Auguſtæ Vindelicenſis Eccleſiæ* nomine *Wictherpus*. (*s*) Tozzo igitur propter notitiam, quam in Epiſcopo habebat, præceſſit *B. Magnum*, venitque ad præfatum Epiſcopum, & narravit ei omnia de ſancto viro, quæ viderat & audierat. Præfatus autem Epiſcopus interrogavit de qua origine eſſet. Et reſpondit Presbyter: Domine ſicut audivi à *Theodoro*, qui nunc eſt relictus ad *Campidonam*, ab *Hibernia* provincia eſt ortus. Ut autem audivit Epiſcopus ejus famam bonam, ſuſcepit eum benignè, cœpitque cum eo loqui, & moratus eſt cum eo paucos dies, ſciſcitans ab eo quotidiè de beato *Columbano* & *Gallo*, & de itineribus eorum, & converſatione, & fine vitæ eorum, ac de virtutibus, quas fecerunt. Deinde interrogavit eum, ubi voluntas ejus eſſet proficiſcendi. Reſpondens beatus *Magnus* dixit: Domino diſponente directus ſum ad locum, qui vocatur *Fauces*, ubi propè ſunt *Fontes alpium Juliarum*, & ubi Draco fuit, qui jubente *Narciſſo* Epiſcopo à Diabolo interfectus eſt, quatenus annuente Domino quidquid boni ibi ædificare potero, faciam. Nunc igitur paternitas tua decernat, quomodo voluntas tua ſit me agendum, quoniam ad tuum imperium prompto animo debeo agere, ſicuti Dominus revelaverit mihi per os tuum. Ego jam ſenex & grandævus, cupio in ultimo meo tempore illum locum inviſere, & Deo ad ſerviendum præparare, exemplum ſequens dominorum meorum *Columbani* & *Galli*. Ad hæc *Wictherpus* Epiſcopus reſpondit: Locus ille valdè anguſtus eſt & inhabitabilis, & jam diverſa fera ibi morantur, id eſt, cervi, apres, plurimi urſi: & propter illorum multitudinem domnus *Rex Pippinus* ad ſuam venationem exercendam ſaltum illum tenet. Vermes etiam plurimi & diverſi generis ibi morantur. Beatus *Magnus* arripiens ſtatim boni paſtoris initia dixit: Pater tale miniſterium habuerunt magiſtri mei *Columbani* & *Gallus*, ut quando ad talia loca venerunt, Dominus noſter Jesus Christus feras diverſi generis, & vermes per orationem illorum illico expulit ab illis locis. Similiter ego credam, quod Dei miſericordia non permittet eos manere in ipſo loco, dum advenero. Adquievit autem verbis illius *Witherpus Epiſcopus*, & dedit ei ſolamina ciborum, præbens ei conviatorem *Tozzonem* presbyterum, & duces itineris qui eum perducerent ad locum à Deo ſibi deſtinatum.

(*r*) Quoties hic ſcriptor in Grammaticæ leges peccat, animadvertere non licet, monuiſſe ſufficiat, id ſæpius evenire. Basn.

(*s*) Error Chronologicus inſignis; Victerpus enim Auguſtanam ſedem non tenuit niſi ſæculo ſequenti, Pippino jam regnante. Basn.

C A-

CAPUT XXII.

De eo, quod beatus Magnus in loco qui dicitur Caput equi, Draconem interfecit.

CUmque venirent ad locum qui vocatur *Caput Equi*, jacebat ibi in uno loco angusto *Draco* magnus, qui non permittebat ullum hominem per illam viam transire. Cùm ergò beatus *Magnus* jam prope ipso loco esset, dixit ad *Tozzonem* presbyterum: Frater, construamus nobis hîc tabernaculum hac nocte manendum, & oremus Deum, ut expellat præsentem membrum diaboli ab isto loco, atque aditum permittere dignetur nobis ad properandum. Fecerunt itaque ut imperaverat, & manserunt ibi. In tota autem nocte illa non cessavit beatus *Magnus* orare, & Domini misericordiam implorare, ut Draconem subvertere dignaretur. Circa verò mediam noctem surgens beatus *Magnus* dixit ad *Tozzonem*, Mitte mecum hominem qui me ducat ad locum, ubi Draco jacet. Respondit *Tozzo.* Timeo igitur, si te illuc adduxero, ab eo devoreris. Ad hæc vir sanctus. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Pergamus ergò fiducialiter, quia qui liberavit *Danielem* de lacu leonum, potest & me eripere de manu hujus bestiæ. Itaque cùm hoc dixisset, misit in peram suam panem sanctificatum, & manu sua sumens picem & resinam, atque cambuttam sancti *Galli*, *Crucemque* in collo suo appendens, perrexit & dixit: Deus omnipotens, qui eduxit me de regione longinqua, ipse sicut *Tobiæ* famulo suo mittet Angelum suum mecum, qui liberet me ab ore ipsius Draconis, & ostendat nobis locum salutaribus desideriis aptum. Et hæc dicens, munivit se *Signaculo Sanctæ Crucis*, & de pane sanctificato misit in os suum, & paululum aquæ, sicque venit ad locum, ubi Draco jacebat, relinquens omnes socios in tabernaculo præter solum Ducem itineris. Cumque vidisset eum Draco ilico surrexit, impetum faciens super eum. Ille habens in manu picem & resinam projecit in os ejus, inquiens: adjuva me Domine Deus meus. Et cùm hoc dixisset, confestim Draco cœpit ardere, & mortuus est. Ut vidit ille qui cum eo erat hoc actum, surrexit continuò, & pervenit ad socios, & dixit: Surgite, venite & videte, quia iste Magnus vir Draconem interfecit. Surrexerunt ergò & invenerunt beatum *Magnum* jacentem in oratione, & gratias Domino referentem. Dignum quippe erat, ut quod divino inchoabat amore, instantissima prece Domino commendaret, quoniam Dominus sicut per os beati *Narcisci* Episcopi Diabolum jussit interficere Draconem; ita & per manus tanti viri socium ejus fecit interire. Ut viderunt autem Draconem interfectum, descenderunt ad rupem, de qua idem Draco impetum facere nisus est super sanctum virum; presbyter Tozzo dixit: Gratias tibi agimus Domine, qui nobis talem virum & tàm Magnum ostendere dignatus es, ut per merita sua ista loca purificentur, efficiunturque habitabilia, quæ ante erant inutilia.

CAPUT XXIII.

De Ecclesia quam beatus Magnus construxit, & Wictherpus Episcopus Augustensis dedicavit, quam populus cellam sancti Magni nuncupavit.

FActa verò oratione transierunt illum augustum locum, & venerunt per viam, juxta Licum flumen ad locum speciosum, qui non habebat nomen, erat tamen planicies bona. Habebat autem beatus *Magnus* Diaconus pendentem in collo *Crucem*, in qua continebantur *Reliquiæ* beatæ Dei *Genitricis Mariæ*, & de ligno sanctæ *Crucis* atque sanctorum martyrum *Mauricii* & *Galli*. Invenit ergò supra præfatum flumen locum valdè honestum & formosum, in quo loco arborem stantem pomiferam valdè decoram, suspenditque *Cruciculam* in ipsa arbore, & vocavit *Tozzonem* presbyterum, atque prostraverunt se pariter coram *Crucicula* in orationem. Tum vir venerabilis beatus *Magnus* hujusmodi preces emisit: Domine Jesu Christe, qui pro salute generis humani de virgine nasci & mori dignatus es, ne despicias deprecationem meam, sed permitte nos construere in hoc loco oraculum in honore genitricis tuæ, & præpara hîc habitationem tuis servitiis aptam. Finita verò oratione cœperunt construere fundamentum, & ædificaverunt Ecclesiam. Qua constructa invitaverunt *Wichterpum* Episcopum, ut veniret, & eam Domino & sanctæ *Mariæ* dedicaret. Venit ergò præfatus Episcopus ad illum locum, ammirans valdè quomodo illuc venire possent, nisi per gratiam Dei, & dedicavit Ecclesiam in honore Dei genetricis *Ma-*

SÆC. VII. ANNO 660.

riæ & ſancti *Floriani* Martyris Chriſti, & ſic amminiſtrare cœperunt ad laudem Chriſti in illo loco divina officia. Igitur cum fama virtutum, quas Dominus per beati Confeſſoris ſui merita piè quærentibus exhibere dignatus eſt, ut longè lateque circumpoſitorum mulceret aures populorum, cœperunt undique alacri devotione ad tanti patris ſuffragia poſtulanda concurrere, eundemque locum ob ſuæ dignitatis mememoriæ, *Cellam* ſancti *Magni* nuncupare, & multiplicibus ſubſtantiæ ſeu poſſeſſionum amplificare donariis.

CAPUT XXIV.

De eo, quod beatus Magnus de loco, qui dicitur Fauces, Dæmones expulit, & oratorium conſtruxit, quod Wictherpus Epiſcopus Auguſtenſis dedicavit.

CUmque res hac largitate fidelium accidiſſent collatæ, ſeceſſit vir beatus propter multitudinem populorum, & perrexit ad vicina loca, quæ vocantur *Fauces*, quatenus ibi familiarem locum, Domino annuente, ſibi conſtrueret ad manendum, relinquens præfatum presbyterum *Tozzonem* in Eccleſia populum illuc venturum cuſtodiendum, vocavitque ipſum locum *Synagoga*, id eſt, congregatio populorum. Ergò cùm circa meridiem cauſa quietioris vitæ ad parvum locum tenderet, in ſupradicto loco requieſceret, ſubitò Dæmones à monte vicino cum magno ſtrepitu de vertice montis proximi quaſi una voce vocaverunt, alios in pelago fluvii *Lechi* conſiſtentes, quaſi nominatim. Cumque & hi qui vocabantur præſto ſe eſſe reſponderent, ajunt ipſi de monte: Surgite nobis in adjutorium, ut peregrinum iſtum peſſimum & magum ejiciamus de his ſedibus, quoniam ipſe more *Galli* ſui ſimulacra noſtra contrivit, & populum, qui nos ſequebatur, per ſe avertit, inſuper & Dracones noſtros interfecit. Commoveat autem vos injuria quam patimur, & juncti viribus præſentem hoſtem communem à noſtris terminis funditus expellamus. E contrario ipſi de profundo reſponderunt: Heu quid de veſtris narratis anguſtiis, nos ex noſtris jam percipimus calumniis; nam Angelus ejus jam nos in pelago premit, & nec auſi ſumus ex pelago tranſire, nec quicquam ejus contingere, quia invocato nomine Domini, Angelus cum flagellis igneis nos flagellat, & recedere compellit. Quapropter nec vobis prodeſſe valemus, nec nobis, quia tàm fortis bellator eſt iſte, ut noſtræ verſutiæ ſaltem nec fimbriam veſtimenti ejus ſuperare queant. His auditis vir DEI beatus *Magnus*, munivit ſe undique *Signaculo Sanctæ Crucis*, & dixit illis: In nomine Domini mei JESU CHRISTI, non pro meis meritis, ſed per merita beati *Galli* Confeſſoris Chriſti, adjuro vos, ut recedatis ab iſto loco, & ulterius neque hìc manere, nec neminem lædere præſumatis. Et his dictis feſtinus rediit ad Eccleſiam ſanctæ *Mariæ*, quam conſtruxerat, narravitque *Tozzoni* presbytero omnia quæ audierat in illo loco. Cumque voluiſſet veſpertinum tempus pſallere, auditæ voces dæmoniorum per montium ſummitates, quaſi diſcedentium ejulatus cum terrore profuſi. Et hæc audientes ſervi DEI proſtraverunt ſe in orationem Domino laudes & gratias perſolventes, qui eos liberare dignatus eſt de terrore malignorum ſpirituum. Sequenti verò die beatus *Magnus* cum presbytero *Tozzone* regreſſus eſt ad præfatum locum, & ibi conſtruere cœperunt oraculum parviſſimum, accerſituſque eſt à *Tozzone Wictherpus* Epiſcopus, & dedicavit ipſum oratorium in honore & ſub nomine ſancti *Salvatoris*.

CAPUT XXV.

De eo, quod Pippinus (t) Rex per interventum Wictherpi Epiſcopi Auguſtenſis monaſterium beati Magni, quod dicitur ad Fauces, donis regalibus dotavit.

IGitur cùm fama virtutum, per confeſſoris ſui merita, quas Dominus illo in loco exhibere dignatus eſt, venerabili Epiſcopo nota facta ſunt, quoſdam religioſos Clericos in diſcipulatus ejus memoriam commendavit. Qui divino amore ſuccenſi, per viginti quinque annorum curricula, obſequia præbentes ad laudem Chriſti die ac nocte, horis atque momentis juſſu ſuo obedientes. Relicta itaque venerabili patri quæ neceſſaria

(*t*) Hic ſummus occurrit memoriæ lapſus, qui duo invictiſſime probat: primo ſcriptorem hujus vitæ non eſſe ſodalem B. Magni; ſecundo illum autorem vixiſſe diu poſt ſæculum octavum, quippe de Rege Pippino loquitur, qui non niſi ſæculo elapſo à B. Magno regnavit; nec Magnum nec Pipinum quantumvis regem noverat qui tam graviter in hiſtoricis lapſus eſt. BLSN.

ria erant ibidem degentibus, profectus est præfatus Episcopus *Wictherpus* ad gloriosum *Regem Pippinum*, qui tunc temporis *Germaniam* totam, *Galliamque* regebat, secum Epistolam portans beati *Columbani*, quam ad *Lotharium* direxit, flagitans pro sanctis viris *Gallo* & *Magno* consistentibus in regno suo, ut eos benigne per amorem Domini foveret, eisque familiaria loca, prout oportunum foret, in sua mercede tribueret. Sed hoc *Lotharius* minimè implere valuit, propter diversorum inimicorum Dei infestationibus. Præfatus Rex propter amorem & petitionem fratris sui *Karlomanni*, qui propter Deum relinquens temporalem regni gloriæ pompam monasterio se tradidit, qui eleemosynæ suæ largitate, nec non & per petitionem præfati Episcopi ipsum locum sublimare in aliquo solatio dignaretur. Cumque gloriosus Princeps accepit Epistolam, compunctus ex petitione fraterna diligenter exquirere cœpit, qualis ille locus esset, quem præfatus Episcopus postulasset. Tunc dux ejus nomine *Gunzo* ex provinciis *Augustense* & *Retiæ* respondens dixit: Vere Domine Rex, ille locus tenuis quidem facultate est, sed optimus, si impeditio vermium deesset, ad venandum, quia plurimi cervi, damulæ, & hinnuli, ibicesque diversi morantur, ursorum quoque ac luporum multitudo plurima. Tunc Episcopus cœpit narrare de virtutibus beati viri, quomodo Domino adjuvante Draconem interfecit, & cæteras virtutes quas Dominus per merita ipsius & orationes in illis locis ostendere dignatus est, & quomodo à vermibus locus ille mundatus est. Hæc audiens gloriosus Rex *Pippinus* commotus valdè animo dixit: In veritate comperi, quia quamvis locus tàm tenuis sit facultate, tamen pro meritis tanti viri celebri erit diffamatus rumore, sicuti auditum habemus jam locum esse, ubi corpus beati *Galli* requiescere videtur. Inquisivit ergò à præfato *Gunzone*, quomodo in vicina loca potuisset tributarios invenire de eodem pago, qui vectigalia annuatim redditibus regiis inferre debebant. Et invenit in ipso vicino loco pagum, quod vocatur *Celtinstein* sibi per omnia annuatim tributa persolvere. Inter cætera ergò munificentiæ suæ dona, quæ impertivit beato viro, dedit ei totum ipsum saltum, cum marcha firmitatis, quæ in Epistola sua fecit conscribi, & vectigalia, CXIII. quæ ex præfato pago inferre debeant annuatim, quatenus pro memoria beneficiorum ejus perpetuò ibi permaneret. Et ne quisquam ex successoribus ejus tanti obsisteret boni, fecit conscribi suæ firmitatis Epistolam, atque ut mos est regnum circumspecta roborari cautela, quatenus deinceps tàm ipse dum viveret, quàm omnes loci illi sicuti Marcha continetur in eodem saltu ad sanctam *Mariam*, & ad sanctam *Afram* per regiam traditionem absque ullius violentia præfatus Episcopus *Wictherpus*, omnesque successores ejus obtinerent auctoritatem. His regiæ potestatis *Wictherpus* Episcopus adornatus solaciis, & sublimatus honoribus, impertitisque donis optimis beato *Magno* à rege *Pippino* lætus ad patriam regreditur, injungens beato viro ea cum omni diligentia, dansque ei potestatem, ut in loco sibi commendato ad supplendas beatæ Mariæ excubias, & sanctæ *Affræ* omnem ordinem canonicam instrueret vitam. Ex illo tempore ipse locus à beato viro Magno exordium sanctitatis accipiens, augmentatus autem & sublimatus à Pontificibus *Augustensis*, Christi nomen usque hodie ibi laudabiliter dilatari non desinit.

Sæc. VII. Anno. 660.

CAPUT XXVI.

De eo, quod Wictherpus & Theodorus coronam splendidam in nubibus fulgentem super caput sancti Magni descendentem viderunt.

His itaque prælibatis cùm audisset *Theodorus*, qui apud castrum *Campidonensem* morabatur, beatum *Magnum* consolidatum in loco quem Dominus disposuerat, cœpit properare partes in illas, ut videret qualiter & quomodo Domino annuente in his locis moraretur. Ut autem ad eum pervenit, salutantes se invicem, & deosculantes oculos pariter & manus, narravit ei *Theodorus* innumerabilia, quæ passus est à pagensibus Hilargaugiensis. Sed tamen quamvis tantas injurias & calamitates ab eis sustinuerit, ædificavit ibi Ecclesiam parvam super littus *Hilare*, quam postulabat ut apud *Wictherpum* Episcopum impetraret, quatenus illuc proficiscens, ipsam basilicam Domino in honore sanctæ *Mariæ*, genetricis ejus consecraret. Venerunt quippe ambo ad locum, qui dicitur *Eptaticus*, repereruntque ibi suprà scriptum Episcopum in oraculo suo sedentem & orantem. Ergò ut obtutibus ejus adpræsentati sunt, narravit ei beatus *Magnus* Abbas de *Theodoro*, qualiter cum magno labore Ecclesiam construxisset in loco *Campidonense*, & quomodo deprecabatur, ut ille illuc properaret, Ecclesiam Domino consecraret. Audiens hæc venerabilis Episcopus respondens, dixit ad

SÆC. VII. ANNO 660.

ad eos: Dicam prius vobis venientibus quæ cogitabam, & sic congruo tempore Domino annuente proficiscar. Verè charissime pater *Magne*, nunc sedens hîc cogitabam, ut tanquam Deus omnipotens te ita magnificatum habet in illo per multa miracula ejus. accersirem te, futuræ venturæque sollemnitatis jejunii septimi mensis, & sacerdotii dignitatem supernis gratiis faventibus te promoverem. Inclinato denique capite beatus *Magnus* inquit: Cur hanc objectionem asseris pater? peccatorum meorum squaloribus & flagitiis fœtere me video. Iccircò vita mea non est talis, ut amabilis paternitas tua me ad tantam dignitatem promovere queat. Ergò noli deprecationem nostram pro peccatis abjicere, sed Domini provocatus mandatis incipe salubre iter, viamque veritatis desiderantibus aperi. Postea mihi servo Dei indigno, quando paternitati tuæ placuerit, secundum benignitatis munus impende, ne refutare videar, quæ à Domino disposita sunt super me servo suo. Et cùm hæc diceret, viderunt ambo *Wicterphus* Episcopus & *Theodorus* coronam splendissimam adhærentem capiti suo in modum rotæ circa Solem in nubibus fulgentem. Continuò autem surgens, amplexatus est eum, & osculans oculos & os ejus, dixit: Deus omnipotens, qui per potentiam majestatis suæ in tantam virtutem ostendere dignatus est, ut pro ejus amore patriam tuam derelinqueres, & præcepta ejus conservares. ipse te faciat locum tibi ab eo destinatum custodire & sublimare cooperante gratia Spiritus Sancti tecum. Respondit *Theodorus*, Amen. Ad hæc iterum inquit Episcopus: Benè vocatus iste locus *Epitaticus*, quia in medio constat inter monasterium sanctæ *Afræ* & cellam tuam: ideoque scias, quia per meum discessum hanc hæreditatem permanere cupio ad sanctam *Mariam* & ad sanctam *Afram*, quatenus quasi mediator sit locus iste successoribus nostris, inter monasterium tuum & civitatem sanctæ *Augustensæ* Ecclesiæ. His dictis, surrexit venerabilis Episcopus, & profectus est castrum *Campidonensem*, descenditque cum illo beatus *Magnus* simul cum eis *Theodoro*, & venerunt ad castrum. Convocata autem multitudine populi in die solemni dedicationis Ecclesiæ, vir venerabilis Episcopus prædicationis dulcedine avidorum corda refecit. Sicque jussu suo beatus *Magnus* ea quæ viderat tanta sapientiæ luce vestivit populorum corda, ut summa cum gratulatione auditus, & ineffabili veneratione à cunctorum ordine sit ornatus. Biduo itaque ibidem manentes cum gratiarum actione, populusque benedictione tanti patris armatus, & ab Episcopo osculo pacis tributo ad sua reversi sunt. Venerabilis Episcopus & sanctissimus Abbas relinquentes *Theodorum* ad custodiendam Ecclesiam *Campidonensium*.

CAPUT XXVII.

De eo, quod beatus Magnus factus presbyter in monte Suilinc urso monstrante venas ferri invenit.

BEatus itaque *Magnus* morans in cœnobio suo, quod sibi paraverat ad *Fauces*, per viginti quinque annos magnas virtutes ibi operatus est Deus per eum, illuminans cæcos, præbens surdis auditum, Dæmonia à plurimis ejiciens, claudicantibus gressum tribuens. Sicque docuit populum, & convertit ad fidem CHRISTI, & ad credulitatem ejus, relinquentes idola vana & surda, & credentes in Dominum JESUM CHRISTUM, insuper etiam per orationem ejus ostendit Deus venas ferri in montibus gyro impositis ita: Post susceptam autem benedictionem sacerdotalem, cùm ipse circuiret montes & colles per diversa loca explorans, & intuens plurima loca apta ad manendum, quadam die ascendens in montem excelsum, qui vocatur *Suilinc*, invenit ibi plurimos ursos, commorantes in maxima ferocitate. Sed facta oratione cœperunt ante eum tàm mites effecti adgredere, ut veluti boves qui ante bubulcum pergunt, ita irent ante eum. Vir ergò sanctus prostravit se in figuram *Crucis* ad terram, & preces Domino devotius effudit, ut populo pago in illo moranti aliquod adminiculum præberet ad victualia adquirenda. Interea ursus unus adpropinquans ad eum cum magna mitigatione cœpit cum pede monstrare abietem magnam, & quasi significans quod sub ipsa arbore copia venarum ferri consisteret. Hoc ut homo Dei vidit, dixit ad feram: Præcipio tibi in nomine Domini, ut ad ipsam abietem eas, & quia gladium non habemus, neque fossorium, ut possimus radices ejus incidere, tu in nomine Domini cum pedibus & dentibus tuis evelle rumpendo radices ejus, quatenus nobis Dominus demonstret suam voluntatem in adjutorio populi terræ istius. Ad ejus ergò præceptum belua conversa cœpit radices arboris rumpere, & cum dentibus frangere, donec ipsa arbor cum radice funditus ab urso effossa corruit, sicque monstratæ sunt diversæ

venæ

venæ ferri ad ſumendum, Vir denique benigniſſimus gratias Deo agens, aſſumens panem de pera ſua, quam ſecum habebat, integrum famulanti porrexit, & ei ita præcepit: In nomine Domini Jesu Christi panem iſtum manduca, & ſequere me, atque ad iſtum locum hominem, quem tibi monſtravero, abſque ulla læſione adducere ſtude, defendens eum ab aliis feris, ſi eum lædere voluerint. Et hoc facto, circumpoſitos montes & colles cum aliis feris habeto communes, ita ut nullum hic hominem lædatis, neque pecora eorum. Et his dictis, reverſus eſt beatus vir *Magnus* ad cellulam ſuam, ſecutuſque eſt eum urſus, ſicuti canis, qui ſequitur Dominum ſuum. Ergo ut ad cellam appropinquarat, vocavit hominem ſuum nomine *Liuto*, & præcepit eum venire, & adferre ſecum ſecurem & foſſorium, atque aſciam, & commendavit eum urſo, & dixit. Iſtum hominem ſanum & incolumem perduc ad iſtum locum, quem Dominus oſtendit nobis, & cave, ne aliquam læſionem ab aliis feris patiatur. Belua itaque converſa obediens juſſioni ejus, cœpit pergere ante hominem, & aperire viam, atque monſtrare ſemitam. Sicque adduxit eum ad locum incolumem, ubi arbor corruerat. Nullam aliam feram permittens ad eum appropinquare, donec vir effodiens ſarcinulam ſuam complevit, & per eandem ſemitam uſque ad cellulam viri Dei reduxit. Hoc facto urſus ad ſaltum reverſus eſt. Homo verò proſtravit ſe ad pedes *B. Magni*, & dixit: Verè Domine nunc cognoſco, & certus ſum, quia Dominus omninò eſt tecum; quoniam & beſtiæ eremi obediunt tibi veluti Jesu Christo: nam me urſus tam prævidit, & cuſtodivit, ut nec ſaltem alias feras ad me accedere permitteret. Ille autem dixit ei: Cave diligenter ne alicui hoc dicas, dum ego vixero, ſed præpara aditum cæteris hominibus, ſicuti urſus te duxit, quatenus viam noſcant illuc proficiſcendi, & Domino annuente deinceps opem habeant ad victualia, cæteraque neceſſaria per ferrum acquirenda. Ab illo ergo die nota facta ſunt incolis terræ illius in ipſo loco, & gyro diverſæ venæ ferrium, quæ per merita *B. Magni* permanent uſque in præſentem diem.

Sæc. VII. Anno 660.

CAPUT XXVIII.

De ultima infirmitate beati Magni & ejus obitu, & exequiis, ac ſarcofago mirificè procurato.

Cumque tranſiſſent viginti quinque anni, & Dominus illum locum per merita tanti viri ſublimare, dilatareque dignatus eſt *Wictherpo* Epiſcopo defuncto XIV. Kalend. Majarum. Tozzo per electionem beati *Magni* ad *Pontificatus* honorem à *Pippino* glorioſo Rege jam in ultimis deductus eſt. Sed finitis viginti quinque annis beatus pater ægrotare cœpit, atque infirmitate febrium langueſcere, miſit ergo ad *Theodorum* ſodalem ſuum, qui tunc temporis in *Campidonenſe* cellula morabatur, & accerſivit eum ut acceleret, atque eum viſitaret, & ſua viſitatione refoveret fidiſſimum amicum. Audiens hoc *Theodorus* commotione maxima de invalitudine tanti viri, animoque mœſto, celeriter partes in illas profectus eſt, ſumens ſecum prout potuerat ea, quæ in infirmitate laboranti noverat congruere, Veniens autem ad præfatam cellulam, invenit beatum virum in maxima infirmitate detentum. Et miſit celeriter ad *Tozzonem* Epiſcopum, intimans ei, ut acceleraret, & tantum patronum prius, quàm ab hac luce ſeculari diſcederet, viſitare veniret. Cum audiſſet igitur hoc præfatus Epiſcopus velociter partes in illas profectus eſt, & pervenit ad cœnobium beati viri. Cumque magnus patronus in infirmitate maxima laboraſſet, videns eum Tozzo Epiſcopus, cœpit flere & dicere: Heu, heu pater amande, heu doctor egregie, in his periculis quaſi orphanum me dimittis? Ad hæc beatus vir *Magnus* inquit: Noli flere venerabile præſul, quia me in tot mundialium perturbationum procellis laborantem conſpicis: quoniam credo in miſericordia Dei, quod anima mea in immortalitatis libertate ſit gaviſura; tamen deprecor, ut orationibus tuis ſanctis mihi peccatori & animæ meæ non deſinas adjuvare. Inter hæc verba *B. Magnus* per dies tredecim laborans, expletis 26. annis morationis ſuæ in illo cœnobio, ætatis verò ſuæ annis 73. in die ſancto Dominico, & in 8. Idus Sept. commendans ſe Domino & venerabili Pontifici in ſenectute bona, circa horam 9. diei ipſius Dominici ſanctam animam Deo reddidit, de hujus vitæ liberatur ergaſtulo. Flentibus autem *Epiſcopo* & *Theodoro* coram lectulo ejus, audita eſt vox: Veni *Magne*, veni, ſuſcipe coronam, quam tibi Dominus præparatam habet. Audita ergo hac voce, dixit *Tozzo* ad *Theodorum*. Ceſſemus flere frater, quia potius nobis oportet gaudere de animæ ejus in immortalitate ſumptæ in hoc ſigno audito, quam luctus facere. Sed eam ad Eccleſiam, & pro tam chariſſimo amico

amico salutares hostias Domino immolare studeamus. Finito itaque fraternæ commemorationis obsequio, invenerunt ambo sarcofagum optimum lapideum, à quodam duce antiquis temporibus nomine *Abuzaco* constructum, qui & ipsum castrum construxit, & à suo nomine similiter *Abuzacum* vocavit. Unde fuit in ipso sarcofago positus, neque sepultus quisquam. Purgato ergo ipso sarcofago, assumpserunt sanctum corpus, & recondiderunt in loco, ubi pater ipse sibi oraculum construxerat, & cooperuerunt humo, ponentes ejus vitam in capitè suo scriptam, virtutibusque plenam, sub auctoritate *Theodori* ita:

CAPUT XXIX.

Protestatio Theodori Monachi quod fideliter scripserit vitam B. Magni.

EGo itaque *Theodorus* Monachus ex Monasterio *S. Galli* jussu TOZZONIS Episcopi, sicut à *Theodegiselo* Monacho *S. Columbani* de tanti viri conversationibus simul cum *B. Columbano* comperui, & oculis meis ipse vidi, & auribus audivi, seu posteaquam me reliquit in cellula *Campidonense*, sicut postea à præfato venerabili Episcopo TOZZONE de virtutibus ejus didici plurima, sed non omnia in epitafio meo scribere curavi, & ad caput ejus posui reconditum cum sepulchro, quatenus futuris temporibus, quando Domino revelante corpus ejus sanctum inventum fuerit, sicut Domino annuente illi, qui tunc temporis pastores & rectores sanctæ Ecclesiæ fuerint, invenerint justum & dignum fore, ita ea corrigant, quæ corrigenda sunt, & quæ emendanda sunt, emendent, nec non pro me servo Christi intercedere non dedignentur, quatenus orationibus tanti patroni suffultus anima mea in requiem sempiternam procedat.

CAPUT XXX.

De eo, quod TOZZO *Episcopus cœnobium S. Magni in necessariis semper adjuvit.*

VIr ergo venerabilis Episcopus Tozzo, post obitum beati patroni *Magni*, prout ipsum cœnobium semper cum suis custodibus custodivit, secundum facultatem loci regens & gubernans, atque disponens ea, quæ ad ipsum Monasterium jure pertinere debebant, custodiens sanctum corpus cum Clericis & officiis divinis atque luminaribus usque ad obitum suum, qui permanens post discessum *B. Magni* in Episcopatu annos quinque, & menses tres. XVII. Kal. Febr. vitam secularem finivit, tradens ante obitum suum hæreditatem suam ad sepulchrum beati *Magni* cum firmitate & stipulatione secundum legem *Alamanorum*, sepultusque à Clero suo est *Augustensæ* sub testimonio in eadem hæreditate,

CAPUT. XXXI.

De eo, quod post obitum Pippini Regis Theodorus ad S. Othmarum venit, eique omnia, quæ de B. Magno acciderant, narravit.

DEnique post obitum gloriosi Regis *Pippini* filiis suis litigantibus, erectus est *Utilo* in *Ducatu Bajoriorum*, & *Gotafrid* in regimine *Alamannorum*. Sicque orta magna seditione & rixa inter *Bajorios* & *Alamannos* devastantes & deprædantes seu spoliantes omnia quæ in marchis duorum regnorum consistebant, minimè quivit *Theodorus* fidelis Monachus *S. Galli* & *Magni* custodire locum *Campidonensem* propter varias persecutiones, & malorum hominum à pagensibus ipsius loci oppressiones in suis & sua, nec non in semetipso, idcirco relinquens illum locum, profectus est ad Monasterium *S. Galli*, invenitque *B, Othmarum* ipsius Monasterii jam senem & grandævum, provectæque ætatis, sed Domini gratia & Spiritu S. plenum, & divinis virtutibus imbutum, narravit ei omnia de *B. Magno* Confessore Christi, quæ acciderant, & de loco *Campidonense* seu de persecutione plurima, quam passus est à paganis, vel à malis *Christianis*. Hæc audiens B. *Othmarus* dolens & mœrens de tanta persecutione, seu etiam & de sua ipsa, quam jam à pessimis *Comitibus Warino* & *Ruodhardo*, qui tunc temporis quasi totius *Alamanniæ* curam administrabant, patiebatur, quendam de fratribus ejus *Berhtgozyn* Monachum optimum virum & prudentem, cum quatuor Mona-

Monachis aliis illuc direxit, qui ipsum locum custodirent, donec Domino opitulante pace reddita iterum à Rege *Karolo* sublimaretur, permittens *Theodorum* morari in Monasterio B. *Galli* usque ad obitum suum. SÆC. VII. ANNO 660.

CAPUT XXXII.

De eo, quod (u) Karolus Rex per Simpertum Episcopum Augustensem, Monasterium, S. Magni, & alia destructa reparavit.

IGitur *Karolo* Rege consolidato & confirmato in provincia *Galliæ*, restaurans & reædificans Ecclesias, quæ à malis invasoribus desolatæ erant, totam *Germaniam* Dominus sub suo jugavit imperio, interfectis Principibus *Germaniam* possidentibus. Cumque audisset de B. *Othmaro* injustè acta, & ad finem obitus usque perducta, nec non de cœnobio *Campidonense*, imò de civitate *Augustense*, quippe de Monasterio *S. Afræ*, & cellam S. *Magni* penè destructam, & desolatam, compunctus corde, iterum reædificare cœpit ipsas Ecclesias, & sublimare. Constituit autem Episcopum *Sintpertum* nomine in ipsa civitate, & dedit secundum morem regum per firmitatis præceptum ad præfata loca omnia, quæ ab antecessore suo *Pippino* illuc tradita fuerant; insuper & addidit plurima: susceptumque Episcopatum *Sintpertus* profectus est ad *Augustam vindelicum*, & per annos triginta ferè rexit ipse Ecclesiam, construens *Basilicam S. Afræ* & restaurans cœnobium *S. Magni*. Parochiam vero in ambarum partium *Lechi* fluminis per auctoritatem Domini *Leonis* tunc temporis *Papæ*, & confirmationem Domni *Karoli* jam facti *Imperatoris*, in utroque regno simul Domino favente coadunavit.

CAPUT XXXIII.

De translatione corporis beati Magni per Lantonem Episcopum Augustensem.

QUaliter ergo corpus B. *Magni* repertum sit, & inter cæteras virtutes, quæ ante sepulchrum ejus Dominus per merita sua revelare dignatus est, quam maximam virtutem tunc reperiente corpore suo non est silendum. Defuncto autem *Sindperto* Episcopo, successor ejus *Lanto* in Episcopatu pastoralidicium sumpsit. Sed cum non amplius, quàm septem annos in Pontificatus honore ipsam Ecclesiam regere visus est, minime quivit aliquid ex his rebus sublimare, nisi tantum in *Bajoariam* propter suam progeniem, quam ibi præsentem habebat, ea quæ potuit ad ipsam Ecclesiam adquisivit. Finitis autem pertransactis septem annis temporibus suis, successores ejus, qui in ipsa Ecclesia sancta constituti sunt, primus cœpit *Nitcarius* à fundamentis Ecclesiam B. *Magni* construere, cæteri verò præsules eum subsequentes, prout potuerunt, similiter construxerunt, tamen non fuit aula Basilicæ ad perfectionem operis perducta. (x)

(u) Inde patet errare eos, qui ut Theodorum ab inscitiâ purgent, scribunt Pippinum, qui monasterium ad *fauces* Regalibus donis dotavit, fuisse Pippinum Caroli Martelli Parentem, cum hic aperte de Pippino Rege ipsiusque filio, Carolo Magno agatur. BASN.

(x) Hic desunt quædam, quæ leguntur apud Goldastum de Translatione corporis B. Magni sub Lantone Augustensi Episcopo. Dicitur in sepulchro repertum fuisse Pittacium putridum, divina providentiâ servatis paginis ut legerentur; easque commendatas Ermenrico ex Monasterio Elewanga, qui illa scripta emendavit & in capitula distinxit. Vixit autem Ermenricus sæculo nono. BASN.

FINIS.

SANCTI
ADAMANNI
SCOTI LIBRI TRES,
DE
SANCTO COLUMBA SCOTO,

Presbytero & Confessore,

Qui circa annum Domini 565. floruit.

A Canisio primum editi ex membranis m. s. Monasterii Windbergensis in Bavaria.

JACOBI BASNAGII
OBSERVATIO
IN
ADAMNANUM.

SÆC. VII. ANNO 670. *Adamnani nomen, ætas &c.*



Uamvis hîc multa de Adamnano subjiciantur, aliqua tamen supersunt observanda. Primo genuinum esse illius nomen *Adamnanum*: sibi ipsi notissimus esse debuit Adamnanus; at sæpius se ipsum Adamnanum vocat hoc in opusculo. 2°. Distinguendum esse ab alio Adamnano, qui vixit Monachus in Cœnobio Coludiensi. De priori Beda Libro 5. C. 16. de posteriori Libro IV. c. 19. Hic fuit qui nihil unquam cibi vel potus, excepta die Dominica & Quinta Sabbati, percipiebat, ab altero qui vitam Columbæ scripto reliquit, plane diversus. Peccaverunt igitur Possevinus & Gesnerus, quorum Fragmenta hîc subjecta sunt, imo & ipse Canisius, qui duo loca Trithemii male conjunxit 3°. Præfuit Adamnanus Hiensi Monasterio sub finem sæculi septimi; nam Columba moriens anno 598. Battheneum sibi successorem indicaverat. Obiit Battheneus Abbas an. 622. & Segieno Monasterii præfectu-

ram

ram reliquit. Illam tenuit Segienus ad annum 652. tuncque suffectus est Failbeus, quem Adamnanus *Decessorem suum* appellat; ipse autem nonnisi an. 665. ex Anglia in patriam reversus est 4°. Adamnanus Scotorum more Pascha celebrare fuit solitus: Altera fuit eo tempore quæstio celeberrima de tonsura, ut patet ex Concilio Pharensi anno 664. habito. Tondebatur caput Romanorum in formam Coronæ, idque à Petro accepisse fingebatur; aliis tonsuram suam a Simone Mago, ut ferebatur, habentibus. Stabat primum a Partibus Scotorum adversus Romanos Adamnanus; sed tum circa tonsuram, tum circa Paschatis celebrationem a Ceolfrido Abbate conversus, Monasterium Hiense pristinam mutare sententiam voluit, sed frustra; monachi enim a Romanorum ritibus alieni permanserunt. Quinto denique monendus est lector, ante Adamnanum jam fuisse conscriptam Columbæ vitam a Cumneneo Albo, quam ipse viderat & laudavit Libro secundo. Hancque vitam edidit eruditissimus Mabillonius Sæculo Benedictino primo; sed multo brevior est ea quam in lucem prodire facimus: Quippe plurima à Cumneneo omissa complexus est Adamnanus à Canisio editus; tota tamen vita miraculis est referta, quæ a traditione seniorum satis incerta hauserat. De signo crucis & aqua benedicta sæpius fecit mentionem. Verbum Dei prædicaturus Columba provinciis septentrionalium Pictorum hoc, est Scotorum, transnavigaverat in Angliam, anno 665. reversus in Patriam ibi *terdenos & quatuor* annos, ut asserit Adamnanus libro tertio, commoratus est: Obiit igitur Columba, ut prius dictum, anno 598. Sepultus dicitur cum Patritio & Brigida; unde versus quos retulit Sylvester Gyraldus Cambrensis in Hiberniæ Topographia:

SÆC. VII. ANNO 670.

Beda l. 5. c. 22.

In Burgo Dunio
Tumulo tumulantur in unio
Brigida Patritius
Atque Columba pius.

Apud Mabillon. Sæc. III. p. 1. p. 502.

Post Columbæ vitam scripsit Admnanus Abbas Hiensis tres libros de locis Sanctis; sed fabulæ quæ ibi leguntur, debentur Arculpho Galliarum Episcopo, cui nimia cum supinitate fidem adhibuit miraculorum indagator scriptor noster.

„ Texere librum de locis incipio Sanctis Arculphus Sanctus Episcopus „ Gente Gallus, diversorum longe remotorum penitus locorum verax & in- „ dex satis idoneus in Hierosolymitana civitate per menses novem hospita- „ tus & locis cotidianis visitationibus peragratis mihi Adamnano hæc uni- „ versa quæ infra sunt exaranda experimenta diligentius perscruanti & „ primo in tabulas describenti fideli & indubitabili narratione dictavit.

Prologus auctoris.

Unicum proferam exemplum, ut de cæteris Judicium feratur: Inter illam quoque Golgothanam Basilicam & Martyrum quædam inest exedra, in qua est *Calix Domini*, quem a se benedictum *propria manu* in cœna pridie quam pateretur ipse, *conviva Apostolis tradidit convivantibus: qui argenteus Calix Sextarii Gallici* mensuram habens duasque ansulas in se ex utraque parte altrinsecus continens compositas. *In quo utique Calice* illa inest spongia, quam aceto plenam hyssopo circumponentes Dominum crucifigentes obtulerunt ori ejus. De hoc eodem Calice Dominus post resurrectionem *cum Apostolis convivans bibit*, quem S. Arculfus vidit &c: Inde concludunt viri docti argenteos calices in usu fuisse ab institutione Sacramenti. Errabant igitur toto cœlo qui vitreis, ut Exuperius, utebantur.

Adamnanus de locis Sanctis l. 1. c. VII.

Denique missus fuit Adamnanus ad *Aldfridum* Regem. Is fuit Rex Northumbrorum, qui anno DCCV. diem suum clausit.

MARTYROLOGIUM

ROM. IX. JUNII.

In Scotia S. Columbani Presbyteri & Confessoris.

Ad quæ notat hæc Baronius.



E eo hac die Beda & alii recentiores. Pluribus de eo idem Beda hist. de gest. Angl. l. 3. c. 4. & 25. ubi eundem appellat Columbanum, *Columbam autem in epitome ann. Dom. 565. quo anno ex Hibernia se contulit in Britanniam vixitque ibi annis triginta duobus, ut idem testatur auctor: sicque pervenisse videtur usque ad annum Domini 597. de quo & Sigebertus in Chron. anno 596. & 598. Ubi semper Columbanum appellat. Scripsit ejus vitam Adamandus eidem æqualis, de quo Sigebert. de Vir. illust. c. 64. Nec moveat quenquam, quod Columba hic, præter morem Ecclesiæ, Pascha celebrabat decima quarta Luna: Excusat enim eum Beda hist. Angl. l. 3. c. 4. in fine, & Walfridus apud eundem eodem lib. 3. c. 25. Alius ab hoc est S. Columbanus Abbas Luxoviensis, de quo inferius ad XI. Kal. Decemb.* Hæc Baronius.

Trithemius de scriptor. Eccles.

Adamannus Presbyter & Abbas Monasterii Huensis, quod S. Columbanus quondam construxit in insula Scotiæ, vir in divinis scripturis valde studiosus & eruditus, secularium quoque literarum non ignarus, ingenio cautus, & dulcis eloquio, vita & conversatione præclarus, non sine opinione sanctitatis, pater multorum monachorum fuit. Scripsit inter cætera satis composito sermone volumen De locis terræ sanctæ lib. 1. Et quasdam Epistolas. Claruit sub Justiniano juniore Augusto. Anno Dn. 690. Hæc Thrithem qui lib. 3. de viris illust. Ord. S. Benedicti c. 124. hæc habet de eodem S. Adamanno. ita enim ponit titulum: Adamannus Monachus & Presbyter Monasterii Sanctimonialium in Anglia, quod Colodi urbs dicitur, Præpositus, natione Scotus, vir austeræ conversationis, & sanctæ vitæ, ita ut præter Dominicam & quintam feriam nihil in hebdomada penitus comederet, sæpe etiam noctes integras pervigil in oratione transigeret. Magnis effulsit virtutibus. Claruit anno Dn. 670. Hæc Trithemius, qui eodem lib. 3. c. 153. hæc: Adamannus Abbas monasterii, quod B. Columbanus olim in insula Hu fundavit in Hibernia, vir doctus & sanctus, & pater multorum Monachorum, sua prædicatione sanctissima plurimam partem Scotorum in Hibernia, & etiam Britones in Brittannia, ad debitum Paschalis celebritatis tempus reduxit. Claruit anno Dn. 700. Hæc Trithem.

Antonius Possevinus in Apparatu sacro.

Adamanus Scotus, Coludius, Monachus, & Abbas Monasterii Insulæ Huensis in Scotia, quod S. Columbanus construxit, congregationis Benchorensis, floruit

ruit anno 690. scripsitque de locis terræ sanctæ librum unum. De Paschate Epistolas. De vita S. Columbæ (fortassis Columbani) Monachi & Confessoris lib. 1. Cujus initium est: B. Patris N. Christo suffragante vitam descripturus. Extat ad S. Gislenum. Arnold. & ante illum Tritemius, qui non omnia ejus scripta cognoverat. SÆC. VII. ANNO 670.

Epitome Biblioth. Gesneri.

Adamannus Coludius, Scotus, Monachus Ordinis Apostolici, & cœnobii Huensis moderator, scripsit de locis Terræ Sanctæ librum unum. De situ Hierusalem librum unum. De Paschate legitimo librum unum. Epistolas quoque edidit. Ab hoc Bedam multa sumpsisse, & suis libris inseruisse tradunt. Claruit anno 699. Hæc Gesn.

Molanus in appendice ad Usuardi Martyrologium.

Adamannus Abbas, plurimam partem Scotorum in Hibernia, & nonnullam etiam de Brittonibus, ad Catholicam Paschalis temporis observantiam sua prædicatione correxit. Scripsit idem librum de locis sanctis. Beda lib. 5. historiæ cap. 16. & 22. Hæc Molanus: qui cum Columbam inter Sanctos recenset, notandum est, quod codex m. s. Rebdorffensis expresse in titulo libri vocat Sanctum. Ita etiam Trithemius lib. 3. de viris illust. Ord. S. Benedicti, cap. 124. & 153. Sanctum vocat.

Porro de nomine Adamanni observandum, varie a variis appellari. Aliqui, ut etiam Baronius, vocant Adamandum, alii plerique Adamannum, codex m. s. Rebdorfensis ubique vocat Adamnanum, vel Adomnanum.



V. IDUS JINIAS CELEBRATUR DEPOSITIO.

SANCTI COLUMBÆ,

PRESBYTERI ET CONFESSORIS.

Incipit prima præfatio, apologiaque Adomnani Abbatis Sancti Scriptoris.

Præfatio.



Beati nostri PATRONI, CHRISTO suffragante, vitam descripturus, fratrum flagitationibus obsecundare volens; inprimis eandem lecturos quosque admonere procurabo, ut fidem dictis adhibeant compertis; & res magis, quàm verba perpendant, quæ, ut æstimo, inculta & vilia esse videntur; meminerintque Regnum Dei non eloquentiæ exuberantia, sed in fidei florulentia constare, & nec ob aliqua SCOTICÆ, vilis videlicet linguæ, aut humana onomata, aut gentium diversas * vilescunt linguas; utilium & non sine divina opitulatione gestarum despiciant rerum pronunciationem.

Scotica lingua vilis.

*f. quæ vilescunt.

Sed & hoc lectorem admonendum putavimus, quod de beatæ memoriæ viro, plura studio brevitatis, etiam memoriæ digna, à nobis sunt prætermissa: & quasi pauca de plurimis, ob evitandum fastidium lectorum, sint exarata.

Et hoc, ut arbitror, quisque hæc lecturus fortè annotabit, quod minima de maximis per populos fama de eodem beato viro divulgata disperserit, ad horum paucorum comparationem, quæ nunc breviter exarare disponimus. Hinc post hanc primam præfatiunculam de nostri vocamine PRÆSULIS, in exordio secundæ, DEO auxiliante, intimare exordiar.

Incipit præfatio secunda.

VIr erat vitæ venerabilis, & beatæ memoriæ, Monasteriorum Pater, & fundator, cum Jona Propheta homonymum sortitus est nomen. Nam licet diverso trium diversarum sono linguarum, unam tamen eandemque rem significat; hoc quod HEBRAICE dicitur JONA, Græcitas verò ΝΗΠΙΟΤΗΤΑ peristeram vocitat; & Latina lingua COLUMBA nuncupatur.

lego: περιστεράν.

Tale, tantumque vocabulum homini DEI, non sine divina providentia inditum esse credimus. Nam & juxta Evangeliorum fidem Spiritus sanctus super unigenitum æterni Patris filium descendisse monstratur in forma illius aviculæ, quæ columba dicitur. Unde plerumque in sacro sanctis libris mysticè Spiritum S. significare dignoscitur. Proinde & Salvator in Evangelio suis præcepit discipulis, ut columbarum in corde puro insertam simplicitatem continerent. COLUMBA etenim & simplex, innocensque nuncupari debuit,

buit, qui in se columbinis moribus SPIRITUI S. hospitium præbuit. cui nomini non inconvenienter congruit illud, quod in proverbiis scriptum est: melius est nomen bonum, quàm divitiæ multæ. SÆC. VII. ANNO. 670.

Hic igitur noster præsul non immeritò non solùm à diebus infantiæ hoc vocabulo, Deo donante, adornatus proprio ditatus est; sed etiam præmissis multorum ciclis annorum ante suæ nativitatis diem cuidam Christi militi, SPIRITU S. revelante, quasi filius repromissionis mirabili prophetatione nominatus est.

Nam quidam PROSELYTUS BRITTO, homo sanctus, sancti PATRICII Episcopi discipulus MAVETEUS nomine ita de nostro prophetizavit patrono; sicuti nobis ab antiquis traditum expertis compertum habetur. *Prædictio de Columba.*

In novissimis, inquit, temporibus seculi, filius nasciturus est, cujus nomen COLUMBA per omnes Insularum Oceani Provincias divulgabitur notum: novissimaque orbis tempora clarè illustrabit. Mei & ipsius duorum monasteriorum agelluli unius * sepisculæ intervallo disterminabuntur: homo valdè Deo charus, & grandis coram ipso meriti. ** pro sepicula.*

Hujus igitur nostri COLUMBÆ vitam & mores describens, inprimis brevis sermonis textu, in quantum valuero, strictim comprehendam, & ante lectoris oculos sanctam ejus conversationem pariter exponam. Sed & de miraculis ejus succinctè quædam quasi legentibus, avidè prægustanda ponam. quæ tamen inferiùs per tres divisa libros plenius explicabuntur. Quorum primus Propheticas revelationes: secundus verò divinas per ipsum virtutes effectas: tertius Angelicas apparitiones continebit; & quasdam super hominem DEI cœlestis claritudinis manifestationes.

Nemo itaque me de hoc tam prædicabili viro, aut mentitum æstimet, aut quasi quædam dubia, vel incerta scripturum: sed ea, quæ majorum, fideliumque virorum tradita expertorum cognovi relatione narrantium; & sine ulla ambiguitate (a) carraxaturum sciat. Et vel ex his, quæ ante nos inserta paginis reperire potuimus; ut ex his, quæ audivi ab expertis quibusdam fidelibus, antiquis, sine ulla dubitatione narrantibus, diligentius sciscitantes didicimus.

(a) Id est descripturum, sic Aldhelmus, quem mox subiiciemus, de virginitate c. 10. flexis litterarum apicibus in quadrata *parietis pagina caraxatis.* BASN.



INCI-

INCIPIT LIBER PRIMUS DE PROPHETICIS REVELATIONIBUS.

I. *Columbæ genealogia.*



Anctus igitur *Columba* nobilibus fuerat oriundus genitalibus; patrem habens *Fedilimitum*, filium *Fergußo;* matrem *Æthneam* nomine. cujus pater latinè *Filius Navis* dici poteſt: *Scotica* verò lingua *Magnave*. Hic anno ſecundo poſt *Culedrebine* bellum, ætatis verò ſuæ 42. de *Scothia* ad *Britanniam* pro Chriſto peregrinari volens enavigavit. Qui etiam à puero deditus Chriſtiano tyrocinio, & ſapientiæ ſtudiis, integritatem corporis & animæ puritatem, DEO donante, cuſtodiens; quamvis in terra poſitus, cœleſtibus ſe aptum moribus oſtendebat. Erat enim aſpectu angelicus; ſermone nitidus; opere ſanctus; ingenio optimus; conſilio magnus; per annos 34. *Inſulanus Miles* eſt verſatus. Nullum etiam unius horæ intervallum tranſire poterat, quo non aut orationi, aut lectioni, vel ſcriptioni, vel etiam alicui operationi incumberet. Jejunationum quoque & Vigiliarum indefeſſus laborationibus, ſine ulla intermiſſione diu noctuque occupatus, ita ut ſupra humanam poſſibilitatem uniuſcujuſque pondus ſpecialis operis videretur. Et inter hæc omnibus charus, hilarem ſemper faciem oſtendens, ſanctorum ſpecie ſancti Spiritus gaudio in intimis lætificabatur præcordiis.

II. *De Finteno Columba prædictio.*

Sanctus *Fintenus*, qui poſtea per univerſas *Scottorum* Eccleſias valdè noſcibilis habitus eſt, à puerili ætate integritatem carnis & animæ DEO adjuvante, cuſtodiens, ſtudiis dialecticalis ſophias deditus. Hoc propoſitum in annis juventutis converſatus in corde habuit, ut noſtrum ſanctum *Columbam**, *Hyberniam* deſerens, peregrinaturus adiret.

* *Ab aliis Columbanus dicitur. Mabillon.*

Eodem æſtuans deſiderio ad quendam vadit ſeniorem ſibi amicum, in ſua gente prudentiſſimum, venerandumque clericum, qui *Scotice* vocitabatur *Columbus*, (*a*) ut ab eo prudentiæ quaſi aliquod audiret conſilium. Cui cum ſuos tales denudaret cogitatus, hoc ab eo reſponſum accepit: Tuum, ut eſtimo, adeò inſpiratum devotumque deſiderium quis prohibere poteſt, ne ad ſanctum *Columbam* transnavigare debeas.

Eadem hora caſu adveniunt duo monachi ſancti *Columbæ*, qui de ſua interrogati ambulatione. Nuper, ajunt, de *Britannia* remigantes hodiè à *Roboreto* venimus. Soſpes ne eſt, ait *Columbus*, veſter *Columba* ſanctus pater? Qui valdè illachrimati, cum magno dixerunt mœrore, verè ſalvus eſt noſter ille patronus, qui his diebus nuper migravit ad Chriſtum. Quibus auditis *Fintenus* & *Columbus*, & omnes qui ibidem inerant, proſtratis in terram vultibus amarè flevêre: *Fintenus* conſequenter percontatur, dicens: Quem poſt ſe ſucceſſorem reliquit? *Battheneum*, ajunt, ſuum alumnum. Omnibusque clamitantibus, *Dignum & debitum*; *Columbus* ad *Fintenum* ait; Quid ad hæc *Fintene* facies? Qui reſpondens, ait; Si Dominus permiſerit, ad *Battheneum* virum ſanctum & ſapientem enavigabo; & ſi me ſuſceperit, ipſum *Abbatem* habebo.

Tum deinde ſupra memoratum *Columbum* oſculatus, & valedicens, navigationem præparabat, & ſine ulla morula transnavigans *Jovam* devenit inſulam. Et nec dum in id temporis usque nomen ejus in his locis erat notum. Unde & inprimis quaſi quidam ignotus hoſpes hoſpitaliter ſuſceptus; alia die internuncium ad *Battheneum* mittit, ejus allocutionem facie ad faciem habere volens. qui ut erat affabilis, & peregrinis appetibilis, jubet ad ſe adduci. Qui ſtatim adductus, primò ut veniebat, flexis genibus in terram ſe proſtravit, viſusque à ſeniore ſancto ſurgit; & reſidens interrogatur à *Battheneo*,

(*a*) Diverſus plane a Columba noſtro fuit & alter: primus Doctor fidei Chriſtianæ Transmontanus Pictis ad Aquilonem primusque fundator Monaſterii quod in Hie inſula multis diu Scotorum Pictorumque populis venerabile manſit. Hic videlicet Columba, nunc a nonnullis compoſito a cella & Columbario nomine Columcelli vocatur. Beda. IV, Cap. 10. BASN.

Btheneo, adhuc inscio de gente, & provincia, nomineque & conversatione, & pro qua causa inierit navigationis laborem. Qui ita interrogatus omnia per ordinem enarrans, ut susciperetur, humiliter expostulat. SÆC. VII. ANNO 670.

Cui sanctus *Senior* his ab hospite auditis, simulque hunc esse virum cognoscens, de quo pridem aliquando sanctus *Columba* prophetice vaticinatus est; Gratias, ait, Deo meo agere debeo quidem in tuo adventu, fili. Sed & hoc indubitanter scito, quod noster monachus non eris.

Hoc audiens valdè contristatus infit: Forsitan ego indignus tuus non mereor fieri monachus. *Senior* consequenter inquit; Non quod, ut dicis, indignus esses, hoc dixi; sed quamvis maluissem te apud me retinere, mandatum tamen sancti *Columbæ* mei defensoris profanare non possum, per quem *Spiritus* sanctus de te prophetavit. Aliaque die mihi soli seorsum prophetico sic profatus ore inter cætera dixit; Hæc mea, ô *Batthenee*, intentius debes audire verba, statim namque post meum de hoc ad Christum seculo expectatum, & valdè desideratum transitum, quidam de *Schotia* frater, qui nunc benè juvenilem bonis moribus agens ætatem, sacræ lectionis satis studiis imbutus, nomine *Fintenus*, ad te, inquam, perveniens humiliter expostulabit, ut ipsum suscipiens inter cæteros adnumeres monachos. Sed hoc ei in Dei præscientia prædestinatum non est, ut ipse alicujus fieret monachus; sed ut monachorum Abbas, & animarum dux ad cœleste regnum olim electus à Deo est. Nobis itaque hunc memoratum virum in his nostris apud te * retinere insulis: ne & Dei voluntati contraire videaris. Sed hæc ei intimans verba, ad *Schotiam* in pace remittas, ut in *Laginensium* vicinis mari finibus monasterium construat; & ibidem Christi ovium pascens gregem, innumeras ad patriam animas cœlestem perducat.

Hæc audiens sanctus *Junior*, *Christo* lachrimas fundens, agit gratias, inquiens: Secundum sancti *Columbæ* propheticam fiat mihi & mirabilem præscientiam.

His denique verbis Sanctorum obtemperans, & à *Battheneo* accipiens benedictionem, in pace ad *Schotiam* transnavigavit.

Alio in tempore vir beatus in mediterranea *Hyberniæ* parte monasterium, quod *Scothice* dicitur, *Dairmag*, divino fundans nutu, per aliquot demoratur menses. Libuit animo visitare fratres, qui in *Cloensi Sancti Cerani Cœnobio* commanebant. III. *Col. prophetia de Ereneo.*

Audito itaque ejus accessu universi undique ab agellulis monasterio vicinis, cum his qui ibidem inventi sunt, congregati, cum omni alacritate suum consequentes Abbatem *Alitherum*, quasi Angelo Domini obviam egressi vallum monasterii, unanimes pergunt, humiliatisque in terram vultibus, eo viso cum omni reverentia exosculatus est ab eis; hymnisque & laudibus resonantes, honorificè ad Ecclesiam perducebant; quandamque de lignis pyramidem erga sanctum deambulantem constringentes à quatuor viris æquè ambulantibus supportari fecerunt: ne videlicet sanctus senior *Columba* ejusdem fratrum multitudinis constipatione molestaretur.

Eadem hora quidam valdè despectus vultu & habitu, puer familiaris, & nec dum senioribus placens, retrò in quantum valuit, se occultans accessit; ut videlicet vel illius amphibali fimbriam, quo vir beatus induebatur, occultè, & si fieri posset, ipso nesciente, & non sentiente tangeret; sed hoc tamen sanctum non latuit. Nam quod corporalibus oculis retrò se actum intueri non potuit, spiritualibus perspexit. Unde subitò restitit, & post se extendens manum, cervicem pueri tenet, ipsumque trahens ante faciem suam statuit, omnibusque, qui ibidem circiter astabant, dicentibus; Dimittite, dimittite, quare hunc infelicem & injuriosum retines puerum? sanctus è contra hæc puro pectore verba depromit prophetica, sinite fratres; sinite modo. Ad puerum verò valdè tremefactum dicit; O fili aperi os tuum, & porrige linguam. Jussus tum puer cum ingenti tremore aperiens os suum, linguam porrexit; quam sanctus, sanctam manum extendens, & diligenter benedicens, ita propheticè profatur dicens: Hic puer quamvis nunc despicabilis & valde vilis videatur, nemo tamen ipsum ob id despiciat; ab hac enim hora non solum vobis non displicebit, sed valdè placebit, bonisque moribus & animæ virtutibus paulatim de die in diem crescet: sapientia quoque & prudentia magis ac magis in eo ab hac die adaugebitur; & in hac nostra congregatione grandis est futurus provectus. lingua quoque ejus salubri & doctrina, & eloquentia à Deo donabitur.

Hic erat *Ereneus* postea per omnes *Schoticæ* Ecclesias famosus, & valdè notissimus. Qui hæc omnia supra scripta verba *Segeneo* Abbati de se prophetata enarraverat, meo decessore *Failbeo* intentius audiente, qui & ipse cum *Segeneo* præsens inerat; cujus relatione & ego ipse cognovi hæc eadem quæ narravi. NB.

Sed & multa alia hisdem diebus, quibus in *Cloensi* cœnobio sanctus hospitabatur, revelante

SÆC. VII. ANNO 670. velante *Spiritu Sancto* prophetavit; hoc est, de illa quæ post dies multos ob diversitatem *Paschalis* festi orta est inter *Scothicæ* Ecclesias discordia, & de quibusdam Angelicis frequentionibus sibi manifestatis: quibus quædam intra ejusdem cœnobii septa ab Angelis tunc temporis frequentabantur loca.

IV *De Chamnecho.* Alio in tempore, cum in *Jova* (*b*) insula die fragosæ tempestatis, & intolerabilis undarum magnitudinis, sedens in domo sanctus, & fratribus præcipiens, diceret; Præparate ocius hospitium, aquamque ad lavandos hospitum pedes haurite. Quidam ex ipsis frater consequenter: Quis, ait, hac die valdè ventosa, & nimis ventosa, & nimis periculosa, licet breve fretum, prosperè transnavigare potest? Quo audito sanctus sic profatur: Cuidam sancto & electo homini, qui ad nos ante vesperam perveniet, omnipotens tranquillitatem quamlibet in tempestate donabit.

Et ecce eadem die aliquandiu à fratribus expectata navis, in qua sanctus inerat *Chamnechus*, juxta sancti prophetationem pervenit. Cui sanctus cum fratribus obviam venit, & ab eo honorificè & hospitaliter susceptus est. Illi verò nautæ, qui cum *Chamnecho* inerant, interrogati à fratribus de qualitate navigationis, sic retulerunt, sicut sanctus *Columba* prius de tempestate & tranquillitate pariter Deo donante, in eodem mari, & hisdem horis mirabili divisione prædixerat, & tempestatem eminùs visam non sensisse professi sunt.

V *De Columbano.* Alio itidem die sanctus *Columba* in sua commanens matrice Ecclesia, repentè in hanc subridens vocem erupit, dicens; *Columbanus* ad nos transnavigare incipiens, nunc in undosis charybdis æstibus valdè periclitatur. Abbasque ad cœlum in prora sedens, palmas elevat; turbatum quoque & tàm formidabile pelagus benedicit, quem tamen Dominus sic terret, non ut navis naufragio, in qua ipse resedit, undis obruatur, sed potius ad orandum intentius suscitetur; ut ad nos, Deo propitio, post transvadatum perveniat periculum.

VI *De Cormacho.* In tempore quoque alio, de *Cormacco*, viro utique sancto, qui tribus non minus vicibus *Erenum* in Oceano laboriosè quæsivit, nec tamen invenit; *S. Columba* ita prophetizans ait: Hodie iterum *Cormachus* desertum cupiens reperire, enavigare incipit ab illa regione, quæ ultra *Modam* fluvium sita est, & *Cirros* dicitur: nec tamen etiam hac vice, quod quærit, inveniet: & non ob aliam ejus culpam, nisi quod alicujus religiosi Abbatis monachum, ipso non permittente, discessorem secum non rectè comitari navigio susceperit.

VII *Prædictio de fuga barbarorum.* In tempore alio, hoc est, post multos annorum transcursus, cùm esset vir sanctus in Jova insula, subitò dicit ad suum ministratorem, Cloccam pulsa: Cujus sonitu fratres incitati, ad Ecclesiam ipso sancto Præsule præeunte ocius currunt, ad quos ibidem flexis genibus infit, Nunc intentè pro hoc populo & *Aldano* rege dominum oremus, hac enim hora ineunt bellum. Et post modicum intervallum egressus oratorium, respiciens in cœlum, inquit; Nunc barbari in fugam vertuntur; *Aldanoque* quamlibet infœlici, tamen concessa est victoria. sed & de numero, de exercitu *Aldani* interfectorum trecentorum & trium virorum, vir beatus propheticè narravit.

VIII *De Successore regni.* Alio quoque in tempore ante supra dictum bellum sanctus *Aldanum Regem* interrogat de regni successore. Illo respondente, nescire quis esset de tribus filiis regnaturus: Sanctus consequenter hoc profatur modo; Nullus ex his tribus erit regnaturus; nam in bellis cadent ab inimicis trucidandi. sed nunc si alios juniores habeas, ad me veniant, & quem ex eis elegerit Dominus regem, subitò super meum irruet gremium. Quibus accitis secundum verbum sancti, *Euchodius* adveniens, in sinu ejus recubuit; statimque *Sanctus* eum osculatus *benedixit*, & ad patrem ait: Hic est superstes, & rex post te regnaturus, & filii ejus post eum regnabunt. Sic omnia post suis temporibus plenè adimpleta sunt, & *Euchodius* post patrem in regnum successit.

IX *De Domnallo.* *Domnallus* filius *Aido* adhuc puer, ad sanctum *Columbam* per nutritores adductus est, quem intuens percontatur, inquiens; Cujus est filius hic, quem adduxistis? Illis respondentibus, Hic est *Domnallus*, qui ad te ideò perductus est, ut tua redeat benedictione ditatus. Quem cùm sanctus benedixisset, continuò ait: Hic super omnes fratres suos superstes erit, & rex valdè famosus, nec unquam in manus inimicorum tradetur; sed morte placida in senectute, & intra domum suam coram amicorum familiarium turba super suum morietur lectum. Quæ omnia secundum beati vaticinium viri de eo verè adimpleta sunt.

X *De Aido Rege.* Eodem tempore Sanctus, & in eodem loco ad *Scandalanum* filium *Colmanni* apud *Aidum*

(*b*) De hujus insulæ situ inmari Hybernico, quæ Hiona sive Ihona vocatur, non una est scriptorum sententia. Mabillon not. ad Cumneum p. 362. BASN.

Aidem Regem in vinculis retentum, visitare eum cupiens pergit; ipsumque cùm benedixisset, confortans ait; Fili noli contristari, sed potius lætare & confortare. *Aidus* enim Rex, apud quem vinculatus es, de hoc mundo te præcedet, & post aliqua exilia tempora triginta annis in gente tua rex regnaturus eris, iterumque de regno effugaberis, & per aliquos * ejulabis dies; post quos à populo renuntiatus per tria regnabis brevia tempora.

SÆC. VII. ANNO. 670.

* fort. exulabis.

Quæ cuncta juxta vaticinationem sancti plenè expleta sunt. Nam post annos triginta de regno expulsus per aliquod exulavit spatium temporis, sed post à populo reinvitatus; non ut putabat, tribus annis, sed ternis regnavit mensibus; post quos continuò obiit.

XI. *De filio Meldani.*

In tempore alio duo plebei ad sanctum in *Jova* commorantem insula deveniunt; quorum unus *Meldanus* de filio suo, qui præsens erat; sanctum interrogat, quid esset ei futurum. cui sanctus sic profatur, Nonne sabbathi dies hodierna est? filius tuus sexta feria in fine morietur septimanæ, octavaque die, hoc est, sabbatho, hîc sepelietur.

Alter proinde plebejus, & ipse de filio, quem ibidem secum habuit, nihilominus interrogans, talem sancti audit responsionem: filius tuus suos videbit nepotes, & in hac insula senex sepelietur. Quæ omnia secundum verbum sancti de pueris ambobus suis temporibus plenè sunt expleta.

XII. *De Beracho.*

Quadam die, cùm vir venerabilis in *Jova* demoraretur insula, quidam frater *Berachus* nomine ad *Ethicam* proponens insulam navigare, ad sanctum manè accedens, ab eo benedici postulat; quem sanctus intuitus, inquit: O fili, hodiè intentiùs præcaveto, ne *Ethicam* cursu ad terram directo per latius coneris transmeare pelagus: sed potius circuiens minores secus naviges insulas; ne videlicet alio monstruoso perterritus prodigio, vix inde possis evadere.

Qui accepta à sancto benedictione secessit, & navim ascendens sancti verbum quasi parvi pendens transgreditur. Majora proinde *Ethici* transmeans spacia pelagi, ipse, & qui ibi inerant nautæ, vident; & ecce cætus miræ & immensæ magnitudinis se instar montis erigens, ora aperit patula, nimis dentosa, supernatans. Tum proinde remiges deposito velo valdè perterriti, retroversi illam obortam ex belluino motu fluctuationem vix evadere potuerunt; sanctique verbum recognoscentes propheticum admirabantur.

Eodem quoque die sanctus, *Baitheneo*, ad supra memoratam insulam navigaturo manè de eodem intimavit cæto inquiens; Hac præterrita nocte media cætus magnus de profundo maris se sublevavit, & inter *Jovam*, & *Ethicam* insulam se hodie in superficiem eriget æquoris. Cui *Batheneus* respondens infit; Ego & illa bellua sub DEI potestate sumus. Sanctus, Vade, ait, in pace: fides tua in Christo te ab hoc defendet periculo. *Baitheneus* tum deinde à sancto benedictione accepta, à portu enavigavit; transcursisque non parvis ponti spaciis, ipse & socii cætum aspiciunt, perterritisque omnibus, ipse solus æquor & cætum ambabus manibus elevatis benedicit intrepidus: eodemque momento belua magna se sub fluctibus immergens, nusquam deinceps eis apparuit.

XIII. *De Lugaido Homicida.*

Alio quoque in tempore fratres intempesta nocte suscitat sanctus, ad quos in Ecclesia congregatos dicit; Nunc intentius Dominum precemur. nam in hac hora aliquod inauditum peccatum perpetratum est, pro quo valdè est tremenda judicialis vindicta. De quo peccato crastino die aliquibus paucis percontantibus intimavit, dicens; Post paucos Menses cum *Lugaido* nesciente infelix ille homuncio ad *Jovam* perveniet insulam.

Alio itaque die sanctus ad * *Jormitium*, interjectis quibusdam mensibus, præcipiens præfatur, Surge citius; *Lugaidus* appropinquat. dicitque ei, ut miserum, quem secum in navi habet, in *Maleam* propellat insulam, ne hujus insulæ cespitem calcet. Qui præcepto sancti obsecutus ad mare pergit *Lugaidoque* adventanti omnia sancti prosequitur de infelici viro verba.

* *Diormitium.*

Quibus auditis ille infelix juravit, nunquam se cibum cum aliis accepturum, nisi prius sanctum videret *Columbam*, eumque alloqueretur. Quæ infelicis verba *Diormitius* ad sanctum reversus retulit. Quibus compertis sanctus ad portum perrexit *Baitheneoque*, prolatis sacræ scripturæ testimoniis, suggerenti, ut miseri pœnitudo susciperetur, sanctus consequenter inquit; *O Baithenee*, hic homo fratricidium in modum *Cain* perpetravit, & cum sua matre mœchatus est.

Tum demum miser in littore flexis genibus leges pœnitentiæ expleturum se promisit, juxta sancti indicationem. Cui sanctus ait: Si duodecim annis inter *Brittones* cum

Sæc. VII. fletu & lachrymis pœnitentiam egeris, nec ad *Scotiam* usque ad mortem reversus fueris, forsan Deus peccato ignoscet tuo.

Anno 670. Hæc dicens sanctus ad suos conversus dicit: Hic homo filius est perditionis, qui quam promisit pœnitentiam, non explebit; sed mox ad *Scotiam* revertetur, ibique in brevi ab inimicis interficiendus peribit. Quæ omnia secundum sancti prophetiam ita contigerunt. Nam miser iisdem diebus ad *Hiberniam* reversus in regionem quæ vocitatur *Lea*, in manus incidens inimicorum trucidatus est.

XIV. *De Capuâ.* Alio itidem in tempore *Lugbeus*, cujus suprà mentionem fecimus, quadam die ad sanctum post frugum veniens triturationem, nullò modo ejus faciem intueri potuit, miro superfusam rubore; valdeque pertimescens citò aufugit; quem sanctus complosis paululum manibus revocat. Qui reversus à sancto statim interrogatus, cur ocius aufugisset, hoc dedit responsum, Ideo fugi, quia nimis pertimui. Et post aliquod modicum intervallum fiducialius agens, audet sanctum interrogare, inquiens: Nunquid in hac hora aliqua tibi formidabilis ostensa visio erat? Cui sanctus tale dedit responsum. Tam terrifica ultio nunc in remota orbis parte peracta est. Qualis, ait juvenis, vindicta, & in qua Regione facta? Sanctus tum sic profatur: sulphurea de cœlo flamma super *Romani* juris civitatem intra *Italiæ* terminos sitam hac hora effusa est; triaque millia ferme virorum, excepto matrum, puerorumque numero, disperierunt: & antequam præsens annus, *Gallici* nautæ de *Galliarum* provinciis adventantes, hæc eadem tibi enarrabunt.

Quæ verba post aliquot Menses veridica fuisse, sunt comprobata. Nam idem *Lugbeus* simul cum sancto viro ad Capue Regionis pergens, nauclerum & nautas adventantes parcè interrogans, sic omnia illa de civitate cum civibus ab eis audit enarrata, quemadmodum à prædicabili viro sunt prædicta.

XV. *De Laisfrano.* Quadam brumali, & valdè frigida die sanctus magno molestatus mœrore flevit: quem suus ministrator *Diormitius* de causa interrogans mœstitiæ, hoc ab eo responsum accepit: Non immerito, ô filiole, ego in hac hora contristor; meos videns Monachos, quos *Laifranus* nunc gravi fatigatos labore in alicujus majoris domus fabrica molestat, quod mihi valdè displicet. Mirum dictu, eodem momento horæ, *Laifranus* habitans in Monasterio *Roboreti* campi quodammodo coactus, & quasi quadam pira intrinsecus succensus jubet Monachos à labore cessare, aliquamque cibationum consolationem præparari; & non solum in eadem die otiari, sed & in cæteris asperæ tempestatis diebus requiescere. Quæ verba ad fratres consolatoria à *Laifrano* dicta sanctus in spiritu audiens flere cessavit, & mirabiliter gravisus, ipse in *Jova* Insula commanens, fratribus, qui ad præsens inerant, per omnia enarravit, & *Laifranum* Monachum benedixit consolatorem.

XVI. Alio in tempore sanctus in cacumine sedens montis, qui huic Monasterio eminus supereminet, ad suum ministratorem *Diormitium* conversus, profatus est, dicens, Miror quare tardius adpropinquat quædam de *Scotia* navis, quæ quendam advehit sapientem virum, qui in quodam facinore lapsus lachrymosam gerens pœnitudinem mox adveniet. Post proinde haud grande intervallum ad *Austrum* prospiciens minister velum navis vidit ad portum appropinquantis; quam cum Sancto adventantem demonstraret, Citò surgito, inquiens: eamus proselyto obviam, cujus veram Christus suscepit pœnitentiam. At verò *Fechnaus* de navi descendens, sancto ad portum pervenienti obvius occurrit cum fletu, & lamento ante pedes ejus ingeniculans flexis genibus amarissimè ingemuit; & coram omnibus, qui ibidem inerant, peccantias confitetur suas.

Sanctus cum eo pariter inlacrimatus ad eum ait: Surge fili, & consolare, dimissa sunt tua, quæ commisisti, peccamina. quia sicut scriptum est; cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Qui surgens gaudenter à Sancto susceptus ad *Baitheneum* tunc temporis in campo *Longo* Præpositum commorantem post aliquot est emissus dies in pace commigrans.

XVII. *De Cailtani morte.* Alio in tempore binos mittens Monachos ad suum alium Monachum, nomine *Cailtanum*, qui eodem tempore Præpositus erat in cella, hæc per eosdem nuntios sanctus commendat verba; Cito euntes ad *Cailtanum* properate, diciteque illi, ut ad me sine ulla veniat morula. Qui verbo Sancti obsecuti, exeuntes, & ad cellam pervenientes suæ legatiunculæ qualitatem *Cailtano* intimaverunt. Qui eadem hora nullo demoratus modo, Sancti prosecutus Legatos ad eum in *Jova* Insula commorantem, eorum itineris comes, celeriter pervenit. Quo viso Sanctus ad eum taliter locutus, his compellat verbis: *O Cailtane*, benè fecisti ad me obedienter festinando. requiesce paulisper, idcirco ad te invitandum misi; amans amicum, ut hîc mecum in vera finias obedien-

obedientia vitæ cursum tuæ. Nam ante hujus hebdomadis finem ad DEUM in pace transibis. Quibus auditis gratias agens DEO, Sanctum lachrymans exosculatus est, & ad hospitium, accepta ab eo benedictione, pergit; eademque subsecuta nocte infirmatus juxta verbum Sancti in eadem septimana ad *Christum Dominum* emigravit. SÆC. VII. ANNO. 670.

XVIII. *De Monachis.* Quadam *Dominica* die ultra sæpe memoratum clamatum est fretum; quem audiens Sanctus clamorem, ad fratres, qui ibidem inerant, ite, ait, celeriter, peregrinosque de longinqua venientes regione, ad nos ocius adducite. Qui continuò obsecuti transfretantes adduxerunt hospites. quos Sanctus exosculatus consequenter de causa percontatur itineris. Qui respondentes ajunt, ut hoc etiam anno apud te peregrinemur, venimus.

Quibus Sanctus hanc dedit responsionem, Apud me, ut dicitis, anni unius spatio peregrinari non poteritis, nisi prius monachicum promiseritis votum. Quod qui inerant præsentes valdè mirati sunt, ad hospites eadem hora adventantes dici. Ad quæ Sancti verba Senior respondens frater ait. Hoc in mente propositum licet in hanc horam usque nullatenus habuerimus, tamen tuum sequemur consilium, divinitus, ut credimus, inspiratum. Quid plura? Eodem horæ momento Oratorium cum Sancto ingressi devotè, flexis genibus votum monachile voverunt.

Sanctus tum deinde ad fratres conversus ait, Hi duo proselyti, vivam DEO seipsos exhibentes hostiam, longaque in brevi *Christianæ* tempora militiæ complentes, hoc mox eodem mense ad *Christum Dominum* in pace transibunt. Quibus auditis ambo fratres gratias DEO agentes, ad hospitium deducti sunt, interjectisque diebus septem, senior frater cœpit infirmari, & eadem peracta septimana, ad Dominum emigravit. Similiter & alter post septem alios dies infirmatus ejusdem in fine hebdomadis ad Dominum feliciter migravit. Et sic secundum Sancti veridicam prophetiam intra ejusdem mensis terminum ambo præsentem finierunt vitam.

XIX. *De obitu Geonis.* Dum per aliquot dies in insula demoraretur *Scotia* vir beatus, alicujus loci terrulam, mari vicinam, baculo percutiens, ad comites ait, Mirum dictu, ô filioli, hodie in hac hujus loci terrula quidam gentilis senex, naturale per totam bonum custodiens vitam, & baptizabitur, & morietur, & sepelietur. Et ecce quasi post unius intervallum horæ navicula ad eundem supervenit portum, cujus in prora quidam advectus est decrepitus senex *Geone* primarius cohortis, quem bini juvenes de navi sublevantes, ante beati viri conspectum deponunt. Qui statim verbo Dei à Sancto per interpretem recepto credens, ab eodem baptizatus est; & post expleta baptizationis mysteria, sicut Sanctus prophetizavit, eodem in loco consequenter obiit, ibidemque socii congesto lapidum acervo sepeliunt. qui hodieque in hac hora cernitur, maritima fluviusque ejusdem loci, in quo idem baptisma acceperat, ex nomine ejusque in hodiernum diem nominatus & ab accolis vocitatus.

XX. *De Sacerdote peccante.* Alio in tempore Sanctus cum in *Scotiensium* paulò superius moraretur memorata regione, casu *Dominica* die ad quoddam devenit vicinum *Monasterium*, quod *Scotice Trioit* vocitatur. Eadem die proinde quendam audiens *Presbyterum Sacræ Eucharistiæ Mysteria* conficientem, quem ideo fratres, qui ibidem commanebant ad *Missarum* elegerant peragenda solennia, quia valdè religiosum æstimabant, repentè hanc formidabilem de ore profert vocem: Munda & immunda pariter nunc permisceri cernuntur. hoc est, munda sacræ oblationis mysteria per immundum hominem ministrata, qui in sua interim conscientia aliquod grande occultat facinus. Hæc qui inerant audientes, tremefacti nimis obstupuere. Ille verò, de quo dicebantur hæc verba, coram omnibus peccantiam compulsus est confiteri suam, *Christique* commilitones, qui in Ecclesia Sanctum circumstantes, occulta cordis audierant manifestantem, divinam in eo scientiam cum magna admiratione glorificarunt.

XXI. *De furto.* Alio tempore Sanctus in *Jova* commanens Insula accitis ad se binis de fratribus viris, quorum vocabula *Lugbeus* & *Silnanus* eisdem præcipiens dicit, Hinc ad *Maleam* transfretate Insulam, & in Campulis mari vicinis *Ertum* quærite furacem, qui nocte præterita solus occultè de Insula *Coloso* perveniens, sub suo fœno tecta navicula inter arenarum cumulos per diem se occultare conatur, ut noctu ad parvam transnaviget Insulam, ubi marini nostri juris vituli generantur & generant, ut de illis furtim occisis edax valdè furax suam replens naviculam ad suum repedet habitaculum.

Qui hæc audientes obsecuti emigrant, furemque in locis à Sancto præsignatis absconsum reperiunt; & ad Sanctum, sicuti illis præceperat, perduxerunt. Quo viso Sanctus ad eum dicit, Quare tu res alienas, divinum transgressus mandatum sæpè furaris? Quando necessè habueris, ad nos veniens necessaria accipies postulata. Et hæc dicens præcepit verveces occidi, & pro furtis dari misero furaci, ne vacuus ad sua

Sæc. VII. Anno 670. remearet. Et post aliquantum tempus Sanctus in Spiritu prævidens vicinam furis mortem, ad *Baltheneum* eo tempore præpositum, commorantem in campo *Lunge* mittit, ut eidem furi quoddam pingue pecus, & septem * modias novissima mittat munera. Quibus à *Baltheneo*, sicut Sanctus commendaverat, transmissis, ea die inventus est morte subita præventus furax misellus, & in exequiis ejus transmissa expensa sunt xenia.

modios.

XXII. *Prædictio mortis Poetæ Scotici.* Alio tempore Sanctus cùm juxta stagnum Dei prope ostium fluminis, quod latine *bos* dicitur, die aliqua cum fratribus sederet, quidam ad eos *Scoticus* Poeta devenit, qui cum post aliquam recessisset sermocinationem: fratres ad Sanctum, Cur, ajunt, à nobis regrediente *Coronano* aliquod ex more suæ artis canticum non postulasti modulabiliter decantari? Quibus Sanctus, Quare & vos nunc inutilia profertis verba? Quomodo ab illo misero homuncione postularem carmen lætitiæ, qui nunc ab inimicis trucidatus, usque ad finem ocius pervenit vitæ? His à Sancto dictis, & ecce ultra flumen aliquis clamitat homo, dicens: Ille Poeta, qui à vobis nuper sospes rediit, hora in hac ab inimicis in via interfectus est. Omnes tum, qui præsentes inerant, valdè mirati, se invicem intuentes obstupuêre.

XXIII. *De nobilibus sese transfodientibus.* Alio itidem tempore Sanctus in *Jova* conversans Insula, repente inter legendum summo cum ingenti admiratione gemitu ingemuit mœsto: quod videns qui præsens inerat *Lugbeus*, cœpit ab eo percontari subiti caussam mœroris. Cui Sanctus valdè mœstificatus hanc dedit responsionem: Duo quidam nunc regii generis viri in *Scotia* mutuis inter se vulneribus transfixi disperierunt, haud procul à Monasterio, quod dicitur *Cellarois* in provincia *Magdœnorum*. octava de hac peracta hebdomada, ultra fretum aliquis clamitabit, qui hæc de *Hibernia* veniens ita taliter facta enarrabit. sed hoc, ô filiole, quamdiu vixero, nemini indices. Octava proinde ultra fretum clamatum est die.

Sanctus tum supra memoratum ad se *Lugeum* vocans silenter ad eum ait: Qui nunc clamitat ultra fretum ipse est, de quo tibi prius dixeram longævus viator; vade, & educ eum ad nos. Qui celeriter adductus inter cætera hoc etiam retulit. duo, inquiens, nobiles viri se mutuò vulnerantes mortui sunt, hoc est, *Colmantanus* & *Romanus*.

Posthæc illius verba narratoris idem *Lugbeus Christi* miles Sanctum seorsim cœpit interrogare, dicens: Quæso mihi de his talibus narres Propheticis revelationibus, quomodo si per visum tibi, an auditum, an alio hominibus incognito manifestantur modo? Ad hæc Sanctus: De qua nunc, ait, inquiris, valde subtili re, nullatenus tibi quamlibet aliquam particulam intimare potero; nisi prius flexis genibus per nomen excelsi Dei mihi firmiter promittas, hoc te obscurissimum sacramentum nulli unquam hominum cunctis diebus vitæ meæ enarraturum. Qui hæc audiens, flexit continuò genua, & prostrato in terram vultu, juxta Sancti præceptionem plenè omnia promisit. Qua statim perfecta promissione sanctus ad surgentem sic locutus inquit, Sunt nonnulli, quamlibet pauci admodum, quibus divina hoc contulit gratia, ut etiam totius terræ orbem cum ambitu Oceani & cœli uno eodemque momento, quasi sub uno solis radio, mirabiliter laxato mentis sinu, clarè & manifestissimè speculentur.

Hoc miraculum Sanctus quamvis de de aliis electis dicere videatur, vanam utique fugiens gloriam, de seipso tamen dixisse, per obliquum licet, nullus dubitare debet, qui *Paulum* legit Apostolum vas electionis de talibus narrantem sibi revelatis visionibus, non enim ita scripsit: Scio me; sed, Scio hominem raptum usque ad tertium cœlum. Quod quamlibet de alio dicere videretur, nemo tamen dubitat sic de propria, humilitatem custodientem, enarrare persona. Quem etiam & noster *Columba* in spiritualium visionum narratione secutus est, superius memorata, quam ab eo supra dictus vir, quem plurimum Sanctus amabat, magnis precibus præmissis vix potuit extorque-
NB. re: sicut ipse coram aliorum personis Sanctorum post S. *Columbæ* transitum testatus est. à quibus hæc quæ de Sancto supra narravimus indubitanter didicimus.

XXIV. *De Bove qui transfigi non potuit.* Alio in tempore quidam frater ad Sanctum eadem scribentem hora veniens dicit ad eum, Hoc ferrum, quod in manu habeo, quæso benedicas. Qui paululum extensa manu sancta, cum calamo signans, benedixit; ad librum, de quo scribebat facie conversa. Quo videlicet supradicto fratre cum ferro benedicto recedente, Sanctus percontatur dicens: Quod fratri ferrum benedixi? *Diormicius* pius ejus ministrator, Pugionem, ait, ad jugulandos tauros vel boves benedixisti. Qui è contra respondens infit; Ferrum quod benedixi confido in Domino meo, quod nec homini, nec pecori nocebit. Quod Sancti firmissimum eadem hora comprobatum est verbum. Nam idem frater vallum egressus monasterii bovem jugulare volens tribus firmis vicibus, & forti

forti impulsione conatus, nec tamen poterat etiam ejus transfigere pellem. Quod Monachi scientes experti, ejusdem pugionis ignis resolutum calore per omnia monasterii ferramenta liquefactum diviserunt inlinitum, nec postea ullam potuere carnem vulnerare, illius Sancti manente benedictionis fortitudine. SÆC. VII. ANNO 670.

XXV. De Diormitio sanando.

Alio in tempore *Diormitius* Sancti pius ministrator usque ad mortem ægrotavit: ad quem in extremis constitutum Sanctus visitans accessit, *Christique* invocato nomine infirmi ad lectulum stans, & pro eo exorans dixit: Exorabilis mihi fias precor Domine, & animam mei ministratoris pii de hujus carnis habitaculo me non auferas superstite. Et hoc dicto aliquantisper conticuit. Tum proinde hanc de sacro ore profert vocem, dicens: Hic meus non solum hac vice nunc non morietur puer, sed etiam post meum obitum annis multis vivet. Cujus hæc oratio est exaudita. Nam *Diormitius* statim post sancti exaudibilem precem, plenam recuperavit salutem. Per multos quoque annos post Sancti ad Dominum emigrationem supervixit.

XXVI. De Episcopo.

Alio in tempore quidam de *Numinensium* provincia proselytus ad Sanctum venit, qui se in quantum potuit humiliter, quod nullus sciret, quod *Episcopus* esset, sed tamen hoc Sanctum non poterat latere. Nam alia die *Dominica* à Sancto jussus CHRISTI *Corpus* ex more conficere, Sanctum advocat, ut simul quasi duo Presbyteri Dominicum panem frangerent. Sanctus proinde ad altarium accedens, repentè intuitus faciem ejus sic eum compellat: Benedicat te Christus, frater. Hunc solus Episcopus Episcopali ritu frange panem. nunc scimus, quod sis Episcopus. Quare hucusque te occultare conatus es, ut tibi à nobis debita non redderetur veneratio? Quo audito Sancti verbo humilis peregrinus valdè stupefactus Christum in Sancto veneratus est, & qui inerant præsentes nimis admirati glorificaverunt DEUM.

XXVII. De Ernano.

Alio itidem in tempore vir venerandus *Ernanum* Presbyterum senem suum avunculum ad præposituram illius Monasterii transmisit, quod in *Himba* Insulà ante plures fundaverat annos. Itaque cum ipsum Sanctum emigrantem exosculatus benediceret, hoc de eo intulit vaticinium dicens: Hunc meum nunc ingredientem amicum, non me spero iterum in hoc seculo viventem visurum.

Itaque idem *Ernanus* post non multos dies quadam molestatus ægrimonia ad Sanctum volens reportatus est; cujus in perventione valdè gavisus ire obvius ad portum cœpit. Ipse vero *Ernanus* quamlibet infirmus, propriis tamen vestigiis à portu obviare sancto conabatur valdè alacer. sed cum esset inter ambos quasi viginti IV. viæ passuum intervallum, subita morte præventus priusquam Sanctus faciem ejus videret viventis, exspirans in terram cecidit, ne verbum Sancti ullo modo frustaretur. Unde in eodem loco antè januam Canabe crux infixa est, & altera ubi Sanctus restitit, illo exspirante similiter crux hodieque infixa stat.

XXVIII. De raptoribus.

Alio quoque in tempore quidam inter cæteros ad Sanctum plebejus venit, quem cum Sanctus ad se vespere venientem vidisset, Ubi, ait, habitas? Ille inquit, In regione, quæ littoribus stagni contermina est, ego inhabito. Illam quam dicis provinciolam, ait Sanctus, nunc barbari populantur vastatores. Quo audito miser plebejus maritum & filios deplangere cœpit. Quem Sanctus valdè mœrentem videns consolans, inquit. Vade homuncule, vade, tua familiola tota in montem fugiens, evasit, tua verò omnia pecuscula secum invasores abegerunt, omnemque domus suppellectilem similiter sævi raptores cum præda rapuêre. Hæc audiens plebejus ad patriam regressus cuncta, sicut à Sancto prædicta sunt, invenit exempla.

XXIX. De homine ab amico interficiendo.

Alio itidem in tempore omnium illius ætatis in populo fortissimus virorum, sanctum percontatus est virum, qua morte esset præveniendus: Cui sanctus, Nec in bello, ait, nec in mari morieris, comes tui itineris, à quo non suspicaris, caussa erit tuæ mortis. Fortassis, inquit *Gorens* aliquis de meis comitantibus amicis me trucidare cogitet, aut marita ob alicujus junioris viri amorem me maleficio mortificare. Sanctus Non ita, ait, continget. Quare *Gorens* inquit, de meo interfectore mihi nunc intimare non vis? Sanctus, Idcirco, ait, nolo tibi de illo tuo comite nocuo nunc manifestius aliquid edicere, ne ejus crebra recordatio nimis te mœstificet, donec veniat dies, qua ejusdem rei veritatem probabis. Quid immoramur verbis? post aliquot annorum excursus idem supra memoratus *Gorens* casu aliqua die sub navi residens, cultello proprio christiliam de castili eradebat: tum deinde alios prope inter se belligerantes audiens citius surgit, ut eos à belligeratione separaret. eodemque cultello illa subitatione negligentius in terra demisso ejus genicula offenso graviter vulnerata est; & tali faciente comite caussa ei mortificationis oborta est: quam ipse continuò secundum Sancti vaticinationem viri mente perculsus recognovit; postque aliquantos menses eodem aggravatus dolore moritur.

Alio

SÆC. VII. ANNO. 670.

XXX. *De grue.*

Alio namque in tempore cum Sanctus in *Jova* inhabitaret insula, unum de fratribus advocans sic compellat, Tertia ab hac inlucescente die debebis in occidentali hujus Insulæ parte expectare super maris oram sedens. Nam de *Aquilonari Hiberniæ* regione quædam hospita grus, ventis per longos aëris agitata circuitus, post nonam diei horam valdè fessa & fatigata superveniet, & penè consumptis viribus coram te in littore cadens recumbet. quam misericorditer sublevare curabis, & ad propinquam deportabis domum; ibidem hospitaliter receptam per tres dies & noctes ei ministrans sollicitè cibabis, & post expleto recreata triduo nolens ultra apud nos peregrinari ad priorem *Scotiæ* dulcem, unde orta est, remeabit regionem, plenè resumptis viribus. Quam ideò tibi diligenter commendo; quia de nostræ paternitatis regione est oriunda.

Obsecundat frater, tertiaque die post horam nonam, ut jussus fuerat, præscitæ adventum præstolatur hospitæ; adventantemque de littore levat lapsam, ad hospitium portat infirmam, esurientem cibat. cui ad monasterium vespere reverso sanctus, non interrogans, sed narrans, ait; Benedicat te DEUS, mi fili, qui peregrinæ benè ministrasti hospitæ, quæ in peregrinatione non demorabitur, sed post ternos soles ad patriam repedabit. Quod ita, ut sanctus prædixit, res etiam probavit. Nam trinalibus hospitata diebus coram hospite ministro de terra se primum volando elevans in sublime, paulisperque in aëre viam speculata *Oceani* transvadato æquore ad *Hyberniam* recto volatus cursu, die repedavit tranquillo.

XXXI. *De fonte Humano Sanguine corrupto.*

Alio in tempore vir beatus cùm ad campos reverteretur æquoreos, ipse & *Congellus Abbas*, quadam secreta æstivi temporis die, haud procul à supra memorata munitione resident. tum proinde aqua de quodam proximo ad manus lavandas fonticulo ad sanctos in æneo defertur vasculo; quem cùm sanctus *Columba* accepisset, ad Abbatem *Concellum*, à latere sedentem, sic profatur; Ille fonticulus, ô *Congelle*, de quo hæc effusa nobis allata est aqua, & veniet dies quando nullis usibus humanis aptus erit. Qua causa, ait *Congellus*, ejus fontana corrumpitur unda? Sanctus tùm *Columba*, quia humano, inquit, cruore replebitur. Nam mei cognationales amici, & tui secundum carnem cognati in hac vicina munitione belligerantes committent bellum; unde in supra memorato fonte aliquis de mea cognatione trucidabitur homuncio, cujus cum cæteris interfecti sanguine ejusdem fonticuli locus replebitur.

Quæ ejus veridica suo tempore post multos vaticinatio expleta est annos; In quo bello, ut multi norunt populi, *Domnalius Aidi* filius victor sublimatus est; & in eodem secundum sancti vaticinium viri fonticulo quidam de parentela ejus interfectus homo.

NB. Alius mihi *Adomnano*, Christi miles *Finanus* nomine, qui vitam multis *Anachoreticam* annis juxta *Roboreti Monasterium Campi* irreprehensibiliter ducebat, de eodem bello se præsente commisso aliqua enarrans protestatus est. In supra dicto fonte truncum cadaverinum vidisse, eademque die ad Monasterium S. *Congelli*, quod *Scoticè* dicitur *Cambas*, commisso reversum bello, quia inde prius venerat. Ibi denique duos sancti *Congelli* senes Monachos reperisse, quibus cum de bello coram se acto, & de fonticulo humano cruore corrupto aliquanta enarraret; illi consequenter, Verus est Propheta *Columbanus*, ajunt, qui hæc omnia quæ hodie de bello & fonticulo expleta enarras; ante multos annos futura nobis audientibus coram sancto *Congello* juxta *Cæthirni* sedens munitionem prænunciaverat.

XXXII. *Hospitia infinita à Conallo condita.*

Eodem in tempore *Conallus Episcopus* penè innumerabilius xeniis beato viro hospitium præparavit post conditum supra memoratorum Regum turba prosequente multa, revertenti. Proinde sancto advenienti viro xenia populi multa in platea monasterii strata benedicenda adsignantur, quæ cùm benedicens aspiceret xenium alicujus opulenti viri, specialiter demonstrans virum ait: Cujus est hoc xenium pro misericordiis pauperum, & ejus largitione DEI comitatur misericordia. Itemque aliud discernit, inter alia multa, xenium, inquiens: De hoc ego xenio viri sapientis & avari nullo modo gustare possum; nisi prius veram de peccato avaritiæ pœnitudinem egerit. Quod verbum citò in turba divulgatum audiens, accurrit *Columbus*, filius *Aidi*, conscius, & veram sancto flexis genibus pœnitentiam agit, & de cetero avaritiæ abrenuntiaturum se promittit; & largitatem cum morum emendatione consecuturum. Et jussus à sancto surgere, ex illa hora est sanatus de vitio tenacitatis. Erat enim vir sapiens, sicuti sancto in ejus revelatum erat xenio. Ille verò dives, largus *Brendenus* nomine, de cujus xenio paulo superius dictum est; audiens & ipse sancti verba de se dicta, ingeniculans ad pedes sancti precatur, ut pro eo ad Dominum Sanctus fundat precem, qui ab eo primum pro quibusdam suis objurgatus peccatis; pœnitudinem gerens,

gerens, de cetero se emendaturum promisit, & sic uterque de propriis emendatus, SÆC.
& sanatus est vitiis. VII.

Huic primo libro hîc imponitur terminus. Nunc sequens orditur liber de virtutum ANNO
miraculis, quæ plerunque etiam prophetalis præscientia comitatur. 670.

INCIPIT
LIBER SECUNDUS
DE
VIRTUTUM MIRACULIS.



Lio in tempore cùm vir venerandus in *Scothia* apud sanctum *Find-Barrum Episcopum* adhuc juvenis, sapientiam sacræ scripturæ addiscens, commaneret, quadam solemni die vinum ad sacrificale mysterium casu aliquo minimè inveniebatur. De cujus defectu cùm ministros altaris inter se conquirentes audiret, ad fontem sumpto pergit urceo, ut ad *Sacræ Eucaristiæ* ministeria aquam quasi *Diaconus* fontanam hauriret. Ipse quippe illis in diebus erat in *Diaconatus* gradu administrans. I. *Aqua in vinum mutata.*

Vir itaque beatus aquaticum, quod de latice hausit, elementum, invocato nomine JESU CHRISTI, fideliter benedixit, qui in *Chana Galilææ* aquam convertit in vinum, quo etiam operante miraculo inferior, hoc est, aquatica natura, in gratiorem, videlicet vinalem, per manus prædicabilis viri conversa est speciem. Vir itaque sanctus à fonte reversus, & Ecclesiam intrans talem juxta altare urceum intra se habentem deponit liquorem, & ad ministros, Habetis, ait, vinum quod Dominus Christus ad sua misit peragenda mysteria. Quo cognito sanctus cum Ministris *Episcopus* eximias DEO referunt gratias. Sanctus verò juvenis hoc non sibimet, sed sancto *Vinniano* ascribebat *Episcopo*. Hoc itaque primum virtutis documentum Christus Dominus per suum declaravit discipulum, quod in eadem re initium ponens signorum in *Chana Galilææ* operatus est per semetipsum.

Quædam erat arbor valdè pomosa prope *Monasterium Roboris Campi*, in australi ejus parte, de qua cùm incolæ loci quondam haberent pro nimia fructus amaritudine querimoniam; quadam die sanctus ad eam accessit Autumnali tempore, vidensque lignum incassum abundos habere fructus, qui ex eis gustantes plus læderent, quàm delectarent; Sanctus elevata manu benedicens, ait: In nomine Omnipotentis DEI omnis tua amaritudo, ô arbor amara, à te recedat, tuaque huc usque amarissima, nunc in dulcissima vertantur poma. Mirum dictu, dicto citius eodemque momento ejusdem arboris omnia poma, amissa amaritudine, in miram, secundum verbum sancti, versa sunt dulcedinem. II. *Arbor mutata.*

Alio in tempore sanctus suos misit monachos, ut de alicujus plei agellulo virgarum fasciculos ad hospitium afferrent construendum. qui cum ad sanctum oneraria repleta navi de supra dictis virgularum materiis, reversi venirent, dicerentque plebejum causa ejusdem valdè dispendii contristatum; Sanctus consequenter præcipiens dicit: Ne ergo scandalizemus virum, ad ipsum à nobis bis terni deferantur hordei modii, eosdemque his in diebus arata ipse seminet in terra. Quibus ad plebejum, *Frindehanum* nomine, juxta sancti jussionem missis, & coram eo cum tali commendatione adsignatis, gratanter accipiens, ait: Quomodo post medium æstivum tempus seges seminata contra hujus terræ naturam proficiet? Marita è contra: Fac, ait, secundum sancti mandatum, cui Dominus donabit quodcunque ab eo postulaverit. Sed & qui missi sunt simul hoc addiderunt dicendo; Sanctus *Columba*, qui nos ad te cum hoc misit munere, hoc mandatum per nos de tua commendavit segete, dicens: Homo ille in omni- III. *Seminata Junio metuntur Augusto.*

SÆC. VII. ANNO. 670. potentia Dei confidat, quamvis de mense *Junio* XII. præmissis diebus seminata in principiis *Augusti* mensis metetur. Obsequitur plebejus arando, & seminando, & messem, quam supra dicto in tempore contra spem seminavit, cum omnium admiratione vicinorum in exordio Augusti mensis maturam juxta sancti verbum messuit.

IV. *Pecora salvata.* Alio itidem in tempore cum sanctus in *Jova* commoraretur insula, sedens in monticulo, qui Latine *Munitio Magna* dicitur, videt ab *Aquilone* nubem densam, & pluvialem de *Meridie* serena obortam. Qua ascendente visa, sanctus ad quendam de suis juxta se Monachum sedentem, nomine *Silvanum*, Hæc nubes, ait, valdè nocua hominibus, & pecoribus erit; hacque die velocius transvolans super aliquantam *Scothiæ* partem, pluviam vespere distillabit morbiferam: quæ gravia & purulenta humanis in corporibus, & in pecorum uberibus nasci faciet ulcera. quibus homines morbidi, & pecudes illa venenosa gravitudine usque ad mortem molestati laborabunt. Sed nos eorum miserati subvenire languoribus Domino miserante debemus. Tu ergo *Silvane*, nunc mecum descendens de monte navigationem præpara. crastina die vita comite & DEO volente, à me pane accepto, DEI invocato nomine, benedicto; quo in aquam intincto, homines ea conspersi & pecora celerem recuperabunt salutem.

Quid moramur? die crastina his, quæ necessaria erant, citius præparatis. *Silvanus* accepto de manu sancti pane benedicto, in pace enavigavit. Cui sanctus à se eadem emigranti hora addit hoc etiam consolatorium verbum, dicens: Confide fili, Ventos habebis secundos, & prosperos diu noctuque usque dum ad illam pervenias regionem, ut languentibus ibidem celerius cum salubri subvenias pane. Quid plura? *Silvanus* verbo obsecutus sancti prospera & celeri navigatione, auxiliante Domino, ad supra memoratam perveniens partem, illius regionis plebem, de qua sanctus prædixerat, devastatam nubis prædictæ morbifera repperit pluvia superfluente citius præcurrentis, inprimisque bis terni viri in eadem mari vicina domo reperti in extremis morte positi adpropinquante, ab eodem *Silvano* aqua benedictionis aspersi, in eadem præsenti die oportunius sanati sunt. Cujus subitæ sanationis rumor per totam illam morbo pestilentiore vastatam regionem citò divulgatus, omnem morbidum ad *Sancti Columbas* legatum invitavit populum. Qui juxta sancti mandatum homines & pecora, pane intincto benedicto, aqua conspersit, & continuò plenam recuperantes salutem, homines cum pecudibus salvati *Christum* in sancto *Columba* cum eximia gratiarum actione laudarunt. In hac enim supra scripta narratione, ut æstimo, duo hæc manifestè pariter comitantur, hoc est, gratia prophetationis de nube, & virtutis miraculum in ægrotantium sanctitate. Hæc per omnia esse verissima supradictus *Silvanus Christi* miles, sancti legatus *Columbae*, coram *Segeneo* abbate, & cæteris testatus est senioribus.

V. *Coxa fracta sanata.* Alio in tempore cùm sanctus in *Jova* demoraretur insula, prima diei hora quendam advocans fratrem *Lugaidum* nomine, & taliter eum compellat, dicens: Præpara citò ad *Scothiam* celerem navigationem. nam mihi valdè est necesse te usque ad *Chiliocherum* destinare legatum. In hac enim præterita nocte casu aliquo *Maugina Sancta Virgo* ab *Oratorio* post *Missam* domum reversa titubavit, coxaque ejus in duas confracta est partes. hæc sæpius meum inclamitans nomen commemorat, à *Domino* sperans se accepturam per me consolationem.

Quid plura? *Lugaido* obsecundanti, & consequenter emigranti sanctus pineam tradit cum benedictione capsellam dicens: Benedictio, quæ in hac capsellula continetur, quando ad *Mauginam* pervenies visitandam, in aqua vasculum intinguatur, eademque benedictionis aqua super ejus infundatur coxam, & statim invocato DEI nomine coxale conjungetur os, & densabitur; & sancta virgo plenam recuperabit salutem. Et hoc sanctus addidit: En ego ponam in hujus capsulæ operculo numerum viginti trium annorum, quibus sacra virgo in hac præsenti post eandem salutem victura est vita.

Quæ omnia sic plenè expleta sunt, sicuti à sancto prædicta. Nam statim ut *Lugaidus* ad sanctam pervenit virginem, aqua benedicta, sicut sanctus commendavit, perfusa coxa, sine ulla morula condensato osse, plenè sanata est; & in adventu *S. Columbæ* cum ingenti gratiarum actione gavisa, viginti tribus annis secundum sancti Prophetiam post sanitatem in bonis actibus permanens vixit.

VI. *Ægroti sanati.* Vir vitæ prædicabilis, sicuti nobis ab expertis traditum est, diversorum languores infirmorum, invocato Christi nomine illis in diebus sanavit. * quibus ad Regum pergens condictum, in dorso cætæ brevi commoratus est tempore. Nam aut sanctæ manus protensione, aut aqua ab eo benedicta, ægroti plures aspersi, aut etiam fimbriæ ejus

ejus tactu amphibali, aut alicujus rei, salis videlicet, vel panis benedictione accepta, & lymphis intincta, plenam credentes recuperarunt salutem. SEC. VII.

Alio itidem in tempore quidam à *Sancto Petram Salis benedictam* accepit, sorori, & suæ nutrici profuturam oculorum dolori; quæ ophtalmiæ laborabat valdè gravi languore, id est, oculorum dolore. Talem *Eulogiam* eadem soror & nutricia de manu fratris accipiens, in pariete super lectum suspendit, casuque post aliquantos contigit dies, ut idem viculus cum supra dictæ domuncula fœminæ flamma vastante totus concremaretur. Mirum dictu, illius parietis particula, ne beati viri in ea deperiret suspensa benedictio, post totam ambustam domum stans inlæsa permansit; nec ignis ausus est attingere binales, in quibus talis pendebat salis petra, sudes. ANNO. 670. VII. *Petra salis per benedictionem ab incendio est servata.*

Aliud miraculum æstimo non tacendum, quod aliquando factum est per contrarium elementum. Multorum namque transcursis annorum circulis post beati ad Dominum transitum viri, quidam Juvenis de equo lapsus in flumine mersus, & mortuus, viginti sub aqua diebus permansit. qui sicuti sub ascella cadens, libros in pellicio reconditos sacculo habebat; ita etiam post supra memoratum dierum numerum est repertus sacculum cum libris inter brachium & latus continens. cujus & ad aridam reportato cadavere, & aperto sacculo, folium *S. Columbæ* sanctis scriptum digitulis, inter aliorum folia librorum non tantum corrupta, sed & putrefacta, inventum est nullo modo corruptum, ac si in scrinio esset reconditum. VIII. *Liber servatus integer in aquâ.*

Alio namque tempore cùm sanctus in sua versaretur peregrinatione, Infans ei per parentes ad baptizandum offertur iter agenti. Et quia in vicinis aqua non inveniebatur locis, sanctus ad proximam declinans rupem, flexis genibus paulisper oravit. Et post orationem surgens, ejusdem rupis fontem benedixit, de qua consequenter aqua ebulliens abundanter fluxit, in qua continuò infantulum baptizavit de quo & baptizato hæc vaticinans intulit verba, inquiens: Hic puerulus usque ad extremam longævus vivet ætatem; in annis juvenilibus carnalibus desideriis satis serviturus, & deinceps Christianæ usque in exitum militiæ mancipandus; in bona senectute ad Dominum emigrabit. Quæ omnia eidem viro juxta sancti contigerunt vaticinium. & qui fonticulus adhuc sancti nominе *Columbæ* ibidem pollens cernitur. IX. *Fons S. Columbæ.*

Alio in tempore vir beatus cùm in *Pictorum* provincia per aliquot demoraretur dies, audiens in plebe gentili de aliquo fonte divulgari famam, quem quasi divinum stolidi homines, diabolo eorum obcœcante sensus, venerabantur. Nam de eodem fonticulo bibentes, aut in eo manus vel pedes de industria lavantes, dæmoniaca, DEO permittente percussi arte, aut leprosi, aut lusci, aut etiam debiles, aut quibuscunque aliis infestati infirmitatibus revertebantur. ob quæ omnia seducti gentiles, divinum fonti deferebant honorem. Quibus compertis sanctus alia die intrepidus accessit ad fontem. Quod videntes Magi, quos ipse sæpè confusos, & victos à se repellebat, & valdè gavisi sunt, scilicet putantes, eum similia illius nocuæ tactu aquæ passurum. X. *Dæmones ex fonte est pulsi.*

Ille verò inprimis elevata manu sancta, cum invocatione Christi nominis, manus lavat, & pedes, tùm deinde cum sociis de eadem à se benedicta bibit. ex illaque die dæmones ab eodem recesserunt fonte. & non solum nulli nocere permissus est, sed etiam post sancti benedictionem, & in eo lavationem, multæ in populo infirmitates per eundem sanatæ sunt fontem.

Alio in tempore vir sanctus in Mari periclitari cœpit: totum namque vas navis valdè concussum magnis undarum cumulis fortiter ferebatur, grandi undique insistente ventorum tempestate. Nautæ tùm fortè sancto cum illis exhaurire conanti, ajunt: Quod nunc agis, non magnoperè nobis proficit periclitantibus; exorare potius debes pro pereuntibus. Quo audito aquam cessat amaram exinanire, dulcem verò & intentam precem cœpit ad Dominum fundere. Mirum dictu, eodem horæ momento, quo sanctus in prora stans extensis ad cœlum palmis omnipotentem exoravit, tota aëris tempestas, & maris sævicia dicto citius sedata cessavit; & statim serenissima tranquillitas supersecuta est. Qui verò erant in navi, obstupefacti, cum magna admiratione referentes gratias glorificaverunt Dominum in sancto & prædicabili viro. XI. *Tempestas sedata.*

Alio quoque in tempore sæva nimis insistente & periculosa tempestate; sociis, ut pro eis Dominum sanctus exoraret, inclamantibus; hoc eis dedit responsum, dicens: Hac in die non est meum pro vobis in hoc periculo constitutis orare; sed est Abbatis *Cahinnichi* sancti viri. Mira dicturus sum: Eadem hora 5 *Cahinnichus* in suo conversans *Monasterio*, quod *Latine Campulus Bovis* dicitur, spiritu revelante sancto supra dictam *S. Columbæ* interiore cordis aure vocem audierat. Et cùm fortè post nonam cœpisset horam in oratorio *Eulogiam* frangere, ocius deserit mensulam, unoque in pede inhærente calceo, & altero præ nimia festinatione relicto, XII. *Channichius Columbam precibus a naufragio eximit.*

Sæc. VII. Anno 670.

licto, festinanter pergit hac cum voce ad Ecclesiam: Non est nobis nunc tempus prandere. quando in mari periclitatur navis *S. Columbæ*. Hoc enim nomen *Cabinnichi* ingeminans commemorat, ut pro eo & sociis periclitantibus exoret.

Post hæc illius verba oratorium ingressus flexis genibus paulisper oravit, ejusque orationem exaudiente Domino, illico tempestas cessavit, & mare valdè tranquillum factum est. Tum dein sanctus *Columba Cabinnichi* ad Ecclesiam præparationem in spiritu videns, quamlibet longè conversantis, mirabiliter hoc de puro pectore profert verbum, dicens: Nunc cognovi, ô *Cabinniche*, quod Deus tuam exaudierit precem; nunc valdè nobis proficit tuus ad Ecclesiam velox cum uno calciamento cursus. In hoc itaque tali miraculo amborum, ut credimus, oratio cooperata est sanctorum.

XIII. *Ventus secundus impetratus.*

Alio quoque in tempore superius memorati viri sancti ad sanctum venientes ab eo simul unanimes postulant, ut ipse à Domino postulans impetraret, prosperum crastina die ventum sibi dari, diversa emigraturis via. quibus sanctus respondens hoc dedit responsum: Mane crastina die *Baitheneus* à portu *Jovæ* enavigans insulæ flatum habebit secundum, usquequo ad portum perveniat *Campilunce*. Quod ita juxta sancti verbum Dominus donavit. Nam *Baitheneus* plenis eadem die velis magnum totum pelagus usque ad *Ethicam* transmeavit terram. Hora verò diei ejusdem tertia, vir venerandus *Columbanum* advocat presbyterum, dicens: Nunc *Baitheneus* prospere optatum pervenit ad portum. ad navigandum te hodie præpara; mox Dominus ventum convertet *Aquilonem*. Cui sic prolato beati viri verbo, eadem hora *Auster* obsecundans ventus se in aquiloneum convertit flatum, & ita in eadem die uterque vir Sanctus alter ab altero in pace aversus, *Baitheneus* mane ad *Æthicam* terram, *Columbanus* post meridiem *Hiberniam* incipiens appetere, plenis enavigavit velis, & flatibus secundis.

Hoc illustris viri virtute orationum Domino donante, effectum est miraculum: quia sicut scriptum est: Omnia possibilia sunt credenti.

Post illa in die sancti *Columbani* egressum, Sanctus hoc de illo propheticum *Columba* protulit verbum: Vir sanctus *Columbanus*, cui emigranti benediximus, nusquam in hoc seculo faciem videbit meam. Quod ita post expletum est. Nam eodem anno *S. Columba* ad Dominum transivit.

XIV. *Vas Lactis repletum.*

Alio quoque in tempore quidam juvenis *Columbanus* nomine, qui ad januam tugurioli subitò perveniens restitit, in quo vir beatus scribebat. hic idem post vaccarum reversus mulsionem, in dorso portans vasculum novo plenum lacte, dicens ad Sanctum, ut juxta morem tale benediceret onus. Sanctus tum ex adverso eminus in aere signum manu elevata salutare depinxit. Quod illico valdè concussum est, gergennaque operculi per sua bina foramina retrusa, longius projecta est; operculum terra tenus cecidit; lac ex majore mensura in solum defusum est. Juvenculus vas cum parvo quod remanserat lactis, super fundum in terra deponit, genua flectit suppliciter. Ad quem, Surge, ait *Columba*, hodie in tua operatione negligenter egisti. Dæmonem enim in fundo vacui latitantem vasculi impresso *Dominico crucis* signo ante infusionem lactis non effugasti, cujus videlicet signi nunc virtutem non sustinens tremefactus toto pariter turbato vase, velociter cum lactis effusione aufugit. Hoc ergo ad me propius vasculum ut illud benedicam, approxima. Quo facto Sanctus semivacuum benedixerat vas, eodemque momento divinitus repletum repertum est, parvumque quod prius in fundo remanserat vasis, sub sanctæ manus benedictione usque ad summum citius excreverat.

XV. *Lac ex bove in sanguinem revertitur.*

Hoc factum subsequens in domo alicujus plebei divitis; ubi cum Sanctus hospitaretur, intra rusticanos contendentes duos, quorum prius adventum præscivit, recta judicatione judicavit. Unusque ex eis, qui maleficus erat, à Sancto jussus de bove masculo, qui prope erat, lac arte diabolica expressit. Quod Sanctus non ut illa confirmaret maleficia, fieri jussit, quod absit; sed ut ea coram multitudine destrueret. Vir itaque beatus vas, ut videbatur tali plenum lacte sibi ocius dari poposcit, & hac cum sententia benedixit, dicens, Modo probabitur non esse verum, quod putabatis lac, sed dæmonum fraude ad decipiendos homines decoloratus sanguis. & continuo lacteus ille color in naturam propriam, hoc est, in sanguinem versus est. Bos quoque qui per unius horæ momentum turpi macie tabidus & maceratus erat, morti proximus, benedicta à Sancto aqua superfusus, mira sub celeritate sanatus est.

XVI. *Multitudo Pecorum.*

Alio quoque in tempore vir beatus quadam nocte cum apud *Columbanum* tunc temporis inopem benè hospitaret, mane primo Sanctus de quantitate & qualitate substantiæ plebejum hospitem interrogat. Qui interrogatus, Quinque tantummodo, ait, vacculas habeo; quæ si eas benedixeris, in majus crescent. Quas ilico à Sancto jussus adduxit, & hujus *Columbani* buculas quinales æqualiter benedicens, inquit, Centenas & quinque Deo donante habebis vaccas; & erit in filiis & nepotibus tuis florida benedictio.

nedictio. Quæ omnia juxta Sancti viri prophetationem in agris & pecoribus ejus & prole plenissimè adimpleta sunt. Mirumque in modum numerus à Sancto præfinitus supra memorato viro in centenario & quinario vaccarum expletus numero, nullo modo superaddi potuit. Nam illa quæ supra præfinitum numerum excedebant diversis prærepta casibus nusquam comparuerant. excepto eo, quod aut in usus proprios familiæ, aut in opus eleemosynæ expendi poterat. In hac itaque narratione, ut in cæteris virtutibus, miraculum & prophetia simul apertè ostenditur. Nam in magna vaccarum ampliatione benedictionis pariter & orationis virtus apparet; & in præfinitione numeri prophetalis præscientia. SÆC. VII. ANNO 670.

XVII. *Raptor morte præventus.*

Vir venerandus supra memoratum *Columbanum*, quem de paupere virtus benedictionis ejus divitem fecit, valdè diligebat; quia ei multa pietatis officia præbebat. Erat autem illo in tempore quidam malefactor homo bonorum persecutor, de regio ortus genere. hic supra dictum *Columbanum* Sancti amicum *Columbæ* persequebatur, domumque ejus omnibus in ea inventis devastaverat ereptis, non semel, sed bis inimiciter agens. Unde fortè non immeritò eidem maligno accidit viro, ut tertia vice post ejusdem domus tertiam deprædationem, beatum virum, quem quasi longius despexerat, propius adpropinquantem ad navim revertens præda onustus cum sociis obvium haberet. quem cum Sanctus de suis corriperet malis, prædamque deponere rogans suaderet: ille immitis insuadibiliter permanens Sanctum despexit, navimque cum præda ascendens, beatum virum subsannabat & deridebat. Quem Sanctus usque ad mare prosecutus est, vitreasque intrans aquas, usque ad genua, æquoreas, levatis ad cœlum ambis manibus CHRISTUM intentè precatur, qui suos glorificantes se glorificat electos. Tum deinde Sanctus expleta oratione ad aridam reversus, in eminentiore cum comitibus sedet loco; ad quos illa in hora formidabilia valdè profert verba, dicens, Hic miserabiliter homuncio, qui CHRISTUM in suis despexit servis, ad portum, à quo nuper coram vobis emigravit, nunquam revertetur; sed nec ad alias, quas appetit terras, subita præventus morte, cum suis perveniet malis cooperatoribus. Hodie, quam mox videbitis, de nube à Borea orta immitis immissa procella eum cum sociis submerget; nec de eis etiam unus remeabit fabulator. Post aliquantum paucularum interventum morarum, die serenissima, ecce, de mari oborta, sicut Sanctus dixerat, nubes cum magno fragore venti emissa raptorem cum præda inter *Maleam* & *Colosum* insulam inveniens subito turbato submersit medio mari. nec ex eis, juxta verbum Sancti, qui navi inerant, vel unus evasit; mirumque in modum toto circumquaque manente tranquillo æquore. Talis una rapaces ad inferna submersos prostravit procella; miserè quidem, sed dignè.

Nobilis de Libro vitæ deletus.

Alio quoque in tempore vir sanctus quendam de nobili *Pictorum* genere exulem in manum alicujus ditis viri diligenter assignans commendavit, ut in ejus comitatu, quasi unus de amicis, per aliquot menses conversaretur. Quem cum tali commendatione de Sancti manu viri suscepisset commendatum; post paucos dies dolosè agens crudeli eum jussione trucidavit. Quod immane scelus cum Sancto à commeantibus esset nuntiatum, sic respondens profatus est: Non mihi, sed DEO infelix ille homunculus mentitus est. ejus nomen de vitæ libro delebitur. Hæc verba æstivo nunc mediante proloquimur tempore; sed Autumnali, antequam de suilla gustet carne, arboreo saginata fructu, subita præventus morte, ad infernalia rapietur loca.

XVIII. *Moritur.*

Hæc Sancti Prophetia viri cum misello nuntiaretur homuncioni, despiciens irrisit Sanctum. Et post dies aliquot Autumnalium mensium, eo jubente, scrofa nucum impinguata nucleis jugulatur; nec dum aliis ejusdem viri jugulatis suibus. de qua celeriter exenterata partem sibi in veru celerius assari præcepit, ut de ea impatiens prægustans beati viri prophetationem destrueret. Qua videlicet assata, dari sibi poposcit aliquam prægustandam morsus particulam; ad quam percipiendam, extensam manum, priusquam ad os converteret, exspirans mortuus retrò in dorsum cecidit. Et qui viderant & audierant valdè tremefacti, admirantes, CHRISTUM in sancto Propheta honorificantes glorificaverunt.

XIX. *Bestia jussu Columbæ fugit.*

Alio quoque in tempore cum vir beatus in *Pictorum* provincia per aliquot moraretur dies, necesse habuit fluvium transire *Nesam*. Ad cujus cum accessisset ripam, alios ex accolis aspicit misellum humantes homunculum, quem ut ipsius sepultores ferebant, quædam paulo ante nantem aquatilis præripiens bestia morsu momordit sævissimo: cujus miserum cadaver, serò licet, quidam in alno subvenientes porrectis proripuêre uncinis. Vir è contra hæc audiens, præcepit ut aliquis è comitibus enatans *Caupulum* in altera stantem ripa ad se navigando reducat. Quo audito Sancti prædicabilis viri præcepto, *Lugneus*, nihil moratus, obsecundans, depositis excepta vestimentis

SÆC. VII. ANNO. 670.

mentis tunica, immittit se in aquas. Sed belua, quæ prius non tam satiata, quàm in præda accensa in profundo fluminis latitabat, sentiens, eo nante, turbatam supra aquam, subitò emergens natatalis ad hominem in medio natantem alveo cum ingenti fremitu aperto occurrit ore.

Vir tum beatus videns, omnibus, qui inerant, tàm barbaris, quàm etiam fratribus, nimio terrore perculsis, cum salutare devota manu in vacuo & in aëre *crucis* pinxisset *signum*, invocato Dei nomine, feroci imperavit bestiæ, dicens: Nolis ultra progredi, nec hominem tangas, retro citius revertere. Tum bestia hac Sancti audita voce retrorsum, acsi funibus retraheretur, velociore cursu fugit tremefacta; quæ prius *Lugneo* nanti eò usque appropinquavit, ut inter hominem & bestiam non amplius esset, quàm unius contuli longitudo. Fratres tum recessisse videntes bestiam, *Lugnemque* commilitonem ad eos intactum & incolumem in navicula reversum, cum ingenti admiratione glorificaverunt DEUM in beato viro: Sed & gentiles barbari, qui ad præsens inerant, ejusdem miraculi magnitudine, quod & ipsi viderant, compulsi, DEUM magnificaverunt *Christianorum*.

XX. *Resurrectio mortui.*

Illo in tempore quo *S. Columba* in *Pictorum* provincia per aliquot demorabatur dies, quidam cum tota plebejus familia verbum vitæ per interpretatorem Sancto prædicante viro audiens credidit, credensque baptizatus est, maritus cum marita, liberisque, & familiaribus. Et post aliquantum diecularum intervallum paucarum unus filiorum patrisfamilias gravi corruptus ægritudine, usque ad confinia mortis & vitæ perductus est. Quem cùm magi morientem vidissent, parentibus cum magna exprobratione cœperunt illudere, suosque quasi fortiores DEOS magnificare, *Christianorum* verò tanquam infirmiori derogare. Quæ omnia cum intimarentur beato viro, zelo suscitatus DEI, ad domum cum suis comitibus amici pergit plebei; ubi parentes nuper defunctæ prolis mœstas celebrant exequias. Quos Sanctus valde tristificatos videns confirmat, dictis compellat consolatoriis, ut nullo modo de divina omnipotentia dubitarent. consequenter percontatur, dicens, In quo hospitiolo corpus defuncti jacet pueri? Pater tum orbatus Sanctum sub mœstum deducit culmen qui statim omnem foris exclusam relinquens catervam, solus mœstificatus intrat habitaculum. Ubi illicò flexis genibus faciem ubertim lachrymis irrigans, *Christum* precatur Dominum. & post ingeniculationem surgens oculos convertit ad mortuum dicens, In nomine Domini JESU CHRISTI resuscitare, & sta super pedes tuos. Cum hac Sancti honorabili voce anima ad corpus rediit, defunctusque apertis revixit oculis, cujus manum tenens Apostolicus homo erexit, & in stationem stabiliens secum domum egressus deducit, & parentibus redivivum assignavit. Clamor tum populi attollitur, plangor in lætationem convertitur, *Deus Christianorum* glorificatur.

Hoc noster *Columba* cum *Helia* & *Heliseo* prophetis habeat sibi commune virtutis miraculum, & cum *Petro* & *Paulo* & *Joanne* Apostolis partem honoris similem in defunctorum resuscitatione, & inter utrosque, hoc est, Prophetarum & Apostolorum honorificam cœlestis patriæ sedem, homo Propheticus & Apostolicus æternalem cum Christo, qui regnat cum Patre in unitate Spiritus S. per omnia secula.

XXI. *Broichanus à Deo percussus, postea Sanatus.*

Eodem in tempore vir venerandus quandam à *Broichano Mago Scothicam* postulavit servam, humanitatis miseratione liberandam; quam cum ille duro valde & stolido retentaret animo, Sanctus ad eum locutus, hoc profatur, Modo scito *Broichane*, scito, quia si mihi hanc peregrinam liberare captivam nolueris, priusquam de hac revertar provincia, citius morieris. Et hoc coram *Brudeo Rege* dicens, domum egressus regiam, ad *Nesam* venit fluvium: de quo videlicet fluvio lapidem attollens candidum ad comites, Signate, ait, hunc candidum lapidem, per quem Dominus in hoc gentili populo multas ægrotorum perficiet sanitates. Et hoc effatus verbum consequenter intulit, inquiens. Nunc *Broichanus* fortiter concussus est. Nam Angelus de cœlo missus, graviter illum percutiens, vitream in manu ejus, de qua bibebat, confregit in multa fragmenta; ipsum verò anhelantem ægra reliquit suspira, morti vicinum. Hoc in loco paululum expectemus binos Regis nuntios ad nos celeriter missos, ut *Broichano* morienti citius subveniamus. Nunc *Broichanus* formidabiliter correptus ancillam liberare est paratus.

Ad huc Sancto hæc loquente verba, ecce sicuti prædixerat, duo à Rege missi equites adveniunt, omnia quæ in Regis * motione de *Broichano* juxta Sancti vaticicium sunt acta, enarrantes, & de poculi confractione, de *Broichano* juxta, & de Magi correptione, de servulæ parata absolutione; hocque intulerunt, dicentes: Rex & ejus familiares nos ad te miserunt, ut nutritio ejus *Broichano* subvenias mox morituro.

* *notione.*

Qui-

Sæc. VII. Anno 670.

Quibus auditis Legatorum verbis Sanctus binos de comitum numero ad Regem cum lapide à se benedicto mittit, dicens, Si in primis promiserit se *Broichanus* famulam liberaturum, tum deinde hic lapillus intinguatur in aqua; & sic de eo bibat, & continuò salutem recuperabit. Si vero renuerit refragans absolvi servam, statim morietur.

Duo missi verbo Sancti obsequentes ad aulam deveniunt regiam, verba viri venerabiliter enarrantes Regi. quibus intimatis Regi & nutritio ejus *Broichano*, valdè expaverunt. Eadem hora liberata famula Sancti Legatis viri assignatur, lapis in aquam intingitur, mirumque in modum lapis contra naturam in aquis supernatat, quasi pomum, vel nux; nec potuit Sancti benedictio viri submergi: de quo *Broichanus* natante bibens lapide, statim à vicina rediit morte, integramque carnis recuperavit salutem. Talis verò lapis postea in thesauris Regis reconditus, multas in populo ægritudinum sanitates similiter in aqua natans intinctus, Domino miserante effecit.

Mirum dictu, ab his ægrotis, quorum vitæ terminus supervenerat, requisitus idem lapis nullo modo reperiri poterat. sic & in die obitus *Brudei* Regis quærebatur, nec tamen in eodem loco, ubi fuerat reconditus prius, inveniebatur.

XXI. *Magi victi precibus Columbæ.*

Post supra memorata peracta quadam die *Broichanus* ad Sanctum proloquens virum, infit: Dicito mihi *Columba*, quo tempore cupis enavigare. Sanctus, Tertia, ait, die, Deo volente, & vita comite, navigationem proponimus incipere. *Broichanus* è contra, Non poteris, ait, nam ego ventum tibi contrarium facere, caliginemque umbrosam superinducere possum. Sanctus, Omnipotentia Dei, ait, omnium dominatur, in cujus nomine omnes nostri motus ipso gubernante diriguntur. Quid plura? Sanctus eadem die, sicut proposuit, ad lacum fluminis *Nisæ* longum multa prosequente caterva, venit: Magi verò gaudere tum cœpêre, magnam videntes superinductam caliginem, & contrarium cum tempestate flatum. Nec mirum hæc interdum arte Dæmonum posse fieri, Deo permittente, ut etiam venti & æquora in asperius concitentu. Sic enim aliquando Dæmoniorum legiones sancto *Germano Episcopo* de *sinu Gallico* causa humanæ salutis ad *Britanniam* naviganti medio in æquore occurrerant; & opponentes pericula procellas concitabant, cœlumque diemque tenebrarum caligine obducebant. Quæ tamen omnia, sancto orante *Germano*, dicto citius sedata detersa cessarunt caligine. Noster itaque *Columba* videns contra se elementa concitari furentia, *Christum* invocat Dominum, cimbulamque ascendens, nautis hæsitantibus, ipse constantior factus velum contra ventum jubet subrigi.

Quo facto, omni inspectante turba, navigium contra flatus mira vectum occurrit velocitate. & post haud grande intervallum venti contrarii ad itineris ministeria cum omnium admiratione revertuntur. Et sic per totam illam diem flabris lenibus secundi flantibus beati cimba viri optatum provecta ad portum pulsa est. Perpendat itaque lector, quantus, & qualis idem vir venerandus fuerit; in quo Deus omnipotens talibus præscriptis miraculorum virtutibus coram plebe gentilica inlustre suum manifestavit nomen.

XXII. *Ostia aperta.*

Alio in tempore, hoc est, in prima Sancti fatigatione itineris ad Regem *Brudeum*, casu contigit, ut idem *Rex* fastu elatus regio suæ munitionis superbè agens, in primo beati adventu viri, non aperiret portas. quod ut cognovit homo Dei cum comitibus ad valvas portarum accedens, primum *Dominicæ Crucis* imprimens *Signum*; tum deinde manum pulsans contra ostia ponit. quæ continuò spontè retro retrusis fortiter seris cum omni celeritate aperta est. quibus statim apertis, Sanctus consequenter cum suis sociis intravit. Quo cognito *Rex* cum senatu valdè pertimescens, domum egressus obviam cum veneratione beato pergit viro, pacificisque verbis blandè admodum compellat, & ex ea in posterum die sanctum & venerabilem virum idem regnator suæ omnibus vitæ reliquis diebus valde magna honoravit, ut decuit, honorificentia.

XXIII. *Sponte se se aperit Ecclesiæ Janua.*

Alio itidem in tempore vir beatus aliquantis in *Scotbia* versatus ad visitandos fratres, qui in *Monasterio divini ruris* commanebant Rivulorum ab eis invitatus perrexit; sed casu aliquo accidit, ut eo ad Ecclesiam accedente claves non reperirentur Oratorii. Cum verò Sanctus de non repertis adhuc clavibus, & obseratis foribus inter se conquirentes alios audisset, ipse ad ostium appropinquans, Potens est Dominus, ait, domum suam etiam sine clavibus servis aperire. Cum hac tum voce subito retrò retrusis forti motu pessulis, spontè aperta janua Sanctus cum omnium admiratione ad Ecclesiam ante omnes ingreditur, & hospitaliter à fratribus susceptus honorabiliter ab omnibus veneratur.

XXIV. *Fera transfixa.*

Alio in tempore quidam ad Sanctum plebejus venit pauperrimus, qui in ea habitabat regione, quæ stagni littoribus aporici est contermina. Huic ergò miserabili viro, qui unde maritam & parvulos cibaret, non habebat, vir beatus petenti miseratus,

ut

SÆC. VII. ANNO. 670. ut potuit, quandam largitus eleemosynam, ait, Miselle homuncio, tolle de sylva contulum vicina, & ad me citius defer. Obsecundans miser juxta Sancti jussionem detulit materiam; quam Sanctus excipiens in veru exacuit, quodque propria exacuminans manu benedicens, & illa adsignans inopi dixit: Hoc veru diligenter custodi, quod, ut credo, nec homini, nec alicui pecori nocere poterit, exceptis feris bestiis quoque & piscibus. Et quamdiu talem habueris sudem, nunquam in domo tua cervinæ carnis cibatio abundans deerit. Quod audiens miser mendiculus valdè gavisus, domum revertitur, veruque in remotis terræ infixo locis, quæ sylvestres frequentabant feræ, & vicina transacta nocte mane primo pergit revisitare volens veru, in quo miræ magnitudinis cervum cecidisse repperit transmissum. Quid plura? Nulla, ut nobis traditum est, transire poterat dies, qua non aut cervum, aut cervam, aut aliquam reperiret in veru infixo cecidisse bestiam. repleta quoque tota de ferinis carnibus domo, vicinis superflua vendebat, quæ hospitium suæ domus capere non poterant.

Sed tamen diaboli invidia per sociam, ut Adam, & hunc etiam miserum invenit, quæ non quasi prudens, sed fatua taliter ad maritum locuta est: Tolle de terra veru. Nam si in eo homines, aut etiam pecora perierint, tu & ipse, & ego cum liberis nostris aut occidemur, aut captivi ducemur. Ad hæc maritus inquit: Non ita fiet. Nam sanctus vir mihi benedicens sudem dixit; quod nunquam hominibus, aut etiam pecoribus nocebit. Post hæc verba mendicus uxori consentiens, pergit, & tollit de terra veru intra domum quasi amans illud secus parietem posuit, in quo mox domesticus ejus incidens canis disperit. Quo pereunte, rursum marita: Unus, ait, filiorum tuorum incidet in sudem, & peribit. Quo audito ejus verbo maritus veru de pariete removens ad sylvam reportat, & in densioribus infixit dumis, ut putabat, ubi à nullo posset animante offendi: sed postera reversus die capream in eo cecidisse & periisse reperit. Inde quoque illud removens in fluvio, qui Latinè potest dici *Nigra Dea*, juxta ripam sub aquis abscondens infixit. Quod alia revisitans die Esocen in eo miræ magnitudis transfixum & retentum invenit, quem de flumine elevans vix solus ad domum reportare poterat: veruque secum de aqua simul reportans extrinsecus in superiore tecti affixit loco, in quo & corvus de volatus impetu lapsus disperiit jugulatus.

Quo facto, miser fatuæ consilio conjugis depravatus veru tollens de tecto assumpta securi in plures concidens particulas, in ignem projecit, & postea quasi suæ paupertatis amisso non mediocri solatio, remendicare, ut meritus, cœpit. Quod videlicet penuriæ rerum solamen sæpè superius in veru memorato dependebat, quod pro pedicis, & retibus, & omni venationis & piscationis genere servatum posset sufficere, beati viri donatum benedictione. quodque amissum miser plebejus eo ditatus pro tempore ipse cum tota familiola sero licet omnibus de cetero deplanxit reliquis diebus vitæ.

XXV. *De utre reperto.* Alio in tempore beati legatus viri *Lugaidus* nomine ad *Scothiam* jussus navigare proponens inter navalia navis sancti instrumenta utrem lactarium quæsitum inveniens sub mari, congestis super eum non parvis lapidibus madefaciendum posuit, veniensque ad sanctum quod de utre fecit, intimavit. Qui subridens, inquit, Uter quem, ut dicis, sub undis posuisti, hac vice, ut æstimo, non te ad *Hiberniam* comitabitur. Cur, ait, non mecum in navi comitem eum habere potero? Sanctus, Altera, inquit, die, quod res probabit, scies. Itaque *Lugaidus* mane postera die ad retrahendum de mari utrem pergit, quem tamen noctu salatia subtraxit unda. Quo non reperto, ad sanctum reversus tristis, flexis in terram genibus, suam confessus est negligentiam. Cui sanctus, illum consolatus ait; Noli frater pro fragilibus contristari rebus. uter quem salatia sustulit ad suum locum post tuum egressum reportabit venalia.

Eadem die post *Lugaidi* de *Jova* insula emigrationem, hora transacta nona sanctus ex circumstantibus sic profatus, ait: Nunc ex vobis unus ad æquor pergat, utrem de quo *Lugaidus* querebatur, & quem salatia sustulerat unda, nunc* venilia retrahens, in loco unde subtractus est, repræsentavit. Quo sancti audito verbo, quidam alacer juvenis ad oram cucurrit Maris, repertumque utrem, sicut prædixerat sanctus, cursu reversus concito, reportans valdè gavisus coram sancto cùm omnium, qui ibidem erant, admiratione assignavit. In his, ut sæpè dictum est, binis narrationibus superius descriptis, quamlibet in parvis rebus, sude videlicet & utre, propheticæ simul & virtutis miraculum comitari cernuntur. Nunc ad alia tendamus.

* *Vinalia venalia.*

XXVI. *Absolutio feminæ.* Quadam die sanctus in *Jova* commanens insula citò à lectione surgens & subridens dicit: Nunc ad orationem mihi properandum, ut pro quadam misellula deprecer DEUM femina, quæ nunc in *Hybernia* nomen hujus inclamitans commemorat *Columbæ* in magnis parturitionis difficillimæ torta punitionibus, & ideò per me à Domino de

de angustia absolutionem dari sibi sperat: quia & mihi est cognationalis, de meæ matris parentela genitorem habens progenitum. Hæc dicens sanctus illius mulierculæ motus miseratione ad Ecclesiam currit, flexisque genibus pro ea CHRISTUM de homine natum exorat. Et post precationem Oratorium egressus ad fratres profatur occurrentes, inquiens: Nunc propicius Dominus JESUS de muliere progenitus opportunè miseræ subveniens eam de angustiis liberavit, & prosperè prolem peperit; nec hac morietur vice. Eadem hora, sicuti sanctus prophetizavit, misella fœmina nomen ejus invocans absoluta salutem recuperavit. Ita ab aliquibus postea de *Scotbia*, & de eadem regione, ubi mulier inhabitabat, transmeantibus intimatum est. SÆC. VII. ANNO. 670.

XXVII. *Unio uxoris cum conjuge.*

Alio in tempore cum vir sanctus in *Rechrea* hospitaretur insula, quidam plebejus ad eum veniens, de sua querebatur uxore; quæ, ut ipse dicebat, odio habens eum ad maritalem nullo modo admittebat concubitum accedere. Quibus auditis sanctus maritam advocans, in quantum potuit eam hac de causa corripere cœpit, inquiens: Quare mulier tuam à te carnem abdicare conaris? Domino dicente: Erunt duo in carne una. Itaque caro tui conjugis tua caro est. Quæ respondens, Omnia, inquit, quæcunque mihi præceperis, sum parata, quamlibet sint valdè laboriosa, adimplere; excepto uno, ut me nullo compellas modo in uno lecto dormire cum *Lugneo*. Omnem domus curam exercere non recuso, aut si jubeas vel maria transire, & in aliquo puellarum monasterio permanere. Sanctus tum ait: Non potest rectè fieri, quod dicis. Nam adhuc viro vivente alligata es lege viri. Quod enim DEUS licite conjunxit, nefas est separari. Et his dictis consequenter intulit: Hac in die tres, hoc est, ego, & maritus cum conjuge jejunantes Dominum precemur. Illa dehinc; Scio, ait, quia tibi impossibile non erit, ut ea quæ vel difficilia, vel etiam impossibilia videntur, à Deo impetrata donentur. Quid plura? marita eadem die cum sancto jejunare consensit, & maritus similiter. nocteque subsequente sanctus insomnis pro eis deprecatus est. posteraque die sanctus maritam præsente sic compellat marito: O femina. si, ut hesterna dicebas die, parata hodie es ad feminarum emigrare monasteriolum? Illa, Nunc, inquit, cognovi, quia tua à DEO de me est exaudita oratio. Nam quem heri oderam, hodie amo. cor enim meum hac nocte præterita, quonam modo ignoro, in me immutatum est de odio in amorem. Quid moramur? Ab eadem die usque ad diem obitus anima ejusdem maritæ indissociabiliter in amore conglutinata est mariti, ut illa maritalis concubitus debita, quæ prius reddere renuebat, nullo modo deinceps recusaret.

XXVIII. *Adventus Cormaci prædicitur.*

Alio in tempore *Cormacus* Christi miles, de quo in primo hujus opusculi libello breviter aliqua commemoravimus, pauca etiam secunda vice, conatus est heremum in Oceano quærere, qui postquam à terris infinitum Oceanum planis enavigavit velis. Iisdem diebus sanctus *Columba* cùm ultra dorsum moraretur *Britanniæ*, *Brudeo* rege præsente *Ordacum* Regulo commendavit, dicens: Aliqui ex nostris nuper emigraverunt, desertum in pelago intransmeabili invenire optantes, qui si forte post longos circuitus *Orcadas* devenerint insulas, huic Regulo cujus obsides in manu tua sunt, diligenter commenda; ne aliquid adversi intra terminos ejus contra eos fiat. Hoc verò sanctus ita dicebat: quia in spiritu præcognovit, quod post aliquot menses idem *Cormacus* esset ad *Orcadas* venturus. Quod ita postea evenit, & propter supra dictam sancti viri commendationem de morte in *Orcadibus* liberatus est vicina.

Post aliquantum intervallum mensium cum sanctus in Jova commoraretur insula, quadam die coram eo ejusdem *Cormaci* mentio ab aliquibus subitò oboritur sermocinantibus, & taliter dicentibus: Quomodo *Cormaci* navigatio prosperè an non provenit, adhuc nescitur. Quo audito verbo sanctus hac profatur voce dicens: *Cormacum*, de quo nunc loquimur, hodie mox pervenientem videbitis. Et post quasi unius horæ interventum, mirum dictu, & ecce inopinatò *Cormacus* superveniens Oratorium cum omnium admiratione & gratiarum ingreditur actione. Et quia de hujus *Carmaci* secunda navigatione beati prophetationem breviter intulimus viri, nunc & tertia æque prophetica ejus scientia aliqua describenda sunt verba.

XXIX.

Dum idem *Cormacus* tertia in Oceano mari fatigaretur vice, usque ad mortem periclitari cœpit. Nam cùm navis ejus à terris per quatuordecim æstivi temporis dies totidemque noctes plenis velis, austro flante vento ad septentrionalem plagam cœli directo excurreret cursu, ejusmodi navigatio ultra humani excursus modum & inremeabilis videbatur. Unde contigit, ut post decimam ejusdem quarti & decimi horam diei quidam penè insustentabiles undique, & maldè formidabiles consurgerent terrores. Quædam quippe in id temporis invisæ mare obtegentes occurrerant tetræ & infestæ nimis bestiolæ, quæ horribili impetu carinam & latera, puppimque, & proram ita forti-

Sæc. VII. Anno 670. fortiter feriebant percussura, ut pellicium tectum navis putarentur penetrare posse; quæ, ut hi, qui inerant ibidem postea narrarunt, prope magnitudine ranarum, aculeis permolestæ non tamen volatiles, sed natatiles erant. sed & remorum infestabant palmulas. Quibus visis inter cetera monstra, quæ non hujus est temporis enarrare, *Cormacus* cum nautis comitibus valdè turbati, & pertimescentes, Deum, qui est in angustiis pius & oportunus auxiliator, inlachrymati precantur.

Eadem hora & sanctus noster *Columba*, quamlibet longè absens corpore, spiritu tamen præsens, in navi cum *Cormaco* erat. Unde eodem momento personante signo fratres ad Oratorium convocans, & Ecclesiam, dicens: Fratres tota intentione pro *Cormaco* orate, qui nunc humanæ discursionis limitem immoderatè navigando excessit, nunc quasdam monstruosas ante non visas penè indicibiles patitur horrificas perturbationes. Itaque nostris commembribus in periculo intolerabili constitutis mente compati debemus fratribus, & Dominum exorare cum eis. Ecce enim nunc *Cormacus* cum suis nautis faciem lachrymis irrigans ubertim Christum intentius precatur. nos ipsum orando adjuvemus, ut Austrum flantem ventum usque hodie per quatuordecim dies nostri miseratus in Aquilonem convertat; qui videlicet Aquiloneus ventus navem *Cormaci* de periculis retrahebat.

Et hæc dicens flexis genibus flebili cum voce ante altarium omnipotentiam Domini ventorum & cunctarum gubernatricem precatur rerum. Et post orationem cito surgit, & abstinens lachrimas gaudenter grates Deo agit, dicens: Nunc fratres nostris congratulemur, pro quibus oramus caris; quia Dominus nunc Austrum in Aquilonarem convertit flatum nostros de periculis commembres retrahentem, quos huc ad nos iterum reducet. Et continuò cum ejus voce Auster cessavit ventus, & inspiravit Aquiloneus.

Per multos post dies & navis *Cormaci* ad terras reducta est, & pervenit *Cormacus* ad sanctum *Columbam*, & se, donante Deo, facie ad faciem cum ingenti omnium admiratione repræsentavit, & non mediocri lætatione. Perpendat itaque Lector quantus & qualis idem vir beatus fuerit, qui talem Propheticam habens scientiam ventis & Oceano Christi invocato nomine potuit imperare.

XXX. *Miraculum in curru.* Alio in tempore cum in *Schotia* per aliquot dies sanctus conversaretur, aliquibus ecclesiasticis utilitatibus coactus, currum, ab eo prius benedictum, ascendit junctum, sed non insertis primò, qua nescio negligentia accedente, necessariis obicibus per axionum extrema foramina. Eadem autem erat diecula *Columbanus* filius *Echudi* vir sanctus illius Monasterii fundator, quod *Scothia* vocitatur lingua *Snamluthir*; qui operam aurigæ in eodem curriculo cum sancto exercebat *Columba*. Fuit itaque talis ejusdem agitatio diei per longa viarum spatia sine ulla rotarum humerulorumque separatione sive labefactatione; nulla, ut supra dictum est, obicum retentione vel communitione retinente, sed sola diali sic venerando præstante gratia viro, ut currus, cui insederat, salubriter absque ulla impeditione recta incederet orbita.

Hucusque de virtutum miraculis, quæ per prædicabilem virum in præsenti conversantem divina vita operata est omnipotentia, scripsisse sufficiat. Hic secundus de virtutum miraculis finiendus est liber, in quo animadvertere lector debet, quod & de compertis in eo multa propter legentium prætermissa sunt fastidium.

Explicit liber secundus.

INCI-

INCIPIT LIBER TERTIUS DE ANGELICIS APPARITIONIBUS, ET DE TRANSITU S. COLUMBÆ.



IN primo, ex his tribus libellis, libro, ut superius commemoratum est, de Propheticis revelationibus quædam breviter succincteque, Domino juvante, descripta sunt. In secundo superiore de virtutum miraculis, quæ per beatum declarata sunt virum, & quæ, ut sæpè dictum est, plerunque prophetationis comitatur gratia. In hoc vero tertio de angelicis apparitionibus, quæ vel ab iis de beato viro, vel ipsis de aliis revelatæ sunt. Et de his, quæ utroque, quamlibet disparili modo, hoc est, ipsi propriè & plenius, aliis vero impropriè, & ex quadam parte sunt manifestatæ, hoc est extrinsecus & explorativè: in iisdem tamen vel angelorum vel cœlestis visionis locis, quæ utique talium descriptarum visionum suis caraxatæ locis inferius clarebunt.

Sed nunc à primordiis beati Nativitatis viri easdem describere angelicas apparitiones incipiamus. Angelus Domini in somnis Genitrici venerabilis viri nocte quadam inter conceptum ejus & partum apparuit, eique quasi quoddam miræ pulchritudinis peplum assistens detulit, in quo veluti universorum decolorosi colores florum depicti videbantur, quodque post aliquod breve intervallum ejus de manibus reposcens abstulit, elevansque & expandens in aëre dimisit vacuo. *Angelus genitrici apparet.*

Illa verò de illo tristificata sublato, sic ad illum venerandi habitus virum: Cur à me, ait, hoc lætificum tam citò abstrahis pallium? Ille consequenter, Idcirco, inquit, quia hoc sagum tam magnifici honoris alicujus est, quod apud te diutius retinere non poteris. His dictis supra memoratum peplum mulier paulatim à se elongari volando videbat, camporumque latitudinem in majus crescendo excedere, montesque & saltus majore sui mensura superare; vocemque hujuscemodi subsecutam audierat: Mulier, nolis tristificari. Viro enim cui matrimonali es juncta fœdere, talem filium editura es floridum, qui quasi unus Prophetarum DEI, inter ipsos connumerabitur, innumerabiliumque animarum Dux ad cœlestem à DEO patriam est prædestinatus. In hac audita voce mulier expergiscitur.

II. Alia in nocte ejusdem beati pueri nutritor, spectabilis vir vitæ, *Presbyter*, post *Missam* ab *Ecclesia* ad hospitiolum revertens, totam invenit domum clara irradiatam luce. Globum quippe igneum super pueruli dormientis faciem vidit stantem. qui viso statim intremuit, & prostrato in terram vultu, valdè miratus, *Spiritus* sancti gratiam super suum intellexit alumnum cœlitus effusam. *Lux radians.*

III. Post multorum intervalla temporum cùm à quadam Synodo pro quibusdam venialibus & excusabilibus causis, non rectè, ut post in fine claruit, sanctus excommunicaretur *Columba*, ad eandem contra ipsum collectam venit congregationem. quem cum eminus appropinquantem sanctus vidisset *Brendenus*, illius *Monasterii* fundator, quod *Scothice Birra* nuncupatur, citius surgit; & inclinata facie eum veneratus exosculatur. Quem cùm aliqui illius seniores cœtus seorsum ceteris redarguerent semotim dicentes, Quare coram excommunicato surgere, & eum osculari non revereris? Taliter ad eos inquiens, Si vos, ait, videretis ea, quæ mihi Dominus hac in die de hoc suo, quem dehonoratis, electo manifestare non dedignatus est, nunquam excommunicassetis, quem Dominus non solum secundum vestram non rectam sententiam nullo modo excommunicat, sed & magis & magis magnificat. Illi è contra, Quomodo, ajunt, ut dicis, ipsum glorificat DEUS, quem nos non sine causa excommunicavimus, scire cupimus. Ignicomam vel valdè luminosam, ait *Brendenus*, columnam vidi, eundem quem vos despicitis, antecedentem DEI hominem, Angelos quoque sanctos per campum ejus itineris comites. Hunc itaque spernere non audeo, quem populorum Du- *Excommunicatus Columba.*

cem ad vitam à DEO præordinatum video. His ab eo dictis non tantum ultra sanctum excommunicare non ausi, cessarunt; sed & valdè venerati honorarunt.

IV. *Angelus itineris cor mes.*

Alio in tempore vir sanctus venerandum *Episcopum Finnionem*, suum videlicet Magistrum juvenis senem adiit. quem cum sanctus *Finnio* ad se adpropinquantem vidisset, Angelum Domini pariter ejus comitem itineris vidit. Et, ut nobis ab expertis traditur, quibusdam adstantibus intimavit fratribus, dicens: Ecce nunc videtis sanctum advenientem *Columbam*, qui sui commeatus meruit habere socium angelum cœlicolam.

Iisdem diebus sanctus cum duodecim commilitonibus discipulis *Brittanniam* transnavigavit.

V. *Angelus Columbam percutit.*

Alio in tempore cum vir prædicabilis in *Himbria* commmoraretur Insula, quadam nocte in extasi mentis Angelum Domini ad se missum vidit, qui in manu *Vitreum ordinationis Regum* habebat *Librum*. quem cum vir venerandus de manu *Angeli* accepisset ab eo jussus legere cœpit. Qui cum, secundum quod ei in libro erat commendatum, *Aidanum* in *Regem* ordinare recusaret; quia magis *Jogenanum* fratrem ejus diligeret; subito angelus extendens manum, sanctum percussit flagello: cujus livorosum in ejus latere vestigium omnibus suæ diebus permansit vitæ; hocquè intulit verbum: Pro certo scias, inquiens, quia ad te à DEO missus sum, cum vitreo libro, ut juxta verba, quæ in eo legisti, *Aidanum* in regnum ordines. Quod si obsecundare huic nolueris jussioni, percutiam te iterato.

Hic itaquè *Angelus Domini* cùm per tres continuas noctes eundem in manu vitreum habens codicem apparuisset, eademque Domini jussa de Regis ejusdem ordinatione commendasset; sanctus verbo obsecutus Domini, ad *Jovam* transnavigavit Insulam, ibidemquè *Aidanum* iisdem adventantem diebus in *Regem*, sicut jussus erat, ordinavit, & inter ordinationis verba de filiis & nepotibus, pronepotibusquè ejus futura prophetizavit: imponensquè manum super caput ejus ordinans benedixit.

NB. Cummeneus Albus scripsit librum de S. Columba. CAN.

Cummeneus Albus in libro quem de virtutibus sancti *Columbæ* scripsit, sic dixit. quod sanctus *Columba* de *Aidano*, & de posteris ejus, & de regno suo prophetare cœpit dicens: Indubitanter credo, ô *Aidane*, quod nullus Adversariorum tuorum tibi poterit resistere; donec prius fraudulentiam agas in me, & in posteros meos. Propterea ergo tu filiis commendes, ut & ipsi filiis & nepotibus & posteris suis commendent, ne per consilia mala eorum sceptrum Regni hujus de manibus suis perdant. In quocunque enim tempore malum adversum me, aut adversus cognatos meos, qui sunt in *Hibernia*, fecerint, flagellum, quod causa tui ab Angelo sustinui, per manum DEI super eos in magnum flagitium vertetur, & cor virorum auferetur ab eis, & inimici eorum vehementer super eos confortabuntur. Hoc autem vaticinium temporibus nostris completum est in *Belloroth Domnallo Brecco*, nepote *Aldani*, sine causa vastante provinciam Domnail nepotis *Amureg*. Et à die illa usque hodie adhuc in proclivo sunt ab extraneis, quod suspiria doloris pectori incutit.

VI. *Angeli certantes pro corporo Brutònis.*

Alio in tempore cum vir sanctus in *Jova* conversaretur Insula, quidam de suis Monachus *Britto*, bonis actibus intentus, molestia correptus corporis, ad extrema perductus est; quem cum vir venerandus in hora sui visitaret exitus, paulisper ad ejus lectum assidens, & ei benedicens, ocius domum egreditur, nolens videre morientem. Qui eodem momento post sancti de domo recessum viri, præsentem finivit vitam.

Tum vir prædicabilis in plateola sui deambulans Monasterii, porrectis ad cœlum oculis, diutius valdè obstupescens admirabatur. Quidam verò frater *Aidanus* nomine, bonæ indolis, & religiosus homo, qui solus de fratribus eadem affuit hora, flexis genibus rogare cœpit, ut sanctus eidem tantæ admirationis causam intimaret. Cui sanctus, Nunc sanctos *Angelos* in aëre contra adversarias protestates belligerare vidi; *Christoque* Agonothetæ gratias ago, quia victores *Angeli* animam hujus peregrini, qui primus apud nos in hac Insula mortuus est, ad cœlestis patriæ gaudia evexerunt. Sed hoc, quæso, sacramentum nemini in vita mea reveles.

VII. *Virgo occisa statim vindicata.*

Cum vir beatus adhuc Juvenis *Diaconus* in parte *Lagenensium* divinam addiscens sapientiam conversaretur, quadam accidit die, ut Bono quidam innocuorum immitis persecutor crudelis quandam in campi planitie filiolam fugientem persequeretur. quæ cum forte germanum senem supra memorati Juvenis Diaconi Magistrum in campo legentem vidisset, ad eum recto cursu, quanta valuit velocitate confugit. qui tali perturbatus subitatione *Columbam* eminus legentem advocat, ut ambo, in quantum valuissent, filiam à persequente defenderent. Qui statim superveniens, nulla eis ab eo data reverentia, filiam sub vestimentis eorum lancea jugulavit; & relinquens jacentem mortuam super pedes eorum aversus abire cœpit. Senex tum valdè tristificatur conversus ad *Columbam*, quanto, ait, sancte puer *Columba*, hoc scelus cum nostra de-

dehonoratione temporis spatio inultum fieri Judex justus patietur DEUS? Sanctus consequenter hanc in ipsum sceleratorem protulit sententiam, dicens: SÆC. VII.

Eadem hora, qua interfectæ ab eo filiæ anima ascendit ad cœlos, anima ipsius interfectoris descendet ad Inferos. Et dicto citius cum verbo, sicut *Ananias* coram *Petro*, sic & ille innocentium jugulator coram oculis sancti Juvenis in eadem mortuus cecidit terrula, cujus rumor subitæ & formidabilis vindictæ continuò per multas *Schotiæ* provincias cum mira sancti Diaconi fama divulgatus est. ANNO 670.

VIII. *Aper extinctus.* Alio in tempore vir beatus cum in *Sicia* Insula aliquantis demoraretur diebus, paulo longius solus orationis intuitu separatus à fratribus, sylvam ingressus densam, miræ magnitudinis aprum, quem forte venatici canes persequebantur, obvium habuit. Quo viso eminus sanctus aspiciens eum restitit. Tum deinde invocato DEI nomine, sancta elevata manu, cum intenta dicit ad eum oratione: ulterius huc procedere nolis: in loco ad quem nunc devenisti morere. Quo sancti in sylvis personante verbo, non solum ultra accedere non valuit, sed antè faciem ipsius terribilis ferus verbi ejus virtute mortificatus citò corruit.

IX. *Piscis captus.* Alio in tempore cum prædicabilis viri *Schotiales* strenui piscatores quinos in rete pisces cepissent in fluvio *Sale* piscoso; sanctus ad eos iteratò ait, Rete in flumen injicite, & statim invenietis grandem, quem mihi Dominus præparavit piscem. Qui verbo sancti obtemperantes, miræ magnitudinis traxerunt in retiaculo *Chocem* à DEO sibi præparatum,

X. *Fluvius sanguinis constrictus.* Quadam die quidam bonæ indolis Juvenis *Lugneus* nomine, qui postea senex in Monasterio Insulæ *Helenæ* præpositus erat, ad sanctum veniens queritur de fluvio sanguinis, qui crebro per multos Menses naribus ejus inmoderatè profluebat: quo propius accito sanctus ambas ipsius nares binis manus dexteræ digitis constringens benedixit. ex qua hora benedictionis nunquam sanguis de naso ejus usque ad extremum distillavit diem.

XI. *Clericus ab Angelis portatus.* Alio in tempore quidam *Everniensis* peregrinus ad sanctum perveniens per aliquot apud eum Menses in *Jova* commanebat Insula. Cui vir beatus alia die, Nunc ait quidam de provincialibus tuis Clericus ad cœlum ab *Angelis* portatur, cujus adhuc ignoro nomen.

Frater verò hoc audiens, cœpit secum de provincia perscrutari anteriorum, & de illius beati hominis vocabulo, hocque consequenter intulit verbum inquiens, Alium CHRISTI commilitionem scio, qui sibi in eodem territorio, in quo & ego commanebam, Monasteriolum construxit nomine *Diormitium*. Cui sanctus ait, Ipse est, de quo dicis, qui nunc ab Angelis DEI in paradisum deductus est.

Sed hoc etiam non negligenter adnotandum est, quod idem vir venerabilis multa sibi à DEI arcana ab aliis celata sacramenta, nullo modo in hominum noticiam prodi passus est; duabus, ut ipse aliquando paucis intimaverat fratribus, causis existentibus; hoc est, ut jactantiam devitaret, & ad semetipsum interrogandum insustentabiles turbas de se aliqua interrogare volentes divulgata revelationum fama non invitaret.

XII. *Pugna adversus Dæmones.* Alia die vir sanctus in *Jova* conversans Insula remotiorem ab hominibus locum aptumque ad orationem in saltibus quæsivit, ibidemque cum orare cœpisset, subito, ut ipse postea paucis intimaverat fratribus, videt contra se tetram & nigerrimam Dæmonum cum ferreis verubus aciem præliari. qui, sicuti sancto viro per spiritum revelatum erat, Monasterium ejus invadere, & multos & ex fratribus iisdem volebant jugulare sudibus. Ipse vero contra tales æmulos unus homo innumeros accepta *Pauli* armatura Apostoli, forti conflictu dimicabat. & ita ex majore diei parte utrinque dimicatum est, nec innumerabiles unum vincere poterant. nec eos unus de sua valebat Insula repellere; donec Angeli DEI, ut sanctus post quibusdam non multis retulerat, in adminiculum adfuêre, quorum timore perturbati Dæmones loco cessêre.

Eademque die sanctus ad Monasterium post Dæmoniorum reversus de sua Insula effugationem, hoc de eisdem turmis hostilibus verbum profatur, inquiens, Illi exitiabiles æmuli, qui hac die de hujus terrulæ, DEO propitio, regione *Angelis* nobis subvenientibus, ad *Æthicam* fugati sunt terram, ibidem sævi invasores fratrum Monasteria invadent, & pestilentes inferent morbos, quorum molestia infestati multi morientur. Quod iisdem diebus juxta beati præscientiam viri, ita & factum est. Et post interveniente biduo, ei revelante spiritu, Bene, ait, *Baithenеus* auxiliante DEO, dispensavit, ut ejusdem Ecclesiæ, cui DEO auctore præest in *Campo Lunge*, jejuniis & orationibus collectio à Dæmonum defendatur invasione; ubi nemo, excepto uno, qui mortuus est, hac vice morietur. Quod ita juxta vaticinium ejus expletum est. Nam cum multi in ceteris ejusdem Insulæ Monasteriis eodem morbo morerentur, nemo

SÆC. VII. ANNO 670.

mo nisi unus de quo sanctus dixit, apud *Baitheneum* in sua est mortuus congregatione.

XIII. *Anima ab Angelis in cœlum evecta.*

Quidam faber ferrarius in mediterranea *Scothiæ* habitabat parte, eleemosynarum operibus satis intentus, & ceteris justitiæ actibus plenus, hic cùm ad extrema in bona senectute perduceretur, supra memoratus *Columbus*, eadem hora, qua de corpore eductus est sanctus *Columba*, in *Jova* commanens Insula, paucis se circumstantibus sic profatus senioribus *Columbus*, ait, Faber ferrarius, non in cassum laboravit, qui de propria manuum laboratione suarum præmia emax felix comparavit æterna. Ecce enim nunc anima ejus à sanctis vehitur *Angelis* ad cœlestis patriæ gaudia. Nam quodcunque de suæ artis negotiatione acquirere potuit, in egenorum eleemosynas expendit.

XIV. *Anima uxoris pugnat contra Dæmones pro mariti anima.*

Alio itidem tempore vir sanctus in *Jova* conversans Insula, quadam die subito oculos ad cœlum dirigens hæc profatus est verba: Felix mulier, felix, benè morata, cujus animam nunc *Angeli Dei* ad paradisum evehunt. Erat autem quidam religiosus frater *Genereus* nomine, Saxo, pistor opus pistorum exercens, qui hoc audierat verbum ex ore sancti prolatum; eademque die Mensis eodem terminato anno sanctus eidem *Genereo Saxoni*, Miram rem video, ait. Ecce mulier de qua, te præsente, præterito dixeram anno, nunc mariti sui religiosi cujusdam plebei in aëre obviavit animæ, & cum sanctis *Angelis* contra æmulas pro ea belligerat potestates, quorum adminiculo ejusdem homuncionis Justitia suffragante à Dæmonum belligerationibus erepta ad æternæ refrigerationis locum anima ipsius est perducta.

XV. *Anima Brendini obviam eunt angeli.*

Alia itidem die dum vir venerandus in *Jova* conversaretur Insula, manè primo suum advocat sæpe memoratum ministratorem *Diormitium* nomine, eique præcepit, inquiens, *Sacra* celeriter *Eucharistiæ Ministeria* præparentur. hodie enim Natalis beati *Brendini* est dies. Quare, ait minister, talia *Missarum* solemnia hodierna præparari præcipis die? Nullus enim ad nos de *Scothia* sancti illius viri obitus pervenit nuntius. Vade tu, ait sanctus, meæ obsecundare jussioni debes. Hac enim nocte præterita vidi subitò apertum cœlum, angelorumque choros sancti *Brendini* animæ obvios descendere, quorum luminosa & incomparabili claritudine totus eadem hora illustratus est Mundi orbis.

XVI. *Columba de Columbani morte divinitus monetur.*

Quadam itidem die cum fratres se calciantes manè ad diversa Monasterii opera ire præpararent, sanctus è contra ea die otiari præcepit *Sacræque Oblationis Obsequia* præparari, & aliquam quasi in *Dominico* prandioli adjectionem fieri. Meque ait, hodie quamlibet indignus sim, ob venerationem illius animæ, quæ hac in nocte inter sanctos *Angelorum* choros vecta ultra sydera cœlorum spatia ad Paradisum ascendit, *Sacra* oportet *Eucharistiæ* celebrare *Mysteria*.

Et his dictis fratres obsequuntur, & juxta sancti jussionem eadem die otiantur, præparatisq; SACRIS ad Ecclesiam ministeriis, quasi die sollemni, albati cum sancto pergunt. Sed forte cùm inter alia cum modulatione officia illa consueta decantarent, deprecatio, in qua S. *Martini* commemoraretur nomen; subitò sanctus ad cantores ejusdem onomatis ad locum pervenientes, Hodie, ait, pro S. *Columbano Episcopo* decantare debetis. Tunc omnes, qui inerant fratres intellexêre, quod *Columbanus Episcopus Laginensis*, carus *Columbæ* amicus, ad *Dominum* emigravit. Et post alicujus temporis intervallum aliqui de *Lagenea* commeantes provincia, ea nocte eundem obiisse nuntiant *Episcopum*, qua sancto ita revelatum est.

XVII. *Nova pugna contra Dæmones in aëre.*

Alio in tempore vir sanctus cum in *Jova* conversaretur Insula, quadam subitatione incitatus, signo personante, collectis fratribus, Nunc, ait, oratione Monachis Abbatis *Congelli* auxiliemur; hac in hora in *Stagno* demersis *Vituli*. Ecce enim hoc momento in aëre contra adversarias belligerant potestates, animam alicujus hospitis cum eis dimersi eripere conantes. Tum post lachrymosam & intentam orationem citò ante altarium surgens inter fratres pariter in oratione prostratos, lætificato vultu, CHRISTO, ait, gratias agite; nunc enim sancti *Angeli* sanctis obviantes animabus, & ipsum hospitem ereptum à Dæmonum belligerationibus, quasi victoriales liberarunt belligeratores.

XVIII. *Ethnicus convertitur*

Alio in tempore vir sanctus ultra *Britanniæ* dorsum iter agens secus *Nisæ* fluminis lacum subitò inspiratus *Spiritu Sancto*, ad fratres pariter commeantes, Properemus, ait, sanctis obviam *Angelis*, qui de summis cœli regionibus ad perferendam alicujus gentilici animam emissi. Nos illuc usque pervenientes exspectant, ut ipsum naturale bonum, per totam vitam usque ad extremam senectutem conservantem, priusquam moriatur oportunè baptizemus. Et hæc dicens sanctus senex in quantum potuit comites festinus præcedebat, donec in illum agrum devenit, ibidemque quidam repertus senex *Emchatus* nomine, audiens à sancto verbum DEI prædicatum; & credens est baptizatus.

Alio

XIX. *Hominem cadentem sublevat.*

Alio in tempore vir sanctus tum in tuguriolo suo scribens sederet, subito ejus immutata facies, & hanc puro de pectore promit vocem, dicens, Auxiliare, auxiliare. Duo verò fratres ad januam stantes, videlicet *Colgus* & *Lugneus*, causam talis subitæ interrogant vocis. quibus vir venerabilis hoc responsum dedit, inquiens: *Angelo* Domini, qui nunc inter vos stabat, jussi, ut alicui ex fratribus de summo culmine magnæ domus lapso tam citò subveniret, quæ his in diebus in *Roboreticampo* fabricatur. Hocque sanctus consequenter intulit famen, inquiens. Valdè admirabilis & pene indicibilis est angelica volatus pernicitas, fulgureæ, ut æstimo, celeritati parilis. nam ille coelicola, qui hinc à nobis nunc illo viro labi incipiente avolavit, quasi in ictu oculi priusquam terram tangeret subveniens, eum sublevavit; nec ullam fracturam, aut læsuram ille qui cecidit sentire potuit. Quàm stupenda hæc inquam velocissima & opportuna subventio, quæ dicto citius tantis Maris & terræ interjacentibus spatiis tam celerrimè effici potuit.

XX. *Angelica visio.*

Alio item in tempore quadam die vir beatus in *Jova* conversans Insula fratribus congregatis cum ingenti animi adversione denunciavit ad eos dicens, Hodie in occidentalem nostræ Campulum Insulæ solus exire cupio. Nemo itaque ex vobis me sequatur. Quibus obsecundantibus solus quidem, ut voluit, egreditur. sed frater quidam callidus explorator alia means via in cujusdam monticelli cacumine, qui eidem supereminet Campulo se occultè collocat, videlicet ejus causam solitariæ beati egressionis viri explorare cupiens. Quem cum idem explorator de monticelli vertice illius in quodam Campuli colliculo stantem, & expansis manibus ad cœlum orantem oculosque ad cœlum elevantem conspiceret, mirum dictu; & ecce subito res miranda apparuit, quam idem supra memoratus homo, ut æstimo, non sine permissu DEI de prioris Monticelli loco oculis etiam corporalibus aspexerat, ut nomen sancti & ejus honorificentia, quamvis ipso nolente, ob hanc manifestatam visionem postea magis in populis divulgaretur. Nam sancti *Angeli* cœlestis patriæ cives mira advolantes subitatione, sanctum Virum orantem circumstare cœperunt induti albis vestibus. Et post aliquam cum beato sermocinationem viro illa cœlestis caterva quasi se exploratam sentiens, ad summa citius repedavit cœlorum. Beatus & ipse Vir post angelicum condictum reversus ad Monasterium iterum collectis fratribus cum quadam non mediocri objurgatione inquirit; quis de illis esset transgressionis obnoxius. Quibus consequenter se nescisse protestantibus, ille conscius sui inexcusabilis transgressus ultra non sustinens delictum celare suum, flexis genibus in medio fratrum choro coram sancto veniam supplex precatur. Quem sanctus seorsum ducens ingeniculanti cum grandi commendat comminatione, ut nulli hominum de illa angelica visione in diebus ejusdem beati Viri aliquid, etiam parum occultumque aperiret. Post egressum verò de corpore sancti viri illam cœlestis cœtus apparitionem fratribus cum grandi intimavit protestatione. Unde hodieque & locus illius angelici condicti, rem in eo gestam suo proprio protestatur vocabulo, qui Latinè potest dici *colliculus angelorum*, *Scoticè* vero *Cnogangei*.

Hinc itaque animadvertendum est, vel non negligenter perscrutandum, quantæ & quales ad beatum virum hyemalibus plerunque noctibus insomnem, & in locis remotioribus, aliis quiescentibus, orantem, angelicæ fuerint & suaves frequentationes. quæ nullo modo venire in hominum notitiam potuêre; quæ procul dubio valdè numerosæ fuerunt; si etiam quædam ex ipsis quoquo modo ab hominibus vel in die vel nocte explorari potuerint, quæ absque dubitatione paucæ ad earum comparationem angelicarum frequentationum, quæ videlicet à nemine sciri poterant. Hoc idem similiter de quibusdam luminosis manifestationibus adnotandum, quæ à paucis exploratæ inferius caraxabuntur.

XXI. *Igneus Globus circa caput Columbæ.*

Alio in tempore quatuor ad sanctum visitandum *Columbam* Monasteriorum sancti fundatores de *Schotia* transmeantes in *Hymba* eum invenerunt Insula, quorum illustria vocabula *Concellus*, *Cabinnechus*, *Brendenus*, *Cormacus*. Hi uno eodemque consensu elegerunt, ut sanctus *Columba* coram ipsis in Ecclesia *Sacra Eucharistiæ* consecraret *Mysteria*. Qui eorum obsecundans jussioni simul cum eis die *Dominica* ex more post *Evangelii* lectionem, Ecclesiam ingreditur, ibidemque, dum *Missarum* sollemnia celebrarentur, sanctus *Brendenus*, sicut post *Concello* & *Cabinnecho* intimavit, quendam criniosum igneum globum, & valde luminosum de vertice sancti *Columbæ* ante altare stantis, & *Sacram Oblationem* consecrantis, tam diu ardentem, & instar alicujus columnæ sursum ascendentem vidit, donec eadem perficerentur *sacro sancta mysteria*.

Alio

SÆC. VII. ANNO. 670. XXII. *Radii & Carmina decantata.* Alio in tempore cum sanctus vir in *Hymba* commaneret Insula, gratia sancti spiraminis super eum abundè & incomparabiliter effusa, per triduum mirabiliter mansit, ita ut per tres dies totidemque noctes intra obseratam, & repletam cœlesti claritudine domum manens, nullam ad se accedere permitteret; neque manducans, neque bibens. De qua videlicet domo immensæ claritatis radii per rimulas valvarum, & clavium foramina erumpentes noctu visebantur. Carmina quoque quædam spiritualia, & ante inaudita decantari ab eo audiebantur. Sed & multa quædam, ut ipse post coram paucis * ad domum professus est, occulta ab exordio Mundi arcana apertè manifestata videbat. Scripturarum quoque sacrarum obscura quæque, & difficillima plena & luce clarius aperta mundissimi cordis oculis patebant, *Baithenеumque* alumnum non adesse querebatur. Qui si fortè adesset illo in triduo vel de præteritis, vel de futuris deinceps seculis ab ore viri beati quædam plurima ab aliis ignorata hominibus mysteria describeret; aliquantas quoque sacrorum explanationes voluminum. Qui tamen *Baitheneus* in *Egea* Insula venti contrarietate detentus usquequo illi trinales illius incomparabilis, & honorificæ visitationis dies, & totidem noctes terminarentur, adesse non potuit.

* fort. admodum.

XXIII. *Lux de cœlo descendens.* Quadam hyemali nocte supra memoratus *Virgnous* in DEI amore fervens, Ecclesiam orationis studio aliis quiscentibus solus intrat; ibidemque in quadam exedra, quæ oratorii adhærebat parieti, devotus orabat. Et post aliquantum quasi horæ unius intervallum vir venerandus *Columba* eandem sacram ingreditur domum, simulque cum eo aurea lux de summa cœli altitudine descendens totum illud Ecclesiæ spacium replevit, sed & illius exedriolæ separatum conclave, ubi se *Virgnous*, in quantum potuit, latitare conabatur, ejusdem cœlestis claritas luminis per interiorem illius cubiculi januam, quæ ex minore patebat parte erumpens, non sine aliquo formidabili repleverat terrore. Et sicut nullus æstivum & meridionalem solem rectis & inreverberatis potest intueri oculis, sic & illam cœlestem claritudinem ille *Virgnous*, qui viderat, sustinere nullo poterat modo. quia valdè oculorum reverberabat aciem illa luminosa & incomparabilis effusio. Quo fulminali & incomparabili splendore viso in tantum idem supra memoratus frater exterritus erat, ut nulla in eo virtus remaneret. Sanctus verò *Columba* post non prolixam orationem egreditur Ecclesiam, *Virgnoumque* valdè timoratum ad se crastina advocat die, hisque brevibus compellat verbis consolatoriis: Bene, ô filiole, ingeminans hac præterita nocta in conspectu DEI placuisti; oculos ad terram deprimendo, claritatis timore perterritus ejus. Nam si non ita fecisses, illa inæstimabili obcœcarentur tui luce visa oculi. Sed hoc non negligenter observare debes, & ut talem hanc lucis manifestationem nemini unquam in mea denudes vita.

Hæc itaque prædicabilis & admirabilis res post beati viri transitum multis eodem *Virgnoo* narrante innotuit. Cujus scilicet *Virgnoi* sororis filius *Commanus* honorabilis Presbyter mihi *Adomnano* de hac supra visione caraxata aliquando sub testificatione enarraverat. qui eam enarratam ab ore ipsius *Vergnoi* Abbatis & Avunculi sui ab eo, in quantum potuit visam audierat.

XXIV. *Lux replet Ecclesiam.* Illa itidem nocte quidam de fratribus *Golgus* nomine, cujus in primo fecimus mentionem, casu ad januam Ecclesiæ, aliis dormientibus, devenit; ibidemque aliquandiu stans orabat; tum proinde subitò totam videt Ecclesiam cœlesti luce repleri; quæ scilicet fulguralis lux dicto citius ab ejus recessit oculis. Sanctum verò *Columbam* hora eadem intra Ecclesiam orantem ignorabat, postque talem subitam luminis apparitionem valdè pertimescens, domum revertitur. Postera die sanctus illum advocans asperius objurgavit, inquiens: De cetero præcavere debes, fili, ne quasi explorator cœleste lumen, quod tibi non est donatum inspicere coneris; quia te effugiet. Et ne alicui in meis diebus quod vidisti enarres.

XXV. *Splendor ad hospitiolum Columba.* Alio itidem in tempore vir beatus cuidam suo sapientiam discenti alumno nomine *Berchano* non mediocriter quadam denunciavit die inquiens, Caveto, fili, ne hac sequente nocte juxta tuam semper consuetudinem ad meum adpropinques hospitiolum. Qui hoc audiens contra interdictum ad domum beati viri in noctis silentio aliis acquiescentibus accessit, callideque explorans oculos è regione ad clavium foramina posuit, æstimans scilicet, ut res probavit, aliquam intus visionem cœlestem sancto manifestari. Nam eadem hora beati viri illud hospitiolum cœlestis splendore claritudinis erat impletum: quam non sustinens intueri transgressor Juvenis ilico aufugit. quem die crastina sanctus seorsum ducens, cum magna severitate objurgans hæc ad eum profatur verba dicens: Hac in nocte, fili, coram DEO peccasti, nam tuæ insitialis explorationem calliditatis à *Spiritu Sancto* celari vel abscondi posse inaniter putasti. Nonne ad mei ostium

ostium hospitioli te illa hora appropinquantem, & indè redeuntem vidi? Et nisi ego eodem momento pro te orarem, ibidem antè januam aut cadens morereris, aut tui de suis foraminibus oculi eruerentur. Sed tibi hac vice propter me Dominus pepercit. Et hoc scito, quòd in tua *Hybernali* patria luxuriosè vivens exprobrationem facies tua omnibus patietur diebus vitæ tuæ. Hoc tamen à Domino orans impetravi, ut quia noster sis alumnus, lachrymosam ante exitum agas pœnitudinem, & à DEO misericordiam consequeris. Quæ omnia secundum verbum beati viri ita ei postea contigerunt sicuti de eo prophetata sunt. SAEC. VII. ANNO 670.

XXVI. *Dolor de morte dilata.*

Alio in tempore dum vir beatus in *Jova* commaneret Insula quadam die sancta facies ejus subita mirifica & lætifica hilaritate effloruit, oculosque ad cœlum elevans incomparabili repletus gaudio valdè lætificabatur. Tum post modicum alicujus momenti intervallum illa sapida & suavis lætificatio in mœstam convertitur tristificationem. Duo verò viri, qui eadem hora ejus tugurioli ad januam stabant, quod in eminentiori loco erat fabricatum, & ipsi cum eo valdè tristificati, quorum *Lugneus* unus erat, alter verò *Pilu* nuncupabatur, *Saxo*, causam ipsius subitæ lætificationis inquirunt, & illius subsequentis mœsticiæ. Ad quos sanctus sic profatur: Ite in pace; ne illius lætaminis causam nec & tristificationis à me nunc inquiratis manifestari. Quo audito inlachrymati, & ingeniculantes, prostratis in terram vultibus, suppliciter rogant, scire volentes aliquid de illa re, quæ hora eadem sancto erat revelata. Quos valde tristificatos videns, Quia vos amo, ait, tristificari nolo, promittere prius debetis, ne ulli hominum sacramentum, quod inquiritis, in vita mea prodatis. Qui continuò sanctam ejus commendationem promptè promiserunt, & post talem promissionem vir venerandus sic ad ad eos proloquitur: Usquè in hunc præsentem diem, inquiens, meæ in *Britannia* peregrinationis ter deni completi sunt anni. Interea multis ante diebus à Domino meo devotè postulavi, ut in fine hujus tricesimi anni præsentis me de meo absolveret incolatu, & ad cœlestem ilico patriam advocaret. Et hæc fuit mea causa lætaminis, de qua vos me mœsti interrogatis. Angelos enim sanctos de excelso vidi missos throno ad meam de carne animam obvios educendam. Sed ecce nunc subitò retardati ultra nostræ fretum Insulæ stant in rupe, scilicet volentes ad me de corpore advocandum adpropiare; sed propius accedere non permittuntur; mox ad cœlorum summa repedaturi, quia Dominus quod mihi totis viribus roganti donavit, ut hac in die ad ipsum de mundo transirem, multarum magis Ecclesiarum pro me orationes exaudiens dicto citius inmutavit. Quibus scilicet Ecclesiis exorantibus sicut à Domino donatum est, ut quamlibet contra meam voluntatem, quatuor ab hac die mihi in carne manenti superaddantur anni.

Angeli stantes in rupe.

Hæc talis mihi mœsta retardatio hodiernæ tristificationis non immeritò causa fuit, quibus videlicet quatuor futuris DEO propitio terminatis in hac vita annis, subita emigratione, nulla præcedente corporis molestia, cum sanctis mihi obviaturis illo in tempore Angelis, ad Dominum lætus emigrabo. Secundum hæc verba Viri venerabilis, quæ non sine magno gemitu & mœrore, ut traditur, nec non & ingenti lachrimabilitate prolocutus, quatuor postea annis in carne mansit.

XXVII. *Præparatio ad mortem.*

Annorum supra quatuor memoratorum termino jam appropinquante, post quorum completionem finem præsentis vitæ veridicus præsagator sibi futurum fore multo ante præsciebat tempore. Quadam die mense Majo, sicut in priore secundo scripsimus libro, ad visitandos operarios fratres, sanctus senex senio fessus plaustro vectus pergit, ad quos in occidua Insula *Jove* laborantes parte, sic ea die exorsus est loqui, dicens: In *Paschali* solemnitate nuper Aprili peracta mense desiderio desideravi ad CHRISTUM Dominum, sicut & mihi ab eo concessum erat, si maluissem emigrare; sed ne vobis lætitia festivitatis in tristiciam vertetur, diem meæ de mundo emigrationis paulo diutius protelari malui. His ab eo mœsti Monachi familiares auditis interim dictis valdè tristificati sunt. Quos in quantum poterat, verbis cœpit consolatoriis lætificare. Quibus finitis, ut erat in vehiculo sedens, ad *Orientem* suam convertens faciem, Insulam cum Insulanis benedixit habitatoribus. Ex qua die, ut in supra memorato caraxatum est libello, viperarum venena trisulcarum linguarum usque in hodiernum diem nullo modo aut homini aut pecori nocere potuere. Post ejusdem benedictionis verba sanctus ad suum revehitur Monasterium.

Tunc proindè paucis diebus transactis dum *Missarum* sollemnia ex more *Dominica* celebrarentur die, subitò sursum elevatis oculis facies venerabilis viri florido respersa rubore videtur. Quia, sicut scriptum est, corde lætante vultus floret. Eadem namque hora Angelum Domini supra volitantem solus vidit intra ipsius oratorii parietes: & quia sanctorum Angelorum amabilis & tranquillus aspectus gaudium & exultationem electorum pectoribus infundit; hæc fuit illius subitæ causa læticiæ beato infusa viro.

SÆC. VII. ANNO. 670.

viro. de qua ſcilicet cauſa inſpiratæ lætationis, cùm qui inerant ibidem præſentes, inquirerent, hoc eis ſanctus reſponſum ſurſum reſpiciens dedit; Mira & incomparabilis eſt Angelicæ ſubtilitas naturæ. Ecce enim Angelus Domini ad repetendum aliquod DEO charum miſſus depoſitum, nos de ſuper intra Eccleſiam aſpiciens & benedicens, rurſum per paraſticiam Eccleſiæ reverſus, nulla talis veſtigia exitus reliquit. Hæc ſanctus. Sed tunc de qualitate illius depoſiti, ad quod miſſus eſt Angelus requirendum, nemo de circumſtantibus recognoſcere potuit. Noſter verò patronus ſanctam propriam à DEO ſibi commendatam animam depoſitum nuncupavit; quæ, ſicuti inferius narrabitur, alia ſenis intervenientibus continuis diebus Dominica nocte ad Dominum emigravit.

XXVIII. *Obitum ſuum prædicit.*

Vir itaque venerabilis in fine ejuſdem hebdomadis hoc eſt die Sabbathi, ipſe & pius miniſter *Diormitius*, ad proximum pergunt benedicendum horreum, quod intrans Sanctus cùm benedixiſſet, & duos in eo frugum ſequeſtratos vidiſſet acervos, hoc intulit verbum cum gratiarum actione, inquiens: Valdè congratulor meis familiaribus Monachis, quia hoc etiam anno, ſi quodam à vobis emigrare me oportuerit, annonam ſufficientem habebitis. Quo audito verbo *Diormitius* miniſter triſtificari cæpit, & ſic dixit, Hujus anni tempore ſæpius nos contriſtas, quia de tuo tranſitu crebro commemoras.

Cui ſanctus hoc dedit reſponſum: Aliquem arcanum habeo ſermuſculum, quem ſi mihi firmiter promiſeris, nemini ante meum denudare obitum, de meo egreſſu tibi aliquid manifeſtius intimare potero. Quam cum talem promiſſionem miniſter juxta ſancti voluntatem flexis genibus terminaſſet; Vir venerandus conſequenter ſic profatur, Hæc in ſacris voluminibus dies *Sabbatum* nuncupatur, quod interpretatur, requies; & verè mihi hæc eſt Sabbatum hodierna: quia hujus præſentis laborioſæ vitæ mihi ultima eſt; in qua poſt meas laborationum moleſtias Sabbatizo; & hac ſequenti media nocte venerabili Dominica, ſecundum eloquia ſcripturarum, patrum ingrediar viam. Jam enim Dominus meus Jeſus Chriſtus me invitare dignatur ad quem, inquam, hac mediante nocte, ipſo me invitante emigrabo. Sic enim mihi ab ipſo Domino eſt revelatum. Hæc moeſta miniſter audiens verba cœpit amarè flere; quem ſanctus in quantum potuit conſolari conabatur.

XXIX. *De ejus obitu lachrimatur equus.*

Poſt hæc ſanctus horreum egreditur, & ad *Monaſterium* revertens media reſidet via. in quo loco *Crux* molari poſtea infixa lapidi, hodieque ſtans in margine cernitur viæ. Dumque ibidem ſanctus, ut præfatus ſum, ſenio feſſus paulum ſedens requieſceret, ecce albus occurrit caballus, obediens ſervitor, qui ſcilicet lactaria intra bocetum Monaſterium vaſcula geſtare conſueverat. Hic ad ſanctum accedens, mirum dictu, caput in ſinu ejus ponens, ut credo, inſpirante DEO, cui omne animal brutum ſapit, ſenſu quo ipſe juſſerit creator, dominum à ſe ſuum mox emigraturum, & ipſum ultra non viſurum ſciens, cœpit plangere, ubertimquè quaſi homo lachrimas in gremium ſancti fundere, & valde ſpumans flere. Quod videns miniſter cœpit illum flebilem repellere lamentatorem. Sed ſanctus prohibuit eum dicens, Sine hunc * ſi noſtri ne amator eſt ut in hunc ſinum fletus effundat amariſſimi plangoris. Ecce tu homo cum ſis, & rationabilem animam habeas, nullo modo ſcire de meo exitu potuiſti, niſi quod tibi ego ipſe nuper manifeſtavi. huic verò bruto & irrationabili animanti quoquomodo ipſe conditor voluit egreſſurum à ſe Dominum manifeſtè * revelavit. Et hæc dicens, moeſtum à ſe, revertentem equum benedixit miniſtratorem. & inde egrediens, & monticellum Monaſterio ſupereminentem aſcendens: in vertice paululum ſtetit & ſtans ambas elevans palmas, ſuum benedixit cœnobium inquiens. Huic loco quamlibet anguſto, & vili non tantum *Scothorum* Reges cum populis, ſed & barbararum & exterarum gentium regnatores cum plebibus ſibi ſubjectis grandem & non mediocrem conferent honorem. A ſanctis quoque & aliarum Eccleſiarum non mediocris veneratio conferetur.

* *Fort. ſine hunc, ſine noſtri amatorem. Vel: ſine hunc ſi noſtri amator eſt.*

* *fort. revelare.*

Poſt hæc verba de illo deſcendens monticellulo, & ad Monaſterium revertens ſedebat in tugurio, *Pſalterium* ſcribens, & ad illum trigeſimi tertii Pſalmi verſiculum perveniens, ubi ſcribitur: Inquirentes autem Dominum non deficient omni bono, Hic, ait, in fine ceſſandum eſt paginæ: Quæ verò ſequuntur *Baitheneus* ſcribat.

Sancto congruenter convenit deceſſuro noviſſimus verſiculus, quem ſcripſerat, cui nunquam bona deficient æterna. ſucceſſori verò ſequens patri ſpiritualium Doctori filiorum, Venite filii audite me t. d. d. v. congruenter convenit. Qui ſicut deceſſor commendavit non ſolum ei docendo, ſed etiam ſcribendo ſucceſſit. Poſt talem ſuperius memoratum terminatæ verſum perſcriptum paginæ ſanctus ad veſpertinalem dominicæ noctis *Miſſam* ingreditur Eccleſiam, quam continuò conſummata, ad hoſpitiolum revertens in lectulo reſidet pernox, ubi pro ſtramine nudam habebat petram,

&

& pro pulvillo lapidem, qui hodieque quasi quidam juxta sepulchrum ejus stat titulus monumenti. SÆC. VII.

Ibidem itaquè residens ultima ad fratres mandata, solo audiente ministro, commendat, inquiens: Hæc vobis, ô filioli, novissima commendo verba, ut inter vos mutuam & non fictam habeatis charitatem cum pace. Et si ita juxta sanctorum exempla observaveritis, DEUS confortator bonorum vobis auxiliabitur; & ego cum ipso manens pro vobis interpellabo, & non tantum præsentis vitæ necessaria vobis ab eo administrabuntur, sed etiam æternalium bonorum præmia divinorum observatoribus præparata præceptorum tribuentur. Huc usque extrema venerabilis patroni verba, quasi de hac tædiali peregrinatione ad cœlestem patriam transmeantis brevi textu narrata deducta sunt. ANNO 670.

XXXI. *Mors Columbæ.*

Post felicia appropinquante novissima paulisper hora sanctus conticuit, tum proinde media nocte pulsata personante clocca, festinus surgens ad Ecclesiam pergit, citiorque ceteris currens solus introgressus juxta altare flexis in oratione genibus recumbit. *Diormitius* minister tardius prosecutus eodem momento eminus totam intrinsecus Ecclesiam angelica luce erga sanctum repleri videt. quo ad januam appropinquante eadem lux visa ocius recessit; quam & alii de fratribus pauci & ipsi eminus astantes viderant.

Diormitius ergo Ecclesiam ingrediens flebili voce ingeminat, Ubi es pater? Et nec dum allatis fratrum lucernis per tenebras palpans sanctum ante altare recubantem invenit. quem paululum erigens, & juxta sedens sanctum in suo gremio posuit caput: & inter hæc cœtus Monachorum cum luminaribus adcurrens patre viso moriente cœpit plangere. Et ut ab aliquibus, qui præsentes aderant, didicimus, sanctus nec dum egrediente anima apertis sursum oculis ad utrumquè latus cum viva vultus hilaritate & læticia circumspiciebat; sanctos scilicet angelos obvios intuens. *Diormitius* tum sanctam sublevat ad benedicendum Monachos sancti dexteram manum. sed & ipse venerabilis pater in quantum poterat, simul suam movebat manum, ut videlicet quod voce in egressu non valebat animæ, vel motu manus fratres videretur benedicere. Et post sanctam benedictionem taliter significatam continuò spiritum exhalavit.

Quo tabernaculum corporis egresso, facies rubens, & mirum in modum angelica visione exhilarata in tantum remansit, ut non quasi mortui, sed dormientis videretur viventis. Tota interim personabat mœstis plangoribus Ecclesia.

Sed non prætereundum videtur, quod eadem hora beatæ transitus animæ cuidam *Ebernienfi* sancto revelatum est. In quodam namque *Monasterio Scothorum* quidam homo erat sanctus & senex CHRISTI miles, qui *Lugudius* vocitabatur, justus, & sapiens. Hic itaque primo mane cuidam æque Christiano militi suam enarravit visionem cum ingenti gemitu dicens: Hac præterita nocte media sanctus *Columba* multarum columna Ecclesiarum ad Dominum transit, & in hora beati exitus ejus *Jovam* Insulam, ad quam corpore nunquam perveni, totam *Angelorum* claritudine in spiritu vidi irradiatam, totaque spacia aëris usque ad æthera cœlorum, eorundem Angelorum claritate illustrata; quia ad sanctam ipsius animam perferendam de cœlis missi descenderant inumeri, altisona quoque carminalia, & valde suavia audivi Angelicorum cantica, eodem momento egressionis, inter angelicos sanctæ ipsius animæ ascendentes choros. Hanc angelicam manifestationem *Virgnous*, ut prædictum est, qui ab ore illius sancti senis, cui revelata erat, indubitanter didicerat.

Iisdem diebus de *Schotica* remigans *Hymba* in Insula reliquis diebus vitæ suæ permanens sancti *Columbæ* Monachis sæpius enarrabat, qui videlicet *Virgnous* post multos in subjectatione inter fratres irreprehensibiliter expletos annos, alios duodecim in loco *Anachoretarum* in *Miurbulcmar* vitam deducens anachoreticam CHRISTI victor miles explevit.

Hanc prædictam visionem non solum paginis inscriptam reperimus, sed & aliquibus expertis senioribus, quibus ipse *Virgnous* retulerat, sine ullo didicimus cunctamine.

Eadem quoque hora aliam visionem aliter revelatam unus ex eis, qui viderant, Christi miles valde senex, cui nomen etiam potest dici *Ferreolus*, qui inter aliorum *S. Columbæ Monachorum Reliquias*, & ipse S. Monachus in *Dorso Thomæ* sepultus cum sanctis resurrectionem expectat, mihi *Adomnano* illo juvene in tempore cum grandi retulerat testificatione dicens: Illa in nocte, qua *S. Columba* de terris ad cœlos felici & beato fine transiit, ego & alii mecum viri laborantes in captura piscium in valle piscosi fluminis *Fende*, subito totum aërei illustratum cœli spatium vidimus, cujus miraculi subitatione permoti, oculos Orientem elevatos convertimus; & ecce quasi quæ-

SÆC. VII. ANNO 670. quædam pergrandis ignea apparuit columna, quæ in illa nocte media sursum ascendens, ita nobis videbatur Mundum illustrare totum, sicuti dies æstivus & meridianus sol. Et postquam illa penetravit columna cœlum, quasi post occasum solis tenebræ succedunt. Hujus itaque claritudinem luminosæ & prædicabilis columnæ non tantum nos, qui simul in eodem loco ineramus, cum ingenti admiratione vidimus, sed & alii multi piscatores, qui sparsim per diversas fluminales piscinas ejusdem fluminis piscabantur, sicut nobis postea retulerant, simili apparitione visa, magno pavore sunt perculsi. Harum igitur trium miracula visionum eadem transitus hora venerandi apparentium patroni æternos ei à DEO conlatos protestantur honores. Ad propositum revertamur.

XXXII. *Sepultura.* Interea post sanctæ egressum animæ hymnis matutinalibus terminatis sacrum corpus de Ecclesia ad hospitium, unde paulo antè vivens venerat, cum canora fratrum reportatur psalmodia, honesteque ternis diebus & totidem noctibus honorabiles rite explentur exequiæ. Quibus in DEI sapientis laudibus terminatis, sancti, & beati patroni venerabile corpus mundis involutum sindonibus, & præparata positum intra busta debita humatur cum veneratione in luminosa & æternali resurrecturum claritudine. De supra memoratis ergo tribus illis exequiarum diebus, more peractis ecclesiastico, quod nobis ab expertis traditum est, hujus prope finem enarrabitur libri.

XXXIII. Quidam namque aliquando unus de fratribus coram venerabili viro simpliciter loquens, Ad celebrandas, ait ad sanctum, tuas post tuum obitum exequias, ut putatur, totus harum provinciarum populus hanc *Jovam* remigans replebit Insulam. Quod verbum audiens sanctus consequenter ait, ô mi filiole, non ut loqueris, sic res probabitur. nam promiscuum populi vulgus nullo modo ad meas poterit exequias venire. Mei soli familiares Monachi mea sepulchralia complebunt, & exequialia honestabunt officia. Quod verbum ejus propheticum statim post transitum ipsius omnipotentia DEI adimpleri fecit. Nam per tres illas exequiales dies & noctes grandis sine pluvia facta est ventosa tempestas, qua fortiter prohibente nullus hinc & inde navicella vectus transfretare poterat. Et post consummatam sepultionem viri continuò tempestate sedata, & cessante vento totum tranquillatum est æquor.

Perpendat itaque lector, quanti & qualis apud DEUM prædicabilis patronus honoris habeatur, cui aliquando in carne mortali conversante, DEO dignante, oranti tempestates sedatæ sunt, & maria tranquillata, & rursus quando necesse habuit supra memorata occasione, orto flamine ventorum, & ventosa, cùm voluit, concitata sunt æquora; quæ subsequenter, ut superius dictum est, expletis ejus sepulturæ ministeriis, in magnam conversa sunt tranquillitatem.

Hic itaque prædicabili nostro patrono vitæ terminus fuit, ita meritorum exordia, qui secundum sententias scripturarum æternis comes triumphis patribus additus, Apostolis & Prophetis consertus, numero aggregatus albatorum milium, agnino in sanguine suas sanctorum qui laverunt stolas, agnum ductorem comitatur, Virgo immaculatus, ab omni integer labe, ipso Domino nostri Jesu Christo dignante, *cui est* cum patre honor, virtus, laus & gloria & Imperium sempiternum in unitate Spiritus Sancti per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Explicit vita sancti Columbæ fratris Christi.

SANCTI

SANCTI ALTHELMI SCHIREBURNENSIS APUD OCCIDENTALES SAXONES EPISCOPI

LIBRI DUO, CARMINE DESCRIPTI.

PRIMUS DE LAUDE VIRGINUM,

ALTER DE OCTO PRINCIPALIBUS VITIIS.

A Canisio primùm ex membranis m. s. celeberrimi Monasterii S. Galli editi.

CANISIUS
Ad Lectorem.

De Aldhelmo.



Beda lib. 5. histor. Angl. cap. 19. *Anno Dominicæ incarnationis septingentesimo quinto, Rex Nordam Humbrorum, defunctus est, cui successit in imperium filius Osredus. Hujus regni principio antistes occidentalium Saxonum Heddi cælestem migravit ad vitam. Quo defuncto Episcopatus provinciæ illius in duas parochias divisus est, una data est Danieli, altera Aldhelmo, cui annis quatuor strenuissime præfuit; ambo & in rebus Ecclesiasticis, & in scientia scripturarum sufficienter instructi. Denique Aldhelmus cùm esset adhuc presbyter & Abbas Monasterii, quod Maildui urbem nominant, scripsit jubente Synodo suæ gentis, librum egregium adversus errorem Britonum, quo vel Pascha non suo tempore celebrant, vel alia complura Ecclesiasticæ castitati & paci contraria gerunt: multosque eorum qui occidentalibus Saxonibus subditi erant Britones, ad Catholicam Dominici Paschæ celebrationem hujus lectione perduxit. Scripsit & de virginitate librum eximium, quem in exemplum Sedulii geminato opere, & versibus hexametris, & prosa composuit. Scripsit & alia nonnulla, utpote vir undecunque doctissimus. Nam & sermone nitidus, & scripturarum (ut dixi) tàm liberalium, quàm ecclesiasticarum erat eruditione mirandus.* Hæc Beda. Qui plura scire volet de S. Althelmo, is legat Epitomen vitæ apud Sur. tom. 3. 25. Maii. Molanus in notis ad Usuard. Martyrol. hæc ex Catalogo Britannico. *Sanctus Eguinus (sunt qui Eugenium vocent.) Wicciorum Episcopus, seu, ut vocant, Vigorniensium, composuit vitam Aldhelmi Episcopi Schireburensis, quæ nunc Salisburia dicitur; obiit anno 716. Sanctus Osmundus Neustrius, Episcopus Sarisburiensis, scripsit ejusdem vitam; decessit anno 1099. Faritius Thuscus victuris chartis commendavit Aldhelmi vitam. Claruisse fertur anno 1110. Et Guilhelmus Malmesburiæ Benedictinus scripsit vitam Aldhelmi Durotelli, seu Bladunii (Malmesburiam oppidum nunc vocant) Episcopi Sarisburiensis, quæ incipit: Beatus Aldhelmus Saxonica.* Hæc apud Molanum. Trithemius libro 2. de viris illustr. Ord. S. Benedicti. cap. 33. *Adelmus Abbas Maildubensis in Scotia, & postea Episcopus Occidentalium Saxonum sub Cantuariensi Archiepiscopo, vir devotus & sanctus, atque in divinis scripturis, secularibusque doctrinis valdè eruditus, prosa & carmine valenter excellens, cùm adhuc esset Abbas, jubente Synodo gentis suæ, scripsit adversus errorem Britonum, quod vel Pascha suo tempore non celebrarent, vel alia plura agerent, paci & consuetudini Ecclesiæ contraria: quo volumine multos ad concordiam Ecclesiasticæ unionis reduxit. Scripsit etiam insigne volumen de Virginitate Sanctorum metro lib. 2. & quosdam ad diversos Epistolas &c.* quæ ibidem Trithemius, quæque fusius repetit lib. de script. Eccles. ubi itidem Adelmum vocat, quem alii Aldelmum, Aldhelmum, & Althelmum. Aldhelmus ipse in fine libri prosaici de laude Virginitatis (qui extat tom. 3. biblioth. PP. edit. 2.) promittit hoc carmen his verbis: *Quemadmodum intactæ virginitatis gloriam rhetoricis relatibus favorabiliter venerari nitebar, sic identidem, si hoc carneum animæ ergastulum, ante fatis, ut dicitur, crudescentibus, cassabundum non obierit, ac dura Parcarum quies ac ferreus lethi somnus palpebrarum convolatus non tricaverit, heroicis Hexametrorum versibus ejusdem præconium pudicitiæ subtiliter comere, Christo cooperante, conabor, & velut jactis jam rhetoricis fundamentis, ac constructis prosæ parietibus, cum tegulis trochaicis, & dactilicis tegularum imbricibus, firmissimum culmen, cælesti confisus suffragio, imponam.* Hæc Aldhelmus. Qui item carmine scripsit ænigmata, quæ Martinus Delrius societatis JESU, vir eruditissimus publicavit, unà cum monosticho, quod per conjecturam etiam S. Althelmo tribuit. de qua tamen conjectura, quid sentiam, dixi tomo 1. Antiquæ lectionis in appendice (a) Delrius testatur in eodem m. s. codice Leodicensi extare hoc carmen:

De

(a) Vide hîc Sæc. VII. an. 615. præf. Canisii ad Carmen monostichon Columbani. Nos ibi quædam etiam observavimus. BASN.

De laude virginum & octeno calculo vitiorum,

(*sic enim ait appellari in calce operis*) *atque dicatum esse Maximæ Abbatissæ, præfatione illa, quæ incipit: Metrica tirones nunc promant carmina castos. Quod commodum monuit. Nam in nostro mss. codice hæc præfatio sine ullo titulo, à reliquo carmine S. Althelmi separata fuit, quibusdam aliis interjectis. Est autem hujus præfationis acrostichis, & telostichis, sicut & primus & ultimus versus antistrephon: ita ut sive sursum sive deorsum & quocunque retrogrado ordine decurras, semper hi duo versus redeant, primus nempe & ultimus, qui & ipsi retrogradi sunt. Et ad hoc quadratum retrogradum alludens, ait:*

Et laudem capiat quadrato carmine virgo.

Primæ enim literæ, si decurrendo perlegantur, efficiunt primum hunc versum:

Metrica tirones nunc promant carmina castos.

qui versus si antistrephon seu retrorgradis literis legatur, dabit versum ultimum;

Sotsac animractnamorp cnunse norita cirtem.

quem item versum sive ascendendo sive descendendo, sicut & primum; item & acrostichin & telostichin decurras, semper exibit versus antistrephon, mirabili sanè eventu & ingenio; si quis tamen in his ingenium miratur; ego miror laborem. De reciprocis hujusmodi versibus Sidonius lib. 9. Epist. 14. Interrogas per pugillatorem, quos recurrentes asseram versus, ut celer explicem, sed sub exemplo. Si nimirum sint recurrentes, qui metro stante, neque literis loco motis, ut ab exordio ad terminum, sic à fine releguntur ad summum. Sic est illud antiquum.

Roma tibi subito motibus ibit amor.
Sole medere pede, ede, perede melos.

Hæc Sidonius, & plura alia quibus varia antistrephonta exequitur. Publilius Optatianus Porphyrius (quem aliqui perperam pro illo impio Philosopho Porphyrio acceperunt) in Panegyrico, quem Constantino M. scripsit, usque ad stuporem habet hujuscemodi antistrephonta. Neque non mirari possum Rabani de S. Cruce labores hujus generis. Extant Fortunati tria ejuscemodi acrostichidum laboriosissima schemata de S. Cruce, quæ doctissimus Browerus primum publicavit. Vide quæ de retrogradis notavit Mattheus Raderus in optimis commentariis in Martialem, libro 2. epist. 86. Vide de S. Althelmo Baronium tom. 8. annal. & tom. 9. Item in notis ad Martyrol. Rom. 25. Maii.



J. B.

JACOBI BASNAGII
DE
ALTHELMO
OBSERVATIO.

Sæc. VII. Anno 690.

VIx aliquid adjiciendum Canisio; cave tamen ne illum *Adelmum* eundem facias cum *Adelmo Monacho Benedictino*, qui dicitur alias *Ademarus*, quique creditur Carolo Magno fuisse à Sacris, & in litteras Gesta Francorum retulit.

II. Binos recenset Adelmos Sigebertus Gemblacensis cap. 66. & 136. posteriori tribuit Ænigmatum Librum mille versibus consummatum, asseritque cecinisse *millenis versibus odas*, quæ omnia Adelmo de quo nunc agitur, a *Pitseo Delrio* cæterisque vindicantur; ita ut unum Poetam geminum fecerit Sigebertus.

III. Si *Camdeno* credas, hic *Adelmus* primus fuit ex Anglorum Gente, qui Latine scripsit, primusque componendi Carminis Latini rationem populares suos docuit. Obiit Episcopus Salisburiensis, vel ut ajunt Schirburnensis, an. 709.

IV. In Laudem Virginitatis prosa & carmine scripsisse testatur ipse, habeturque prosa apud Sonnium, deinde inter Orthodoxographa p. 1677. Basileæ edita & Bibl. Patrum tomo tertio. Quædam desunt in Prosaico Tractatu: Deinde vero plurima ex prosaicis haurire possis, quæ versibus lucem afferent.

V. Barbaro planè Stilo scripta sunt illa Opuscula: in prosodiæ leges peccat sæpius; nec felicior Adelmus dum prosâ scribit; obsoletis incognitisque vocibus utitur: Dum Virgines, tum viros, tum fœminas memorat, temporum quibus vixere, nullam habet rationem, omnia susque deque miscet. Petrum inter Virgines non recenset. Nullum a Pontificibus Romanis a Clemente ad Sylvestrum inter Virginitatis professores indicat. De Sylvestro multa habet fabulosa, inter quæ Baptismum Constantini & visionem de condendâ Constantinopoli ab eodem Pontifice explicatam facile recenseas. Laudandus tamen conatus viri pii: *In magnis voluisse sat est.* Cæterum Althelmi Carminibus non solum Canisianas Lectiones sine nomine, prout erant, nec solum nostras subjecimus, sed & quas fecerat olim & manuscriptas in exemplari suo reliquerat celeberrimus *Hanckius*, quas summa cum humanitate communicatas a viro de Republica Litteraria benè merito hîc exhibemus.


S. AL-

S. ALTHELMI
PRÆFATIO
Ad Maximam Abbatissam.

METRICA TIRONES NUNC PROMANT CARMINA CASTO S
E t laudem capiat QUADRATO CARMINE virg O
T rinus in arce Deus, qui pollens secla creavi T
R egnator mundi, regnans in sedibus alti S
I ndigno conferre mihi dignetur in æthr A
C um Sanctis requiem, quos laudo versibus isti C
A rbiter altithronus, qui servat sceptra supern A
T radidit his cœli per ludum scandere lime N
I nter Sanctorum cuneos, qui laude perenn I
R ite glorificant moderantem regna tonante M
O mnitenens Dominus, mundi formator & aucto R
N obis pauperibus confer suffragia cert A
E t ne concedas trudendos hostibus istin C
S ed magis exiguos defendens dextera tanga T
N e prædo pellax cœlorum claudere lime N
V el Sanctos valeat noxarum fallere scen A
N e fur strophosus foveam detrudat in atra M
C onditor à summo quos Christus servat Olymp O
P astor ovile tuens ne possit rabula rapto R
R egales vastans caulas bis dicere pup pu P
O mnia sed custos defendat ovilia jam nun C
M AXIMA præcipuum quæ gestas Numine nome N
A ddere præsidium mater dignare precat V
N am tu perpetuum promsisti lumine lume N
T itan quem clamant sacro spiramine vate S
C ujus per mundum jubar alto splendet ab ax E
A tque polos pariter replet vibramine fulme N
R ex Regum & Princeps populorum dictus ab æv O
M agnus de magno, de rerum regmine recto R
I llum nec terræ, nec possunt cingere coel I
N ec mare navigerum spumoso gurgite valla T
A ut Zonæ mundi, que stipant æthera cels A
C larorum vitam, qui castis moribus isti C
A uxiliante Deo vernabant flore perenn I
S anctis aggrediar studiis edicere paupe R
T anta tamen dignè si pauper præmia proda T
O mnia cùm nullus verbis explanet apert E
S OTSAC ANIMRAC TNAMORP CNUNSENORITA CIRTE M

SÆC. VII. ANNO 690.

INCIPIT LIBER ALTHELMI DE LAUDE VIRGINUM.



Omnipotens genitor mundum ditione gubernans,
Lucida ſtelligeri qui condis culmina cœli,
Nec non telluris formans fundamina verbo:
Pallida purpureo pingis qui flore vireƈta:
Sic quoque fluƈtivagi refrenas cærula ponti.
Mergere ne valeant terrarum littora lymphis,
Sed tumidos frangunt fluƈtus obſtacula rupis:
Arvorum gelido qui cultus fonte rigabis,
Et ſegetum glumas nimboſis imbribus auges.
Qui latebras mundi geminato ſidere demis;
Nempe diem Titan, & noƈtem Cynthia comit.
Piſcibus æquoreos qui campos pinguibus ornas,
Squamigeras formans in glauco gurgite turmas:
Limpida præpetibus ſic comples aëra catervis,
Garrulaquæ roſtris reſonantes cantica pipant:
Atque creatorem diverſa voce fatentur.
Da prius auxilium, clemens, ut carmina * poſſim
* Indita Sanƈtorum modulari geſta priorum:
Ut prius & proſa laudabat littera caſtos;
Sic modò heroïcam ſtipulentur carmina laudem:
Ut * faſti ſeriem memini dixiſſe priorem,
Et dudum prompſit voto ſpondente libellus.
Non rogo ruricolas verſus, & commata Muſas,
Non Caſtalidas metrorum cantica Nymphas
Quas dicunt Helicona jugum ſervare ſupernum,
Nec precor, ut Phœbus linguam ſermone loquacem
Dedat, quem Delo peperit Latona creatrix
Verſibus infandis nonum * quem dicere dignor,
Ut quondam argutus fertur dixiſſe Poëta,
Pandite nunc Helicona DEÆ, cantusque movete,
Sed potius nitar precibus pulſare Tonantem,
Qui nobis placidi confert oracula Verbi,
Verbum de verbo peto, hoc Pſalmiſta canebat,
Corde Patris genitum, quod proles unica conſtat,
Quo pater omnipotens per mundum cunƈta creavit.
Sic patris, & prolis dignetur Spiritus almus,
Auxilium fragili clementer dedere ſervo.
Eſt namque in deitate manens ſubſtantia ſimplex,
In deitate manet, & ſubſiſtentia triplex,
Proprietas ergo credatur nomine trino,
Majeſtas vero dicatur nomine ſimplo.
Namque fides cogit perſonas credere ternas:
Sed natura DEI, cœli præclara creatrix,
Omnia regnando diſpenſat ſecula ſimplex.
En promiſſa novo ſcribantur carmina verſu,

** Hanckius n. mſ. legendum putat carmen.*
** Idem legebat Inclyta. n. mſ.*
** m. ſ. in marg. id eſt, libri.*
** Idem legebat nonnunquam. n. mſ.*

Garrula

Garrula virgineas depromat pagina laudes,
Colaque cum pedibus pergant, & commata ternis;
Dactylus excepto decurrat fine metrorum,
Spondæi quintam contemnat syllaba partem:
Ultima sic trochei concludat litera versum,
Extremus jugiter qui gaudet calce teneri.
Sic ternis pedibus properent epigrammata metri.
Nec tibi difficile prorsus quidquam arbitror esse,
Qui crebris vicibus naturæ jura relaxas,
Nam nobis rudibus veterum monumenta librorum
Vocibus humanis fantem testantur asellam,
Garrula quæ pridem bombos à fauce rudebat,
Devotaturus populum cum pergere vates
Vellet, & insontem verborum sternere telis.
Plus igitur conferre mihi te posse fatebor;
* Quin me terrenam dignaris condere formam,
Et brutum inspiras vitali flamine pectus,
Qui corda ingeniis ornas, & labra loquelis,
* Nec quidquam ut nullus sermonum plectra resolvat,
Et fidibus citharæ moduletur carmina Christo:
Si verò quisquam chordarum respuit odas,
Et potiora cupit, quam pulset pectine chordas:
Quis Psalmista pius psallebat cantibus olim,
Ac mentem magno gestit modulamine pasci,
Et cantu gracili refugit contentus adesse:
Maxima millenis auscultans organa flabris,
Mulceat auditum ventosis follibus iste,
Quamlibet auratis fulgescant cætera capsis.
Quis poterit dignè rerum mysteria nosse,
Aut abstrusa Dei gnaro cognoscere sensu?
Torridus altaris ni sumptus forcipe carbo,
Calculus aut ardens emundet spurca labella,
Quo Cherubin quondam purgavit labra Prophetæ.
Ut merito deinceps cœlesti famine flagrans
Egregius doctor Verbi * clustella resolvat,
Et noxas populi scripturæ torribus urat,
Quatenus ad Christum convertat dogmate plures,
Ruricolas mutans ad cœli regna phalanges.
 Humani generis triplex distantia fertur,
Quæ modò per mundum triquadro cardine degit.
Et studet in terris mercari regna Tonantis.
 Denique * nonnullos sortitur vita jugalis,
Qui rectè vivunt concessa lege tororum,
Et præcepta Dei toto conamine mentis
Conservare student thalami sub jure manentes.
 Posthæc castorum gradus alter, & ordo secundus
Subsequitur nupti, qui jam connubia spernunt,
Ac indulta sibi scindunt retinacula luxus,
Lurida linquentes spurcæ consortia carnis,
Ut castis proprium conservent moribus ævum:
Dum connexa prius thalamorum vincula rumpunt.
 Tertia virgineis fulgescit vita lucernis,
Cujus præcellit præfatos infula ritus,
Mundani luxus calcans ludibria falsa
Virginitas summo virtutum vertice * paret,
Dum soror Angelicæ constet castissima vitæ:
In qua non regnat fallax petulantia sæcli:
Sed potius certat carnem frenare rebellem,
Spiritus, ut tetras possit compescere noxas,
Et facinus scelerum superans explodat * inorme,
Quæ plerunque solent ferratas vincere mentes:

* Hanckius legebat qui.

* Id: nequicquam, hoc est, frustra. not. m. s.

* Claustella a Claustro; vel Clistella; Hanckius n. m. s.

* Hic significat Primum. Hanck. n. m. s.

* al. floret.

* anorme. fortè leg. ut ap. Hor. in Sat. Can. vel enorme, ut apud Prudentium. Hanck. n. m. s.

 Quam-

Sæc. VII. Anno 690.

Quamlibet existant prædurae cotis adinstar.
His igitur gradibus pandit regnator olympi,
Aulæ cœlestis valvas, & limina vitæ:
Quos numero supra * ternos jam diximus antè.
His quoque fœcundas largitur semine fruges,
Quas pia perpetui prædixit gloria regni,
Gliscere sulcati per squalida jugera ruris,
Sanctis centenos meritorum jure maniplos,
Virginibus jugiter secunda sorte spospondit,
Qui falsas mundi contemnunt pectore pompas:
Fœtida calcantes spurcæ contagia carnis.
At verò decies senas de cespite ruris
Fruges depromsit cœlorum gaudia Christus,
Quos propriè casti carpunt de rore (a) maniplos,
Qui modo disrumpunt connubia nexa thororum,
Et demunt proprias devota mente lecebras, (b)
Mundanæ licita spernentes gaudia pompæ,
Sic demum decies metens ex æquore garbas, (c)
Ternas accipiet, qui vincla jugalia nectit,
Nec penitus calcat licitæ commercia vitæ:
Sed magis in mundo sobolem generare nepotum,
Progeniemque libens exoptat gignere stirpis.
Quapropter cuncti quos flammat cura pudoris,
Et quorum integritatis amor præcordia pungit
Spiritus, ac casta conjungunt fœdera carnis:
Dum divina docet duplam sententia vitam.
Corporeis nam anima præfertur gestibus alma,
Idcircò jugiter mentis monarchia regnet,
Ut non insultent animam phantasmata carnis,
Nec vincat dominam stolido vernacula gestu;
Aut unquam regnet contempta serva superbo.
Nunc igitur raros decerpant carmina flores,
E quîs Virgineas valeant fabricare coronas,
Quid, plures (d) cœlicolas juvat in certamine nostro,
Quàm integritatis amor regnans in pectore puro
Namque pudicitiæ superos præconia pascunt:
Cui licet in terris, stirpis generamina surgant,
Attamen in cœlis virtutum culmina scandit.
Virginitas castam servans sine crimine carnem,
Cætera virtutum vincit præconia laude:
Spiritus altithroni templum sibi vindicat almus.
Taliter immunis flagrat si corde voluntas:
Sanctus Apostolicæ cecinit dum sermo loquelæ:
Nescitis quod templa Dei sint ilia vestra?
Spiritus in vobis habitat jam jure Tonantis:
Quæ temerare nefas est, & maculare piàclum.
Virginitas fulget lucens, ut gemma coronæ,
Quæ caput æterni præcingit stemmate * regis:
Hæc calcat pedibus spurcæ consortia vitæ:
Funditus exstirpans petulantis gaudia carnis
Auri materiem fulvi, obrizumque metallum;
Ex quibus ornatur præsentis machina mundi.
Glarea de gremio producit sordida terræ,
* Si casta integritas auri flaventis imago
Gignitur è spurca terreni carne parentis.
Ut rosa puniceo tincturas murice cunctos
Coccineosque simul præcellit rubra colores.

* al, terno.

* Ornamentum erat Hanck. n. ms.

* Sic casta: Id.

Pallida

(a) *Leg. Rure. Hanck. n. ms.*
(b) *Illecebras, vel potius latebras. Hanckius. n. ms.*
(c) *Sunt Garbæ manipuli frumenti, quos Galli dicunt Gerbes; nec immutanda vox in Garbem, ut voluit Hanck. n. ms.*
(d) *Quid plus. Hanckius n. ms.*

Pallida purpureas ut gignit glarea gemmas,
Pulverulenta tegit quos spurci glebula ruris:
Ut flos flavescens scandit de cortice corni
Tempore vernali, dum promit germina tellus:
Dactylus ut dulcis frondenti vertice palmæ
Truditur ex sicco, præstabit stipite proles:
Unio de concha ut ponti sordente nitescens
Nascitur, & proprio matrem præcellit honore,
Squalidus ut sablo (a) spreti sub cespite ruris,
Bractea flaventis depromit fila metalli.
Ut bino sena cludam paradigmata versu:
Si sacra Virginitas cœlorum grata colonis
Corpore de spurco sumit primordia vitæ.
Vinea frugiferis ut constat gloria campis.
Pampinus immensos dum gignit palmite botros,
Vinitor exspoliat frondentes falcibus antes:
Sidera præclaro cedunt ut lumine solis,
Lustrat dum terras obliquo tramite Titan,
Cuncta supernorum convincens astra polorum:
Sic quoque Virginitas quæ sanctos indita comit,
Omnia sanctorum transcendens præmia supplex.
Integritas quoque virtutum regina vocatur,
Jungitur angelicis dum casta sponte maniplis,
Hæc, inquam, virtus cœlesti munere pollens,
Aurea flammigeris præstat crepundia gemmis,
Virginitas fulget veluti rubra purpura regum,
Qua regnatores funguntur jure togati.
Integritas animæ regnans in corpore casto
Flos est virgineus, qui nescit damna senectæ.
Nec cadit in terram ceu fronde ligustra * fatiscunt.
Cernite fœcundis ut vernent lilia sulcis,
Et rosa sanguineo per dumos flore rubescat.
Ex quibus ornatus qui vincit forte palæstris,
Accipit in circo victor certamina, serta.
Haud secus integritas devicta carne rebelli,
Atque nefandorum prostratis strage catervis,
Pulchras gestabat Christo regnante coronas.
Quamvis integritas ornetur laude metrorum,
Atque pudicorum crebrescat vita per ævum,
Non tamen æterno fraudantur munere Christi,
Qui concessa colunt licitæ connubia vitæ,
Non ergò argenti squalescit spreta libella,
Uncia bis senis quam pensat lancibus æqua,
Quamvis auratis præcellat fibula bullis:
Amplius aut certè flavescant petala fulva.
Nec laterna tibi vilescat vitrea, virgo,
Tergore vel * raso, & lignis compacta salignis,
Seu membranarum tenui velamine facta,
Quamlibet ærata præcellat fortè lucerna.
Aut furvas lichnus illustrans luce latebras,
Pallida nec Lunæ spernantur lumina noctu,
Cœrula dum fuscat tenebris nox secula furvis.
Plus licet ex centro Titan fibramina (b) fundat:
Cum nimbi fugiunt, & fervet torridus æther,
Nec putei laticem spernendum ducimus altum,
Antlia quem sursum solet exantlare cisternis,
Quamvis præcipua præcellant flumina fontis.
Frigida quem gelidis progignit glarea lymphis,

* m. s. fele-scunt.

* f. raso.

Mergula

(a) Pro sabulo eadem utitur voce inferius & simul in Crypta: Pausant Sablone sepulti. Verbum explicat Fortunatus: Quidquid saxa sablo calcem argilla tuentur. Basn.

(b) *Pro fibris; sed forsan fibramina. Hanck. n. ms.*

SÆC. VII. ANNO. 690.

Mergula nec penitus nigris contemnitur alis.
Ingluviem ventris squamosis piscibus implens.
Garrulus aut etiam vilescit graculus ater,
Qui segetum glumas, & læti cespitis occas
Depopulare studet, carpens de messe maniplos:
Quanquam versicolor flavescat penna pavonis,
Et teretes rutilent plus rubro murice cycli,
Cujus formosa species, & fulva venustas
Omnia fabrorum porrò molimina vincit.
Sic caro, mirandum fatu, pulvescere nescit,
Ut referunt nobis veterum documenta virorum,
Quod signum, & species est virginitatis amandæ,
Quæ calcare solet devotâ mente nefandas
Spurcitias mundi spreta putredine carnis.
Punica * neu granis temnuntur mala rotundis,
Quæ circum simplo cortex velamine cingit.
Quanquam palmeti præcedant dulcia pomi*
Nectaris, & mellis mulsos imitantia gustus, *
Sic inquam integritas fama veneretur in ævum:
Ut tamen electos, qui nectunt fœdera nuptis,
Et justè vivunt castorum jure thororum,
Carpere non cupiat scrophoso pagina rictu:
Præsertim antiquæ cum narrat litera legis,
Illustrem Patres vitam duxisse priores,
Qui ventura Dei prompserunt flamine sancto,
Dona salutaris dum Christus secla beavit.

** Leg. Nec Hanck. not. ms.*
** Poma ibid.*
** Gustu ibid.*

Helias.

Helias vates, quem * tetra volumina regum
Insignem memorant virtutum ternia fretum,
Virgo sacer fuerat fama per secula notus.
Plurima quapropter terris miracula gessit,
Atque arcana Dei verbis oracula prompsit.
Quæ series libri promulgat famine claro.
Nam geminos quondam cœlesti fulmine fretus,
Jusserat arsuros flammas perferre focorum,
Penticotarchos atque viros, ad funera centum
Truserat implentes pariter præcepta tyranni,
Quique quater denis, & binis mensibus actis,
Astriferum clausit quadrato cardine cœlum,
Aridus ut nullis roraret nubibus æther,
Atque negarentur latices morientibus herbis,
Nec sitiens pratum caperet nutrimina * lymphæ.
Tunc iterum nutu nimborum obstacula rupit,
Ut fluerent imbres ubertim ex æthere furvo,
* Glisceret & rursus fœcundo germine tellus,
Pabula densa ferens vulgò vernantibus arvis.
Arbiter æternus quem jussit scandere bigis
Aurea cœlorum penetrantem culmina vatem.
Sospes qui nunquam sensit discrimina mortis.
Cætera per mundum ceu gessit turba parentum.
Atque futurorum gestura est turba nepotum,
Sed manet in templis paradisi hactenus heros.

** m.s. glossator, interpretatur in margine, quatuor.*
** Sic Ovidius Metam.*
** m. s. glesceret.*

Henoch.

Heliam colit, ut superis in sedibus Henoch,
Quem rapuit quondam divina potentia cœli,
Lurida ne mundi pateretur damna nefandi.
Idcirco simul ad belli certamina cruda
Contra Antichristum gestant vexilla Tonantis,
Omnia de nigris surgent cum corpora bustis
Clausæ per campos & tumbæ sponte tabescunt*,
Dum * salpix crepat, & clangit vox clara tubarum,
Adventante Deo, qui cunctis præmia pensat,
Seu pia perfectis, seu certè sæva profanis.

** l. Patescent. Hanck. n. ms.*
** s. salpinx.*

Sic

Sic quoque famosis decoravit secula signis
Virgineo flagrans Heliseus flore Propheta. *Heliseus.*
Aurea hunc bombis nascentem bucula vatem
Signavit, quoniam destruxit sacra Deorum:
Munere quem duplo ditabat Spiritus almus:
Lauta supernarum qui confert munia rerum,
Singula per sanctas cumulans charismata mentes,
Excitat horrenda constrictum morte cadaver,
Quamvis jam lethi sopitus sorte fuisset.
Ast pueros stolidos, sanctum qui carpere vatem
Et laniare student bombosa voce frementes,
Tradidit ursorum mandendos rictibus ultrò,
Calvitiem capitis scurrarum more loquentes.
Sic Deus horrifera Sanctos ulciscitur ira,
Et meritò plectit peccantes verbere sævo.
Hieremias bino pollebat munere clarus, II. *Hieremias.*
Quamlibet innumeris esset ditissimus heros
Virtutum donis, quas Christi gratia confert.
Hunc pia virginitas ornabat flore pudoris,
Sed tamen, ut dixi, duo maxima munia constant,
Integris totum servantem legibus ævum,
Atque superna Dei vatem præsagmina * ditem, *Præsamina. Hanck. n. ms.*
Cœlitus implebant, ut nosset clausa latebris,
Et reserare poli posset penetralia sensu;
Quem Deus ex uteri sacravit matrice mundum
Antè præsentis quàm nosset lumina vitæ,
Ut foret affatim promens oracula vatis: * **Vates. ibid.*
De quo cœlestis fatur sententia patris,
Quod dudum, quàm nascatur de viscere matris,
Sanctificaretur præstanti munere virgo.
Mittitur interea mox vaticinare Propheta,
Dæmonis ut regnum, nec non & sceptra tyranni
Diruat in mundo fretus virtute Tonantis,
Et regnum cœli destructa fraude maligni,
Ædificet, plantetque, restaurans sceptra polorum.
Conspicit & geminas vernanti culmine virgas,
Quæ signant speciem populorum fortè duorum:
Nec non & totidem corbes ex ordine cernit:
Sed tamen æquiparans interpretatio plebes
*Protendit geminas per sacramenta vetustas. **f. Portendit.*
Scriptorum veterum liquidò monumenta testantur, III. *Daniel.*
Quod Daniel semper virgo floresceret almus,
Qui nobis normam sacratæ virginitatis
Imbuit, & speculum vitæ monstravit alumnis,
Certius idcirco promulgat tempora Christi
Omnibus antiquis præsaga voce Prophetis,
Annorum numeros, & planans ordine recto
Nuntiat in mundo nostri cunabula regis,
Jam quadringentis annorum cursibus, atque
Bis novem scribens ætatum lustra fuisse,
Donec prodiret Christus regnator in orbem,
Porrò disseruit verax sermone futura:
Quatuor in mundo regnorum surgere sceptra,
Ut prius in strato truculentus imaginis altæ
Diversis vidit jam * præsagire metallis. **m. f. præsagare.*
Denique frondoso regnator stipite robur
Imperio fretus vidit de cespite crescens,
Cujus tangebat * præcelsa cacumina nimbos, ** Tangebant. Hanck. n. ms.*
Et sub qua volucrum turmæ, & genus omne ferarum,
Dulcia de ramis carpunt alimenta ciborum,
Arbore sed procera signatum jure tyrannum

Mox

SÆC. VII. ANNO. 690.

Mox intellexit præſago pectore vatis,
Cujus cœleſtis contrivit ſceptra poteſtas,
Tempora torquerent, donec ſeptena ſuperbum,
Ut meritò fugiens dumoſis ſaltibus erret.
Et dum deſpexit terrentis flagra tonantis,
Squalidus hirſutus peteret myrteta luporum,
Quadripedum ſocius factus ſine mente tyrannus.
Hic quoque deſtruxit Beli delubra nefandi,
Flaminibus ſcelerum mortis diſcrimina paſſus,
Atque ſacerdotes populo ſub fraude ſacelli.
Tempore ſic alio vincens virtute draconem
Horrendus * atram jactabat faucibus offam,
Dum glutit piceam crudelis beſtia maſſam,
Ilicò rumpuntur multatæ viſcera beluæ.
Hunc DEUS horrenda ſemper tutatur ab ira,
Quamlibet expertus toleret tormenta malorum.
Denique non trepidat fretus cœleſtibus armis,
Sævos * beluarum rictus, morſusque leonum.
Quamvis incluſus ſævis tortoribus eſſet,
Egregius vates foveam retruſus in atram.
Virginitas caſtum ſic ſervat ſemper amicum,
Tetrica contemnens millenis damna periclis.

** Horrendis. Hanck. n. m.ſ.*
** m.ſ. leanarum.*

IV. *Tres pueri.*

Sic quoque tres virgineis redolentes floribus olim
Tres pueri pariter ſervarunt jura pudoris,
Aurea ſpernentes ſtolidi ſimulacra tyranni.
Qui turmas vulgi ſurdum, mutumque metallum
Imperio terrente jubet venerarier omnes.
Tum tuba rauciſonis reboat clangoribus altè;
Fiſtula cum citharis reclamans æthera pulſat,
Sambuca ſalpicibus reſpondet muſica crebris,
Ut genibus flexis, & curvo poplite plebes,
Aurea per campos orarent idola regis.
Sed tamen Hebræa ſpernens ludibria pubes
Cernua non flectit ſimulacris colla nefandis:
Impius idcircò fornacis torre minatur
Puberibus caſtis, ut cultum ſuggerat ardor,
Dum furibunda pios nodarent vincla lacertos,
Extemplò nexus combuſſit flamma feroces,
Sed ſacra ſanctorum non quibat membra cremare.
O mirum dictu! pueros quod flamma camini
Torribus innocuis diro ſub carcere coxit.
Verùm virginitas ſprevit tormenta * rogorum,
Scintillante fide dum fervent corda virorum,
Angelus ignicomis nam ſanctus ſcandit ab aſtris,
Torrida cum gelidis ſedans incendia flabris.
Carbonumque globos exſtinguens imbre ſuperne.

** gloſſator ad marg. pyrarum.*

V. *1. Jo. Baptiſta.*

Sed priſcos tantum cur Patres pagina prodat,
Limpida quos celebrant veterum monumenta librorum,
Cum rudis antiquam præcellat gratia legem,
Salvator clemens quia ſecula cuncta beavit?
Virginibus vates tum primo exempla Joannes
Edidit affatim ſacro ſpiramine plenus,
Qui Dominum * obtruſus ſenſit genitricis ab alvo
Pignus cœlorum terris geſtante MARIA.
Hic erat in ſaltu ſilveſtria pabula mellis,
Atque locuſtarum mandens corpuſcula frugi,
Cætera nec terræ * contempſit fercula pompæ.
Hunc Gabriel patri ſanctus prædixerat antè,
Dextris altaris promens oracula vati,
Turibulum aurato cùm ferret ſorte * ſacello.
Sed cùm fortè foret felix præcurſor adultus,

** ſ. abſtruſus.*
** l. nectarea. Hanck. n. m.ſ.*
** m.ſ. ſacellos, fortè ſacerdos.*

Atque

Sæc. VII.
Anno 690.

Atque prophetali jam maturesceret ævo,
Prædicat adventum Christi paranymphus in orbe,
Plures convertens sacro sermone catervas.
Namque salutiferum mundus Baptista Tonantem,
Diluit æquoreis mergens in gurgite limphis.
Accipit inde latex mox munera sacra salutis,
Plurima quadratum quæ nunc sparguntur in orbem,
Dum populi passim baptismi dona capessunt.
Sic fulsit felix virgo Baptista Joannes,
Nuntius & Domini dictus præcursor in ævum.
Quem genuit serò patris veneranda propago,
Quam * fœcundo caruisset corpore mater,
Jam dudum & sterili matrix algesceret alvo.
Nullus erat potior muliebri viscere natus,
Ni medicus mundi, proles generata Tonantis,
Idcirco mundus mundum sine labe piacli
Abluit, & laticis Christum sub flumine tinxit.
Humida fluctivagis sacrantem cærula ponti.
Fontibus & vitreis donantem munera patris
Dum vetuli redeunt iterum ad cunabula vitæ
Tunc linquente Deo torrentum marmora glauca,
Ac ripas lustrante piis cum passibus amnis
Alta supernorum patuerunt claustra polorum.
Æthera celsa tonant dum fatur Rector Olympi,
Compellans sobolem verbo currente per æthram:
Hic est ecce meus dilectus filius, infit:
Qui mihi complacuit totum regnare per orbem.
Cœlitus ad Christum descendit spiritus almus
Præpetis adveniens jam per simulacra columbæ.
Hæc avis idcirco confertur flamine sacro.
Sola caret quoniam crudelis felle veneni,
Cætera quarum ingens stomachatur turma volucrum,
Mitia sed gestat candescens ilia præpes.
Plurima pro Christo patiens tormenta prophetes
Carceris illuviem, & furvas sine luce latebras
Pertulit atroces damnans connubia regis,
Qui consanguinei disrupit fœdera fratris,
Germani thalamum incestans sine jure thororum.
Acriter idcirco compescit voce tyrannum:
Non metuens furibunda necis tormenta nefandæ:
Protinus effuso rubuerunt sanguine lances,
Dum caput * abscissum populi ad convivia vectant,
Quod regina ferox per natam fraude poposcit:
Scenica virgineo monstrantem ludicra saltu.
Sic igitur Christum signavit sanguinis ostro,
Horrendum...... medicantem vulnere vulnus,
Dum crucis in patulo suspensum stipite pœnas
Cogeret insontem violentia ferre reorum:
Sed tamen optatam senserunt secla salutem.
Dum Deus ad Herebi vagas descenderet umbras,
Ferrea vectiferæ fracturus limina valvæ
Aerea portarum quassavit claustra tetrarum
Ut Psalmista prius præsaga voce canebat.
Passurum mundi promens in calce tonantem.

VI. S. Joannes Evang.

Promere nunc nitor sacrum sermone Joannem,
Qui fuit accubitor Christo gratissimus almo,
Pectore de sacro sorbebat flumina doctor:
Imbribus æternis sitiens ingurgitat alvum:
Florida qui castè servavit tempora vitæ,
Horrescens penitus falsæ commercia carnis,
Plurimis idcircò devulgans semina famæ

* leg. Quanquam. Hanck. n. m. s.

* sic m. s. scribit.

SÆC. VII. ANNO 690.

Virtutum rumor latum crebescit in orbem.
Non igitur speciem per singula sermo retexit,
Sed genus explanat salebroso pagina versu.
Suscitat interea sopita cadavera letho,
Quæ gelidæ strictim nodabant vincula mortis,
* Dedidit obtutum cœcorum lumina tangens,
Claudos firmatis mox jussit pergere plantis:
Harmoniam surdi sumpserunt aure sonoram:
Nec non & muti solvebant labra loquelis:
Sanatis manibus concessit vivere mancos:
Atra venenorum non sensit damna nigorum:
Quamvis lethiferos sorberet faucibus haustus.

* m. s. dedit.

VII. S. Paulus.

Sic legimus prisco vulgatum tempore Saulum,
Imperiis procerum qui Christi dogmata * tempsit,
Alma beatorum contorquens membra virorum,
Dum priscæ voluit legis regnare latebras,
Et Christo patrios veterum præponere ritus.
Vertitur interea mutato nomine sanctus
Paulus Apostolicæ meruit præconia famæ,
Infula virgineo * quem floret sacra pudore,
Quamvis jam dudum damnaret carcere tetro
Membra catervarum servantûm fœdera Christi,
Sed Deus excelsus qui mutat corda reorum,
Traxit ovem egregiam sæva de fauce luporum,
Qui plerunque tetros furva nigredine corvos
Vestit in albentes glauco sine felle columbas,
Dum sceleratorum clementer crimina laxat,
Candida virtutum concedens dona sacrarum.
Quem pater ingeminans clamat * alta bis clamat ab arce;
Tunc ruit in faciem prostrato poplite Paulus,
Stipatus tenebris, & clari luminis expers,
Quamvis cæcatus sentiret damna pupillæ:
Ast tamen è cœlo vidit fulgescere solem,
Pectora qui semper lustravit luce serena.
Hic erit egregius doctor, mundique magister,
Barbara convertens doctrinis agmina sacris.

* m. s. dempsit, mendosè.

* f. cui.

Deleri debet; quia redundat. Hanck. n. m. s.

VIII. S. Lucas.

Quadrupedis vituli Lucas formatus ad instar,
Lucida divino scripsit qui dogmata libro,
Septuaginta patrum scribens & nomina septem,
E quibus omnipotens regnorum gloria Christus
Gignitur, & nostræ sumpsit cunabula carnis.
Quem sacra virgineis ornabant serta coronis,
Quatuor & decies cùm septem degeret annos,
Progeniem Domini narrans ab origine prima.
Dum chaos abstrusum, & torpens confusio rerum
Tetrica terrificis texisset secla latebris,
Thesaurosque poli reseraret clave paternos:
Donec quadrati præpollens conditor orbis,
Florida sub nimbis formasset secla supernis.
Hic medicus dudum sanabat vulnera carnis,
Putrida fibrarum procurans ulcera fotu.
Uberius deinceps animarum crimina fontûm,
Et scelerum facinus, quæ mentis vulnera patrant,
Discipulus Pauli scripturæ dogmate dempsit.
Denique post mortem sacratis ossibus ornat
Sedem Augustorum, quæ nunc monarchia mundi
Post Romæ imperium sub cœli culmine regnat.

IX. S. Clemens.

Roma sacerdotem Clementem tempore prisco
Edidit, & meritò cui dat clementia nomen;
Quem Deus æthrali ditavit gratia gratis,
Dum se virgineo servaret munere mundum:

Hoc

Hoc genuit pignus cœlestis semine verbi:
Et baptizandi tribuit cunabula sacra,
Petrus Apostolicæ qui culmen præsidit ædis.
Nam sacrum jugiter doctorem dogma docentem,
Atque superna Dei crebro præcepta ferentem
Discipulus fidis devotus passibus æquat.
Contigit idcircò longævos fortè parentes,
Et proprios pariter germanos visere fratres.
Quos Petrus Christi clarus piscator in orbe
Retibus angelicis raptos ex æquore mundi
Secum felices ad cœli sidera vexit.
Tempore, quo clarus fulsit regnator in orbe X. S. Silvester.
Cui Constantinus censebant secula nomen:
Sylvester Romana degebat Præsul in urbe
Sanctus, Apostolicæ qui rexit culmina sedis.
Plurima hic fecit virtutum signa sacerdos,
Quæ modò per mundum chartis inserta leguntur.
Denique squamigerum vinxit virtute draconem
Fortia ferratis constringens vincla catenis:
Qui prius è crypta funesto flamine spirans,
Romani regni vexabat jure catervas;
Dum contempserunt Christo famularier uni,
Natricis horrendi cultum præstare putantes:
Sed cùm strinxisset beluam collaribus arctis,
Morbida pestiferi compescens flabra draconis,
Civibus exoritur mox exultatio lætis:
Bestia * delituit quæ pridem sævire solebat, * m. s. dilituit.
Idcircò statim baptismi gratia fulgens
Cœlitus illuxit Romanis arcibus ut sol.
Hic Constantini curavit lurida membra, (a)
Horrida leprosis explodens ulcera squamis:
Dum regnatorem Christi sub gurgite tinxit.
Quapropter Roma fregit delubra sacelli
Prisca nefandorum contemnens fana Deorum,
Et potiora rudis sectatur culmina templi,
Qua Salvatoris signata cruore coruscant,
Perpetuosque Dei produnt per secla triumphos.
Sic mundum propriis ornabat moribus amplum,
Dum regem Romæ correxit dogmate Christi.
Porrò conflictum gessit * didascalus idem * m. s. dedasculus.
Contra bis senos certantes arte Magistros,
Qui pignus mundi fallaci voce negabant,
Dum mediatoris spernebant vota vocantis,
Lucida perpetuæ qui pandit lumina vitæ.
Quapropter cunctos fretus cœlestibus armis
Vicerat extemplò voti certamine compos:
Ac velut adversus frendentes ore * molossos * m. s. molosus.
Frustra qui superas implent latratibus auras,
Ferrea scripturæ direxit spicula miles:
Dum consternata mox omnes terga dederunt,
Excepto Zambri, qui tunc * necromantica fretus, * m. s. nicromans.
Ignarum populum scrophosa fraude fefellit,
Dum magus in taurum pellax sine voce susurrat,
Corruit in terram quadrupes spiracula linquens.
Vastus tum vulgi clamor ferit æthera nimbi.
Sed tamen intrepidus Dominum Sylvester adorat.
Ut plebs quam Christus preciosi sanguinis ostro
Reddidit immunem sublata fraude maligni,

Tetro

(a) Baptisma Constantini a Sylvestro, non modo refellitur ex veterum Testimonio, cum ab Eusebio Nicomediæ moriens tinctus sit; sed illum impugnavit Papebrochius ipse in Actis Sanctorum; ejusque argumenta adversus objectiones Carmelitarum tueri non erubuit Janning in Apologeticis mensi Junio præfixis. Basn.

SÆC. VII. ANNO. 690.

Tetro haud fallatur falsi phantasmate Zambri.
Mox igitur tauri prostratum morte cadaver
Suscitat exsertis absolvens vincula nodis,
Et mitem armento fecit succedere taurum.
Tunc populi passim clamabant voce Tonantem,
Laudantes Dominum cœperunt dicere grates.
Hic fuit, ut fertur, comes integritatis adeptus,
Donec * supremam claudebat tempore vitam.
Rex Constantinus quondam præsagia certa,
Atque futurarum rimatur somnia rerum
Culcita dum plumis Augusti sterneret artus,
Cernens matronæ rugosæ fortè figuram:
Vidit in extasi deformem fronte vetusta,
Cernua quæ graditur tremulis agitata lacertis.
Insuper hanc mortis jam sors mulcaret acerba,
Imperat illustris regni sermone sacerdos
Silvester Constantinum decrepita membra
Suscitet, ut vetulæ rursus cum sospite vita.
Tunc Regis precibus surrexit bella puella,
Quam prius effigies turpabat torva senectæ.
Et licet antè situ torperet morte cadaver,
Fit tamen extemplò formosa puerpera vultu:
Quam rex contemplatur ovans cum stemmate comit
Tempora præcingens * aura flavente coronat,
Et peplo chlamydis, nec non cycladibus ornat:
Ut regina * gerit rubicunda crepundia collo.
Talis erat species formosæ Virginis alma.
Tunc Helena docens regem sermone futura,
Sic ait Augusto, depromens omnia somni.
Hæc tua semper erit, lethi calceque carebit,
Ultima in diris cum flagrent secula flammis.
Cumque tyro foret Augustus perterritus alto,
Pallidus evigilat somni formidine captus.
Conglobat in cœtum disertos arte sophistas,
Gymnica qui jactant ventoso dogmata fatu:
Quos rogat ut rerum sibi fata latentia solvant,
Quæ dudum in stratis signant arcana futura:
Sed cum fortè nihil stolido sermone referrent:
Plurima sed falsis finxissent frivola verbis:
Tunc rex frugales jejunans castigat artus,
Atque dies septem declinat secula pompæ,
A Christo Domino poscens oracula pandi.
Nox ruit, & tetro mundum velamine vallat,
Nec non & furvis terrarum complectitur alis,
Tum sopor in strato regales occupat artus.
Cui Silvester, ait, pandens mysteria rerum.
Femina, quam torva crevisti luce vetustam,
Quæ tibi horrebat multum squalente senecta,
Urbs est quam vulgò Byzanti nomine dicunt:
Constantinopolis post hæc vocitetur in ævum.
Nomine nempe tuo gestat per secla triumphos:
In qua murorum præcelsa cacumina quondam,
Nunc prostrata solo veterascunt arce ruenti
Mœnia marcescunt, & propugnacula nutant,
Quæ quassat caries, & frangit fessa vetustas.
Sed te conservare mea præcepta jubebo.
Cornipedis spina vectus per squalida rura,
Cuspide vexilli scrobem sulcare memento,
Labara sic equitans per terram trudito dextra,
Quatuor infindens directo tramite sulcos,
Per quos erectis castrorum turribus altis,

* m. s. supernum.

* f. auro.

* m. s. gestat.

Eand. visionem refert Guntherus Parisiensis in hist. Constantinop. c. 16.

Mœnia

SÆC. VII. ANNO 690.

Mœnia murorum restaures imbrice rubra:
In qua regnabit proles, prolesque nepotum,
Sicut regnabat Patrum numerosa propago,
Quorum progenies, & avi glomerantur avorum.
Jam fuit Hesperiæ famosus laude sacerdos (XI. *S. Ambrosius.*)
Ambrosius Christi complens præcepta benigni,
Spiritus, & castæ servavit fœdera carnis,
Qui nomen gerit Ambrosiæ de nectare ductum:
Hic tener in cunis quondam dum parvulus esset:
Magna futurarum gessit spectacula rerum.
Namque examen apum numerosis fortè catervis
Contexit faciem pueri, mirabile fatu:
Quæ licet horrenda stiparent labra cohorte,
Non tamen infantis sensit discrimina corpus.
Sic crebris vicibus replebant ora jacentis,
Atque catervatim rursum remeare studebant.
Posthæc ætherias repetentes agmine nimbos
Visibus humanis certant abscedere porrò.
Hæc pater Ambrosius stupuit miracula cernens;
A quo sortitur nomen sic inclyta proles:
Hoc nempe examen quo Sancti labra redundant;
Dulcia mulsorum portendit verba favorum,
E quibus affatim dulcescunt pectora plebis.
Lucida digessit venerandus opuscula doctor,
Cum ratione pia pandens ab origine prima,
Qualiter hunc mundum summa prudentia patris
Tempore præsentem tunc per bis terna dierum
Fecerit æterno disponens secula nutu.
Hæc inquam docuit sermone crebro sacerdos,
Plures perducens ad cœli regna phalanges.
Garrula Martini nunc prodat litera laudem, (XII. *S. Martinus.*)
Quam celebrat totus quadrato cardine mundus.
Hunc pater omnipotens nondum baptismate lotum
Nec balsamorum sacris chrismatibus unctum,
Tempore nocturno cœlesti laude beavit,
Dum stipem * mancis, & peplum ferret egenis; (* *m. s. mansit.*)
Christo devotus cum jam * catechumenus esset. (* *m. s. catacuminus.*)
Quis vero studeat diserto famine fretus,
Omnia virtutum chartis describere signa,
Quanta Deus dederit devoto dona clienti?
Sæpe salutifero correxit dogmate pagos,
Ut ritus vellent magis exstirpare nefandos,
Atque creatorem regnantem credere Christum.
Nam paganorum destruxit fana profana,
Jure tyrannorum sternens delubra reorum:
Et mox antiqui confracta fraude sacelli
Fabricat altithroni venerandus templa sacerdos.
Sic quoque famosam frondentis * stipite pirum, (* *leg. frondenti. Hanck. n. m s.*)
* Qua proceres stolidi tunc turificare solebant. (* *cui f. leg.*)
Heu scelus, in veribus torrentes exta bidentum,
Diruit, ut populum non fallat cultibus error.
Surgere ter fecit defuncta cadavera letho.
Tetrica terrentis disrumpens tartara mortis:
Nec non ægrotis impendens munia vitæ.
Lurida debilium fomentat membra virorum.
Quamlibet expertus non esset vulnera ferri
Unquam, nec rubro roraret sanguine martyr,
Aut etiam diris arsisset torribus ignis:
Attamen illustrem meruit confessio palmam:
Dum mens * parata fuit mortis discrimina ferre. (* *forte prompta. Hanck. n. m s.*)
Hic præsul jugiter permansit virgo perennis,

 Donec

Sæc. VII. Anno. 690.

Donec ætheriam miles migraret in aulam,
Angelicis vectus coeli ad convexa catervis,

XIII. *S. Gregorius Nazianzenus.*

Temporibus priscis venerandos Græcia Patres
Edidit, ex quorum numero celeberrimus extat
Gregorius felix, fama super æthera notus:
Quem Deus edocuit mundum servare pudore
Corporis, & castæ conjungens foedera mentis.
Tempore nam quodam geminas per somnia cernens
Virgineo vidit fulgentes flore puellas,
Quas ille aspiciens torvis obtutibus horret;
Femineas quoniam non gestit cernere vultus.
Tum Sanctum placidis compellant vocibus ambæ:
Ne, graviter juvenis devotas sperne puellas,
Neuque indignatus vultum contemne sororum,
Dum tibi perpetuo fratris copulamur amore.
Nam nobis mundum tribuisti in cordè sacellum,
Quo jocundantes semper lætabimur ambæ,
Frater, amicitia nunquam fraudabere nostra.
Altera virginitas foecundo flore vocatur;
Altera gestabit sollers sapientia nomen.
Et sumus angelicis missæ de sædibus isthuc,
Ut tecum maneant nostræ consortia vitæ.

XIV. *S. Basilius.*

Basilius quondam doctorum maximus auctor
Condidit egregiam divino dogmate legem:
A qua processit libratæ normula vitæ,
Vergere quæ nullum laxat sub pondere sævo,
Trutinat electos, sed justæ lance libellæ, *m. s. libelli.*
Vocibus alternis reddens oracula sanctis,
Qualiter ornetur verax concordia fratrum.
Et justè jugiter fulgescant foedera mentis,
Nec non diserto digessit famine librum,
Prima * creatarum pandentem semina rerum, ** m. s. creaturarum.*
Atque potentatu quadratum conderet orbem,
Materiam mundi discernens ordine recto,
Aurea * devexi dum format sidera coeli. ** m. s. divexi.*
Hinc nobis oritur mundi nascentis origo,
Cuderet ut summus rerum molimina princeps.
Hic se virgineum prodit servasse pudorem,
Taliter affirmans perfecto famine præsul.
Feminea præceps cognovi corpora nunquam,
Nec tetigi penitus muliebres turpiter artus.
Non tamen immunis vocitabor nomine virgo.

XV. *S. Antonius.*

Edidit insignes tellus Memphitica patres,
Lucida perpetuæ mercantes munera vitæ.
E quorum numero pollebat sorte beata
Nomine famoso felix Antonius auctor,
Summa supernorum conquirens regna polorum.
Hic primus docuit cultores ordine sanctos
Squalida per saltus peterent ut * rura locorum ** m. s. rara.*
In quîs contemplativos decerpere fructus
Possent, & jugiter Domino famularier alto.
Hic inquam monuit coelorum regna merentes,
Spernere delicias, & mundi linquere gazas:
Ardua sectari, nec non * devexa caveri, ** m. s. dinexa.*
Dum calles gemini dispari tramite tendunt:
Unus in ætherios per coeli culmina campos;
Alter sic Herebum lustrat sine fine profundum.
Cujus clarificam qui malunt noscere vitam,
Qualibus in mundo signis effulserit almus:
Quoque modo spurcas curavit corpore clades,
Dira salutifero restaurans ulcera fotu,

Quali-

Sæc. VII. Anno 690.

Qualiter ut medicus populorum pestibus obstans
Morbida sanatis renovaret viscera fibris,
Non pigeat prorsus seriem spectasse libelli,
In quo scribuntur virtutes illius amplæ.

XVI. *S. Paulus Eremita I.*

Haud secus & Paulus signis super æthera notus,
Omnibus & regnis, * quæ lustrant lumina Phœbi
Per deserta fuit quo non præstantior alter:
Tendit ad æterna felix habitacula miles.
Hunc gener infidus strophoso fallere gestu
Maluit insontem, disrumpens fœdera pacis:
Idcirco fugiens quærit sub rupe latebras,
Donec tortoris sævi tormenta * fatiscunt.
Et rursus placido lætetur tempore mundus;
Quem nutrit in crypta palmeti dactylus arcta,
Et fruitur foliis pro aprico tegmine pepli.
Nam sitis ardorem demebat gurgite fontis,
Quem mox, ut genuit, telluris glarea glaucum
Rursus in obliquum latices * effuderat, antrum,
Aliger * tum præpes gracili nutrimine farris
Paverat in specu palmæ sub frondibus altis;
Cui famulabantur spreta feritate leones,
Atque lupi * rapidos † mitescere rictus.
Vixerat in terris cœlesti munere fretus,
Undecies denos, & tres feliciter annos.
Tum demum æthereis stipatus jure catervis,
Ivit ad æterni castus consortia regni,
Percepturus in excelso nova gaudia victor.

XVII. *S. Hilarion.*

Nec non eximia virtutum gratia fretus
Plurima patravit deserto signa stupenda
Hilarion felix famoso nomine dictus,
Quem præsens crebro mundus rumore celebrat.
Dum cupidus gestit normam æquiparare magistri,
Et similare suam * per perpendicula patris.
Hic stricta corpus frenabat lege petulcum,
Torrida lascivæ demens * incendia carnis,
Quique * titillantis sprevit primordia luxus,
Prima juventutis calcans ludicra severis,
Claruit Ægypto, quod strictim carmine pando.
Nam gipsum miseros quod dudum faucibus artis
Sorbuit indigenas flammis combussit * enorme,
Dum rogus ingenti lignorum fomite flagrans
Reptantem in prunas consumpsit torre chelydrum,
Denique cum pelagi montanis fluctibus olim
Æquora per vitreos bullirent turbida campos,
Priscaque turgescens non nosset littora pontus,
Cœrula fluctivagis sed regnarit molibus alta,
Dum proprias spernunt spumosis fluctibus oras.
Tunc omnes pariter glomerantes agmine denso,
Contra flustra senem sistebant turgida sanctum,
Et fidum tremuli patronum ritè rogabant,
Auxilium miseris ut ferret civibus ultrò.
Ille crucis pingens pariter signacula sulcat,
Horridus in cumulum salsarum fluxus aquarum,
Concrevit porrò surgens ad sydera cœli,
Mox furibunda maris compessit cœrula sævi.
Sic miles Christi frenabat marmora ponti,
Ut meritò sancti non unquam fama * fatiscat.

XVIII. *S. Joannes Eremita, Ægyptius.*

Sic quoque in Ægypto fertur vixisse Joannes,
Accola deserti vitam sine crimine ducens.
Qui strictis proprium nodabat nexibus ævum,
Carne à lasciva vincens ergastula mentis,

m. s. quas.

m. s. fatescunt.

m. s. effunderat.

s. hunc.

s. rabidos.

† *Justi. Hanck. n. m s.*

In m. s. per desiderabatur.

D lens. Hanck. n. m s.

m. s. titulantis, mendose.

m. s. inormem.

m. s. fatescat

Confer-

SÆC. VII. ANNO 690.

Conſervans geminum juſto moderamine pondus,
Dum divina docet duplam ſententia vitam,
Quam rector debet juſta diſcernere lance,
Atque gubernandum carnis cognoſcere motum.
Hunc famoſa rudem replebat gratia vatem,
Ut poſſet clauſas rerum reſerare latebras,
Clancula virginea pandens myſteria clave.
Tempore nam quodam per ſomnum femina ſenſit.
Munere virtutum quàm pleno præditus eſſet,
Scilicet optatam dum ſumpſit carne medelam.
Quamlibet ante gemens geſtaret corde querelam.
Imperium mundo florens cum Roma teneret,
Atque gubernaret regnorum ſceptra per orbem,

XIX. *Benedictus.*

Temporibus fauſtus Benedictus claruit isdem,
Quem Deus Auſoniæ clemens indulſerat auctor,
Ut populum Domini vadentem tramite recto
Ferret ad æterni ductor veſtigia regni:
Quem prius abſtruſus ſævis anfractibus error
Traxit ad inferni torrentis tartara nigra.
Sæpe tyrannorum contrivit templa priorum,
Qui Dominum lucis tenebroſo corde negabant.
Mox ibi defigens victricia ſigna ſalutis,
Sic miles Chriſti devicto hoſte triumphat,
Baſilicam Domino reſtaurans æde renata.
Quis modus, aut numerus, vel certè calculus index
Explanare valet virtutes illius amplas.
Quæ modulum, & numerum excedunt pro mole geſtorum.
Namque cadaveribus reddebat lumina functis,
Quæ gelidæ mortis per vim fortuna necarat.
Auditu ſurdos, & claudos greſſibus ornat.
Ægrotos vegetat membrorum viribus augens.
Dæmonis arma fugans, nec non & ſpicula frangens,
Hoſtibus exploſis reſtaurat ſaucia corda.
Nam * capiſterium rimarum fragmine ruptum
Innovat, ut nutrix lacrymarum flumina fudit.
Peſtiferum calicem, qui mortis pocula cinxit,
Porrecta rupit dextra per ſigna ſalutis.
Sic etiam chalybem * prolapſam gurgite, Gothi
Ad proprios iterum juſſit remeare lacertos.
Primo qui ſtatuit novæ * certamina vitæ,
Qualiter optatam teneant cœnobia normam,
Quoque modo properet directo tramite ſanctus.
Ad ſupera ſcandens cœlorum culmina cultor;
Cujus præclaram pandens ab origine vitam
Gregorius præſul chartis deſcripſerat olim,
Donec æthralem felix migraret in arcem.
Hujus alumnorum numero glomeramur ovantes,
Quos gerit in gremio fœcunda Britannia cives,
A quo jam nobis baptiſmi gratia fluxit,
Atque magiſtrorum veneranda caterva cucurrit.

XX. *S. Gervaſius & Protaſius.*

Quid memorem geminos * . . . . fœdere fratres,
Reddentes animas aſtris, & corpora terris.
Purpureo paſſum venerantes ſanguine Chriſtum.
Martyres effecti rubuerunt carne cruenta:
Quique vicem reddunt Domino, ut Pſalmiſta canebat:
Ecce ſalutarem calicem per pocula mortis
Accipiunt pariter pergenti * tramite Chriſti:
Quos ſimul invenit ſanctus monſtrante beato
Ambroſius Paulo pulſantes carne ſepulta
Saxea quadratis quos condit tumbula foſſis.
Hoc pia virginitas comebat flore ſuperno

* *Baptiſterium. Hanck. n. mſ.*
* *m. ſ. prolapſum.*
* *certamine.*
* *lacuna eſt in m. ſ. for. geminato leg.*
* *per gentes Hanck. n.*

Ange-

SÆC. VII. ANNO 690.

Angelicis semper quæ constat cara catervis:
Unus Gervasius, nec non Prothasius alter,
Imperio veterum sortita vocabula gestant.
Præsul erat quondam Narcissus fortè vocatus — XXI. S. Narcissus.
Virtutum meritis redolens, ut nomine florens,
Quem simul ornabat pollescens munere duplo
Pontificatus apex cum Virginitatis honore,
Claruit idcirco celebri rumore per orbem,
Dum vitæ meritis fulcitur dogma loquelæ.
Nam frontis * laticem oleo pinguescere fecit, — * frontis l. fontis. Hanck. n. ms.
Et liquida * crassis mutavit flumina guttis: — * m. s. grassis. s. grossis.
Denique cum tempus festis paschalibus aptum
Annua Christicolis renovaret vota per orbem,
Quæ solet uberius Christi celebrare triumphos,
Cætera quàm celebrent anni solennia festa,
Tunc oleum in vacua defecit lampade vitri,
Et lychnus fumans furvis obtorpuit umbris,
Pendula cùm nulla flammaret luce lucerna.
Mox fortuna (a) jubet Narcissus flumina lymphæ
Fidens in Dominum, sacros haurire ministros.
Et complere cavum cùm glauco gurgite vitrum.
Funditur interea per cunctas unda lucernas,
Sic exorcizans lychnos benedixit aquosos. (b)
Jamque latex lucens flammas pascebat edaces,
Papirus in medio radiabat lumine centro,
Clarius & multò quàm fomes pinguis olivi.
Aut certo in vitro splendens arvina* — * scrofa.
Mox vulgi * cuneus cernens miracula rerum, — * m. s. conus.
In commune DEO grates, laudesque frequentat.
Non tulit hanc faustam grassator crescere famam:
Qui genus humanum * strophosis † eludere certat. — * strophis fortè, per licentiam ἀποστροφῆς. † elidere m. s.
Concilium * glomerant cum trino teste nefandum, — * m. s. glomerant.
Qui scelus horrendum concinnat crimine falso,
Præsulis ut famam serpentis dente lacessant,
Atque venenata sanctum cum fraude sugillent:
E quorum numero procedens primitùs unus,
Quamvis juraret, pellaci fraude fefellit.
Ignibus * sic atris, & flammis fomite farsis — * s. hic.
* Conflagrem penitus, si fatu frivola fingam. — * m. s. confragem.
Alter subsequitur, strophosam ferre querelam:
Taliter ad turmas infit cum voce procaci:
Sic mea non pereant regali corpora morbo,
Quod veros promit jurans sententia factis.
Tertius ast testis profert è pectore questus,
Et juramenti nodosis vincla catenis
Nititur impudens verbis constringere falsis.
Sic mea non tenebris nigrescant lumina furvis,
Glaucoma nec penitus lippos suffundat ocellos,
Adsertor verax si fingam famina falsa.
Propterea exilium voluit perferre sacerdos,
Invidiæ maculam fugiens declinat iniquam.
Sic pater in saltu fertur vixisse remotus,
Contemplativos carpens sub monte maniplos,
Dum solus soli Christo famularier optat,
Lubrica fallentis conculcans gaudia secli.
Mox igitur punit præfatos ultio testes:
Qui sacramentis concinnant frivola falsis,
Et temerare student insontem crimine vatem.

En,

(a) *Fontana, ut mox indicavimus. Hanck. n. m s.*
(b) *Transponi debet posterior versus ut in ordinem restituatur & ante priorem legi. Hanck. n. m s.*

SÆC. VII. ANNO 690.

En, lare torrenti testis * conflagrat iniquus, *(* m. s. confraglat.)*
Primus qui labris contorsit tela nefandis,
Præsulis ut vitam fuscarent verba maligna.
Culmina celsa crepant ignitis usta favillis,
Atque propinquorum turmas combusserat ardor.
Sic quoque crudescens multabat pœna secundum,
Morbo regali plectendo lurida membra,
Donec putrescens prodiret pectore flatus.
Tertius orbatus geminis sub fronte fenestris,
Limpida dum tenebris clauduntur lumina terris. * *(* leg. tetris. Hanck. n. m. s.)*
Hic ergò aspexit tremulus tormenta priorum,
Qualiter altithronus pellaces plecteret * astus, *(* m. s. acta.)*
Horrendi sceleris scenam patefecit opacam.
Machina detegitur cœcis frustrata * stellis: *(* s. legend. sutelis.)*
Et reus, in tantum lacrimarum flumina fudit,
Irrigat & salsis oculorum fontibus ora,
Donec ocellorum * caruisset luce pupillæ. *(* Caruissent. Hanck.)*
Sic vindicta reos plectebat trina Tonantis,
Usque fugam vitæ cùm mors bacchatur acerba,
Arbiter æternus dum sontum crimina punit,
Alma sacerdotis pandit præconia casti.

XXII. *S. Alexander, & D. Athanasius Episcopi.*

Nec minus interea stupuit Memphitica tellus
Rumores Patrum sub cœli culmine claros:
E quîs ortus erat felix Athanasius olim,
Cujus Alexander sanctissimus exstitit altor.
A quo victus erat torvum qui schisma docebat
Arrius infaustus ventris dum viscera fœda
Turpiter egessit raptis extalibus ani,
Quæ cava per cryptas complebant antra latrinæ.
Sanctus Alexander missæ solemnibus actis,
Cùm celebrarentur sacræ libamina mensæ,
Aspicit infantum ponti per littora turmas,
Mystica dona DEI ludo simulare stupendo.
Vidit nempè procul quod sic Athanasius illo
Tingeret infantes baptismi gurgite mersos,
Ceu foret antistes sacrato more dicatus.
Talia signa sacrum portendunt esse futurum,
Prospera quod rerum liquido fortuna declarat.
Hoc gestum ludis apicum sed seria firmant,
Almus Alexander cùm vitam funere clausit.
Post hæc successit florens Athanasius ævo:
Qui gregis excubias ut pastor ovile tuetur:
Contra beluarum fraudes, rictusque luporum,
Qui lustrare solent mandras, & septa bidentum.
Hic ergò præsul stolidorum dogmata demens,
Sævos schismaticos, & mille pericula perfert.
Quem ìdem schismatici spissa fallente caterva,
Infamare student, fingentes frivola falsa,
Dum regi monstrant evulsum carne lacertum,
Et loculo gestant vulgi ad spectacula truncum,
Quod magico stolidi dicunt phantasmate gestum,
Turpiter Arsenium sic fantes corpore mancum,
Qui dudum extiterat librorum tramite * lector. *(* famine. Hanck. n. m. s.)*
Tum jubet Augustus vatem Constantius almum
Protinus arceri porrò de finibus istinc,
Sed secus evenit, quàm machina straba putabat,
* Præfatus lector dum † fraudem prodidit atram. *(* m. s. præfatos. † Idem fraude.)*
Tunc pius antistes detecta fraude maligna:
En, inquit, sanam lectoris cernite dextram:
Nec non nervosam cuncti spectate sinistram.
Tum novus insonti crebrescit laude triumphus:

Quando

Quando ſacerdotem noſcunt ſine crimine ſanctum.
Æmulus obſtupuit; fraudis dum ſcena pateſcit.
Buxeus ô quantos obtexit pallor inertes,
Seu certè quosdam rubræ confuſio frontis.
Sic rea, ſuffragante Deo, commenta fatiſcunt.
Sed contrita rotis extollit vipera cæphal
Et rurſus ructat tetrum de fauce venenum.
Namque alia ſanctum nituntur fallere fraude.
Femina nempe procax ſtrophis inſtructa nefandis,
Inſimulare ſtudet ſtuprorum crimine vatem,
Sed dicto citius verborum ſpicula peltis
Presbyter obtundit mœcham molimine vincens.
Quem probroſa manus ſtrictim fallentis obuncat
Sed tamen antiſtes Chriſti teſtudine fretus,
Æmula ſævorum vitat figmenta virorum,
Delituit ſenis annorum curſibus, intra
Ciſternæ * labrum deſcendens usque profundam:
Quæ lymphis vacua præſtabat tecta tigilli:
Qua latuiſſe ferunt luſtris volventibus ipſum,
Cerneret ut nusquam radiantem lumine Phœbum,
Juſtitiæ verò ſolem ſeptemplicis, & re
Quem ſacra per * biblos deſcripſit litera lautos,
Pectoris intuitu deſiſtit cernere nunquam.

* *latebram m. ſ. emendatius.*

* *m. ſ. piblos.*

XXIII. *S. Babylas.*

Garrula nunc Babylæ depromat chartula palmam:
Plurima Pontificis pandens præconia clari.
Qui gregis excubias, * & caulas vallare bidentum
Imbutus fuerat conſcripto dogmate bibli,
Dirorum contra morſus, rictusque luporum.
Princeps imperium * qui Romæ rexerat amplum,
Imò triquadrum diſcreto * limine mundum:
Non cunctante gradu cum ſanctæ limina valvæ
Vellet adire ferox, ſtropha ſtimulante malignum,
Tum pius Auguſtum caſtigans voce ſuperbum
Increpat antiſtes contempto ſtemmate regis,
Flatu defendens ſacri veſtibula templi,
Præcipit audacter maculatum cæde cruenta,
Abſidam Eccleſiæ pullis non tangere palmis.
Ducitur auguſtam quapropter præſul ad aulam,
Ut vi ex verborum ſtrabo cum rege loquatur:
Impius extemplò venerandum cogere pœnis
Chriſticolam cœpit conſtrictum nexibus arctis,
Ut ſupplex veterum oraret figmenta Deorum,
Delubris, ſtatuis libans holocauſta litaret,
Quod flamen felix ut ſpurca venena recuſat,
Nec blandimentis inclinat colla ſacellis.
Tum tres infantes germano fœdere functos,
Quos pius imbuerat ſcripturæ dogmate Præſul,
Imperat Auguſtus lentis vexare flagellis:
Quatenus inflictis nutarent pectora flagris,
Quæ prius obſtiterant regi parere nefando.
Sed tamen infantum non cedunt corpora pœnis,
Quin magis horrendas vincunt præcordia virgas,
Quamvis ſanguineos fudiſſent verbera rivos,
Crudaque per teneras rorarent vulnera pulpas.
Tunc demum capital perpeſſus fortè ſacerdos,
Æthera * glauca petit devicta morte triumphans,
Nec non inveſtes, ſurſum migrante magiſtro:
Hoc eſt ephœbi, quos rubris ſerta roſetis
Ornabant pariter cœlorum culmen ovantes.
Angelicis cuncti penetrabant cœtibus altum.

* *Excubiis caulas. Hanck. n. m ſ.*

* *Numerianus Imp. habet gloſſator.*

* *limite fortè leg.*

* *m. ſ. glauca.*

XXIV. *S. Coſmas, & Damianus.*

Quis valet Urbani laudes ſermone polito

Fari

Sæc. VII. Anno 690.

Fari sanctorum sub cœli culmine clarus,
Quà croceos Titan radios defundit in orbem,
Dum lustrat latum reflexo tramite mundum.
Sed tamen egregios depromens garrula scabro
Incipiet celebrare viros nunc pagina versu:
Quos materna simul matris enixa gemellos
Edidit in mundo sortitos nomina dupla.
Quorum alter Cosmas, Damianus dicitur alter.
Imbuit hos, pariter secli doctrina, medelam
Nec non divina præstavit gratia gratis,
Ut possent fibris putres explodere pestes,
Atque salutiferam morbis impendere curam
Artibus horrendas pellentes corpore clades.
Mutos, & mancos, claudos, surdosque repertos,
Luscos, ac * strabos, (a) qui torta luce fruuntur.
† Blæsos, ac balbos, qui scævis verba loquelis
Fantes corrumpunt: & * quidquid debile fertur.
Cœlitus instaurant Christo donante salutem:
† Sic lucem carnis trudunt medicamine spurcæ.
Nec tamen eximio virtutum munere dites,
Auri fallentis gestant marsupia ‡ farsa.
Sed loculos nummi calcant, ut tetra venena,
Omnia donantes gratis pro stipe superna,
Princeps interea mundi, qui sceptra regebat,
Martyres edictis multat crudelibus atrox.
Tum geminos pelagi prædictos gurgite fratres
Merserat in pontum fretos virtute Tonantis:
Algida sed vitreis mitescunt æquora flustris,
Dum dicto citius sanctos ad litora vectant.
Sic compressa sali sacra virtute potestas,
Turgida fluctivagis sopivit cerula campis,
Dextera dum patris portum patefecit in undis.
Impius idcircò cernens vexilla tropæi,
Altera gorgoneis molitur damna venenis.
Nam truculenta ferox flammarum pabula torret,
Et sacramentorum * fornacem fomite farcit,
In quam † flagrantem sacros detrudere jussit,
Ut rogus insontes prunarum torre cremaret:
Artus quos dudum turgescens gurgite pontus
Mergere non quibat lympharum fluctibus atris.
Sic facula flammæ fornacis fomite friget:
Ut miles Christi neglecto turbine flammæ
Redderet ingentes pro vita sospite grates.
Ceu salamandra focos solet insultare * pyrarum,
Quamvis congerie glomeretur forte rogorum.
Tunc crucis in patulum coguntur scandere robur,
Atque pharetrarum densas sufferre sagittas,
Mox sator æternus qui sanctos jure triumphat,
Spicula tortorum confregit dira reorum.
Exin martyrii sumpserunt serta cruenta,
Ad convexa poli migrantes culmina celsi.
XXV. S. Chrysantus.
Nec meminisse moror præconia clara Chrysanti,
Quem meritò mundus famosa laude frequentat.
Hunc igitur genitor florentem tempore puto,
Tradidit investem rectorum fortè Magistris:
Ut puer * indolis (b) librorum disceret artes,
Quas mundana colit stolido sapientia sensu,

Qui

* m. s. strambos. † m. s. blessos, ac balnos. * quid, mancum est in m. s. † m. s. sicque. ‡ sarta.

* Lege Sarmentorum. Hanck. n. ms. † m. s. fraglantem.

* m. s. pyrirum.

* s. indocilis. Can.

(a) Reprehendit Vossius Poëtam, quod strabos pro strabonibus dixerit: defendit autem eum Borrichius autoritate Varronis περὶ νομισμάτων; in eo vero culpat, quod primam produxerit contra autoritatem; atque hac in re forsan Mantuanum secutum, qui tamen est junior Althelmo. Hanck. n. m s.

(b) Indocilis Canis. Sobolis Hanck. n. m s. Quia priorem tunc producebant. Priori lectioni refragatur versus qui sequitur: Qui fuit, Ita Hanck. n. m s.

Qui fuit, ut fertur, donatus mente ſagaci, SÆC. VII.
Ardens ingenio, & prudens pectore puber. ANNO 690.
Poſthæc illuſtris dum ſacra volumina lector,
Auribus hauſiſſet cœleſti grammate ſcripta,
Protinus antiquæ contemnens dogmata ſectæ,
Falſa vetuſtarum calcavit frivola legum,
Et dicto citius, nactus rudimenta fidei,
Flagitium ſceleris baptiſmi diluit unda:
Mox publicè Chriſtum paganis prædicat ultrò,
Dira ſuperbarum ſpernens tormenta minarum.
Tum genitor ſobolem naturæ jura reſolvens
Truſerat in * tenebras concluſi carceris atras, * m. ſ. tenebris.
Magnoperè metuens fiſci decreta nefandi,
Inſuper & capital tremulus formidat acerbum.
Sed cùm mens vivens ferret tormenta libenter,
Mox aliam genitor * concinnans machina ſcenam. * Genito. Hanck. n. m. ſ.
Lubrica mundanis admovit gaudia pompis,
Serica purpureis præbens velamina peplis,
Quæ moritura facit * fœtoſo viſcere bombix, * m. ſ. fœtoſa viſcera.
Induit egregium precioſa veſte nitentem.
Tum juſſu patris convivia larga, puellæ
Deliciaſque ferunt, epulas, luxuſque culinæ,
Veſtibus ornatæ variis, & fronte venuſta,
Talibus ut pompis miles molleſceret audax.
Ferrea quîs crebro cedunt præcordia virûm.
Sed tamen armatus Chriſti teſtudine tiro,
Oſcula virgineis deſpexit lubrica labris,
Nec penetrare ſinit ſtuprorum ſpicula pectus.
Sed procul excuſſit * jaculatas fraude ſagittas. * m. ſ. jaculatus.
Non ſicut cecinit ſponſali carmine * vates; * vatis m. ſ.
Mellea tunc roſeis hæreſcunt labra labellis.
Dulcia ſed Chriſti lenteſcunt labra labellis.
Venit ad extremum virgo certamen adulta,
Daria veſtalis formoſa fronte rubeſcens;
Aurea cum glaucis quam comit lunula gemmis.
Nititur hæc juvenem Veneris conſtringere nexu,
Quatenus ad thalami flectat connubia mentem.
Hæc phalerata fuit facundis freta loquelis.
Denique * diſerti ſtupuerunt fortè Magiſtri. * deſerti m. ſ.
Virginis ingenium biblorum famine cultum.
Nempe tenax ſcripti fuerat, veloxque legendi:
Sed ſecus evenit Fortunæ caſus opacæ:
Dum pius oppoſuit fatis contraria fata.
Daria quæ dudum ſervabat numina Veſtæ,
Credidit altithronum cœli qui ſceptra gubernat,
Facundis virgo verbis converſa Chryſanti.
Tunc ſimulata tori fingunt conſortia fatu,
Moribus & caſtis vivunt concorditer ambo,
Ut ſpurcum penitus vitarent pectore nævum,
Et maculam Veneris pullam cum corde fugiſſent.
Poſthæc baptiſmi ſacratis tinguitur undis,
Quatenus exuvias ſpoliaret mente vetuſtas,
Et nova de liquido ſumatur gurgite lodix.
Tum virgo veterum ſprevit documenta librorum,
Et ſequitur Chriſti quadratis dogmate biblis.
Quis poterit vulgi tantas numerare catervas,
Quantis exemplis egerunt credere Chriſto?
Traditur idcirco pœnis torquendus acerbis.
Septuaginta viri quem denſo milite ſervant.
Herculis in fano, ni forſan tura litaret.
Tunc miles cœpit dirus vexare negantem,

 Athle-

SÆC. VII. ANNO. 690.

Athletam Domini fretum virtute superna,
Udis, & crudis nervorum nexibus angens,
Torrida flammantis laturum caumata solis.
Sed puncto citius laxantur lora lacertis,
Omnipotente DEO restes solvente nefandas,
Et suras iterum cipporum vincula claudunt,
Cruraque cum rigidis nectebant turgida lignis.
Extemplò cippum findit regnator Olympi,
Quamvis hunc stolidi cœcata mente ligarent.
Lotia * tunc lictor crudelis spargere jussit,
Sacros humectans artus humore putenti,
Qui liquor, ut dicunt, atrum phantasma fugabat,
Dum verna Domini sperat necromantia fretum,
Sed putor ambrosiam fragrabat nectare suavem.
Exin tortores buculam deglubere birsa
Mandant, ut crudo stringantur tergore membra,
Martyres ardentem passuri lumine solem,
Torrida sed Titan compressit fulmina frendens,
Ut nulla insontis ferrent incendia membra.
Tunc reciproca virum claudunt ergastula sacrum,
Arta catenarum constringunt vincla lacertos.
Nec non & collum nectunt cum crure gemello:
Ecce repentè pios nodatos arbiter artus
Eripit & chalybis mox stricta ligamina rupit.
Porrò cum Sanctum nodoso vimine miles
Cederet infaustus, rubro qui sanguine gaudet,
Sed mirum dictu, * sceptrorum flagra beatus
Ictibus argutis Martyr non sensit acerba,
Quin imò ut plumæ mollescunt vimina Sancto
Lenia ceu viridis lentescit papyrus amne;
Claudius his signis compunctus credidit ultrò,
Septuaginta viros convertens dogmate claro,
Fecit baptismi purgari gurgite mersos.
Quapropter rubro perfusos sanguinis ostro,
Miles ad ætherium faustus perduxit olympum.
Quos simul obstruxit felix spelunca sepultos,
Lucida perpetuæ visuros præmia vitæ.
His convexa poli meritò lustrantibus alta,
Daria cum duro patitur tormenta Chrysanto.
Impiger ast ille strictus molimine ferri
Truditur in tenebras laturus carceris atras,
Lurida quo putridis fluxerunt stercora ripis,
Nectare sed fœtor cedit, ceu luce latebræ.
Traditur interea sceleratis Daria scortis:
Prostibulum mœchæ penetrans sine crimine sævæ,
Sed leo de clatris rigibundus mittitur atris,
Virgineos artus tutos servare puellæ:
Si quisquam cuperet sacrum temerare pudorem,
Gestibus obscœnis contrectans corpus honestum:
Arcam ceu quondam probrosus contigit Oza,
Protinus oppeteret confusus fronte petulcus,
Rictibus & rabidis corrosus dente leonis
Ultricem pœnam sentiret morte ferina.
Tunc demum Augusti qui Romæ regna gerebat,
Decreta rubras sumpserunt morte coronas,
Et simul * inscripta pausant † sablone sepulti,
Quos simul in vita vexavit pœna cruenta,
Credimus ut faustis glomeratos jure catervis
De gremio tumuli, cum tellus sponte dehiscet,
Et genus humanum tumbis emerserit atris
Suscitet ad requiem, mundum dum laxat habenis.

Tem-

* m. s. hunc.

* pro virgis.

* f. inscripto.
† f. sabulone.

Tempore transacto sanctam gentilibus armans
Ecclesiam Christi tempestas sæva cruentans,
Martyribus sacris mortis discrimina mille
Conglobat insontes, torquens sine crimine culpæ.
Ut miles Christi stricto mucrone negaret,
Impia tortorum cum ferret flagra malorum.
Hos inter, quidam Julianus nomine Martyr,
Horrida sanguineis *.... certamina pœnis.
Quem pater ad scholam, cum primo gliseeret ævo,
Prodidit, ut tomis dialectica dogmata rerum,
Et simul rhetoricas biblorum disceret artes.
Mox igitur juveni veterum documenta librorum,
Quamvis in tenero pulcher pubesceret ævo,
Limpida discipulus scripsit scholasticus * astu,
Cum pater sobolem vetulus vidisset adultam,
Nititur * indocilem claris natalibus ortum
* Flectere cum precibus, thalamorum ut jura capessat;
Quatenus inde foret post successura nepotum
Progenies, mallet si ditem ducere sponsam.
Flagitat inducias septem sufferre dierum,
Quatenus hoc spatio pulsaret voce Tonantem,
Subnixis precibus rogitans oracula * Divi,
Certius ut quiret Christi cognoscere nutum.
Denique transacto venerandus tempore puber;
Lecto sopitus cum somno membra dedisset,
* Orama per noctem cernebat rite supernum,
Cœlestes fatus sic felix auribus hausit:
Protinus è strato festinat surgere miles,
Ne metuas juvenis fortiri dote puellam,
Dulcia ne rigidus frangas decreta parentum.
Sed tamen hanc sociam sanctam servare memento,
Quæ tibi cum mero copulatur corpore virgo.
Namque pudicitiæ comes indefessa manebit.
Multa mihi populi servibunt millia passim,
Quæ vestris credent cœlorum sceptra loquelis.
Interea juvenis patris præcepta facessit,
Et simulata tori spondens connubia matri,
Accipit ornatam gemmis, auroque puellam.
Attamen altithronus quadrati conditor orbis,
Pacta tutatur sponsum cum virgine castum,
Propria fuscarent ut nunquam crimine membra,
Luxuriam carnis frænantes ilibus almis,
Præsertim pia cum Christus præcordia pungens,
Per somnum moneat castum servare pudorem.
Nam bibli seriem, quam rex direxit olympi,
In thalamo cernunt, aurato grammate scriptam,
In qua virginitas servari sancta jubetur.
Exin * vernarum fundant cœnobia Christi,
Normam justitiæ qui servant tramite scripto.
Virginibus quoque condunt gurgustia cellæ,
Quas licet inferior sexus discriminet ordo,
Non tamen inferior virtutum cardo sequestrat.
In quis nempe decem monachorum millia florent,
Cantibus assiduis, & psalmis carmine crebro.
Sic famulabantur * jugiter, noctesque diesque,
Viribus infractis pulsantes atria cœli
Astriferi, precibus dum lustrant limen olympi.
Interea veteris ructantur fauce draconis
Atra venena, sacras Christi torquentia turmas,
Tum miles Christi nodoso fuste flagella
Sustinet immerito constrictus nexibus artis,

* ingenio, ut notat glossator ad marg.
* m. s. indolem.
* m. s. plectere.
* s. Divinum.
* ὅραμα. m. s. mend. Orema.
* m. s. bernarum fulciant connubia.
* in m. s. abest hac vox.

SÆC. VII. ANNO. 690.

Flagraque * cum crepitu præsultant cæde cruenta,
Donec purpureo rorarent sanguine rivi.
Sic sequitur Dominum devota mente minister;
Ad superas arces angusto tramite tendens,
Ut prius angusto tendebat calle Magister,
Sanguine purpureo demens peccamina mundi,
Dum pius in patulum dignatur scandere lignum.
Tum luscus tortor sensit detrimenta pupillæ,
Martyris afflictus flagris, & stipitis ictu.
Mox monophthalmi restaurat lumina martyr:
Quamvis Pontifices fani, ludibria passi
Reddere non possent evulsam stipite lucem.
Insuper excelsum forti compage sacellum
*--------- simul stabant simulacra metallis,
Diruit ad fundum sternens molimina prisca.
Non Mars vulnificus, qui belli semina spargit:
Rancida gorgoneis inspirans corda venenis
Delubri statuis potuit succurrere parmis:
Nec Venus, aut Veneris prodest spurcissima proles.
Aurea sternuntur fundo simulacra Minervæ,
Quamque deam stolidi dixerunt arte potentem:
Nec Bacchus valuit, cui frondent palmite vites,
Ut referunt falso veterum figmenta librorum,
Numine nutantes fani fulcire columnas.
Sed titubant templi tremebundis marmora crustis,
Et ruit in præceps tessellis fabrica fractis.
Neptunus fama dictus regnator aquarum:
Qui regit imperium ponti turgentibus undis,
Falsas effigies, quas glauco marmore sculpant,
Aurea seu fulva quas ornant petala fronte,
Haud valuit veterum tunc sustentare deorum.
Alcides fertur Centauri victor opimus,
Flammea qui pressit latronis flamina Caci,
Quamvis fumosis ructaret flabra loquelis.
Herculis in crypta sed torquet dextera* clavam,
Nec tamen in templo rigida virtute resultat,
Quæ famulus Christi supplex oramina fudit.
Vulcanus (a) catax, quem fingunt igne potentem,
Torrida flammigeris moderantem fulmina frenis
Funditur: occubuit fraudatus torre rogorum,
Sic quassata ruit simulacris machina lapsis,
Ut veterum narrat verax historia rerum:
Cum geminam flamen prolem peccare videret,
Nec tamen asperitas patris compesceret ulla,
Plecteret aut sontes crudescens ultio natos,
Acriter idcirco exarsit vindicta Tonantis:
Quatenus arca DEI diræ post funera stragis,
Ducta per Azotos simulacrum sterneret altum:
Tunc ruit in frontem confracto poplite Dagon,
Et caput infandum funestos liquerat artus,
Quod vulsum ex humeris cives in limine cernunt.
Aurora in fulvis dum luxit lutea bigis,
Et croceum jubar in quadrum flavesceret orbem,
Ac roseos patulis radios infunderet arvis,
Spinaque cum trunca membrorum parte remansit,
Haud secus in divos, quorum cassata potestas,
Ad fundum cecidit; sævit regnator olympi,
Expers ut nullus diri discriminis esset,

Ceu

m. s. monoptalmi.

* *Mutilus versus, f. sic in exemplari erat: In quo mille.*

* *clava mendosè. m. s.*

(a) Legi debet: Vulcanusque catax. Vide Non. in catax, *tra pestem perniciemque catax.* BASN.
hoc est, claudus, quod Vulcano convenit. Lucilius Sat. 2. *Con-*

Ceu ftyli feries præfenti grammate pandit,
Sic quoque terga dedit caffato numine Phœbus,
Qui fuit infaufti Saturni filius atrox:
Juppiter ingentem * quem pompant carmina vatum.
Hic patris imperium, quod fantur opufcula prifca,
Contra naturam pulfo fpadone capeffit.
Tum mifer in Latio demptis genitalibus exul
Delituit, nati vitans difcrimen acerbi.
Nec Pluton prodeft, qui tetris tartara fceptris
Rexit, & inferni furva regnavit in aula:
Hic Cereris fobolem nigrantes vexit ad umbras:
Sed regina fequi matrem Proferpina nolle,
Fertur in antiquis falfato grammate biblis.
Nec Pan Arcadiæ, quem gens colit exta litando,
Plurima dum veribus torrebant vifcera flammis,
Contulit auxilium fani fundamine fracto.
Machina celfa labat, dum culmina fracta fatifcunt,
Nec glus lentefcens * morum mœnia pangit.
Nec durus fcopulus calcis compage quadratur:
Sed fimul exhaufta veterum virtute Deorum,
Infuper Augufti quaffata mole facelli,
Diruit in cinerem vindex cenfura Tonantis.
Ut precibus martyr fupplex cum voce popofcit,
Quatenus altithronum, lauta qui regnat in arce
Poffent clarificis pagani credere fignis.
Unica tunc foboles Præfecti credidit ultrò,
Dum pia fructiferis pandit præcordia verbis,
Martyris amplexus felix oracula puber.
Tunc fimul in latebras truduntur carceris atras.
Quadam * natorum putrefcens forte cadaver
Turpiter introrfus bulliret vermibus atris:
Sed tamen infontum complentur nectare nares,
Olfactum Ambrofiæ fpirantes fortè fupernum.
Nec lucis radios linquens ergaftula ceffit,
Limpida fed tenebras arcebant lumina furvas.
Sic Deus in Sanctis alma virtute triumphat.
Tum cuftos cernens rerum miracula tanta
Credidit altithronum falvantem fecula regem.
Baptifmum nactus ftipatur melite denfo,
Qui prius excubias fervabant carceris atri.
Imperat interea multatum morte cadaver
Surgere, de nigris anima redeunte latebris,
Quod prius obvolvens conftrixit fafcia nexu:
Mortuus evigilat difrumpens tartara tetra:
Tunc precibus turmæ vafto crepidante tumultu
Hortantur juvenem vero depromere fatu,
Qualiter exanimis furvæ veftibula valvæ,
Infernique nigras poffet penetrare latebras:
Et redivivus item fplendentem cernere folem:
Edidit extemplo lethi decreta refurgens,
Pofthumus angelica prodens fuffragia turbis.
En iterum fancti ftropha ftimulante draconis,
Martyres in cupas merguntur fomite farfas,
In quibus atra picis maffa flagraverat ardens,
Nec non fulphureas ructant incendia flammas,
Et farmentorum comburunt pabula pagi,
Donec in ætherias flamma porumperet oras.
Sed tamen infontes Chrifti fuffragia vallant.
Licia tunc digitos oleo madentia nectunt,
* Qui mox ignis edax flammis combuffit acerbis:
Non tamen exuffit Sanctorum torre lacertos,

* in gentes. Hanck. n. mf.

* f. divorum.

* Donatorum. Hanck. n. mf.

* quæ f. leg.

Sæc. VII. Anno 690.

lege dipsas pro inferno serpente. Can.

En iterum * gypsas spiris sinuata malignis,
Cærula pestiferis extollit colla venenis:
Martyres ad theatrum truduntur veste ligati,
Rictibus ut rodant Sanctorum membra leones:
Nec non mandibulas ursorum ferre cruentas
Cogeret insontes tortorum pœna lacertos.
Sed secus evenit Sanctis victoria palmæ:
Bestia Sanctorum labris vestigia tinxit,
Obsequium præbens, prædas oblita recentes.
Sic, mutante Deo, mitescunt corda ferarum,
Quamvis stultorum torpescant corda virorum.
Ut quondam vates * cola cum comate prompsit.
Edidicêre truces prædam servare leones.
Posthæc martyrii mereantur serta cruenta,
Lucida stelligeri scandentes culmina cœli,
Ad quorum tumbas gelidæ post funera mortis
Corpore calloso dein venere leprosi,
Qui simul in sacro baptismi gurgite mersi,
Spiritus, & carnis sumpserunt corde medelam.

XXVI. *S. Amos Eremita.*

Antiquo fuerat famosus tempore quidam
Legitimè Christo famulans vernaculus alto,
Quem genuit mundo clarum Nilotica tellus,
Sacra pudicorum quærentem lucra virorum,
Quem vocat Ægyptus crebris rumoribus Amos,
Plurima hîc gessit virtutum signa sacerdos,
Qui fuit in Nitriæ frondosis accola dumis,
Squalida deserti procurans jugera ruris.
Hic locus ex Nitro sortitur Nitria nomen.
Creditur interdum quod nomen secula gignunt.
Causa fortunæ si his confidere fas est,
Si fors aut fatum, seu constellatio quidquam est,
Si Parcæ nulli parcentes fila gubernant,
Mortali vitæ fusoque rotante minantur,
Quod vehit in collo tereti vertigine * molam.
Sed magis arbitror, quod sic errata reorum
Nitria purgavit, sicut corpuscula nitro,
Sordibus expurgata malis, & læta nitescunt.
Hic quondam offendit turgentem tempore Nilum,
Qui fœcunda rigat flustris (a) Memphitica regna.
Nam transire volens optata lintre carebat:
Sed spoliare vetat carnem verecundia frontis,
Corpore ne nudo temeraret jura pudoris.
Tum dicto citius spumantes litore lymphas
Pinniger ut præpes transfertur cœlitus ultra,
Piscifer ut dudum momenti tempore vates
Angelico raptu lustrabat Chaldea regna,
Ut vernam Domini nutrirent crustula farris.
Ecce puer quidam laceratus dente molossi,
Atque venenato perpessus vulnera rictu,
Vertitur in rabiem fraudatus mente sagaci:
Ferrea quem strictis nectebant vincla catenis.
Bacchatur quoniam vagabundis passibus amens,
Idcirco prolis luxerunt fata parentes,
Et veneranda petunt flentes oracula Sancti:
Ut miseri cladem, & vulnus sanaret acerbum.
Quem consulta ferunt tali cum voce dedisse.
Reddite nunc viduæ sublatum fraude juvencum,

Et

* *Althelmus lib. de Virgin. c. 28. Per cola & comata mellitis versuum Epigrammatibus inculcavit.* Can.

(a) *Flustris, alii Plustris. Plustra sive flustra sunt fluctus. Poëta idem alibi* Plustra sinum statuerunt sæva verendum *vide Salmas. ad Tertull. de Pallio p.* 141. *Hanck. n. ms.*

Et sospes soboles vobis comitatur amanda.
Olli mirantur quod nosset clancula furta,
Quæ prius abstrusis credebant gesta latebris:
Tum genitor gaudens gratatur sospita * nato,
Actutum scævis reddunt direpta rapinis,
Sic fors evenit, verax ut voce spopondit.
Tempore mox alio dolium deferre poposcit,
Quod duo foverunt: alter sed vota fefellit.
Idcircò gelida constrictum morte camelum
Perdebat * gibbum, quo vascula ferre pepercit,
Sospite perfruitur sed verax altera sella,
Quo promissa seni complevit vota benignus.
Hunc vidit ferri felix Antonius olim,
Linqueret egregius cum carnis vincula miles,
Angelicis turmis ad cœli sidera vectum,
Pulchraque perpetuæ penetrantem limina vitæ.

* Transponendi versus & tuttè debet esse sospite Hanck. n. m. s.

* m. s. gippum.

XVXIII. S. Apollonius Eremita.

Tempore jam prisco fuit Apollonius almus,
Edidit hunc signis clarum Nilotica tellus,
Hic erat in quadrum vulgatus laudibus orbem,
Præbens exemplum quingentis fratribus æquum,
Et pubertatis desertum tempore quærit,
Nam ter quinquennis mortales aufugit ultrò
Hic * octena simul conversans lustra peregit.
Centies exorans nocturnis fermè latebris,
Et totidem vicibus sic gessit fortè diurnis:
Ut genibus flexis, & curvo poplite patrem
Cernuus oraret fretus pietate Tonantis.
Stuppea cui fuerant pepli velamina texti,
Donec degebat nunquam passura senectam.
Claruit idcircò celebri rumore coruscans.
Nam pagana procul vulgi cultura manebat,
Qua stetit antiquo delubrum more dicatum.
Inde sacerdotes crebrò simulacra ferentes.
Bacchantum ritu longis anfractibus errant.
Taliter ut vidit, dementes fortè cohortes,
Fanorum statuam per girum ferre nefandam.
Tum fixis genibus pulsabat voce Tonantem:
Et mox stare facit bacchantes agmine turmas.
Funditus ut nullus cum plantis pergeret usquam:
Sed cuncti pariter, velut ænea signa rigebant,
Torrida * flagrantis perpessi lumina solis,
Dum plus æstivo torrebit tempore Titan.
Interea damnum dum norunt unde fuisset,
Credula doctrinæ spondent præcordia verbis,
Mystica cœlestis sumentes dona lavacri,
Æmula si precibus disrumpat vincla sacerdos.
Passibus ut * properis trames per rura patescat,
Et possent solito pergentes calle meare.
Ille moras rupit fundens oramina sursum,
Dum crebris vicibus celsum pulsabat Olympum.
Sic sator arcitenens dissolvit compita clausa,
In tantum, ut cuneus votorum compos abiret,
Purgatus maculis baptismi gurgite sacro,
Idola fracta frians, & mox in frusta resolvens.

* Gloss. notat 40. annos.

* m. s. fraglantis.

* m. s. prosperis.

Lis quandam pacem crudescens rupit honestam,
Inter credentes, qui Christum corde fatentur,
Et diffidentes, qui Christum fraude refutant.
Nam Bellona ferox infecit corda venenis,
Arma cruenta ferens turbavit fœdera pacis.
Procedunt acies densa stipante caterva.
Horridus exultat crudo certamine Mavors,

 Cor-

Sæc. VII. Anno. 670.

Cornua rauca sonant, & salpix classica clangit,
Dum stimulant Martem bombosa voce phalanges.
Tum celer advenit præfatus forte sacerdos,
Qui pacare studens belli certamina sæva,
Nititur accensam fraudis restinguere flammam,
Et necis horrendæ stolidum sedare tumultum.
Sed quidam incentor bacchatur mente maligna,
Qui caput, & Princeps, ac pugnæ signifer atrox
Exstiterat dicens, se nunquam pignora pacis
Malle, tetram donec perpetret funere mortem.
Tunc ait audacter depromens fata futura.
Sic tibi contingat lethi fortuna cruenta,
Ceu verbis optas, crudeli calce casurus.
Solus nempe necem cernes moribundus acerbam,
Sospite cùm reliqui vita funguntur ovantes,
Sed tibi post funus non præbet terra sepulcrum,
Bestia sed rabidis discerpet rictibus atrox,
Et volucrum pariter truncatum rostra * lacessent.
Sic fuit, ut verax fatur sermone sacerdos:
Funere transacto tectum sablone cadaver,
Rursus manè vident, rumpente crepuscula luce,
Beluis effossum funesto corpus ab antro,
Et volucrum rictus artus lacerasse nefandos.
Tum passim populi credebant esse Prophetam,
Dum celer effectus rerum spectacula pandit.
Omnes certatim qui farris tura litabant:
Lurida culturæ linquunt simulacra vetustæ,
Limpida mundantis sectantes dona lavacri.
Hic pater illustris celebrans solemnia Paschæ,
Undique deserti turmas adsciscere jussit,
Atque catervatim cuneum glomerare fidelem.
Posthæc exactis missæ concentibus omnes,
Fercula dum solitæ peterent paupercula mensæ,
Vescuntur pariter sicco nutrimine farris,
Nec non fasciculis, quos hortus tempore verno,
Germinat ex gremio, cùm gliscit gramine tellus,
Tum pius alloquitur tali cum voce catervas,
Credula si verè gestamus pectora fratres,
Nunc precibus Dominum cœli qui regnat in arce,
Et regit imperium mundi dum sceptra gubernat,
Pulsemus pariter, solamina digna * petentes,
Quatenus impendat judex alimenta misellis,
Nempe die festo laxantur fræna rigoris.
Ecce dapes lautas, & munera larga ciborum,
Ante fores antri cernunt, mirabile fatu.
Hæc gestant geruli, quos unquam nemo videbat,
Quamvis Ægypti lustrasset passibus arva.
Punica * mela vident, granis scitisque referta,
Botros, & ficos, & plures ordine tortas:
Cernitur hîc etiam palmeti dactylus alti,
Et mel lentescens cerarum machina clausum,
Atque favi croceum distillans flumine nectar,
Et simul ubertim candescens lacte colostrum.
His gestis, geruli properant abscedere rursus.
Ast olli Christo cœperunt reddere grates:
Fercula qui dapibus largus complevit opimis:
Usque diem * penti, quem dicunt nomine, costen.
Sic Deus omnipotens, qui cuncta latentia noscit,
Deliciis proprios tantis pascebat alumnos.
Jam famis Ægypti multavit clade cohortes;
Ecce catervatim densis venêre maniplis,

* m. s. lacessunt.

* m. s. repetentes. mendosè.

* d Gr. τὸ μῆλον.

* pente forte legend.

Ut

Ut pariter miseri peterent alimenta ciborum.
Tum tres expendit sportas cum pane refertas;
Quas prius exorans palma benedixerat alma.
Bis binis exin nutrivit mensibus omnes,
Ut nunquam penitus farris fragmenta negaret,
Nec tamen exhaustis cessaret sportula crustis.
Sic quoque naturam pinguis cumulavit olivi,
Ut quondam Helias legitur cumulasse Propheta;
Lenticulæ crassum fœcundans ore * liquorem.

* m. s. liquorum. mendosè.

XXIX. S. Hieronymus.

Ecce sacerdotis pandam præconia lauti,
Mentio dum sancti pulsat penetralia cordis,
Cujus quadratum crebrescit fama per orbem,
Atque per extremas fulget prudentia metas:
Qui fuit interpres, & custos virgo pudoris.
Hebrea Romanis vertens oracula verbis.
Nam rudis, & priscæ legis patefecit abyssum,
Septuaginta duos recludens * pagina biblos,
Quos nunc sacratis describit litera chartis.
Insuper elicuit tractatus jure stupendos,
Atque Prophetarum commentis clancula certis,
Dicta retexebat pandens mysteria rerum.
Inclytus hic constat * scedis per secla Magister,
Quæ nunc per mundum scribuntur ritè quadratum.
Et licet illustris lectorum turma per orbem
Eusebio genitore fatus, ceu prodidit idem,
Enumerans veterum vulgata volumina patrum,
Ex quo Salvator nostræ cunabula carnis
Sumpserat in terris emundans crimina secli:
Quando crucis gabulum sacrato corpore scandit;
Et genus humanum pollutum fraude maligni,
Vulnera perpessus purgarat sanguine rubro.
Quis tanto studio geminarum famina legum;
Aut tàm sollerter rimari nititur unquam?
Ceu meditatus erat sacros didascalus idem,
Ut Psalmista canit, noctesque diesque libellos:
Æmulus idcirco pollutus peste livoris
Rictibus horrendis vatem lacerarat eundem,
Faucibus invidiæ sic gloria carpitur atris,
Et laus almorum * mulcatur fraude malorum.
Namque canes crebrò stipant latrantibus aprum;
Undique vallantes densa cingente corona.
Ast ille infestos dispergit dente molossos,
Et voti compos saltu regnavit in alto.

* m. s. bargina, mendosè.

† f. sciidis.

* sic legend. vid. Non.

Virgines sexus fœminini.

Jam nunc almorum descripta laude virorum;
Candida virginitas Paradisi cara colonis,
Quis dedit, ut mundus celebret præconia vastus;
Supremis donec solvantur secula flammis?
Dum colles ut cera fluunt, saltusque fatiscunt:
Imò post mundum cùm esset cyclus Olympi,
Clarius ante thronum Sanctorum serta nitescunt.
Tempus adest sacras metris vulgare puellas:
Qualiter integritas virtutum culmine adeptis
Virginibus dederit nitidas gestare coronas.
Delicias secli quæ temnunt corde profanas;
Fœtida pomparum linquentes gaudia fontum,
Ut Dominum lucis devota mente sequantur,
Agnum, virginea spissis cum fortè catervis
Stipat in æthereo cœlorum culmine turma,
Et grex cum pastore pio gratabitur albus;

 Purpu-

SÆC. VII. ANNO 690.

Purpureis vernant qua campi floribus arva,
Et lupus horrendis non frendet dentibus atrox.
Pascua nec norunt crudelis damna latronis.
Sed paucis * igitur perpes concordia regnat.

* Pacis jugiter. Hanck. n. m. s.

XXX. S. Maria virgo.

Nunc igitur casto veneror rumore MARIAM.
Versibus egregiam nitor laudare puellam,
Cui mundus meritò celebrat præconia totus,
Quæ fuit Israël claro de germine gentis,
Desponsata proco fœcunda puerpera virgo.
Sed DEUS omnipotens quadrati conditor orbis,
A quo processit præsentis machina mundi:
Cui secreta patent ex alto culmine cuncta:
Quique abstrusa suo perlustrat lumine tetra,
Virginis intemerata videns præcordia castæ,
Maluit ut prolem peperisset virgo supernam,
Sordida qui veniens demsisset crimina mundi,
Dum delubra dedit Christo, atque sacella pudoris.
Mox genuit verum lumen de lumine patris,
Exueret mundum ut furna caligine Christus.
Qua genus humanum tetro torpebat in orbe,
Usquequo clarifici luxerunt lumina solis,
De quo jam dudum cecinerunt verba Prophetæ.
Hæc inquam virgo cœlesti pignore fœta,
Edidit ex alvo salvantem secula regem,
Imperium mundi solus qui jure gubernat,
Ut dudum angelico discit virguncula fatu.
Cùm pater altithronus Gabrihel misisset ab astris,
Hæc fuit, egregius quam promit carmine * vates,
Qui Solymis quondam dives regnavit in arvis,
Hortus conclusus florenti vertice vernans,
Fons quoque signatus cœlesti gurgite pollens,
Nec non & turtur tremulus, cui præscius infit
Angelus: en sobolem generabis virgo perennem,
Atque puerperium paritura puerpera gignes.
Filius altithroni faustus vocitetur in ævum.
Spiritus è cœlo veniet sanctissimus in te,
Virtus ecce tuo confert umbracula cordi:
Patris obumbrabit te virgo celsa potestas.
Quo dicto, matris turgescunt viscera fœtu,
Qui genitus mundum miseranda labe resolvit,
Atque crucifixus scelerata piacula demsit.

* m. s. vatis.

XXXI. S. Cæcilia V. & M.

Porrò Cæciliæ vivacem condere laudem
Quæ valeat dignè metrorum pagina versu?
Quæ sponsum proprium convertit dogmate sancto,
Mellea carnalis contemnens ludicra luxus.
Basia dum potius dilexit dulcia Christi,
Candida præ pulcris complectens colla lacertis.
Quamvis harmoniis præsultent organa multis,
Musica pierio resonent & carmina cantu;
Non tamen inflexit fallax præcordia mentis
Pompa profanorum quæ nectit retia sanctis,
Ne fortè properet paradisi ad gaudia miles.
Taliter interea compellans vocibus infit,
Dum secreta petunt concessa lege tororum.
Angelus en, inquit, superis tranavit ab astris:
Hic me, patronus, cœlesti fœdere fulcit,
Ut nequeam prorsus quidquam carnalis amare.
Namque meum jugiter conservat corpus in ævum,
Ut nullus valeat spurco succensus amore,

Con-

Contrectare mea probroso crimine membra:
Sed mox angelicis ulciscens vindicat armis,
Qui me pollutis nituntur prendere palmis.
Sic devota Deo convertit femina sponsum:
Nec non & levirum solvens errore vetusto,
Donec credentes sumpsissent dona lavacri,
Facti municipes in summis arcibus ambo,
Martyres effecti carnis tormenta luentes.

XXXII. S. Agatha.

Sicilia tellus, quam vallant cærula ponti
Fluctibus, & rabies pulsat per secula salsis,
Edidit Agathen, Christi famulatibus aptam.
Accola quam Siculus famosa laude frequentat:
Quæ se divinis subdebat cultibus ultrò.
Namque pubertatis florebat tempore Christo,
Divitias mundi conculcans mente caducas,
Omnia seclorum mox ornamenta relinquens,
Et sequitur Dominum devota juvencula Christum.
Quis verò pœnas verbis enarret acerbas?
Aut mortis valeat clades effarier acris,
Quas tunc in teneris perfert virguncula membris?
Horrida vulnifici patitur discrimina ferri,
Quod castum lacerat corpus mucrone cruento,
Pectora virgineis fraudantur pulcra papillis,
Purpureusque cruor stillans de carne fluebat.
* Sic quoque carnifices torrebant igne puellam,
Virgineos artus assantes torribus atris.
Sic dicto citius perdebat flamma vigorem,
Ignibus innocuis exurens membra puellæ.
Nec fuit in pœna simplex vexatio carnis,
Sed triplex potius: torquet strictura lacertos,
* Tum rogus ardescens, & rubræ fragmina testæ,
Nec non & rigidi crudelis sectio ferri,
Membra cruentabat spurco sine crimine culpæ.
Tum pater omnipotens devotæ virginis altor,
Arcibus æthereis defixit lumina terris;
Femineum indolis gaudens spectare triumphum;
Mox dedit auxilium clemens auditor egentûm.
Fortior ut fieret truciter torquentibus illam.
Posthæc martyrii mercatur sanguine sertum.
Perpetuas regni sumens ex carne coronas.
Denique post obitum, signorum non vacat expers,
Quamlibet in tumba pausarent ossa sepulcri,
Et sacer astrifera gauderet spiritus arce.
Tempore nam quodam fervescens ignibus Ætna,
Torrida flammivomis trudebat sulphura rivis,
Tunc ruit in præceps ambusta cacumina linquens,
Congeries lapidum, liquefactaque viscera montis,
Tum Siculus cultor flammarum fulmina cernens.
Ignibus opposuit sanctam cum corpore tumbam,
Et dicto citius sopivit damna focorum:
Unde Trinacriæ tellus exultat in ævum.

XXXIII. S. Lucia.

Cùm stolidi proceres, qui mundi regna regebant,
Martyres immeritò multata carne necarent,
Seu potius fuso decorarent sanguine sanctos,
Passuros inter fuerat virguncula quædam,
Lucia, quæ Dominum dilexit sedula Christum,
Quam de stirpe bona, & claris natalibus ortam,
Nonnulli juvenes thalamis adsciscier optant.
Sed sacrata Deo fœdus sponsale reliquit,
Mores ob castos, & cœli regna lucranda.
Hæc matrem monuit fessam languore cruento,

* Sed. Hanck.

* m. f. Dum.

Tan-

SÆC. VII. ANNO 690.

Tangeret ut tumbam, qua clausum virginis almæ
Agatæ corpus placida sub morte quievit,
Femina ceu quondam fluxu vexata cruoris.
Occultè Christum tetigit, quam fimbria pepli
Curavit medicans, Domino donante salutem.
Sic igitur genetrix sancta virtute sepulcri
Claudebat patulas extemplo credula fibras:
Ut nunquam flueret venarum rivulus ultrà,
Et dicto citius siccaret sanguinis unda.
Tunc proles cœpit verbis narrare parenti,
Quod vellet Christo jugiter servire pudica,
Atque thorum sponsi mallet contemnere virgo,
Aurea gemmatæ linquens crepundia pompæ,
Utque peregrinis * ..... ornamenta procorum,
Pauperibus stipem tribuens, & munera mancis.
* . . . .
. . . .
Thesaurosque suos sub cœli conderet arce.
Filia mox matrem fatu correxit amico,
Credula virgineis pandentem pectora verbis,
Ut simul offerrent dites patrimonia Christo:
Quod, dum compertum vulgi sermone crebrescit,
Atque fatigantur sacris rumoribus aures,
Tetrica mox sponsi fervent præcordia felle.
Gorgoneis infecta malis, * pro virgine dempta,
Quam sibi Salvator sponsam copularat adultam,
Sanguinis arrhatam conquirens dote puellam,
Ignescunt populi lymphatica corda furentis,
* Ringitur & consul dira Paschasius ira,
Dum altercaretur crudus cum voce tyrannus,
Christo sponsam nitens auferre venustam.
Cum nec sermonum stimulis cedebat acerbis:
* Nec blanda flecti leonum fraude valebat,
Quamlibet ad tetrum traheretur fune lupanar,
* Atque boves pariter traxissent restibus almam.
Quanquam tortores assarent igne tenellam,
In quo nigra picis, nec non & pinguis olivi
Flumina terrifico crepitabant torre pyrarum,
Ut magis horrorem sentiret virgo beata,
Plurima dum flammis augerent pabula pagi.
Sed citò vexantis cedebat machina pœnæ.
Innocuis prunæ coxerunt membra favillis,
Defensante DEO, flammasque fugante rogorum.
Tunc igitur morbo mentis cruciatus acerbo,
Non tulit obprobrium judex à virgine factum:
Candida sed rigido violavit viscera ferro.
Purpureus cruor extemplò de carne manavit.
Nec tamen exultat sævus de morte tyrannus.
Nec gratatur ovans cæsa pro virgine Christi:
Sed sicuti nexis stringebant colla catenis,
Nodatis meritò nectentes brachia vinclis.
Sic reus advenit Romanam consul ad urbem,
Ut vindicta gravis noxam puniret * anormem,
Dum cruor insontis, cum sontis sanguine fuso,
Ulciscebatur dignè pro talibus ausibus.

XXXIV. S. Justina.

Sic quoque Justinam modulabor carmine castam,
Aurea virgineo lucrantem regna pudore,
Quæ terrena tori disrupit vincla jugalis.
Florida mundanæ calcans commercia vitæ.
Huic procus illustris pravo succensus amore,
Nectere non cessat verborum retia frustra:

* daret fortè inserendum.
* Hic erasi sunt duo versus in m. s.
* m. s. mendosè, per virginea.
* m. s. ignitur.
* m. s. non.
* m. s. atque bobes parustle ressibus.
* m. s. inormem.

Sæc. VII. Anno. 690.

Ut sibi fortè foret dotalis virgo per ævum,
De qua posteritas esset ventura nepotum.
Sed cum tale nefas * gestaret mente malignus, *m.s. gestiret.*
Nec tamen insontem posset pervertere fallax,
Virginis aut fibras cœcis incendere flammis,
Nititur egregiam magicis maculare venenis.
Tunc famosus erat Cyprianus fraude nugaci,
Doctus in horrenda sceleratorum arte magorum,
Qui tunc auxilium spondebat ferre petenti.
Plurima schematisans sacræ molimina menti,
In tantum, ut diris certaret dæmonis armis.
Quod magus assiduè strophosus misit ad almam,
Ut pia pulsarent stimulis præcordia stupri.
Sed cum virgo Dei sprevisset frivola carnis,
Lurida tetrorum confringens tela latronum,
Credidit altithronum salvantem secula Christum,
Ad Dominum tota conversus mente fidelis,
Pœnituit tandem magus idola spurca relinquens,
Expertus virgo quid posset ferre pericli,
Quæ nunquam valuit superari mille nocendi
Artibus, incesti sed fugit crimen iniquum.
Posthæc imperio regeret cum Claudius orbem,
Impius edictis sanctos crudelibus urgens,
Heu scelus! ut Christum damnati voce negarent,
Nolentes autem sectari scita tyranni,
O quam dura necis graviter tormenta luebant,
Tunc Justina suum ferro supponere collum.
Sanguinis aut rivos non horret fundere fibris.
Sic geminis felix ornatur virgo triumphis,
Martyra cum roseis rubuit veneranda coronis.
Candida virgineis florebat femina sertis,
Cum qua martyrii meruit vexilla cruenti.
Crudus Athleta Dei Cyprianus fuso cruore.
Sicque poli pariter scandebant sidera Sancti,
Ut prædira necis pariter tormenta tulerunt,
Eugeniam porrò claris natalibus ortam, XXXV. *S. Eugenia.*
Gemmam virgineo rutilantem stemmate rubram,
Quis dignè indoctus metrorum versibus usquam
Rusticus explanet? cujus præconia passim
Lætus concelebrat sub cœli cardine mundus,
Atque supernorum reboat concentibus aula.
Denique baptismi nondum cunabula sacra
Suscipiens, Christum miro veneratur amore.
In tantum, ut proprios dempsisset femina crines,
Cæsarie spreta sumens signacula Christi,
Ac sexum simulans, posset tonsura virilis
Hac ratione rudi sic occultare latentem.
Namque crucem Domini syncera mente virago
Gratulabunda vehens * basternam linquit inanem, ** Glossator ad marg. vehiculum.*
Pergere cum pueris astus quos arte refellit,
Ut remeare queat prudens per devia virgo.
Passibus & properis Sanctorum limina lustrat,
Pontificemque petens baptismi lucra capessat.
Protinus ad sedes venit basterna relictas,
Quam ut crevere simul spretam remeare parentes,
Pectora ferratis riguerunt marcida curis.
Plurima tunc etiam Fortunæ casibus actæ
Turma Propinquorum questus è pectore promit,
Salsaque palpebris effundit flumina lectus,
Tristia rorifluì humectant imbribus ora.
Tunc bino spadone fuit comitata virago,

SÆC. VII. ANNO. 690.

Suſpicio ut nullam poſſet generare querelam.
Hanc Deus inſontem pius auxiliator egentûm
Clementis dextræ clypeo protexit inermem,
Ut cecinit dudum famoſus carmine vates:
Nam mentita fuit ſtrophoſis lingua loquelis,
Criminibus ſtupri nitens damnare puellam;
Sed pater omnipotens, qui cuncta latentia noſcit,
Virginis intactæ noluit monſtrare triumphos.
Auctorem ſceleris populo præſente revincens,
Sicut matrona ſtimulis agitata malignis,
Illuſtrem Chriſti famulam ſermone procaci,
Deformare ſtudet, naturæ jura * recidens; (* *m. ſ. præſcindens.*)
Sic iterum infelix, plebis vallante corona,
Magna cachinnantûm pateretur ludicra, votum
Plecteret, & meritò vultus confuſio noxam:
Ut nunquam dicant gentes, ubi eſt DEUS eorum.
XXXIII. *S. Agnes.* (*a*) Floruit in mundo quædam virguncula Chriſti,
AGNÆ cui nomen priſci dixêre parentes,
Inclyta hæc fuerat fragrans virtute pudoris,
Ætatis decimus, nec non & tertius annus
Fluxerat in terris, cum primo gliſceret ævo,
Illuviem mundi contemnens corde nefandam.
Sed procus illuſtrem præfecti filius AGNAM,
Qui famoſus erat, regali faſce togatus,
Subnixis precibus thalamis adſciſcere nitens,
Aurea cum rubris offert crepundia pennis:
Nec non argenti ſpondendo plura talenta,
Nititur intactam donorum fallere viſco,
Sicut avem nectit nodoſis retibus auceps.
Sed mox lethiferam ſenſit virguncula cladem,
Crebrius hauriret ſi ſpurcas ore loquelas,
Aut pulſaretur probroſis virgo labellis,
Muſcipulam metuens ſprevit ſermone petulcum.
Nam ſponſam potius ſpondebat ſe fore Chriſti,
Virgineo ſemper ſervantem fœdere corpus,
Qui ſe ritè ſubarravit cum dote Fidei,
Annulus & cujus ſacravit membra puellæ.
Plurima quapropter patiens diſcrimina virgo,
Pertulit in terris inſons ergaſtula tetra.
Sed pius aſpectans certantis bella puellæ,
Arbiter horrendas diſcuſſit carceris umbras,
Et clarum è cœlo lumen de lumine fudit.
Virginis ut tenebras non ferrent lumina furvas.
Truditur ad tetrum ſcortorum caſta lupanar,
Quatenus inceſti (*b*) fuſcetur crimine virgo,
Almaque probroſis * notetur vita loquelis, (* *vitietur.*)
Quæ infirmare ſtudent vernarum nomine Chriſti,
Ut lacerare ſolent latrantes fauce moloſſi.
Tunc Procus advenit denſa comitante caterva,
Garrula verboſis contorquens ſpicula labris,
Quod ſua deſpiceret caſtis connubia votis.
Sed DEUS inſontes qui ſemper jure triumphat,
Iræ cœleſtis punit mucrone reatum.
Nam dicto citius crudeli funere vitam
Liquerat horrendi contingens tartara Ditis,
Qui ſanctam voluit maculoſo lædere geſtu.
Mox igitur precibus diſrupit vincula mortis,

Pallida

(*a*) De Agnete vide plura apud Baron. Martyr. 21. Januar. Aringhum Romæ Subterraneæ L. IV. c. 25. t. 2. p. 67. Mabillon. iter Italicum. Et honores a variis Pontificibus ipſi exhibitos apud Bonanni in Numiſmatis Pontificum ab ipſo nuperrime edititis l. 2. p. 523. & 624. BASN.

(*b*) Hanck. legit *inceſto*, ſed non opus eſt emendatione quippe *inceſti crimine*. BASN.

Pallida purpureo restaurans membra colore.
Quæ multata prius torpebant frigore lethi,
Quatenus inde forent laudis præconia Christo,
Unde prius fuerant spurcis ludibria verbis.
Nam Constantinam sanavit tumba sepulcri,
Et sarcophagus qua pausant membra puellæ,
Ut meritò posset regnantis filia Regis,
Æterno regi regum qui regnat in æthra,
Reddere magnificas pro vita sospite grates.
XXXVII. S. Thecla.
Virgo dicata Deo florebat tempore prisco,
Nomine hanc Theclam veteres dixere parentes,
Quæ conversa fuit sacrato dogmate Pauli,
Et Christum sequitur connubia pacta relinquens.
Virginitatis amor fragrans in corde puellæ,
Dulcia mundanæ sprevit consortia vitæ,
In qua fundavit cœlestis gratia mentem,
Secula quam penitus nunquam mollire valebant.
Durior ut ferro foret ad tormenta cruenta,
Hanc pater, & genitrix pactis sponsalibus, ambo
Ad stirpem generis satagebant dedere * nuptis.
Sed mens virgineis ardescens torrida flammis,
Gurgite mundano perfusa tepescere nescit.
Quamvis verborum rorarent imbre parentes;
Sicut nimbosis stillabant æthera guttis.
Propterea focus, & flagrans accenditur ignis,
Vulcanus latè fervebat torribus atris,
Ut virgo felix ferret tormenta rogorum,
Consumptura piam falso sine crimine carnem.
Tali femineam sontes molimine spinam
Excruciare student, membratim quatenus ossa,
Si fieri posset, vacuarent cruda medullis.
Sed Deus æterna defendit ab arce puellam,
Ut voti compos flammas evaderet ignis.
Truditur ad rictus virgo laceranda * leonum
Diris verò dant muliebres morsibus artus.
Bestia sed sacrum non audet carpere corpus.
Defensante Deo devotæ membra puellæ:
Dum teneræ carni non usquam sponte pepercit:
Sic sator electis cum mundi scammate certant,
Aurea cœlestis largitur præmia regni.
Hæc suprema suæ decoravit tempora vitæ,
Purpureo sanctam perfundens sanguine carnem,
Martyr perpetui dum scandit lumina cœli.
XXXVIII. S. Eulalia.
Eulaliam prosæ vulgatam laudibus olim,
Metrica nunc studeant venerari carmina sanctam,
Quæ mortale nihil vano dilexit amore:
Nec quidquam in mundo satagit præferre Tonanti,
Sed cunctas pariter pompas contempsit opimas,
Funditus ut spretis cœni squalentis ad instar
Deliciis gazæ sequeretur libera Christum.
Hæc thalami luxus, & gaudia blanda tororum,
Atque caducorum sortem despexit honorum,
Quatenus in cœlis castæ virtutis amator
Arbiter omnipotens impendat præmia vitæ,
Qui solet assiduis castos * ornare triumphis.
Militibusque suis portam reserare per æthram.
Dum vincunt Sancti fallentis præmia mundi,
Atque coronatis gestant vexilla maniplis.
XXXIX. S. Scholastica.
Tempore Gothorum fuerat virguncula quædam,
Quæ propriam ex schola sumpsit Scholastica nomen:
Hanc Deus ubertim cœlesti munere ditat,

* nuptum f. leg.

* m. s. leonum.

* m. s. armare.

Aurea

SÆC. VII. ANNO 690.

Aurea virgineo lucrantem præmia voto.
De qua hoc præcipuum vitæ rumusculus almæ
Divulgare solet, latus quà tenditur orbis,
Quod fratrem sibimet germano fœdere junctum,
Subnixis precibus gestit compellere virgo,
Quatenus acciperent sacrarum dulcia noctùm
Fercula librorum, & sancti convivia verbi,
E quibus affatim saturantur pectora plebis,
Atque saginantur sanctorum corda virorum.
Sed fidus * precibus frater non flectitur ullis,
Quin imò sanctam contempsit voce sororem.
Tum virgo Christum pulsabat voce benignum,
Ut sibi dignetur vulnus sanare doloris.
Mox igitur cœlum nimboso turbine totum,
Et convexa poli nigrescunt æthere furvo,
Murmura vasta sonant flammis commista coruscis,
Et tremuit tellus magno * tremebunda fragore;
Humida rorifluis humectant vellera guttis,
Irrigat & terram tenebrosis imbribus aër,
Complentur valles, & larga fluenta redundant.
Tunc mansit volens, qui pridem sponte negavit,
Quod germana petit deplorans anxia curis.
Sic Deus auscultat devota mente rogantes,
Quamlibet à nullo solandi verba capessant.

* Rigidus. Hanck. m. ms.

* f. fremebunda.

XL. S. Constantina.

(a) Nobilis in Roma vixit pulcherrima virgo
Constantina, novæ præbens spectacula vitæ,
Omnibus integrè qui conversarier optant,
Lurida linquentes veteris contagia vitæ.
Hæc inquam virgo cœlesti freta patrono,
Contempsit mundum felix cum flore virentem,
Arida ceu paleæ projecta peripsema squalent.
Utque magis stupeas, rumorem adverte parentum.
Nam pater augustè regnorum sceptra gubernans,
Imperium mundi, Christo regnante regebat,
Qui Constantinus nomen fortitur in ævum.
Hic sobolem sanctam miro dilexit amore,
Dum vitæ meritò latè præconia cursant,
Quam pater intactam summus sub dote spopondit,
Felix virgineis cum jam pubesceret annis.
Namque proco fuerat, quo non præstantior alter,
Regibus exceptis, qui mundum jure gubernant,
Desponsata probo, pactis sponsalibus arrhæ.
Sed Deus integram satagens servare puellam,
Satrapæ mentem stimulis compungit acutis.
Funditus ut pompas sæcli sprevisset opimas.
Mallet immunis regi famularier alto,
Deliciis mundi quàm opulentis degere dives.
Cui sic evenit miranda salutis origo,
Tempore nam quodam diris exercitus armis,
Scythicus adveniens densa stipante caterva,
Hostibus innumeris Thraciam vastabat inertem,
Tum gener Augusti vallatur milite, parvæ
Mœnibus inclusus, mox propugnacula scandit,
Armis diffusus sævo grassante tumultu,
Esset ut horrenda crudescens mortis imago,
Et desperatus torperet miles in urbe.
Tunc consul Paulo, nec non hortante Joanne,

Ocyus

(a) Quæ fuerit illa Constantina, latet eruditos: dicitur quidem Constantini filia, sed hæc virginitatem intemeratam non habuit; nupsit enim Hannibaliano. Ab aliis dicitur Constantia, cui mausoleum sive mansio dicitur erecta Romæ in templo Agnetis. De ea vide Mabillon. iter Italicum p. 84. Certum tamen est Constantino nullam fuisse filiam, quæ Constantia diceretur. Basn.

Ocyus excelso devotus vota spopondit,
Ut Salvatori reliquum serviret in ævum,
Christicola clarus, delubra vetusta relinquens,
Si populi strages, & sæva pericla duelli
Protinus auferret solita clementia Christi,
Temperiem reddens discusso turbine belli.
Quæ cum dicta forent spondentis voce sequestra,
Extemplò, Christi sensit solatia prætor,
Cœlicolis superis mox defendentibus urbem,
Æmula dum passim verterunt terga phalanges,
Pace salutiferis populum stipante coronis.
Denique cum voti remeasset compos ad urbem
Compta triumphorum fortitus labbara Princeps,
Inclyta Romanis revehens ex hoste trophæa,
Servorum decies quingentos liberat heros,
Hoc est, vernarum famulantia millia quinque,
Participes faciens Romanis civibus omnes.
Nec petit Augustum pactam sibi reddere sponsam,
Conjugium penitus famosum sponte * recusans,
Sprevit opum nodos, mundique reliquit habenas,
Ut pauper Christum miles sequeretur egentem,
Jam factis complens *----- scripta docentis,
Tota vovete Deo reddentes debita pacta.
Sic Deus omnipotens famulam protexit amantem,
Vocibus assiduis pulsantem regna Tonantis,
Ut se servaret sator integritatis amator,
Lurida linquentem scævi colludia luxus.
Plures nam Christo convertit dogmate turmas,
Exemplo simul, & celebri rumore coruscans,
Uberius pandunt geminæ quod fortè sorores,
Attica, & Artemia prætoris sanguine cretæ,
Quem Gallicanum vocitabant secula prisca:
Præfatas cujus soboles regina monebat,
Virgineum castis ut fervent gestibus ævum,
Florida quæ pariter meruêre trophæa pudoris,
Dum mundum linquunt transacto tempore vitæ,
Et faustè properant ad cœli sidera sursum.

* m. f. recusans.

XLI. Nec minus interea Romæ tiruncula Christi
Floruit Eustochium, venerandæ filia Paulæ,
Infula quam nitidæ comebat casta juventæ,
Legibus angelicis servantem jura pudoris.
Quamvis Blæsillam secli fortuna sororem
Necteret ad thalami copulam, tedasque jugales,
Vincula comptorum passuram blanda tororum.
Attamen ereptum sic luxit sponsa pudorem.
Cum vir mundanæ clausisset lumina metæ,
Plangere ceu solet ablatum matrona maritum,
Anxia dum queritur singultu funera sponsi.
Hos igitur threnos, quos mundi fata facessunt,
Lethifer & morbus crudeli calce lacessat,
Eustochium lachrymis virgo non sensit amaris,
Mellea mundani temnens contagia luxus.
Aspidis ut morsum spernebat basia buccis,
Dulcia sed Christi compressit labra labellis,
Oscula dum supero defixit limpida sponso,
Ut cecinit quondam famoso carmine princeps,
Qui sceptrum regni Solymis erexit in arvis,
Personam Christi, sponsali dramate sumens.
Sic inquam voti vixit virguncula compos,
Ut meritò fama reliquum celebretur in ævum,
Cùm sacer interpres conscripsit opuscula plura,

S. Eustochium.

SÆC. VII. ANNO 690.

S. Hieronymus.

* Qui rudis, & veteris digessit famina legis,
Hebrea Romulidis vertens oracula linguis,
Nec non Argolicas Italo sermone loquelas,
Idem translator biblis opulentus opacis
Transtulit in latium peregrina volumina pandens,
Thesaurosque simul librorum fortè Pelasgos
Edidit in lucem, quos pagina texerat umbra,
Clavibus Ausonia verbis clustella resolvens.
Tomum præterea comptum sermone polito,
Ad famulam Christi scripsit didascalus idem,
In quo pinguntur castæ præconia vitæ,
Qualibus integritas ornetur candida sertis,
Immunes artus servans sine sorde petulca.
Sic soboles Paulæ degit lectissima virgo,
Donec supremam clausissent secula metam,
Aurea tùm properè penetrarat regna polorum
Spiritus, ad superas anima remeante catervas.

XLII. *S. Demetrius, Vide S. Hier. Ep. ad Demetriadem. virg.* CAN. (a)

Hic quoque metrorum crebrescat laude per orbem,
Demetridis honor sacratæ virginis almus.
Quam licet Europæ faustis natalibus ortam
Plurima cum densis celebrarent agmina turmis,
Punica sceptra tamen præconia sancta stupescant,
Virginis egregiam vultu mirantia famam.
Sicut enim lychnus modii non clauditur umbris,
Summa sed potius fulgescens arce locatur,
Omnibus ut radiet clara cum luce coruscans;
Sic sacrata DEO, casto virguncula sexu,
Vixerat in terris cœlesti freta patrono.
Inclyta hæc fuerat generosa stirpe parentum,
Nobilibus titulis vitæ cunabula sumens,
Sed tamen ante DEUM multo generosior extat,
Virtutum meritis rutilans, ut gemma coronæ,
Pulcra comis, cirrisque decens, & candida vultu,
Fronte caperrabat * frugalis virgo Tonantis.
Hanc opulenta sibi certatim turma Procorum,
Formosam specie, thalamis adsciscere gestit,
Plurima dum felix ditis patrimonia gazæ
Possidet obryzum, ac gemma fulgente metallum,
Ac segmentata fulgebat veste virago.
Innuba sed voluit dotales linquere pompas,
Et superi potius sponsi lentescere labris,
Suavia compressis impendens oscula buccis.
Nam nuper legi facundo grammate biblum,
Virginis eximiam qui scribit commate vitam,
Ut precibus genitrix subnixis sancta poposcit,
Cùm pia trans pontum pulsaret certa * Magistrum,
Scriberet ut suboli doctrinam ritè supernam,
Qualiter in cordis thesaurum condat acerra
Virgineum servans stupri sine sorde pudorem.

* *Caperrata pro caperatâ. Hanck. n. m. s.*

* *S. Hieronymum.*

XLIII. *S. Anastasia.*

Tempore quo rigidos sævi tormenta tyranni
Athletas Christi cogebant ferre cruenta,
Tres simul illustres sumser.... sorores,
Splendida purpureis plectentes serta coronis.
Dum simul integritas candens & passio rubra,
Virginibus Christi cumulabant præmia dupla,
Quarum per prosam descripsi nomina dudum.
Impius Augustus qui mundi regna regebat,
Has Christi famulas nuptis adsciscere gestit,

Pluri-

(a) Canisius non observaverat Epistolam illam non esse Hieronymi, sed Pelagii, quamvis an. 413. eam scriptam censeant Benedictini Patres in nova Augustini editione. BASN.

Plurima sacratis promittens dona puellis:
Si mallent omnes consortes esse Procorum
Nobilium pulcra fungentes dote virorum.
Si verò nollent ritum complere jugalem,
Mox tormenta jubet sanctas perferre puellas,
Lurida passuras strictis ergastula claustris,
In quibus exiguæ caperent nutrimina crustæ:
Sed tamen insontes felix Anastasia vernas
Pascere non cessat præbens alimenta misellis,
Quæque stipem quæstus, simul & patrimonia gazæ
Martyribus confert, mortis discrimina passis.
Illius idcircò divulgant secula famam,
Et rumor laudis perpes crebrescit in ævum,
Quæ contempta sui sprevit patrimonia sponsi,
Et sequitur Dominum neglecta sorte mariti.
Pertulit idcircò pœnas matrona cruentas,
Quas nunc in chartis biblorum digerit ordo,
Et legitur felix descriptis passio scedis,
Annua dum redeunt celebrandis tempora festis.
Denique prædictas germana mente sorores,
Diri tortores ducunt è carcere cœco,
Quas simul adspiciens formosis vultibus, atrox
Præses Dulcitius spurco succenditur igne,
Luxuriæ stimulis cœco correptus amore.
Plurima tunc pellax spondebat dona puellis,
Si mallent animo nutum complere nefandum.
Sed famulas Christi protexit parma pudoris,
Spicula luxuriæ spernentes corde profanæ.
Sed nocturna quies, cum fessos occupat artus,
Dulcia dum famulæ cecinissent carmina Christo,
Odis Psalmorum pulsantes ostia cœli,
Audet atrox sanctam spurco flammatus amore,
Audacter cellam stolidis irrumpere plantis.
Sed præstante Deo, cœcatur corde malignus,
Basia cacabis dum stultus tradidit atris:
Sic ollis niger, & furva sartagine teter,
Per totam noctem præses deluditur amens,
Defensante Deo, sacrasque tuente puellas.
Egreditur tandem infelix gurgustia linquens,
Quem scelerum socii nequeunt cognoscere fronte,
Sed procul abscedunt vasto crepitante tumultu,
Linquentes larvam, furvum phantasma putabant.
Nam proprias acies fautor cœcabat iniquus.
Ut solus nebulam strophæ (non) nosset adulter,
Cernere quam reliqui quirent sine fraude maligna.
Tum petit Augusti demens suffragia questu,
Vindicet ut flagris vernarum crimina sontum.
Quo viso proceres densa stipante corona,
Cum colaphis cedunt, & lento vimine flagri,
Ut procul effugeret facies larvata nefandi.
Ducitur ad propriam famulis comitantibus aulam,
Moxque clientelæ resonant singultibus ædes,
Dum cernunt dominum picea fuligine pictum.
Autumat incassum fretas virtute magorum
Hoc sibi * clasma tetrum sacras gestasse puellas, * f. phasma
Idcircò peplis jussit fraudare beatas,
Pasceret obscœnos ut nudo corpore visus.
Quos prius in latebris fraudis phantasma fefellit.
Sic Deus ex alto, qui sanctos jure triumphat,
Cum forti famulas dextra defendit inermes,
Ut nullus membris posset auferre cyclades.

Venit

SÆC. VII. ANNO 690.

Venit ad extremum princeps Sisinnius atrox,
Ut famulas Christi, si nollent tura litare,
Nec delubrorum ritus offerre profanos,
Insontes pariter crudeli morte necaret.
Sed nullus valuit sanctas terrore minarum,
Quamvis centenis plagis incumberet atrox,
A Christi cultu mentes discludere fixas.
Tum geminas mandat flamma crepitante cremari:
Quæ sic orantes potius, quàm damna ferentes,
Angelicis ulnis ad cœli sidera scandunt.
Tertia sed sequitur cuneum visura supernum,
Tramite dissimili tendens ad præmia vitæ:
Spicula dum patitur longis exempta pharetris,
Vulneribus crebris occumbens saucia virgo,
Purpureusque cruor tenera de carne cucurrit.

XLIV. *S. Rufina, & Secunda.*

Præterea geminas divulgat fama sorores,
Romæ sortitas primæ cunabula vitæ.
Nomine nempe prior felix Rufina vocatur,
Altera posterior floris ætate, Secunda.
His pater * Asterius, nec non Aurelia mater,
Nobilium pulcra Consulum dote Procorum.
Sed tamen illustres sponsalia jura recusant,
Cunctaque fallentis mundi patrimonia spernunt,
Ut sponsi thalamis, cœli qui regnat in arce,
Jungantur jugiter, quo floret pulcra juventus,
Et nunquam aggreditur rugis * fulcata senectus.
Harum igitur sponsi, neglecto tramite Christi,
Errorum anfractus salebroso calle sequuntur.
Quamvis ante fidem gestarent pectore puram,
Idcircò sponsæ temnentes jura Procorum,
Urbis Romanæ linquunt fastigia celsa,
Ut tempestatem tranquilla mente nescirent,
Quam rea sponsorum concinnant famina sponsûm.
Namque petunt pariter Basternis prædia nota,
Quæ procul in Thusciæ felices parte regebant.
Sed rursus Romam sponsis prodentibus, ambæ,
Missis militibus properè ducuntur ad urbem,
Squalores pariter passuræ carceris atros.
Tunc Rufina soror dictis parere nefandis
Renuit, ut vetitum fanis offerret honorem.
Cæditur idcircò cum lentis femina flagris,
Ut soror adspiciens mollescat mente Secunda,
Verbera dira pati cum sanctos cerneret artus.
Sed secus evenit, quàm tortor credidit atrox,
Dum nutabundis non fatur virgo loquelis.
Nam constanter ait, nunquam tremebunda Secunda:
Adfer cuncta simul nobis tormenta cruenta:
Ignes, & macheras, & rubras * vibice virgas,
Restes, & fustes, & dura grandine saxa,
Cœrula sanguineis harpagans vulnera rivis,
Quot tu pœnarum genera crudeliter infers,
Ast ego tanta feram victo tortore tropæa:
Quot tu concinnas crudi discrimina lethi,
Tot nos in supera numerabimus arce coronas.
Tunc iterum carcer laternæ luminis expers,
Passuras claudit fumoso stercore pœnam:
Sed splendor lucis radiantis ab axe polorum,
Furvas exstinguit latebrosi carceris umbras,
Et fœtor fimi, ut turis fragrantia spirat.
Posthæc in thermas ambusto torre calentes,
Ambas trudebant divino numine fretas.

* m. s. Austerius.
* m. s. culcata.
* m. s. ubica. s. obice,

Sed

SÆC. VII. ANNO. 690.

Sed tamen in thermis crepitantes fomite flammas
Protinus exstinxit cœlesti rore potestas.
Artus virgineos sic texit parma pudoris,
Ut nihil innocuis læsisset caro favillis,
Sed fax, & fomes, & dempto pruna vigore,
Nequidquam ardentes sopito torre tepebant.
Tum famulas tortor sacratas imperat atrox
Pondere cum scopuli collum constringere nexu,
Alveus ut Tiberis mersisset gurgite glauco,
Quas prius exusti non audent urere torres:
Sed famulas Christi nectebant cœrula fluctu,
Frigida cum vitreis stupuerunt flumina flustris,
Ad ripas remeans rursus cum sospite vita,
Corpus virgineum damnat ceu * plana carina.
Tunc jussu rigidi truculento principis æquè
Sanguine purpureo sanctarum membra rubescunt,
Ambæ martyrii mercantes serta cruenti;
Nec non virgineos sumpserunt jure triumphos,
Rura relinquentes cœlorum regna capessunt,
Quamvis ossa tegat tellus, & tumba sepulcri
Artus includat pro Christo funera passos,
Donec scintillans exurat secula carbo.
Attamen ad cœli scandunt spiracula sedes,
Absque chao densis gestantia labbara turmis.
Quando catervatim vallant cœleste tribunal.

* m.s. planata carina.

XLV. S. Anatolia, & S. Victoria.

Tempore quo Decius triquadrum rexerat orbem,
Militibus Christi mortis discrimina patrans;
Extitit in Roma binarum fortè sororum
Fama præcipuus, pulsans rumoribus aures;
Quas nullus poterat tormentis vincere tortor.
Quamlibet insontes multaret cæde cruenta,
Ut vitæ auctorem reflexa mente negarent,
Altera de geminis felix Anatolia dicta:
Altera sed gestat verum Victoria nomen,
Has igitur sponsis claris natalibus ortis
Ad prolem generis satagunt adjungere nuptas.
Sed mens virgineis ambarum torrida flammis
Stuppas luxuriæ combussit torre pudoris.
Spurcitias mundi contemnens corde caducas,
Divitias spargunt, simul & patrimonia dantes
Aurea purpureis calcant crepundia gemmis,
Cunctaque pauperibus mox ornamenta misellis,
Nil sibi servantes, vendunt pro stipe superna.
Nuntius è cœlo pinnatus labitur alto,
Flammeus aspectu, niveo candore coruscus,
Sceptrorum lumen dextra gestabat in alma:
Ambas alloquitur tali cum voce puellas.
Nunc procul à vestro pallorem pellite vultu,
Pectore nec pavido quatiens timor ilia pulset,
Dum vobis thalamus paradisi fide locatur,
In quo perpetui nunquam consortia sponsi
Deficient penitus, sed gaudia longa manebunt.
Si vos virginitas comes indefensa tuetur.
Tunc ambæ servant castæ consortia vitæ,
Angelus ut dederat sanctis præcepta pudoris,
Usque fugam vitæ cùm mors in limine latrat,
Marcida depopulans vitali pectora flatu.
His igitur gestis ringuntur scæva Procorum
Pectora lethifero zeli maculata veneno,
Dum cernunt amplum sponsas expendere censum.
Interea Romam linquens Victoria virgo,

SÆC. VII. ANNO 690.

Exul in exilium tribunali ducitur urbis,
Quo draco funestus ructabat flamina ventris,
Limpida lethiferis corrumpens aëra venenis,
In tantum, ut cives vasto crepitante tumultu,
Linquere jam mallent pollutam flatibus urbem,
Exosi latebram, qua horrens belua latebat.
His igitur miseris spondet Victoria virgo,
Credula si Domino pandant præcordia Christo,
Lurida pestifero linquentes idola cultu,
Ut dicto citius truculentam flumine * gypsam,
Quæ turmas vulgi multabat strage cruenta.
Pelleret è populo, dum mallent credere Christo.
Quod dum sponderent concordi voce catervæ,
Illicò squamigerum proturbat virgo chelydrum,
Et procul in vacuas jussit reptare salebras.
Mox draco crudelis sermonum pondere pressus,
Deserit obscurum squamosa pelle sigillum.
Sic virgo felix æthrali freta triumpho,
Ingentem explodit sancta virtute colubrum,
Ut nunquam ulterius serpens irrumperet antrum,
Sed procul abscedens incultis exulat arvis.
Jusserat ut * gypsam verbo torrente migrare,
Civibus impendens expulso natrice palmam,
Tunc rogitat cives felix vernacula Christi,
Quatenus in crypta sibi, natrix unde nefanda
Aufugit, pariter dignentur condere cellam:
Mox veneranda DEI supplex ut virgo poposcit,
Insuper & decies senas junxêre puellas,
Quæ precibus crebris laudarent voce Tonantem,
Odis Davidicis modulantes carmina * sanctè.
Tunc Procus Eugenius delubri flamine fretus,
Turificare jubet, munusque offerre Dianæ.
Alma sed imperium sprevit complere nefandum.
Idcirco macheram stricto mucrone vibrabat
Crudelis tortor fundendo fluenta cruenta,
Virgineos artus consecrans sanguine rubro.
Mox interfector sensit discrimina palmæ,
Arida marcescens dum torpet dextra lacerto,
Insuper expertus calloso corpore lepram.
Vermibus & scatens, efflavit flamen in auras.
Sic quoque famosis, felix Anatolia signis
Claruit, exilium scævi perpessa tyranni.
Consulis en sobolem constrictam nexibus arctis,
Expertem sensus cum bruta mente vagando,
Hostibus explosis restaurat pectus anhelum,
Quorum ore rudi diversis pestibus ægros
Conglomerant pariter stipantes agmine sanctam.
Ollis optatam reddebat virgo salutem:
Nec non & morsum, qui torvam carmine gypsam
Irritat ut Sanctos crudelis belua lacertos,
Dentibus horrendis, & rictu rodat aperto,
Extemplò curat disrumpens vincla chelydri,
Qui prius in spira morsum glomeravit inertem.
Idcirco cursim festinat credere Christo,
Agnoscens propriam tanta virtute salutem,
Insuper & meritum cumulavit sanguinis ostro,
Præmia sumpturus cum cœli cœtibus almis.
Candida post sequitur cum binis martyra sertis,
Integritas nitidam, nec non & passio rubram
Plumabant pariter macta virtute coronam.

* dypsam pro dipsadà, leg.

* f. dipsam.

* m. f. sancta.

* * *

AL-

ALTHELMI EPISCOPI.

INCIPIT DE OCTO PRINCIPALIBUS VITIIS.



Igestis igitur Sanctorum laudibus almis:
Quorum rumores sub cœli culmine flagrant,
Restat, ut ingentes depromant carmina pugnas,
Ex vitiis procedentes, virtutibus atque,
Virginibus Christi, quæ cœli regna negabunt,
Florida lucifluæ claudentes limina portæ,
Ni virtute Dei procul elimata fatiscant,
Et fugiant furvas Christo trudente sub umbras.
Ecce catervatim glomerant ad bella phalanges,
Justitiæ comites, & virtutum agmina sancta.
His adversantur vitiorum castra maligna,
Spissa nefandarum quæ torquent spicula rerum,
Æmula ceu pugnat populorum pugna duorum,
Dum vexilla ferunt, & clangit classica salpix,
Ac stimulant Martem legionum cornua cantu.
His inquam denso virtutes agmine plures
Occurrunt vitiis gestantes bellica signa.
Cassida cum thoracis, nec non ancile duelli,
Et macheram verbi, peccati monstra necantem,
Se in spatium pariter portant ad prælia mundi.
Virtutes quoque parmarum testudine sumpta,
Sæva profanorum contendunt tela sparorum.
Virginitas igitur quæ calcat crimina stupri,
Quam non deturpat peccati sæva cicatrix,
Contra bellantes studeat certare catervas,
Octenosque duces, quibus hærent agmina sæva,
Viribus armatis nitatur vincere virgo.
Nec solum prodest tirones sternere stupri,
Et macerare suam crudeli vulnere carnem,
Cætera ni fuerint vitiorum crimina septem,
Ad diram prostrata necem grassantibus armis.
Ut populus Domini liquit Memphitica sceptra,
Humida cum siccis pervadens cærula plantis,
Et quater annorum complevit tempora dena,
Hoc est, octeni spatiosa volumina lustri,
Usque quo promissæ telluris regna capessat.
Sed plebs Ægypti rubro sub gurgite mersa,
Quæ turmas flustris densas perdebat aquosis,
Ingluviem ventris juste signare potestur.
Quapropter pravas expugnans Virgo cohortes,
Hanc pestem primò diram certamine vincat,
Quam sequitur scelerata phalanx, luxusque ciborum,

SÆC. VII. ANNO 690.

Ebrietasque ſimul, nec non & crapula cordis,
Ingluviem dapibus quæ ſemper paſcit opimis,
Sed gula, quæ dulcis lucratur fercula victus,
Et geſtit ſaturare ſui penetralia ventris,
Ac ſtomachum farcire ſtudet præpinguibus extis,
Jejunii validis pellax proſternitur * armis.

m. ſ. almum mendosè.

I. *Gula.*

Nam protoplaſtus, quem rex formavit Olympi,
Ruricolamque rudem palmis plasmaverat almis,
Pectora fœcundans cœleſti flamine vitæ,
Jam dudum cecidit proſtratus fraude guloſa,
Dum vetitum ligni malum decerperet * ambro,
A quo peſtiferum gliſcebat ſemen in orbe,
Unde ſeges ſpiſſa ſpurcis ſuccrevit ariſtis,
Ebrietas animos ſolet enervare virorum.

m. ſ. gloſſator notat, devoratorem.

Nam ſator & mundi regnator poſt cataclismum,
Cum genus humanum multarent æquora fluſtris,
Paſtinat in ſcrobibus frondenti palmite vitem,
Atque bibens nectar nudabat turpe veretrum,
Proles ut ſtolide rideret voce procaci,
Quod probrum cupiunt fratres velare paternum,
Tertius & primus pepli ſub veſte tegentes.
Si Bacchus valuit venerandum cogere vatem,
Ut devotaret ſobolem, & genus omne nepotum,
Dicens; Sit famulus Canan maledictus in ævum.
Nunc potius metuit defruti pocula virgo,
Æthralem linquat ne victrix forte coronam,
Ebrius ad vitæ ſe neſcit tendere callem.
Loth quoque qui largus * ſceleratos vixerat inter,
Hoſpes hoſpitibus præbens umbracula tecti,
Dapſilis & tribuens cunctis ſolamina victus,
Cum ſcortatores, & molles corde * cynædos,
Qui Sodomæ facinus patrabant more nefando,
Cœrula ſulphureis torrent * flumina † flammis,
Nonne ſator ſoboles ſtupro cognovit adultus, *
Ebrius in thalamo natarum neſcius errat? *
Quod ſcelus infandum patraret crimine nunquam,
Ni mero madidus neſciret jura tororum.
Quid memorem ſæpe temulentum nectare Nabal,
Qui genus extorris, nec non & nomen avitum
Ebrius exprobrat, ſtolida cum voce cachinnans.
Et ni matrona prudens, fore damna marito
Pervigili ſenſu noſſet ventura maligno,
Heu quantos demens ſeu * quales ſtragis acervos,
A rege ſpreto pateretur lentus in aula!
Ut nullum paries mingentem lotia noſſet,
Ante Aurora rubrum quam lumen ſpargeret arvis.
Idcirco hanc beluam ſtudeat ſuperare virago.
Ne balena vorax valvas explodat olympi,
Spiritus ut nequeat paradiſi ſcandere ſceptrum.
Dura quidem jugiter virtutes bella faceſſunt,
Ingluviem contra, vincentem ferrea corda.
Sed tamen integritas jejunis viribus obſtat,
Frangantur dapibus ne propugnacula mentis,
Nectaris idcircò contemnit pocula mulſa,
Atque opulenta fugit pro Chriſto fercula virgo,
Virginitas felix, queat inſervire Tonanti.

m. ſ. langus, quod Scortatorem ſignificat. Hanck. n. mſ.
fronte ibid.
quos f. deſideratur. Can.
†*fulmina id.*
adultas; ſator eſt Loth id.
errans id.
Heu id.

II. *Luxuria.*

Exin certamen ſtuprorum bella ſecundum
Blanda cient caſtè Chriſto famulantibus alto.
Verùm virginitas ſcortorum caſta lupanar
Conculcat pedibus cœni fœtentis ad inſtar.
Ex hoc naſcuntur monſtro turpiſſima verba.

Nec

Nec non scurrilitas, & scoevo ludicra gestu,
Frivolus, & fallax amor, ac petulantia luxus.
O quantos, qualesve viros, & laude celebres,
Hæc Bellona ferox sub tristia tartara trusit!
Virgineum demens strophosa fraude triumphum!
Non sic egregium virtutis perdere palmam
Forma venustatis valuit compellere Joseph,
Qui dominam sprevit nectentem retia luxus,
Et stuprum fugiens pepli velamina linquit:
Idcirco felix meruit Memphitica sceptra,
Quem solus celebrem terrarum prædicat orbis.
Quid referam Judith generosa stirpe creatam,
Prostibulum * regis temnentem pectore puro,
Et stuprum * sceleris calcantem corde profanum?
Civibus idcircò mortis discrimina passis,
Casta cruentatum gestavit fulva tropæum,
Integrum servans devota mente pudorem.
Sic vitium carnis polluta sorde renatis
Integritas almo contemnit casta triumpho.
Æmula virgineis proturbans bella sagittis,
Lurida prostibuli ne possit serpere virus
In fibras fragiles succensis torre medullis.

* Has binas voces transponit Hanck. in n. m. s. absque necessitate, Basn.

III. *Avaritia.*

Post philargyria producit tertia bellum,
Interpretatur vitium quod fortè cupido.
Hæc ductrix pugnæ stipatur milite denso.
Non sola graditur per publica strata pedestris.
Arma cruenta ferens, & spicula lita veneno.
Hæc comites pravos, itidem mendacia mille,
Fraudes & fures, ac falsis frivola gestis,
Appetitus turpis lucri, & perjuria inepta.
Atque rapinarum maculatos crimine quæstus,
Conglobat in cuneum cum falsis testibus ardens,
Ut Psalmista canit lacrymans delicta reorum,
Semper avaritiæ numis servire volentum,
Thesaurizat, & ignorat, cui congreget illa,
Paulus Apostolico promulgat famine Doctor,
Cunctorum caussam contestans esse malorum.
Hoc vitium idcircò conetur frangere virgo,
Dum facinus vastum loculi gestator avarus
In Dominum lucis stropha patraverat atra,
Credita qui rabidis furtim marsuppia palmis
Compilat, & stipem cupidus clam fraudat egentum.
Ultio quapropter lethali calce reatum
Vindicat, & furem crudeli verbere plectit:
Qui regem coeli redimentem secla cruore
Vendidit argenti cæcatus munere demens.
Nec non Hebrææ gentis regnator avarus,
A quo florigerum fraudatur vinea Naboth
Conjuge crudeli * scidam scribente nefandam,
Hoc scelus amborum strophoso crimine gestum
Castigat ex superis prospectans arcibus ultor.
Namque cruenta canes linxêre fluenta tyranni,
Qua dudum occubuit scopulorum grandine vasta,
Innocuus princeps, qui nullum læserat armis.
Jezabel verò quæ tomum scripsit ad urbem,
Atque probos Domini multavit dira Prophetas,
Acriter horrendi discerpunt dente molossi,
Membraque purpureo tabo perfusa ruebant.
Sic quoque quassatis Princeps sub moenibus urbis,
Perdidit aurati vitam per lucra metalli.
Tale fuit lethum miserorum fortè clientûm,

* m. s. schedam.

SÆC. VII. ANNO 690.

Quos simul * ..... saxorum turba terebat, • •
Cum Domini populus muri pinnacula septem
Denso vallaret cuneo fulgentibus armis,
Salpicis & clangor, nec non & classica sistri
Horrendum incussere metum per corda virorum,
Mox eversa ruunt urbis fastigia fractæ,
Quæ dudum steterant septenis arcibus amplæ.
Aurea sic cupidus cumulans crepundia quæstu,
Farcit egens jugiter fulvo nummismate saccum:
Et tamen expleri rabies ambusta negatur.
Ceu laris accensi crepitant incendia flammis
Amplius, & quanto fuerint augmenta rogorum,
Tanto plus sitiunt ut torris fomite flagrent.
Sic igitur cupidus, nec non infernus, & ignis
Conferri possunt terno paradigmate rerum.

* Achabe. Hanck.

IV. Ira.

Ast verò quartam trux congregat ira catervam,
Quæ semper furibunda cupit discrimina belli:
Et ciet ad pugnam mentes discordia fratrum,
Dum copulata * piè disrumpit fœdera pacis.
Ex hoc nascuntur cædes cum strage nefanda:
Et clamor vocis, simul indignatio frendens.
Sed moderata gestat certam patientia terram,
Atque cruentatum ferro fractura cerebrum,
Iræ bacchantis strepitum compescit * anormem,
Vincere ne valeat Furiarum maxima mentes,
Quamvis Gorgoneo stridat maculata cruore,
Atque venenatis mordendo sibilet hydris,
Dum caput ex Erebo nigricantis filia Noctis
Tollit, & in mundum Stygiis emersa latebris,
Suscitat Alecto scævas ad scandala mentes.
Hæc solet ad bellum ferratos ducere contos,
Horrida facturos animabus vulnera Sanctis.
Nostras ni Dominus mentes defendit inermes.

* f. pie.

* m. f. inormem.

V. Tristitia seu desperatio.

Tristitiæ quinto grassantia bella tumultu
Virtutum muros, & propugnacula frangunt,
Tironesque Dei vexant crudelibus armis.
Quanquam pusillanimes trux desperatio mentes
Opprimit incautum obtentu rancoris amari:
Bellator Christi sed mox umbone retundit,
Gestans tristitiæ pariter genus omne mucronum,
Quæ mentem stimulare solent, ni fortè fatiscat.
Hunc morbum ægroti medicantur gaudia cordis
Spiritus & læto moderans præcordia gestu,
Nec rigor, & rancor mentis penetralia turbent,
Ut nequeat Christi securus vivere miles.
Frangatur potius mox desperatio mœsta,
Ne ruat in præceps, mentisque statura labatur:
Si firmo careat nostri fundamine Christi,
Qui semper tremulos tutatur gratia gratis
Et nullum patitur lethali vulnere labi,
Ne desperatus medicantem spreverit æger.
In geminas istud nomen se findere partes
Creditur, & duplici dirimuntur tramite caussæ.
Una salutaris tendens ad limina lucis,
Altera mortalis penetrans ad tartara tetra,
De qua nos Dominus salvare dignetur ab arce.

VI. Acedia, * Acedia.

Hinc aciem sextam torpens * Accidia ducit,
Otia quæ fovet, & somnos captabit inertes,
Importuna simul verborum frivola fontum,
Instabilis mentis gestus, & corporis actus,
Inquietudo simul stipatur milite denso.

Pervi-

Pervigil hanc pestem calcat Constantia mentis;
Quæ creta * Christi gestit defendere vitam,
Hostibus explosis secura pace potitur.
Spiritus ille vagus cupit, ut mens otia quærat;
Occupet & studium * jam somnolentia sensum,
Sedula sollicitum pulset ne lectio pectus.
Lumina nec vigilum scripturæ tramite tendant.
Septimus insequitur densis exercitus armis,
Quam pestem prisci dicunt Cenodoxia Græce,
Vana quod in Latium transfertur, gloria, nomen.
Hæc protoplastum pellexit fraude colonum,
Dirum persuadente scelus fautore malorum,
Tales ex atro dum rupit pectore voces:
In quacunque die vultis decerpere fructum;
Mox patefacta fiunt vestratis lumina frontis,
Nec non divini vobis comitantur honores.
O quam falsa latro spondebat frivola mendax,
Ut concessa rudis fuscaret munera vitæ,
Nonne satis foret, ut quadro cum cardine mundus,
Quem vertigo poli longis anfractibus ambit,
Usibus humanis serviret ritè per ævum,
Infula terrenos ni cœli comat alumnos,
Heu scelus, heu facinus, miseris mortalibus ortum;
Et hoc ex vana præsertim gloria fretus,
Haud meruit princeps spe circumventus inani.
Et hoc gignuntur vitiorum fomite clades:
* Lethiferi primum verbi contentio † præceps.
Inde hæresis gliscit, nec non jactantia crescit;
His quoque congreditur præsumptio trux novitatum,
Sed tiro infracta tectus testudine Christi,
Horrida vulnifici detrudit spicula ferri.
Octavam cumulat..... superbia turmam;
Militibus Christi torquentem pila piacli,
Quæ glomerare studet ventosa fraude maniplos,
Et graditur semper fastu comitata maligno,
Dumque pedes pergit per mundi crimina fallax,
Sed cristata caput quassat sub nubibus atris.
Nam plerunque probos propriis prosternere telis
Nititur, & strages alienis factitat armis.
Nascitur atra frutex ex ista radice (*a*) frondens,
Et nemus umbrosum diro de semine surgit.
Primò, contemptus procerum præcepta docentûm,
Dum mentis typhus ventoso pectore turget,
Nec non invidiæ pestis progignitur inde,
Quæ solet æqualos tumido contemnere fastu,
Atque satellitibus spretis regnare superba.
Namque per invidiam læthalia sceptra vigebant,
Dum prædo pellax, & tetræ mortis amator,
Auctorem generis stropha pellexit inani,
Scanderet ad superas arces ne turba nepotum.
Sic quoque livoris tabo corruptus inormi,
Splendida germani dirupit fœdera frater,
Pinguia qui primus * combusserat exta bidentûm;
Despiciente DEO crudelis munera Cain.
Inde prava seges gliribus densescit * acerbis,
Sanguine purpureo dum scævus rura cruentat,
Inde superbarum nascuntur murmura vocum,
Et crimen cordis dicto parêre negantis,
Ac lacerans homines * trux detractio linguæ.

freta Christo. Hanck. *m. s.*
* *Stupidum* id.
VII. *Cenodoxia seu vana gloria.*
* *Lethiferi hic non est quod lethum affert, sed quod aufert* id.
† *Contemptio* id.
VIII. *Superbia.*
* *m. s. comburerat.*
* *acervis m. s.*
* *truculens forte.*

Cæte-

(*a*) Peccat contra quantitatem, nam secunda syllaba debet produci; sed id sæpius evenit. BAIN.

Sæc. VII. Anno 690.

Cætera quæ dudum numeravimus agmina fertem,
Inter mortales terrena ſtirpe creantur.
Aſt verò monſtrum, de quo nunc pagina fatur,
Principium ſumpſit ſuper alta cacumina cœli.
Angelicus princeps, & protus lucifer æthræ,
Ex aquilone ſuum dum ſublimare tribunal
Geſtiit, & Domino ſimilem (ſe) fraude ſpopondit.
Jamque novem lapidum forma phaleratus amœna,
Contra creatorem fruſtra turgeſcere cœpit,
Dum ſcelus horrendum tetro ſub pectore verſat,
Ut Dominum propriis æquaret viribus audax,
Lucifer idcircò deſerto climate cœli,
Nigra ſatellitibus ſtipatus Tartara farſit.
Cœlicolas iſta proſtravit belua ſuperbos,
Qui prius angelica fulſerunt luce coruſci,
Sedibus & ſuperis florebant ſorte beata,
Tertia ſtellarum rueret dum portio præceps,
Lucida bis tantum manſerunt ſidera ſurſum.
Peſtiferum natrix ructans de fauce venenum,
Denique ſi potuit cœli mulcare catervas,
Plus ſe terrenus mundani cultor agelli,
Hic metuat multo * gypſam lacerare ſuperbam.
Talia monſtra poteſt humilis ſuperare ſatelles,
Qui tumido neſcit mentis turgeſcere typho,
Atque ſuperborum conculcat crimina morum,
Nequidquam integritas famam & præconia captat,
Si cordis peplum corrodens linea ſulcat,
Si mentis gremium ventoſa ſuperbia farcit,
Fruſtra virginitas laudem rumoribus aptat.
Culmina celſa valet humilis conſcendere virgo,
Si ſequitur Chriſtum formam qui præſtat alumnis,
Et mundi maculas purgarat ſanguine fuſo.
Sed me materiæ moles, ceu ſarcina grandis
Deprimit, ut cunctas non poſſit charta coronas
Prendere virgineas, (operis) ſed plurima reſtant
Perficienda, rudem malunt qui noſcere ſenſum,
Ingeniique ſui nolunt torpeſcere cotem,
Non aciem cordis ſcrabra rubigine perdunt,
Otia * nec propriam linquunt obtundere mentem,
Quin potius ſacros verſant ſub pectore libros,
Crebrò ſcrutantes præſcripta volumina legum,
Quæ ſuperant mellis mulſum dulcedine guſtum,
Flaventiſque favi, cecinit quod carmine vates.
Sic lector libri ſolers, & gnarus amator,
Nititur electos ſcripturæ carpere fructus,
Ut pecus agreſtes ex * pravo vellicat herbas,
Nocturnis recubans, quas rurſus ruminat horis.
Sed ſus cænoſis volutabri ſordibus apta,
Dum ſtratis recubans porcaſter pauſat obæſus,
Juncis, & ſtipulis, nec non filicumque maniplis,
Ante dies inquam..... mihi Quintilis ardens,
Sextilis aut etiam protelent tempora terris
Deficiet, totam quàm poſſim pandere famam,
Virginibus caſtis ſantem præconia laudis.
Nec valet immenſum perfectè fortè pudorem,
Garrula rauciſono complecti pagina verſu:
Quamvis millenis collaudent ora loquelis,
Sicut folligenis reſpirant organa flabris,
Muſica conciſis, & clamat barbita bombis,
Vinea parva mihi flaventes protulit uvas,
Quamvis in gracili vernaret pampinus arvo,

* dypſam.
* non m. ſ.
* prato, forſan.

Unde

Unde pudicitiæ carpens de palmite botros,
Ocyus expressi metrorum paucula musta,
Non tamen arbitror quod acescant prorsus in ævum;
Aut dentes stridant in potu fortè bibentûm,
Ni fallax caupo strophas infundat aquosas,
Qui solet interdum mercantes fallere lymphis,
Dum studet in cupis defruti perdere nectar.
Taliter adstipulans natos de vite racemos,
E quibus in prælo plantis contunditur uva.
Jam tempus cogit currentes claudere versus,
Rustica magnificis condentem carmina sanctis,
Terminus æquoreo dum venit margine metri,
Ponti spumosas ut nauta transfretat undas,
Maxima per modicam emensus cœrula lintrem,
Attigit optatum lassus de gurgite littus,
Turgida ventosis deponens carbasa malis,
Antennasque simul solvens de parte rudentum,
Anchora fluctivagam nunc sistat metrica barcham,
Ut saltem in portu quassatus navita flustris,
Ad requiem tendens, optata sorte fruatur.
Hos igitur pauper supplex obsecro patronos,
Virgineis proprium comentes actibus ævum,
Et famulas Domini precibus pulsabo misellus,
Integritate sua quæ Christi regna merentur,
Limpida stelligeri scandentes culmina cœli,
Ut Dominum pulsent clamosa voce Tonantem,
Qui solet indignis ultrò miserescere vernis,
Conversisque reis noxarum solvere vincla,
Quatenus ante diem, qui vitæ lumina claudtit,
Nec non ante diem, qui mortis limina pandit,
Cuncta piaclorum solvantur gesta meorum,
Et quodcunque mali gessit lasciva juventus,
Deleat æternus, cœlorum gloria, Christus,
Clementer veniam tribuens, peccata remittat,
Actibus, aut dictis ... sola noxia sensu,
Sic mihi dignetur Sanctorum summa potestas,
Præmium misero devotum ferre vicissim,
Quos ego virgineo descripsi carmine metri,
Ut minimè lateant castorum serta per ævum,
Qualiter ex propria meruisset carne coronas.
Sed vos virgineis comit quos infula sertis,
Hoc opus, adversus querulos defendite scurras,
Repræhensorum claudentes labra loquentûm,
Cùm tamen haud metuam scurrarum dicta legentûm,
Qui malunt vatum scidas lacerare canentum,
Dum furvas verbi quærunt in luce tenebras,
Planaque rimantur tortas per rura salebras:
Litera si titubet, vel certè syllaba nutet,
Si genus, aut numerus, vel casus ab ordine cedat,
Si persona triplex maneat, duplexque figura,
Quinquies excurrant verborum tempora ritè,
Nec tamen emendant titubantis gramma poëtæ,
Sed semper cupiunt scriptoris carpere chartas,
Ut caper hirsutus rodit cum dente racemos,
Floribus evacuans frondenti palmite vites,
Qui quondam vexit populi, in deserta, piaclum,
Sanxerunt veteris quod scita voluminis alma.
Talia sed timidus dicta * tortela tela pavescat,
Qui propriis nunquam confidit belliger armis.
Cassida nec capiti discit prætendere metri,
Nec spinam lorica noscit defendere prosæ:

* Dictorum tela pavescat Hanck. ms.

SÆC. VII. ANNO 690.

Armet sed dextram capulus, ceu parma sinistram,
Cruraque non careant ocreis, nec femina ferro,
Ne timeat scriptor terrentis ludicra linguæ.
Nam tremulos terret nocturnis larva latebris,
Quæ solet in furvis semper garrire tenebris.
Sic quoque mascharum facies cristata facessit,
Cum larvam, & mascham miles non horreat audax,
Qui proprio fretus præsumit fidere gestu.
Cùm sit digestus sanctorum sexus uterque,
Alta supernorum qui scandunt arva polorum:
Octenusque simul peccati calculus atri
Expositus gracili verborum clave patenter;
Quem DEUS à nostro detrudat pectoris antro:
Et procul in furvas emigret luce latebras.
Nunc in fine precor, prosam, metrumque legentes,
Hoc opus, ut cuncti rimentur mente benigna,
Dum patulis lustrent textum sub fronte fenestris,
Quod geminum constat discretis fortè libellis,
Ut mihi cum precibus peccati vincla resolvant,
Et precium libri pendant oramine crebro,
Quatenus ætherium qui servat regmine regnum,
Principio, vel calce carens, & temporis expers,
Cui dedit, aut dempsit nil, mundi longa vetustas,
Arbiter æternum mihi jam miserescat in ævum.
Qui lætabuntur per cœli culmina sancti,
Atque catervatim laudabunt voce Tonantem;
Patrîarchæ primo, qui gentis germina sacræ,
Et sobolem, stirpemque rudem genuêre nepotum,
Per turmas pariter procedent agmine denso,
Et regnatoris stipant sublime tribunal.
Illic & vatum lætatur turma priscorum, *
Quæ quondam cecinit nostri cunabula Christi,
Cùm restauraret labentia secla redemptor,
Expurgans veterum clemens monumenta malorum.
Illic Martyribus * forescit vita perennis,
Vulnere qui diro quærebant præmia macta,
Purpureo patulum mercantes sanguine regnum,
Quo confessorum gaudebant agmina sancta,
Quamlibet expertes effusi sanguinis essent.
Sed tamen egregiam meruit confessio palmam.
Illic virginibus, qui linquunt lurida carnis
Gaudia terrena, confertur gloria regni,
Dum decies denis modulantur millibus odas,
Et quater undecies conclamant carmine Christo,
Agnum sectantes, qui quondam sanguine rubro
Sordida peccantis secli * dicta † piarat.
Cum his cœlicolæ qui fausta sorte fruuntur,
Atque coronati gestant vexilla tropæi,
Quique catervatim densis cœleste tribunal
Millibus in gyro vallabant sidera supra,
Ultimus in requiem divino munere fretus,
Adduci merear, Christo regnante per æthram.

NB. hic & supra, hunc Auctorem prosa idem argumentum tractasse. CAN.

* priorum. Hanck. n. ms.

* f. florescit.

* maledicta. Can.
† Delicta. Hanck. n. ms.

Explicit Liber Althelmi Episcopi, de laude virginum.

Et Tomus Primus Lectionum Antiquarum Canisii.



A P-

APPENDIX.
DD. CAPPERONNIER
PROFESSORIS REGII
ANIMADVERSIONES

In Anastasii Versionem Latinam Fragmentorum Hippolyti Thebani, contra Felicem et Beronem, quæ hic edita sunt. p. 13. &c.

DEINDE

IN FABRICII HOLSATI
VERSIONEM LATINAM
APOLOGETICI EUNOMII,

Cujus aliquot Fragmenta edita sunt hic p. 181.

JACOBI BASNAGII
IN EAS
ANIMADVERSIONES
OBSERVATIO.

A Plurimis jam annis sub prælo sudaverant *Hippolyti fragmenta*, antequam in lucem publicam prodiret Bibliotheca Græca *Alberti Fabricii*, ex qua tot tantaque Reipublicæ Litterariæ inservientia potuissem haurire, si fata tantum opus maturassent. Multa collegit vir eruditissimus de Hippolyto Portuensi & cæteris qui hoc nomine fuerunt insigniti: Sed præcipue Apologiam Eunomii e tenebris eruit & cum Versione Latina *Fabritii Holsati* edidit. Hanc editionem nondum vulgatam sequi non licuit, sed Combefisianam descripsimus.

Ab eo tempore Vir, siquis alius apud Gallos, in Græcis versatissimus, & a pauco tempore Professor Regius Lutetiæ Parisiorum, D. *Capperonnier*, ob humanissimas animi dotes & continuum Litterarum studium, mecum communicavit Photii Græcas dissertationes, quæ Latine tantum erant apud Canisium, & quæ editioni novæ pondus maximum sunt allaturæ. Deinde vero transmisit eadem cum humanitate animadversiones suas in versiones Latinas tum Anastasii, tum *Fabricii Holsati*, qui plane diversus est ab *Alberto Fabricio*, qui Bibliothecam Græcam tanta cum eruditione concinnavit. Cum Capperonnerii Animadversiones locum debitum reperire non potuerint, editione priorum Sæculorum jam facta, hic illas adjicimus; ut cum Græcis, & Latinis versionibus conferantur, & bono publico possint inservire.

DD. CAPPERONNIER

ANIMADVERSIONES MS.

In Anastasii Versionem Latinam Fragmentorum Hippolyti.

IN titulo edit. Fabricianæ an. 1716. p. 225. κατὰ ϛοιχεῖον λόγυ non debet reddi *ex sermone qui scriptus est secundum Elementum*; sed *ex sermone qui Alphabetico literarum ordine digestus est.*

Anast. Versio.	*Græca.*	*Emendata.*
Suis producta legibus.	Τοῖς ἕκαϛα Φυσκιοῖς διεξανομένα νόμοις.	Suis quæque legibus temperata, vel ordinata.
Ibid. pag. 226. Vertibilitas enim ejus qui est inexpers motionis, motus est infiniti. (*a*)	Τροπὴ γὰρ τοῦ κατὰ φύσιν ἀπείρυ κινεῖσθαι μὴ πεφυκότος ἡ κίνησις.	Mutatio non debet tribui ei qui de natura sua sit immotionis expers. Immensum moveri non potest. (*b*)
Omni etiam exceptâ circumscriptione permansit.	πάσης ἔξω περιγραφῆς μεμένηκε.	Sine omni circumscriptione permansit.
(*c*) Secundum eandem quæ veraciter vera est & naturalis substantia.	κατ' αὐτὴν τὴν ὄντως ἀληθῆ καὶ Φυσικὴν ὕπαρξιν.	Secundùm ipsam realiter veram naturalemque existentiam.
Utriusque perfectè perfectionem habentem.	τὴν οὐσίαν ἑκατέρυ τελείως τελέιαν ἔχοντα.	Qui utriusque perfectè perfectam habeat substantiam.
Sed non, sicut quidam aiunt, secundum comparationem comparationes sunt eorum ejusdem naturæ & non quæ diversæ; cum Deo autem auctore omnium factorum & infinito finitore finitorum & cum infinitate nulla ratione comparatur finitum.	ἀλλὰ οὐκ ὡς τινές φασιν κατὰ σύγκρισιν. ὁμοφύων γὰρ οὐκ ἑτεροφύων ἂν συγκρίσεις θεῷ δὲ ποιητῇ τῶν ὅλων ποιϊτῶν ἀπείρῳ πειρατῶν κλαπειρία πέρας καὶ οὐδένα συγκρίνεται.	Neque enim, ut dicunt aliqui, secundum concretionem & commixtionem; naturalium quippe sunt concretiones seu commixtiones, sed Deo creatori omnium creaturarum infinito finitum nulla ratione potest commisceri; nam non per concretionem seu commixtionem differunt. (*d*)
Quanquam in unam substantiam utriusque facta sit unitas. (*e*)	κἂν εἰς μίαν ὑπόϛασιν ἀμφοτέρων γέγονεν ἕνωσις.	Quanquam in unam personam utriusque facta sit unitio.
pag. 227.	μεμένηκέ τὴν φύσιν γὰρ τὴν ἐνεργείαν. Omnino legendum videtur. μεμένηκεν ἤγυν σὰρξ ἀσθενὴς καὶ παθητὴ τὴν Φύσιν καὶ τὴν ἐνεργείαν.	

Quem

(*a*) Hæc Versio nullum legenti sensum exhibet.
(*b*) *Aliter in editione nostra* vid. p. 13. Basn.
(*c*) Hæc Versio Eutychianismum Hippolyto affingit; aliunde vero confundit τὸ ἀυτὴν (ipsam) cum τῷ τὴν ἀυτὴν (eandem).
(*d*) σύγκρισις Hoc loco non comparationem significat, sed naturarum divinæ & humanæ concretionem, & commixtionem, quam in incarnatione Apollinaris & Eutyches commenti sunt, etsi error hic a Tertulliano contra Praxeam cap. 27. jam fuerat confutatus.
(*e*) Purum putum Eutychianismum S. Hippolyto affingit Interpres.

Anast. Versio.	*Græca.*	*Emendata.*
Quem per indissimilia non existentem dissimilibus non fugientem ostendens eum subauditum. (*a*)	διὰ τῶν ἀνομοίων μὲν ὑπάρχοντα, καὶ διὰ τῶν ἀνομοίων μὴ τραπέντα δεικνὺς αὐτὸν ἐξακουόμενον.	Ostendens ipsum [sermonem meum] audivi, cum per ea [Literarum elementa] quæ dissimilia sunt, existat; nec tamen per ea [Elementa] quæ dissimilia sunt, mutationem admittat.
Quantum æstimare possumus quod modis omnibus est inæstimabile.	ὅσον εἰκάσαι τὸ παντελῶς ἀνείκαστον.	Quantum assimilare licet id, quod omnino assimilari non potest.
Licet per carnem fulgeret natura circum finita. (*b*)	κἂν διὰ σαρκὸς διέλαμψε φύσει πεπερασμένης.	Licet per carnem naturâ suâ finitam fulgeret.
Licet cooriatur & per conceptionem omnem sensum circumscribentem.	κἂν συνέφυ αὐτῷ κατὰ σύλληψιν πάντα περιγράφουσαν νοῦν.	Licet ei coaluerit per conceptionem quæ mentem omnem refrænat. pag. 228.
Nec etiam in eodem ipso sibi natura differtur aliquando & naturalis operatio.	οὔτε μὴν εἰς ταυτὸν αὐτῷ φέρεσθαι (supple πέφυκε) φύσεώς ποτε καὶ φυσικῆς ἐνεργείας.	Nec etiam in eandem cum ipso naturam & naturalem operationem transferri unquam potest.
Connaturalium enim tantum per se operans est motus, manifestans substantiam cujus naturalem constat esse virtutem.	ὁμοφυῶν γὰρ μόνων ἡ ταυτουργός ἐστι κίνησις σημαίνουσα τὴν οὐσίαν ἧς καθέστηκε δύναμις.	Eorum enim duntaxat, quæ sunt ejusdem naturæ, motus eadem operatur, substantiam significans, cujus naturalis est virtus.
Quarum donec unum secundum substantiam non cognitum fuerit verbum unius operationis, cum utriusque sit nunquam aliquando cognoscetur motus.	ἕως ἂν οὐχ (*c*) (sed legendum videtur οὖν) εἷς κατὰ τὴν οὐσίαν γνωρίζεται λόγος μιᾶς ἐνεργείας οὐδέποτε, καθοτιοῦν ἀμφοτέρων γνωσθήσεται κίνησις.	Quandiu igitur unum secundum substantiam agnoscitur Verbum unius operationis, nullâ unquam ratione cognoscetur ambarum motio.
Secundum utrumque suum semper permanens sine casu, quibus diviné pariter & humané operatus est: perfectionem per omnem utriusque rationem sibi naturaliter incommutabilem salvans.	ἑαυτοῦ καθ' ἑκατέρον ἀεὶ μένων ἀνέκπτωτος, οἷς θεϊκῶς ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπινῶς ἐνήργησε, τέλειον κατὰ τὸν ἑκατέρου λόγον σώζων ἑαυτοῦ φυσικῶς ἀναλλοίωτον.	Secundum utrumque à se ipso nunquam excidens, divinis pariter atque humanis operationibus suis perfectam incommutabilitatem servans secundum [essentialem] utriusque rationem.
Quam secundum ipsos habebit essentiam mutatione divinitatis factus homo & carnis translatione Deus? Casus enim in alterutras omnimoda est utrarumque peremptio.	Ποίαν κατ' αὐτοὺς ἕξει τὴν ὕπαρξιν, μεταβολῇ θεότητος γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ σαρκὸς μεταποιήσει θεός; ἡ γὰρ εἰς ἀλλήλους τῶν μετάπτωσις, παντελής ἐστιν ἀμφοτέρων ἀναίρεσις.	Qualem secundum ipsos existentiam habebit factus Divinitatis mutatione homo, & carnis transmutatione Deus? nam harum mutua in se invicem mutatio est ambarum omnimoda interemptio. pag. 229.
Secundum eandem naturam. (*d*)	Κατ' αὐτὴν φύσιν.	Secundum ipsam naturam.
Et suæ ipsius per omnia eorum quæ sua sunt, naturalis extraneus factus æqualitatis & identitatis.	καὶ τῆς αὐτοῦ δι' ὅλων τῶν ἑαυτοῦ φυσικῆς ἔξω γεγονὼς ἰσότητος καὶ ταυτότητος.	Et per omnia quæ sua sunt, a naturali suâ æqualitate & identitate excessisse.

Quâ

(*a*) Ex hac Versione nullus elici sensus poterat, sed emendationi nostræ jam præluserat Franciscus Combefis, in S. Maximo. Tom. 1. pag. LXXIII.

(*b*) Hunc etiam locum jam emendarat Franciscus Combefis.

(*c*) Quamvis Combefisius legerit ἕως ἂν οὐχ, persuasum tamen habeo legendum hic esse ἕως ἂν οὖν. Nam supra dixerat Hippolytus incarnationis Mysterium διττὴν καὶ διάφορον ἔχειν θεωρίαν, & constare divinitate atque humanitate Verbi. Itaque non vult ut Verbum sit unum secundum substantiam; ait ruere Mysterium, quandiu agnoscetur verbum unum secundum substantiam &c.

(*d*) Vide Notam (*c*) ad paginam primam harum emendationum.

Anast. Versio.	*Græca.*	*Emendata.*
Quâ totum Christus substantians secundum quod intelligitur Deus, tenet retentum.	ᾗ τὸ πᾶν ὁ Χριστὸς οὐσιώσας καθὸ νοεῖται Θεὸς, συνέχει κρατούμενον.	Quâ Christus (secundum quod intelligitur Deus) productam hancce rerum Universitatem conservat & sub imperio tenet.
pag. 230. Ignorans solius contra naturalium personarum connaturalis identitatis eandem ipsam operationem esse significativam. (*a*)	ἀγνοήσας μόνης τῆς τῶν ὁμοφυῶν προσώπων ὁμοφυοῦς ταυτότητος τὴν ταυτουργίαν εἶναι δηλωτικήν.	Ignorans quod operationis identitas solam significet connaturalem identitatem personarum quæ sint ejusdem naturæ.

Quandoquidem Hippolytum clarissimi Fabricii præ manibus habeo, non possum quin duo indicem loca, quæ præsentissimam emendationem efflagitant. Sunt autem hujusmodi.

Pag. 73. Fragmentorum Clementis Alexandrini.

Ex Codice Regis Christianissimi N. 2431. edidit vir doctissimus Nicolaus le Nourry pag. 1335. Tom. I. apparat. ad Biblioth. SS. Patr.

ἀπερίγραπτον δέ ἐστιν οὐ τόπος, οὐδεὶς τόπος τὸ κατὰ πάντα ἐν πᾶσιν καὶ ἐν ἑκάστῳ ὅλον καὶ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ τὸ αὐτό.

Versio Rever. Patr. Nicolai le Nourry.
Incircumscriptum est id quod non est locus. Nullus enim locus est per omnia, in omnibus, ac totum in quolibet, atque in se ipso idem.

Ex Latinaquidem Versione nihil sensûs exsculpi potest, & miror virum doctum ea in lucem emisisse, quæ nec ipse nec alius quispiam valeat intelligere: sed Græca verba facile sanari possunt, si legantur hoc modo:

ἀπερίγραπτόν ἐστιν, οὗ τόπος οὐδεὶς, τῷ κατὰ πάντα ἐν πᾶσιν καὶ ἐν ἑκάστῳ ὅλον καὶ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ τὸ αὐτό.

Nova Versio.
Incircumscriptum est id, cujus nullus est locus, eo quod secundum omnia sit in omnibus & in singulis totum, & in se ipso idem.

Ibid pag. 71. ex Macario Chrysocephalo.

Διὸ κρίνεται ὁ Θεὸς εἶναι τὸ πᾶν αὐτὸν καὶ τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα τὸν ἄνθρωπον. οὗτος ἀόρατος, ἡ δὲ αὐτοῦ εἰκὼν ὁ ἄνθρωπος ὁρατός. ὃ οὖν ἐάν τίς ποιήσεται ἀνθρώπῳ κλ.

Versio τοῦ Grabe vel ipsius Fabricii.
Ideo judicat Deus totum se & imaginem sui hominem esse, quicquid igitur homini fecerit aliquis &c.

Quid hoc sibi vult: Judicat Deus totum se & imaginem sui hominem esse? *adde quod integram periodum omiserit interpres; sed antequam aliam Versionem substituam, Græcum textum sic emendo:*

Διὸ κρίνεται ὁ Θεὸς εἶναι τύπον αὐτοῦ καὶ τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα τὸν ἄνθρωπον κλ.

Nova Versio.
Ideo judicat Deus typum seu simulacrum sui & imaginem esse hominem: hic [Deus] invisibilis est: ejus autem imago, nempe homo, visibilis.

(*a*) Hunc quoque Locum emendare jam occuparat Franciscus Combefis.

DD. CA-

DD. CAPPERONNIER NOTÆ MS.
AD EUNOMII APOLOGIAM,

Quam latine vertit JACOBUS FABRICIUS HOLSTATUS *& edidit* ALBERT. FABRIC. *Tom. V. parte* 4. *pag*. 262.

Fabricii Versio.	*Græca.*	*Emendata.*	
Neque ſane univerſus hic mundus dignus eſt qui conferatur cum illo commodo & Dominio quæ tanquam æquam compenſationem propria unius cujusque anima accipiet.	οὐδὲ ὁ σύμπας κόσμος πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ δεσποτείαν, ἰσόῤῥοπον ἀντάλλαγμα τῆς ἰδίας ἑκάςυ Ψυχῆς.	Neque ſane univerſus hic mundus, etiamſi quis eo fruatur, ejusque Dominium habeat, æquiparare & compenſare propriam cujusque animam poteſt.	pag. 266.
Illa quæ apud plerosque ſunt in confeſſo, ita tractare ac ſi eſſent dubia.	(*a*) τὰ πολλοῖς ὁμολογούμενα κατασκευάζειν ὡς ἀμφίβολα.	Illa quæ apud plerosque ſunt in confeſſo, argumentis ita probare, aſtruere, confirmare, ac ſi eſſent dubia.	pag. 270.
Deus autem ut qui Deus eſt & eorum qui tacent & qui loquuntur, & qui ſunt vel fuerunt, is, inquam & erat & eſt ingenitus, antequam rerum natura exiſteret.	ὁ δὲ Θεὸς καὶ σιωπώντων καὶ λεγόντων (perperam editum eſt λεγομένων) καὶ γενιμένον καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τὰ ὄντα, ἦν τε καί ἐςιν ἀγέννητος.	Deus autem, ſive homines de ipſo ſileant, ſive loquantur, ſive factæ ſint creaturæ, ſive nondum factæ, erat & eſt ingenitus.	
Claudicaverit enim ipſis ambitio quæ alteri parti doni alicujus defectum tribuit, accedit quod neque dignum quid faciunt Majeſtate verbi.	Χωλεύοι γὰρ ἂν αὐτοῖς ἡ Φιλοτιμία λειπομένην παρέχυσα θατέρῳ μέρει τὴν χάριν, μετὰ τοῦ μηδὲ ἄξιον ἐργάζεσθαι λόγυ τὴν διαφοράν.	Claudicaverit enim ſua ipſis liberalitas (ſeu munificentia) quæ alteri parti gratiam alterâ parte deminutam tribuit, adde quod neque ſatis notabilem faciant differentiam [Patris a Filio.]	pag. 273.
Sive una quid exiſtere potuit, ratione illius ſocietatis quam utrumque reſpectu alterius habet, quin utrumque una fuit & alterum non ſine altero fuit; hinc ſane evertetur tolleturque illud quod Deus unum quid ſit & quidem ingenitum; id quod perinde eſt ac ſi poſtquam prius certis officiis quæ diſtributione per ſortem facta circumſcripſerunt ipſam amborum eſſentiam, poſtea illorum quamdam conventionem, ejusque conventionis cauſam inferant.	Εἴτε συνυπάρχοι (lego διὰ) τὴν πρὸς θάτερον κοινωνίαν τοῦ συνυπάρχειν, ἑκάτερον ἀφαιρεθήσεται τὸ ἓν μόνον εἶναι καὶ τὸ ἀγέννητον εἶναι, οἷα δὴ μετὰ τῆς οὐσίας ἀποκλήρωσίν τινα καὶ περιγραφὴν ἀμφοῖν συνεισαγόντων συνθήκην τε ἂν καὶ τὸν τῆς συνθήκης ἄιτιον.	Sive quid ſimul cum ipſo exiſtat; propter eam quam cum altero habebit coexiſtendi communionem, utrumque privabitur eâ dote & prærogativâ quâ eſſet unum quid ſolum & ingenitum; quandoquidem ambo cum ſubſtantiâ quandam veluti ſortis diſtributionem & circumſcriptionem indicerent, nec non pactum quoddam conventum & pacti conventi authorem.	pag. 275.
Siquidem non exiſtat genitus.	Εἴγε μὴ γεννηθεὶς ἦν.	Siquidem exiſteret, quamvis non fuerit genitus.	pag. 279.
Utrum præſtat confiteri, an quod non fuit, id gigni decreto illius quod id produxit.	πότερον ἄμεινον; ὁμολογεῖν πᾶν μὴ ὂν γεγεννῆσθαι γνώμῃ τοῦ παραγαγόντος.	Utrum præſtat confiteri, omne quod non erat, id factum fuiſſe decreto illius qui id produxit.	pag. 280.
Transmutationis ſeu tranſſubſtantiationis nominibus Deum ſubjicere...... quomodo locum in Deo habere poterit paſſio Transſubſtantiationis?	Τοῖς τῆς μετυσίας ὀνόμασιν ὑπάγειν Θεόν. . . . . πῶς ἂν ἔχοι χώραν τὸ τῆς μετυσίας πάθος ἐπὶ θεοῦ.	Participationis nominibus Deum ſubjicere...... quomodo locum in Deo habere poſſet paſſio ſeu affectio participationis?	pag. 282.

Non

(*a*) κατασκευάζειν Verbum eſt Rhetorum & Dialecticorum. Huic opponitur τὸ ἀνασκευάζειν, id eſt refellere, refutare. Significat autem probare argumentis, aſtruere, confirmare.

	Fabricii Versio.	*Græca.*	*Emendata.*
pag. 284.	Non ubivis significationes verbis esse coæquandas neque alternandas esse res suâ naturâ differentes.	Μήτε πάντη τοῖς ὀνόμασι συνεξομοιοῦν τὰς συμασίας, μήτε μὴν παραλλάττειν (a) παρηλλαγμένων. (b)	Non ubivis significationes verbis esse coæquandas, neque contrà variandas esse verborum significationes eo prætextu, quòd ipsa verba diversa sint.
	Neque recedendo ab una eademque naturâ appellationes a convenientiâ propria alienarent.	Καὶ μὴ, τῆς αὐτῆς Φύσεως παραχωροῦντας, ἀλλοτριοῦν τῆς ἁρμοζούσης ὀνομασίας.	Neque eos [Patrem & Filium] congruâ privarent appellatione; cum eo pacto desistant à prædicandâ naturæ identitate.
pag. 288.	Tertiam viam quæ neutra sit harum, & quæ præter jam dictas talem essentiæ æqualitatem monstret, reperire est impossibile.	οὐδετέραν τῶν εἰρημένων εὑρεῖν ἐμφαινομένην τὴν τῆς οὐσίας ὁμοιότητα δυνατόν.	Prædictarum methodorum neutram reperire est quæ substantiæ similitudinem ostendat.
pag. 292.	Oporteret enim ipsos respiciendo ad cessationem creationis, nequaquam principio eam exæquare extollendo.	ἐχρῆν γὰρ πρὸς τὴν τῆς δημιουργίας παῦλαν ἀπιδόντας μηδὲν πρὸς τὴν ἀρχὴν ἀνανεύειν.	Oporteret enim ipsos respiciendo ad cessationem creationis, nequaquam negare quod illa [Mundi creatio] initium habuerit.
	Hi homines cum sciant rerum in naturâ existentium differentiam.	οὗτοι μήθ' ὑγιαίνουσιν ὀφθαλμοῖς τὴν τῶν ὄντων κατανενοηκότες διαφοράν.	Hi homines cum neque perceperint sano mentis oculo rerum in naturâ existentium differentiam.
pag. 294.	Cum unigenitus subsit Voluntati Patris.	Εἰ ὑπέστη βουλήσει τοῦ Πατρὸς ὁ Μονογενής.	Cum unigenitus existentiam acceperit [seu in rerum naturâ productus fuerit] Voluntate Patris.
	Ipsam vero operationem, per quam filius, *per quam* omnia, referre imago ad essentiam non potest, *nec gestare imago illam similitudinem* potest *ratione essentiæ*, *cum sit operatio* quæ *ingenita* fuit penes Deum in præscientiâ ante constitutionem etiam primogeniti & omnium quæ *per ipsum* creata sunt.	Τὴν δὲ ἐνέργειαν δι' ἧς ὁ υἱὸς ἐν ᾧ τὰ πάντα. οὐ πρὸς τὴν οὐσίαν φέροι ἂν ἡ εἰκὼν τὴν ὁμοιότητα, πρὸς δὲ τὴν ἐνέργειαν ἐναποκειμένην ἀγεννήτως τῇ προγνώσει καὶ πρὸ τῆς πρωτοτόκου συστάσεως καὶ τῶν ἐν αὐτῷ κτισθέντων.	Ipsam vero operationem, per quam Filius, in quo omnia, Imago similitudinem ferre potest habito respectu non quidem ad essentiam, sed ad operationem, quæ ingenito modo residet in [Dei] præscientiâ, etiam ante Constitutionem Unigeniti & eorum quæ in ipso creata sunt.
pag. 296.	Siquidem Constitutionis eorum quæ mente tantum percipiuntur, non potest non optimus esse ordo.	Εἴπερ ἥδε τῆς τῶν νοητῶν δημιουργίας ἀρίστη τάξις.	Siquidem hic est optimus creationis eorum quæ mente solâ percipiuntur, ordo.
pag. 298.	Qui communicationem rerum constituit.	Τὴν τῶν ὄντων δημιουργίαν συστησάμενον.	Qui hanc rerum Universitatem condidit, creavit &c.
	Nec præstat collatione: ad omnes res quidem respectum quemdam ac collationem quandam suam habet.	Οὐ συγκρίσει τὸ κρεῖττον κατὰ πάντα ἀποφερόμενον.	Nec merâ comparatione primas per omnia refert.
pag. 300.	Ad omnium rerum quæ sunt, compositionem, ac distributionem.	Πρὸς τὴν τῶν ὄντων σύστασιν καὶ διαμονήν.	Ad omnium rerum quæ sunt, productionem & conservationem.
pag. 302.	Divitiæ exporrigere alicujus frontem ibi non valebunt.	Πλοῦτος ἀσθενὴς πρὸς δυσώπησιν.	Divitiæ parum valebunt ad flectendum [judicem.]
pag. 304.	Genimen Unigeniti.	Γέννημα τοῦ ἀγεννήτου.	Genimen Ingeniti.

Observabat & emendabat Claudius Capperonnier, Mon-Desiderianus, Diaconus Ambianensis & in Academiâ Parisiensi Licentiatus Theologus.

(a) Supplendum est ex præcedenti τὸ σημασίας.

(b) Supple ex præcedentibus τὸ ὀνομάτων.

APPENDIX II.

TRACTATUUM TRIUM

Ad Tom. I. ſpectantium.

CARMEN MONOSTICHON,

BEATI COLUMBANI

ABBATIS,

Ex Codice Manuſcripto Friſingenſi a Caniſio primùm ſuo auctori reſtitutum & editum.

CANISIUS

Ad Lectorem.



Anctus Columbanus vixit circa annum 614. Sigebertus de illustribus scriptoribus cap. 60. ait, eum multa scripsisse vel ad canendum digna, vel ad docendum utilia. Carmen ejus contra avaritiam ad Hunaldum extat in Biblioth. SS. PP. ubi hi duo versus:

Vive Deo fidens Christi præcepta secutus
Sint tibi divitiæ divinæ dogmata legis.

in nostro hoc monosticho secundo & tertio loco positi inveniuntur. Et hæc causa fuit, quare breve illud carmen etiam huic subjungerem. Sane pietatis plena sunt hæc monosticha. Quæ dum prælo adornantur, ecce tibi adsunt poëmata nonnulla S. Aldhelmi hoc ipso anno 1601. à R. P. Martino Delrio Societatis Jesu notis illustrata; qui & hæc ipsa monosticha simul edidit, ex membranis MS. Cod. Abbatiæ S. Laurentii Leodicensis; hoc titulo: Incerti Auctoris Monosticha. Delrius incerti auctoris nomen sagaci conjectura indagans, putat esse S. Althelmi Occidentalium Saxonum Episcopi, qui obiit anno Domini 709. Conjecturam hanc ducit ex versu 21.

Octenas studeas vitiorum vincere turmas.

Cæteri scriptores, *Septenas*, potius dicerent. S. Althelmo *peculiare est*, inquit Delrius, *octo vitia recensere castitati noxia, quorum pugnam cum octenis virtutibus descripsit in carmine de virginitate Sanctorum.* Aitque se carmen S. Althelmi de laude virginum & octeno calculo vitiorum reperisse in MS. subjunctum huic carmini monosticho. De hac conjectura liceat cuique mea pace quod volet sentire. Ego donec quid certius habeam tribuo hoc carmen suo auctori, S. Columbano; & quidem ex fide MS. Cod. Frisingensis, ubi iste titulus: Incipit Libellus cujusdam sapientis et ut fertur Beati Columbani. In quo interea conquiesco. Neque me movet ille versus:

Octe-

Octenas ſtudeas, &c. Quo non ab octo vitiis ſigillatim caſtitati oppoſitis, ſed ab octo principalibus mortiferis peccatis deterret. Et licet fere ab auctoribus numerentur ſeptem principalia vitia, tamen veteres octo numerarunt, teſtis Theodulphus Epiſc. Aurelianenſis in Epiſtola ad Clerum, quam ex M. S. Baron. tom. 9. an. 835. edidit, ubi hæc: *Confeſſiones dandæ ſunt de omnibus peccatis, quæ ſive in opere, ſive in cogitatione perpetrantur. Octo ſunt principalia vitia, ſine quibus vix ullus inveniri poteſt. Eſt enim gaſtrimargia, hoc eſt, ventris ingluvies: Secundo fornicatio: tertio accidia ſive triſtitia: quarto avaritia: quinto vana gloria: ſexto invidia: ſeptimo ira: octavo ſuperbia*, &c. *Debet ei etiam injungi, ut de octo principalibus vitiis faciat ſuam confeſſionem.* Ita etiam octo principalia vitia recenſent Evagrius ad Anatolium lib. de octo vitioſis cogitationibus, & S. Nilus lib. de octo vitioſis affectionibus. De his ergo dicit S. Columbanus:

SÆC. VII. ANNO 615.

Octenas ſtudeas vitiorum vincere turmas.

Si videas diſcrepare collocationem noſtram ab editione Delrii, præſertim à verſu 101. usque ad 140. ſcito me ex fide M. S. Cod. Friſingenſis dediſſe.



JACOBI BASNAGII
DE
COLUMBANO
OBSERVATIO.

I. Vita S. Columbani.

I. Olumbani celeberrimi Monachorum Parentis hic quædam Carmina profert *Canisius*. Illum ab altero *Columba* vel *Columbano* fere coævo, Scotorum & Pictorum Doctore, de quo nos alibi, non satis accurate distinxerunt Bibliothecæ Patrum editores; monent enim *Columbanum* Bobiensis Monasterii fundatorem, de quo nunc agitur, secundum quosdam an. 614. vel teste *Sigeberto* an. 598. diem ultimam clausisse; sed neutrum veritati consentit. Priorem *Columbanum* qui multa Sanctitatis monumenta reliquerat, anno 598. obiisse narrat *Sigebertus*; deinde vero alterum *Columbanum* anno 614. Bobiense monasterium in Italia construxisse memorat. Binos igitur agnovit *Columbas* vel *Columbanos* cognomines, coævos, & Hybernos, quorum alter alteri aliquot annorum spatio supervixit & an. 615. e vivis excessit.

Sigebert Chronog. p. 514. & 527.

Natus est *Columbanus* inter fidei primordia Scoticæ gentis, in Lagenorum apud Hybernos Provincia, quæ vulgo Leinster dicitur. Peractis infantiæ annis Liberalium artium litteris operam dare cepit. Ne adolescens carnis illecebris tentaretur, patrias fugit oras & apud Abbatem *Silenem* Divinarum Scripturarum studio incubuit. In Beanchorensi Monasterio per aliquot annos commoratus collecto fratrum cœtu in Gallias nostras transmeare tentavit. *Imperante Sigeberto duobus regnis Austrasiorum Burgundionumque, & Columbano* viginti annos tunc nato, ut quidem asserit *Jonas* illius Biographus; sed hac in re tria peccavisse videtur. 1°. Triginta jam annos natus erat *Columbanus* cum in Gallias appulit; quippe qui transacta adolescentia, peractis studiis in monasterio plurimum temporis jam delituerat, quique junior tot sociis, quorum in itinere ducem sese ferebat, non præfuisset. II. *Sigebertum* Burgundionum & Austrasiorum Regem fecit *Jonas*: quem tamen Burgundia nequaquam potitum esse sciunt omnes. III. Denique circa an. 590. in Gallias transfretavit *Columbanus*; ipse enim Jonas asserit illum expulsum fuisse *anno vicesimo post incolatum eremi*. Fuit dejectus in exilium jubente *Theodorico* anno 610. unde concluditur an. 590. in Eremo Vosagensi sedem constituisse. Nec mirandum peccasse Jonam, cum *Walafridus Strabo*, homo sui sæculi doctissimus, *Columbanum* cum *S. Gallo* sub Rege *Sigeberto* appulisse etiam referat. Favent & Critici, qui sub anno 570. illud iter confecisse *Columbanum* autumant: sed decennem tantum tunc temporis fuisse *Columbanum* non animadvertunt. Nec id solum peccavit Jonas, qui in eodem opere asserit *Theodoricum* Metis mortuum inter flagrantis ignis incendia divinitus immissa; cum tamen

Jonas vita S. Columbani n. 11. 12. 38.

Walafridus Strabo vita S. Galli l. 1. p. 230.

men profluvio ventris interierit anno 613. *Theodoricus*: Ipsius natos quinque, una cum Sigeberto, peremptos narrat; cum tamen quatuor tantum *Theodorico* fuerint filii superstites, quorum duo ignoti sunt: Childebertus fuga elapsus mortem evasit, nec tamen regnavit: Meroveus sacros ordines recepit; Aldebertus vero cum Corbo fratre necatus est. Denique nescio quem Deum *Vodanum*, cui litabant Suevi tanquam Mercurio, nobis refert. Incognitum omnino numen, & *Mercurius*, quem inter Deos maxime colebant Germani, *Thaut* vel *Dith*, numquam *Vodanes* apud eos fuit dictus. Hæc satis de *Jona* Columbani Historiographo; ad ipsum revertamur *Columbanum*. Sæc. VII. Anno 615.

Maxima dum polleret apud *Theodoricum* gratia, Luxoviense Monasterium erexit. Sed cum principem sæpius increparet, filiosque ex stupro natos numquam regnaturos prophetaret, litteras *verberibus*, ut ajunt, *plenas* ad eum dirigeret, excommunicationemque comminaretur, ni cito pœniteret; commotus est adversus *Columbanum Theodoricus*, impellente sævissima *Brunichilde*, eumque in exilium apud Vesontionem mittendum curavit. Aliquandiu Principis mandatis restitit Abbas, se non discessurum, nisi vi abstraheretur, Regi renuntians. Tandem deputatis custodibus qui extra Regni limites eum ducerent, venit ad *Theodebertum* apud Austrasios tunc temporis regnantem. Ad Suevos idololatras dimissus aliquos Christiana fide imbuit, alios, qui flagellis cæsum e finibus suis proturbare meditabantur, diris devovit: *Nati eorum facile pereant & antequam senescant præ subitaneo stupore delirare cogantur*, inquiebat ille. *Walafridus ibid c. 4. p. 232.* Asserunt alii, *Clotario* prædixisse, si bello inter *Theodoricum* & *Theodobertum* fratres abstineret, eorum regnis brevi potiturum: quod evenit. Tandem pace inter *Theodoricum* & *Theodebertum* fratres infirmata, pugna ad Tulbiacense Castrum commissa, fugatoque *Theodeberti* exercitu, *Columbanus* sibi ab irato Principe metuens fugit in Italiam; nisi tamen *Walafrido* credatur, qui *Columbanum* cum sociis à *Gunzone* Duce amabili sede vi pulsum Italiam petiisse asserit. Ibi favente *Agilulfo* Longobardorum Rege Bobiense Monasterium extruxit, & hic loci intra breve temporis spatium XI. Kalend. Decembris an. 614. obiit. *Ibid c. 8. p. 234.*

II. Monostichon carmen hic *Columbano* tribuitur. Vox Barbara vel potius à Græcis usurpata. Distinxit accurate *Goar* inter στίχον & στιχηρὸν; prior est versiculus e Scriptura, maxime ex Psalmis Davidicis depromptus; στιχηρὸν vero est versus ab Hymnographo Ecclesiastico aliquando prolixiori sententia, & ad longiuscularum periodorum normam compositus. στιχηρὰ λιτῆς sunt versus in processione recitandi. στιχηρὰ προσόμοια sunt versus æquali syllabarum numero constantes, ut eodem tono decantentur. Hæ regulæ si observarentur, *Columbani* carmen Monosticheron dici potius debuisset; quippe sententiæ quibus constat ad plurimos versus sæpius protrahuntur. II. *Monostichon quid sit* *Rituale Græc p. 206.*

III. An illud opus sit *Columbani*, jam olim fuit dubitatum. S. *Althelmo* Occidentalium Saxonum Episcopo illud tribuebat *Delrius*, non equidem *sagaci* sed *levissima* potius conjectura, quam accuratissime confutavit *Canisius*. Dubium tamen mihi superest an sit genuinum opus *Columbani*. I. Quia levissima fides codicis Frisingensis, in quo hæc tantum leguntur: Libellus cujusdam sapientis *& ut fertur B. Columbani*. Incertus hæsit amanuensis an esset Libellus *Columbani* nec ne? II. In Monosticho leguntur præcepta utilia quidem, sed nullo servato ordine, perturbata rerum serie, repetitisque crebro iisdem sententiis: quæ *Columbani* genium non redolent. III. Denique si quis Epistolam in qua detestatur avaritiam, cum Monosticho conferat, versus Epistolæ multo politiores, resque accuratiori ordine digestas, ni fallor, reperiet. III. *An sit Columbani.*

 IV. Nescio

SÆC. VII. ANNO 615. IV. *An Monostichon sit idem cum regula Columbani. Cave Hist. litt. p. 428.*

IV. Nescio quid sibi voluit vir eruditus qui *Columbani regulam Monachalem* a Synodo Matisconensi approbatam, à *Canisio* primum editam appendice t. 1. p. 3. dixit. Monostichon quidem edidit Canisius; regulam vero Monachalem nequaquam: An Vir eruditus Monasticon incautus legit? An Monostichon idem esse cum regula Monachali sibi finxit? Diversa tamen sunt illa opuscula. De Regula Monastica Columbani fuse disputatum est in Concilio Matisconensi, quod *Baronius* & *Binius*, ad an. 617. biennio post *Columbani* mortem male retulerunt. De Monosticho ne verbum quidem actum est; de innovationibus quibusdam circa tonsuram crinium & orationes Missæ litem *Columbani* discipulis intentabat *Warnacharius*; sed nihil tale legitur in Monosticho. Qui plura voluerit, carmen illud cum Regula Monastica conferat.



MO-

MONOSTICHON CARMEN BEATI COLUMBANI

HÆc præcepta legat devotus, *a* & impleat actu,
Virtutum titulis vitam qui quærit honestam,
Vel homines inter cupiat præclarus haberi,
Vel morum meritis cælestia regna mereri,
Atque Deo Christo socius sine fine videri.

Impleat ipse Dei, qui vult sua vota venire.
*Vive Deo fidens Christi præcepta sequutus.
*Sint tibi divitiæ divinæ dogmata legis.
b Divitias, Domini faciet benedictio claras.
Corporis exsuperat vires prudentia mentis.
Omnibus est mundi melior sapientia gazis.
Semper amanda quidem est rerum doctrina bonarum. *
Optimus est animus Christi vestitus amore.
Dæmonas adversus magna est oratio Virtus.
Ut moneas carum noli desistere amicum *.
Morbi causa mali nimia est quæcunque voluptas.
c Tu dare ne claudas palmas, & prendere pandas.
Semper in ore tuo resonent bona verba salutis.
Ne rogo vindictam tua mens meditetur amaram.
Sint tibi pacifici magna dulcedine mores.
Ne tua pœniteat, caveas victoria temet.
d Fer patris imperium, dum verbis exit in iras.
Quisque dies vitæ est velut ultimus ecce putandus.
Quod dare non *e* possis, noli promittere verbis.
f Qui prodesse potest, non est fugiendus amicus.
Octenas studeas vitiorum vincere turmas.
Te ferat ad cælum quadriga repleta *g* salutis.
Lingua suos habeat frenos in corde ligatos.
Vir bonus esse nequit, nisi qui *h* fiet omnibus æquus.
Qui scelera abscondit, veniam non *i* forte meretur.
Qui bona desuescit, mox hic consuescit iniqua.
Non tu quæso jocis lædas nec carmine quenquam.
k Sæpius auditu instrueris, quàm voce fruaris.
Sit servus mentis Venter; sit serva libido.
Non perdit pietas quidquid *l* largire videtur.
Non opibus bona fama datur, sed moribus almis.
Fac ne te meritò verbis *m* irrideat alter.
Pro misero miserans lacrymas effunde sodali.
Eripe, si valeas, non suggere tela furenti.
Sæpe nocet puero miseratio blanda magistri.
Ignotum noto nunquam præponas amico.
Omnia quæ dicunt homines tu credere noli.
Non sibi quis vivat, Christo sed vivat ubique.
Non tua, sed Christi quæras, qui diligis illum.
Non te, non mundum, Christum sed dilige solum.
Cum sapiente loquens perpaucis utere verbis.
Nil oculi prosunt, quibus est mens cæca videndi.
Divitis opprobrium gemitus est pauperis ingens †.

a *L. ut.*

b *Non est in L & repetitur 93.*

* *Ille versus est Octaviani. l. 4. d. 24.*

* *Vide Octavianum. l. 1. dist. 9.*

c *L. In dare ne c p &. prendere pergas.*

d *Hic versus abest in L. cod. sed legitur apud Octav. l. 4. d. 1.*

e *L. cogites.*

f *Et hic repetitur infra versu 105.*

g *L. triumphis.*

h *L. sit in.*

i *L. ne forte meretur.*

k *L. S. a. frueris quàm voce salutis.*

l *L. largiris forte largita.*

m *L. derideas.*

† *Legitur ille versus in Octav. l. 3. d. 18. sed hic paululum immutatus.*

Plurima

Sæc. VII. Anno 615.

Plurima discenti semper sapientia crescit.
Judicium restat cunctis certissimè factis.
Adveniet Judex cunctis qui justa rependat.
Inclyta perpetuam præstat *n* patientia vitam.
Te feritate magis faciet moderatio clarum.
Egregios faciet mentis constantia mores.
Consilio facias, rogo, sit tibi quidquid agendum.
Omnis quippe ætas aliquo sub fasce laborat.
Vera quidem veterum juvenis paradigmata rere.
Felix qui causam loquitur prudentis in aurem.
Tantum verba valent, quantum mens sentiat illa.
Omnibus est locuples qui rebus abundat *o* honestis.
Non erit antiquo novus anteferendus amicus.
Difficile invenies verum fortassis amicum.
Moribus egregiis facias tibi nomen honestum.
Nemo quidem plures habuit, quàm *p* perdit amicos.
Cui prodest, socio qui non prodesse probatur?
Sola fides fidei dono *q* ditabitur almo.
r Levis non animam torquentis cura fatiget.
Res *s* severa quidem semper declarat honestè.
Quid pejus, quàm se ut jungat habitator iniquus?
Actibus, aut verbis noli tu adsuescere pravis.
Est non esse quidem satius quàm vivere pravè.
Mens bona thesauros præcellit munere cunctos.
Vitam quippe tuam tota virtute tuere.
Omnia pro vita sunt amittenda tuenda.
Præmeditata quidem levius sufferre valebunt.*
Quæ subitò adveniunt multò graviora videntur.
Gaudia sunt populi rector pius atque benignus.
Mors aliena monet propriæ nos mortis ubique.
Felix alterius *t* cujus documenta flagella.
Præmia non capiet, ingrato qui bona præstat.
Sit tibi carus homo, ut frater; Deus ut pater almus.
Omnis paulatim letho nos applicat hora.
Ante diem mortis nullus laudabilis exstat.
Quælibet ex *u* fructu proprio cognoscitur arbor.
Doctor erit magnus, factis qui quod docet implet.
Quod tibi vis fieri, hoc alii præstare memento.
Pauperibus justis cælestis gloria restat.
Quod tibi non optes, alii ne feceris ulli.
Æquum pondus habe, teneas & statera *x* justum.
Non tibi sit modius duplex nec statera dupla.
Corripe prudentem: reddetur gratia verbis.
* Si tu recta facis, ne cures verba malorum.
Utile consilium dominus ne despice servi.
Inter convivas fac sis sermone modestus.
Cum quid peccaris, castiga te ipse subinde.
Vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris.
Divitias Domini faciet benedictio claras.
Æternam tribuit felix clementia vitam.
* Utere quæsitis opibus, fuge nomen avari.
Disce, sed à doctis; indoctos ipse doceto.
Contra verbosos noli contendere verbis.
Sermo datur multis, animi sapientia paucis.
Non læta extollant animum, non tristia frangant.
Proximus esto bonis, si non potes optimus esse.
Quanto major eris, tanto tu cautior esto.
Cumque alium censes, propriam prior inspice vitam.
Plus tua, quàm alterius damnabis crimina judex.
Sis bonus atque bonis; læsus nec læde nocentem.
Qui prodesse potest, non est fugiendus amicus.

n *L. sapientia.*
o *L. amicis.*
p *L. expedit.*
q *L. probabitur.*
r *L. Levia non animi torquentis cura fatiget.*
s *L. te vero.*
t *L. cui sunt.*
u *L. f. cognoscitur arbor in orbe.*
x *L. justa.*
**Vide Octaviani distichorum l. 3. d. 21. l. 3. d. 10. l. 3. d 19. l. 3. d. 42.*
**Vide iterum Octavian. l. 3. d 42. l. 2. d. 21. l. 4. d. 24.*

Cum

Cum fueris fœlix, quæ ſunt adverſa caveto.
Quæ culpare ſoles, hæc tu ne feceris ipſe.
Vita aliena tuæ tibi ſit *y* cathagita vitæ.
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.
Sit ſale jam Sophiæ ſermo tibi conditus omnis.
Magna quidem virtus noſtræ eſt moderatio linguæ.
Crede DEO, * & proprios tunc tu tibi dirige greſſus.
Lux, timor eſt Domini, cordis: hunc dilige ſemper.
In Domino ſperans nullus confunditur unquam.
Vir prudens animo eſt melior, quam fortis in armis.
Corporis excellit vires ſapientia mentis.
Divitias animo injuſtas attendere noli.
Verbum dulce quidem tibi multiplicabit amicos.
Converti ad Dominum ne tardes tramite recto.
Doctrinis etiam variis non flexilis eſto.
Te via nam Domini teneat firmiſſima ſemper.
Juſtitiæ & pacis placeant tibi verba loquendo.
Pax precor alma tuo placeat tibi ſemper in ore.
Semper in ore tuo reſonent pia verba ſalutis.
Rex ſapiens populum melius defendit ab hoſte.
Inſipiens rector populum diſperſerit omnem.
Gloria magna quidem regi eſt ſapientia juſta.
Injuriaſque tuas in fratrem ulciſcere noli.
Semper avarus amat mendacia, furta, rapinas.
Sufficiat rerum dederat tibi quod DEUS ipſe.
Quid terrenus homo, pulvis & terra ſuperbit?
Principium ſceleris proh dira ſuperbia conſtat*.
Sit tibi cura tuæ, tota virtute, ſalutis.
Una dies, quales fuerint, oſtendit amicos *.
Peccaſti ſolus, ignoſcere tu tibi noli.
Quod tacitum cupias, tacito committe ſodali.
Invidiam nimio cultu vitare memento.
Invidiæ maculat famam mala peſtis honeſtam.
Nil ſine conſilio facias, ſic facta probantur.
Qui Domino credit, ſervat mandata ſalutis.
Semper enim ſapiens metuit ſibi judicis iram.
Inſtanter facias, ſors quæ tibi tradat agenda.
Cum homine injuſto nolito manere frequenter.
Nec redit unda fluens, noſtrum nec tempus in annis.
Omnia finis edax devaſtat gaudia mundi.
Qui pius & clemens, Dominus miſerebitur illi.
Infer nullatenus benefactis mente querelas.
Improperes nunquam, dederis munuſcula ſi qua.
Omnis pertractet primum mens verba loquelæ.
Corporis auxilium medico * permitte fideli.
Dum poteris, benefac caro tu ſemper amico.
Sic novus atque novum vinum veteraſcat amicus.
Rebus in adverſis nunquam dimittis * amicum.
Semper amicus amat, duratque fidelis *z* amicus.
Alma dies noctem ſequitur; ſic dona labores.
Tempora dum variant, animus ſit ſemper honeſtus.
Conſilio mentis quodque imminet antè videto.
Dum tibi vita viget, lacrymis mala crimina purges.
Noli iterare ſcelus, lacrymis dum diluis illud.
Luxuriis animo noli ſervire malignis.
Qui modica * ſpernit, minuit majora per horas.
Tollitur ex numero ſanctorum perfidus omnis.
Oderit inſipiens ſapientis verba magiſtri.
Excitat in riſus fratres verboſus amaros.
Nil illo pejus, ſceleri qui gaudet iniquo.
Cui ſecreta quidem credas cautiſſimè cerne.

y L. cathegita, id eſt, ductrix, magiſtra.
** Cod. m. ſ. S. Galli: vero.*
** Lege Conſtat.*
** Vide Octav. l. 4. d. 29. l. 2. d. 22. l. 11. d. 23.*
** l. Committe.*
** l. Dimittito.*
z L. ubique.
** Forſan legend. aſpernit, metri cauſa.*

Corripe peccantem; noli & dimittere amicum.
a Corripere eſt melius notum quam perdere amicum.
Qui fratri ignoſcit, ignoſcit Chriſtus & illi.
Obſervat ſapiens ſibi tempus *b* in ore loquendi.
Inſipiens loquitur ſpretum ſine tempore verbum.
Multiloquax animam meritis denudat honeſtis.
Gloria quippe DEUM Dominumque eſt magna timere.
Radix eſt Sophiæ Dominum *c* de mente timere.
Aurum flamma probat; homines tentatio juſtos.
Sperate in Domino, & veniet miſeratio vobis.
Dilige, qui cupias cæli bona gaudia, Chriſtum.
Felices faciet natos benedictio patris.
Pauperis & miſeri mentem ne afflixeris unquam.
d Diligit Sophia ſe ſemper Chriſtus amantem.
Ne citus in lingua fueris, nec ſegnis in actu.
e Non erit innocuus falſus per famina teſtis.
Divitias addit Domini benedictio plures.
f Jam magnum reddas modico tu munus amico.
Semper amicus amat: amor eſt precioſior auro.
Dives erit, durè ſemper qui operatur in agro.
Otia qui ſequitur, veniet huic ſemper egeſtas.
Omnibus eſt opibus melior vir mente fidelis.
g Exſuperat numerus juſtorum regna potentum.
Ecce timens Dominum vivet felicibus annis.
Exſpectat lætus cæleſtia gaudia juſtus.
Impius horrendas ſpectat pro crimine pœnas.
Corruit in præceps populus rectore nefando.
Præparat æternam mitis clementia vitam.
Qui bona ſectatur, prima bene ſurgit in hora.
Multorum profert ſapientis lingua ſalutem.
Hoſtibus in bello dominatur dextera fortis.
Serviet & ſegnis duro ſub faſce laborum.
Lingua placata ſibi multos acquirit amicos.
Pone tuis verbis vectes ſeraſque loquelis.
Qui præcepta DEI metuit, in pace moratur.
Nam bona perpetuam tribuet doctrina ſalutem.
Diligit hic natum, virga qui corrigit illum.

a *Abeſt in m. ſ. Friſing.*
b *L. more.*
c *L. cum mente.*
d *L. Diligit omnipotens Sophiam ſibi ſemper amantem.*
e *Abeſt in m. ſ. Friſ.*
f *L. Jam magno reddas medio tu munus amici.*
g *L. Exaltat numerus juſtorum regna potenter.*

FINIS.



S. CO-

S. COLUMBANI

SÆC. VII. ANNO 615.

ABBATIS EPISTOLA,

IN QUA DETESTATUR AVARITIAM.

COLUMBANUS HYBERNUS

HUNALDO DISCIPULO.


Uſcipe Hunalde * libens, & perlege mente ſerena:
Dicta Columbani, fida te voce monentis:
Quæ licet ornatu careant Sermonis honeſti,
Vota tamen mentiſque piæ teſtantur amorem.
* Vive Deo fidens, Chriſti præcepta ſequendo,
Dum modò vita manet, dum tempora certa ſalutis;
Tempus & illa volat, momentis labitur ætas.
Deſpice, quæ pereunt, fugitivæ gaudia vitæ.
Non fragiles ſecteris opes & inania lucra,
Nec te ſollicitet circumflua copia rerum.
* Sint tibi divitiæ divinæ dogmata legis,
Sanctorumque patrum caſtæ moderamina vitæ,
Omnia quæ dociles ſcripſerunt ante magiſtri,
Vel quæ doctiloqui cecinerunt carmina vates:
Has cape divitias: ſemper contemne caducas:
In mentemque tibi veniat tremebunda ſenectus,
Quam gelidæ tandem ſequitur violentia mortis.
Ultima jam ſapiens meditatur tempora vitæ,
Torpentes ſenio vires morboſque frequentes,
Incertumque diem lethi certoſque dolores.
Multa ſenem fragilis vexant incommoda carnis:
Nam macie turpi tabeſcunt languida membra,
Tunc genuum junctura riget, venaſque per omnes
Illius in toto frigeſcit corpore ſanguis.
Sic baculo nitens artus ſuſtentat inertes.
Quid triſtes memorem gemitus, quid tædia mentis?
Somnus abeſt oculis, illum ſonus excitet omnis.
Quid tunc argenti, fulvi quid proderit auri
Improba congeries, multos collecta per annos?
Munera quid procerum? ditis quid prandia menſæ?
Quid meminiſſe juvat tranſactæ gaudia vitæ,
Venerit extremi tandem cùm terminus ævi?
Hæc, dum vita volat, vigili qui mente retractat,
Spernit avaritiam, vanoſque refutat honores.
Quid modò terrenis mentes intendere curis
Mortales cupiunt? quid turpia lucra ſequuntur?
Semper avarus eget, nec habet quod habere videtur.
Ille domi ſolus nummos abſcondit in arca,
Divitias cumulans, dum ſe ſe neſcit amare,
Plus amat hæredem, ſervat cui cuncta fidelis.
O nimium felix, parcus cui ſufficit uſus,
Corporis ut curam moderamine temperet æquo,

* Legunt alii Sethe.

* Iſte in monoſticho eſt ſecundus.

* Iſte in monoſticho eſt verſus 3.

 Non

SÆC. VII. ANNO 615.

Non misera capitur cæcaque cupidine rerum,
Nec majora cupit, quàm quæ natura reposcit;
Non lucri cupidus nummis marsupia replet,
Nec molles cumulat tinearum ad pabula vestes,
Pascere non pingui procurat fruge caballos,
Nec trepido tales * doluit sub pectore curas,
Ne subitis pereat collecta pecunia flammis.
Aut fracta nummos rapiat fur improbus arca.
Vivitur argento sine, jam sine vivitur auro;
Nudi nascuntur, nudos quos terra receptat.
Divitibus nigri referantur limina ditis,
Pauperibusque piis cœlestia regna patescunt.
Temnere divitias monuit Salvator avaros.
Quisquis amat Christum, sequitur vestigia Christi:
Nam brevis & fragilis moriturae gloria carnis
Quicquid habet, rapidi velox fuga temporis aufert.
Pulchrè veridici cecinit vox talia vatis,
Tempora dinumerans ævi vitæque caducæ.
Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur:
Alternant alimenta vices & tempora mutant.
Accipiunt alimenta * dies noctesque vicissim.
Tempora sunt florum, retinet sua tempora messis,
Sic iterum spisso vestitur gramine campus.
Tempora gaudendi; sunt tempora certa dolendi:
Tempora sunt vitæ; sunt tristia tempora mortis.
Omnia dat, tollit, minuitque volatile tempus.
Ver, æstas, autumnus, hyems, redit annus in annum.
Omnia cùm redeant, homini sua non redit ætas:
Hanc sapiens omni semper reminiscitur hora,
Atque domum luctus epulis præponit opimis.

* *Volvit.*

* *leg. Augmenta.*

FINIS.



SER-

SERMO
S. GALLI
CONFESSORIS,
DICTUS
CONSTANTIÆ
IN TEMPLO
S. STEPHANI,
IN CONSECRATIONE
JOANNIS
EPISCOPI CONSTANTIENSIS.

A Canisio primùm ex MS. S. Galli editus.

SÆC. VII. ANNO 615.

WALAFRIDUS STRABUS

Lib. 1. *de vita S. Galli Confeſſoris. Cap.* 25.

PRæmiſſis ex more divinæ libationis initiis (*die*, *quo Joannes Conſtantiæ conſecratus eſt Epiſcopus*) poſt lectionem Evangelii rogaverunt venerabilem Gallum, ut multitudini, quæ aderat, verbi officio ſacræ inſtructionis pabulum miniſtraret. Qui aſſumpto Joanne Epiſcopo, gradum adſcendit, eo videlicet pacto, ut ipſe quidem ædificationis inſtrumenta colligeret, Epiſcopus verò ad utilitatem barbarorum (*a*) bene prolata interpretando transfunderet. Cœpit ergò verbum facere de initio creaturarum, & Adæ peccatum, pro quo depulſus eſt de paradiſo, commemorare. Tranſiens inde ad diluvium, Patriarcharum conſequenter tempora perſtrinxit & actus. Egreſſum quoque filiorum Iſrael de Ægypto, & tranſitum per mare rubrum, legisque lationem per Moyſen & cœleſtis alimenti miracula replicavit. Regum deinde ſucceſſiones, & tempora Prophetarum breviter attingens, adventus Dominici tempus retexuit. Baptiſmum etiam Salvatoris, & mirabilium ejus gloriam commemorans, crucis ignominiam cum impiis inſectationum generibus veraci relatione ſubjunxit. Hæc audientes Eccleſiæ paſtores cum populi multitudine lacrymas fuderunt uberrimas; & ad invicem dixerunt: verè Spiritus ſanctus locutus eſt hodie per os viri iſtius. Ille verò prædicationem perduxit usque ad Reſurrectionem Chriſti, & in commemoratione generalis judicii terminavit. Omnes ergo qui aderant, alacri mentis exultatione repleti, benedicebant Dominum, & ad ſua cum gaudio remeabant. Doctor itaque venerabilis manens apud Joannem Epiſcopum ſeptem diebus, inter multa ſalutiferæ conſolationis verba, hæc ſæpius inculcavit: Quem Deus elegit, homo non deſpiciet. *Hæc Walafridus: cui Hartmannus S. Galli doctiſſimus pariter & religioſiſſimus Monachus vitio vertit, quod totam orationem S. Galli hiſtoriæ ſuæ non intexuerit; ut fecit S. Notkerus, cognomento Balbulus, ejusdem Monaſterii Monachus, & Magni Othonis nepos, qui vitam S. Galli ligata & ſoluta oratione tribus libris complexus eſt.* Porrò nobile hoc & eximium antiquitatis monumentum miſit ad nos ex S. Gallo R. P. Jodocus Metzlerus, ejusdem Monaſterii profeſſus, & SS. Canonum Doctor, cui unà mecum lectores gratias debent.

(*a*) Hæc non conveniunt cum capite VI. Ibi enim aſſerit ipſe Walafridus Columbanum Gallo id officii injunxiſſe, ut populum ab errore Idololatriæ revocaret; quia ipſe hanc à Domino meruerat gratiam, ut non ſolum Latinæ, ſed etiam barbaricæ locutionis non parvam haberet notitiam. BASN.

JACOBI BASNAGII
DE
S. GALLO
OBSERVATIO.



Agiſtrum itinerisque ducem *Columbanum* ſequitur diſcipulus *S. Gallus* Abbas. Illius vitam ſcripſit nono ſæculo *Walafridus Strabo*, qui quamvis eruditionis famam ſibi comparaſſet, multa tamen de Sancto *Gallo* veritati minus conſentanea credulus nimis effutiit.

I. *Gunzonem* Ducem, qui *Columbanum* in Italiam expulerat, filiam habuiſſe *Fridiburgam* nomine, ſingulari pulcritudine fulgentem, *Sigiberto Theodorici* filio deſponſatam, à dæmone obſeſſam, deinde à *St. Gallo* miraculo ſanatam plurimis capitibus refert. Mirabitur ſane quisquis hæc legerit, talia viro docto excidiſſe; ignorabat quippe *Sigebertum Theodorici* filium poſt pugnam Tolbiacenſem vix duodennem à *Clothario* interemptum, ut obſervatur a *Mabillono* coeterisque Hiſtoricis; nec ab errore liberari poteſt *Walafridus* mutatis nominibus & perſonis, ita ut ille *Sigebertus Fridiburgæ* deſponſatus, non *Theodorici*, ut ait *Strabo*, ſed *Dagoberti* fiat filius; quippe *Sigebertus Dagoberto* parente natus nondum erat in vivis an. 614. ante obitum *Columbani* quo patrari debuit illud miraculum; nec ille *Fridiburgæ* ſponſus potuit eſſe *Sigberctbus* Orientalium Anglorum Rex, qui tum temporis in Gallia exſulans lavacrum Baptismi recepit, ut conjicit idem *Mabillonius*. Quippe *Sigebertus*, quem indicat *Walafridus*, regnavit apud Gallos: Publicas poſſeſſiones *Sancto Gallo* ob reſtitutam ſponſæ ſanitatem inſtrumento firmavit: *Gunzoni* præcepit, ut ſi *Gallus* ſolitudinis incola eſſe vellet, ſolatiorum copiam ædificandæ cellæ neceſſariam ſubminiſtraret: quæ mandata Principi exſulanti non conveniunt. Erravit etiam *Walafridus* qui neſcio quem *Cyprianum* Arelatenſem Epiſcopum, *Sigebertum* a nuptiis illicitis comprimentem ſibi finxit; quippe nullus in Dypticis Arelatenſis Eccleſiæ a *Mabillonio* proditus apparet Epiſcopus nomine *Cypriani*. Unde facile conjicias non omnia quæ de *Sancto Gallo* apud *Walafridum* leguntur eſſe recipienda ideoque pauca tantum excerpſimus.

I. De vita S. Galli a Walafrido ſcripta.

Walafridus c. 21. p. 242.

Dypticha Eccleſ. Arelat. Analecta t. 3. p. 431.

II. *S. Gallus* fuit oriundus ex Hybernia, de qua tum ipſe tum alii de moribus incolarum horrenda teſtabantur. Parentes ejus ſecundum ſæculum nobiles erant, quin imo ex Regali proſapia natum ſcripſit *Goldaſtus*, Patre *Kethernach* Hybernorum Principe qui regnum reſpuit. Sed leviſſima *Goldaſti* conjectura, quæ nec ipſius *Walafridi* autoritate nititur. A parentibus *Columbano* commendatus Regularem profeſſus eſt vitam. Præceptoris inſiſtens veſtigiis una cum eo in Gallias appulit. Aliquandiu fuit in Ruthenis, ut teſtatur ejus Epiſtola ad Deſiderium Cadurcenſem Epiſcopum ſcripta. Italiam petente *Columbano* Abbatis pedibus advolutus *S. Gallus* indicavit ſe vehementiſſima febre

II. Vita S. Galli.

Sæc. VII. Anno 615. febre laborantem iter conficere non posse. Iratus Abbas Missam donec in vivis esset ab eo celebrari vetuit. Sanata, ut ajunt, *Gunzonis* filia, Constantiensis Episcopalis sedes, in Mercedem restitutæ sanitatis fuit oblata. Sed cum vivente *Columbano* interdictum altaris Officium usurpare non posset; Canonesque vetarent ne facile de longinquis regionibus commigrantes aliis in locis ordinarentur; *Johannem* Diaconum suas vices in Episcopatu Constantiensi subire jussit. Inter illius ordinationis solemnia Sermonem de quo mox sumus acturi, ut populo spirituale pabulum ministraret, recitavit. Advocatus Luxovium sedem in eremo electam deserere negavit.

Walafridus vita S. Galli apud Mab. Sæc. Ben. 2. c. 29. p. 247.

III. *Obitus S. Galli.* III. De obitus tempore lis est inter eruditos; si credas *Walafrido*, cum febrili infirmitate per quatuordecim dies laborasset, XVII. Kalendas Novembris hoc est 16. Octobris expletis 95. annis ætatis suæ, hujus vitæ liberatus ergastulo, reddidit animam meritis plenam felicibus bonis inhæsuram perennibus. Annus quo id evenerit, indicatur in vita S. Magni; legitur enim per decennium *Columbano* fuisse superstitem. Obiisse debuit igitur *Gallus* an. 625. sed obstat. I. quod præceptore multo senior fuisset discipulus; cum tamen primæ ætatis flore nitentem *Columbano*, qui jam in Hybernia velut splendidum ignei solis jubar singulari decore omnium ipse provocabat amorem, obtulerunt *S. Gallum* Parentes. II. Nec jam 85. annos provectus & senio confectus vel ad sedem Constantiensem tenendam vel ad Luxoviense iter conficiendum fuisset provocatus, ideo circa annum 645. e vivis excessisse credit *Mabillonius*. Diem obitus XVII. Kal. Nov. consignarunt tum *Walafridus* tum *Notkerus* in Martyrologio. *Usuardus* vero & *Ado* qui *S. Gallum*. X. Kal. Mart. celebrant, forsan elevationis memoriam dum *S. Galli* corpus a *Besone* Constantiensi Episcopo in decentiorem locum illatum est, indicaverunt. Præter *Walafridum* S. Galli vitam scripserat *Ermenricus* Monachus Augiensis, sed nobis superest tantum præfatio a *Mabillonio* in Analectis edita.

c. 1. p. 230.

IV. *De Sermone S. Galli.* IV. De Sermone *S. Galli* quædam etiam sunt notanda. I. Prolatus est ille Sermo, dum *Johannes* Diaconus, quem Episcopum Constantiensem indicaverat, ordinaretur. II. Ab Angelorum peccato hominumque creatione sumens exordium, Historiam Patriarcharum, Regum successiones, Prophetarum tempora leviter attingens, ad Christi mortem & Pentecostes miracula orationis filum prosecutus est. III. Angelos ante mundum creatos imo lapsos indicat, utpote qui velit homines ea ratione creatos, ut deficientem *Sacri cœtus numerum* supplerent. Nec primus ab Origene id sibi finxit; quam plurimi Patres eam tenuere sententiam: Sex mille nec dum nostri orbis implentur anni, quantas prius æternitates, quanta tempora, in quibus Angeli, Throni, Dominationes, cæteræque virtutes servierint Deo; inquiebat post *Tertullianum* & alios *Hieronymus*. IV. Nova forsan videbitur interpretatio verborum Christi ad Parentes, *in his quæ Patris mei sunt me oportet esse*. De *Templo* enim intelligit *S. Gallus*, quæ de rebus à Patre sibi mandatis prædicabat Christus, indeque concludit, ficulneo prorsus argumento, *Templum ad Christum æque ac Patrem pertinere*. V. Diabolo ex *corporis gestibus vel habitu* Christum esurire innotuisse asserit, non vero ad intima cordis, nescio quo lumine quod ipsi sæpius tribuitur, penetravit. VI. Ipsis Apostolis & eorum sequacibus bonum Virginitatis arripiendum Christum persuasisse vult. VII. Denique linguarum donum non modo Apostolis, sed eorum sequacibus concedit peculiari modo: *Quia dum plurimarum linguarum hominibus in una loquerentur, a cunctis intelligerentur*.

in Ep. ad Tit.

SER-

SERMO SANCTI GALLI

Confessoris Domini, habitus Constantiæ.



SEmpiternus & inæstimabilis Deus, cum coæterna sibi Sapientia, hoc est, Filio sempiterno, & Charitate sibi & filio suo consempiterna, id est, Spiritu sancto, absque ulla inchoationis, vel temporis mutabilitate, vel locorum, vel ministeriorum indigentia, semper in semetipso beata & immortali Majestate subsistens. Nequaquam tamen sine congruo sibi servitorum obsequio solitarius mansisse putandus est, cum manifestissimè dicat Apostolus: *Elegit nos in Christo ante constitutionem mundi*, prædestinatione scilicet æterna, non creatione temporaria, sed vocatione gratuita, vel indebita gratia. Sed qui semper omnia futura in sua bonitate, & maximè sanctorum Angelorum, & hominum societatem, præsentialiter contuendo quasi facta disponit, aliquando etiam præscitam & prædestinatam immobili consilio creaturam, ad se laudandum, & ex se, & in se, & per se beatè vivendum omnipotentissimo dignatus est opificio creare de nihilo, & super cœlestia quidem beatis spiritibus habitaculum fecit: terram verò futuris hominibus præparavit. Quorum creationis caussam nosse nos convenit, fratres Christianissimi, ne viles vos & abjectos arbitrantes, pecudum conversatione dignitatem vestram nullificetis. *Prædestinatio.*

Deus summè bonus, benevolentia plenus, invidiæ carens, malitiæ nescius, spiritus Angelicos exemplo sui rationabiles creare disposuit, ut ipsum Dominum, suæ cognoscentes originis autorem, dilectionis ejus pinguedine referti, in ipso delectarentur esse beati. Sed cum de illis aliqui nondum de ejus dulcedine degustata, seipsos sibi esse principium, & caput, vitamque, & suavitatem, cursu temerario & stultissimo persuadere sibi præsumerent: intus inanes & vacui, superbiæque pondere prægravati, de tranquillissimo cœlorum habitaculo, in hujus aëris tempestuosam turbulentiam, usque in diem generalis & sempiterni judicii, repentino sunt casu detrusi. Sed immutabilis benignissimi creatoris voluntas præfinitum beatissimi cœtus numerum supplere disponens, humanum genus in eorum locum substituit. Quos homines ratione perditos, præceptis instructos, minis coërcitos, proprio dereliquit arbitrio, ut imitatione Dei prava & iniqua contemnerent, ac recta & æqua retinere curarent. Impius autem homicida Satanas, qui nec sibimetipsi pepercit, tantum à Deo terrigenis honorem collatum perdolens, casum, quo ipse superbus periit, incautis & fallaciæ nesciis invidus persuasit, ut videlicet non creatorem sempiternum pro Deo venerari, sed creaturam temporalem, hoc est, seipsos sibi pro diis habere delectatione mortifera consentirent. Quod maximum & immanissimum peccatum tanta flagitia & facinora, vel etiam crimina sunt subsecuta, ut justitia divina mundum, quem omnimodo decoravit ornatu, cum humano genere, quod eidem regendo præfecit, aquis diluvii delere decreverit: Et faceret, nisi multam malitiam nostram, ejus immensa bonitas superaret. *Angelorum lapsus & Hominum creatio.*

Ergo nec tanta scelera inulta dereliquit, nec tamen creaturam benè conditam penitus consumpsit. Ex omnibus hominibus, uno delecto justo, per cujus providentiam, imò suam admonitionem, talis quædam archa construeretur, in qua ipse cum domo sua, & reliqua creatura ad resuscitandum semen competente, in supremis licet periculis se quasi defuncti mundi superstitem remanere miraretur. Cumque post totius anni penè circulum præsago nomine Noë nuncupatum, quasi consolatorem tantæ, licet justissimæ vindictæ, de claustri illius ergastulo creator miseratus eduxisset, & ipsum cum prole sua, & seminarium cunctæ creaturæ nova benedictione ditavit. Jamque renascentibus filiis Adam, revixit & superbia dudum in radice damnata, adeò ut Lutei mortales luteo & bitumine turrim construere molirentur, de cujus cacumine side- *Diluvium.*

Sæc. VII. Anno 615.

ſidereum & immortale habitaculum, Deo poſſeſſore invito poſſent invadere. Cujus tam invicti (ut ſtolidis videbatur) machinamenti conſpirationem tam facile omnipotentiſſima ſapientia diſſipavit, ut linguis omnium confuſione diverſiſſima, vel ſimilitudine diſſimillima diſparatis, nullus conſanguinei, vel fratris ſui linguam intelligere poſſet: Et idcircò univerſi per regiones & loca varia disjecti, ut terris & loquela diviſi, ita & religione, vel potius furore diſperſi, & alii quidem cœleſtem naturam hominum miniſteriis, Deo autore proviſam, divino cultu & ſervitute venerati ſunt. Alii verò mortuis hominibus, ſimulacra facientes, malignos ſpiritus aſſidentes eis, quaſi tutores & fautores animæ, vel corporis vivorum, licet juſtè mortalium, dementes colere cœperunt. Sed adhuc indefeſſa pietas immortalis & veræ Deitatis creaturam benignè conditam, non usque quaque ſua miſeratione privatam diſpulit, ſed de medio idololatriæ deditarum gentium Abraham patrem futurorum fidelium, ad ſe, verum & vivum Deum cognoſcendum de cœlo vocavit.

Liberatio populi Iſraelitici.

Qui incomparabili plenus obedientia divino parens imperio, exiit de terra & cognatione ſua, neſciens adhuc quò ire deberet, dummodo Dei juſſionem expleret. Qua de re hujuſcemodi deſuper accepit oraculum, quod & terram peregrinationis ſuæ in poſſeſſionem eſſet accepturus: quod factum eſt in Judæis de carne ejus, mortali propagine deſcendentibus: & quod in ſemine ipſius benedicerentur omnes gentes. Quod in nobis ipſis per Chriſtum, ex ejus ſemine, ſecundum carnem, procreatum per Virginem, completum eſſe gaudemus. Hujus igitur fidei in præputio comprobatæ quaſi quoddam ſignaculum eidem patri Abraham circumciſionis impoſuit ſignum. Quo tàm diu gentem de ejus femore propagatam oportuit inſigniri, donec ille veniret, qui omnes in ſe credentes ab omni peccato, & circumciſionis injuria ſua paſſione redimeret. Cum autem populus de illo non modicus exortus, cauſſa famis de terra Canaan, quam incolebant, terram ingrederentur Ægypti, quo Deus unum de providentiam mundus penè totus, alimentorum penuria periclitatus, aliquatenus conſervaretur; & juxta ritum gentis illius milleformia cœpiſſent monſtra venerari, duriſſimis etiam operibus premerentur ab Ægyptiis, recordatus Deus fidei, probitatisque Patrum, direxit ad eos ſervum ſuum Moyſen, qui per multa ſigna & plagas intolerabiles, domitis Ægyptiis, Dei populum ad terram, Patriarchæ Abraham dudum promiſſam, cœleſti ducatu directus introduceret. Cumque de terra illa progreſſi inter oram rubri maris, & vaſtiſſimam ſolitudinem feſſi conſediſſent, Rex Ægyptiorum damno ſervitutis amiſſæ ſtimulatus, congregato exercitu, junctisque curribus, eos ita quaſi piſces in gurguſtio concluſit. Quibus ad Deum verum levantibus vocem, aquæ maris huc atque illuc diviſæ, iter ſiccum viantibus præbuerunt. Quod cernentes cultores ſimiarum, & caniformis Anubis, Neptunum jam ſupervacuè placandum ſibi putabant, ſic undis in partes diviſis. Omnes igitur ſequentes veſtigia commeantium, extremô ſuorum baratrum ingreſſi, noviſſimoque plebis Dei ad naturale littus transgreſſi, ita ſunt montibus aquarum involuti, ut nullus remaneret, qui factum, domi reſidentibus referre potuiſſet.

Transmigratio ex Ægypto in Canaan.

Cum autem expenſæ, quas de Ægypto ſecum tulerant, Hebræis defeciſſent (quod nomen populo Dei idcirco impoſitum eſt quia tranſierant de gente in gentem, & de regno ad populum alterum) dedit eis Deus panem vel carnes de cœlo, aquam verò vel amaram dulcoravit, vel non habitam de petra produxit, & ſic eos per deſertum quadraginta annos ad terram promiſſionis circumduxit, donec deſueſcerent idololatriam, de qua erant educti, & quam ubicunque venirent, erant inventuri, à qua, ſicut & de cæteris malis, de cœlis illos cavere monuit, & ad ſe cognoſcendum, vel alia bona & juſta ſectanda, diligenter inſtructos, tandem in terram, pollicitationis ſuæ memor, miſeratus introduxit. Et ut pridem rubrum mare, ita modò Jordanem fluvium navigabilem ſiccis pedibus transmeare præcepit & fecit. Dumque adhuc, qui hæc mirabilia viderunt, ſuperſtites in carne vixerunt, notitia & cultus veræ Deitatis & divinæ veritatis incontaminata perſeveravit. Illis verò ad patres ſuos repoſitis, filii de carne ipſorum propagati, non fidei bonum imitati, ſed circumpoſitarum gentium ſimulacra colendo, ſunt in præcipitium idololatriæ devoluti. Pro quo ſcelere dati ſunt in manus inimicorum ſuorum, circumcirca vel longè poſitorum. Et cum aliquando preſſi juſtiſſimè, per preces ad Deum patrum ſuorum fuiſſent reverſi, ſuſcitavit illis aliquem de fratribus eorum, qui eis & ſalvator contra hoſtes, & ad concordiam invicem retinendam judex idoneus exiſteret. Cumque multo tempore influctuarent, id eſt, ut cum aliquando illis proſperitas arrideret, ad venerationes idolorum defluerent: Quum verò tempeſtas perſecutionum immineret, ad Deum verum, ad tutiſſimum portum, omni adniſu, redire conarentur;

Tan-

Tandem dedit illis Regem, nomine David, qui & à finitimarum gentium incursionibus defenderet, & timorem Dei, cujus ipse plenissimus erat, & juxta nomen suum, Manu fortis, continuis retineret habenis. Post cujus mortem, cum propter peccatum filiorum ejus, non amplius de duodecim tribubus filiorum Israel (quod nomen patri eorum, & ipsis idcirco impositum est: quia visione sua Deus eundem dignaretur) quàm duæ tantum, Benjamin scilicet & Juda, à qua & Judæi sunt appellati, posteris David cum paucis Sacerdotibus & Levitis adhærerent, (quo nomine omnes divino ministerio mancipandi, à patre suo Levi sunt nuncupati) Reliquæ verò decem, vel (*a*) potius undecim tribus per Regem unà subversorem suum Hieroboam nuncupatum, & pessimam ipsius progeniem ad immunditiam idololatriæ fœditatis à gloria sua, Deo scilicet sempiterno, immanissima dementia recesserunt. Qui & tradidit eos in manus inmicorum suorum, quibus subjecti, idola sunt etiam qui nollent adorare compulsi. Sed & fidelissimi David propagatio ad infidelitatis malum non post multum temporis aberravit, adeo ut & ipsi Reges & Sacerdotes, neglecto unius veri Dei cultu, Saturnos, Junones, turpissimumque Priapum, in ipsa Hierusalem, quam civitatem cum templo in sanctificationem sibi delegit, acti furore, venerarentur. Propter quod competenti satis talione impiè derelictus ab eis, justè dereliquit eos Deus in potestatem paganorum, ut impleretur, quod eis antea comminabatur. Sicut servistis Diis alienis in terra vestra, sic servietis diis alienis in terra non vestra, qui non dabunt vobis requiem.

SÆC. VII. ANNO 615. *Reges Judaor.*

Sed & tunc non oblitus Fidei Abraham, & David, aliquos ex iis, pro reliquiis, in terra sua retinuit, templumque suum in Hierusalem ad tempus aliquantulum conservavit, donec peccatis eorum crebrescentibus, etiam ipsum cum civibus & civitate mereretur incendi. Sed neque tunc eos usque quaque divina deseruit clementia, quin imò de favillis & ruinis urbis eversæ quosdam reservavit, quibus aptissimè propheticum illud conveniret: Facti estis quasi torris de incendio raptus, & nec sic redistis ad me, dicit Dominus. Quod quidem in eis, quos in terra sua residere fecit, completum cognovimus, ut peccata peccatis addentes, & se mutua cæde vastantes ultima necessitate, ut sibi videbatur, compulsi, in Ægyptum quasi reservandi, contra vetitum divini oraculi, verè trucidandi confugissent. Qui vero à Rege, qui superbiam eorum Dei voluntate domuerat, in captivitatem longinquam fuissent abducti, ibi ad Deum Patrum suorum ex toto corde conversi, ita tribulationis igne decocti sunt, ut nec igne materiali ab ipsius possent amore divelli.

Peccata Judaor. *Captivitas.*

Tandem ergo misericors & miserator Dominus tam graves eorum labores miseratus, Regum adeo animos, qui eosdem in captivitate tenuerunt, ad indulgentiam & relaxationem voluntariam illorum permutavit, ut de publicis redditibus & ærariis, plurima impendi præciperent, in adminiculum ad terram suam revertendi, & templum Dei in ea demum restaurandi. Sed heu! prô dolor! cum legem Dei vel cæremonias, in quantum à finitimis, imò commixtitiis hostibus impediri non poterant, sedulò curassent observare; quod nullus unquam vel excogitare potuisset, repentino casu Rex nefandissimus Græcorum, utputa, prævius & præco malignissimi Antichristi, eos ita oppressit, ut non nisi manu cœlestis Imperatoris se ullo modo ulterius crederent allevari. Qui & tanto miraculo ab immanissimorum, diversissimorum atque innumerabilium adversariorum eos impetu liberavit, ut paucissimi de Judæis plurimis eorum interfectis, reliquis, qui manere poterant, non parum incuterent ubicunque terroris. At cum illi, qui talibus flagellis eruditi, Dominum patrum suorum metuere nossent, diversis casibus absumpti, morte sua mundum reliquissent orbatum, & propter peccata in seculo remanentium, primum viles personæ de successoribus eorum populo Dei præficerentur: postea verò & ipsi alienigenis miscerentur, vel potius servitutis ejus jugo subjicerentur; necessarium erat, ut ipsa divina sapientia, per quam cuncta sunt facta, reficiendo generi humano per seipsam consulere dignaretur.

Reditus.

Sed quia in sua incomprehensibili majestate, naturà illa divina ab infirmis, & mortalibus comprehendi non poterat, mira pietatis dispensatione procuravit, ut nostræ infirmitati mortali, manente tamen incommutabilitatis suæ potentia conformata, de incorruptæ Virginis utero nasceretur, & consueto nobis more usque ad juveniles annos ætate & incrementis, gratia verò & sapientia singulari perveniret. Nec tamen cum carne sua Deitas illius esset obumbrata, per totum potuit humanis mentibus abscondi, his duntaxat, qui eum cognitum suscipere voluissent. Quando & in hora Nati-

Nativitas Christi.

(*a*) Male; nam Benjamin & Juda stabant a partibus Roboami. BASN.

SÆC. VII. ANNO 615.

Nativitatis illius Angelus Domini cum magna claritate pastoribus gentis ipsius apparuit, & ortum ejus omnibus gentibus profuturum nunciavit, in quæ verba eidem Angelo multitudo cœlestis militiæ occinuit. Sed & ipsa hora in remotioribus Orientis partibus sapientissimis, & astrorum gnaris hominibus nova stella inopinatò apparens, eos ad ortum novi Regis attraxit. Nec non & quadragesimo nativitatis ejus die, cum eum ad templum Dei, pro solenni ejus gentis consuetudine, Mater Virgo præsentandum deferret, ibidem à sanctis hominibus mundi Salvator est agnitus, & ab eis cæteris fidelibus nuntiatus.

Infantia & Baptisma Christi.

Duodecimo quoque ætatis anno cum in eodem templo parentibus remaneret ignaris, videlicet æstimantibus inter cognatos & notos eum secessisse de urbe, sed eo non invento, regrederentur ad templum, & ibi eum post triduum in medio Doctorum sapientissimè se agentem reperissent, interrogante Matre, cur eam dolentem reliquisset: respondit: *in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse:* utique insinuans templum non minus ad se, quàm ad Deum patrem pertinere. Trigesimo verò, ex quo inter homines conversari cœpit, anno ad Baptisma servuli sui properavit, ut ex eo scilicet sequacibus suis exemplum tribueret, ne quis ab inferiori persona baptizari contemneret, quando ipsum Dominum & Deum suum famuli sui manibus baptisatum meminisset. sed quia non aliqua sui necessitate, sed humilitatis propagandæ gratia voluisset in aqua lavari: Ecce Deus pater cum voce de cœlo delata, contestatus est, dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est, ipsum audite.* Et Spiritus sanctus, cujus jam & opere conceptus est, ad declarandam sanctitatis ejus innocentiam, in columbæ super eum specie descendit.

Luc. 11.49.

Christus tentatur à Diabolo.

Ita ergo CHRISTUS homo glorificatus & confortatus ad prælium cum diabolo conferendum, quadraginta dierum jejunium exacturus, abiit in desertum. Quibus expletis, callidissimus adversarius, ex aliquibus, ut *creditur, humani corporis gestibus, aut habitu*, illum esurire persentiscens, & idcirco hominem eum tantum esse reputans. Sed propter vitam innocenter actam super homines formidans, hac arte illum aggreditur, ut si quidem esuriem suam pane de lapide facto, ut ipse suadebat, consolari potuisset, divina in eo potentia deprehensa, ab ejus injuriis & insectationibus quievisset. si in tanta necessitate nec seipsum recreare quivisset, puro tamen homine comprobato, non minus eum sibi, quàm cæteros mortalium obnoxium consideraret. Sed admirabilis Magister pietatis, ita versutias ejus elusit, ut nec in panes lapidibus permutatis, divinitatis in eo deprehenderet insignia, nec impossibilitate confessa, ad nostra animaretur infirma. Dicens, quod vita rationalis animæ non tantum in materiali consistat alimento, sed in omni verbo, quod procedit de ore DEI.

In hoc ergo conflictu certior factus, quàm ante fuerat, diabolus per ostentationem inanis gloriæ, qua plurimum delectari mortalium mentes agnoverat, divinitatem Christi se explorare posse putabat. Assumpto eo, & super fastigia celsissimi templi posito, suasoque ut inde, si filius Dei esset, se præcipitem daret, & non læderetur. Ad quem bellator invictus hujusmodi temperavit eloquium ut nec filium Dei se negaret, nec diaboli suasionibus consentiendum esse doceret, dicens: quia sanæ mentis non esset, ut quisquam Dominum & Deum suum tentare præsumeret. Igitur & in hoc elisus certamine inimicus, per avaritiam qua mundum se peremisse gaudebat, & Christum sibi subjugare non diffidens, ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, eo pacto, ut si pro his accipiendis ipsum prostratus adoraret, talibus ab eo donatus abiret. Quam immanissimam blasphemiam magister humilitatis exhorrescens, turbida indignatione monstrum nefandissimum à se repulit, dicens: Religiosi cordis esse, Dominum Deum adorare, & illi soli servire. Cujus vi fulminis attonitus adversarius, & ab eo recessit usque ad tempus. Victoriosissimum verò Regis nostri triumphum admirantes angeli, debitis eum venerati sunt obsequiis.

Miracula Christi.

His ergò ita peractis, Christus Dominus ad homines regressus, secundum scripturam, operatus est salutem in medio terræ: Cœcis visum restituens, surdis auditum, mutis loquelam, leprosis emundationem, mancis opificia, dæmoniacis mentem, paralyticis vigorem, claudis gressum, & mille sine nomine morbis omnimodam impertiens medelam. Quin & sequentum quatuor millia de septem panibus, & paucissimis piscibus saturavit. Aliquando verò de quinque panibus & duobus piscibus ita quinque millia virorum, excepta mulierum & parvulorum immensa numerositate, replevit, ut de fragmentis reliquarum, quæ de his pauculis rebus, inter manus & dentes convivantium succreverant, duodecim corbes ad testimonium tanti miraculi farcirentur. Mare quoque siccis pedibus ambulavit, & fœtentes mortuos de sepulchro suscitavit, & ad convivium vocatus, aquas in vina mutavit. Et super hæc omnia, Pater de cœlo,

cœlo, quondam, discipulis audientibus, interdum verò turbis infinitis astantibus, pariter & auscultantibus, eum filium suum commendavit, & se illum jam clarificasse, & adhuc clarificaturum promisit. SÆC. VII. ANNO 615.

De doctrina verò ejus quis aliquid dignè commemoret? cum & discipulis suis talia mandata proponeret, quæ vix aut nequaquam humana possibilitas, nisi vi valida Dei ipsius adjuta vel attracta posset exequi, & omni sexui vel conditioni tàm levia, & ita salubria ipsa monita intimare curaret, ut nullus omninò, nisi multum ignarus, & per omnia divina gratia vel protectione indignus, à regno Dei debeat excludi. Denique ipsis Apostolis, & eorum *sequacibus ita bonum virginitatis arripiendum persuasit*, ut hoc scirent non humanæ industriæ; sed muneris esse divini. Abrenuntiationem quoque omnium facultatum & affectionum sic eisdem aggrediendam intimavit, ut se cognoscerent & in hoc seculo multa plura, quam reliquerant, accepturos, & in futuro vitam æternam possessuros, & in die magni judicii cum ipso judices esse venturos. Cæteros autem fideles docuit, ut humilitate, mansuetudine, pace, misericordia, justitia vel patientia Deos suos & sibi regnum Dei, persecutiones etiam improborum, si ita necessitas incumberet, sustinendo acquirere non lassarentur. In commune autem cunctis præceptum dedit, ne fratribus irati convitiorum maledicta in eos jacularentur, vel his occasionibus non amputatis, ad homicidia laberentur. Et ne quis uxorem proximi sui impuro contueretur oculo, & idcircò maculari posset adulterio; & ne temere jurare præsumeret, ne fortè perjuraret; nec quisquam obstinatè adversario suo resisteret, & inde non solùm animæ, sed & corporis periculum incurreret.

Ejus doctrina.

Porrò autem perfectioris vitæ cupidis, & regni cœlorum avidis, ita nuditatem & contemptum terrenorum indixit, ut tamen nequaquam hæc sibi defutura confiderent, cum cæteros Christianos his abundantes ita ad illorum accenderet obsequium, ut quicunque illorum hæc suis pauperibus ministraret, ipsi Christo & Deo Patri se impendere non dubitaret. Fictos autem Dei cultores, & de generis nobilitate gloriantes, hypocritas & genimina viperarum nuncupavit. Ipsos quoque sacerdotes, qui pietatem nomine prætendebant, & maliciam in corde contegebant, cœcitatis notavit, & cœcorum duces redarguit, & multum convenienti comparatione sepulchris dealbatis assimiles devicit, qui à foris quidem apparent hominibus pulchra, intus verò plena sunt omni spurcitia. Nec non & Pharisæos, qui sibi justi videbantur, & aspernantes cæteros, pœnitentiam peccatorum recipere noluerunt, ita confutavit, ut seipsum diceret ideo venisse, non ut justos, sed peccatores & perditos inquireret, & salvos faceret. Et se esse verum Dei filium, non solum attestatione signorum, & incomparabili sapientia manifestavit, sed etiam propheticis literis, ac invictissimis allegationibus approbavit: sed increduli Judæi quotiens in Sanctis suis Deum contemnere non timuerunt, nec ab unico filio ejus maliciæ suæ machinamenta continuerunt, injuriis eum lacessentes & maledictis, insuper & lapidibus eum insectantes. Cùm ergò incorrigibiles eos pervideret, cum discipulis suis secedens ab eis seorsum, ruinam miserorum jam jamque incumbere, sed & mundi totius finem non longè post futurum renunciavit: & se pro salute generis humani cito crucis patibulum subiturum, & die tertia se resurrecturum esse prophetavit.

Interea gens impia unum de discipulis jam dudum avaritiæ morbo corruptum, promissa pecunia, ad proditionem Magistri & Domini sui protrahere curaverat: dum ille diabolo plenus, & jam ultrò inimicis eum tradere paratus esset. Captata igitur opportunitate quando sine turbis, quæ illum frequentissimè sequi solebant, ita ab adversariis capi, ligari, trahique potuisset, ut evadendi vel defendendi facultas ei, sicut illis videbatur, non esset. Post orationem quam valdè prolixam pro salute nostra Dei Patri profudit, obviam persecutoribus suis processit, & quem quærerent, interrogavit. Qui cum se Jesum (quod nomen ejus erat propitium) quærere dixissent, & ille se esse responderet, iterum atque iterum retroacti abierunt, & ceciderunt in terram. Sed qui ad hoc venerat, ut passione sua nos ab æterna damnatione liberaret, tandem aliquando, majestatis suæ potentia ad tempus abscondita, in potestatem furentium se spontè permisit, ut indebita morte sua nos ab omnibus debitis peccatis absolveret. Captum ergò & ligatum impii ministri ad Tribunal Pilati præsidis perduxerunt, quod gentem illorum subverteret, & tributa Cæsari dare prohiberet, & Christum regem se esse diceret, & idcircò Judex ipse, si amicus Cæsaris esse voluisset, talem vivere in sui condemnationem capitis permittere non deberet. Tum ille necessitate compulsus, dedit illum militibus suis, ad illudendum. Qui irrisoria veste, veluti qui Regium sibi nomen usurpare præsumeret, induens: Et corona spinea pro diademate corona-

Mors Christi.

Locus proprium.

Sæc. VII. Anno 615.

coronatum, quin & arundine pro sceptro imperiali dexteram completum, sputis in faciem illius projectis, & colaphis alapisque creberrimis, ferulisque cædentibus eum injuriantes, & regis nomine salutantes: insuper & singulorum nomina prodere velatum postulantes, quasi vile mancipium (ut interim Dei filium taceam) maximum Prophetam, & tantorum effectorem signorum, sapientissimumque virum turpissimè tractare studuerunt, & ita illusum, imò castigatum, & ut apertius quidem dicam, mortificatum præfecto suo iterato illum præsentaverunt.

Judæi verò nec dum tantis ejus injuriis saturati, petiverunt præsidem, ut eum crucifigi præciperet. Quod cum ille sæpius abnueret, dicens: *in eo se nihil dignum morte invenire.* Tunc impia gens, & cunctis abominanda, tali maledicto se damnavit, ut imprecarentur, *sanguinem ejus venire super se & super filios suos*, adjicientes quia ipsi legem haberent, & ille secundum legem deberet mori, qui se Dei filium præsumptuosè faceret: sed ne verbo quidem simplici diceret, nisi eo modo, ut ipsi ex operibus, quæ in nomine Patris sui faciebat, metirentur, aut conjectarent, utrum tantorum mirabilium operator, filius Dei dici & credi meritò deberet. His igitur præses tremefactus, & maximè propter illud constrictus, quod quasi maximum & intolerabile sibi metuebat objectum; Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, adjudicavit fieri petitionem eorum.

Tunc imposuerunt ei crucem, quam ad locum usque portaret, sed tamen quasi honorantes & compatientes ei, quem tam indigna morte perimere satagerunt, coëgerunt quendam alienigenam crucem ferre post illum. Et cùm venisset ad locum, qui Calvariæ dicebatur, pro eo quod ibidem ad mortem condemnati truncari solebant, Christum Dominum crucifigentes; ut ex hoc turpissima mors redderetur infamior, latrones unum à dextris, alterum suspenderunt à sinistris, & his verbis irridere gaudebant: *Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere.* Unus etiam de latronibus simili bacchatus insania dixit ad illum. *Si tu es filius Dei, salvum fac te ipsum & nos:* alter verò, cujus Deus illuminare dignatus est mentem, ad cognoscendam veritatem præsentem, increpabat socium, & obsecravit Dominum pendentem, ut suimet in regno suo meminisse dignaretur. Cujus credulam mentem & os confitens Christus approbans, eodem die secum in paradiso illum spopondit affuturum. Dum hæc creator à creatura quam rationabilem condidit, pertulisset: irrationabilia & insensibilia majestatis ejus nutu conterrita, defectum sui mortalibus minabantur: Cùm & sol in tenebras sit conversus, & terra mota, & petræ scissæ, & monumenta aperta, & rerum natura turbata, quæ injuriam Dei ferre non sustinebat. Posthæc verò cùm omnia reliqua, quæ fieri oportuerat, essent impleta, ut consummaretur Scriptura, quod aceto potandus esset: sitire se dixit, & cùm accepisset acetum, & suum spiritum in manus patris commendasset, dixit: Consummatum est, & sic inclinato capite tradidit spiritum, & honorificè sepultus ab amicis, cautissimè servabatur à custodibus, metuentibus videlicet, ne die tertia, sicut ante prædixit, resurgere potuisset.

Resurrectio Christi.

Sed angelus cœlo veniens, milites sepulchrum evigilantissimè custodientes, mortuorum instar stupefactos reddidit, & post modicum recreato animo & spiritu, testes gloriosæ resurrectionis ejus effecit. Porrò interim cùm ipsi jacerent, ut exanimes, pias cum aromatibus ejus * corrumpendi corporis visitatrices idem angelus † gratanter affatus, ne timerent hortatus est. Et quia Dominus Jesus Christus devicto mortis imperio resurrexit, certo patefecit judicio, & ut locum viderent, ubi positus erat Dominus admonuit. Quo cùm intrarent, viderunt duos angelos in albis sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, quondam ibi requiescentis, & modò resurgentis inde autoris æternæ vitæ. Cumque pavefactæ cœpissent egredi, aufugere cupientes, occurrit eis ipse Dominus benignissimè, salutatas ad discipulos suos devictæ mortis nuntias destinavit. Et eodem die Petro specialiter apparuit. Qui & duobus ambulantibus, & de se sermocinantibus conviator effectus, de scripturis asseruit, quia sic oporteret Christum pati, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam. A quibus etiam invitatus ad cœnam in fractione panis est agnitus, cum ob cœcitatem cordis prius videretur ignotus.

* *Lege ungendi.*
† *fort. gaudenter.*

Missio Apostolorum.

Serò quoque cùm factum esset, ipsa die apparuit Apostolis suis, & eis gaudia pacis mandans insufflavit, & dixit: *Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Ad confirmanda quinetiam corda dubitantium, qui se putarent, spiritum potius videre quàm corpus, ostendit eis manus & pedes recentissimæ passionis signa retinentes, ut indubiè resurrectionis ejus fierent idonei testes. Sed illis adhuc non credentibus & mirantibus præ gaudio, ut

per

per effectum commestionis veritas patesceret carnis, interrogavit, si haberent aliquid ad manducandum. Cumque obtulissent ei partem piscis assi, & favum mellis, manducans coram illis, reliquias dedit eis, & commemoravit hæc eis esse verba, quæ ante passionem suam prædixerat, quomodo necesse est sua morte mortis imperium dissolvi, & in sua resurrectionis agnitione pœnitentiam & remissionem peccatorum, cunctis gentibus prædicari, nec non & ipsos adhuc gloriosissima Spiritus sancti missione roborari promisit. Nec tamen ita instructos, & tali promissione consolatos mox abscessu corporali discedere voluit, sed per quadraginta dies in universis argumentis eos visitavit. Nunc foribus clausis, in medio eorum consistere, nunc verò per totam noctem frustra in piscando laborantibus, ipse stans in littore multitudine piscium rete eorum compleverat, & inter prandendum beato Petro post claves regni cœlorum, ac retentiones relaxationesve peccatorum, ovium suarum curam præcepit, & quia pro earundem cura ovium crucem subiturus esset, intimavit. Deinde in montem quendam sequutos in fide solidavit, & præcepit, ut irent *docere omnes gentes, & baptisare eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti:* docentes servare omnia quæcunque ipse mandaverat illis, & ait illis: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur.*

SÆC. VII. ANNO 615.

Et quia irritatores Dei & increduli Judæi, & gentes Idololatriæ dediti signis erant ad fidem nutriendi, dedit Apostolis suis virtutem super omnia dæmonia, & ut languores curarent, cœcos illuminarent, leprosos mundarent, ipsos & mortuos resuscitarent, & præcepit illis, ut annuntiarent regnum Dei appropinquare. Et quia cunctis gentibus & linguis novam hanc doctrinam prædicare debuerunt, dedit eis diversarum linguarum agnitionem. Quin etiam ipsis & eorundem fidei sequacibus multo majora promisit & concessit, ita ut dum plurimarum linguarum hominibus in una loquerentur, à cunctis intelligerentur, & umbra illorum transeuntium infirmi sanarentur, & sudariis vel cingulorum fimbriis nequam spriritus fugarentur. Sed cùm hæc in alia regione, hoc est, in Galilæa, vel ante passionem, vel post resurrectionem suam discipulis edidisset, ut in vicinia ejus loci ad alta cœli conscenderet, ubi crucis ignominiam paulò antè subiit, atque ipso quoque nomine dispensationem incarnationis, passionis, resurrectionis, ascensionis in cœlum fidelibus aperiret, Bethaniam, quæ domus obedientiæ dicitur, unde cœlos peteret, cum Apostolis invisit, doctore gentium, quid hæc significent, exponente: Jesus Christus factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus illum exaltavit. Cumque illum, qui convenerant, interrogarent, si dies judicii & manifestatio regni Dei jam immineret, dicebat: non esse illorum, vel cujusquam mortalium; sed ne ipsorum quidem Angelorum, nosse tempora & momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, potiusque in civitate Hierusalem adventum sancti Spiritus eis expectare præcipiebat. Quo spiritu roborati, testes illi essent primum in eadem urbe, deinde in tota Judæa & Samaria, ad postremum verò, usque ad ultimum terræ. Et his præmissis, elevatis manibus suis benedixit illis, & cunctis nihil minus opinantibus quasi pennis columbæ incorruptibile corpus suum libràvit ad cœlum. Cujus rei mox duo Angeli, hoc est, quia cœlum penetraret adstipulatores adstiterunt, & quia in eadem specie, qua assumptus est ab illis, ad judicandos vivos & mortuos venturus esset, dixerunt. Tunc ut sibi à dominatore cœli præceptum erat, Hierusalem ingressi, sancti Spiritus adventum suspensi præstolabantur. Qui decima posthæc die venit, & scientiæ perfectione illos edocuit, & linguarum varietate donavit, & adversus rabiem perfidorum roboravit. Congruentibus ad hæc signis ostensis, sono videlicet flatus vehementis, & linguis igneis, cujus authoritate confortati, resurrectionem Domini nostri Jesu Christi authoritate prophetica comprobantes mille Judæorum eodem die ad fidem convertuntur. Et in sequentibus aliquot millia. Quandam verò turbam Sacerdotum obedire fidei persuaserunt.

Dona Linguarum & miracula.

Interea verò dum omnia supra dicta fierent, dimisit Dominus omnes gentes ingredi vias suas, & diversissimorum errorum opinionibus impleri, ita ut quidam solem & lunam & stellas, ministeria videlicet humanis usibus attributa, divinis honoribus celebrarent. Alii verò majore dementia capti, non solum aurum & argentum, sed & ligna & lapides, quadrupedia, serpentia seu volatilia & ipsa terræ virentia pro Deo autore venerarentur. Tandem ergò pius creator omnium, quando & nos ipsos adinventionum & pessimorum actuum nostrorum pigere deberet, ac tædere, direxit ad nos Apostolos suos, qui docerent nos ab his vanis converti ad Deum vivum & verum: & expectare filium ejus de cœlis, & in perceptione Spiritus sancti, quem in Christo regenerati percepimus, remissionem peccatorum consequi nos crederemus.

Hujus

SÆC. VII. ANNO 615. *Adhortatio ad populum.*

Hujus igitur legationis nos indigni nostris temporibus vicem gerentes, obsecramus pro Christo, ut sicut quondam in baptismo, ita semper abrenuncietis diabolo, & omnibus operibus ejus, & omnibus pompis ejus, & cognoscatis unum verum Deum Patrem semper in cœlo regnantem, & sempiternam Sapientiam ejus in tempore pro nobis incarnatam, & sanctum Spiritum æternæ pignus salutis in hac vobis peregrinatione concessum, atque ita vivere curetis, sicut Dei filios decere cognovistis, devitantes gulæ concupiscentiam, & ebrietatis insaniam, fornicationis immunditiam, avaritiæ idololatriam, iræ vesaniam, tristitiæ nebulam, tædii rancorem, invidiæ rubiginem, inflationis inanitatem, superbiæ subversionem, & nullus cuilibet Christiano furtum aut homicidium, vel convitium conferre, aut falsum testimonium de qualicunque crimine præsumat inurere, sed sitis invicem benigni, & donantes vobismetipsis, sicut Deus donavit vobis peccata vestra. Et delicta præterita pœnitentiæ remediis, vel eleemosynarum largitate redimentes, imminentia cum Dei adjutorio præcavere studeatis. Scientes & diem generalis judicii jam jamque proximare, & incertam singulis exitus sui horam impendere. Et quidem magni judicii novissima dies, cunctis est mortalibus expavescenda, ut puta in qua nihil incorrectum absque æternali pœna remanebit inultum.

Sed non minus cunctis sapientibus quotidianum Dei judicium formidandum est, quo & quosdam probandos dispensatoriè reliquit in mundo ad tempus, quosdam verò his justè condemnatos oblivifscitur in perpetuum. Alios quoque diu jacentes in criminibus manu misericordiæ suæ levat: Alios autem de peracta justitia præsumentes fœdè quondam passioni concedit: hos verò quocunque verbere coërcitos usque in finem ab omni prorsus scelerum labe custodit. Quocirca sub his Dei judiciis unicuique in hac vita metuendum est, ut in futuro judicio ab omni metu peccatorum & mortis absolvi mereatur. Deus omnipotens, qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui hæc per ministerium linguæ nostræ, auribus vestræ fraternitatis infudit, ipse per gratiam suam eadem in cordibus vestris fructificare faciat, cooperante Domino nostro Jesu Christo, & Spiritu paracleto benedictus Deus in secula. Amen.

FINIS.



FRA-

FRAGMENTUM.

LEONTII

EPISCOPI CYPRII

Contra Hebræos.

JACOBI BASNAGII

DE

LEONTIO

OBSERVATIO.

Plurimis operibus quanquam notiſſimus debuit eſſe *Leontius Cyprius*, errarunt tamen viri docti circa Epiſcopalem quam tenuit ſedem, tempus quo vixit, & opera quæ dedit in lucem. SÆC. VII. ANNO 615. *Epiſcopatus Leontii.*

Illum primo Salaminenſem, quæ totius inſulæ metropolis eſt, faciunt Epiſcopum tum *Baronius* tum *Poſſevinus*; ſed *Sigebertum Gemblacenſem* nec Concilium Nicænum ſecundum obſervaverant viri eruditiſſimi; quippe legati Papæ *Adriani* dicunt in Concilio Nicæno ipſos ad manus habere librum *Leontii* Neapoleos Cypri Præſulis, & poſtulant ut legeretur, ἔχομεν βίβλον ἐπὶ χεῖρας τοῦ μακαρίου Λεοντίου ἐπισκόπου Νεαπόλεως τῆς Κύπρου καὶ ἀξιοῦμεν ἀναγνωσθῆναι αὐτήν. *Sigebertus* autem ipſum *Neapolis Cypriorum Epiſcopum*, teſtimonio cui refragari non licet, confirmat. Errori locum dedit quod ſæpius ſcriptoris illius non indicatur ſedes Epiſcopalis niſi in voce ambigua ἐν μιᾷ τῶν πολέων Κύπρου, in una civitatum Cypri; ſed inde potius deberent concludere Critici aliam ſedem indicari quam Salaminenſem, cujus Præſul inſulæ primatum obtinebat. *Concil. Nic. II. an. 787. act. IV. p. 236.*

Tempus quo vixit, male referunt plurimi ad *Mauricium* Imperatorem, ſive ad extrema ſæculi ſexti; nam pervenit uſque ad Heraclium, ideoque ad annum 630. vel circiter. Errarunt multo pejus eruditi circa ejus opera.

Primo quamquam *Sigebertus* ſiluerit de vita Sali τοῦ σαλοῦ, quam ſcripſerat *Leontius*, fidem indubitatam facit Concilium Nicænum; ſed mirare, vocem σαλοῦ non intelligens qui varia Leontii ex Græcis Latine reddidit, Anaſtaſius Eccleſiæ Romanæ Bibliothecarius, interpretatus eſt *Turbationem* & quod multo pejus eſt, aſſeverat Leontium *Turbationes propter Chriſtum circa ea tempora in Eccleſia factas ſcripſiſſe*; adde, quod Jacturam operis deperditi deſleret *Baronius*; *quippe quiſnam alius res geſtas ſub Mauritio ſit proſecutus habes ex actis Concilii Nicæni. Sed hactenus incompertum nobis opus vel latet vel excidit incognitum.* Doleo Annaliſtæ celeberrimo tot excidiſſe ſphalmata; quippe primo Salaminenſem faciat Epiſcopum & Primatem inſulæ qui fuit tantum Epiſcopus Neapoleos Cypri: Secundo qui tueri velit ſenten- *De vita Stulti.* *Baron. ad 594. n. 31.*

SÆC. VII. ANNO 615.

tiam suam autoritate Concilii Nicæni, in quo diserte *Leontius* dicitur Episcopus Neapoleos: Denique quod Historiam calamitatum Ecclesiæ sub Mauritio defleat tanquam deperditam, quæ nusquam extitit; quippe *Stulti* sive *insani* vita, quam descripsit *Leontius*, ab Historia calamitatum Ecclesiæ est plane diversa.

De vita Johannis Eleemosynarii. *Lambec. Bibl. Vind. l. VIII. p. 270.*

Secundo scripsit *Leontius* vitam *Johannis Eleemosynarii* Alexandrini Præsulis. Circa hanc vitam duo sunt observanda: Primo illam servari in codice XIX. Bibliothecæ Cæsareæ non solum Latino idiomate, ut eam ediderunt *Anastasius* Biblioth. jussu *Nicolai* primi, circa medium sæculi noni, sed & Bollandus & Heenschenius. In Actis Sanctorum in codice MS. Vindoboniensi legitur hic titulus:

Novemb.

Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιβ Λεοντίȣ ἀρχιεπισκόπȣ Νεαπόλεως τῆς Κυπρίων νήσȣ εἰς τὰ λειπόμενα τοῦ βίȣ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν καὶ ἀρχιεπισκόπȣ Αλεξανδρείας Ιωάννȣ τοῦ ἐλεήμονος, ὁ μὲν σκοπὸς εἷς ἐςιν, ἡμῶν καὶ τῶν πρὸ ἡμῶν φιλοπόνων καὶ ὁσίων ἀνδρῶν ὁ ἐπὶ τῇ παρούσῃ τοῦ ἀοιδίμȣ ἀνδρὸς τοῦ βίȣ διηγέσει, τȣτ' ἐςι, τὸ πᾶσιν μὲν μίμησιν θεωφιλῆ καὶ ὠφέλειαν προγενέσθαι, δόξαν τε καὶ μεγαλοπρέπειαν τῇ ἁγίᾳ καὶ προσκυνητῇ τριάδι ἀναπέμψαι. Hoc est: Mensis die duodecima Leontii Archiepiscopi Neapoleos insulæ Cypri Historia (hæc vox enim, quæ deest in Græco, debet suppleri) de residua vita Sancti Patris nostri & Alexandriæ Archiepiscopi Joh. Eleemosynarii: Scopus noster est, eorum qui nostro tempore aut ante nos vixerunt studiosorum & sanctorum virorum & præcipue super vita præsenti memorabilis viri enarratione; ita ut ex hoc omnibus quidem pia *fiat imitatio & utilitas*, gloria autem Sanctæ & adorandæ Trinitati referatur.

V. Pagi Critica Bar. an. 615. & 616.

Secundo cum *Joannes Eleemosinarius* obierit an. 616. jure *Leontio Cyprio* qui ejus vitam scripsit, annum 620. aut potius 630. assignavimus; quippe in Ægyptum facta est irruptio Persarum anno 616. Captivitatem metuens *Johannes* Archiepiscopus Alexandrinus fugam arripuit & *in propriam patriam, hoc est, Cyprum* reversus ibi animam reddidit.

Concil. Nic. 2. apud Labb. p. 236. *Lambecius Bibl. Vind. l. V. p. 137.*

Porro, Orationes quinque adversus Judæos recitavit *Leontius* Cyprius. Unius fragmentum amplissimum legitur in actione quarta Concilii Nicæni, ad propugnationem cultus imaginum, a Synodo merito laudatissimæ; quippe qui respondere conetur Judæis, Christianos iconolatras, velut Idololatriæ reos appellantibus. 2. Refert *Lambecius* fragmentum ejusdem *Leontii*, quod habetur in codice 248. Bibliothecæ Cæsareæ, cujus titulus & principium: Λεοντίȣ Νεαπόλεως Κύπρȣ ἐκ τοῦ κατὰ Ιȣδαίων λόγȣ περὶ τοῦ προσκυνεῖν τῷ ςαυρῷ τοῦ χριςοῦ καὶ τοῖς εἰκονισμοῖς τῶν ἁγίων καὶ περὶ τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων: Leontii Neapoleos Cypri Episcopi ex Oratione contra Judæos de adoratione crucis Christi, imaginum & Reliquiarum Sanctorum. Ἐάνν μοι ἐγκαλεῖς πάλιν ὠ Ιȣδαῖε λέγων ὅτι ὡς θεῷ προσκύνω τῷ ξύλῳ τοῦ ςαυροῦ &c. Si mihi ô Judee exprobras iterum *me cruci cultum exhibere tanquam Deo*; & revera palmarium fuit argumentum *Leontii*, se nec crucem, nec imagines, nec reliquias Sanctorum colere ut Deos. Sed toto cœlo aberrabat, quippe nec ea fuit Paganis sententia.

Denique habetur hic fragmentum ejusdem *Leontii* contra Hebræos, qui Prophetarum oracula, regnum Messiæ pacificum describentia confutabant. Quippe bellum ab eo tempore exarsit in toto terrarum orbe & qui Jani templum ob nativitatem Christi reseratum tuentur, præjudiciis abrepti falluntur. Deinde torquet *Leontius* oracula Prophetarum, ubi eorum vel potius supremi Numinis Apostrophen ad feras, serpentes &c. traducit ad varios Gentilium ordines. Satius esset abstinere a Prophetarum explicatione, quam falsissima veritatis inimicis obtrudere.

FRAG-

FRAGMENTUM.

LEONTII

EPISCOPI CYPRII

Contra Hebræos.


STENDE, inquit, mihi signa Adventus Christi apud Micheam. Non amplius levabit gens contra gentem rhomphæam, & illud apud Hieremiam, non enim, inquit, docebunt amplius unusquisque proximum suum dicens, cognosce Dominum; quia omnes cognoscent me à parvo usque ad magnum, & illud apud Esaiam, pascetur, inquit, lupus, cum agno, & pardus simul requiescet cum hædo; & vitulus, & taurus, & Leo simul pascentur, & catuli eorum simul erunt, & Leo atque bos simul comedent paleas, & puer parvus in foramen aspidum, & in cubile natorum ex aspidibus manum mittet, & non nocebunt. Hæc enim est Judæorum pervulgata quæstio. Advertant autem omnia facta, & ad exitum perducta esse. Cum enim venturus erat Christus, statim exivit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis, deinde omni gente in potestatem Romanorum redacta, omnes pacem fecerunt, & non amplius inter se bella gerentes, quippe qui sub uno capite essent, ad agriculturam se converterunt. *Pax in nativitate Christi.*

Quod si quæ gentes relictæ sunt bellantes, idioma scripturæ est, id est, propria consuetudo, loqui universè de majore parte. Hujusmodi est illud trium puerorum: Non est in tempore hoc Princeps, & Propheta; erant enim Daniel, & Ezechiel cum ipsis; & Hieremias Hierosolymis: & multa hujusmodi sunt. aut prophetia est de gentibus, quæ crediderunt. secundum verò anagogen, non levabit gens dæmonum in gentem hominum gladium idololatriæ, qui occidit animas, & eripit sensum cognitionis Dei. ubi enim Evangelium prædicatum est, omnes unum corpus facti sunt, & unum caput Christum habuerunt, & terrorem dæmonibus intulerunt. illud enim; non veni mittere pacem, sed gladium, non de gladio civili dictum est; gladius enim quem misit Christus, prædicatio est, & fides prædicationis dividens fidelem ab infideli, & resecans τὴν ἐπὶ κακῷ σχέσιν, καὶ συμφωνίαν αὐτῷ id est, affectionem vitii, & cum eo consensionem. sic ad illud Michææ.

Videamus deinceps illud apud Hieremiam. cum enim multa, & magna signa Christus faceret, omnes à parvo usque ad magnum oculos habuerunt magistros cognitionis Dei, cumque virtutes, quæ Deum decebant, considerarent, cito per seipsos cognoverunt Deum esse, ut licet intelligere non solum ex scriptura Evangeliorum, sed ex annalibus Hebræorum, & historiis Gentilium. Reliquum igitur est, ut dicamus de signo Adventus Christi apud Esaiam. Hic Propheta ex differentia feritatis & mansuetudinis belluarum declaravit diversos mores hominum: & ex illorum in compascendo conjunctione, unum horum ovile, & Ecclesias ex his constituendas in ænigmate significavit. Lupum quidem vocavit velocem ad rapiendum, agnum vero eum, quem facile est vexare, & calumniari; pardum vero τὸν ποικιλόγνωμον id est, versipellem, hædum autem simplicem; vitulum mansuetum, taurum verò audacem, leonem superbum, quos ducet, inquit, & pascet homo prudentia quidem senex, innocentia verò & humilitate puer, ac magnus quidem virtute, parvus autem vilitate quæ apparet, & tenuitate. hujusmodi sunt præsides Ecclesiarum, à quibus qui moribus differunt, temperantur, & coaptantur. ac rursus bovem quidem vocat operarium, ursum vero voracem; item leonem quidem principem, & ductorem, bovem verò sub jugo servitutis viventem ac subjectum, paleas vilem & tenuem cibum ejus, qui

Sæc. VII. Anno 630.

ſub jugo eſt. comedet enim cum ſubjecto is qui ſubjicit, propter unitatem fidei. puer autem parvus eſt unusquisque præſul, ſicut dictum eſt, malitia parvulus, cujus doctrina propter multam expeditionem manus vocatur, quæ admovetur, & injicitur infidelibus, qui ſunt foramina, & luſtra, ac cubilia, & domicilia aſpidum ſpiritualium, id eſt, dæmonum venenatorum, & mortiferorum, quorum partus, & ſoboles ſunt paſſiones.

Aliter etiam, qui vivunt ſecundum Chriſtum, manum injiciunt dæmonibus, cum ſignum crucis inferentes eis non ſinunt inhabitantes nocere eis, quos obſident. quod autem beſtias ſive feras vocat gentes ſæpe numero ſcriptura, ait Deus per Oſeam, diſponam teſtamentum in die illa cum beſtiis agri, & cum volucribus cœli, & cum ſerpentibus terræ, generaliore ſermone beſtias quidem agri nominat ferinos, & immanes; volucres vero elatiores, ſerpentes vero humiliores, aut volucres quidem deditos aſtrologiæ; ſerpentes vero ſordidatos paſſionibus, & rurſus per Eſaiam, benedicite me omnes beſtiæ agri, & iterum per Hieremiam, dedi omnem terram Nabuchodonoſor regi Babylonis, ut ſerviret ei, & beſtias agri, ut operarentur ei, & in Ezechiele, delebo malas beſtias de terra, ut omittamus nunc, quæ ſunt apud Danielem, & illud, comparatus enim, inquit, eſt jumentis inſipientibus homo mente præditus, & aſſimilatus eſt illis.

FINIS.





